17
—
48

+X
KONIG. Bibliotk. Vet. et Nov.
17
48
Konigens

17
48

GEORGII MATTHIÆ
KÖNIGII
BIBLIOTHECA
VETUS ET NOVA.

Ex legato Dnd. Equitis Antonii
Francisci de Marmi

BI
V

Hebra
Perſarun
ſum terr
Medi

Pa

GE

BIBLIOTHECA VETUS ET NOVA,

à qua

Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum, Arabum, Perſarum, Ægyptiorum, Græcorum & Latinorum per univerſum terrarum orbem Scriptcum, Theologorum, JCtorum, Medicorum, Philoſophorm, Hiſtoricorum, Geographorum, Philoloprum, Oratorum, Poëtrum, &c.

Patria, Ætas, Nonina, Libri, ſæpiùs etiam Eruditorum de is Elogia, Teſtimonia & Judicia

Summa fice atq; diligentia

ex quotidianâ Auorum Lectione depromta

à prima Mundi rigine ad Annum usq;

M. DC LXXIIX.

Ordine Alphabetico digeſta

gratiſma brevitate

recenſentr & exhibentur

à

GEORGIO MATTHIA KÖNIGIO,

Græc. Lingv. & Poëſ. in Acad. Altdorfina Prof. Publ.

nec non Bibliothecario.

ALTDORFI

Impenſis WOLFFGANGI MAURITII & Hæredum

JOHANNIS ANDREÆ ENDTERORUM,

Bibliopol. Norimb.

Typis HENRICI MEYERI, *Typographi Acad.*

ANNO *cIↄ Iↄc LXXVIII.*

VIRI

PRÆSTRENUI, NOBILISSIMI, MAGNIFICI, ET PRUDENTISSIMI,

DN. ULRICE Grundherr/

SEPTEM-VIR ET PROTO-PROVINCIALIS.

DN. JODOCE CHRISTOPHORE Kreß/

à Kreßenſtein/ in Krafftshof/ Retzelsdorff & Dürren-Mungenau.

DN. GEORGI SIGFRIDE Holer/

à Neunhoff.

DN. CHRISTOPHORE GOTHOFREDE Pfintzing/

ab Henffenfeld & Grundla.

DN. GUSTAVE PHILIPPE Tetzel/

à Kirchenſittenbach/ Vorra/ & Artelshofen.

INCLUTÆ REIPUBLICÆ

NORIMBERGENSIS

PROVINCIALES ET SENATORES GRAVISSIMI,

DOMINI ET MECÆNATES,

OMNI CULTU AC OBSEQUIO ÆTATEM AFFICIENDI.

)(3 Tan-

TAndem
Gemino ſemper-obſtrictus vinculo
ob Beneficia maxima
B. Parenti mihiq; conſequenter præſtita
à
Vobis,
Et Honorum & Virtutum Inſignibus
Spectatissimi VIRI,
gratæ mentis tabulam
in
Æternaturo Memoriæ Veſtræ Cultusq; Fano
ſubmiſsâ animi devotione
ſuſpendere audeo
BIBLIOTHECAM
Autorum quidem & Librorum inſigni numero conſpicuam,
Folia pauca, craſsitiem palma non majorem complectentem,
verbo
LIBRUM,
Scriptorum Veteris & Recentioris,
Melioris & Sequioris Ævi
Nomina, Nativitates, Ætates, Mortes, Scripta, Elogia,
Serie alphabeticâ
quàm compendioſiſsimè exhibentem.
Quid ſibi ergò BIBLIOTHECÆ Nomen vult,
Britannicus Martialis quærat?
Unus enim non eſt Bibliotheca *Liber.*
Apagite profana Monſtra; (bido!
Illex Momus, Præſtigiatrix Ambitio, faſcinans cuncta carpendi Li-
Armata contra Vos in aciem procedunt manu
famoſiſsimi Literarum Septemviri,
Sixt. Senenſis, Gisbert. Voëtius, Photius, Buxtorffius, Draudius,
Bolduanus, Jameſius,
quibus
Innumerabiles turmæ & cohortes
Grammaticorum, Logicorum, Rhetorum, Poëtarum, Criticorum,
Philologorum, Hiſtoricorum,

in

in auxilium paratæ ſuccedunt.
Agite
Vires veſtras experimini,
Et Palmas ex utraq; palma Victoribus veſtris ultrò dabitis.
Dubitatis?
Communis Germaniæ Præceptor
Quatuor ſaltem Autores Bibliothecam conſtituere
jam ante ſeculum aſſeruit,
ARISTOTELEM, PLINIUM, PLUTARCHUM & PTOLEMÆUM.
Nondum acquieſcitis?
Franciſcum Junium accipite,
cujus Bibliotheca
Genevæ literis operam navantis
Quatuor tantùm Libris conſtabat,
BIBLIIS, INSTITUTIONE CALVINI, CONFESSIONE BEZÆ,
ET GRAMMATICA HEBRÆA CEVALLERII.
Plura vultis?
Unicus Liber inſtar Bibliothecæ eſſe poteſt.
Nam
Ut Elogium cujusdam de Plinio afferam,
Quid juvat innumeris repleri ſcrinia libris?
Unus præ cunctis Plinius eſſe poteſt.
Sed inquitis,
Rationem inſtituti mei innumeros poſtulare?
Non repugno:
Cur, ergò nonnulli præteriti ſunt?
Cur quædam de illis omiſſa?
Sinenſis non eram,
Qui Doctorum omnium Nomina, Patrias, Parentes, Officia,
& quo in loco ea geſſerint, deſcribere potuerim.
Quid ſi tamen
Homeri Iliadem nucis cortici incluſerim?
Urgebitis?
Curam Principum eſſe & Magiſtratuum
Publicè Bibliothecas inſtruere, dicare, donare.
Sic accepimus,
Oſymanduam ΨΥΧΗΣ ΙΑΤΡΕΙΟΝ titulo ſuperbîſſe,

 Ptolo-

Ptolemæum Philadelphum LXX. millibus voluminum
celebrem fuiſſe,
Attalicam Serapeum oſtentaſſe,
Byzantinam Conſtantinopolim jactaſſe,
Vaticanam triplicem Romam præ ſe ferre,
quasq; ævum alias abſorpſit,
Summis encomiis dignisſimas extitiſſe.
Privatis tamen etiam privatim licere Bibliothecas condere
Ratio, Experientia, Factaq; ipſa atteſtantur:
Quin privata omnium primo ea fuit cura, & quisq; ſibi ſuisq;
tantùm Bibliothecas ſtruebat:
Poſtea demum Reges & Dynaſtæ uſurparunt, non tàm in uſum,
quàm ambitionem & ſplendorem.
Non hos, ſed illos ſecutus
Non tàm Bibliothecam, quàm Bibliothecarum catalogum,
Non Libros ipſos, ſed Librorum indicem,
Non armarium, ſed armariorum titulos,
Non loculamenta, ſed pro loculamentis
Paginas, columnas, lineas
VOBIS
O Patroni & Evergetæ Venerandi,
VOBIS,
Quos DEUS, Natura, Fortuna
Omnibus ornatos voluit excellere rebus,
VOBIS,
Qui Patrem, qui me, quia omnia mea
foviſtis, promoviſtis, ſervatis, protegitis,
Offero, do, dico, dedico.
Excipite ea, quò aliàs alia omnia literaria excipere ſoletis,
Animo, Affectu, Candore, Favore, Clementia, Benevolentia,
meq; VOBIS & omnia mea quàm commendatisſima habete.
Non enim, quod hîc porrigo,
Vile eſt, abjectum aut inutile,
Sed in manus veſtras reſigno
Cæſarum Majeſtatem,
Regum Potentiam,
Principum Gazas,

Comi-

Comitum Theſauros,
Baronum Opes,
Nobilium Divitias,
Juvenum Oblectationem,
Senum Conſolationem,
Martis Artes,
Artium Matrem,
Pacis Fructus,
Reipublicæ Fulcra,
Curarum Fugas,
Lætitiæ Temperaturas,
Literatorum Delicias,
Literarum Vindicias,
Innumera deniq; omnium bonorum Gargara.
Breviter:
Gemmas & aurum ſupergredientem,
Omnibus pariter præſenti venturisq; ſeculis inſervientem
VOBIS LIBRUM,
Certum antiquæ & recentioris Opulentiæ monumentum,
Aliud quippe nunc pro maximis ac immortalibus Beneficiis Veſtris
præſtare nequeo,
ſubmisſisſimè conſecro,
VOBIS
PATRIBUS PATRIÆ
Librorum & Ingeniorum amantisſimis
Longævam Vitam,
Integram valetudinem,
Æternum libros literasq; promovendi Amorem,
Curarum & Quietis Felicitatem,
Nominum & Meritorum Immortalitatem,
Proſperos rerum omnium Eventus,
Et quæcunq; Magnitudini Veſtræ, Fortunæ atq; piisſimis Patriæ
deſideriis debentur,
Calidisſimo & devotisſimo pectore apprecatus
GEORGIUS MATTHIAS KÖNIG.
P. P. nec non Bibliothecarius.

Præ-

Præfatio ad LECTOREM.

LIbrum, quem vides, LECTOR BENEVOLE, complures ante annos in privatum uſum ideò quidem à me confectum eſſe, ut ſtatim in promtu haberem, quæ vagè diſperſa mihi quotidiana autorum lectio ex diverſis Scriptoribus eorumq́; ſcriptis ſuggeſſerat, latere Te amplius nolo. Erat autem ille paucarum admodum ab initio pagellarum ambitu concluſus, donec longiore temporis tractu operæ huic incumbendo, atq́; Amicis non paucis ſymbolam ſuam conferentibus, incrementum ſumere ac imaginem majoris voluminis acquirere cœpit. Scilicet exigua plerumq́; rerum omnium initia eſſe ſolent, &, quæ à prima linea invalida ſunt viſa, cum tempore vires ac robur accipiunt: ex parvis quippe principiis magna rerum incrementa: ex fonticulo rivus, ex rivo amnis naſcitur, tandemq́; fit ſurculus arbor. Ubi ergò præſens labor meus aliis quoq́; innotuit, haud indignus eſt reputatus, qui pluriùm identidem eum flagitantium commodis velificaret, maximè quòd haud expectata ENDTERIANORUM in neceſſariis ad eum divulgandum ſumtibus faciendis promtitudo ſe offerret, quæ, ut carceribus illum emitterem, atq́; non tam privatim meis, quam publicè omnium & ſingulorum uſibus impertirem, effecit. Jam etiam paucis, quid in hoc potiſſimum opere à me præſtitum, exponendum fuerit. Primo quidem omnis generis autores Theologos, JCtos, Medicos, Philoſophos, Philologos, Hiſtoricos, Poëtas & Oratores quà veteres, quà recentiores, in lingua Hebræa, Chaldæa, Syriaca, Arabica, Perſica, Ægyptiaca, Græca & Latina extantes, unico volumine, additis ubiq́; præcipuis eorum ſcriptis, complexus ſum, ordine quidem alphabetico, ut, quæ ſparſim & laborioſè apud alios inquirere neceſſe erat, ſub unaquaq́; competente litera facili negotio inveniri poſſent. Deinde agnomina potius, quàm prænomina (contraquam plurimi hactenus fecère) tanquam nobis notiora magisq́; inventu facilia ponenda exiſtimavi. Quotus enim quiſq́; eſt, qui non in prænominibus autorum rectè ubiq́; aſſignandis hæreat, aut ſaltem in confundendis illis ob frequentem eorum convenientiam atq́; copiam metu teneatur? Tertiò, excuſſi varias βιογραφίας, bibliographias, bibliothecas, catalogos, indices, nomenclatores, dialogos, hiſtorias, chronologias, idq́; generis quamplurima ſcripta, ex quibus optima quævis ſummeq́; neceſſaria, maximè verò annos (ſicubi fieri potuit) ortus ac mortis, patrias, ſcripta, interdum etiam elogia unà cum judiciis atq́; teſtimoniis eruditorum exſcripſi, decenti adhibita brevitate, ne ultra manualis terminos moles ipſo adſpectu terribilis excreſceret. Quartò addidi autorum autores, ut, ſi quis fortè plura de hoc vel illo ſcriptore noſſe averet, ea pro lubitu debito in loco repetere poſſet. Editiones omnes & ſingulas ut adjicerem, nec poſſibile nec utile fore videbam: hinc, ſi de prima ſaltem vel alia aliqua melioris notæ conſtaret, ſufficere arbitrabar. Indicis in fine adjectione opus haud erat, quod indicem totus ipſe liber index à pagina ad paginam ſubminiſtraret. Cui tandem Bono liber iſte futurus ſit, paucis accipe. Ante omnia Virorum eruditorum nomina ab interitu vindicantur: deinde ſcripta eorum diligentiæ argumentum atq́; incitamentum poſteritati exiſtunt; præterea haud parum refert ſcire, quonam tempore ſcriptores, qui citantur aut citati leguntur, vixerint, cujates aut quinam fuerint, veteres an recentiores, Græci an Latini, Chriſtiani an Gentiles? Ah! quoties non ſine indignatiuncula quadam

dam

dam nonnullos in hiſtoria literaria turpiter halucinatos animadverti, in tantum, ut neſcierint, an ſcriptor, de quo agebatur, ante vel poſt Chriſtum natum claruerit? an iſto vel alio tempore floruerit? an hac vel illa ætate vixerit? Audivi, qui Plotinum Platoni, Boëthium philoſophum Galeno Medico σύγχρονον fecerint, & quæ alia, quotidiè ferè, in tali vel ſimili caſu errata ab aliis obſervari queunt. Utilis etiam liber iſte iis eſſe poterit, qui vel autorum notitiam ſibi comparare, vel eorundem orthographiam addiſcere, vel librorum catalogos tam privatæ quam publicæ alicujus bibliothecæ conficere cupiunt. Deniq; Bibliopolis proderit, ut ſciant, quinam ſcriptores, qui quæruntur, fuerint; quid & quomodo ſcripſerint; veteres an recentiores, clari an obſcuri extiterint; ubi locorum ſcripta eorum quaq; in forma edita fuerint? Tuum jam erit, LECTOR BENEVOLE, *propriis deinceps commodis invigilare, & alios, quos ſecutura tempora dabunt (neq; enim faciendi libros multos ullus erit finis, judice omnis ſapientiæ Phœnice Salomone) juxta monſtratam literarum ſeriem & ordinem ſucceſſivè adjungere ſcriptores. Vale.*

I.

DUm Tua, mi KÖNIG, it Bibliotheca per orbem,
Viva ſit Ingenium Bibliotheca Tuum.

Sinceræ gratul. & affect. gratia f.

D. G. MOLLERUS,
Hiſtor. & Metaphyſ. P. P.

II.

In

HISTORIAM ERUDITAM
V. C. DN. GEORGII MATTHIÆ KÖNIG, &c.

Omnibus exemplis bene de ſe meriti.

QUos tulit ingenio dextraq; viros prior ætas,
Poſt cineres tandem vix ſua novit humus.
Sors eadem doctum clauſit fortemq; ſub umbras,
Nec, decus extinctum qui revocaret, erat:
Donec Muſa tuis ſtimulavit Græcia vatem,
Nomina qui factis non moritura daret.
Fecit Homerus iter: quod cætera turba ſequuta
Jam parat Iliadas, nec mora, mille novas.
Forte aliquis, necdum dare nomen idoneus aſtris,
Emicat; extemplo totus in ora venit.

Tecta

Tecta Phrygum, Thebæq́ cadunt, & mœnia Romæ:
Hæc, ſi qua facies, ore canentis eget.
Lesbia, Cynthia, Delia ovant: formoſa Lycoris,
Atq́ Corinna, tibi nobile ſurgit opus.
Pars haud his contenta Deos, ac ſidera, pontum,
Deliciisq́ ſuis rura referta canit.
Fœdere quo debent mortalia pectora jungi,
Pars rigidas gentes ingenioſa docet.
At (puto) docta cohors, ſterilis tibi campus aratur:
Præmia nec tanto digna labore refers.
Te licet hic pernox verſet vigilantia: vita
Sic tamen ornatu ſplendidiore caret.
Quamlibet anticipes Samii Sapientis acumen
Ingenio; certe non grave pondus habes.
Indignor. Sed erit gradus ad ſublimia tunc, cum
Surgit ab exequiis non ſimulatus honos.
Troja iaces: cinis eſt tua gloria. Quid niſi nomen
Dardane nunc de te poſteritate manet?
Attamen, ille tui caſus memorator, in orbe
Vivit: & his vates plauſibus omnis ovat.
Nam quid ego priſcos referam? Tu, Docte, vel æquas
Hactenus Argivos Auſoniosq́, Senex.
Quid tibi jam præſens debet, quid ſerior ætas,
Scripta tua, in multa luce videnda, docent.
Nunc quoq́ quæ ſtatuis docto monumenta labori,
Donec erit ſermo, fama loquetur anus.
Quam vellem ire tua in præconia! non tamen auſim:
Ingenio res eſt altior illa meo.
Sed neq́ ſic noſtro fieret tua gloria major
Carmine, ſi poſſem te mage digna loqui.
Ergo vale. Votis, quæ polleo, Numen adibo;
Tu mihi, Tu tardus ſidera celſa petas!

JOHANNES Bilberg/
W. G. Suecus.

:(o):

A.

AAGARDUS (Chriſtianus) Danus, edidit Threnos Hyperboreos in Exequias Chriſtiani IV. Regis, Anno 1648. fol. Hafn.

AAGARDUS (Nicol.) Prof. Eloqv. Sor. A. 1647. claruit. Scripſit de optimo genere Oratorum: de Ignibus ſubterraneis: animadverſiones in Ammianum Marcellinum: de Stilo Novi Teſt. Diſputationes in Tacitum: de Nido Phœnicis: de Uſu Syllogiſmi in Theologia, &c.

ABAISIUS (Guido.) Vide, BAISIUS.

ABANUS (Petrus) edidit Conciliatorem controverſiarum inter Medicos & Philoſophos. Idem eſt cum *Petro Aponenſi*. Vide, APONENSIS.

ABARBANEL (Iſaac) celebris Judæus & magnæ exiſtimationis, A.M. 5269. obiit, teſte *David Ganz in Zemach David*. Alii eum *Abravanel* nominant. Scripſit multa & varia: imprimis in univerſam Scripturam commentatus eſt. Methodus ipſius, judice *Hottingero*, Chriſtianorum *πρώτῃ παιδείας* maximè reſpondet. Edidit etiam Comment. peculiarem in Danielem, quem *Fontes Salutis* appellavit: & alium in *Pirke Avoth*, ſeu Capitula Patrû. Autor *Schalſchelet Haccabala* recenſet XIII. Tractatus, quos confecit. Vid. *Dav. Ganz lib. c. pag. 150*. Commentarium ejusdem in Haggæum *J. A. Scherzerus*, Prof. Lipſ. A. 1663. Latinè transtulit, & Trifolio ſuo inſeruit. Adde *Spizelium in Specimine Univerſ. Bibliothecæ, pag. 7*.

ABARIS, Ἄβαρις, Scytha, quo tempore vixerit, non convenit inter Scriptores. Quidam, eum circa III. Olympiadem in Græciam veniſſe, tradunt, ut *Hippoſtratus* apud *Harpocrationem*. Alii Pythagoræ *σύγχρονον* faciunt, ut *Jamblichus in vita Pythag. cap. 19.* qui etiam teſtatur, *αἰθροβάτην* dictum eſſe, quod per ætherem graderetur ſagittæ inequitans. Nonnulli ejus ætatem ad LIV. Olympiadem rejiciunt. *Edoardus Simſonius* duos Abarides fuiſſe, exiſtimat. Scripſit Oracula, teſte *Suida*, quæ χρησμοὶ Σκύθινοι appellata ſunt. Elogium Abaridis non vulgare legitur ap. *Photium*, *Cod. CCXLIII.* ex *Himerio Sophiſta, pag. 1135*. Plura vide ap. *Meurſium* in *Notis* ad *Apollonium Dyſcolum, pag. 89. & ſeq.*

ABAS, Ἄβας, Sophiſta, compoſuit Ἱστορικὰ ὑπομνήματα, & Τέχνην Ῥητορικὴν, teſte *Suida*. Quando vixerit, non conſtat. Fit etiam Abantis, qui Troica ſcripſerit, mentio apud *Servium Honoratum, in illud Æneid. IX.* Pocula devictâ Genitor quæ cepit Arisbâ.

ABAUDONIUS (Marcus) edidit Paradiſum Theologicum, fol. A. 1670. Lugd.

de ABBATIS VILLA (Johann.) Gallus, Archiepiſcopus Biſontinus, ſcripſit Commentarium in Canticum Canticorum, qui impreſſus eſt, A. 1521.

ABBATIUS (Baldus Ang.) edidit Diſcusſarum Concertationum Opus, Piſis, A. 1594. Item, de Viperæ admirabili natura, & mirificis ejus facultatibus, Urbini, A. 1591.

ABBATIUS (Robert.) Epiſcopus Salisburienſis, edidit Demonſtrationem Antichriſti, contra Bellarm. A. 1608. Antilogiam adv. Apologiam Andr. Eudæmonis, A. 1613. Animadverſiones in Thompſoni Diatribam de amisſione & interciſione Juſtificationis & Gratiæ, &c. Obiit A. 1618.

ABBATTUS (Georg.) Cantuarienſis Epiſcopus, A. 1600. claruit. Compoſuit Explicationem VI. illuſtrium Quæſtionum, 1. de Mendacio. 2. De Circumciſione & Baptiſmo. 3. De Aſtrologia. 4. De præſentia in cultu Idololatrico. 5. De fuga in Perſecutione & Peſte. 6. An DEUS ſit author peccati.

ABBO, Floriacenſis, A. 1004. obiit. Scripſit Epitomen de Vitis Pontificum, quam *Joh. Buſæus*, cum *Anaſtaſio Bibliothecario*, edidit Moguntiæ, A. 1604. Vid. *Phil. Labbe l. 1. Diſſ. de Scriptor. Eccleſ. pag. 23. Olearius in Abaco, pag. 1.*

ABBO, alius à priore, S. Germani Monachus, A. 892. vixit. Scripſit carmen Heroicum de Obſidione Lutetiæ Pariſiorum, à Normannis facta. Vid. *Labbe l. c. pag. 24. Caſp. Barthius in Adv. 2, 38. Cernui* cognomen ei tribuit. Sed errat. Vocat ſe Abbo alicubi Cernuum: Cernuus Abbo tuis jugiter, &c. Sed *Cernuus* ibi appellativum eſt.

ABDELMESSIAS, Patriarcha Ægypti, edidit Legationem ad Clementem IIX. & profeſſionem fidei. Extat *T. 6. Annalium Baronii* ſub finem.

ABDIAS, Ἀβδίας, Babylonius, unus è Diſcipulis Dn. JESU CHRISTI fuiſſe dicitur. Sub ipſius nomine Vltæ Apoſtolorum circumferuntur. Libro 6. ſe Chriſtum in carne vidiſſe, aſſeclamq; fuiſſe Simonis & Judæ, cùm in Perſiam abirent: denique ab iis Babyloniæ ſe Epiſcopum factum eſſe, memorat. *Wolf. Lazius* primus Scriptorem illum in lucem protraxit, eumq; tanti fecit, ut dubitaverit, Abdias ne ex Luca, an Lucas ſua ex Abdia ſumſerit. *Paulus IV.* librum iſtum inter ſcripta à ſe damnata retulit, teſte *Sixto Senenſi. Laurentius Bareus* tamen dictum Autorem in Tomos Hiſt. SS. Patrum transtulit. Vid. *Andr. Rivetus T. 2. Oper. pag. 1073. Phil. Labbe T. 1. Diſſertat. de Script. Eccleſ. pag. 2. Olearius in Abaco, pag. 2.*

ABEL (Leonhard.) Melitenſis, An. 1605. obiit. Reliquit Opus de Chriſtianorum Orientalium ſtatu, adhuc ineditum. Meminit ejus *Miræus.*

ABELARDUS, vel, **ABAILARDUS** (Pet.) Gallus, A. 1140. claruit. Scripſit Theologiam, Apologeticum ſuæ fidel, & librum de Euchariſtiæ Sacramento. Hujus Abelardi Opera lucem aſpcxére Pariſiis, A. M DC XVI. fol. In ejus *Epitaphio* ita legitur:

— -- Petrus hic jacet Abailardus,
Cui ſolùm patuit, ſcibile quicquid erat.

Ajunt, eum in graviſſimos errores aliquando lapſum eſſe, ante obltum tamen reſipuiſſe. Vid. *Hornbek. T. 1. Socinianiſm. pag. 14.*

ABELLIUS (Ludov.) edidit Medullam Theologiæ, duobus Voluminibus, An. 1658. Pariſ. Sacerdotem Chriſtianum, A. 1671. Itèm, Enchiridion Epiſcopalis ſolicitudinis, A. 1668.

ABELUS (Mich.) Poëta, A. 1580. floruit. Scripſit 4. libros Carminum, & 2. Elegiarum, An. 1594.

ABENDANA (Jacob) Judæus ſcripſit Annotationes in *Michlal Jophi*, fol.

ABENESRA, Hiſp. Judæus celebrls, Theologus, Aſtronomus & Philoſophus, judice *Buxtorſio*, inſignis, qui Commentaria præclara in univerſa Biblia compoſuit. Proprium ejus nomen eſt, *R. Abraham, bar R. Meir ben Eſra*, ut ipſe ſe appellat in fine Commentarii ſui in Prophetas minores. Mortuus eſt A. ætatis 75. Commentarium ſuum in XII. Prophetas minores abſolvit in urbe Rhodo, A. C. 1145. Ob inſignem doctrinam & ſapientiam κατ' ἐξοχὴν חכם, *i. e. ſapiens*, cognominatus eſt. Scripta ejus plura enumerantur, ut יסוד מורא, i. e. *fundamentum Timoris*: מאזני לשון קודש, i. e. *ſtatera linguæ ſanctæ*: סוד התורה, i. e. *ſecretum legis*. Ænigma Abeneſræ de literis אהוי, inſertum præfationi Comm. ipſius in Pentateuchum, egregie explanatum *R. David Cohen de Lara*, An. 1658. edidit. Conf. *Spizel. in Spec. Bibl. Univ. p. 23. & ſeq.*

ABENEPHIUS, Hiſtoricus Arabicus, ſcripſit librum de Myſteriis Ægyptiorum, in quo oſtendit, Ægyptiorum ſacras diſciplinas penes Hebræos manſiſſe. Crebro ejus mentionem facit *Athanaſius Kircherus in Oedipo Ægyptiaco*, cumprimis *T. 1. Syntagm. 4. fol. 249.*

ABEN TIBBON, aliàs R. Moſes Abben Tibbon dictus, teſte *Ganzio, in Zemach David, pag. 142.* A. M. 5030. librum *Euclidis* ex lingua Arabica in Hebraicam transtulit. Phyſicam Hebræam quoq; compoſuit, quam רוח חן, i. e. *Spiritum Gratiæ* appellavit. Ei quoq; debetur Verſio Hebraica libri *Coſri*. Vid. infra, MOSES.

ABIOSUS (Joh.) Neapolitanus, compoſuit Dialogum in Aſtrologiæ defenſionem, cum Vaticinio à diluvio usq; ad A. C. M. DCC. II. Liber impreſſus Venetiis, A. 1494.

ABLAVIUS, Gothorum hiſtoriam compoſuit. Allegatur aliquoties à *Iornande, cap. IV. XIV. XXIII.* Ejus meminit *Raph. Volaterranus l. 13. Anthropol* Ablavius (inquit) genere Gothus, educatus Ravennæ, ſcripſit de Bello Gothorum, temporum iſtorum Hiſtoriam complexus.

ABRAHAM, Patriàrcha, à nonnullis inter eos, qui libros compoſuerunt, numeratur.

Epipha-

Epiphanius 1. *Panarii*, Sethianos Hæreticos Abrahæ Apocalypſin habuiſſe, memorat. *Origenes*, teſte *Sixto Senenſi*, Hom. 35. in Lucam, allegat teſtimonium ex ſcripto quodam Abrahæ apocrypho, in quo inducuntur Angeli iniquitatis & juſtitiæ, de ſalute & interitu Abrahæ diſceptantes. In *Synopſi Athanaſii* liber, qui *aſſumptio Abrahæ* dicitur, memoratur. Apud *Judæos* etiam liber ſub nomine Abrahæ circumfertur, cujus eſt inſcriptio יצירה, i. e. *de Creatione*. Rectius tamen alii eum *R. Akibæ* tribuunt. Vid. *Placcius, pag.* 133.

ABRAHAM, Ben David, aliàs *Ben Dior*, A. M. 5921. claruit. Compoſuit librum Cabalæ: item librum Chaſchub de Articulis fidei: item librum eximium de Aſtrologia, & aliquot alios. Vid. Dav. *Ganz in Zemach, pag.* 139.

ABRAHAM, Ben David, alius à priori, A. M. 5928. claruit. Fuit Raf excellens, ex Phiskiara. Fecit novas Annotationes in Gemaram: item Animadverſiones in Rambam. Compoſuit etiam librum *Babale nepheſch*, magnum ſyntagma de judiciis. Tradunt Apellæ, Sp. Sanctum in ejus ſchola reſplenduiſſe. Vid. *Ganz, l. cit. pag.* 139.

ABRAHAM Demalbiſch, Abarbineli σύγχρονος fuit. Scripſit *Mikne Abraham*.

ABRAHAM, Echellenſis, Maronita, Syriacæ Linguæ profeſſor Romæ. Is Catalogum *Hebed Jeſu* notis illuſtravit. Idem S. Antonii, Eremitarum Principis, XX. Epiſtolas ex Arabico tranſtulit, A. 1641. Scripſit etiam Vindicias *Eutychii* Patriarchæ.

ABRAHAM, Ibnu Sahal, Medicus Arabs, A. C. 1265. obiit. Vid. *Hotting. in Bibl. Quadrip. pag.* 288.

ABRAHAM Naſi, excellens Sapiens & Aſtrologus A. M. 5865. compoſuit *Sepher Hibbur*.

ABRAHAM, Pragenſis, A. M. 6303. obiit. Erat præſes ſcholæ Pragenſis, peritusq; fuit ſeptem ſcientiarum. Compoſuit Explicationem in Raſi, & Hagiha in Thur Oreg chajim, ſicut *Hagahot Japheloth*. Vid. *Ganz in Zemach, pag.* 153.

ABRAHAM TAM, unus ex autoribus Thoſephot, compoſuit librum *Jaſchar*. Obiit in Gallia, in provincia Rhemenſi, tribus millibus à Trecia. Vid. *Ganz, pag.* 137.

ABRAHAM Zacutus. Vid. infra, ZACUT.

ABRAHAM Seba, A. C. 1510. floruit Scripſit צרור המור, i. e. *faſciculum Myrrhæ*, qui eſt celebris Commentarius in Legem Moſis.

ABRAMUS (Nicol.) Lotharingus, A. 1647. claruit. Edidit 2. Tomos Comm. in Orationes Ciceronis, A. 1631. Pariſiis. Item, in Virgilium. Quæſtionum libros XV. ſub titulo Phari Vet. Teſt. A. 1648.

ABRON, Ἄβρων, Athenienſis, ſcripſit, teſte *Stephano Ethnographo* (in Βατῇ) περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν, i. e. de feſtis & ſacrificiis Veterum. Item, περὶ παρωνύμων, teſte *eodem* in Ἀθῆναι. Ætas ejus nos latet. Vid. *Jonſius de Scriptor. hiſt. Philoſ. pag.* 319.

ABRON, Rhodius, Grammaticus, ſcripſit de Theocrito, teſte *Diogene Laërt.* in *Ariſtotele*. *Suidas* ex *Hermippo* memorat, Abronem Rhodium, Tryphonis diſcipulū, Romæ Rhetorica præcepta docuiſſe.

ABRONIUS Silo, vixit extremis Octaviani Auguſti temporibus. Meminit ejus *M. Seneca, ſuaſor.* 2. *pag.* 13. ubi eum vocat diſcipulum Latronis, patrem Silonis, qui Pantomimis fabulas ſcripſit.

ABSALON, Sprinckirsbacenſis Abbas, A. 1120. vixit. Scripſit Homilias, quas *Dan. Schillingkius* A. 1534. Colon. in ſolio edi curavit.

ABSELIUS (Guil.) Bredanus Flander, A. 1571. obiit. Scripſit Tractatum ſuper oratione Dominica, carmine eleganti: item Epiſtolas. Vid. *Sanderus in Scriptor. Brugenſibus, pag.* 34.

ABSTEMIUS (Laur.) Maceratenſis, ſcripſit libros quoſdam obſcurorum locorum ad Guil. Ubaldum: item Hecatomythion, i. e. centum Fabulas Latinas, ab ipſo confictas, A. 1522. Annotationes ejus leguntur *Tom.* 1. *Lampadis Criticæ Gruteri, pag.* 878. *& ſeqq.*

ABSYRTUS, Ἄψυρτος, Pruſaënſis aut Nicomedienſis miles, ſub Imp. Conſtantino ad Iſtrum militavit. Scripſit, ſecundum *Suidam*, Ἱππιατρικὸν βιβλίον, i. e. librum de Medicina equorum. Abſyrti nonnulla extant inter Veterinarios, Baſileæ, A. 1537. à *Sim. Gryneo* editos.

ABUBAHAR, Arabs, A. C. 1450. obiit. Vid. *Hottingerus in Bibl. Quadrip. pag.* 286.

ABUBEKER, Vide, RASIS.

ABUCARAS, Ἀβουκαρᾶς, (prænomine Theodorus) Cariæ Epiſcopus, vixit ſeculo

culo IX. poſt medium, tempore Baſilii Macedonis, & IIX Synodi. Scripſit varia Opuſcula contra Hæreticos, Judæos & Saracenos. Ea *Jacobus Gretſerus* primum edidit. Vid. *Olearius in Abaco*, *pag.445*.

ABUDANUS (Joſeph) edidit Hiſtoriam Coptorum,Oxonii,A. 1675.

ABULENSIS. Vide,TOSTATUS.

ABULFEDA (Iſmael) Rex Syriæ, ſcripſit opus Geographicum, dictum *Directorium regionum*. *Fabricius in ſpecim. linguæ Arab. pag.99.* refert,hunc Tract. à *Wilh. Schickardo* Latinè eſſe translatum.

ABULHASEN,Aſcharienſis,A.C.952. obiit. Vid. *Hotting. in Bibl. Quadrip.pag.249*.

ABULHUSEN Ibnu Telmid, A.C. 1008. obiit. Vid. *idem*, *l. c. p.251*.

ABULPHARAIUS, (Greg.) Chriſtianus, ſcripſit Arabicè Hiſtoriam, cui nomen *Compendium Dynaſtiarum*. Eam *Edoardus Pocockius*,Oxon. A. 1650. edidit & notis illuſtravit. Floruit eo tempore,quo Tatari Moguli Meſopotamiam & Syriam pervaſerunt. Vid. *Spizelius in ſpecim. Univ. Bibl.pag. 49*.

ABURNIUS Valens, JCtus, Jaboleno Priſco ſucceſſit. Meminit ejus *Pomponius in Enchiridio Juris*. Scripſit 7. libros Fideicommiſſorum. Vid. *Guido Pancirolus, de JC. l. 1. c. 3.* & *Job. Bertrandus* ἐν βίοις Νομικῶν, *pag. 92*.

ABUSIGERUS (Hector) ſcr. Epiſtolam ad Sturmium, de AntiPappis ipſius, A.1580.

ABYDENUS,Ἀβυδηνὸς, *à Joſepho, l. 1. contra Apionem*, & *Euſebio* aliquoties in Hiſtoria Aſſyriaca allegatur. *Scipio Tettus*, laudatam hiſtoriam in Italia MS.aſſervari,aſſerit.

ACACIUS,Ἀκάκιος, δεινότατος ῥήτωρ, i. e. erat rhetor graviſſimus, inquit *Suidas*. Vixit ſub Juliano Apoſtata. De hoc ita *Eunapius*,*pag. 135*. Cæſarea Palæſtinæ Acacium edidit,qui eodem cum Libanio tempore vixit, ſophiſtica contentione & ſpiritu, ſi quiſquam alius, plenus. Dictio ejus ad manuum plauſum priſco dicendi generi accedit. Hic caput attollens unà cum Libanio primam palmam apprehendit, & arreptam obnixè obtinuit.

ACACIUS,Ἀκάκιος, Cæſarienſis Epiſcopus, claruit A. C. 350. ſub Conſtantio Imp. Scripſit præter ſelectas Quæſtiones,in Eccleſiaſten XVII. Commentariorum volumina. Meminit ejus *S. Hieronymus*.

ACAMPUS (Simon) ſcr. in varios Galeni libros.

ACANTHIUS (Quintinus) Spoletanus, *Hieronymo Magio* coævus fuit, qui eum vocat virum eruditiſſimum & antiquiratum omnium diligentiſſimum obſervatorem, *l. 2. Miſcell.c.8*.

ACARZERES (Laur.) Luſitanus, carmina quædam compoſuit, atteſtante *Giraldo*.

ACATUS,Ἄκατος,Græcus poëta,Ἀλωπεγίδα conſcripſit.

ACCARISIUS, Bononienſ. A. 1626. floruit. Edidit Orationes,teſte *Bumaldo*,& *Leone Allatio in Apibus Urbanis,pag. 137*.

ACCAS, Hagulſtadenſis, Epiſcopus, Venerabilis Bedæ coætaneus, condidit Officiarium Eccleſiæ,& librum de Paſſionibus Sanctorum.

De ACCEPTANTIBUS (Franc.) JCt. ſcr. de ſententia interlocutoria & definitiva. Extat *T. 5. Tract. tract.*

ACCIAJOLUS (Donatus) Florentinus, vir Græcè & Latinè doctiſſimus, Johannis Argyropyli diſcipulus, A 1473. obiit. Ex *Plutarcho* Hannibalis, Scipionis, Alcibiadis & Demetrii vitas Latinitate donavit. *Ariſtotelis* Nicomachia eruditò Comm. illuſtravit: quamvis alii *Argyropyli* eſſe arbitrentur. Deceſſit in legatione, patrimonio filiis non ſatis amplo relicto. Filiæ verò ob ejus in remp.Florent. merita, haud aliter, quàm Pauli Æmilii aut Ariſtidis, ære publico nupſerunt, teſte *Volaterrano*. Confer *Jovium in Elog. numero 16*.

ACCIAJOLUS (Angelus) Florent. A. 1407. obiit. Scripſit de Urbani VI. Electione.

ACCIAJOLUS (Zenob.) Olympiodorum in Iobum interpretatus eſt.

ACCIUS, Tragicus antiquus (quem alii *Attium* appellare malunt) A.Urbis conditæ 616. claruit. *Cicero pro Archia*, Decio Junio Bruto amiciſſimum fuiſſe, ſcribit. Fabulas plures ſcripſit,quarum præter nomina & fragmenta pauca nihil hodie ſuperat. Inter illas fuerunt Nuptiæ. Mercatorem ejus laudat *Varro*, Neoptolemum citat *Agellius*: Medeam *Priſcianus*: Atreum iterum *Agellius*.

Fragmen-

Fragmenta Accii collegit *Rob. Stephanus.* Apud Pop. Rom. quanto in honore habitus ſit, hinc æſtimari poteſt, quod P. Mutius eum, qui poëtam Accium, ſine præfatione honoris, nominaſſet, condemnarit; prout *Cataneus* apud *Glandorpium* memorat. Plura de Accio collegit *Caſp. Sagittarius, in Tr. de Script. Lat.* edito, A. 1672. pag. 41.

ACCIUS, unus ex recentioribus, fabulas Æſopicas carmine Elegiaco tranſtulit. De hoc ita *Jul. Ceſ. Scaliger l. 6. de re poët. pag. 789.* Accius is, ſi quis alius, tum accuratus, tum argutus Poëta eſt. Illud obſervarunt Præceptores noſtri, ab eo nusquã Ecthlipſin ullam factam in carmine ſyllabarum. Videmur tamen nos alicubi unam & alteram deprehendiſſe. De ipſo vero ita judico: Quæ dixit, á me nullo modo melius dici poſſe, quare eum Poëtis novitiis non ſolum ediſcendum ob fabularum utilitatem, ſed etiam propter verſuum munditias imitandum: parcius tamen concludendum ſententias arctiſſimis illis gyris moneo: quod unum ſané poteſt illi obijci. Hucusque *Scaliger.* De ætate hujus Scriptoris non exacté conſtat.

De ACCOLTIS (Franc.) Aretinus, JCtus, A. 1443. claruit. A quibusdam *ſubtilitatum Princeps* dictus eſt. Scripſit in Jus civile. Vid. *Guido Pancirolus in JCt. l. 2. c. 103.*

De ACCOLTIS (Bened.) A. 1415. natus eſt. Elaboravit 4. libros de bello Chriſtianorum contra Saracenos.

ACCORAMBONIUS (Felix) ſcripſit Explanationem in omnia Ariſtotelis Opera: item, Tractatum de fluxu & refluxu maris, Romæ, A. 1590. Adhæc Annotationes in Galenum, de Temperamentis.

ACCORAMBONIUS (Hieron.) Profeſſor Medicinæ Patavinus, A. 1536. claruit. Scripſit Tractatum de lacte.

ACCURSIUS, Florentinus, JCtus celeberrimus, mortuus eſt Bononiæ, A. 1229. Juxta quosdam, Anno ætatis 37. demum Legum ſtudio vacare cœpit, & nihilominus ſummus Jctus evaſit. Is primus Jus gloſſis illuſtrare auſus eſt. Vid. *Guid. Pancirolus in JCt. l. 2. c. 29. Caſpar Barthius* in Notis majoribus ad *Claudian. pag. 1200.* vocat Gloſſatorum Veterum Coryphæum, hominem ingenii prorſus ſtupendi.

ACCURSIUS (Cervettus) Bononiens. JCtus, A. 1259. floruit. Addidit paternis Gloſſis proprias, *Cervettinas* dictas.

ACCURSIUS (Franc.) Accurſii Filius, JCtus A. 1256. claruit. Scripſit Gloſſas in 4. Inſtitutionum libros: item in Digeſta, & Cod. Vid. *Bumaldus pag. 71.*

ACCURSIUS (Guil.) JCt. A. 1257. claruit. Scripſit Quæſtiones.

ACCURSIUS (Mariangelus) Amiterninus, A. 1524. claruit. Scripſit Diatribas in Auſonium, Solinum, Ovidium. Fertur etiam elaboraſſe Animadverſiones in Claudianum, poëtam. *Barthius ad l. 2. Theb. Papinii, pag. 399.* Eſt homo (inquit) boni ſæpé judicii, ingenii non contemnendi. Muſicus præterea & Opticus, Latinusque & vernaculus Poëta, rimatus omnes Romæ antiquitates, peregrinatus equo ultra Sauromatas, Salluſtii civis, Amiterninus, &c. Confer *Eundem in Adv. XX. 18.*

ACERBUS (Æmil.) Bergomas, obiit A. 1625. Scripſit 4. libros Logicarum Quæſtionum.

ACERBUS, (P.) Mantuanus, ſcr. Carmina Miſcellanea. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. p. 179.*

ACERBUS (Franc.) edidit corpori ægro á Muſa ſolatium, A. 1660.

ACERNUS (Sebaſt.) Polonus, natus eſt A. 1551: obiit A. 1608. Scripſit Victoriam Deorum (opus X. annorum) Roxolaniam, Suſannam, verſu Latino. *Starovolſcius in Hecatontade, pag. 125.* ita de eo ſcribit: Sebaſt. Acernus, alter, ut ita dicam, *Naſo Sarmaticus.* Ita enim aptus natus ad fundendum carmen erat, ut vix non totum verſum præferret, quod vel in familiari ſermone effari vellet, in quo ipſo tantam nihilominus energiam & phraſin habuit, ut, multorum judicio, non recentis ævi, frigidique aëris noſtri, ſed veterum illorum, atque ipſius Ovidij genium habuiſſe videretur. Scripſit etiam Polonico carmine Marſupium Judæ, ſeu de vario fraudum & avaritiæ genere. Addatur *Ghilinus vol. 2. Theatri Literatorum, pag 125.*

ACESANDER, Ἀκέσανδρος, videtur ſcripſiſſe Μυθολογούμενα. Citatur á *Tzetze in Lycophronem p. 127.* & á *Scholiaſte Pindari ad Pythia, pag. 194.*

ACESTODORUS, Ἀκεστόδωρος, Megalopolites, itidem Mythologus. *Autor Etymologici Magni* (qui *Nicas* eſſe putatur)

A 3

culo IX. poſt medium, tempore Baſilii Macedonis, & IIX. Synodi. Scripſit varia Opuſcula contra Hæreticos, Judæos & Saracenos. Ea *Jacobus Gretſerus* primum edidit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 445.*

ABUDANUS (Joſeph) edidit Hiſtoriam Coptorum, Oxonii, A. 1675.

ABULENSIS. Vide, TOSTATUS.

ABULFEDA (Iſmael) Rex Syriæ, ſcripſit opus Geographicum, dictum *Directorium regionum. Fabricius in ſpecim. linguæ Arab. pag. 99.* refert, hunc Tract. à *Wilb. Schickardo* Latinè eſſe translatum.

ABULHASEN, Aſcharienſis, A.C. 952. obiit. Vid. *Hotting. in Bibl. Quadrip. pag. 249.*

ABULHUSEN Ibnu Telmid, A.C. 1008. obiit. Vid. *idem, l. c. p. 251.*

ABULPHARAIUS, (Greg.) Chriſtianus, ſcripſit Arabicè Hiſtoriam, cui nomen *Compendium Dynaſtiarum.* Eam *Edoardus Pocockius*, Oxon. A. 1650. edidit & notis illuſtravit. Floruit eo tempore, quo Tatari Moguli Meſopotamiam & Syriam pervaſerunt. Vid. *Spizelius in ſpecim. Univ. Bibl. pag. 49.*

ABURNIUS Valens, JCtus, Jaboleno Priſco ſucceſſit. Meminit ejus *Pomponius in Enchiridio Juris.* Scripſit 7. libros Fideicommiſſorum. Vid. *Guido Panciroluς, de JEt. l. 1. c. 3.* & *Job. Bertrandus* ἐν βίοις Νομικῶν, *pag. 92.*

ABUSIGERUS (Hector) ſcr. Epiſtolam ad Sturmium, de AntiPappis ipſius, A. 1580.

ABYDENUS, Ἀβυδηνὸς, *à Joſepho, l. 1. contra Apionem*, & *Euſebio* aliquoties in Hiſtoria Aſſyriaca allegatur. *Scipio Tettus*, laudatam hiſtoriam in Italia MS. aſſervari, aſſerit.

ACACIUS, Ἀκάκιος, δεινότατος ῥήτωρ, i. e. erat rhetor graviſſimus, inquit *Suidas.* Vixit ſub Juliano Apoſtata. De hoc ita *Eunapius, pag. 135.* Cæſarea Palæſtinæ Acacium edidit, qui eodem cum Libanio tempore vixit, ſophiſtica contentione & ſpiritu, ſi quiſquam alius, plenus. Dictio ejus ad manuum plauſum priſco dicendi generi accedit. Hic caput attollens unà cum Libanio primam palmam apprehendit, & arreptam obnixè obtinuit.

ACACIUS, Ἀκάκιος, Cæſarienſis Epiſcopus, claruit A. C. 350. ſub Conſtantio Imp. Scripſit præter ſelectas Quæſtiones, in Eccleſiaſten XVII. Commentariorum volumina. Meminit ejus *S. Hieronymus.*

ACAMPUS (Simon) ſcr. in varios Galeni libros.

ACANTHIUS (Quintinus) Spoletanus, *Hieronymo Magio* coævus fuit, qui eum vocat virum eruditiſſimum & antiquitatum omnium diligentiſſimum obſervatorem, *l. 2. Miſcell. c. 8.*

ACARZERES (Laur.) Luſitanus, carmina quædam compoſuit, atteſtante *Giraldo.*

ACATUS, Ἄκατος, Græcus poëta, Ἰλιουπερσίδα conſcripſit.

ACCARISIUS, Bononienſ. A. 1626. floruit. Edidit Orationes, teſte *Bumaldo*, & *Leone Allatio in Apibus Urbanis, pag. 137.*

ACCAS, Hagulſtadenſis, Epiſcopus, Venerabilis Bedæ coætaneus, condidit Officiarium Eccleſiæ, & librum de Paſſionibus Sanctorum.

De ACCEPTANTIBUS (Franc.) JCt. ſcr. de ſententia interlocutoria & definitiva. Extat *T. 5. Tract. tract.*

ACCIAJOLUS (Donatus) Florentinus, vir Græcè & Latinè doctiſſimus, Johannis Argyropyli diſcipulus, A 1473. obiit. Ex *Plutarcho* Hannibalis, Scipionis, Alcibiadis & Demetrii vitas Latinitate donavit. *Ariſtotelis* Nicomachia eruditò Comm. illuſtravit: quamvis alii *Argyropyli* eſſe arbitrentur. Deceſſit in legatione, patrimonio filiis non ſatis amplo relicto. Filiæ verò ob ejus in remp. Florent. merita, haud aliter, quàm Pauli Æmilii aut Ariſtidis, ære publico nupſerunt, teſte *Volaterrano.* Confer *Jovium in Elog. numero 16.*

ACCIAJOLUS (Angelus) Florent. A. 1407. obiit. Scripſit de Urbani VI. Electione.

ACCIAJOLUS (Zenob.) Olympiodorum in Iobum interpretatus eſt.

ACCIUS, Tragicus antiquus (quem alii *Attium* appellare malunt) A. Urbis conditæ 616. claruit. *Cicero pro Archia*, Decio Junio Bruto amiciſſimum fuiſſe, ſcribit. Fabulas plures ſcripſit, quarum præter nomina & fragmenta pauca nihil hodie ſuperat. Inter illas fuerunt Nuptiæ. Mercatorem ejus laudat *Varro*, Neoptolemum citat *Agellius*: Medeam *Priſcianus*: Atreum iterum *Agellius.* Fragmen-

Fragmenta Accii collegit *Rob. Stephanus.* Apud Pop. Rom. quanto in honore habitus ſit, hinc æſtimari poteſt, quod P. Mutius eum, qui poëtam Accium, ſine præfatione honoris, nominaſſet, condemnarit; prout *Cataneus* apud *Glandorpium* memorat. Plura de Accio collegit *Caſp. Sagittarius, in Tr. de Script. Lat.* edito, A. 1672. pag. 41.

ACCIUS, unus ex recentioribus, fabulas Æſopicas carmine Elegiaco tranſtulit. De hoc ita *Jul. Cæſ. Scaliger l. 6. de re poët. pag. 789.* Accius is, ſi quis alius, tum accuratus, tum argutus Poëta eſt. Illud obſervarunt Præceptores noſtri, ab eo nusquá Ecthlipſin ullam factam in carmine ſyllabarum. Videmur tamen nos alicubi unam & alteram deprehendiſſe. De ipſo vero ita judico: Quæ dixit, à me nullo modo melius dici poſſe, quare eum Poëtis novitiis non ſolum ediſcendum ob fabularum utilitatem, ſed etiam propter verſuum munditias imitandum: parcius tamen concludendum ſententias arctiſſimis illis gyris moneo: quod unum ſanè poteſt illi objici. Hucusque *Scaliger.* De ætate hujus Scriptoris non exactè conſtat.

De ACCOLTIS (Franc.) Aretinus, JCtus, A. 1443. claruit. A quibusdam *ſubtilitatum Princeps* dictus eſt. Scripſit in Jus civile. Vid. *Guido Pancirolus in JCt. l. 2. c. 103.*

De ACCOLTIS (Bened.) A. 1415. natus eſt. Elaboravit 4. libros de bello Chriſtianorum contra Saracenos.

ACCORAMBONIUS (Felix) ſcripſit Explanationem in omnia Ariſtotelis Opera: item, Tractatum de fluxu & refluxu maris, Romæ, A. 1590. Adhæc Annotationes in Galenum, de Temperamentis.

ACCORAMBONIUS (Hieron.) Profeſſor Medicinæ Patavinus, A. 1536. claruit. Scripſit Tractatum de lacte.

ACCURSIUS, Florentinus, JCtus celeberrimus, mortuus eſt Bononiæ, A. 1229. Juxta quosdam, Anno ætatis 37. demum Legum ſtudio vacare cœpit, & nihilominus ſummus Jctus evaſit. Is primus Jus gloſſis illuſtrare auſus eſt. Vid. *Guid. Pancirolus in JCt l. 2. c. 29. Caſpar Barthius* in Notis majoribus ad *Claudian. pag. 1200.* vocat Gloſſatorum Veterum Coryphæum, hominem ingenii prorſus ſtupendi.

ACCURSIUS (Cervettus) Bononiens. JCtus, A. 1259. floruit. Addidit paternis Gloſſis proprias, *Cervettinas* dictas.

ACCURSIUS (Franc.) Accurſii Filius, Jctus A. 1256. claruit. Scripſit Gloſſas in 4. Inſtitutionum libros: item in Digeſta, & Cod. Vid. *Bumaldus pag. 71.*

ACCURSIUS (Guil.) JCt A. 1257. claruit. Scripſit Quæſtiones.

ACCURSIUS (Mariangelus) Amiterninus, A. 1524. claruit. Scripſit Diatribas in Auſonium, Solinum, Ovidium. Fertur etiam elaboraſſe Animadverſiones in Claudianum, poëtam. *Barthius ad l. 2. Theb. Papinii, pag. 399.* Eſt homo (inquit) boni ſæpè judicii, ingenii non contemnendi. Muſicus præterea & Opticus, Latinusque & vernaculus Poëta, rimatus omnes Romæ antiquitates, peregrinatus equo ultra Sauromatas, Salluſtii civis, Amiterninus, &c. Confer *Eundem in Adv. XX. 18.*

ACERBUS (Æmil.) Bergomas, obiit A. 1625. Scripſit 4. libros Logicarum Quæſtionum.

ACERBUS, (P.) Mantuanus, ſcr. Carmina Miſcellanea. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. p. 179.*

ACERBUS (Franc.) edidit corpori ægro à Muſa ſolatium, A. 1660.

ACERNUS (Sebaſt.) Polonus, natus eſt A. 1551: obiit A. 1608. Scripſit Victoriam Deorum (opus X. annorum) Roxolaniam, Suſannam, verſu Latino. *Starovolſcius in Hecatontade, pag. 125.* ita de eo ſcribit: Sebaſt. Acernus, alter, ut ita dicam, *Naſo Sarmaticus.* Ita enim aptus natus ad fundendum carmen erat, ut vix non totum verſum præferret, quod vel in familiari ſermone effari vellet, in quo ipſo tantam nihilominus energiam & phraſin habuit, ut, multorum judicio, non recentis ævi, frigidique aëris noſtri, ſed veterum illorum, atque ipſius Ovidij genium habuiſſe videretur. Scripſit etiam Polonico carmine Marſupium Judæ, ſeu de vario fraudum & avaritiæ genere. Addatur *Ghilinus vol. 2. Theatri Literatorum, pag 125.*

ACESANDER, Ἀκέσανδρος, videtur ſcripſiſſe Μυθολογούμενα. Citatur à *Tzetze in Lycophronem p. 127.* & à *Scholiaſte Pindari ad Pythia, pag. 194.*

ACESTODORUS, Ἀκεστόδωρος, Megalopolites, itidem Mythologus. *Autor Etymologici Magni* (qui *Nicas* eſſe putatur)

tur) in Δωδωναῖ☉, eum de Deucalione allegat. *Scholiaſtes Sophoclis, pag. 137.* Ἀκακίδωρον appellat. Confer *Stephanum* in Μηχάλη, qui teſtatur, ipſum de Urbibus ſcripſiſſe. Meminit ejus etiam *Plutarchus in Themiſtocle.*

ACESTOR, Ἀκέςωρ, ἐν τῷ περὶ Κυρήνης, à *Scholiaſte Apollonii Rhodii ad l. 3. Argonaut. pag. 184.* allegatur.

ACESTORIDES, Ἀκεςορίδης, ſcripſit Μυθικά. Allegatur à *Tzetze Chil. 7. Hiſt. 144. pag. 132.* Meminit ejusdem *Photius in Biblioth. Cod. CLXXXIX.*

De ACEVEDO (Franc. Zidron) edidit Comm. in Matthæi Evangelium, A. 1671.

ACHA (Raf) A. M. 5510. vixit. *David Gans in Zemach, p. 124.* Raf Acha, ex Schebacha, fuit excellens Sapiens, & compoſuit librum de omnibus præceptis in lege prolatis, & vocatur hic liber *Schealtot Raf Achæ.*

ACHÆUS, Ἀχαιός, Eretrienſis, Tragicus, vixit Olympiade LXXIV. & Fabulas docuit XLIV. Inter Fabulas ejus ſequentes allegatas invenio, Ἀδραστον, ἆθλας, Αἴθωνα σατυρικὸν, Ἀλκμαίωνα σάτυρικὸν, Οἰδίπουν, Θησέα, Ἥφαιςον σάτυρικὸν, Ἴριν σατυρικὴν, Κύκνον, Λίνον, Μοίρας, Ὀμφάλην, Πειρίθουν, Φιλοκτήτην, Φρίξον. Vid *Caſaubonus de Satyra, pag. 186.* Fuit & alius ACHÆUS, Junior, Syracuſanus, qui X. Tragœdias fecit, teſte *Suida.*

ACHARDUS, Claræ vallenſis Monachus ſub S. Bernhardo, ſcripſit vitam S. Gotſelini Eremitæ. Edidit eam *Arnoldus de Raiſſe, A. 1626.* Duaci.

ACHIAS, Silonites, ſcripſit de rebus Salomonis. Mentio ejus extat *2. Chron. IX. 29.*

ACHILLES TATIUS, Ἀχιλλεὺς Τάτι☉, Alexandrinus, ſcripſit librum de Sphæra: item in Arati Φαινόμενα. Nec alius eſt ab illo, qui Amores reliquit Leucippes & Clitophontis. Vid. *Photius in Bibliotheca, Cod. LXXXVII.* Eum edidit *Salmaſius*, cum Notis, A. 1640. Verſio eſt *Annibalis Cruceii*; primumque prodiit Baſileæ, A. 1554. Initiò Gentilis erat: tandem Chriſtianum factum & ad Epiſcopatum perveniſſe, è *Suida* diſcimus.

ACHILLINUS (Alex.) Bononiens. Patavinus Prof. Ann. 1512. vivis exceſſit. Fuit Averrois Interpres & ſectator. Quidam eum *alterum Ariſtotelem* vocant. Opera ejus in unum collecta prodierunt, Venet. A. 1568. Vid. *Jov. in Elog. numero 57. & Bumaldus pag. 11.*

ACHILLINUS (Joh. Philotheus) A. 1513. claruit. Scripſit de Juriſdictione Regia & Sacerdotali librum lectu digniſſimum, quem *Melch. Goldaſtus T. 1. Monarchiæ S. Imp. pag. 58.* & ſeq. inſeruit. Verus autor eſt *Philippus Meſerius* vel *Macerius*, Cancellarius Cypri, Miniſter primùm aulæ Pontificiæ, Gregorii XI. deinde Regiæ, Caroli V. Galliæ regis. Vid. *Placcius p. 135.*

ACHILLINUS (Claud.) Bononienſis, JCtus, noſtro ſeculo claruit. Dubium (inquit *Joh. Imperialis in Muſeo Hiſtorico, p. 200.*) an ſcientiarum omnium, ac præſertim Juriſprudentiæ ſtudioſis utilior, an vorſæ ac proſæ Orationis peregrinitate ſublimior ac ſuavior exiſtat. Vid. *Ghilinus volum. 1. Theatri, pag. 38. & Bumaldus. pag. 53.*

ACHMET, Sereimi Filius. Ejus Commentarius Onirocriticus ex Ægyptiorum, Indorum, Perſarum, &c. opinionibus conflatus eſt lingua Græca, teſte *Barthio in Adv. XXXI, 14.* Onirocritica Lutetiæ edita ſunt cum verſione & Notis *Nic. Rigaltii*, A. 1603.

ACHOLIUS, Hiſtoricus Latinus, vixit ætate Valeriani & Gallieni Imperatorum. Allegatur à *Vopiſco* in Aureliano, & à *Lampridio* in Alexandro.

ACIDALIUS (Valens) Wiſtochienſis, 28. ætatis anno, A. 1595. juxta *Thuanum* l. 113. obiit. Plautinas Divinationes conſcripſit: item, Notas in Corn. Tacitum. Carmina ejus leguntur *T. 1. Delit. Germ. pag. 1. & ſeq.* Quidam αὐτόχειρα factum, aſſeverant. *Caſp. Barthius* in ejus Poëmata, ſua manu annotavit: Valens hic Acidalius, Marchicus Wiſtochienſis, Juventute per plurimas Academias Germaniæ, Italiæ, & aliarum nationum in omnium amoribus transacta, Uratislaviam cum Dan. Rindfleiſch, quem Bucretium vocat, venit, ibi cum diutulè fruſtra promotionem aliquam expectaſſet, tandem ad Pontificiorum caſtra tranſiit, Rectorque Scholæ Neuſſanæ factus, cum vix XVI. ſeptimanas ei muneri præfuiſſet, inter concelebrandum proceſſum cum ſancta Hoſtia, ſubito furore correptus, domumque relatus, in lecto ſuo expiravit: nonnullis affirmantibus, ſua

manu

manu necem ab eo ſibi procuratam. DEUS O. M. ità nos det ſtudia Elegantiarum colere, ne cælorũ regno excidamus, cui iſta omnia adijciuntur, &c. Hæc ille. Idem *Barthius in Claudian.* citat Val. Acidalii non injucundam Diatriben de Conſtitutione carminis Elegiaci.

ACILIUS, Romanus, Hiſtorias Romanas ſcripſit ſermone Græco. Vid. *Livius l. 35. Cic. 3. de off.*

ACINDYNUS, (Greg.) Ἀκίνδυνος, ſcr. 2. libros de Eſſentia & Operatione DEI. Prodiit A. 1616. cura *Gretſeri.*

ACISO (Greg.) ſcholia ſcripſit in Ariſtotelis Organum ex Boëthii Interpretatione, edid itque Compluti, A. 1556.

Ab ACKERSDYCK (Corn.) edidit Logicam. Traject. A. 1666.

ACONTIUS (Jac.) ſcripſit 8. libros de Stratagematibus Satanæ, A. 1565. Item, Epiſtolam de ratione edendorum librorum.

ACONTIUS (Melch.) Urſellanus, ſcripſ. Poëmata, quæ habentur *T. 1. Delit. Germ. pag. 151.*

ACORUMBONUS (Fabius) Eugubinus, JCtus, Anno 1559. obijt. Vid. *Guid. Pancirolus in J Ctis, l. 2 cap. 178.*

ACOSTA (Chriſtoph.) de ſimplicibus & aromatibus Indiarum varia commentatus eſt, mutuatus magnam partem à *Garcia* Orta, Luſitano.

ACOSTA (Emanuel) ſcripſit Carmen Heroicum in Nuptias Edoardi & Iſabellæ, A. 1522: item Proteum, Epigrammata, &c. A. 1553.

ACOSTA (Joſeph) Methymnenſis, edidit Hiſtoriã Americanã. Eã valde commendat *Chr. Funcius in Breviario Orbis hodie imperantis, pag. 412.* aitq; autorem complexum eſſe hiſtoriam Americanor. naturalem, civilem, & Eccleſiaſticam, ea fide & accurata cura, ut non dubitet eundem inter politiſſimos hujus argumenti ſcriptores referre. Nunquam, nunquam illius Hiſtoriam novi Orbis legere licet ſine admiratione. Sunt enim revera ibidem omnia ſtupenda. Nominatim deſcripſit vaſta illa regna, Ingarum, Mexicanum, & Peruvianum, quomodo ſe habuerint ante occupationem Hiſp. Scripſit itidem Latinè duos libros de natura Novi Orbis, qui conjuncti eſſe ſolent ejusdem Autoris *libello de prædicatione Evangelii apud Indos.* Potuit autem nemo melius Acoſta argumentum hoc tractare: ipſe enim per XIIX. annos in America vixerat, fueratque longè doctiſſimus & patientiſſimus Jeſuita, ſincerè omnia enarrans. Prodeſt igitur Acoſtæ hoc opus Theologis, Politicis & Mathematicis. Hæc ibi. Obiit A. 1599.

ACOSTA (Gabr.) Hiſp. A. 1616. obiit. Scripſit de Benedictionibus Patriarcharum in Geneſ. Item, in Ruth, Threnos, Jonam & Malachiam.

ACRON, Ἄκρων, Agrigentinus, Medicus, vixit tempore Regis Artaxerxis, Longimani cognomine. Meminit ejus *Plinius l. 29. c. 1. Suidas:* ἔγραψε περὶ Ἰατρικῆς, δωρίδι διαλέκτῳ. περὶ τροφῆς ὑγιεινῶν βιβλίον ά, i. e. de arte Medica libros Dorica lingua ſcripſit: de ſalubri victus ratione librum unum compoſuit.

ACRON Helenius, vetus Grammaticus, Horatium Commentariis expoſuit.

ACRONIUS (Dan.) edidit Hiſt. Civitatum, Erf. A. 1651.

ACRONIUS (Joh.) Friſius, A. 1563. obiit. Scripſit de ſphæra & motu terræ. Item, de ſtudio Theologico.

ACRONIUS (Ruardus) edidit Enarrationes Catecheticas, A. 1606.

ACROPOLITA (Georg.) Ἀκροπολίτης, tempore Michaelis Palæologi, A. 1261. claruit. Chronicon Conſtantinopolitanũ, ab A. 1203. usque ad A. 1261. conſcripſit, quod *G. Douſa* Conſtantinopoli ſecum advexit, *Theodorus* vero frater cum interpretatione ſua & Notis edidit, Lugd. Bat. A. 1614.

ACTIUS (Thomas) JCtus, ſcripſit de Infirmitate & ejus privilegiis. Item, de ludo Schaccorũ. Extat *T. 7. Tr. tract.*

ACTIUS (Wilh.) ſcripſit Carmine Elegiaco de Regibus Hieroſolymitanis, A. 1604.

ACTOLINUS, JCtus, edidit Reſolutiones Juris, fol.

ACTORIUS (Marc.) Naſo, Hiſtoricus, memoratur *Suetonio l. 1. c. 9.* Voſſius eum Julii Cæſaris temporibus vixiſſe, exiſtimat.

ACTUARIUS (Joh.) Zachariæ filius, Medicus Græcus, varia ſcripſit in Medicina. Actuarium quendam tempore Conſtantini Ducæ vixiſſe, ex *Mich. Pſello* colligitur. *Hallervordius*, eum A. C. 1130. vixiſſe, aſſ. idque conſtare ait ex *G. Acropolita, c. 39.*

De ACUNA (P. Carillus) JCtus, edidit Deciſiones Rotæ Romanæ, A. 1665. fol.

ACUSILAUS, Ἀκουσίλαος, Argivus, Hiſtoricus, teſte *Joſepho l. 1. contra Apion* paulò anteceſſit Perſarum expeditionem contra Græcos. Scripſit Genealogias, ſtilo ſimplici & ſine omni ornamento, inquit *Tullius l. 2. de Orat.* Vid. *Jonſius de Script. hiſt. Phil. 1. 3.* Confer *Suidam.*

ACUSILAUS, Athenienſis, Galbæ Imp. tempore claruit. Romæ Rhetoricam docuit, memorante *Suida.*

ACUTICUS (Marc.) Vetus Comicus, Plauto ſuppar fuit. Juxta *Varronem ap. Agell. 3, 3.* ſcripſit Ἄγροικον, Anum, Bis compreſſam, Bœotiam, Commorientes, Condalium, Geminos, & Leones. Quas Comœdias quidam *Plauti Sarſinatis* eſſe, temerè crediderunt.

ADÆUS, Ἀδαῖος, Mitylenæus, Græcus ſcriptor, librum περὶ Ἀγαλματοποιῶν, i. e. de ſtatuariis, teſte *Athenæo l. XIII.* compoſuit.

ADALBERUS, Elwangenſis Abbas, Anno 921. obiit. Scripſit vitam *S. Hariolfi*, primi Elwangenſis Abbatis.

ADAMÆUS (Jac.) ſcripſit Deinologiam Belgii ad Mauricium Naſſovium, A. 1595.

ADAMÆUS (Theodoricus) Swallenbergius Gelder, A. 1540. obiit. Compoſuit Annotationes in Procopium de ædificiis Juſtiniani Imp. de Rhodo inſula, &c. Scripſit etiam de Chriſtianorum Concordia. Vid. *Swertius in Athenis Belg. pag. 685.*

ADAMANNUS, Scotus, Monachus, obiit A. 764. teſte *Wareo in Scriptoribus Hibernicis, pag. 35.* Scripſit de locis Terræ Sanctæ. Edidit quoque 3. libros de S. Columbano, qui extant *ap. Caniſium T. 5. part. 2. pag. 559. Sixtus Senenſis*, eum *Colodium* cognominatum fuiſſe, annotat.

ADAMANTIUS, Ἀδαμάντιος, Sophiſta, ſcripſit Græcè libros 2. Phyſiognomonicorum ad Conſtantium, quos Latinos reddidit *Janus Cornarius*, A. 1544.

ADAMSONIUS (Pet.) ſcripſit poëmata ſacra. A. 1619.

ADAMI, Protoplaſti, Apocalypſin Gnoſtici Hæretici, teſte *Epiphanio l. 1 Panarii*, ſeſe habere gloriabantur. Librum, *Adami pœnitentiam* dictum, *Gelaſius Papa, Diſt. 15.* inter damnatas Scripturas retulit. De ſcriptis Adami, videatur *Caſp. Schottus in Technica Curioſa, pag. 556.*

ADAMUS, Bremenſis Canonicus, A 1075. floruit. Compoſuit Hiſtoriam Eccleſiaſticam de religione, à temporibus Caroli M. usq; ad Henricum IV. Eam nuper Joach. Joh. *Maderus* edidit. *Baronius* Card. vocat probatæ fidei Chronographum.

ADAMUS (Franc.) ſcripſit 2. Libros de rebus in Civitate Firmiana geſtis, A. 1592.

ADAMUS (Joh.) Rugenwaldenſis, condidit Odas, Parodias, &c. editas, A. 1612.

ADAMI, Præmonſtratenſis, Opera prodierunt, Antverpiæ, A. 1659. fol.

ADAMUS (Melch.) Sileſius, A. 1620. claruit. Scripſit vitas Theologorum, JCtorum, Medicorum, Philoſophorum & Philologorum Germaniæ, multo ſtudio & induſtria. Utinam à partium ſtudio ſibi temperaſſet, nec Viris de rep. Chriſtiana optimè meritis temerè inſultaſſet! Vid. *Hemmingus Witte, in præfat. Memoriis Theologorum præmiſſa, pag. 17. & 18.*

ADAMIRIUS (Muham.) vulgò Camir dictus, fatô functus eſt Anno Hegiræ 808. Compoſuit ingens volumen de Animalibus, ex XX. minimum Scriptoribus collectum, cujus duo Exemplaria nactum ſe teſtatur *Sam. Bochartus in præfat. Hierozoici*, quæ ſingula aliquid proprium habent, quod in altero fruſtrà quæras.

ADELARDUS, Bathonienſis Monachus, A. 1075. floruit. Multa in Phyſicis, Mathematicis, & Medicina elaboravit. Ex Arabico, *Euclidis* Geometriam Latinè tranſtulit. Galliam, Germaniam, Italiam, Hiſpaniam, Ægyptum, ipſamq; Arabiam adijt & perluſtravit.

ADELHARDUS, Caroli M. propinquus & Conſiliarius, ſeculo IX. claruit. Scripſit libellum de Ordine Palatii.

ADELBOLDUS, Friſius, A. 1027. obiit. Scripſit vitam Henrici II. libris duobus.

ADELMANNUS, Brixienſis Epiſcopus, A. 1050. claruit. Scripſit Epiſtolam ad Berengarium, de veritate corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti in S. Euchariſtia. *Sigebertus* vocat Adelmannum Grammaticum. Vid. *Olearius in Abaco, p. 5.*

ADELMUS, vel, Adelhelmus, A C. 709. obijt. Scripſit de laude Virginitatis Vid. *Phil. Labbe T. 1. diſſert. de Script. Eccleſ. pag. 8. Olearius l. c.* Vide infra, ALDHELMUS.

ADELPHIUS, Ἀδέλφιος, ſcripſit Expeditionem

tionem Parthicam Antonii Triumviri, teſte *Strabone lib. XI.* Alii tamen apud *Strabonem ὁ Δέλλιος* legendum autumant.

ADELPHUS (Joh.) Argentoratenſis, Medicus, ſcripſit Hiſtoriam Friderici I. Imp. Item Margaritam facetiarum. Mentionem ejus facit *Eiſengrinius* ad Annum M D XV. Vid. *Olearius in Abaco, p.235.*

ADELZREITERUS (Joh.) aſſertionem Electoratus Bavarici, A. 1644. edidit, fol.

ADEMARUS, Cabanenſis, A. 1029. vixit. Scripſit Chronicon, ab A. 829. usque ad A. 1029. Item, Commemorationem Abbatum Lemovicenſium Baſilicæ S. Martialis.

ADERUS (Guil.) ſcripſit librum de ægrotis & morbis in Evangeliis, Toloſæ editum, A. 1621.

ADJUTUS (Joſephus) Ninivita. aliàs *Hugo Maria* dictus, natus eſt A. 1602: obiit A. 1668. Niniven Aſſyriorum, patriam allegavit ſemper. *A Baſilio Cacacio*, Epheſino Archiepiſcopo, Chaldæus in diplomate appellatus eſt. Puer 4. annorum genitoribus orbatus, neceſſariorum curâ Hieroſolymas miſſus eſt, ubi prima literarum rudimenta dicitur hauſiſſe. Undecimum in annum iſthic hæſerat: unde cum religioſis Neapolin in Italiam transportatus, ibique in ordinem Minorum Conventualium S. Franciſci receptus, Diaconi primùm obivit partes, deinde ſub *Urbano IIX.* Pont. Rom. A. 1632. à dicto *Cacacio* ad Presbyterorum gradum evectus fuit. Anno 1637. S. Theologiæ Doctorem *J. Bapt. Berardicellus*, Larinenſis, Generalis, nomine Collegii Bononienſis eum declaravit. Elapſis aliquot annis pòſt Viennam Auſtriæ Pragamq; venit: inde non ſine Numinis impulſu Dresdam, mox Witebergâ ſeſe contulit, ubi religionem mutavit, & Evangelicæ Eccleſiæ ſe aſſociavit. Witebergæ Profeſſor factus, linguâ Italicam publicè docuit. In religionis opere Zelotes magis, quam Cretenſis homo: ſacrorum quoq; rituum ſectator ſtrenuus. Chriſtianam Praxin præ doctrina æſtimabat magis: non verbis, aut opinionibus abſolvi pietatem ratus, ſed vita ſtabiliri potius. Hæc ex Programmate Witeberg. Doct. *Conr. Victoris Schneideri* nomine edito. Reliquit Axiomata Politica.

ADMANDUS, A. 1066. floruit. Scripſit Chronicon.

ADO, Viennenſis Epiſcopus, A. 879. inclaruit. Fecit Chronicon de VI. ætatibus mundi. Ei nonnulli Martyrologium quoque tribuunt. Adonis Viennenſis Martyrium S. Deſiderii extat *l. 6. Caniſii, pag. 444.* Ab hoc diverſus eſt ADO Trevirenſis, qui vixit A. 1070. Vid. *Phil. Labbe T. 1. Diſſert. de Script. Eccleſ. pag. 10. Olearius in Abaco, pag. 7.*

ADOLPHUS (Theod.) ſcr. Methodum Examinis conſcientiæ, A. 1661. Saliſb.

ADORANUS (Alf.) ſcripſit de Diſciplina militari.

ADORNIUS (Opitius) Brugenſis, A. 1610. obiit. Condidit varia carmina, teſte *Sweertio.*

ADRASTUS, Ἄδραστος, Peripateticus, fuit juxta quosdam Ariſtotelis diſcipulus. *Galenus T. 4. p. 191.* teſtatur, quod in Categorias commentatus fuerit. Adraſti libros Harmonicorum in Vaticana Bibliotheca aſſervari, *G. J. Voſſius* affirmat.

ADREVALDUS, Monachus Floriacenſis, vixit A. 890. Scripſit de Miraculis, quæ per Gallias meritis Benedicti facta ſunt, teſte *Sigeberto. Caſp. Barthius in Adv.* XX, 1. eum plurimum commendat.

ADRIANUS, Auguſtus, ſcr. libros de ſuis geſtis, quos Phlegon libertus, ejus juſſu, ſuo nomine publicavit, quemadmodum *Dio Caſſius* refert. Poëmata etiam, omni genere carminum conſcripta, *Suida* teſte, reliquit. Vide infrà, HADRIANUS.

ADRIANUS, Ἀδριανὸς, Tyrius, Rhetor, Herodis Attici diſcipulus, vixit tempore Marci Antonini, Imp. *Suidas* eum vocat ἀντισχολαστὴν Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος. Scripſit, teſte *eodem*, VII. libros μεταμορφώσεων: item 5. libros de Orationum formis: 3. libros de ſtatuum proprietatibus: Phalarin & Conſolatoriam in Celeris obitum. Vid. *Philoſtratus in vitis Sophiſtarum, pag. 559.* Apud *Stephanum* ἐθνογράφον in ἀστρεία καὶ αἴνεια, Adrianus quidam Alexandriadem ſcripſiſſe dicitur.

ADRIANUS, Iſagogen in S. Scripturam compoſuit; de qua *Photius in Bibl. Cod.* 2. Hæc Auguſtæ Vindelicorum reper-

ta,

ta,& cum vitis XII. Prophetarum edita eſt,A 1602.

ADRIANUS,VI.Pontifex,Anno 1523.obiit. Scripſit Quæſtiones in 4. libros Sententiarum: item ſermonem de ſacculo pertuſo. Vid. *Swertius in Ath. Belg. pag. 95.*

ADRIANUS,Caſtellenſis,Italus, Cardinalis,A.1518. obiit. Scripſit Itinerarium Julii II Papæ carmine: item, libellum de particulis Linguæ Latinæ. Ob conjurationem Petruccianam Cardinalatus honore privatus eſt. Vid. *Pierius Valerianus,de Infel. Literat. p 20.*

ADRIANI (Franciſcus) Pariſ. A. 1364.floruit. Scripſit in Symbolum Athanaſii.

ADRIANI (Adrianus) Antv. obiit Anno 1581. Edidit 3. libros de Vita activa.

ADRIANI (Corn.) Dordracenus, A.1581. obiit. Scripſit de 7. Sacramentis. Vid. *Swertius in Ath. Belg. p. 180.*

ADRIANUS (Joh. Bapt.) Florent. obiit A. 3 Rudolfi II. Imp. Scripſit Hiſtoriam ſuorum temporum. Vid. *Zeillerus part. 2. Script Hiſt. pag. 1.*

ADRICHOMIUS (Chriſtianus) Delphius, A. 1585. mortuus eſt. Edidit Theatrum Terræ ſanctæ. Vid. *Swertius in A. B. pag. 174.*

ADSO, Abbas Gall. Anno 963. floruit. Deſcripſit vitam S. Manſueti.

ADVOCATUS (Jac.) Bergomas, A.1418. obiit. Scripſit de legibus Cæſ. Majeſtatis juxta earum vim ubique obſervandam.

ADVOCATUS (Fauſtinus) compoſuit Carmina. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 1.*

ÆANTIDES, Αἰαντίδης, Græcus Poëta, unus ex illis ſeptem, qui celebrem illam Poëtarum πλειάδα conſtituebant. Vid. *Theocriti Scholiaſtes.*

ÆDESIUS, Αἰδέσιος, Cappadox, Jamblicho σύγχρονος & ejusdem ſectator fuit. Vid. *Eunapius p. 32.* Diſcipulum reliquit Chryſanthium.

ÆDICELLIUS (Servatius) Agrippinas, vitam S. Willebrordi carmine Heroico expreſſit, teſte *Swertio.*

ÆDITUUS (Val.) Vid. VALERIUS.

ÆGIDIANUS (Andr.) ſcripſit Heroico carmine Panegyricum Car. Maſio; Gandenſium Epiſcopo. Obiit A. 1620.

ÆGIDIUS,Corbolienſis,Medicus,de compoſitione Medicamentorum librum verſu Heroico conſcripſit, quem MS. *Naudæus* habuit.

ÆGIDIUS, Gallus, juxta *Trithemium*, A. 700. floruit. Scripſit de Pulſibus & Urinis.

ÆGIDIUS,Leodicenſis,ſcripſit Hiſtoriam Epiſcoporum Tungrenſium, à S. Materno usque ad A. C. 1251.

ÆGIDIUS,Pariſienſis, *Petri de Riga* Auroram interpolavit,& pro captu ſuo emendavit. Vid. *Caſp. Barthius in Notis ad Guilh. Brit. l. 12. pag. 755.* Edidit etiam Poema, quod inſcribitur *Carolinus*, teſte *Job. Picardo*, qui & verſus inde aliquot producit,in Notis ad *Bernhardi Epiſtolas pag. 2252. & 2259. Philippus Labbe, pag. 54. Nov. Bibl.* promittit, hoc Poema, in V. libros diviſum, ſe editurum ex Manuſcripto.

ÆGIDIUS, Viterbienſis, Card. vixit tempore Leonis X. Pontif. Fuit Græcè & Chaldaicè doctus. *Jovius in Elog. numero 85.* egregia ipſius monumenta, ex arcanis Moſeos depromta, impiè à quibusdam ſupprimi,conqueritur.

ÆGIDIUS,Columnius, Romanus, Archiepiſcopus Bituricenſis,Thomæ Aquinatis diſcipulus, A. 1280. claruit. Scripta ejus *Bellarminus lib. de Scriptorib. Eccleſ. pag. 167.* enumerat. Ob doctrinæ conſtantiam *Fundatiſſimi* cognomen nactus eſt. *Sixto Senenſi* audit Vir in divinis Scripturis eruditiſſimus, & in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſecundus, ingenio ſubtilis, ſermone Scholaſticus. Obiit A. 1316. *Magius l. 1. Miſc. cap. 1.* Ægidii libros de Regimine Principum allegat. Vid. *Ph. Labbe T. 1. Diſſert. de Script. Eccl. pag. 13. Olearius in Abaco, p. 8.*

ÆGIDIUS (Benedictus) JCtus,ſcripſit de Jure Honeſtatis, cujus liber prodiit Colon. A. 1620. Item, Deciſiones, A. 1607. fol.

ÆGIDIUS (Guil.) Zelandus,Mathematicus, A. 1494. floruit. Scripſit de cæleſtium motuum indagatione.

ÆGIDIUS (Jac.) JCtus, compoſuit Tractatum de Teſtibus.

ÆGIDIUS (Pet.) Antverpianus, elaboravit Carmina, quæ extant *T. 1. Delit. Belg. pag. 1.*

ÆGIL, A. C. 818. vixit. Scripſit vitam S. Sturmii, teſte *Zeillero.*

ÆGINETA (Paulus) Παῦλος ὁ Αἰγινήτης, ſic dictus à patria Ægina. *Caſp. Contradus*

dus ait, eum floruiſſe A. C. 420. Galenum VII. librorum compendio conſtrinxit. Judice *Remberto Dodonæo*, omnium Medicorum poſt Galenum longè doctiſſimus fuit.

De ÆLHUYSEN, commentatus eſt in Rami Dialecticam, A. 1664. Tylæ.

ÆLIANUS (Claud.) Αἰλιανὸς, Hiſtoricus ſub Adriano Auguſto claruit. In Italia natus, ita Atticè loquebatur, ut Athenis Atticis natum crederes. Ob ſuavitatem ſermonis Μελίγλωσσος dictus fuit. Scripſit XIV. libros Variæ Hiſtoriæ, & XVII. libros Hiſtoriæ Animalium. *Suidas* ejusdem librum περὶ Προνοίας, i. e. de Providentia, in *μιάθωμα, ἐργεῶτας, σεμνὰ, Φιλήμων, ψελίῳ*, &c. allegat: Item, librum περὶ θείων Ἐνεργειῶν, i. e. de Viribus divinis, in ἀνιμάξατο & ἱεράτης: ut & alium περὶ ποικίλης Ἀφηγήσεως, i. e. de Varia Enarratione, in dictione, ἀπέλγειν. *Stephanus* Ἐθνογράφος quoq; in voce χερρόνησος Ælianum citat ἐν πρώτῳ Ἱστορικῆς Διαλέξεως. In Æliani Variam Hiſtoriam Notas doctiſſimas edidit *Job Schefferus.* JCtus & Philologus celebertimus. Eidem Æliano Τακτικὰ vel libros de ordinanda acie nonnulli tribuunt. Ea *Sixt. Sarcerius* edidit Notisq; illuſtravit. Vid. *Philoſtratus in vitis Sophiſt. l. 2. p. 570.*

ÆLIUS Gallus, Medicus, memoratur *Galeno l. 2. de Antidotis.*

L. ÆLIUS Gallus, JCtus, ſcripſit XII. libros de ſignificatione Verborum, ad Jus pertinentium. Horum librorum fragmenta ſervantur in Pandectis. Hunc Ælium *Job. Bertrandus in βίοις Νομικῶν p. 188. Agellium l. 16. cap. 5.* intelligere, exiſtimat, quem etiam cum *Macrobio l. 6. c. 8. Saturn.* emendat.

ÆLIUS Maurus, Phlegontis Libertus, temporibus Severi & Caracallæ vixit. Collegit quædam de Severo Imperatore, quemadmodum è *Spartiano* conſtat.

ÆLIUS (Sext.) Pætus, JCtus, conſul fuit A. U 555. Scripſit, teſte *Pomponio in Enchiridio*, Tripertitam, qui liber veluti cunabula Juris continet. *Cicero in Brutto, c. 20.* vocat Juris Civilis omnium peritiſſimum: & propter eximiam Juris civilis ſcientiam *Cordatus homo* ab *Ennio* appellatus eſt. Vid. *Job. Bertrandus in JCt. pag. 198.*

L. ÆLIUS STILO, Lanuvius, M. Terentii Varronis Magiſter fuit, unde de ejus ætate patet. *Agellius* doctū Virum vocat, &, ætate Varronis doctiſſimum hominem Civitatis. Meminit ejus etiam *Suetonius*. Scripſit 2. libros de ratione Vocabulorum, in quibus aliquot verborum antiquorum Græcorum, perinde atq; eſſent Latina, cauſas reddidit falſas: de Proloquiis librum unum, quem ſui admonendi magis, quam aliorum docendi gratia feciſſe videtur, ait Agellius: item Explanationem Carminum Saliarium, ex qua pauca quædam Gloſſemata vett. Grammatici adducunt. Vid. *Auſonius Popma in Notis ad Varronem, pag. 513.*

L. ÆLIUS Tubero, JCtus. De hoc ità *Pomponius*: Tubero doctiſſimus habitus eſt Juris publici & privati; plurimos utriusq; operis libros reliquit. Vixit ſub Julio Cæſare.

ÆLREDUS, Abbas Rhievallenſis, nobilis Anglus, A. 1166. obiit. Opera ejus prodierunt Duaci, A. 1616. item Pariſiis, Anno 1654. Ab aliis *Ailredus* vocatur. Vid. *Carolus Viſcb in Bibliotbeca Scriptorum Ordinis Ciſtercienſis, p. 9. & ſeq.* Hunc Ælredum Sanctorum numero adſcriptum eſſe, Anglici Scriptores aſſeverant. Vid. *Olearius in Abaco, p. 6.*

ÆLNOTHUS, Anglus, Anno 1105. floruit. Scripſit vitam S. Canuti, quam edidit Notisq; illuſtravit *Job. Meurſius*, A. 1631.

G. ÆLURIUS, ſcripſit A. 1625. Chronicon Comitatus & Civitatis Clatz, teſte *Zellero.*

ÆMILIANUS (Jac.) Ferrarienſis, Conſilia Juridica conſcripſit, edita Anno 1565. fol. Venet.

ÆMILIANUS (Joh.) edidit Hiſtoriam naturalem de ruminantibus, Venet. Anno 1584.

ÆMILIANUS (Quint.) Cimbriacus, carminibus inclaruit. Vid. *T. 1. Delit. German. pag. 162.*

ÆMILIUS Macer, Veronenſis, Poëta, A. U. C. 738. triennio poſt Virgilium obiit, teſte *S. Hieronymo*. Scripſit Ornithologiam, Ophiogoniam, & Botanica. Meminit ejus *Ovidius in Triſtibus. Servius in Virg.* allegat ejusdem librum de Apibus. Extat hodie ſub *Æmilii Macri* nomine opus de Herbarum Virtutibus, cum comm. *Job. Atrociani*, de quo ita *Scaliger in Hypercritico*: Is, cujus opus in manibus

bus habemus, neque Poëta fuit, neq; bonus Medicus, neq; ſincerus verſificator. *Ovidius l. 3. de Ponto, Eleg. 16.* vocat *Iliacum Macrum*: unde colligunt, eum ſcripſiſſe quoq; Bellum Trojanum.

ÆMILIUS (Marc.) Scaurus, vixit A. U. C. 639. Scripſit 3. libros ad Fufidium de Vita ſua, teſte *Cicerone in Bruto*. Meminit ejus *Valerius M. l. 4.* & *Plinius l. 34.* Ut taceam *Diomedem, Chariſium*, alios.

ÆMILIUS (Marc.) Scaurus, Tiberio Imperante vixit, qui offenſus ſententia quadâ de ferenda imperantis ſtultitia Scaurum eo adegit, ut manus ſibi violentas afferret. Teſtis *Dio Caſſius l. 58.* Scripſit Tragœdiam, cui nomen Atreus.

ÆMILIUS Sura, ſcripſit de Annis Populi Romani. Allegatur à *Vellejo Paterculo l. 1. cap. 6.*

ÆMILIUS (Antonius) Aquisgranenſis. An. 1651. claruit. Fuit Græcè & Latinè doctiſſimus. Reliquit Orationes elegantiſſimas: item Carmina partim Græca, partim Latina.

ÆMILIUS (Hector) JCtus, ſcripſit de Teſtibus, A. 1588. fol.

ÆMILIUS, (Georg.) Mansfeldenſis, obiit A. 1569. Scripſit in Eſaiæ c. LIII. Evangelia carmine Heroico expreſſit, A. 1566.

ÆMILIUS (Paulus) Veronenſis, Anno 1529. obiit. Scripſit de rebus Francorum aliquot libros, quibus XXX. annos inſumſiſſe dicitur. Scriptor eſt elegans & diſertus. Præclarum ejus elogium extat ap. *Lipſium, Notis ad l. 1. Polit. c. 9.* De eo ita *Eraſmus in Apophthegmatibus, lib. 6. pag. 582.* Paulus Æmilius, Veronenſis, vir eximiè doctus, nunquam ſibi ſatisfaciebat, ſed, quoties recognoſcebat ſua, mutabat pleraque: diceres opus non correctum, ſed aliud: idq; ſubinde faciebat. Quæ res in cauſa fuit, ut citius elephanti pariant, quàm ille quicquam edere poſſet. Nam Hiſtoriam, quam edidit, plusquam XXX. annis habuit præ manibus. Et ſuſpicor huc adactum, ut evulgaret. Nec multum abfuit ab hoc vitio *Thomas Linacrus*, Anglus, vir undiquaq; doctiſſimus. Hæc ille.

ÆMUNDUS, A. 1520. floruit. Scripſit de Ducibus Burgundiæ, Flandriæ, Hollandiæ.

ÆNEAS, Αἰνείας, ſcriptor vetuſtiſſimus, compoſuit Τακτικὸν καὶ πολιορκητικὸν ὑπόμνημα, quod *Iſaacus Caſaubonus* edidit, Notisq; illuſtravit. Meminit ejus operis *Ælianus in Tacticis*, additq; illud à *Cinea Theſſalo*, Pyrrhi Regis conſiliario & amico, in compendium redactam eſſe. *Suidas* refert, ipſum περὶ πυρσῶν καὶ στρατηγημάτων quoq; ſcripſiſſe.

ÆNEAS, Argivus, allegatur à *Pindari Scholiaſte. pag. 352.*

ÆNEAS, Gazæus, ex Platonico Philoſopho Chriſtianus, vixit A. C. 485. tempore Zenonis, Imp Compoſuit Dialogum de Animarum immortalitate & corporum reſurrectione, quem vocavit *Theophraſtum*, quia perſona principalis in dialogo Theophraſtus appellatur.. In hoc dialogo teſtatur, ſe vidiſſe Confeſſores quosdam, qui abſciſſis linguis optimè tamen & articulatè locuti fuerint. Edidit eum *C. Barthius Lipſiæ, A. 1653.* cum Notis.

ÆNEAS Silvius, Piccolomineus, Senenſis, poſteà PIUS II. dictus, ſcripſit multa & varia, quæ partim *Platina in ejus vita*, partim *Bellarminus, lib. de Scriptor. Eccl. p. 185.* enumerant. Obiit A. 1464. Vid *Ph. Labbe T 2. Diſſ. de S. E. p. 225.* Imprimis celebratur Æneæ liber de moribus & origine Prutenorum. Bullam etiam Retractationis nomine edidit, qua appellationes à Papa ad Concilium irritas pronunciavit. In alia Bulla, Univerſitati Colonienſi inſcripta, pœnitere ſe dicit, quod Dialogum & alios libros ſcripſerit pro autoritate Concilii. Vid. *A. Quenſtadius de Patriis Illuſt. Viror. pag. 318.* item *Olearius in Abaco, p. 384.*

ÆNESIDEMUS, Αἰνησίδημος, Gnoſſius, Philoſophus, teſte *Photio*, IIX. libros Pyrrhoniorum compoſuit, in quibus probare conatur, nihil aut ſenſu, aut ipſa etiam intelligentia certò poſſe comprehendi. Ejusdem *Diogenes Laërtius in Pyrrhone* meminit. Scripſit etiam Ταιανὰ, teſte *Sch. Apoll. l. 2.* Vid. *Meurſius in Creta, pag. 235.*

ÆNETIUS (Jac.) ſcr. Tractatum in Pſal. XIV. Anno 1574.

ÆNICUS, Αἰνικὸς, Athenienſis, antiquæ Comœdiæ ſcriptor, circa Olymp. LXXXVII. claruit. Ejus Antheam *Pollux Grammaticus* allegat.

ÆNIUS, Αἴνειος, Sophiſta, ſcripſit libros, quos vocavit μεταβόλας. Teſtis *Suidas*.

ÆNOCLES, Αἰνοκλῆς, Rhodius, ſcripſit de Coroniſtis, teſte *Athenæo, 8, 10.*

ÆPI-

ÆPINUS (Joh.) Hamburgenſ. Theologus, natus eſt A. 1499: obiit Anno 1553. Eum primum ex Evangelicis S. Theol. Doctorem Wittebergæ ſalutatum eſſe, affirmant. Scripſit contra librum, INTERIM dictum, cujus ſolutiones pluris, quam ſuas, Phil. Melanchthon feciſſe fertur. Alia ejus Scripta *Melch. Adamus, in Theol. Germ. pag. 245.* recenſet.

ÆRODIUS, (Pet.) JCtus, ſcr. in Pandectas, & de Jure Patrio, A. 1615. Item, de rebus judicatis. *Andr. Rivetus in Decalog p. 1251.* ſcribit: *Bodinum* ſecutus eſt vir doctiſſimus Petrus Ærodius, Quæſitor Andegavenſis, in elegantiſſimâ ſua Diſſertatione de Patria poteſtate ad filium Pſeudo-Jeſuitam. Poſtquam enim Jeſuitæ filium ejus, quem eis inſtituendum commiſerat, ſeduxiſſent, & in Hiſpaniam deduxiſſent, neq; potuiſſet, etiam ad id advocata autoritate Regia, eum revocare; publico ſcripto conatus eſt eum officii admonere. Ibi multa diſputat egregiè de patria autoritate ex Scripturis, Patribus, & Jure Gentium. Sed malè, meo judicio, abutitur exemplo Abrahami, &c. Hæc ille.

ÆSCHARDUS (Joh.) ſcr. de Templis, in 8. A. 1617.

ÆSCHATIUS (Iſaac.) ſcripſit Notas in *Hug. Grotium* de Jure Belli & Pacis, Anno 1667.

ÆSCHELIUS (Jerem.) JCtus, Panſophiam edidit, A. 1666.

ÆSCHINES, Αἰσχίνης, Philoſophus Socraticus, ſcripſit Dialogos, inter quos unus erat, nomine Τηλαυγής. *Suidas* etiam Miltiadem, Calliam, Rhinonem, Aſpaſiam, Alcibiadem, Phædonem, Polyænum, Draconem, Eryxiam, Eraſiſtratum, Scythicos, &c. numerat. *Idem in* Ἀξίοχος, Dialogum Axiochum (qui vulgo *Platoni* tribuitur) ab Æſchine Socratico conſcriptum eſſe, memorat. Vid. *Caſaub. in Athenæum, pag. 391.* Vita ejus extat apud *Diogenem Laertium l. 2. pag. 128.*

ÆSCHINES, Rhetor, Demoſthenis adverſarius. Hic à Demoſthene victus in illo de Corona certamine, Rhodū diſceſſit, ibiq; docuit. *Suidas* autor eſt, ipſum, cùm in quadam cauſa Judices corrupiſſet, in carcerem conjectum, hauſta cicutâ obiiſſe. Scripſit Orationes, ex quibus tres legitimas eſſe volunt, & Epiſtolas novem. Orationes ejus nonnulli *Gratias*, cùm ob ſermonis ſuavitatem, tum à numero Charitum: Epiſtolas vero *Muſas* nominarunt, teſte *Photio, Cod. LXI.* Adde *Plutarchum in X. Oratoribus, & Philoſtratum in Vitis Sophiſt. pag 536.*

ÆSCHINES, Sardianus, ἐν Ἰάμβοις allegatur ab *Harpocratione, in κέρκωψ.*

ÆSCHRION, Αἰσχρίων, Mitylenæus, verſificator, Alexandro M. comes itineris fuit. *Nicander Alexandrinus in libro de Ariſtotelis diſcipulis*, eum Ariſtotelis familiarem & amaſium fuiſſe, memorat. Teſtis *Suidas.* Hujus forte eſt Ἐφέσις, cujus librum VII. citat *Tzetzes ad Lycophronem, pag. 101.* Æſchrionem Mitylenæum ἐν Ἐφημερίσιν laudat *Tzetzes in Chiliad. pag. 148.*

ÆSCHRION, Samius, Ἰαμβοποιὸς fuit, teſte *Athenæo* 8, 3. Ubi, ut et 7, 12. ex ejus Jambis nonnihil allegatur.

ÆSCHRION, Medicus, laudatur alicubi *Galeno.* Hujus omninò eſt liber de Agricultura, quem citat *Plinius* inter autores, *l. 8. 9. 11. 14. 15. 17. 18. & Varro l. 1. de Re ruſt. c. 1.* ubi eum inter rei Ruſticæ autores collocat.

ÆSCHYLIDES, Αἰσχυλίδης, ſcripſit περὶ Γεωργίας, i. e. de re ruſtica. Allegatur ab *Æliano, hiſt. Animal. 15, 32.*

ÆSCHYLIUS, Αἰσχύλος, Athenienſis, Tragicus, Olympiade LXXI. claruit. Mortuus eſt Anno primo Olympiadis LXXXI. cùm Callias archon eſſet. Is primus, ut eſt ap. *Suidam*, Tragicos larvas terribiles & fæcibus inunctas induere, item cothurnis uti docuit. Mortem ejus *Ælianus, hiſt. Anim. 7, 16.* deſcribit. Epitaphium ejusdem *Euſtratius in Comm. ad 3. Nicomach. c. 1. pag. 158.* exhibet. Catalogum Fabularum Æſchyli *Joh. Meurſius* ſtudioſè collegit & in lucem edidit. Ajunt, eum XC. Fabulas compoſuiſſe & vicies octies victoriam retuliſſe. Scripſit etiam pugnam Marathoniam carmine Elegiaco. Vid. *Plutarchus 1. Sympos. quæſt. 10.*

ÆSCHYLUS, diverſus à priore, περὶ Παροιμιῶν, i. e. de Proverbiis ſcripſit. Vid. *Zenobius in Adagiis, p. 146.*

ÆSOPUS, Αἴσωπος, Phryx, teſte *Diogene Laërtio in Chilone*, circa Olymp. LII. floruit.

ruit. Vitam ipſius *Max. Planudes* compoſuit Græcè. Scripſit Apologos doctos & elegantes, quos dum legunt adoleſcentes (inquit *Plutarchus, lib. de audiendis Poëtis*) μεθ' ἡδονῆς ἐνθουσιῶσιν, i. e. cœleſti quodam inſtinctu non ſine voluptate excitantur. *Quintilianus V, 11.* ait, Fabulas illas Æſopi nomine venire, quoniam eas excoluerit. Vid. *Voſſius in Rhet. IV, 11. ſect. 3.* Confer *Eundem II, 15. ſect. 2.* ubi varias Fabularum ſpecies, Libycas, Sybariticas, Phrygias, Cilicias, Caricas, Ægyptiacas, Cyprias, &c recenſet. *Arabes* etiam ſuas habent fabulas, Æſopicis non abſimiles, quas Locmanno cuidá tribuunt. Vid. infrà, LOCMANNUS. Æſopus, à Crœſo, Lydorum R. Delphos miſſus, ibiq; ſacrilegii inſimulatus, tandem è petra quadam præcipitatus eſt, teſte *Plutarcho, lib. de ſera Numinis vindicta. Suidas* in verbo ἀναβιῶναι memorat, Æſopum Diis adeò charum fuiſſe, ut inſtar Tyndarei, Herculis & Glauci revixerit. *Sixtus Senenſ. l. 3. Bibl. Sanct. p. 139.* vult, Æſopum ante tempora Belli Trojani floruiſſe. Æquè ridiculi ſunt, qui ex Aſapho, Davidis Regis cantore, Æſopum faciunt.

ÆSOPUS, alius à priore, quem *Suidas* Μιθριδάτου ἀναγνώστην, i. e. Regis Mithridatis Lectorem vocat, teſte *eodem*, de Helena ſcripſit. Idem Mithridatis Encomium compoſuit.

ÆTHERIUS, Αἰθέριος, verſificator, Epithalamium fratri ſuo Simplicio, teſte *Suida*, compoſuit.

ÆTHICUS, Coſmographus, quando vixerit, non certò conſtat. Scriptor eſt (inquit *Voſſius*) junior Conſtantino: nam meminit urbis Conſtantinopolis. Antiquior eſt *Flodoardo*, qui Æthicum hunc laudat *l. 1. hiſt. Rhem. c. 1. Caſp. Barthius in Adv. 45, 13.* eum Theodoſiano ſeculo vixiſſe, aff. Vid. *Reineſius in Apolog. pag. 55.*

AETHLIUS, Αἔθλιος, Samius, ſcripſit de finibus Samiorum. Allegatur ab *Athenæo, lib. 14. Etymologicum Magnum* in νίναυλαι vocat Ἄθλιον.

AETIUS, Ἀέτιος, Amidenus, Medicus non incelebris, vixit Juliani & Valentiniani temporibus. Priores Medicos, imprimis Galenum, XVII. libris in Compendium redegit. Plura de Aëtio iſto apud *Marſil. Cagnatum in Variis, 4, 17.* legi poterunt.

AETIUS, alius à priori, Collectanea de Philoſophorum placitis conſcripſit, teſte *Theodoreto, Therapeut. ſerm. 4.* Confer *Eundem, Therapeut. ſerm. 2. & 5.*

ÆVOLUS (Cæſar) Neapolitanus, ſcripſit de cauſis Antipathiæ & Sympathiæ rerum naturalium, A. 1580. Item, de Sephiroth vel Attributis divinis, Anno eodem, Venet.

Ab AEZMA (Foppius Schettenus) JCt. edidit Poëmata Juvenilia, A. 1605. Item 2. libros Diſſertationum ex Jure civili, A. 1607. in 4.

AFFAYDATUS (Fort.) Phyſicus & Theol. Italus, edidit Conſiderationes Phyſicas & Aſtronomicas, Venetiis, A. 1549.

AFFELMANNUS (Joh.) Weſtphalus, Theol. A. 1624. obiit. Roſtochii Theologiam anno ætatis XXII. docere cœpit. Scripſit cenſuram Lampadianam: Tractatum de Invocatione Sanctorum: varias Diſputationes, &c. Vid. *Henningus Witte in Memoriis Theolog. p. 179. & ſeqq.*

Ab AFFELN (Joh.) edidit Virum Politicum, A. 1600.

De AFFLICTIS (Matthæus) Neapolitanus, JCtus, Anno 1510. circiter obiit. Scripſit Deciſiones Regii Conſilii Neapolitani: item Tractatum de Feudis. Vid. *Guido Panzirolus de JCt. l. 2. c. 108.*

AFFLIGEMENSIS (Simon) Anno 1290. floruit. Scripſit Comm. in Ezech. Item, Sermones & Epiſtolas, teſte *Sweertio.*

AFHACKERUS (Ægid.) ſcripſit ἰατρικὸν diſſecti Belgii, ſub nomine *Salomonis Theodoti*, A. 1618. teſte *eodem.*

AFRANIUS (Lucius) Poëta Lat. A. U.C. 650. claruit. Juxta *Quintilian. 10, 1.* Togatis (fabulis) præcipuè excelluit. *Horatius in Arte* ait, illum multorum judicio cum *Menandro* compoſitum. Citatur à *Nonio Marcello*, in Augure, Brundiſinis, Cinerario, Divortio, Fratribus, Materteris, Repudiato, Suſpecta, Vopiſco. Fragmenta ejus, ſummo ſtudio & cura à *Rob. Stephano* digeſta, edidit *Henr. Stephanus. Delrio* malè eum inter Tragicos collocat. Vid. *C. Sagittarius in Tr. de Script. Rom. pag. 56.*

AFRICANUS, Ἀφρικανὸς, prænomine Julius, ſcriptor Eccleſiaſticus, vixit An. C. 222. Scripſit de Temporibus ab Orig. mundi

mundi uſque ad Macrinum Imp. Item Epiſtolam ad Ariſtidem, de Genealogia Chriſti. Extat etiam ejus nomine Epiſtola ad Origenem de Hiſtoria Suſannæ, quam ob multas conjecturas exiſtimabat eſſe adulterinam, & à neoterico ſcriptore confictam. Vid. *Wetſteinius in Epiſt. Orig. ad Africanum, pag. 150. & ſeq.* Quidam eidem Africano libros IX. Ceſtorum nomine inſcriptos, tribuunt, quibus comprehendit res Medicas, naturales, ruſticas, Chymicas, &c. Confer *Suidam.* Vid. *Phil. Labbe T. 1. diſſ. de S. E. p. 657. Olearius in Abaco, p. 278.*

AFRICANUS, JCtus, gravis & ſubtilis fuit in ſcribendo, nec ferè lex ulla eſt ex ejus libris deprompta, quæ non difficilis ſit & perobſcura. *Lampridius in Alexandro, cap. 68.* eum Papiniani diſcipulum fuiſſe, ejusque conſilio Alexandrum Imp. uſum, memorat. Scripſit IX. libros Quæſtionum. Vid. *Job. Bertrandus in Vitis JCt. Vett. pag. 98. & ſeq.*

AFRICANUS (Julius) Orator, Quintiliano *l. 10. c. 1.* memoratur, & in cura verborum parùm modicus arguitur.

AGALLIAS, Ἀγαλλίας, Ἀριστοφάνους γνώριμος fuiſſe dicitur. Videantur *parva Scholia in Homeri Iliadem, pag. 320.*

AGAMNESTOR, Ἀγαμνήστωρ, Pharſalius, à *Tzetze in Lycophr. p. 2. & 38.* citatur.

AGAPETUS, Ἀγαπητὸς, magnæ Conſtantinop. Eccleſiæ Diaconus, floruit ſeculo VI. Ad Juſtinianum Imp. jam coronatum Paræneticam Orationem habuit, qua eum admonuit, quomodo ſe in imperio gerere deberet. Græci eam *Schedam Regiam* appellant. Inde *Stobæus, Serm. V. caput 18. & Serm. 1. caput 1.* allegat. In Agapetum *Bernh. Damcke & Jac. Bruno* luculentos Commentarios ediderunt. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 9.*

AGAPIUS, Ἀγάπιος, Cæſareæ Epiſcopus, ſcripſit vitam Euſebii, teſte *Sozomeno & Caſſiodoro.* Fuit & alius AGAPIUS, Alex. Medicus, qui Byzantii Medicam diſciplinam profeſſus eſt, teſte *Suida.*

AGASTHENES, Ἀγασθένης, ab *Athenæo l. 3. cap. 3.* allegatur.

A S. AGATHA (Simon) edidit Manuale Thomiſticum controverſiarum. Vid. *Gr. Letus in Italia regnante, p. 152.*

AGATHARCHIDES, Ἀγαθαρχίδης, Cnidius, Peripateticus & Hiſtoricus, tempore Ptolomæi Philometoris, Regis, claruit. Scripſit de Aſia & Europa: item, de Mari rubro. Laudatur à *Joſepho l. 1. contra Apionem.* Ex Agatharchide *Photius in Bibliothecam ſuam, Cod. CCL.* plurima tranſtulit. Vid. *Jonſius de Scriptorib. Hiſt. Philoſoph. II, 12.*

AGATHARCHIDES, Samius, ſcripſit περὶ λίθων: item, de rebus Phrygiis. *Plutarchus in Parallelis minoribus* ejusdem librum 2. rerum Perſicarum allegat.

AGATHEMERUS Orthon, Ἀγαθήμερος ὁ Ὄρθων, ſcripſit Hypotypoſin Geographiæ. Eum cum aliis hujus argumenti Scriptoribus ſeſe editurum, recepit *Iſaac Voſſius.* Edidit tandem *Samuel Tennulius,* An. 1670.

AGATHIAS, Ἀγαθίας, Myrinenſis, Poëta & Hiſtoricus celebris, vixit Juſtiniani Imp. temporibus. Compoſuit V. libros de Imperio & geſtis Juſtiniani: item Epigrammata, quæ paſſim in Anthologia leguntur. *Suidas* Scholaſticum Smyrnæum appellat. Veteribus *Scholæ* Collegia Juriſperitorum dicta ſunt: unde Σχολαστικοὶ, qui alio nomine *Advocati* vocantur. Vid. *Zeillerus p. 1. de Hiſt. pag. 4.*

AGATHIUS, Guidiacenſis, A. 1540. claruit. Edidit Comm. in Cant. teſte *Poſſevino.*

AGATHON, Ἀγάθων, Tragicus, Olympiade C. floruit. Reliquit Θυέστην, Τήλεφον, &c.

AGATHON, Comicus, eodem tempore claruit.

AGATHON, Samius, Hiſtoricus, ſcripſit de rebus Scythicis, teſte *Plutarcho in lib. de Fluviis. Apollonii Scholiaſtes, pag. 597.* Agathonem quendam allegat, eique περίπλουν τοῦ πόντου tribuit.

AGATHOCLES, Ἀγαθοκλῆς, Atracius, tractavit, *Suida* teſte, de Piſcibus ſoluta oratione. Videatur *Caſaub. in Athenæum, pag. 34.*

AGATHOCLES, Babylonius, deſcripſit res Cyzicenorum. Allegatur *Athenæo l. 1. & 9.* item *Stephano,* in Βέσβικος.

AGATHOCLES, Chius, rei Ruſticæ ſcriptor, laudatur à *Varrone & Columella, l. 1. c. 1.*

AGATHOCLES, Samius, commentatus eſt de Rep. Peſſinuntiorum, teſte *Plutarcho de Fluviis.*

AGATHOCLES, Medicus, ſcripſit περὶ Διαίτης, i. e. de ratione victus. Teſtis *Nicandri Scholiaſtes, pag. 41.*
AGATHODÆMON, Ἀγαθοδαίμων, inter Chymicos refertur à *Borrichio, p. 80.*
AGATHONYMUS, Ἀγαθώνυμος, ſcripſit Περσίδα, citante *Plutarcho de Fluviis.*
AGATHOSTHENES, Ἀγαθοσθένης, Poëta, compoſuit carmina Aſiatica, quæ citat *Germanicus in Arateis.* Vid. etiam *Tzetz. in Lycophr. pag. 102. 141.*
AGATHYLLUS, Ἀγάθυλλος, Arcas, poëta Elegiographus, laudatur à *Dionyſio Halicarn. lib. 1. hiſt. Rom.*
AGAZZIUS (Joh.) Bergomas, reliquit Tractatum de Conceptione Virginis.
AGELLIUS, Noctium Atticarum ſcriptor elegantiſſimus, aliis AULUS GELLIUS vocatur. *Caſp. Barthius in Adv. 35, 7.* in duobus antiquiſſimis Priſciani ſcriptis Codicibus ſemper Agellium & Aggellium nominari, teſtatur. Vixit ſub Adriano Imperatore Conf. *Lipſium in Quæſt. Epiſt. 5, 8.*
AGELLIUS (Ant.) Epiſcopus Acernenſis, ſcripſit Comm in Pſalmos, A. 1611. Paris. fol. Item in Jeremiæ Threnos, Anno 1589. Romæ.
AGERIANEUS (Oliv.) ſcripſit in Valerium Max. notas. Sic enim *Autor Dialogi de Lat. L. repar. ap. Giphanium, pag. 413.* Oliverius Agerianeus, quanquam Omniboni Leoniceni Commentariis adjutus, multa in Val. Max. eaq; eleganter etiam commentatus eſt: ſed neuter omnia vidit.
AGERIUS (Nic.) natus eſt, A. 1568: obiit, A. 1634. Argentinæ Phyſicam docuit.
AGESILAUS, Ἀγησίλαος, Hiſt. Græcus, ſcripſit de rebus Italicis, teſte *Plutarcho in Parallelis minoribus, cap. 29.*
AGESTRATUS, Ἀγήστρατος, citatur à *Scholiaſte Pindari, pag. 248.*
AGEZIUS (Thadæus) Bohemus, ſcripſit librum de Cerevíſia: item de Metopoſcopia ſive Frontiſpicina: libellum Aphoriſmorum Metopoſcopicorum, &c Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 212.*
AGGENUS Urbicus, ſcripſit de Limitibus. *Alciatus* mavult eum Agrium vocare. *Tennulius in Tr. Philologico de Igne, cap. 4. p. 17.* Hyginum (inquit) non ſemel citat Aggenus Urbicus, & propterea idem, ut multi Gallorum crediderunt, eſſe non poteſt. Præterea Hyginus magis politè loquitur, Quintiliano coævus & familiariſſimus: Aggenus autem fuit Chriſtianus, & Frontini poſt Hyginum viventis, interpres.
AGIAS, Ἀγίας, Ἀργολικὰ compoſuit, laudante *Clemente Alex. l. 1. Stromat.* Vid. *Caſaub. in Athen. p. 169.*
AGILÆUS (Henr.) vertit Leonis Imp. Novellas, A. 1560. Vid. AGYLÆUS.
De AGILES (Raymundus) (aliis Raymondus de Podio) A. 1095. claruit. Scripſit VII. libros Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ. Vid. *Zeillerus pag. 2. pag. 2.* Extat T. 1. Hiſtoriæ Orientalis, quæ inſcribitur, Geſta DEI per Francos.
AGIS, Ἄγις, Argivus. Vid. *Mallincrot.*
AGLAOSTHENES, Ἀγλαοσθένης, reliquit Ναξιακά. Meminit ejus *Hyginus in Aſtronomicis & Germanicus Cæſar in Arateis.*
AGLIARDUS (Bonif.) Bergomas, natus eſt, A. 1612. Edidit diverſarum ſcientiarum lectiones.
AGNELLUS, Epiſcopus Ravennatenſis, vixit ſeculo V. à Chriſto nato. Scripſit Epiſtolam ad Armenium, de ratione fidei Chriſtianæ.
AGNESIUS (Joh. Bapt.) Hiſp. An. 1545. claruit. Scripſit Apologeticum de laudibus S. Hieronymi, contra Eraſmum.
AGNON, Ἄγνων, citatur à *Plutarcho in libro de ſolertia Animalium.*
AGOBARDUS Epiſcopus Lugdunenſis, circa An. C. 835. floruit. Ejus opera prodierunt 2. voluminibus, A. 1605. Vide, quæ habet *Hedouvillius, part. 2. Ephemerid. pag. 271.*
AGRESPHON, Ἀγρέσφων, περὶ Ὁμωνύμων citatur à *Suida* in voce, Ἀπολλώνιος.
AGRETIUS, vetus Grammaticus, ſcripſit libellum de proprietate & differentiis Lat. ſermonis. Eum edidit *G. Fabricius.*
AGRICIUS (Matth.) A. 1570. floruit. Fuit Græcè Latineq; eleganter eruditus, & Coloniæ Agripp. aliquamdiu docuit. Expreſſit carmine monumenta Antiquitatum Monaſterii Hemmenrodenſis, in quo inter alia continentur vitæ diverſorum Monachorum & Converſorum, qui in dicto Monaſterio ſanctitate illuſtres floruerunt: nominatim vita B. Davidis, diſcipuli S. Bernhardi. Vid. *Carolus Viſch, p. 241.*

AGRICOLA (*Ægidius*) JCtus, An. 1646. obiit. Altorfii Jura profeſſus eſt. Elaboravit Varia Conſilia.

AGRICOLA (Barth.) ſcripſit de Officio boni Advocati, A. 1617.

AGRICOLA (Chriſt.) edidit Anti-Piſtorianum Propugnaculum, A. 1592.

AGRICOLA (Conr.) ſcripſit Concordantias Biblicas, A. 1610. fol.

AGRICOLA (Franc.) Anno 1603. floruit. Conſcripſit IV. libros Evangelicarum Demonſtrationum: item Tractatum de Primatu Petri. Vid. *Swertius in Ath. Belg. pag. 237.*

AGRICOLA (Georg.) Chemnit. natus eſt, A. 1494: obiit, An. 1555. Metallicam diſciplinam (inquit *Bodinus* in *Methodo*) ita tractavit G Agricola, homo Germanus, ut Ariſtoteles & Plinius in eo genere nihil intellexiſſe videantur. Confer *Thuanum l. 16.* Scripſit etiam 5. libros de Ponderibus & Menſuris.

AGRICOLA (Joh.) Islebius, natus eſt, Anno 1492. obiit, A. 1566. Hic varius fuit in religione. Aliquando Antinomorum ſectæ adhæſit, à qua tamen ipſum *B. Lutherus* avocavit. Exinde Pontificiis ſe conjunxit. Inter alia uſum *Chriſmatis* reductum voluit, affirmans, ſi Unctio reſtitueretur, dona etiam ſanationum reſtitutum iri. Scripſit Comm. in Lucam: item Adagia Germanica.

AGRICOLA (Joh. Georg.) ſcr. de Uſu Cervi in Medicina, A. 1603. in 4.

AGRICOLA (Melchior) An. 1581. natus eſt. Carminibus Poëtæ nomen conſecutus eſt.

AGRICOLA (Nicol.) ſcripſit in quaſdam Orationes Ciceronis. Eum unà cum aliis edidit *Oporinus*, A. 1553. fol. Tomis 2.

AGRICOLA (Rudolfus) Groningenſis, Friſius, natus eſt, A. 1442: obiit, A. 1485. Græcè, Latinè, & Hebraicè callentiſſimus fuit. Scripſit de Inventione Dialectica, aliaq; multa, tum carmine, tum proſa, quæ in 2. Tomos digeſta, Coloniæ, Anno 1539. prodierunt. Docuit in in Academia Heidelbergenſi. Agricolæ Elogium inſigne extat ap. *Eraſmum in Prov. Quid cani & balneo?* Nulla erat (inquit) honeſta diſciplina, in qua vir ille non poterat cum ſummis artificibus contendere: inter Græcos Græciſſimus, inter Latinos Latiniſſimus. In Carmine alterum Maronem dixiſſes: in Oratione *Politianum* lepore referebat, majeſtate ſuperabat. Philoſophiæ myſteria omnia penetraverat. Extremo vitæ tempore ad literas Hebraicas ac Scripturam divinam totum animum appulerat. Atq; hæc conantem fatorum invidia virum terris eripuit, nondum annos natum XL. ſicut accipio. Extant paucula quædam illius monumenta, Epiſtolæ quæpiam, Carmina item varii generis, *Axiochus Platonis Latinus* factus, Iſocrates ad Demonicum verſus. Tum una & altera Oratio, in publico Scholaſticorum Ferrarienſium cœtu: nam illic & didicit & publicè docuit. Verterat & Luciani Dialogos aliquot: ſed, ut ipſe erat gloriæ negligens, & pleriq; mortales rem alienam ſane quàm indiligenter curare ſolent, nondum in lucem emerſerunt. Quanquam hæc ipſa, quæ extant, tametſi ne edita ab ipſo, planè divinitatem quandam hominis præ ſe ferunt. Hæc ibi Eraſmus. *Petrus Montanus*, Philoſophus Platonicus & Poëta Satyricus de Agricola dicere ſolebat: Agricolam ſolum ex Germanis Scriptoribus inſolenti Græciæ & procaci Italiæ obiicere poſſumus.

AGRICOLA (Rud.) Junior, A. 1518. floruit. Scripſit gratulationem ad Sigism. ab Herberſtein, à Moſchis reverſum.

AGRIOPAS, Ἀγριόπας, Olympionicarum Hiſtoriam texuit, teſte *Plinio Nat. Hiſt. 8, 22.*

AGRIPPA Caſtor, Ἀγρίππας Κάστωρ, A. C. 160. claruit, ſcripſitq; libros valdè diſertos adverſus Baſilidem Hæreticum, in quibus inſanas ejus blaſphemias fortiſſimè confutavit.

AGRIPPA (Henr. Corn.) Colonienſ. natus eſt, A. 1486: obiit, A. 1534. Non ſolum Juris Civilis, ſed & Medicinæ Doctor ſalutatus eſt. Scripſit Comm. in Artem *Lulli*: libellum de Nobilitate ſexus fœminei: de occulta Philoſophia ſive Magia: de ſcientiarum vanitate: de duplici Coronatione Caroli Quinti. Vid. *Sim. Schardii vol. 2. Scriptorum Germ. pag. 266.* Quidam, magum fuiſſe, & canis nigri ſpecie Cacodæmonem circumduxiſſe, tradunt. Vid. *Jovius in Elog. numero CI. Joh. Wierus de præſtigiis dæmon. 2, 5.* id merum commentum eſſe, affirmat. Adde *Naudæi Apologiã, c. 15. Claud. Minos in No-*

tis ad Embl. Alc. p. 63. itâ ſcribit: De Cornel. Agrippa quid omninò ſentiam, nihil habeo neceſſe dicere, niſi quòd, cùm in literas declamitavit, videri voluit egregiè literatus: quanquam tamen non minus apud ſanos videatur aucupio Vanitatis delectatus, quàm otioſè ſolers in Vanitate artium inſectanda. *Sixtus Senenſ.* vocat hæreſeos Lutheranæ ſectatorem. Sed quam hoc ſit à vero abnorme, patet ex c. 6 de Vanit. ſcient. in quo B. Lutherum acriter perſtringit. Confer *Quenſtadium, pag. 144.*

AGROETAS, Ἀγροίτας, ſcripſit Σκυθικὰ καὶ Λιβυκά. Mentio ejus habetur apud *Scholiaſtem Apollonii, p. 134.* 200.

AGROTAS, Maſſilienſis, Græcus orator. De hoc ita *Seneca in Controv. 2, 14.* Dicebat autem Agrotas Inculta, ut ſcires, illum inter Græcos non fuiſſe: ſententiis fortibus, ut ſcires, illum inter Romanos fuiſſe.

AGUCCHIUS (Joh.) Anno 1572. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 107.*

AGUCCHIUS (Joh. Bapt.) Patricius Bononienſis, natus eſt, A. 1570: obiit, Anno 1632. Scripſit de Cometis & rebus Meteorologicis, teſte *Thomaſino in Elog. Clar. Vir. pag. 27. Bumaldus, pag. 124.* J. B. Agucchium, JCtum vocat, & ab eruditione admodum commendat, Politices oculum Lynceum appellans.

De AGUILERA (Ant.) Junqueranus, edidit Rudimentorum Medicinæ 8. libros, Compluti, A. 1571. fol.

AGUILLONIUS (Franc.) Bruxellenſis, A. 1617. obiit. Philoſohpiam in Academia Duacenſi, Antverpiæ Theologiam docuit. Edidit VI. libros Opticorum. Vid. *Swertius in A. B. pag. 238.* item *Alegambe, pag. 112.*

De AGUIRRE (Caſp. Salkedi) Hiſp. Theologus, edidit alluſiones N. T. ad Vetus, A. 1608. fol.

AGUIRRE (Mich.) edidit Reſponſum de Succeſſione Portugalliæ, pro Philippo Hiſp. rege, Venet. A. 1581. fol.

De AGUSTELLIS (Joh.) JCtus, ſcripſit de Proteſtationibus.

AGYLÆUS (Henr.) Silvæducens. JCtus, Nomocanonem Photii cum Comm. Theodori Balſamonis Latinum fecit, A. 1561. Confer ſupra, AGILÆUS.

AHMEDUS, Filius Arabſchæ, An. 1431. & deinceps floruit. Scripſit Hiſtoriam Timuri, aliàs Temirlanis dicti, Arabicè. Vid. *Hottingerus, ſec. XV. Hiſt. Eccleſ. pag. 611. &c.*

AJALA (Mart. Pereſ.) Hiſp. edidit Tr. de Eccleſia.

AICHER (Otto) Benedictinus, Phil. Mor. & hiſt. Prof. publ. Salisburgens. ſcripſit Iter Poëticum: item Hortum Variarum Inſcriptionum, A. 1676.

AIDIMUS, Ἀΐδιμος, condidit Hiſtoriam peregrinam. Vid. *Euſebius in Chron. ad Annum 3860.*

AIDIUS (Andr.) Scoto Britannus, ſcripſit Comm. in Nicomachia, quem & Clavem Phil. Moralis vocavit, editum An. 1614. Cl. *Thomaſius, l. de plagio, §. 349.* plagium ipſi tribuit, & addit, ipſum de univerſis contemtim loqui, de ſe plus ſatis magnificè.

De AJELLO (Jac.) Neapolit. JCtus, ſcr. de Jure Adhoæ, relevii & ſubſidii. Extat *T. 12. Tr. tract.*

AJELLUS (Ant.) Neapolitanus, ſcripſit Comm. in Habakuk & Threnos. Vid. *Ghilinus vol. 2. p. 23.*

AIGENLER (Ad.) edidit Tabulam Geographico-horologam univerſalem, Anno 1668. Ingolſt.

AIGUANUS (Mich.) Bononienſ. A. 1370. floruit. Scripſit in 4 libros Sententiarum, & Commentarium in totam ferè Ariſtotelis Philoſophiam. Confer *Bumaldum, p. 167.* Vide infrà, AYGUANUS.

AILBERUS (P.) Variſcus, carminibus inclaruit. Carmina ejus leguntur *T. 1. Del. Germ. pag. 174.*

AILESBURY, Anglus, ſcr. de æterno divini Beneplaciti circa creaturas intellectuales decreto.

AILMERUS (Joh.) Vir Græcè doctus, Jonæ Prophetiam carmine Græco transtulit: item, Threnos Jeremiæ, & Danielem, Oxon. A. 1632.

AIMOINUS, Floriacenſis, A. C. 1005. claruit. Scripſit Hiſtoriam Francorum. Vid. *Phil Labbe, T. 1. Diſſert. de Scr. Eccl. p. 16. & T. 2. p. 830. Olearius in Abaco, p. 11.*

AIMOINUS, S. Germani de Pratis Monachus, vixit, A. 891. Scripſit de Miraculis S. Germani. Vid. *Labbe, T. 1. pag. 16.*

AINARDUS, Teutonicus, A. 1073. obiit. Scripſit Hiſtoriam S. Chiliani.

AINSWORTH (Henr.) ſcripſit in Pentateuchum.

AJOSSA (Ant.) Neapolitanus, ſcr. de Myſterio

ſterio Trinitatis, A. 1631. Vid. *Leo Allat. in Ap. Urb. p. 38.*

AIRAY, ſcripſit in Epiſt. Pauli ad Philippenſes.

Ab AITZEMA (Leo) edidit Hiſtoriam Pacis, A. 1654. Leydæ. Item poëmata Juvenilia.

AITZINGERUS (Mich.) edidit Deſcriptionem Terræ promiſſæ, A. 1582. in 4.

AKAKIAS (Mart.) Catalaunenſis, ſcr. de Medicamentis ſimplicibus: item, de Morbis mulierum, 2. libros.

AKIBA, celebris Judæus, claruit poſt excidium Templi II. Hieroſolymitani Hujus nomen (inquit *Autor libri Zemach David*) exiit ab uno extremo mundi usque ad aliud, atque totam legem oralem ex ore ejus accepimus. Vixit CXX. annos. Juxta quosdam 24. mille diſcipulos habuit. Interfectus eſt in bello Adriani Imp. contra BarChochaba geſto. Huic (quemadmodum ſuprà in ABRAHAM dictum) nonnulli ספר יצירה, i.e. librum de Creatione tribuunt: Vid. *Henr. Otto de Doct. Miſn. pag. 101.*

ALA (J.P.) JCtus, ſcripſit de Advocato & Cauſidico Chriſtiano.

ALABASTER (Guil.) Sudovolgienſis, Anglus, A. 1633. vixit. Scripſit Apparatum in Revelationem Jeſu Chriſti, Anno 1607. Item, Spiraculum Tubarum, ſeu Fontem ſpiritualium expoſitionum ex æquivocis Pentateuchi ſignificationibus. Vid. *Sam. Andreæ in Examine Cabbalæ H. Mori, pag. 55. & Caſp. Schottus in Technica Curioſa, lib. 12. p. 1034.* & alii. *Andreas Rivetus in Iſagoge ad S. Script. c. XV. p. 937.* de eo ita ſcribit: An. 1607. quidam Pontif. Anglus, Guil. Alabaſtrus, edidit Antv. librum, cui Tit. fecit, Apparatus in revelationem Chriſti; in quo profitetur, ſe novam & admirabilem rationem afferre inveſtigandi Prophetiarum myſteria, ex Scriptura ſeipſam interpretante. Ibi novam Cabbalam inſtituit, ex qua quidlibet ex quolibet educit, & mutatis, vel inverſis, aut ſeparatis & disjunctis Ebræorum vocabulorum litteris aut ſyllabis: vel etiam in iisdem variorum numerorum ratione excogitata, novis etiam ſignificationibus contra Grammaticæ rationem aſſignatis, diverſis nominibus aut verbis, omnia pervertit. Et poſt: Nos hominis inſolentiſſimam audaciam deteſtamur: etſi eum Jeſ. *Poſſevinus* ſuis Catholicis ſcriptoribus inſeruerit, *Apparatus ſacri Tomo I.*

ALAGONA (Pet.) Siculus, A. 1624. obiit. Scripſit Compendium Manualis Navarri, Summam Thomæ, & Jus Canonicum 2. Tomis. Vid. *Alegambe, p. 379.*

ALAMANNUS (Coſm.) Mediolanenſis, A. 1634. obiit. Prodiit ejus Summa Philoſophiæ in Thomam, An. 1640. Paris. fol. Vid. *Alegambe, pag. 86.*

ALAMANNUS (Lud.) Florentinus, Anno 1533. floruit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 156.*

ALAMANNUS (Nic.) natus parentibus Græcis, Procopii Hiſtoriam Arcanam in lucem protraxit. Edidit etiam Hiſtoricam Diſſertationem de Parietinis Lateranenſibus, à Barberino Card. reſtitutis, Romæ An. 1625. Vid. *Nicius Erythræus, part. 1. Pinacothecæ, p. 125.*

ALANUS, Antiſſiodorenſis, A. 1182. obiit. Scripſit vitam S. Bernhardi.

ALANUS, de Inſulis vel Inſulanus, Teutonicus; A.C. 1294. obiit. *Doctoris Univerſalis* Titulum, ob omnium diſciplinarum notitiam, meruit. Eum, dormientem, licet omnium mortalium deformiſſimus eſſet, *Margareta*, Ludovici XI. Galliarum R. Conjux, ſuaviſſimè oſculata eſt, teſte *Belleforeſto*. Scripſit opus contra Claudiani Rufinum; unde *AntiClaudianus* vocatus eſt. *Caſp. Barthius in l. 2. Theb. Papin. p. 639.* opus vocat ingenioſi hominis, ſed Sophiſtæ. Edidit Parabolas, verſibus conſcriptas. Extat quoq; ſcriptum ejus de Planctu Naturæ, partim proſa, partim carmine. Opera ejus ſimul prodierunt, Antv. A. 1653. Vid. *Sweertius in A. B. pag. 111. & Carolus Viſch in Bibl. Ciſterc. pag. 12.*

ALANUS (Guil.) Anglus, A. 1594. obiit. Scripſit de Sacramentis in genere. Vid. *Sauſſay, pag. 141.*

ALANUS (Joh.) Danus, natus eſt, Anno 1563: obiit, A. 1630. Edidit Tractatum de Cimbrorum ortu & migrationibus: de Logica naturali & artificiali: de pronuntiatione Linguæ Græcæ: Apologiam pro Saxone Gramm. contra Goropium Becanum, &c. Vid. *Vindingius in Rectoribus Hafn. p. 308.*

ALANUS (N.) ſcripſit de Santonum regione: item, Tract. de factura Salis, Anno 1598.

De ALARCON (Bened.) Abbas in Morerola,

rola, edidit Theatrum Virtutum, Valliſoleti, A. 1622.
ALARCON (Didacus) Hiſp. A. 1634. obiit. Edidit Theologiam Scholaſticam, fol. Vid. *Alegambe. p. 89.*
ALARDUS, Amſtelrodamus, à Patria ſic dictus, mortuus eſt Lovanii, Anno 1544. Erat naturâ ſurdaſter, ſed lingua volubili. Unde *Eraſmus* alicubi ait, eum, quod auribus diminutum eſſet, linguâ penſare. *Epitaphium* ſibi ipſe fecit: TOTA TEGIT TELLUS, QUI TELLUS TOTA VOCATUR, alludens ad vocabulum *AlErd.* Scripſit Concionatorem, item librum de Sacramento Euchariſtiæ. Omnia *Rud. Agricolæ* opera emendavit, ſcholiis eruditis illuſtravit, typisq; evulgavit. Scripſit etiam ſcholia in Marbodeum. Vid. *Sweertius in A. B. pag. 112.*
ALARDUS (Lamb.) An. 1636. claruit. Edidit Notas in Argonautica Valerii Flacci: Epiphyllides; Pathologiam ſacram Nov. Teſt. Lauri folia, Odas, Epigrammata.
ALARDUS (Wilh.) ſcripſit adv. Bezam, de diverſis Miniſtrorum gradibus: item Chriſtianum nomine & re.
ALAYMUS (M. Anton.) Siculus, ſcripſit de Medicamentis ſuccedaneis, A. 1637.
ALBA (Joh.) concinnavit Annotationes in V. & N. Teſt. Valenciæ, An. 1613. in 4.
ALBANESIUS (Guido Ant.) ſcripſit in Aphoriſmos Hippocratis, A 1649. Patav.
ALBANIUS ALBANESIUS, Philoſophus Patavinus, hodie floret.
ALBANUS (Barth.) Bergomas, Medicus, ſcr. de Balneis Transſcherii, A. 1582.
ALBANUS (Ign.) Meratenſis, carmina compoſuit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. p. 4.*
ALBANUS (Joh.) Bononienſis, Medicus, A. 1614. claruit. Scripſit de Syllogiſmo Ariſtotelico: item, Tractatum de Convaleſcentibus.
ALBANUS, Bergomas, JCtus, natus eſt, A. 1504: obiit, A. 1591. Scripſit Comm. in Bartolum: de Dignitate Cardinalatus & Immunitate Eccleſiarum: de Conciliis, &c. Vid. *Gu. Panzirolus in JCtis, pag. 376. Ghilinus, vol. 2. pag. 144. & Donatus Calvus in Bergomatibus, pag. 246.*
De ALBANO (Nep.) JCtus ſcripſit Tract. de Teſtibus.
ALBASPINÆUS (Gabr.) Epiſcopus Aurelianenſis, A. 1617. obiit. Scripſit obſervationes Eccleſiaſticas: Annotationes in Canones Concilii Eliberini: in Optatum Milevitanum, &c.
ALBATEGNIUS, Syrus; aliàs Muhammæd Aractenſis dictus, claruit circa A. C. 888. Aſtrologus fuit eximius. Scripta ejus olim Norimbergæ excuſa ſunt. Scripſit de numeris & motibus ſtellarum.
ALBERGATUS (Ant.) Bononienſis, JCtus, A. 1586. floruit. Edidit Conſilia.
ALBERGATUS (Fabius) An. 1580. claruit. Scripſit contra Bodini libros de Rep. Vid. *Bumaldus, pag. 65.*
ALBERGATUS (Lucius) Anno 976. claruit. Scripſit V. libros de Caſu Angelorum. Vid. *Bumald. p. 150.*
ALBERGATUS (Nic.) Anno 1426. vixit. Compoſuit Recollectam: item, Orationes & Epiſtolas. Videatur iterùm *Bumaldus, pag. 172.*
ALBERGOTTUS (Fr.) Aretinus, JCtus, natus eſt, A. 1304: obiit, Anno 1376. Ejus tanta in legibus interpretandis ingenuitas fuiſſe dicitur, ut ſuo ævo, communi ſententia, *ſolidæ veritatis Doctor* fuerit appellatus. Confer *J. Ph. Thomaſinum in Vitis Ill. Viror. pag. 39.*
ALBERICUS vixit, Anno 1350. Reliquit Dictionarium, teſte *Voſſio.* Vid. ALBRICUS.
ALBERICUS (Jac.) Bergomas, An. 1610. obiit. Scripſit Compendium vitæ & miraculorum S. Nicolai de Tolentino: item Catalogum illuſtrium Scriptorum Venetorum.
ALBERIUS (Claud.) mortuus eſt, Anno 1596. Scripſit in Hippocratem & Ariſtotelem. Vid. *Caſaub. Epiſt. 59.* Item, de Reſurrectione mortuorum.
ALBERMONTIUS (Frid.) edidit Symmetriam Juridico Auſtriacam, A. 1675.
ALBERTANUS, ſcripſit artem loquendi & tacendi.
ALBERTHISTUS (Marius Salomonius) Rom. JCtus, Ann. 1530. obiit. Reliquit Comment. de Probationibus. Vid. *Guid. Panzirolus in JCtis, l. 2. c. 136.*
ALBERTINUS (Æg.) edidit Emblemata Hieropolitica, A. 1647. Colon.
ALBERTINUS (Annib.) ſcripſit de Cordis affectionibus, Venet. A. 1618.
ALBERTINUS (Alex.) de Rocha Contrada, edidit Malleum dæmonum, ſive modum exorciſſandi, Veronæ, Anno 1620.
ALBERTINUS (Arn.) Majoricenſis Epiſcopus

ſcopus Pactenſis, ſcripſit de Aſſertionib. Cath. & Hæret. agnoſcendis.

ALBERTINUS (Edmundus) ſcr. de Euchariſtia 3. libros, Anno 1654. fol. Daventr.

ALBERTINUS (Franc.) Catanzarienſis, Italus, A. 1619. obiit. Edidit Quæſtiones Theologicas, Tomis 2. Vid. *Alegambe, pag. 112.*

De ALBERTIS (Leo Bapt.) Florentinus, A. 1481. Inclaruit. A nonnemine *ſui ſeculi Archimedes & Vitruvius* dictus eſt. Scripſit elegans opus de Architectura, item de Receſſibus & Umbris, teſte *Jovio in Elog numero 33.* Extat etiam libellus Apologorum, quo vel Æſopum inventionis amænitate ſuperaſſe videtur. Vid. *Autor Dialogi de Lat. L. repar. apud Giſanium, pag. 399.*

De ALBERTIS (Albertus) Tridentinus, ſcripſit Vindicias adv. Caſp. Scioppium, A. 1649. Theſaurum Eloquentiæ ſacræ & profanæ, A. 1669. Item, Paradoxa Moralia de ornatu mulierum, A. 1650. Vid. *Alegambe, p. 9.*

ALBERTI (Jac.) JCtus, Anno 1320. innotuit. Edidit Differentias inter Jus Civile & Canonicum.

ALBERTI (Leander) Bononienſis, Anno 1510. floruit. Scripſit de Viris Illuſtribus Ordinis Prædicatorum: item de ſepultura S. Dominici. Vid. *Bumaldus pag. 147.* & *Ghilinus, vol. 1. pag. 145.*

ALBERTI (Nicol.) Veitshocheimenſis, A. 1641. obiit. Edidit Exercitium quotidianum ſtudioſi Adoleſcentis: Item Carmina. Vid. *Alegambe, p. 347.*

ALBERTI (Val.) ſcripſit de Conſcientia preſſa, cum confutatione Conſcientioſi, An 1675.

ALBERTIUS (Henr.) Danus, conſcripſit Carmina. Vid. *T. 1. Delit. Germ. p. 176.*

ALBERTUCCIUS (Hieron.) An. 1497. obiit. Scripſit Chronicon à M. C. usque ad A. C. 1491. teſte *Bumaldo.*

ALBERTUS, Aquenſis, ſcripſit Hiſtoriam expeditionis Hieroſolymitanæ libris XII. Primus eam edidit *Rein. Reineccius.*

ALBERTUS, de Argentina, vixit, A. 1378. Condidit Chronicon à Rudolpho I. usque ad exceſſum Caroli IV. in quo multa aliis indicta reperiuntur. Laudatum Chronicon *Chriſt. Urſtiſius* unà cum aliis rerum Germ. Scriptoribus divulgavit.

ALBERTUS, Lauingenſis, Suevus, cognomine *Magnus*, Epiſcopus Ratisbonenſis, aliquot annis cum laude officio præfuit. Poſtea ſtudiorum & literarum gratiſſima recordatione revocatus, cura Eccleſiæ ſponte ſe abdicavit, & Coloniam abiit, ubi reliquum vitæ legendo, ſcribendo, docendo feliciſſimè traduxit. Obiit A. C. 1280. ætatis verò 81. Vid. *Jovius in Elog. numero 1.* Is ſectam *Albertiſtarum* condidit, & Ariſtotelis philoſophiam S. Scripturæ æquiparavit. *Ferd. Caſtillus*, & ex eo *Ant. Poſſevinus* memorant, ipſum quinquennio ante mortem omnium, quæ in Philoſophia didicerat, oblitum: à B. Virgine autem impetraſſe, ne ſe in Philoſophorum opinionibus, ſed fide Chriſtiana & charitate mori fineret. Opera ejus omnia prodierunt Tomis XXI. Lugd. Anno 1651. Vid. *Olearius in Abaco p. 15. Placcius, p. 137.*

ALBERTUS, Metenſis, An 1030. floruit. Scripſit Hiſtoriam ſui temporis. Vid. *Zeillerus, part. 2 pag. 3.*

ALBERTUS, Stadenſis Abbas, A. 1250. claruit. Scripſit Chronicon ab origine Mundi usque ad ſuam ætatem. Id Helmſtadii impreſſum, in lucem prodiit. Vid. *Olearius in Abaco p. 14.*

ALBERTUS, Scebreſinenſis, Confeſſionem fidei Romanæ carmine complexus eſt. Scripſit etiam Libellum, *Crimimum* dictum, in Calumniatores, carmine, veterum poëtarum phraſin & numeros redolente, teſte *Starovolſcio, p. 68.*

ALBERTUS, (Aloyſ.) ſcr. de Operibus VI. dierum & Paradiſo, Venet. Anno 1619.

ALBERTUS (Fulv.) A. 1631. claruit. Scripſit Hiſtoriam B. M. Virginis, de Succurſu nuncupatæ.

ALBERTUS (Sal.) Medicus, edidit Hiſtoriam Scorbuti, Anno 1594. Item, Hiſtoriam partium corporis humani.

ALBERTUS (Valent.) edidit Compendium Juris Naturæ & Gentium, Anno 1676. Lipſ.

ALBERUS (Er.) Variſcus, Poëſi ſacra & profanâ clarus, ſcripſit Harmoniam Evangeliorum, & judicium de Spongia *Roterodami.*

ALBICIUS (Barth.) Piſanus, A. 1380. obiit. Scripſit librum Conformitatum. Vid. *Phil. Labbe, T. 1. diſſert de ſcr. Eccl. p. 175. ſ.*

ALBINEUS (Nath.) edidit Bibliothecam Chymicam, A. 1666.

ALBINIANUS, ſcripſit in Cant. Cant. fol.

ALBINOVANUS (Pedo) Poëta, ſub Auguſto Octaviano floruit. *Ovidius, 4. de Ponto, Eleg. 16.* eum ſidereum vocat: *Iliacusque Macer, ſidereusque Pedo.* Unde quidam colligunt, ipſum de Aſtris ſcripſiſſe. Teſte *M. Seneca, Suaſ. 1.* Theſcida compoſuit. Condidit etiam Carmen de navigatione Germanici. *Scaliger*, Elegiam ad Liviam de morte Druſi Pedoni tribuit. Adſcribitur etiam illi Elegia in obitum Mecænatis, quam tamen hominis Scholaſtici eſſe, *G. Joh. Voſſius in Theol. Gent. II, 31.* affirmat. *Seneca Epiſt. 122.* elegantiſſimum fabulatorem nominat.

ALBINUS, ſcripſit libros Geometricos. Fertur etiam de Dialectica ſcripſiſſe. Vid. *Boëthius de Interpretatione, p. 281.*

ALBINUS (Ambroſ.) Bononienſis, reliquit Epigrammata.

ALBINUS (Joh.) Saxo, Carmina ſtruxit. Vid. *Tomus 1. Delit. Germ. p. 183.*

ALBINUS (Pet.) ſcripſit Chronicon Miſnenſe, An. 1589. item, de ortu Thuringorum.

ALBIRIUS (Ant.) ſcr. ſermones in Matthæum, A. 1609.

ALBIUS (Rich.) edidit Hemiſphærium diſſectum, Romæ, A. 1648. fol.

ALBIUS (Thomas) edidit Euclidem Phyſicum & Metaphyſicum, A. 1658.

ALBIZIUS (Ant.) Florentinus, An. 1627. claruit. Edidit Stemmata Principum Chriſtianorum, fol.

ALBO (R. Joſeph) Philoſophus, vixit, A. M. 6185. vel A. C. 1425. Compoſuit librum עקרים In hoc libro fundamenta Religionis Judaicæ tractat, & Chriſtianos ſimul refutat. Vid. *Dan. Ganz in Zemach, pag. 147.*

ALBONESIUS (Theſeus Ambroſ.) Papienſ. JCtus, A. 1540. obiit. Scripſit Introductionem in Chaldaicam, Syriacâ, Armenicam, & X. alias linguas: præterea Cabaliſtica quam plurima: item Deſcriptionem inſtrumenti Muſicalis, quod dicitur IL Fagotto. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 230. Hotting. ſeculo 16. p. 107.*

ALBORNITIUS (Ægid.) Hiſp. An. 1367. obiit. Hic leges condidit, quibus Marchia Anconitana hodieque adminiſtratur. Divo *Franciſco* tantum tribuit, ut eum ſolùm ad confirmandam Chriſti religionem ſufficere, exiſtimaverit.

ALBORNITIUS (Barth.) Talabricenſis, JCt. & in Mexicana Indiæ Academia Profeſſor, A. 1573. claruit. Scripſit de omni Contractuum & ſtipulationum genere.

ALBOSIUS (Joh.) edidit Hiſt. Lithopædii Senonenſis, A. 1588.

ALBRECHT (G.) Theol. D. natus eſt, A. 1601: obiit, A. 1647. Scripſit Anti Bellarminum Biblicum. Vid. *Witte in vitis Theolog. pag. 663.*

ALBRICUS, ſcripſit de Imaginibus Deorum. *Caſp. Barth. in Notis majoribus ad Claudian. p. 1167.* putat, Albricum iſtum vixiſſe abhinc ultra quingenteſimum, nec dubitat, Anglum illum eſſe, qui alioquin Albricius audit. *Loco alleg.* vocat argutum Mythologum.

ALBRIZUS (Aloyſ.) ſcripſit Concionum opus tripartitum, quod prodiit Mogunt. An. 1669.

ALBUCUS (Aurel.) edidit Inſtitutiones Chriſtianas libris 3. A. 1554. Venet. in 8.

ALBULCASIS, Ben Aberazerim, fuit Joh. Meſue contemporaneus. Scripſit de Præparationibus medicamentorum. Vid. *Spizelius in Spec. Bibl. Univ. pag. 47.*

ALBUMASAR, Arabs Aſtrologus, floruit, A. C. 844. ut eſt apud *Gauricum.* Dicitur adauxiſſe Almageſtum. In introductorio citatur à *Boccatio, in Geneal. Deor. l. 2. c. 2. & 7.*

ALBURGIUS (Joh.) Danus, ſcr. Annotationes in Cic. de Senectute, A. 1572.

ALBUTIUS (Caj.) Silius, Rhetor, tempore Senecæ Rhetoris, claruit. De eo ità *Seneca initio l. 3. Controverſ.* Dicebat citato & effuſo curſu, ſed præparato. Extemporalis illi facultas non deerat, ſed putabatur ipſe ſibi deeſſe. Affectus efficaciter movit, figurabat egregiè, præparabat ſuſpicioſè. Locum beatè implebat. Nihil poſſes de inopia Latini ſermonis queri, cum illum audires: tantum orationis cultæ fluebat. Nunquam ſe torſit, quomodo diceret. Sufficiebat enim illi, in quantum voluerat, explicandi vis. Inæqualitatem in illo mirari libebat. Splendidiſſimus erat. Nihil putabat eſſe, quod dici in acclamatione non poſſet. Erat autem illi cauſa: timebat, ne Scholaſticus videretur. Tandem, erat homo ſummæ probitatis, qui nec facere injuriam nec pari ſciret.

ALBUTIUS (Tit.) antiquus poëta. Meminit ejus *Cicero* aliquoties in *Bruto*, de

Finibus,& in de *Provinciis Conſular. Marcus Varro 3. de re Ruſt. c. 2.* teſtatur, ſcripſiſſe eum Satiras Luciliano ſtilo. Vocat autem eum hominem apprimè doctum.

ALCADINUS, ſcr. de Thermis Puteolanis, Venet.

ALCÆUS, Ἀλκαῖος, Mitylenæus, Poëta Lyricus, Olympiade XLIV. claruit. Carmine Tyrannos inſectatus eſt. Unde *Horatius 4. Od. 9.* minaces Alcæi Camænas appellat.

ALCÆUS, alius à priori, Comicus, Ariſtophanis σύγχρονος fuit. Hunc X. Comœdias reliquiſſe, *Suidas* autor. *Athenæus* ejus Ἀδελφὰς μοιχευομένας, Γανυμήδην, Ἱερὸν γάμον, Καλλιστώ, Παλαίστραν, *Pollux* Ἐνδυμίωνα, Δεύτερον βιβλίον, *Harpocration* in ἀδδηφάγους, κωμῳδοτραγῳδίαν allegat.

ALCÆUS, Athenienſis, *Suida* teſte, à nonnullis primus Tragicus fuiſſe dicitur.

De ALCALA (*Pet.*) Hiſpanus, condidit Lexicon Arabico-Hiſpanicum, à *Seb. Tengnagelio* in ordinem Alphabeticum redactum. Extat in Bibliotheca Vienneniſi.

ALCANDER, Ἄλκανδρος, Græcus autor. Meminit ejus *Clem. Alex. in* Προτρεπτικῷ.

ALCALMUS (Jac.) Aurelius, edidit Confutationem problematis, ab Henr. Monantholio propoſiti, de Polygono circulo inſcribendo, cujus perimeter ad diametrum rationem habeat triplam ſeſquioctavam, Pariſ. A. 1600.

De ALCANTARA (Fr.) Hiſp. ſcripſit libellum de Oratione & Meditatione, impreſſum Colon. A. 1607.

ALCAZAR (Andr.) Hiſp. Medicus, edidit VI. libros Chirurgiæ, Salmanticæ, A. 1575. fol.

De ALCAZAR (Lud.) Hiſpalenſis, Anno 1613. obiit. Scripſit Comm. in Apocalypſin Johannis, cui in fine additus Tractatus de ponderibus & menſuris. Vid. *Alegambe, pag 306.*

ALCETAS, Ἀλκέτας, ſcripſit περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων, i. e. de Donariis Delphicis, allegante *Athenæo, lib. 13.*

ALCHINDUS, Arabs, libellum reliquit ſex quantitatum, quo nihil ingenioſius, judice *Hier. Cardano, l. 6. Subtil.* ubi inter XII. ſubtilia Orbis ingenia X. Alchindo locum defert.

ALCIATUS (Andr.) Mediolanenſ. JCtus, A. 1550. obiit. Primus omnium Juris diſciplinam, nimiis diſputationibus & barbaro dicendi genere involutam, priſtino nitori reſtituere & ad veros fontes revocare conatus eſt. Vid. *Gu. Panzirolus in JCt. l. 2. c. 169.* Edidit Emblemata, de quibus *Scaliger, l. 6. de re poët.* ita: Alciati Emblemata talia ſunt, ut cum quovis ingenio certare poſſint. Dulcia ſunt, pura ſunt, elegantia ſunt: ſed non ſine nervis. Sententiæ vero tales, ut etiam ad uſum civilis vitæ conferant. Opera Alciati omnia 7. Tomis continentur. Plura vide ap. *Ghilinum, vol. 1. Theat. p. 10. & Imperialem in Muſeo, p. 51.*

ALCIATUS (Franc.) Mediolanenſ. Anno 1580. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 2. p. 82.*

ALCIATUS (Melch.) JCtus, ſcripſit de acquirenda poſſeſſione: de novi operis nunciatione: item in Cæſ. Conſtitutiones Status Mediolanenſis. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 171.*

ALCIATUS (Terent.) Romanus, Anno 1620. claruit. Habuit orationem de Paſſione Chriſti. Vid. *Alegambe, p. 429.*

ALCIDAMAS, Ἀλκιδάμας, Aſianus, Orator. *Suidas* Philoſophum facit. Juxta *Cic.* laudationem Mortis compoſuit. Orationes ejus cum Æſchinis Orationibus ab *Aldo* excuſæ ſunt, A. 1534.

ALCIMENES, Ἀλκιμένης, Megarenſis, Tragicus. Eſt & *alius* Alcimenes, Athenienſis, Comicus. Sic *Suidas.*

ALCIMUS, Ἄλκιμος, Siculus, ſcripſit Ἰταλικά. Allegatur ab *Athenæo l. 10. & Feſto Pompejo.*

ALCIMUS Ecdicius Avitus, Viennenſis Archiepiſcopus, A. C. 523. obiit. Scripſit verſu de Mundi origine, diluvio, tranſitu Maris rubri, &c. Ejus Epiſt. LXXXIIX. Homiliæ & Poëmata edita ſunt Pariſiis à *Jac. Sirmondo*, A. 1643. Poëmata ejuſdem in Lev. Num. Deuter. Joſuam & Judices ſe in lucem prolaturum, ait *Labbe, pag. 55. nov. Biblioth.* Videatur *idem T. 1. diſſert. de S. E. pag. 169. Olearius in Abaco, p. 61.*

ALCINOUS, Ἀλκίνοος, Platonicus Philoſophus, juxta *nonnullos* initio ſeculi II. à nato Chriſto floruit. Scripſit Epitomen Philoſophiæ Platonicæ, quam *Marſ. Ficinus*

Ficinus Latinè tranſtulit, *Jac. Carpentarius* verò inſigni commentario illuſtravit. Eundem Alcinoum edidit *Dan. Heinſius*, A 1614. unà cum Maximo Tyrio.

ALCIPHRON, Ἀλκίφρων, Magnes, Philoſophus, *Suidæ* memoratur. Ab hoc alius eſt ALCIPHRON ille, cujus Epiſtolæ circumferuntur. *Barthius in Adverſar.* 3, 17. venuſtum & acutum Scriptorem, ſed tamen nimium Atticiſtam nominat.

ALCMÆON, Ἀλκμαίων, Crotoniata. Hic primus Phyſica ſcripſit, teſte *Clemente Alex.* 1. *Stromat.*

ALCMAN, Ἀλκμάν, Lyricus poëta, Olymp. XXVII. claruit. Scripſit lingua Dorica. Hunc Lacones ſibi vendicabant: at falſò. Sardianus enim fuerat. Pediculari morbo extinctus eſt. Scripſit 6. libros carminum, & Fabulam, κολυμβώσας dictam. *Stephanus* Ἐθνογράφος, in Ἐρυσίχη, citat ipſum in παρθενείοις ᾎσμασι. De Alcmane *Jo. Meurſius* agit in *Miſcell. Lacon.* 4, 17. item *Suidas*.

ALCOLEA (Mart.) edidit Errata in IX. Tomos Operum Ant. Dianæ, Anno 1669. Lugd.

ALCUINUS (Albinus) Flaccus, Anglus, docuit Carolum M. & eidem poſteà ab eleemoſyna & ſanctioribus conſiliis fuit. Ejus conſilio Pariſienſem Academiam Carolus inſtituiſſe dicitur. Latinè, Græcè, & Hebraicè callebat. Scripſit geſta Caroli Magni. *Caſpar Barthius in Adv.* 16, 20. hunc Alcuinum, *Calliopium* dictum fuiſſe, autumat. Juxta *Phil. Labbe. T.* 1. *diſſert. de Scr. Eccl. pag.* 31. Anno Chriſti 804. obiit. Opera ejus omnia, cura *Andr. Ducheſnii*, Pariſiis A. 1617. in fol. prodierunt. Vid. *Olearius in Abaco, pag.* 17.

ALCYONIUS (Pet.) ſcripſit Tractatum de toleranda Exilii fortuna. Hoc luculento opere ita eruditionis ac eloquentiæ famam ſuſtentavit, ut ex *libro de Gloria Ciceronis*, quem nefaria malignitate aboleverat, multorum judicio confectum crederetur; ſunt verba *P. Jovii in Elog num.* 122. Confer *P. Manutii Comm. in Cic. Epiſt. ad Att. l.* 15. *epiſt.* 29. qui ita: Bern. Juſtinianus in Indice librorum ſuorum nominat Cic. de gloria. Is liber poſtea, cùm univerſam Bibliothecam Monacharum monaſterio legaſſet, magna conquiſitus cura neutiquam eſt inventus. Nemini dubium fuit, quin P. Alcyonius, cui Monachæ Medico ſuo ejus tractandæ Bibliothecæ poteſtatem fecerunt, homo improbus furto averterit. Et ſanè in ejus opuſculo de Exilio aſperſa nonnulla deprehenduntur, quæ non olere Alcyonium autorem, ſed aliquando præſtantiorem opificem videantur. *Hæc ille.* Cum aliqua ex Ariſtotele perperam inſolenterque vertiſſet, in eum *Sepulveda*, vir Hiſp. peracuta jacula, edito volumine, contorſit. In Ariſtotele 2. libros de Gen & & Corrupt. 4. libros Meteorum, 10. libros de Animalibus, librum 1. de Spiratione, &c. tranſtulit, teſte *Simlero*. *Pierius Valerianus de Infel. Literat. pag.* 121. obtrectatorem dicaciſſimum fuiſſe, & vitæ finem infidelitatis labe contaminaſſe, memorat.

ALDENACHIUS (Caſp.) JCtus ſcripſit Prælectiones in Inſtitutiones Juris, editas, A. 1606. in 4.

ALDENDORPIUS (Joh.) JCt. edidit Tract. ultimarum Voluntatum, A. 1607.

ALDERETUS (Joſephus) Hiſp. JCtus, A. 1616. obiit. Scripſit 3. libros de Religioſa diſciplina tuenda. Vid. *Alegambe, p.* 281.

ALDHELMUS, Anglus, A. C. 707. obiit. Utraq; eloquentia, Oratoria & Poëtica, excelluit. De eo ejusmodi *verſus* circumfertur: *Aldhelmus cecinit millenis verſibus odas.* Confer ſuprà, ADELMUS.

De ALDES (Theod.) edidit Diſſertationem Epiſtolicam adverſus Harvæum, A. 1667.

ALDOBRANDINUS (Silv.) Florentinus, A. 1558. obiit. Scripſit Comm. in lib. 1. Inſtitut. Juſtinian. Vid. *Gu. Panzirolus in JCt. l.* 2. *cap.* 192.

ALDOBRANDINUS (Thom.) An. 1594. claruit. Diogenis Laertii 10. libros Latinè vertit.

ALDOVINIUS (Ald.) JCt. edidit Conſilia, A. 1612. Venet. fol.

ALDRETTE (Bernh.) ſcripſit VII. Volumina in Thomam de Aquino, A. 1662.

ALDROVANDUS (Joh. Fr.) Bononienſ. JCtus, Anno 1470. floruit. Vid. *Bumaldus, p.* 134.

ALDROVANDUS (Ulyſſ.) A. 1605. obiit. Scripſit V. libros de Piſcibus: item XX. libros de Avibus. Græcarum literarum ignorantiam in eo notat *Ezech. Spanhemius in Tr. de Præſtantia & uſu Numiſm. antiq. p.* 86. Vid. *Bumaldus, p.* 233.

Apud *Joh. Imperialem in Muſeo Hiſt. pag. 145.* omnia ejus opera magno numero recenſentur; quibus addi poteſt Antidotarium Bononienſe, cujus autor Adrovandus eſſe aſſeritur.

ALDUS (Balth.) Veronenſis Medicus, A. 1543. claruit. Vid. *Chioccus in Veronenſ. pag. 131.*

ALEALMUS (Lud.) Aurelius, carminibus inclaruit. Vid. *Tomus 1. Delit. Gall. pag. 1.* De Alealmo legi poteſt *Sammarthanus in Elog. pag. 180.*

ALEANDER (Hier.) Mottenſis, è Comitibus Landri in Carnia, obiit, A. 1542. ætatis 62. Latinè, Græcè & Hebraicè peritiſſimus fuit. Hebraicas ita calluiſſe linguas dicitur, ut Judæi eum admirarentur, & ſuæ ſtirpis eſſe crederent. Lutetiæ aliquando bonas literas docuit. Romam profectus, paulatim crevit; factus Epiſcopus Brundufinus, tandem etiam Cardinalis. Confer *Jov. in Elog. numero 98.* Edidit Tabulas in Grammaticam Græcam.

ALEANDER (Hier.) prædicti Aleandri pronepos, ſcripſit Comment. in Caii Inſtitutiones: item, de Suburbicariis regionibus. Vid. *Nicius Erythr. part. 1. Pinacoth. pag. 45.* Hieronymi Aleandri, Junioris Menſa Solis, ſive Tabulæ Heliacæ explicatio Pariſiis, A. 1617. excuſa eſt. Vid. *Caſp. Barthius T. 3. in Stat. Pap. lib. 6. verſ. 240.*

ALEGAMBE (Phil.) Bruxellenſis, A. 1652. obiit. Edidit Bibliothecam Scriptorum Societatis Jeſu, fol.

ALEGRE (M. Ant.) de Caſanate, in lucem dedit Paradiſum Carmelitici decoris, An. 1639. fol. *Ph. Labbe in Bibl. Bibl. pag. 151.* de eo ſequius judicat.

ALEMANNUS (Jac.) JCtus, ſcripſit de ſimultanea Inveſtitura, A. 1616.

ALEMANNUS (Joſephus) Mediolanenſis, A. 1630. obiit. Reliquit 2. Tomos de Sapientia divina. Vid. *Alegambe, p. 282.*

ALEMANNUS (Nicol.) Procopii Hiſt. arcanam de Juſtiniano à tenebris liberavit.

ALENIUS (Julius) Brixienſis, An. 1630. claruit. Scripſit librum demonſtrationum Mathematicarum Sinicè, teſte *Alegambe, pag. 287.*

ALENUS (Andr.) Herekenſis, An. 1574. floruit. Scripſit carmine Elegiaco 3. libros ſacrarum Heroidum.

ALERUS (Henr.) Orationes edidit, Anno 1647. Bremæ.

ab ALES (Alexander) Glouceſtrenſis, An. 1245. obiit. Vulgò *Doctorem irrefragabilem* appellant. *Sixtus Senenſ. l. 4. B. S.* ipſum ab eruditiſſimis ſui ſeculi *fontem vitæ* appellari meruiſſe, memorat. Scripſit ſummam Theologiæ. Vid. *Ph. Labbe T. 1. Diſſ. de S. E. pag. 36. Olearius in Abaco, pag. 18.*

ALES (Pet.) Carnutenſis, ſcripſit de recta vivendi ratione & virtutum officiis libros quatuor carmine, A. 1561.

ALESIUS (Alex.) Scotus, magni nominis Theologus, Lipſiæ, ubi XX. annos docuerat, A. 1565. deceſſit. Commentatus eſt in 1. & 2. Timoth. Item, in Johannem. Vid. *Thuanus, lib. 38.*

ALESIUS (Joh.) ſcripſit Harmoniam in in Evangelia, A. 1605.

De ALEVOLO (Bernhardinus) edidit Tract. de Correctione fraterna, Methymnæ, A. 1557.

ALEUTNERUS (Tob.) An. 1608. vixit. Compoſuit Carmina & Epigrammata miſcellanea.

ALEXANDER, Ἀλέξανδρος, Ætolus, Satyri F. Grammaticus & Tragicus, ſub Ptolomæo Philadepho floruit. Videatur *Strabo l. 12. & 14.* Scripſit, Ἀλιέα. Alexandrum in Apolline citat *Parthenius, cap. 14.* Vid. *Caſaub. in Athen. p. 505. Suidas*, hunc Alexandrum ex ſeptem Tragicis, qui *Plejas* cognominati fuerant, unum fuiſſe, memorat.

ALEXANDER ab ALEXANDRO, Neapolitanus, JCtus, A. 1490. floruit. Scripſit ſex libros Genialium Dierum, quos *G. J. Voſſius* promtuarium Antiquitatis veteriſque Hiſtoriæ nominat. In eos *Tiraquellus* Notas concinnavit. Vid. *Gu. Panzirolus in JCt. l. 2. c. 122.*

ALEXANDER, Ægæus, Philoſophus Peripateticus, Neronis Imp. præceptor fuiſſe dicitur. Vid. *Suidas.*

ALEXANDER, Aphrodiſienſis è Caria, tempore Septimii Severi & Antonini Caracallæ claruit, quibus libellum de Fato inſcripſit. Uſus eſt præceptoribus Ariſtocle Meſſenio & Soſigene. Fuit egregius Ariſtotelis interpres, ita ut ob commentarios ſuos doctiſſimos καὶ ἐξοχὴν Ἐξηγητὴς diceretur, & nemo tum

Ariſtotelici nomen tueri poterat, quin ab eo *Alexandreus* diceretur. *Simplicius* omnium Interpretum laborioſiſſimum vocat. *Cyrillus*, omnium Philoſophorum diligentiſſimum ac acutiſſimum fuiſſe, tradit. Confer *Boëthium in Scriptis Philoſoph. pag. 284* Scripſit duos libros de Anima: Problematum libros 2. Quæſtionum naturalium libros 4. Commentarium in 1. Analyt. item, in Sophiſticos Elenchos: opuſculum de Febribus: Comm. in libros de Gen. & Corrupt. in Meteorologica: in lib. de ſenſu: item, de prima Philoſophia. Librum ejusdem contra Zenobium, Epicureum, citat *Simplicius*. Vid. *Jonſius lib. 4. pag. 351.*

ALEXANDER, Aſclepiadis filius, vel, Magiſter Grammaticus, ſcripſit XXXII. libros de omnifaria materia. Vid. *Stephanus* Ἐθνογράφος in Κολύλειον.

ALEXANDER Cornelius, cognomento Polyhiſtor, Cotieus, Olymp. CLXXIII. claruit, Cornelii Syllæ temporibus. Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεὺς *Porphyrio in Quæſt. Homer.* & *Autori Etymologici M. in* δέδοικα dicitur. Cornelius, à Corn. Lentulo, cui venditus fuerat, appellatus eſt, teſte *Suida*. Scripſit 5. libros de Roma, in quibus ait, Hebræam fuiſſe mulierem, Μωσὼ nomine, à qua ſcripta ſit Lex Hebræorum. *Clemens l. 1. ςρωμ.* & *Euſebius l. 9. de Præp. Ev.* ejus librum περὶ Ἰουδαίων allegant. Invenio, eum quoque ſcripſiſſe περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων: item, περὶ τῶν παρὰ Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων. *Etymologicum M. in* Κύβελον, Alexandrum Polyhiſtorem ἐν τῷ περὶ Βιθυνίας, *Stephanus in* Ἀκμονία, ἐν τῷ περὶ τῆς Φρυγίας: *in* Ἀφροδισιὰς verò, ἐν τῷ περὶ Κιλικίας citant. Vid. *Jonſius in Hiſt. Philoſ. Script. l. 2. c. 16.*

ALEXANDER, Hieropolitanus Epiſcopus, ſcripſit novem capita, quibus docet, quid novi Chriſtus in mundum intulerit. Vid. *Suidas*.

ALEXANDER, Imolenſis. Vid. IMOLENSIS.

ALEXANDER, cognomine Λύχνος, Epheſius, Poëta, ſcripſit, teſte *Strabone l. 14* de rebus cœleſtibus: item, de partibus orbis terreſtris, verſu. Vid. *Stephanus Ethnographus in* Ταπροβάνη & Λάπηθος.

ALEXANDER, Magnus, primus Græcorum Monarcha, Epiſtolas varias conſcripſit, quas *Heſychius* laudat in Ἀρεσταῖος, γηλικὰ, σκανδαροφάγος, σκεῖδος. Confer *Plutarch. in vita Alexandri.* Fertur ſub ejus nomine etiam extare Epiſtola ad Ariſtotelem de ſitu & mirabilibus Indiæ, verſa per *Corn. Nepotem* Latinè.

ALEXANDER, Monachus, ſcripſit Hiſtoriam de Inventione Crucis, quam è tenebris protraxit *Jac. Gretſerus.*

ALEXANDER, Myndius, celebratur *Athenæo l. II. c. 16. l. V. c. 20. l. IX. c. 10.* Ælianus quoq; in *Hiſt. Animal. l. 3. c. 23. l. 4. c. 33. l. 5. c. 34.* ejus verba adducit.

ALEXANDER, Pleuronius, citatur in *Parvis Scholiis ad Hom. Iliad. pag. 276.* Idem eſt cum Alexandro Ætolo.

ALEXANDER, Seleucienſis Sophiſta, aliàs Πηλοπλάτων dictus eſt, teſte *Suida*. Vixit tempore Marci Antonini, Imperatoris. Phavorino Philoſopho, præceptore uſus eſt. De eo multa habet *Philoſtratus in Vit. Sophiſt. p. 554. & ſeq.*

ALEXANDER, Trallianus, Dioſcori Medici F. claruit temporibus Juſtiniani. Scripſit Θεραπευτικά. Meminit ejus *Agathias l. 5.*

ALEXANDER Villadeus, Dolenſis, floruit ſub Friderico II. Imp. An. C. 1240. In Leonini carminis genere, quod olim in precio eſſe ſolebat, ferè princeps habetur. Scripſit Doctrinale, opus Grammaticum, quo pueri olim in Scholis utebantur. Vid. *Autor apologiæ pro poëtis Lat.* apud *Giſanium*, *pag. 508.* qui hunc Alexandrum, vocat omnium hominum, qui unquam nati ſunt, infimum.

ALEXANDER, Abbas cœnobii S. Salvatoris in valle Celeſina, ſcriptor Rogerianorum, primùm ab *Hier. Surita*, tùm à *Dominico de Portonariis* editus eſt. Poſt à *Joh. Piſtorio Tomo III.* Hiſpaniæ illuſtratæ inſertus eſt, A. 1606. Vid. *Reineſ. in Epiſt. ad Daumium, pag. 262.*

ALEXANDER (Andr.) compoſ. Mathematologium, A. 1504. fol.

ALEXANDER (Franc.) Vercellenſis Medicus, edidit Apollinem, vel Tractatum de Medicamentis compoſitis & ſimplicibus, Venetiis, A. 1565. fol.

ALEXANDER (Franc.) Bergomas, Epiſcopus, A. 1595. obiit. Scripſit de Candelarum, aliarumq; rerum rationis uſu carentium, Benedictionibus. Item, Diſputa-

ſputationem in verba Chriſti: Noli me tangere, nondum aſcendi.

ALEXANDER (T.) poëta, plurimùm commendatur à *Scaligero, lib. de re poët. pag. 790.*

ab ALEXANDRIA (Alexander) A. 1314. obiit. Vid *Ghilinus, vol. 1. pag. 6.*

de ALEXANDRIA (Guil.) Mediolanenſ. ſcripſit Annales de Genuenſis civitatis antiquitatibus, carmine Heroico. Vid. *Ghilinus, vol. 2 pag. 162.*

ALEXANDRINUS (G.) ſcripſit de priſcis dictionibus, quæ in Catone, Varrone, & Columella de re Ruſtica occurrunt, A. 1528.

ALEXANDRINUS (Julius) à Neuſtein, Medicus, A. 1590. obiit. Edidit Dialogum de Medico & Medicina, Tiguri, A. 1557. Vid. *Thuanus l. 99.*

ALEXANDRIDES, Ἀλεξανδρίδης, Comicus, ſcripſit Ἀγχίσην, Ἑλένην (teſte *Suida*, in Ἀβελτερος) Ζωγράφους, Ὁπλομάχον, Μελίλωτον, Πείσανδρον (Vid. *Suid.* in ἀρκάδας & ἀρεοπαγίτης) & Φαρμακόμαντιν.

ALEXINUS, Ἀλεξῖνος, Eleus, Zenonis σύγχρονος fuit. Rixarum ſtudioſiſſimus erat, adeò ut ex rixarum ſtudio Ἐλεγξῖνος, i. e. contradictorius dictus fuerit, teſte *Laërtio, libro 11.* Ἀπομνημονεύματα καταγέλαστα ſcripſiſſe dicitur. Vid. *Jonſius in Script. hiſt. Philoſ. l. 2. c. 2.*

ALEXION, Ἀλεξίων, ἐν ἐπιτομῇ τῶν Διδύμου συμμίκτων allegatur ab *Ammonio, in libro de Different.* in voce γέρων.

ALEXIS, Ἄλεξις, mediæ Comœdiæ poëta, Olymp CXIIX. claruit. Plurimas ſcripſit Comœdias, de quibus conſule *Athenæum, Pollucem, Stobæum. Suidas* facit *Thurium*, aitq; CCXLV. fabulas docuiſſe.

ALEXIS, Samius, compoſ. libros de Finibus Samiorum, teſte *Athenæo l. 12. & 13.*

ALEXIUS Comnenus, Imp. Conſtantinop. ſeculo XII. vixit. Condidit Reſcriptum de donariis & rebus ſacris non auferendis per Principes & Impp.

ALEXIUS (Alex.) edidit Conſilia Medica & Epitomen de Pulſibus, Patav. A. 1627.

ALEXIUS (Cæſ.) JCtus, edidit Elogia Peruſinorum Civium, A. 1635.

ALEXIUS (Sim.) ſcr. de Origine DEI Miſſatici, A. 1558. Genevæ, in 8.

ALEXON, Ἀλέξων, Myndius, ſcripſit libros de rebus fabuloſis, allegante *Laërtio in Thalete.*

ALFENUS Varus, JCtus, Cremonæ diù ſutrinam exercuit: tandem, clauſa taberna, Romam ſeſe contulit, & Serv Sulpicio præceptore uſus eſt, per quem tantum profecit in Juris ſcientia, ut ob ejus cognitionem ad Conſulatum pervenerit, A. U. C. 753. *Catullo* familiaris fuit, quod ex duobus *carminibus*, ad eum ſcriptis, patet. Vid. *Chr. Rupertus ad Pompon. 3. 10. Panzirolus in JCtis, l. 1. c. 20. Bertrandus, l. 1. pag. 54.*

ALFERIUS (Andr.) JCtus, ſcr. Quæſtiones & Reſponſa, edita An. 1585. Romæ, fol. cura *Lud. Alferii* atnepotis.

ALFONSUS (Joh.) edidit nova Repertà Geometrica, A. 1620.

ALFORDIUS (Mich.) Londinenſis, edidit Annales Eccleſiæ Anglicanæ, 4. voluminibus, An. 1663. fol. Leodii. Vid. *Alegambe, pag. 342.*

ALFRAGANUS, Arabs Aſtrologus, vixit Anno C. 883. Scripſit Elementa Aſtrologica, quæ Arabicè & Latinè edidit *Jac. Golius.* Reliquit etiam librum de Sciatericis: item, alium de Planiſphærio.

ALFREDUS, Rex Angliæ, A. C. 901. obiit. Scripſit Manuale meditationum. Vid. *Olearii Abacus, pag. 21.*

ALGAROTUS (Victorius) Veronenſ. Medicus, ſcripſit de fungorum natura. Vid. *Chioccus, p. 135.*

ALGERUS, Leodienſis, vixit ſeculo XII. circa A. C. 1130. Compoſuit tres libros de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti. Vid. *Bellarminus de Script. Eccl. pag. 141.*

ALGOET (Læv.) (quaſi dicas, totus bonus) Gandav. edidit Deſcriptionem regionum Septentrionalium, teſte *Sweertio.*

ALIDOSIUS (J. Nic. Paſch.) Bononienſ. A. 1614. claruit. Scripſit de Doctoribus Bononienſibus, teſte *Bumaldo, p. 119.*

ALIMENTUS (C. Cincius) Hiſtoricus, tempore Annibalis vixit. Allegatur à *Livio l. 21. & 30.* Scripſit Hiſtoriam Annibalicam Græcè, teſte *Dionyſio Halicarnaſſ. l 1.* Item, librum de re militari, unde *Agellius* quædam adducit, *l. 16. c. 4.* Ejusdem libros de officio JCti *Pompejus Feſtus* allegat. *Fulgentius de Vocibus Antiquis, pag. 138.* Cincius Alimentum de Gorgia

gia Leontino ſcripſiſſe, memorat. Vid *Glandorpius in O. R. pag. 220.*

ALKAZVINIUS (Zacharias) Perſa, ante annos ferè quingentos de Mirabilibus creaturarum librum compoſuit, quem *Samuel Bochartus* à Chriſtina Regina dono accepit, quemadmodum *in præfat. Hierozoici* refert.

ALLATIUS (Leo) Chius, A. 1670. Romæ mortuus eſt. Scripſit Tractatum de Patria Homeri, Dialogum de ſcriptis Socratis, librum de Simeonibus, Σύμμικτα, Apes Urbanas, Tractatum de Conſenſu Eccleſiæ Orientalis, &c. Vid. *Ghilinus vol. 2. p. 173. Labbe in Bibl. Bibl. p. 113. & ipſe Allatius in Apibus Urbanis, p. 176.*

ALLAXINUS (Jac.) ſcr. aliquot Diſceptationes Medicas, editas Pariſiis, Anno 1535.

ALLE (Hier.) Bononienſ. An. 1607. claruit. Edidit varias Conciones. A *Bumaldo* inſignis Concionator nominatur.

ALLEGRACORIUS (Galvanus) Bonon. JCtus, A. 1269. floruit, teſte *Bumaldo.*

ALLEGRENUS (Pet.) Bergomas, Anno 1530. claruit. Scripſit quæſtiones Theol. in lib. Sententiarum.

ALLEGRUS (Alex.) Bergomas, A. 1570. obiit. *Mutius* ità de ipſo canit:

Carmina facundi nemo non laudat Alegri,
Et mores tanto verbaq; digna Viro:
Legibus adſtrictis valuit numeriſq; ſolutis
Romanæ & Tuſcæ plectere fila lyræ.

Ab ALLIACO (Petrus) Cameracenſis Epiſcopus, Gerſonis præceptor, A. 1425. obiit. Scripſit Comment. ſuper Sententias: item, libellum de emendatione Eccleſiæ. Plura ejus ſcripta *Bellarminus de Script. Eccleſ. p. 180.* recenſet. In eo reprehenditur, quòd putarit, Chriſti nativitatem præſciri potuiſſe ex Genethliacis obſervationibus. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. diſſert. de Scr. Eccl. p. 179.* & *Sweertius, p. 599.* Confer *Olearium in Abaco, pag. 362.*

ALLOTIUS (Guil.) A. 1576. vixit. Scripſit Theſaurum Bibliorum, in 8. Colon. Anno 1612.

de ALLOZZA (Joh.) edidit Convivium divini amoris, An. 1665. item, Alphabetum morale, A. 1669.

ALMA (Eilardus) Friſius, An. 1586. obiit. Scripſit de Bello Gigantum libros quatuor, qui extant *T. 1. Delit. Belg. pag. 9.* Vid. *Sweertius, p. 224.*

ALMAINUS (Jacobus) Doctor Pariſienſis, ſcripſit in 3. & 4. Sententiarum. Vixit A. 1500. Vid. *Ph. Labbe T. 1. Diſſert. de Scr. Eccl. p. 488. Olearius in Abaco, pag. 211.*

ALMANAZAR (Hier.) Hiſp. ſacras literas in Complutenſi Academia LXV. annis profeſſus eſt, usq; eo gratus acceptusque ſuis, ut Jubilæi diem (quod Profeſſorum antè conceſſum nemini) magno omnium applauſu læti egerint. Floruit A. C. 1414.

ALMARINUS (Caſp.) ſcr. Viridarium artis Rhetoricæ, A. 1609. Venet.

ALMENAR (Joh.) Hiſp. ſcripſit de morbo Gallico, A. 1536.

ALMER (Sebaſt.) edidit Manuale Juris, Anno 1668.

ALMERINUS (Joh. Paulus) Bergomas, A. 1622. floruit. Edidit Practicabilia difficiliora in utroque foro, i.e. Eccleſiæ & Conſcientiæ.

ALMONACRIUS (Hier.) Hiſp. ſcripſit in Cant. Canticorum, Anno 1588. Compluti.

de ALNA (Reginaldus) reliquit Comm. in Sapientiam Salomonis.

ALNOSIUS (Joh.) Brugenſis, An. 1558. claruit. Scripſit libellum de Antiquis Nummis & marmoreis Inſcriptionibus, teſte *Sandero.*

ALOIS (Pet.) Neapolitanus, A. 1535. tres Epigrammatum centurias edidit.

ALOSIANUS (Guirandus) exaravit Epiſtolam ad Andr. Arnaudum, teſte *Salmuth, in 1. partem Panciroli, p. 222.*

ALOSINUS (Leonh.) JCt. ſcripſ. de Subſtitutionibus, Pictavii, A. 1540. in 8.

ALOYSIUS (Alb.) ſcripſit de Operibus VI. dierum & Paradiſo terreſtri, Venet. A. 1618. in 4.

ALOYSIUS (Joh.) JCtus, ſcripſit de Amneſtia.

ALPHANUS, Salernitanus, A. 1059. claruit. Opuſcula ejus nonnulla primus edidit *Ferd. Ughellus T. 2. Ital. illuſtratæ.* Vid. *Olearius in Abaco, pag. 23.*

ALPHANUS (Bernhardin.) JCtus, edidit Collectanea Juris, A. 1572.

ALPHARABIUS (Abunaſra) Philoſophus & Medicus, à patria *Pharab*, quæ eſt in Turcomannia, ſic dictus, Damaſci in Syria, A. C. 1010. obiit. Cum in Haran, Meſopotamiæ urbe, *Ariſtotelis* librum de Auditu inveniſſet, quadragies perlegit, & ei ſuper-

ſuperſcripſit: Vellem iterum legere, teſte *Ben Caſem in libro*, qui *Viridarium Electorum* inſcribitur. Vid. *Gabr. Sionita in Arabia, p 16.* Opera Alpharabii prodierunt Pariſiis, A. 1638. Confer *Hottinger. in Biblioth. Quadrip. pag. 253.*

ALPHES (Iſaac) celebris Judæus, ſcripſit Compendium Talmudicum. Synchronus fuit R. Salomoni Jarchi, mortuusq; eſt, A. M. 4863. juxta computum Judaicum. *Epitaphium* ejus *David Ganz, p. 133.* tale fuiſſe memorat: Inſcribitc ſtilo ferreo lapidi duriſſimo, finiti ſunt dies mundi, & creatus eſt denuò. Dicite, in hoc ſepulcro eſt fons ſapientiæ. Venite filiæ Zion cum mœrore; inſculptus enim eſt planctus & fletus loco contritionis, qui in memoriam luctus erit omni ſecuturo ſeculo, &c. Confer *Carpzovium in Notis doctiſſimis ad* צמח *Schickardi, pag. 87. & ſeq.*

ALPHES, Junior, nepos Alpheſi magni, A. mundi 4942. vixit. Conſcripſit librum Schabarim.

ALPHIUS Avitus, vixit tempore Severi Imp. Scripſit Vitas excellentium virorum, teſte *Terentiano Mauro. Feſtus*, in voce *Mamertini*, ejusdem Hiſtoriam belli Carthaginienſis allegat. Confer *Barthium in Notis majoribus ad Claudian. pag 412.* ubi fragmentum Alphii ex *Priſciano* adducit.

ALPHONSUS, Rex Caſtellæ & Legionis, An. C. 1270. Tabulas Aſtronomicas, *Alphonſinas* dictas, compoſuit. Ad hoc opus concinnandum Alphonſus complures Judæos in Toletanam urbem accerſiviſſe dicitur, inter quos præcipuus erat *R. Iſaac Hazan.* Ajunt, Regem in id XL. ducatorum millia impendiſſe. Grande quidem pretium (inquit *Voſſius*) ſi privatum aliquem attendas: nec nimium tamen pro Regia dignitate & immortali nomine, quod eo pacto ſibi comparavit.

ALPHONSUS (Franc.) Malpartidenſis, Hiſp. univerſam Philoſophiam aliquot Tomis explicuit.

ALPHONSUS (Petrus) Judæus converſus, ſeculo XII. vixit. Scripſit Dialogum contra Judæos. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 364.*

ALPHREDUS, Anglus, A C 1126. obiit. Reliquit Annales Britannicos.

ALPINUS, malus poëta, Memnonis, Auroræ filii, bella deſcripſit, ſed tam malè, ut ab *Horatio* Memnona carminibus ſuis jugulare dicatur. Vid. *Horat l. 1. ſat. 10.*

ALPINUS (M. Tatius) edidit Carmina de variis rebus, Auguſtæ, A. 1533.

ALPINUS (Proſp.) Maroſticenſis, Medicus, natus eſt, A. 1553: obiit A. 1616. Edidit libros quinq; de Medicina Ægyptiorum. Item 7. libros de præſagienda vita & morte ægrotantium. Confer *Tomaſinum in Elog. p. 304.*

ALPIUS Flavus, Rhetor. De hoc *Seneca Rhetor, l. 1. Controv. 1.* Cum prætextatus eſſet, tantæ opinionis fuit, ut populo Rom puer eloquentia notus eſſet. Semper de illius ingenio Ceſtius & prædicavit & timuit. Tanto concurſu hominum audiebatur, ut raró poſt illum auderet Ceſtius dicere. Semper eloquium ejus commendabat aliqua res extra eloquentiam. In puero lenocinium erat ingenii, ætas: in juvene deſidia, &c.

ALQUINUS, verſificator, ſcripſit Vitam S. Willibrordi proſa & ligata oratione. Vid. *Bruſchius de Monaſter. pag. 141. b.*

ALSARIUS (Vincent.) Medicus Romanus, A. 1622. claruit. Edidit 7. libros de morbis capitis: 2. libros de Veſuvio ardente: conſilium de ſurditate: & 4. Centurias quæſitorum in arte Medica.

ALSCHECH (Moſes) Judæus, libro edito, *Toras Moſche* inſcripto, famam ſibi peperit. Dictus liber Pragæ, A. 1616. excuſus eſt.

ALSTEDIUS (Joh. Henr.) A. 1638. obiit. Edidit Encyclopædiam: item, Theologiam Naturalem, Propheticam, Catechcticam, Polemicam, Scholaſticam, Paratitla, &c. Alſtedius, per Anagramma SEDULITAS audit. *Mochingerus in Floridis, cap. 49.* Alſtedium ſedulitas, quæ in nomine hominis hujuſce latet, accedentibus tot rerum teſtimoniis, jure commendat. Videatur etiam *Sorellus de Hominis perfect. pag. 591.*

ALSTENIUS (Aug.) ſcr. librum de Inſtitutione Nobilis Adoleſcentis, Anno 1653. Amſt.

ALTARIUS (Guil.) Gallus, carmina reliquit. Vid. *T. 1. Delit. Gall. p. 53.*

ALTENSTAIG (Joh.) edidit Lexicon Theologicum, A. 1519.

ALTERIUS (Marc.) conſcripſit de Cenſuris Eccleſiaſticis 2. Volumina, An. 1618. Romæ, fol.

ALTESSERA (Ant. Dadinus) compoſuit quinq;

quinq; libros rerum Aquitanicarum, An. 1659. 10. libros Originum Monaſticarum, Anno 1674. Commentarium in Decretales, fol.

ALTFRIDUS, Epiſcopus Monaſterienſis, A.849. obiit. Scripſit vitam S. Ludgeri.

ALTHAMMERUS (Andr.) Norimberg. Theologus, A.1544. floruit, teſte *Micrælio*. Compoſuit Conciliationes Locorum Scripturæ. Item, Notas in Taciti Germaniam. Notas illas *Sim. Schardius Tomo 1. Script. German.* inſeruit.

ALTHOFERUS (Chriſtoph.) Hersbruccenſ. Theol. D. & Prof. Altdorfinus, tandem Superintendens Culmbacenſis factus eſt. Obiit Culmbaci, A.C. 1660. Scripſit Abyſſum deſperationis Pontificiæ, Speculatorem Anti-Calvinianum, Diſpp. Biblicopracticas, Harmoniam Evangeliſtarum, &c.

ALTHUSIUS (Joh.) JCtus, edidit Dicæologiam, A.1617. duos libros Jurisprudentiæ Romanæ, Anno. 1623. Politicam, &c.

ALTHUSIUS (Thom.) ſcr. Hiſt. Eutychianam, Anno 1659.

ALTILIUS (Gabr.) Italus, carmine adeò excelluit, ut *Pontani & Actii* teſtimonio antiquis vatibus æquatus fuerit. Extant ejus Carmina *T.1. Delit. Ital. p.57.* Videatur *Jovius in Elog. numero 125. Scaliger de re poët. l.6. pag.798.* Gabr. Attilius (inquit) Epithalamium cecinit longè optimum: excellentiſſimum vero futurum, ſi ſibi ille temperaſſet. Dum enim vult omnia dicere, afficit auditorem aliquando faſtidio tanto, quanta in aliis voluptate. Eſt enim nimius.

ALTIMARIUS (Donatus Ant.) vel de Alto mari, Neapolitanus, Medicus, An. 1560. floruit. Opera ejus junctim edita Lugduni, A.1565.

ALTINGIUS (Henr.) Heidelbergenſis, ſcr. Theologiam Problematicam, Elencticam & Hiſtoricam. Item, Exegeſin in Aug. Confeſſionem. Vixit Anno 1613. Opera ejus, poſt obitum, prodierunt, An.1646. tribus Tomis comprehenſa.

ALTINGIUS (Jacobus) ſcripſit de Schilo, vel de vaticinio Jacobi Patriarchæ libros quinque, An.1667.

ALTINGIUS (Menſo) An.1612 obiit.

ALTKIRCHERUS (Euſeb.) condidit Tractatum de Miſſa, A.1579. *Quidam* tamen fictitium hoc nomen eſſe exiſtimant.

ALTOGRADUS (Læl.) JCtus, Conſilia edidit, A.1643. Lucæ.

De ALTO PONTE (Raym.) ſcr. Comm. in omnes Pauli Epiſtolas, qui feruntur extare Pariſiis in Bibliotheca Ord. S. Auguſtini.

ALTOVITA (Ant.) Florentinus, Anno 1573. obiit. Vid. *Ghilinus, vol.2. p.24.*

De ALVA & Aſtorga, (Pet.) Carvajalenſis, edidit Bibliothecam Virginalem, tribus Tomis, A.1648. Madriti, fol. Item, Nodum indiſſolubilem de conceptu Ventris & conceptu Mentis, A.1661. Vid. *Labbe in B B. pag. 135.*

ALVARADUS (Alf.) compoſuit Obſervationes Hiſt. Pol. in Orat. Ciceronis: item Artem diſſerendi, A.1600. Baſil.

ALVARADUS (Did. Roderic.) JCtus, ſcripſit de Conjecturis, A.1618.

ALVARES (Alf.) JCtus, edidit Speculum Rom. Pontificum, Imperatorum & Epiſcoporum.

ALVARES (Didac.) Metymnenſis, vixit A.1499. Scripſit 2. Tomos Commentariorum in Eſaiam Propheram, qui Romæ in 4. prodierunt. Item, de Auxiliis divinæ gratiæ, & humani arbitrii viribus, A. 1621. *Mareſius T. 1. contra Tirinum, p.612.* Did. Alvarez. Archiepiſcopus Tranenſis & Salpenſis, in ſuo opere de Auxiliis, quod inſcriptum Philippo Hiſp. Regi & multis approbationibus munitum prodiit primum An. 1610 & deinde ultimò recuſum eſt Coloniæ, A.1621.

ALVARESIUS (Franc.) A.1496. floruit. Edidit deſcriptionem Æthiopiæ.

ALVAREZ (Balth.) Luſitanus, An.1628. obiit. Docuit Theologiam in Eborenſi Academia. Concinnavit Indicem Expurgatorium. Vid. *Alegambe, p.52.*

ALVAREZ (Gabr.) Oropeſanus, ſcripſit in Eſaiam, An. 1623. fol. duobus Tomis. Vid. *Alegambe, p.145.*

ALVAREZ (Jac.) conſcr. libellum de Vita, religiosè inſtituenda, A.1620. in 8. Lugd.

ALVAREZ (Lud.) edidit Joſephum, filium Rachelis, A.1675. Lugd.

ALVAROTTUS, Patavinus, JCtus, An. 1379. obiit. Vid. *G. Panzirolus in JCt. l.2. c.104.*

ALVAROTTUS (Jac.) Senior, JCt An. 1453. obiit. Commentarios utiles cum Repertorio in Jus Feudale compoſuit. Videatur *Guido Panzirolus in JCt. l. 2. cap.104.*

ALVAROTTUS (Jac.) Junior, JCtus, A. 1546 obiit. Scripſit de Feudis, fol.

ALVARUS, Cordubenſis, A. 850. claruit. Reliquit vitam S. Eulogii. *Ramireſius ad Luitprandi Chronic.* annotat, ſe varia hujus Alvari opera habere, aliquando in lucem protrahenda.

ALVARUS (Didacus) Hiſp. edidit Commentum novum in Parabolas Arnoldi de Villa nova, A. 1514.

ALVARUS (Eman.) Luſitanus, An. 1582. obiit. Scripſit libros de arte Grammatica, valde præclaros, qui doctis viris mirificè probantur. Vid. *Alegambe, p. 100.*

ALVARUS (Joh.) Celtiber, Celſonenſis Epiſcopus, A. 1621. obiit. Condidit 3. libros de vita & miraculis S Bernhardi: item, fundationes Monaſteriorum Ord. Ciſtert. per Aragoniam.

ALVARUS (Pelag.) Silvenſis Epiſcopus, Anno 1340. obiit. Scripſit Speculum Regum: item, Apologiam contra Guil. Ockam. Vid. *Phil Labbe T. 2. Diſſ. de Scr. Eccleſ pag. 176. Olearius in Abaco, p. 360.*

ALUCCIUS (Cæſ.) Theatinus, Italus, A. 1634. obiit. Edidit Summarium earum rerum, quę oportet ſcire, ut poſſimus adipiſci Jubilæum anni ſancti, in 2. partes diviſum. Vid. *Alegambe, p. 67.*

ALVELDIANUS (Auguſt.) ſcr. Tractatum de Confeſſione. Vixit, A. 1528.

ALVERNI (Guil.) Epiſcopi Pariſienſis, Mathematici perfectiſſimi, Opera prodierunt, Venet. Anno 1591.

ALVETANUS (Corn.) Anſrodius, ſcripſit de Lapide Philoſophico.

De ALVIN (Steph.) ſcripſit librum de poteſtate Epiſcoporum, Abbatum, &c. Paris, A. 1607.

ALULPHUS, Tornacenſis, Anno 1516. claruit. Ex operibus S Gregorii Commentarium in N. Teſt. Gregorianum dictum, teſte *Sandero,* compilavit.

ALYPIUS Ἀλύπιος, Alexandrinus, Dialecticus exercitatiſſimus, ætate Jamblichi vixit. Exiguo admodum corpuſculo fuit, pauloque, quam cubitale, aut Pygmæi majore: quod intuenti anima ſpiritusq; eſſe videri poterat. Defuncti vitam Jamblichus hiſtoricè abſolvit. Vid. *Eunapius in vita Jamblichi, p. 28. & 31.*

ALYPIUS, Græcus, Iſagogen Muſicam conſcripſit, quam *Joh. Meurſius,* An. 1616. unà cum Ariſtoxeno, publicavit.

ALYPII (Andronici) Hiſtorici, *S. Hieronymus in Præfatione ad Danielem* meminit.

De ALZEDO (Maur.) ſcr. de Præcellentia Epiſcopalis dignitatis, Anno 1630. Lugd. in 4.

AMADEUS, Lauſannenſis Epiſcopus, A. 1144. claruit. Compoſuit 8. Homilias in laudem B. Virginis Mariæ, quas Richardus Gibbonus, A. 1613. publicavit. Vid. *Carolus Viſch, in Ciſterc. pag. 19.*

AMADEUS (Joh.) Hiſp. Anno 1482. claruit. Scripſit Revelationes, in quibus mira de futuro Eccleſiæ ſtatu & Imperiorum translatione prædicuntur.

AMADISI Gallici autor Gorræus eſſe dicitur. Vid. *Zeillerus, part. 2. Hiſt. p. 165.*

De AMADORIS (Ant.) Florentinus, habuit Orationem in funere Clementis X. Pontificis, A. 1676.

AMALARIUS (Fortunatus) Trevirenſis Epiſcopus, Anno 811. floruit. Scripſit de Sacramento Baptiſmi ad Carolum M. Vid. *Phil Labbe T. 1. Differt. de S. E. pag. 40. & 688.* Quatuor libros de Divinis officiis, alteri *Amalario, Metenſi* ſcil. qui A. 835. vixerat, nonnulli tribuunt. Vid. *laudatus Labbe l. c. p. 41. Olearius in Ab. p. 24.*

AMALTHEUS (Corn.) Italus, Carmina compoſuit, quæ ſervantur *T. 1. Delit. Ital. pag. 76.*

AMALTHEUS (Hier.) Philoſophus & Medicus, Anno 1574. obiit. Fuit tanta morum ſuavitate, ut vel ſolo aſpectu omnium in ſe benevolentiam converteret. In carmine pangendo ità profecit, ut *M. Ant. Muretus* ei inter Italos palmam detulerit. Carmina ejus leguntur *T. 1. Delit. Ital. pag. 65.* Confer *Thuanum, lib. 59.*

AMALTHEUS (J. B.) itidem poëmata ſtruxit. Vid. *T. 1. Delit. Ital p. 79.*

AMAMA (Sixtinus) Friſius, Franckeranus Profeſſor, A. 1630. claruit. Scripſit Animadverſiones in Vulgatam verſionem ſuper Pentateuchum: item Antibarbarum Biblicum, Grammaticam Hebraicam, &c.

Ab AMAMA (Nicol.) edidit Decadem diſſertationum Marinarum, Anno 1651. Franck.

De S. AMANDO (Joh.) Abbas, An. 1395. obiit. Reliquit librum de Eſu carnium.

De AMANDO (Joh.) Medicus, An. 1534. claruit. Compoſuit Tract. de Balneis, teſte *Sweertio.*

AMANDUS, Xiricienſis, commentatus eſt de Hebdomadibus Danielis.

AMANELLUS, JCtus, edidit Singularia.

AMANTIUS (Barth.) elaboravit Florilegium ſententiarum Græc. & Lat. Dilingæ, Anno 1556.

AMARALIUS (Franc.) Olyſipponenſis, concinnavit 2 TomosConcionum, alterum de Tempore, alterum de Feſtis, teſte *Alegambe.*

AMARANTUS, Ἀμάραντος, ſcripſit de Scena, teſte *Athenæo 8, 6.* Item, ὑπομνήματα εἰς Θεόκριτον. Videatur *Etymologicum Magnum*, in διακρινόμενος.

AMASÆUS (Romulus) mortuus eſt Romæ, A. 1558. Bononiæ diu Græcas Latinasque literas cum laude profeſſus eſt. Scr. Orationes & carmina. Pauſaniā Latinè tranſtulit. Vid. *Thuanus l. 21.* & *Bumaldus, pag. 207.* De hoc, ni fallor, *Scaliger* accipiendus, *l. 7. de re poët. pag. 790.* Minor in numeris Amaſæus atq; liberior: purus tamen & candidus: tum verſus non vulgares: tametſi argumentum non admodum felix ad tanti ingenii exercitationem.

AMASÆUS (Pompilius) Romuli filius, Bononienſis, A. 1540. floruit. Edidit fragmenta duo è ſexto libro Hiſtor. Polybii, teſte *Bumaldo.*

de AMATIS (M. Ant.) JCtus, typis Deciſiones Marchicæ Provinciæ, Anno 1602. fol. edi curavit.

AMATUS, Luſitanus, in arte Medica multùm excelluit. Circumferuntur ejus VII. Centuriæ Medicinalium curationum: item Exegemata in Dioſcoridem. Vixit, An. 1554.

de AMAYA (Franc.) edidit opera Juridica, A. 1667.

AMBIANAS (G.) edidit Theologiam Poſitivam, Moralem, Myſticam, tribus voluminibus, fol.

AMBIVERIUS (Franc.) Bergomas, condidit Tractatum tripartitum de perfecta Juvenilis ætatis diſciplina, An. 1621. Item, Carmina.

AMBIVIUS (Marc.) ſcripſit de arte piſtoria & coquinaria. Vid. *Columella, l. 12. c. 4.*

AMBROSINUS (Alex.) JCt. reliquit Deciſiones Peruſinas, A. 1610.

AMBROSINUS (Barth.) BononienſisMedicus, An. 1610. floruit. Vulgavit Panaceam de herbis, à Sanctis denominatis, cum Hiſtoria Capſicorum Bonon. Tractatum de Monſtris, & Dracologiam.

AMBROSINUS (Hyacinth.) Bononienſ. edidit Hiſtoriam novarum Plantarum, An. 1657. Patav.

AMBROSINUS (Tranq.) JCtus, ſcripſit ProceſſumInformativum, An. 1610.

AMBROSIUS, Mediolanenſis Epiſcopus, An. C. 398. obiit. Vitam ejus *S. Paulinus* condidit. Scripta ejusdem *Sixtus Senenſ. in B. S. pag. 194. Bellarm. de Scr. Eccl. p. 62. Andr. Rivetus l. 3. Crit. ſacr. c. 16.* & *ſeq.* enumerant. Adde *Olearium in Abaco, p. 26. Placcium, p. 143.*

AMBROSIUS, Ἀμβρόσιος, Alexandrinus, A. C. 400. vixit. Scripſit contra Apollinarium.

AMBROSIUS, Florentinus, Camaldulenſis Monachus, Emanuelis Chryſoloræ diſcipulus, An. 1430. claruit. Fuit Græcè & Latinè doctiſſimus. Dionyſium Areopagitam de cœleſti Hierarchia, ſingulari eloquentiæ puritate, (judice *Jovio in Elog. numero XI.*) Latinis verbis expreſſerat, atq; item Diogenem Laërtium: verùm non eadem cura limaq; perpolitum. Confer *Reineſium, in Var. Lect. 3, 5.* *Bellarmino* teſte, Orationem Græco idiomate Ferrariæ habuit coram Imperatore Græco & Græcis Epiſcopis. Baſilii librum de Virginitate, & Homilias Chryſoſtomi in Matth. ex lingua Græca in Latinam tranſtulit. Ab Eugenio IV. ad Concilium Baſileenſe Orator miſſus eſt. Obiit Conſtantiæ, A. 1490. Vid. *Olearius in Abaco, p. 25.*

AMBROSIUS, Bergomenſis, edidit Chronicon, Venetiis, A. 1490.

AMBROSIUS (Iſaac) ſcripſit Prima, Media, Ultima.

AMBROSIUS (Theſeus) Papienſ. JCtus, A. 1539. claruit. Is tantùm in Syriaca lingua profecit, ut nati Syri ejus ingenium admirati fuerint. Vide ſuprà, ALBONESIUS.

AMBROSIUS (Joh. Maria) Anno 1670. claruit. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 409.*

AMBROSIUS (Sebaſt.) edidit Antitheſin Ubiquitatis, A. 1591.

AMELESAGORAS, Ἀμελησαγόρας, Chalcedonius, vixit ante tempora belli Peloponneſiaci, teſte *Dionyſio Halicarnaſſ.* Ab hoc diverſus eſt *Ameleſagoras*, Atheni-

Athenienſis, cujus Ἀτθίδα *Antigonus Caryſtius* allegat, *c. 12*. De utroq; agit *Meurſius ad Caryſt. pag. 150*.

AMELING (G.) edidit, Anhaltini Ducatus Eccleſiæ miniſtrorum nomine, Confeſſionem de quibusdam controverſis articulis fidei, & Refutationem Præfationis Libri Concordiæ, A. 1581. & ſequenti Videatur *Placcius, pag. 148*.

AMELIUS, Ἀμέλιος, Apameenſis, Philoſophus, tertio ſeculo à Chriſto nato floruit. *Suidas*, Plotini diſcipulum & Porphyrii præceptorem fuiſſe, memorat. Centum fere libros compoſuit.

AMELIUS (G.) Moravus, Friburgi jus docuit. Edidit Reſponſa.

AMELIUS (Mart.) JCtus, An. 1556. floruit. A Ferdinando I. ob doctrinam Nobilium ordini adſcriptus eſt.

AMELRY (Franc.) ſcripſit Paraphraſin in Pſ. CXIV. A. 1551.

AMELUNGIUS (Pet.) de Alchymia commentatus eſt, A. 1607.

AMERBACHIUS (Bonif.) JCtus, natus eſt, A. 1495: obiit, A. 1562. Baſileæ Leges civiles aliquot annos publicè interpretatus eſt. Scripſit Epiſtolam de urbe Baſilea, quæ Coſmographiæ *Sebaſt. Münſteri* inſerta eſt.

AMERBACHIUS (G.) ſcripſit Carmina, quæ inveniuntur *T. 1. Delit. Germ. p. 375*.

AMERBACHIUS (Vitus) A. 1557. obiit. Edidit 6. libros de Phiſolophia naturali. Ejus Carmina habentur *T. 1. Delit. Germ. p. 385*. Vid. *Thuanus, l. 19*.

AMERIAS, Ἀμερίας, Grammaticus & Gloſſographus, ab *Heſychio & Athenæo* compluries allegatur.

AMERIUS Gentilianus, Tuſcus, Platonicus, Plotini diſcipulus, à *Porphyrio in vita Plotini* commemoratur.

AMEROTIUS (Adr.) Sueſſionenſis, An. 1560. obiit. Scripſit de Dialectis Græcorum. Meminit ejus *Eraſmus in Epiſtolis, 18, 12*.

AMERPOEL (Joh.) edidit Carteſium Moſaizantem, A. 1669.

AMESIUS (Guil.) Anglus, A. 1630. vixit. Scripſit Bellarminum enervatum: item lectiones in Pſ. Medullam Theolog. &c

AMICANGELUS (Joſua) compoſuit Quæſtiones Feudales, A. 1653.

de AMICIS (Franc.) Tract. de Feudis reliquit, Venet. A. 1600. fol.

AMICUS (Barthol.) Italus, An. 1620. claruit. Commentatus eſt in univerſam Ariſtotelis Philoſophiam Tomis IIX. Videatur *Alegambe, pag. 55*.

AMICUS (Diom.) Phyſicus Placentinus, edidit Tract. de morbis Sporadibus, Anno 1607.

AMICUS (Franc.) Conſentinus, Italus, A. 1630. claruit. Edidit Curſum Theologicum, de DEO & Angelis. Videatur *Alegambe, p. 113*.

AMIDENUS (Theod.) ſcr. de Pietate Romana, A. 1625. Romæ.

AMILCAR, Pœnus, à *Columella l. 12. c. 4.* citatur.

AMIOTUS (Jac.) Melodunenſis, Gallus, vir Græcè & Latinè doctiſſimus, An. 1591. obiit. Ob ſummam eruditionem Caroli IX. & Henrici III. pueritiæ erudiendæ appoſitus, & ab iisdem Epiſcopatu Antiſſiodorenſi ornatus eſt. Diodorum & *Plutarchum* Gallicè tranſtulit, majore plerumque elegantia, quàm fide, inquit *Thuanus l. 10*. Vid. *Sammarthanus p. 95. & And. Sauſſay, de Script. Eccleſ. pag. 100*.

AMIPSIAS, Ἀμειψίας, Græcus Comicus, Olymp. LXXXIX. claruit. Inter ejus Fabulas fuerunt Ἀποκοτταβίζοντες, Κατεσθίων, Κόννος, Κωμασταὶ, Μοιχοὶ, Σαπφὼ, Σφενδόνη, Φιλήδων, ceu videre eſt apud *Athenæum, Pollucem, Suidam*.

AMIRA (G. Mich.) Edenſis, edidit Grammaticam Syriacam, Romæ, A. 1596.

AMIRATUS (Scipio) ſcripſit Diſſertationes in Corn. Tacitum. Item, tres libros de regni Regisq; Inſtitutione.

AMIRUCIUS (G.) Conſtant. ſcripſit de Geographia.

AMLINGIUS (Wolfg.) Francus, natus eſt, A. 1542: obiit, A. 1606. Serveſtanæ Eccleſiæ XXXIII. annos præfuit. Scripta ejus *Melch. Adamus in Vit. Theol. pag. 755.* enumerat. Confer *Ruelium, part. 2. Concil. p. 732*.

AMMANUS, (Jodocus) compoſuit Theatrum mulierum, in 4. Anno 1586.

AMMANUS (Paul.) edidit Medicinam Criticam, An. 1670. Item, ſuppellectilem Botanicam, A. 1675.

AMMIANUS Marcellinus, ſub Gratiano & Valentiniano, Impp. floruit. Scripſit libros 31. Hiſtoriarum. De Ammiano *Whear in Relect. hiſt. ſect. 23.* legi poterit,

cui

cui jungendus *Mart. Hanckius,part.1. de Script. Rom. pag. 164.*

AMMON (Hier.) Norimb. edidit Delitias domeſticas, A. 1638.

AMMONIANUS, Ἀμμωνιανὸς, Grammaticus, *Syriani* Philoſophi cognatus, *Suidæ* commemoratur. Occupatus fuit in Poetarum enarratione & Græcæ dictionis emendatione. Vid. *Langbainius ad Longinum, pag. 67.*

AMMONIUS, Ἀμμώνιος, Alexandr. Philoſ. Chriſtianus, A.C.220. claruit. Compoſ. Harmoniam Evangelicam. *Suidas* refert, eum ex Chriſtiano Gentilem factum eſſe. *Sixtus Sen.* Chriſtianum obiiſſe, tradit. A quibusdam *Saccas* cognominatus eſt. Vid. *Jonſius in Script. Hiſt. Phil. l. 3. c. 13. & Ph. Labbe, T. 1. Diſſert. de S. E. pag. 57.* Adde *Olearium in Abaco, pag. 28.*

AMMONIUS, Hermiæ filius, circa A. C. 500. floruit. Scripſit in Ariſtotelis Categorias Commentarium: item, in Porphyrium de V. Prædicabilibus. Præterea librum de Differentiis vocũ confecit.

AMMONIUS, Lamprienſis, ſcripſit περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν, citante *Ammonio altero, libro de Diff. vocum*, in βωμός. Vid. *Harpocration* in ἀμαζόνιον, ἐσχάρα: qui etiam corrigendus in θόλος, ubi perperam legitur κωμῶν. Ammonius de Scortis Atticis citatur ab *Athenæo 13, 18.*

AMMONIUS (Joh. Agric.) edidit Scholia in methodum Galeni Therapeuticam, Anno 1534. Primò Græcæ literaturæ, poſt Doctor Medicinæ & Profeſſor Ingolſtadii fuit.

AMMONIUS (Læv.) Gandenſis, A. 1556. obiit. Scripſit Elegiam de tempeſtiva piè vivendi electione. Vid. *Sanderus in Script. Gandav. pag. 91.*

AMMONIUS (Wolf.) edidit tres libros Odarum Eccleſiaſt. A. 1579.

AMNON, Judæus, A. M. 5000. vixit. Hic compoſuit Thokaph Thephilla, i. e. robur precationis, quam ſolent dicere Judæi initio anni & die expiatorio. Vid. *Ganz in Zemach, pag. 141.*

AMOMETUS, Ἀμώμητος, ſcripſit de Attacorum gente, teſte *Plinio 6, 17. Antigonus Caryſtius* ejus Ἀνάπλουν ἐκ Μέμφεως εἰς Ἴσιδος κρήνην allegat, *cap. 164.*

AMOENUS, poëta Chriſtianus, ſeculo V. claruit. Scripſit Enchiridion Vet. & Nov. Teſtamenti.

AMORINUS (Octav.) Bononienſ. JCtus, A. 1595. floruit. Scripſit in Pandectas.

ab AMPACH (Rochus) edidit Axiomata Philoſophica Politica, An. 1676. Saliſb.

AMPELIUS (Lucius) compoſ. librum Memorialem ad Macrinum. Eum primus edidit *Claud. Salmaſius* cum Floro. Item, *Jac. Oiſelius*, cum Comm. A. 1672.

AMPHICRATES, Ἀμφικράτης, librum reliquit de Viris illuſtribus, tradente *Laërtio in Ariſtippo.* Confer *Athenæum, 13, 5. Jonſius l. 2. c. 15.* exiſtimat, eum eſſe Rhetorem illum Amphicratem, qui apud Tigranem vitam voluntaria inedia finiit, teſte *Plutarcho in Lucullo.* Videatur *Langbainius in Notis ad Longinum*, περὶ ὕψους, *pag. 21. & 24.*

AMPHILOCHIUS, Ἀμφιλόχιος, Iconienſis Epiſcopus, vixit tempore Theodoſii M. Anno Chr. 390. Scripſit librum de Spiritu S. item, carmen ad Seleucum, quod *Conr. Rittersbuſius* Notis illuſtravit. *B. Hieronymus, Epiſt. 84.* eum valdè commendat, & ob ſacram profanamq; doctrinam Baſilio & Gregorio Nazianzeno exæquat. Vid. *Rivetus l. 3. Crit. ſacr. c. 27. & Ph. Labbe, T. 1. diſſert. de S. E. pag. 60.* Adde *Olearium in Abaco, pag. 30.*

AMPHILOCHUS, Ἀμφίλοχος, Athenienſis, ſcripſit de Agricultura. Vid. *Varro, l. 1. c. 1. & Columell. 1, 1.*

AMPHION, Ἀμφίων, de Muſeo in Helicone commentatus eſt. Vid. *Athenæus.*

AMPHIS, Ἄμφις, Comicus Græcus, tempore Platonis Philoſophi floruit. Edidit multas Fabulas, ex quibus Ἀθάμας, Ἀλκμαίων, Ἀμπελουργὸς, Ἀπογλαυκούμενος, Βαλανεῖον, Γυναικομανία, Διθύραμβος, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, Ἔριθοι, Ἰάλεμος, Κουρίς, Κυβευταί, Λευκάς, Ὀδυσσεύς, Οὐρανός, Πλάνος, Ῥεῦθρα, Φιλάδελφος, Φιλέταιρος hinc inde apud Græcos Scriptores allegantur. Vid. *Athenæus.*

AMPHITHEUS, Ἀμφίθεος, in Ἡρακλείᾳ ab *Harpocratione* in σαβοὶ allegatur.

AMPICOLLUS (Ant.) edidit Biblia aurea, Colon. A. 1628.

AMPSINGIUS (Joh. Aſſuer.) Tranſiſulanus, ſcripſit de Alopecia & Ophiaſi, Anno

A. 1616. Edidit quoque diſſertationem Jatromathematicam, A. 1629.
AMPSINGUS (Sam.) ſcripſit contra Anabaptiſtas, A. 1619. Leidæ.
AMRHYN (Beat.) edidit librum titulo, Philoſophia in obſequium orthodoxæ fidei, A. 1666. Ingolſt. in 4.
AMSDORFIUS (Nic.) An. 1563. obiit. Is, cùm *G. Major* Bona Opera ad ſalutem neceſſaria aſſeruiſſet, in contrariam partem lapſus, B. O. ad ſalutem noxia & pernicioſa eſſe, affirmare non dubitavit. Vid. *Adr. Bajerus in Jenenſ. Rect pag. 440.* & *Albinus in Chron. Miſnenſi, pag. 348.*
AMSTELODAMUS (Alardus) Vid. ſuprà, ALARDUS.
AMTHOR (Caſp.) edidit Chryſoſcopium vel aurilegium, A. 1632.
AMYDEUS (Theod.) in lucem dedit Tractatum Datarium, Venet. A. 1653. fol.
AMYNTAS, Ἀμύντας, ſcripſit Σταθμοὺς vel manſiones. Videatur *Ælian. Hiſt. anim. 17, 17.*
AMYNTIANUS, Ἀμυντιανὸς, Hiſt. tempore M. Antonini Imp. claruit. Scripſit de laudibus Alexandri: item, vitam Olympiadis, Philippi, &c. Teſtis *Photius, Cod. CXXXI.* Amyntianus ἐν τῷ περὶ Ἐλεφάντων, *Scholiaſtæ Pindari in Pyth. pag. 32.* quoque citatur.
AMYRALDUS (Moſes) Salmurienſis, A. 1665. obiit. Edidit Irenicum: item, defenſionem doctrinæ Calvini de abſoluto decreto, An. 1741. Vid. *Ruelius part. 4. Concil. pag. 794.*
AMYRUZES (G.) compoſuit Hiſtoriam Concilii Florentini. Vid. *Mallincrot. pag. 58.*
ANACHARSIS, Ἀνάχαρσις, Scytha, claruit tempore Crœſi & Solonis. Scripſit de legibus Scytharum: de re bellica: item, de vitæ humanæ fragilitate, verſibus. Confer *Suidam* & *Laërtium*. Fertur anchoram & rotam figulinam inveniſſe.
ANACREON, Ἀνακρέων, Tejus, circa Olymp. LXII. claruit, Polycratiq; Samio, quem verſibus celebravit, admodùm charus fuit. Scripſit Elegias & Jambos ἰάδι διαλέκτῳ, i. e. Jonica dialecto, teſte *Suida*: item, Anacreontica. *Clemens l. 1 Stromat.* ἐρωτικῶν, i. e. amatoriorum carminum inventorem fuiſſe, dicit. Periit acino uvæ paſſæ ſuffocatus, ut eſt apud *Valer. Max. 9, 12.*
ANANIAS, Ἀνανίας, Jambographus poëta fuit. Meminit ejus *Tzetzes in Lycophr.* & *Athenæus l. 3.*
de ANANIA (Joh.) Bononienſ. JCtus, An. 1458. obiit. Reliquit Comment. in Decretales, & volumen Conſiliorum: item, librum de Jure Patronatus. Vid. *Guid. Panzirolus in JCt. pag. 455.*
ANANIAS (Joh. Laurent.) ſcripſit de Natura Dæmonum, Venet. A. 1589.
de ANASCO (Pet.) Limenſis, Peruanus, A. 1605. obiit. Scripſit lingua Tucumanica Catechiſmos & Confeſſionaria. Vid. *Alegambe, pag. 370.*
ANASTASIUS, Ἀναςάσιος, Antiochenus, Theopolitanus dictus, A. C. 608. floruit. A Judæis miſerè excarnificatus eſt: unde eum inter martyres referunt. Scripſit in Hexaemeron contemplationes Anagogicas. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 31.*
ANASTASIUS, Bibliothecarius, vir Græcè & Latinè doctus, vixit An. C. 858. Multa ſcripſit. Inter alia etiam vitas Pontificum Rom. quarum ultima eſt Nicolai I. compoſuit. Chronicon *Georg. Theophanis* quoque Latinè tranſtulit. Tranſlatio Hiſtoriæ Joſaphati & Barlaami eidem adſcribitur. Judicia *Baronii* & *Sigonii* de Anaſtaſio vide apud *Whear in Relectionibus, ſect. 41.* Adde *Philipp. Labbe T. 1. Diſſ. de S. E. p. 63.* & *Olearium in Abaco, pag. 31.*
ANASTASIUS, Nicenus, ſcripſit Reſponſa ad Orthodoxorum Interrogata. Vid. *Labbe l. c. pag. 68.*
ANASTASIUS, Sinaita, A. C. 561. floruit. Reliquit Quæſtiones & Reſponſiones de variis argumentis in S. Scripturam, numero CLIV. Vid. *Labbe l. c. pag. 70.* & *712.* & *Niceph. Calliſtus 17, 30.* & *18, 44.*
ANATOLIUS, Ἀνατόλιος, Laodicenſis Epiſcopus, An. C. 283. floruit. Decem libris Arithmeticas Inſtitutiones complexus eſt. Meminit ejus *S. Hieronymus in Catalogo.* Anatolius de denario & numeris eo comprehenſis extat manuſcriptus in *Biblioth. Auguſt.*
ANATOLIUS, Leontii F. JCtus, jus civile Beryti docuit. Tempore terræmotus Conſtantinopolitani periit. Idem

Pandectas

Pandectas unà cum aliis conſarcinavit. Vid. *Gu Panzirolus in JCt.1,79.*

ANAXAGORAS, Ἀναξαγόρας, Clazomenius, Anaximenis diſcipulus, circa Olymp. LXXV. Philoſophiam ex Jonia Athenas transtulit. Primus omnium, mentem omnia condidiſſe, teſte *Vellejo ap. Cicer. de N. D.* docuit. Et quia frequenter τοῦ νοῦ, i. e. mentis mentionem fecit, Νοῦς cognominatus eſt. Obiit A. 1. Olymp. LXXXIIX. De Anaxagora prolixè agit *Laërtius.* Confer *Voſſ. in Mathem. ſcient. pag.148.* item *Suidam.*

ANAXAGORAS, Grammaticus, περὶ βασιλείας, i. e. de regno ſcripſit. Vid. *Meurſius ad Chalcidii Timæum, pag. 22.* Junge *Ælianum, lib. 4. V. H. c. 14.*

ANAXANDRIDES, Ἀναξανδρίδης, ſcripſit περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων. Videatur *Vaticana Appendix Proverb. pag. 259. & Plutarchus in quæſt. Græc.*

ANAXANDRIDES, Camiræus, Comicus Græcus, Olymp. CI. claruit. Scripſit 65. Fabulas, & decies vicit. Fabulæ ejus apud *Athenæum aliosque* citantur, Ἄγροικοι, Ἀντερῶν, Ἀγχίσης, Διθύραμβος, Ἡρακλῆς, Θησαυρὸς, Κερκὶς, Κιθαριστρία, Κυνηγέται, Λυκοῦργος, Νεκταρίων, Νηρεὺς, Ὀδυσσεὺς, Πάνδαρος, Πέλιας, Πρωτεσίλαος, Σαμία, σάτυροι, Τηρεὺς, Φιαληφόρος. *Suidas* autor eſt, ipſum primum amores & ſtupra virginum introduxiſſe in ſcenam. Vid. *Meurſ. in Rhodo, pag. 86.*

ANAXARCHUS, Ἀνάξαρχος, Abderita, Philoſophus, circa Olymp. CX. claruit. Alexandri M. Comes fuit, quemadmodum *Ælianus, V. H. 9, 30.* tradit.

ANAXICRATES, Ἀναξικράτης, *Straboni l. 16. pag. 768.* memoratur.

ANAXILAUS, Ἀναξίλαος, Hiſt. à *Dionyſio Halicarnaſſ. initio rerum Rom.* allegatur.

ANAXILAUS, vel, ANAXILAS, Comicus, Olymp. C. floruit. Ei ſeqq. Fabulæ tribuuntur, Αὐλητὴς, Βοτρυλίων, Γλαῦκος, Εὐανδρεία, Καλυψὼ, Λυροποιὸς. Κίρκη, Μάγειροι, Μονότροπος, Μυροπώλ, Πλούσιοι, Ὑάκινθος, Πορνοβοσκὸς, Χάριτες, Χρυσοχόος, Ὧραι.

ANAXILAUS, Medicus, ſæpè à *Plinio* citatur. Quæ ſint Anaxilai ludicra apud *Irenæum l. 1. contra Hæreſ. c. 4. Marſilius Cagnatus, Var. Obſ. 3, 10.* inquirit.

ANAXILIDES, Ἀναξιλίδης, ſcripſit de Philoſophis, teſte *Laërtio in Platone, & Hieronymo 1. contra Jovin.*

ANAXIMANDER, Ἀναξίμανδρος, Mileſius, Thaletis diſcipulus, Anno 2. Olymp. LIIX. obiit. Is infinita principia mundosque infinitos ſtatuit: item, Deos nativos, longoque intervallo orientes & occidentes. Vid. *Cicero 1. de placit. Philoſoph. Suidas*, eum primum æquinoctium, & ſolſtitia, & horologia inveniſſe, aſſerit. Scripſit de natura, ſtellis fixis: item, Sphæram & terræ ambitum.

ANAXIMANDER, Junior, prædicti filius, ſcripſit ſymbolorum Pythagoricorum ἐξήγησιν, teſte *Suida.*

ANAXIMENES, Ἀναξιμένης, Mileſius, Anaximandri Mileſii diſcipulus, Philoſophus, tempore Crœſi claruit. Is, teſte *Auguſtino*, aërem omnium rerum cauſam ſtatuit: Deos etiam ipſos ex aëre ortos credidit. Juxta *Apollodorum*, Olymp. LXIII. obiit.

ANAXIMENES, Lampſacenus, Hiſt. & Rhetor, Comes Alexandri M. fuit, cujus etiam res geſtas ſtilo expreſſit. Res à Philippo geſtas itidè compoſuit. *Euſtratius ad l. 3. Ethic. c. 8.* ex iis librum 4. allegat. Vid. *Meurſ. in Chalcid. p. 37. & ſeq.* Huic Anaximeni *Pet. Victorius* libros Rhetoricorum ad Alexandrum, qui *Ariſtoteli* vulgò adſcribuntur, tribuit. Quomodo Anaximenes iſte Alexandrum circumvenerit, ut Lampſacenis, quibus iratus erat, parceret, *Val. M. 7, 3.* exponit. Adde *Suidam.*

ANAXIMENES, Lampſacenus, Junior, prioris ex ſorore nepos, tempore Ptolemæi Lagi claruit. Hic eſt forſan Anaximenes ille, quem *Athenæus* ἐν μεταλλαγαῖς τῶν βασιλέων citat. Adde *Stephan.* in Πασαργάδαι. *Fulgentius in Mythol. pag. 142.* Anaximenis meminit, qui de picturis antiquis ſcripſerit.

ANAXIPOLIS, Ἀναξίπολις, Thaſius, inter rei Ruſticæ ſcriptores à *Terentio Varrone, l. 1. c. 1.* numeratur. *Plinius 14, 14.* etiam Anaxipolidis Thaſii, Comici, meminit.

ANAXIPPUS, Ἀνάξιππος, novæ Comœdiæ

mœdiæ Poëta, ſub Antigono & Demetrio claruit. Vid. *Suidas.* Ejus Ἐπιδικαζόμενον *Ælianus biſt. Anim. l. 13. c. 4.* Κεραυνιζόμενον verò, Κιθαρῳδὸν, & Φρέας *Athenæus* citat.

ANAXIS, Ἄναξις, Bœotus, Hiſtoricus, à *Diodoro Siculo l. 15.* allegatur.

ANCHARANUS (Pet.) Bononienſ. JCtus, Baldi diſcipulus, A. 1370. floruit. Scripſit in Decretales & Clementinas. A nonnullis veridicus Interpres & lumen Juris vocatur. Vid. *Gu. Panzirolus in JCt. l. 3. c. 26. Ph. Labbe, T. 2. Diſſert. de S. E. p. 183. Ghilinus, vol. 2. pag. 211.* Confer *Olearium in Abaco, p. 364.*

de ANCHARANO (Jac.) JCtus, ſcripſit Proceſſum Luciferi contra JESUM.

ANCHARANUS (Pet. Joh.) Rhegienſis JCt. edidit tres libros familiarium Juris Quæſtionum, Venet. A. 1580. fol.

ANCHIETTA (Joſephus) Canarinus, A. 1597. obiit. A *nonnullis* Apoſtolus Braſiliæ nominatur. Scripta ejus recenſet *Alegambe, pag. 78.* Vitam verò quinq; libris deſcripſit *Sebaſt. Barretarius.*

de ANCONA (Auguſtinus) aliàs *Triumphus* dictus, A. 1328. obiit. Scripſit Summam de poteſtate Eccleſiaſtica: Item, Comment. in Orationem Dominicam, Salutationē Angelicam, Magnificat, &c.

de ANCONES (Andr. Lucas) Granatenſis, Anno 1642. Comment. in Eſaiam, Tomis duobus edidit.

ANCYRANUS (Marcell.) ſcr. ad Decretalem, ſuper ſpecula Honorii III.

ANDALO (Pet.) de Andalo, JCt. A. 1217. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 15.*

ANDALO de Nigro, Januenſis, laudatur à *Boccatio in Geneal. Deor. 1, 6. & 15, 6.*

ANDERSONUS (Alex.) Aberdonenſis, ſcr. Exercitationes Mathematicas, Lond. An 1620.

ANDERSONUS (Henr.) Scotus, compoſuit Muſarum querimoniam ob paupertatem.

ANDERSON (Rob.) Textor ſericarius in Anglia, vulgavit Stercomaticas propoſitiones, Londini, A. 1668. cum Appendice.

ANDLERUS (Erh. Steph.) edidit Iſagogen bello-politicam, A. 1663.

ANDLERUS (Franc. Frid.) ſcripſit Medullam Juris Juſtinianei, A. 1662.

de ANDLO (Pet.) de Romano Imperio, commentatus eſt. Prodiit cum Notis *Marq. Freberi*, An. 1612.

de ANDLO (Pet.) alius à priore, edidit Specimina bombomachiæ Mareſii, An. 1670. Lugd. Bat.

ANDOCIDES, Ἀνδοκίδης, Athenienſis, X. Oratorum Græcorum antiquiſſimus eſſe fertur. Facundiam ejus deprædicat *Thucydides* l. 8. unde cognoſcimus, Alcibiadi æqualem fuiſſe. Quatuor Orationes ejus, quarum 1. eſt περὶ τῶν μυστηρίων. 2. περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου. 3. περὶ τῆς πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους εἰρήνης. 4. κατ' Ἀλκιβιάδου, interprete *Alfonſo Miniato*, hodieq; ſuperſunt.

ab ANDRADA (Anton.) Luſitanus, Anno 1620. vixit. Scripſit detectionem regni Cataii ſive regnorum Thebet, quæ à nonnullis in Italicam, Polonicam, & Flandricam linguam tranſlata eſt. Vid. *Alegambe, pag. 35.*

de ANDRADA (Seb. Acoſta) edidit Comm in Threnos, A. 1609. Lugd.

ANDRADIUS (Jac. Payua) ſcripſit Defenſionem Concilii Tridentini.

S. ANDREAS, Jeſu Chriſti Apoſtolus, in Achaja Evangelium prædicaſſe fertur. Manichæi ejus Acta olim ſe habere profitebantur. Ea à *Gelaſio, Diſt. XV.* reprobata ſunt. Vid. *Euſeb. H. E. 3, 25.*

ANDREAS, Ἀνδρέας, Medicus, Βιβλιαίγυθος, i. e. librorum adulter dictus eſt. Vid. *Etymol. M. in* βιβλιαίγυθος, & *Thomaſius in Tr. de Plagio, §. 76.* qui eum Galeno antiquiorem autumat. Andream ἐν Ναρθηκι, *Scholiaſtes Nicandri, pag. 45.* allegat. Andreæ Medici meminit etiam *Dioſcorides, pag. 1.*

ANDREAS, Cæſarienſis, Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, juxta quosdam ſeculo IV. A. C. 390: juxta *Bellarminum* verò ſeculo VI. floruit. Scripſit in Apocalypſin. Ex eo *Aretas, Cæſarienſis*, compendium ſuum conſarcinavit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 33.*

ANDREAS, Cretenſis, ſi *Caniſio* ſtamus, A. C. 550. claruit. Reliquit Homilias. *Tzetz. in Chiliad. 9. pag. 177.* ejus Κανόνα μέγαν allegat.

ANDREAS, Æſernitanus, JCtus, ab eo, contra quem ſententiam tulerat, teſte *Spiegelio*, interfectus eſt.

ANDREAS, Hieroſolymitanus, ſcr. Sermonem in ſalutationem S. Mariæ.

D ANDREAS

ANDREAS, Laudunenſis, Ludovicum V. contra Pontifices defendit.

ANDREAS, Panormitanus, *ἐν τοῖς Σικελικοῖς τῶν κατὰ πόλιν*, ab *Athenæo, lib. 14.* allegatur.

ANDREAS, Ratisbonenſis Presbyter, tempore Sigiſmundi Imp. vixit. Scripſit Chronicon de Ducibus Bavariæ, quod prodiit, An. 1602. Ambergæ. Idem de Monaſteriis ſcripſiſſe traditur.

ANDREAS, Staffelſteinenſis, An. 1502. obiit. Reliquit varia. Vid. *Bruſchius de Monaſt. pag. 91. a.*

ANDREAS (Ant.) Franciſcanus, A. 1320. vixit. In 4. libros Sententiarum Lombardi commentatus eſt.

ANDREAS (Conr.) Heſſus, Alfeldianus, An. 1565. edidit enarrationem in primum Pauli ad Corinthios.

ANDREAS (Elias) Carmina elaboravit. Extant *T. 1. Delit. Gall. pag. 66.*

ANDREAS (Joh.) Bononienſ. JCtus, An. 1348. vixit. Bononiæ XLV. annis Jus docuit. *Trithemio* Fons Canonum dicitur. In *Epitaphio* audit *Rabbi Doctorum, lux, cenſor, normaque morum.* Tanta abſtinentiâ uſus eſt, ut 20. annos pelle urſina tectus noctu cubitaret, prout ſcribit *Spiegelius in Append. Lex. Juris.* Scripſit Comm. in libros V. Decretalium. Item, de arbore conſanguinitatis & affinitatis. Vid. *Gu. Panzirolus in JCt. 3, 19. Ghilinus, vol 2. pag. 118. Bumaldus, p. 107.*

ANDREAS (Lancellot.) Londinenſ. An. 1626. obiit. Scripſit in varia Scripturæ loca.

ANDREAS (Valer.) Daſſelius, JCt. natus eſt, A. 1588. Scripſit Diſſertationem de Toga & Sago, ſive, de Literatura & Militia: Notas in Ibin Ovidii: Bibliothecam Belgicam. Vid. *Sweertius in A. B. p. 697.* & ipſe *Val. Andreas in Faſtis Lovanienſ. pag. 207.*

ANDREÆ (Car.) edidit curatorem animæ, A. 1673.

ANDREÆ (Jac.) celebris Theologus, natus eſt, A. 1528: obiit, A. 1590. Vitam ejus prolixè deſcripſit *Joh. Valent. Andreæ*, nepos. Hujus operâ Liber Concordiæ, cui 3. Electores, 21. Principes, 22. Comites, 35. Civitates Imperiales, & octies mille miniſtri ſubſcripſerunt, prodiit. Idem Mompelgarti cum *Theod. Beza* graviſſimam Diſputationem habuit. Juxta quoſdam, ultra CL. variorum argumentorum opera compoſuit.

ANDREÆ (Joh. Valent.) Tubing. natus eſt, An. 1586: obiit, An. 1628. Scripſit Famam Andreanam refloreſcentem, Mythologiam, Menippum, &c.

ANDREÆ (Samuel) edidit Examen Cabbalæ Philoſophicæ D. Henr. Mori, Anno 1670.

ANDREÆ (Tob.) Philoſophus Gronignanus, Aſſertiones methodi Cartheſianæ primæque Philoſophiæ, Anno 1653. publicavit.

ANDRELINUS (P. Fauſtus) Forolivienſ. A. 1518. obiit. Carmina, quæ ſcripſit, occurrunt *T. 1. Delit. Ital. pag. 107.* Meminit ejus *Eraſmus*, in *Prov.* Menſa Syracuſana: Fauſtus Andrelinus (inquit) Forolivienſis, Poëta non ſolùm laureatus, verum etiam Regius, atque etiam (ſi DIS placet) Regineus, vetus congerro meus, qui plusquam XXX. jam annos in celeberrima Pariſiorum Academia Poëticen docet, in Carmine, quod de Pauimento inſcripſit, in Anglos derivavit, &c. Hæc ille. Compoſuit etiam Epiſtolas Proverbiales.

ANDREOLUS (Joh. Franc.) JCt. edidit ſex partes Controverſiarum Forenſium, A. 1668. Genev.

ANDRIES (Jodoc.) Cortracenſis, edidit Crucem Chriſti perpetuam, Ann. 1652. Antv. Item, annum fauſtum, menſem, hebdomadem, A. 1642. Videatur *Alegambe, pag. 280.*

ANDRISCUS, Ἀνδρίσκος, Ναξιακὰ aliquot libris tradidit. Citatur à *Parthenio c. 9. & 19.* Junge *Caſaub. in Athen. pag. 156.*

ANDROCLES, Ἀνδροκλῆς, ſcripſit περὶ Κύπρου. Meminit ejus *Tzetz. in Lycophr. pag. 73.* Vid. *Meurſius in Cypro, pag. 1.*

ANDROCLIDES, Ἀνδροκλείδης, ſub Aureliano Imp. claruit. Scripſit de Sophiſtis ſibi contemporaneis, teſte *Suida.* Androclidis cujusdam meminit *Plutarchus in Lyſandro.*

ANDROCYDES, Ἀνδροκύδης, ſcripſit de Symbolis Pythagoricis, *Jamblicho teſte, pag. 134.* Vid. *Jonſius de Script. hiſt. Phil. pag. 320.*

ANDROETAS, Ἀνδροίτας, Tenedius, Περίπλουν τῆς Προποντίδος edidit. Vid. *Schol. Apollonii, l. 2. pag. 171.*

ANDROMACHUS, Ἀνδρόμαχος, Byzantius,

zantius, Poëta, Iſ. *Tzetzæ in Lycophr. pag. 3.* memoratur.

ANDROMACHUS, Cretenſis, profeſſione Medicus, tempore Neronis Imp. claruit *Galenus l. 1. de Antid. c. 1.* Neronis archiatrum ſuiſſe, tradit. Scripſit θηριακὰ carmine: item de medicamentis compoſitis ad affectus externos. Vid. *Job. Tzetz. in Chil. 12. pag. 224.* Andromachum quendam ἐν Ἐτυμολογικοῖς laudant *Scholia parva in Iliad. Hom. pag. 225.*

ANDROMACHUS, Neapolitanus, Sophiſta, tempore Diocletiani, Nicomediæ docuit, teſte *Suida.*

ANDRON, Ἀνδρων, Alexandrinus, Chronica compoſuit.

ANDRON, Epheſius, de VII. Græciæ Sapientibus librum conſcripſit. Hunc à *Suida* notari in Σαμίων, admodum veriſimile videtur. Vid. *Jonſius de hiſt. Ph. Script. 1, 8.*

ANDRON, Halicarnaſſeus, Ἐπιτομὴν τῶν συγγενειῶν contexuit.

ANDRON, Tejus, inter Græcos ſcriptores refertur. De his 4. Andronibus *Joh. Meurſius in Notis ad Apollonium Dyſcolum, pag. 95.* prolixè agit.

ANDROMENIDES, Ἀνδρομενίδης, ab *Heſychio* in voce Ἐνόδια adducitur.

ANDRONICIANUS, Ἀνδρονικιανὸς, Philoſophus Chriſtianus, ſcripſit libros 2. adverſus Eunomianos, teſte *Photio, Cod. XLV.*

ANDRONICUS, Ἀνδρόνικος, Conſtantinopolitanus, An. 1327. floruit. Condidit Dialogum contra Judæos.

ANDRONICUS, Rhodius, ab Ariſtotele undecimus, tempore Pompeii M. Scholæ Peripateticæ præfuit. Librum Categoriarum Ariſtotelis, teſte *Simplicio,* παραφραστικῶς expoſuit. Hic eſt Andronicus ille, qui, ut *Plutarchus* teſtatur, Ariſtotelis libros à Tyrannione accepit, deſcripſit, & in vulgus edidit. Andronicum laudat *Boëthius in Scriptis Philoſoph. pag. 284. & 539.* Plura de Andronico invenies apud *Meurſium, libro de Rhodo, p. 88. Reineſium in Epiſt. 38. ad Rupert. pag. 312. Placcium, p. 62.*

ANDRONICUS, Junior, ſcripſit de Affectibus Græcè. Eum *Dav. Höſchelius* primum edidit. Diverſum eſſe ab Andronico Rhodio, *G. J. Voſſius, lib. de Philoſophia, c. 5. §. 34.* affirmat.

ANDRONICUS (Livius) Vid. LIVIUS.

ANDRONICUS (Tranq.) apud *P. Jovium in Elog. p. 299.* præclarus Ciceronis æmulator audit. Legationem ad Turcam obiit, eamque ſuis Commentariis illuſtravit.

ANDROSTHENES, Ἀνδροσθένης, Thaſius, Alexandri Magni temporibus claruit. Deſcripſit orbem terrarum. Alius, & quidem junior, Androſthenes ſcil. Cyzicenus, *Polybio* memoratur.

ANDROTION, Ἀνδροτίων, ſcripſit Hiſtoriam Atticam, teſte *Pauſania.* Androtionem quendam de Agricultura ſcripſiſſe, *Plinius in Hiſt. Nat.* & *Varro l. 1. c. 1.* memorant.

ANDROTIUS (Fulv.) Picenus, ſcr. Tractatum de Vi[illegible]itate, A. 1611. Vid. *Alegambe, pag. 145.*

ANEMOECIUS (Wolfg.) caſtigationes in Officia Ciceronis, teſte *Wolfio in off. pag. 733.* compoſuit.

ANEPONYMUS (Greg.) Ἀνεπώνυμος, Syntagma Philoſophiæ reliquit. Prodüt Auguſtæ GræcoLatinè, A. 1600.

ANGELELLUS (Andr.) JCtus, A. 1441. floruit. Scripſit ſuper 2. Digeſti novi.

ANGELELLUS (Joh. Maria) Ann. 1524. claruit. De vita Uſumcaſanis commentatus eſt.

ANGELERIUS (Hippol.) condidit libellum de Antiquitatibüs Urbis Ateſtinæ.

ANGELICUS (Joh.) Quæſtiones in Scotum, A. 1512. fol. Venet. edidit.

ANGELINUS (Facund.) ſcripſit de Venæſectione, Patav. A. 1650.

ANGELINUS (Fulv.) ſcripto egit de verme admirando, per nares egreſſo, Ravennæ, A. 1610.

ANGELIRICCIUS (Mich.) Exercitationem Geometricam de minimis & maximis, in 4 publicavit.

de ANGELIS (Alex.) Spoletinus, edidit quinq; libros contra Aſtrologos conjectores Obiit, A. 1620. Vid. *Alegambe, p. 10.*

de ANGELIS, (Auguſtin.) ſcr Lectiones Meteorologicas, editas Romæ, A. 1652.

de ANGELIS (Franc. Ant.) Surrentinus, A. 1623. Colellæ in Æthiopia obiit. Inter Æthiopes diu verſatus eſt. Vertit complures libros in linguam Agaënſem, quæ inter Æthiopes celebris eſt: nomi-

natim verò Commentarios Joh. Maldonati in Evangelium Matthæi & Lucæ. Vid. *Alegambe, pag. 113.*

de ANGELIS (Guil.) Antv. Anno 1550. obiit. Edidit Defenſorium Jurisdictionis Rectoralis.

de ANGELIS (Hier.) Siculus, ſcripſit brevem relationem de regno Yezo, quod ipſe primus luſtravit ultra Japoniam ſitum ad Euro-Africum. Combuſtus eſt juſſu Imperatoris Japoniæ, Anno 1623. Vid. *Alegambe, pag. 182.*

de ANGELIS (Joh.) ſcripſit Vindicias ab Aldes diſſ. contra *Harveum*, A. 1667.

de ANGELIS (Mutius) Spoletinus, An. 1597. obiit. Reliquit Commentarios in omnes ferè libros Philoſophicos Ariſtotelis: item, in Summam Thomæ: Notas in Epiſtolas Pauli. Vid. *Alegambe, p. 346.*

de ANGELIS (Paulus) Syracuſanus, dedit deſcriptionem Baſilicæ S. Mariæ Majoris, libris XII. Romæ, An. 1621. fol.

de ANGELIS (Pet.) edidit Judicem Regularem, A. 1665.

de ANGELIS (Steph.) Spoletinus, Anno 1620. obiit. Scripſit de infinitis Parabolis: item, LX. Problemata Geometrica. Vid. *Greg. Letus in Ital. regnante, pag. 233.*

ANGELOCRATOR (Dan.) Corbachienſis, Ann. 1601. Chronologiam autopticam publicavit. Idem Synodo Dordracenæ, Anno 1618. interfuit. Quin etiam annò hujus ſeculi 28. librum ſuum de Ponderibus denuò & quidem emendatiorem emiſit. Scripſit etiam Epitomen Conciliorum. Vid. *Voſſius de ſcient. Mathem. pag. 402.*

ANGELOMUS, Luxovienſis Monachus, Anno Domini 830. claruit. Scripſit in 4. libros Regum: item in Cant. Canticorum. Vid. *Ph. Labbe T. 1. Diſſert. de S. E. pag. 77.*

ANGELONIUS (Franc.) laudatur à *Leone Allatio in Apibus Urbanis, pag. 103.*

ANGELUS (Andr.) Struthiomontanus, vixit tempore Rudolphi II. Imper. Compoſuit Chronicon Nobilitatis & Urbium Holſatiæ: item, Chronicon Marchiacum, A. 1598. fol.

ANGELUS (Arnold.) edidit Virtutis & Honoris ædes, carmine Græco & Latino, A. 1666. in 4. Pragæ.

ANGELUS (Bald.) ſcripſit de natura Viperæ.

ANGELUS (Chriſtoph.) Peloponneſius, Anno 1618. claruit. Scripſit de ritibus Græcæ Eccleſiæ. Eum edidit *G. Feblavius.*

ANGELUS (Jac.) Florentinus, teſte *Jovio in Elogiis, numero 133.* Coſmographiam Ptolemæi è Græcis codicibus & tabulis diligentiſſimè lineis ex picturæ dimenſione expreſſit, & Alexandro V. Pontifici dedicavit.

ANGELUS (Joh.) Bavarus, A. 1512. obiit. Fuit magnus Orator, & Mathematicus excellentiſſimus. Vulgavit Aſtrolabium planum, continens qualibet hora atque momento æquationes domorum cœli, moramq́; in utero matris, cum quodam Tractatu de Nativitatibus, Anno 1494. Venet.

ANGELUTIUS (Theod.) à Belforte, Medicus, edidit artem Medicam, Anno 1588. & quatuor libros de natura & curatione malignæ febris, Venet. A. 1593.

ANGERIANUS (Hieronymus) Italus, ſcr. Erotopægnion, & alia. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 174.* De Angeriano ita *J. C. Scaliger, l. 6. de re poët. pag. 787.* Angerianus fecit arguta multa, ſed parùm argutè. Neque enim ſatis eſt, ſententias pedibus concluſiſſe. Romanis, dico. Nam Græci modò dicant, quo dicant modo, nihil penſi habent. Græcè igitur ea ſi eſſent ſcripta, pro divinis haberentur. Nunc autem Latina puritas alias leges poſtulat.

de ANGESTO (Hieron.) edidit Moralia, A. 1526.

ANGLES (Joſephus) Valentinus, ſcripſit Quæſtiones in l. 2. & 4. Sententiarum.

ANGLICUS (Adamus) Vide infrà, GODDAM.

ANGLICUS (Barth.) Ann. 1360. claruit. Scripſit XIIX. libros de genuinis rerum proprietatibus. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 66. Barthius, Glanvillum* aliàs vocari memorat.

ANGLICUS (Joh.) Anno 1320. claruit. Compoſuit Roſam Anglicam, quæ prodiit Venet. A. 1516.

ANGLICUS (Mich.) Bellimontenſis Hanno, ſcripſit quatuor libros Eclogarum, teſte *Sweertio.*

ANGLUS (Bened.) edidit Regulam perfectionis, A. 1613.

ANGLUS (Thom.) ſcripſit Peripateticas Inſtitutiones, Anno 1646. Item, Sonum

num buccinæ, Anno 1659. Colon. Item 3. Tomos Inſtitutionum Ethicar. Anno 1660. Lond.

ANGUILBERTUS (Theob.) Medicus, confecit librum, quem Menſam Philoſophicam inſcripſit, Paris. A. 1530. teſte *Wareo*.

ANGUILLARA (Aloyſ.) ſcripſit de Plantis, A. 1561.

ab ANGUILLIS (Marcabrunus) Conſiliorum volumen vulgavit, Venet. An. 1583. fol.

ANGUISOLA (Anton.) edidit Compendium ſimplicium & compoſitorum medicamentorum: item, Hiſtoriam Unicornis.

ANGUISOLA (Joh.) Cæſenas, A. 1300. floruit. Scripſit librum de Proteſtationibus. Vid. *Gu. Panzirolus in JCt. pag. 427.*

ANGULARIS (Joh.) ſcr. de Indulgentiis contra Weſſelum, A. 1470.

ANHALTINUS (Georgius) Princeps & Theologus, natus eſt, An. 1507: obiit, An. 1553. Merſeburgenſi Eccleſiæ præfuit. Scripta ejus extant, eaque recenſet *Melch. Adamus in Vit. Theol. pag. 255. & Jac. Verbeiden, in Elog. præſtant. Theologor. pag. 44.*

ANHORNUS (Barth.) ſcr. Meletemata ſacra, A. 1661. in 4.

ANIANUS, Alarico, Gothorum R. jubente, Volumen de Legg. Theodoſii Imp. confecit, quemadmodum Sigebertus tradit. Vid. *Reineſius in Epiſt. ad Daumium, pag. 21.*

ANIANUS, Abbas Aldenburgenſis, Anno 1457. floruit. Scripſit Chronicon univerſale à C. O. usque ad ſua tempora, teſte *Sandero*.

ANISIUS, Abbas, reliquit Tragœdias.

ANLUS (Alex.) ſcr. ſummam vel deſtructorium vitiorum, A. 1582. Venet.

de ANNA (Fabius) JCtus, edidit Controverſias Forenſes, A. 1600. fol.

de ANNA (Joh. Vinc.) JCtus, edidit duos libros Allegationum, & primum librum Singularium, Neapoli, A. 1601. fol.

ANNATUS (Franc.) Ruthenenſis, Gallus, ſcripſit refutationem libelli Janſeniani, A. 1655. in 8. Leod. Vid. *Alegambe, pag. 113.*

ANNIANUS, Poëta, tempore Trajani & Hadriani floruit. Commendatur ab *Agellio l. 7. c. 7. & lib. 9. cap. 10.* Annianus poëta (inquit) præter ingenii amœnitates, literarum quoque veterum, & rationum in literis opidò quam peritus fuit.

ANNICERIS, Ἀννίκερις, Cyrenæus, Philoſophus, vixit Alexandri M. tempore. Ab hoc Anniceria ſecta originem duxit. Vid. *Strabo l. 18. & Reineſius ad Daum. pag. 121.*

ANNICOLA, (Paulus) An. 1535. obiit. Scripſit de autoritate Papæ.

ANNITA (Thom.) edidit Speculum poëtarum, Venet. A. 1571. in 4.

ANNIUS, Ἄννιος, Stoicus Philoſophus, *Porphyrio in vita Plotini* memoratur.

ANNIUS (Joh.) Viterbienſis, natus eſt, A. 1437: obiit Romæ, tempore Pontificis, Alexandri VI. Fuit Latinè, Græcè, & Hebraicè doctus. Edidit XXVII. Antiquitatum libros, in quibus multi ficti & ſuppoſititii auctores continentur. Vid. *Lud. Vives l. 5. de Trad. Diſcipl. p. 507. Chriſt. Rupertus in Hiſtoria Univ. pag. 29. & Joh. Rhodius in Tr. de Suppoſit. Autoribus, pag. 12. & ſeqq.*

ANRADANUS (Chr. Emporius) A. 1570. claruit, & Hiſtoriam Paſſionis Chriſti, ex 4. Evangeliſtis collectam, carmine Heroico reddidit.

ANRIQUEZ (Henr. Georg.) Guardienſis Hiſp. ſcripſit de regimine cibi & potus, & reliquarum naturalium rerum uſu, A. 1594.

ANSALDIUS (Franc.) JCtus, edidit Conſilia, fol. Item, Tract. de Juriſdictione, A. 1643. fol. Lugd.

ANSEGISUS, An. 1344. floruit. Leges Francicas Caroli M. Ludovici & Lotharii quatuor libris complexus eſt. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 36.*

ANSELMUS, Cantuarienſis, A. 1109. obiit. Erat diſcipulus Lanfranci. Scripſit de Incarnatione Verbi librum unum: Item, alium, cur DEUS homo? Plurima ipſi falsò adſcribi, *Bellarminus de S. Scriptoribus Eccleſiaſt. pag. 134.* contendit. Vid. *Ph. Labbe T. 1. Diſſert. de S. E. p. 79. & 719. & Olearius in Abaco, p. 37.*

ANSELMUS, Gemblacenſis, Monachus, Chronicon Sigeberti Gemblacenſis continuavit. Obiit, A. 1135.

ANSELMUS, Laudunenſis, cognomine Scholaſticus, juxta *Sixtum Senenſ.* A. C. 1110. floruit. Hic, teſte *Bellarmino*, Gloſſam interlinearem, ut vocant, compoſuit. Vid. *Ph. Labbe l. c. p. 87. & 721.*

ANSELMUS, Lucenſis Epiſcopus, Anno 1086. obiit. Scripſit duos libros pro Gregorio VII. contra Henricum Imp. & Guibertum Antipapam. Vid. *Olearius l. c. pag. 38.*

ANSELMUS, Minorita, A. 1505. floruit. Terræ ſanctæ deſcriptionem compoſuit. Vid. *Olearius l. c. pag. 38.*

ANSELMUS (Ant.) edidit Tribonianum Belgicum, A. 1663.

ANSELMUS (Aurel.) ſcripſit Gerontocomica, ſive de ſenum regimine, An. 1606. Venet.

ANSELMUS (Beatus) Promtuariũ Chriſtianæ Theologiæ, Paris. Anno 1569. edidit, in 8.

ANSELMUS (G.) Italus, verſibus famam ſibi comparavit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 230.*

ANSELMUS (Valer.) Anno 1550. vixit. Chronicon condidit.

ANSER, poëta Romanus, Encomium M. Antonii, teſte *Servio*, compoſuit. Meminit cjus *Ovidius 2. Triſt. Cinna quoque his comes eſt, Cinnaque procacior Anſer.*

ANSO, Belga, An. 777 floruit, & vitam S. Ermini & Urſmari ſtilo expreſſit.

ANTAGORAS, Ἀνταγόρας, Rhodius, poëta, tempore Antigoni, Macedonum R. claruit. Scripſit Thebaidem. Videatur *Meurſius in Rhodo, pag. 88.*

ANTENOR, Ἀντήνωρ, Cretica compoſuit. De eo ita *Photius, Cod. CXC.* Antenor, qui Cretenſium hiſtoriam condidit, vocabatur Delta, quòd bonus eſſet & civitatis amans. Ajunt enim, bonum à Cretenſibus vocari δέλτον. Allegatur ab *Æliano, hiſt. anim. 17, 35. & Diodoro Siculo, lib. 5.*

ANTEROS, Ἀντέρως, Alexandrinus, Grammaticus, Romæ docuit tempore Claudii Imp. Feruntur ejus duo libri de Grammatica, teſte *Suida*. Addit *Suidas*, eundem Apollonium dictum.

ANTHEAS, Ἀνθέας, Lindius. Videatur *Meurſ. in Rhodo, pag. 89.*

ANTHEMIUS, Ἀνθέμιος, Trallianus, Mechanicus, tempore Juſtiniani Magni claruit. Scr. librum περὶ παραδόξων μηχανημάτων. Quantus artifex fuerit, inde patet, quòd fulgura, terræmotus, &c. arte imitari potuerit. Vide, quæ de eo refert *Agathias, Scholaſticus, lib. 5. Hiſt.*

ANTHERUS (Joh Steph.) edidit Iſagogen bello-politicam, A. 1663.

ANTHES, Ἄνθης, Trœzenius, à *Stephano* in ἁλικαρνασσος allegatur.

ANTHIPPUS, Ἄνθιππος, Comicus fuit. Ejus Ἀνακαλυπτόμενος *Athenæo* memoratur.

ANTIAS (Q. Valer.) Annales condidit. *Siſennæ* Hiſtorici æqualis fuit, quemadmodum *Vellejus Patercul. l. 2.* tradit. *A Livio, Plinio, Arnobiô, & aliis* crebrò adducitur.

ANTIBOLUS (Pet.) ſcr. de Muneribus. Extat *T. 12. Tract. Tract.*

ANTICLES, Ἀντικλῆς, à *Plutarcho, lib. de Muſica* allegatur.

ANTICLIDES, Ἀντικλείδης, ſcripſit Δηλιακὰ: item περὶ Νόστων. In illis à *Scholiaſte Apollonii l. 2.* in his ab *Athenæo l. 11.* allegatur. Confer *Suidam.*

ANTIDAMAS, Ἀντιδάμας, in Moralibus citatur, à *Fulgentio, pag. 151.*

ANTIDAMUS, Ἀντίδαμος, Heracleopolita, juxta *Fulgent. pag. 149.* Hiſtoriam Alexandri ſcripſit.

ANTIGENIDES, Ἀντιγενίδης, Thebanus Muſicus, reliquit Carmina, autore *Suida.*

ANTIGONUS Ἀντίγονος, Alexandrinus, Grammaticus, allegatur ab *Erotiano.*

ANTIGONUS, Caryſtius, ſub Ptolemæo Lagi & Ptol. Philadelpho claruit. Collegit vitas Philoſophorum. *Heſychius* eum περὶ ζώων allegat. Παραδόξων Ἱστοριῶν Συναγωγὴ hodiè extat, edita à *Joh. Meurſio*, A. 1622. Ἐν Ἀλλοιώσεσι citatur ab *Antonino Liberali, Hiſt. 13.* Videatur *Jonſius de Scriptoribus Hiſt. Philoſ. 2, 4.*

ANTIGONUS, Cumæus, *Varroni & Columellæ de re ruſtica* memoratur.

ANTIGONUS, Sochæus, doctor Miſnicus, Simeonis Juſti diſcipulus fuiſſe creditur. Ejus tale dictum circumfertur: *Ne ſitis, tanquam ſervi, miniſtrantes Domino propter munus, ut accipiatis mercedem.* Diſcipulos habuit *Sadduc & Baythos*, qui verba Doctoris ſui perperam accipientes, Sadducæiſmo originem dederunt. Vid. *Dav. Ganz in Zemach, p. 97. & Heur. Otto in Miſnicis Doct. p. 28.*

ANTIGONUS, Statuarius, ſcripſit de Arte ſua: item, de Pictura. Vid. *Plinius 34, 8. & 35, 10.* Adde *Laërtium in Chryſippo.*

ANTILEO, Ἀντιλέων, περὶ χρόνων commen-

mentatus eſt. Citatur à *Laërtio in Platone.*

ANTILOCHUS, Ἀντίλοχος, Græcus poeta, circa Olymp. XCIV. inclaruit. Cùm carmine Lyſandri laudes ſcripſiſſet, pileo Laconico, argenti pleno, ab ipſo remuneratus eſt, uti *Plutarchus* refert. Vid. *Jonſius de Scr. Hiſt. phil. 2, 3.* Apud *Clem. Alex. l. 1. Strom.* Antilochus quidam vitas Philoſophorum conſcripſiſſe dicitur.

ANTIMACHUS, Ἀντίμαχος, Clarius, circa Olymp. XCIII. floruit. Scripſit Thebaidem. In Heroico genere à Grammaticis ſecundas ab Homero tulit, teſte *Fabio.* Carmina ejus Adriano Imperatori ita placuerunt, ut de abolendo Homero, & Antimacho in ejus locum ſubſtituendo cogitaverit, teſte *Xiphilino.* Vid. *Gerb. Langbainius in Longinum, pag. 5.* item *Reineſius 1. Variar lect. cap. 11.*

ANTIMACHUS, Colophonius, ſcripſit de Homeri ætate & genere. Item, Lyden. Vid. *Jonſius in Script. H. Ph. I, 6.* item, *Mallincrot. pag. 6.* Vixit, ante Platonem, ut ait *Suidas.*

ANTIMACHUS, Heliopolita, verſibus Heroicis 3780. κοσμοποιΐαν, vel mundi creationē, teſte *Suida*, complexus eſt.

ANTIMACHUS, cognomine ψεκὰς, poëta, ſic dictus eſt, quòd familiares ſuos doctrinâ ſuâ, tanquam minutiſſima pluvia, aſpergeret, nec niſi doctiores à ſe dimitteret; uti ſcribit *Suidas.*

AMTIMACHUS (M. Ant.) Italus, Ferrariæ claruit, A. 1544. Scripſit orationem de laudibus Græcarum literarum: item 8. libros Epigrammatum Græcorum. Vertit Gemiſtum Plethonem, Demetrium Phalereum, & Polyænum de re militari.

ANTIMENIDES, Ἀντιμενίδης, à *Schol. Apollonii, pag. 139.* allegatur. *Diogenes Laërt. in Vita Socratis* quoque Antimenidis cujuſdam meminit. Vid. *Voſſ. de Hiſt. Græcis, pag. 255.*

ANTIOCHUS, Ἀντίοχος, JCtus, ſub Theodoſio Juniore, Imp. vixit. Is unà cum aliis (Maximino, Martyrio, Sperantio, Apollodoro, Theodoro, Eugenio & Procopio.) Codicem Theodoſianum compilavit. Vid. *Gu. Panzirolus in JCtis, 1, 66.*

ANTIOCHUS, Aſcalonita, Philoſophus, Ciceronis ætate claruit. Scripſit de ſecta Academica acutiſſimè, judice *Cicerone.* Scripſiſſe etiam de Diis, *Plutarchus in Lucullo* autor eſt *Stephanus*, eum Κύκνον cognominatum eſſe, in Ἀσκάλων memorat.

ANTIOCHUS, Cilix, Sophiſta, ſcripſit Orationes vel Declamationes. Diſcipulus fuit Dionyſii Mileſii. Commendatur à *Philoſtrato in Vitis Sophiſtarum, pag. 553.*

ANTIOCHUS, Sabbaita, vel, Abbas S. Sabbæ, VII. ſeculo vixit, Heraclii Imp. tempore. Scripſit Pandecten S. Scripturæ. Vid. *Ph. Labbe T. 1. Diſſert. de S. E. pag. 90. Olearius in Abaco, p. 39.*

ANTIOCHUS Xenophanis, Syracuſanus, Olymp. XC. floruit. Scripſit de rebus Siculis, tradente *Diodoro l. 12.* Item, de rebus Italicis, citante *Strabone, l. 6.* Confer *Heſychium* in χώνη. Diverſi ſunt *Antiochus*, Alexandrinus, cujus *Athenæus l. 11*: & *Antiochus*, Laodicenus, cujus *Laërtius in Pyrrhone* meminit.

ANTIPATER, Ἀντίπατρος, Acanthius, apud *Photium, Cod. CXC. ab Hephæſtione* allegatur.

ANTIPATER, Boſtrenſis, compoſuit Orationem de Johanne Bapt.

ANTIPATER, Hieropolitanus, Sophiſta, tempore Severi Imp. claruit, cujus etiam res geſtas ſtilo expreſſit. De hoc Antipatro *Philoſtratus in Vit. Soph. pag. 565.* legi meretur.

ANTIPATER, Potidæates Macedo, Iolai filius, Ariſtotelis diſcipulus, duos libros Epiſtolarum reliquit. *Suidas* ait, Antipatrum fuiſſe unum è Ducibus Alexandri Magni, qui res à Perdicca, in Illyriis geſtas, deſcripſerit. Vid. *Jonſius l. 1. Hiſt. Phil. c. 13.*

ANTIPATER, Sidonius, poëta, Olymp. CLXIX. claruit. *Cicero lib. de Oratore*: Antipater Sidonius ſolitus eſt verſus fundere ex tempore, tantumq; hominis ingenioſi ac memoris valuit exercitatio, ut, cùm ſe mente ac voluntate conjeciſſet in verſum, verba ſequerentur. *Valer. Max.* refert, ipſum quotannis febri corripi ſolitum, idque die natali.

ANTIPATER, Tarſenſis, Stoicus, Olymp. CLVI. floruit. Laudatur à *Strabone, l. 14. Plutarchus lib. de Garrulitate*, καλαμοβόαν dictū fuiſſe ſcribit, quòd Carneadē calamo

laceſſiviſſet. Fuit magiſter Panætii, Stoici celeberrimi. Ejus librum περὶ Δεισιδαιμονίας, vel de ſuperſtitione *Athenæus l. 8.* allegat. *Stobæus, Serm. 64.* Antipatrum de Nuptiis, & *Serm. 68.* eundem de Convictu uxorum in medium adducit.

ANTIPATER, Theſſalonicenſis Poëta, vixit tempore Octaviani Auguſti. Epigrammata ejus in Anthologia paſſim occurrunt. Vid. *Etymologicum Magnum, in* Καυσία.

ANTIPATER, Tyrius, itidem Stoicus, Olymp. CLXXX. claruit. Meminit ejus *Cicero l. 2. de Offic.* ubi aſſerit, eum Athenis ſuo tempore mortuum eſſe.

ANTIPHANES, Ἀντιφάνης, Bergæus. De hoc ita *Stephanus* in Βέργη: Ἄπιστα οὗτος συνέγραψεν, ὥς φασιν. Ἀφ᾽ οὗ καὶ παροιμία, Βεργαΐζειν, ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἀληθὲς λέγειν, i. e. multa parùm credibilia ſcripſit, ut ajunt: à quo proverbium, ut *Bergiſſare* diceretur, qui nihil diceret veri.

ANTIPHANES, Colophonius, ab *Athenæo* allegatur *l. 7. c. 15.* in Thebaide. *Jonſius tamen, pag. 34.* Athenæum emendat, & pro Antiphane *Antimachum* reponit.

ANTIPHANES, Caryſtius, Theſpidis tempore vixit; à quo Ἀντιφάνειος κωμῳδία dicta eſt. Vid. *Suidas.*

ANTIPHANES, Delius, Medicus, Varietatem ciborum eſſe cauſam morborum ſtatuit, apud *Clement. Alexand. l. 2. Pædagog.*

ANTIPHANES, Rhodius vel Smyrnæus, mediæ Comœdiæ ſcriptor, Olymp. XCIII. vixit. Fabulæ ejus plurimæ allegari ſolent. Mihi ſequentes obſervatæ ſunt: Ἄγροικος ἢ Βουταλίων, Αἴολος, Ἀθάμας, Ἀκεστρία, Ἀκοντιζομένη, Ἁλιευομένη, Ἀλκηστίς, Ἀνταία, Ἀποκαρτερῶν, Ἀρκὰς, Ἁρπαζομένη, Ἀρχεστράτη, αὐλητρὶς ἢ Διδύμαι, αὑτοῦ ἐρῶν, Ἀφροδίτης γοναὶ, Ἀφροδίσιος, Βάκχαι, Βοιωτία, Βομβυλιὸς, γάμοι, Γανυμήδης, Γηρυτάδης, γόητις, Δευκαλίων, Δραπεταγωγὸς, Δυσέρωτις, Ἐγγραφεὺς, Εὐθύδικος, Ἐφεσία, Ἡνίοχος, Θαμύρας, Θορίκιοι, Θομβυκίων, Ἰατρὸς, Ἱππεῖς, Κᾶρες, Κιθαρῳδὸς, Κλεοφάνης, Κορινθία, κορόπλαθος, Κοτύλη, Κρῆτες, κυβευταὶ, Κυκλώψ, κώρυκος κυρία, λαμπὰς, Λεωνίδης, Λευκὰς, Λυδὸς, Μέτοικος, Μελέαγρος, Μελανίων, Μητραγύρτης, Μισοπόνηρος, Μνήματα, Μοιχοὶ, Μυστὶς, Νεανίσκοι, Ὅμοιαι, Ὁμοπάτριοι, Ὀμφαλὴ, Παιδεραστὴς, Παράσιτος, Παροιμία, Ποντικὸς, πλούσιος, Προβαλεὺς, Πρόβλημα, Πρόγονοι, Σάμιος, Σαπφὼ, Σκύθαι, Στρατιώτης, τριταγωνιστὴς, Τραυματίας, Ὕδρα, ὕπνος, Φαινίδα, Φάων, Φιλέταιρος, Φιλίσκος, Φιλοκτήτης, Φιλοπάτωρ, Φιλομήτωρ, Φρέαρρος, Φυσιογνωμικὸς, Χρυσὶς. Obiit anno ætatis 74. caſu quodam pomo percuſſus, teſte *Suida.*

ANTIPHANES, Junior, ſcripſit de ſcortis Athenienſium, teſte *Harpocratione* in Νάννιον.

ANTIPHON, Ἀντιφῶν, Rhamnuſius, Olymp. XCII. periit. Diſcipulus ejus Thucydides fuiſſe legitur. Ob prudentiam & facundiam Neſtor dictus eſt, teſte *Plutarcho in X. Rhetoribus.* Omnes viri ſapientes dicti ſunt *Rhamnuſii*, propter Antiphontis Rhamnuſii ſummam ſapientiam, inquit *Suidas*, in Ῥαμνούσιος. Hujus vitam ſcripſit *Cæcilius*, eumq; ſecutus *Plutarchus.* Multa Antiphonti falſò ſuppoſita. Laudatus *Cæcilius* è LX. Antiphontis Orationibus XXV. ſpurias eſſe dicit. Scripſit Λοιδορίας κατ᾽ Ἀλκιβιάδου, περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου, περὶ Ὁμονοίας, Πολιτικὸν, Ὀλιγαρχικὸν, περὶ τῆς μεταστάσεως, περὶ ἀληθείας, &c. Hodie Antiphontis nomine Orationes quædam ſuperſunt, quæ tamen Scholaſticæ ſunt atque fictæ, & Antiphontis nihil præter nomen habent. Vid. *Jonſius l. 4. Hiſt. Philoſoph. pag. 328. Philoſtratus in Vit. Sophiſt. pag. 534.* Antiphontis XVI. Orationes *Alph. Miniatus*, Bononienſis, edidit, Græcè & Latinè.

ANTIPHON, Poeta Tragicus, Olymp. XCIII. floruit. Hunc Dionyſius Senior, Siciliæ Tyrannus, è medio ſuſtulit, quod Tragœdias ipſius vituperaverit. Fortaſſis is eſt, cujus Πλήξιππον *Ariſtoteles, Rhet. 2, 2.* Ἀνδρομάχην verò *Author Eudemiorum 7, 4.* allegant. Vid. *Jonſ. l. 4. pag. 327.*

ANTIPHON, Athenienſis, Περὶ κρίσεως ὀνείρων ſcripſit, teſte *Suida.* Meminit ejus *Cic. l. 2. de Divinat. item, Senec. controv. 9. & Tertullianus lib. de anima.* Fuerunt & alii complu-

complures Antiphontes, ex quibus unus βίυς τ̃ ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων, i. e. vitas illuſtrium, teſte *Porphyrio in vita Pythagoræ*, alius Γεωργικὰ, ſive de re ruſtica ſcripſit.

ANTISTHENES, Ἀντισθένης, Athenienſis, Cynicus, Socratis diſcipulus fuiſſe fertur. Vitam ejus *Diogenes Laërtius* compoſuit. Scripſit de Homero: item, περὶ Ἐξηγητῶν, i. e. de Expoſitoribus, qui ſcil. priores poëtas ſuis commentariis expoſuerunt. De Sophiſtis item, nec non Theognide quinque libris egit: Platonis vitia peculiari libro expoſuit, quem inſcripſit Σάθωνα, quo nomine Platonem appellare ſolebat, à σάθη, quod rem pudendam denotat.

ANTISTHENES, Peripateticus Philoſophus, à *Phlegonte, lib. de Mirab. c. 3.* laudatur. Videatur *Jonſius l. 1. de hiſt. Phil. ſcript. c. 8.* Fortaſſis hic eſt Antiſthenes Rhodius, qui τ̃ φιλοσόφων διαδοχὰς, i. e. Philoſophorum ſucceſſiones conſcripſit, quas *Diogenes Laërtius* aliquoties citat. Confer *Jonſium l. 4. pag. 329.* & *Meurſium in Rhodo, pag. 89.* Scr. decem Tomos, inter quos primus eſt Μαγικὸς, inquit *Suidas*.

ANTISTIUS Labeo, JCtus. Vid. LABEO.

ANTONELLUS (Joh. Carol.) JCt. ſcripſit Tractatum de tempore legali, Anno 1671. fol.

ANTONIANUS (Silv.) Card. natus eſt, A. 1540: obiit, A. 1603. Edidit Orationes & Carmina: Item, librum de Succeſſione Apoſtolica. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 226.*

ANTONIDES à Linden (Joh.) Vide, LINDEN.

ANTONINUS, (Aug.) Itinerarium ſcriptum reliquit. Cujus Antonini ſit (plures enim ſuere) non exactè conſtat. In id *Hieron. Surita* Comment. compoſuit.

ANTONINUS (Marcus) Imp. ſcripſit libros XII. quos *Guilb. Xylander* Græcè & Latinè primus edidit: poſteà cum Commentario ampliſſimo A. 1652. *Thomas Gatakerus* publicavit. Vid. *Mart. Hanckius in Script. Rer. Rom. part. 1. pag. 519.*

ANTONINUS, Florentinus, An. 1459. obiit. Præter Summam Theologiæ, ſcripſit Chronicon tripartitum. Ab Adriano VI. Pontifice, Anno 1523. in numerum Divorum relatus eſt. Vitam ipſius deſcripſerunt *Vincentius Mainardus* & *Ugolinus Verinus*. Epitaphium Antonini tale circumfertur:

Hic eſt ille tuus paſtor, Florentia: pro quo
Non ceſſas mœſto ſpargere rore genas.
Patribus haud priſcis pietate Antonius impar,
Qui ſcripſit, quicquid litera ſacra docet.

ANTONINUS, Ἀντωνῖνος, cognomine Liberalis, Græcus ſcriptor, Μεταμορφώσεις compoſuit. Eas edidit *Abrah. Berkelius*, A. 1674.

ANTONINUS (Get.) JCtus, ſcripſit de Actionibus.

ANTONINUS (Marius) Maceratenſis, edidit Reſolutiones varias rerum practicabilium, A. 1619. fol.

ANTONIUS, Ἀντώνιος, Abbas, vixit ſub Conſtantino Magno, A. C. 330. Obiit, An. 356. Exaravit ſeptem Epiſtolas ad Fratres Arſenoitas, lingua Ægyptiaca, ſenſu & Spiritu Apoſtolico, teſte *S. Hieronymo in Catalogo*. Epiſtolas ejus XX. *Abraham Echellenſis*, Maronita, ex Arabico Latinas fecit, Pariſiisq; edidit, A. 1641. in 8.

ANTONIUS Cordubenſis, ſcripſit Quæſtiones Theologicas, Venetiis editas, An. 1624.

ANTONIUS, Diogenes, compoſuit 24. libros de Thule inſula. Vid. *Photius, Cod. CLXVI.*

ANTONIUS, Fanenſis, poëta optimus, Epigrammatumq; & Elegiarum ſcriptor elegantiſſimus ab *Autore Dialogi de Lat. ling. reparat.* dicitur. Fertur etiam conſcripſiſſe ſex Faſtorum libros. Vid. *Giſanius in obſerv. pag. 413.*

ANTONIUS (Fr.) Londinenſ. ſcr. Tract. de Auro potabili, qui prodiit, A. 1618.

ANTONIUS, cognomine Meliſſa, Monachus, collegit duos libros Locorum communium ex Patribus. Editus eſt unà cum *Stobæo*. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 42.*

ANTONIUS, Paduanus, An. 1231. obiit. Opera ejus omnia Pariſiis, Anno 1641. impreſſa ſunt.

ANTONIUS (M. Julius) Antonii Triumviri F. puer L. Craſſitium, Grammaticum, audivit. Adultus & literis ſatis perpolitus Diomedeas libris XII. heroico verſu ſcripſit, ut *Acron* tradit. Extat ad eundem *Horatii Oda l. 4. Carminum: Pindarum quiſquis*, &c.

à S. An-

à S. ANTONIO (Car.) Patavino Anconitanus, ſcripſit de arte Epigrammatica, A. 1650. Quatuor libros Epigrammatum: unum Sacrorum: Moralium duos: Heroicorum tres: Jucundorum quatuor, Romæ, A. 1674.

ANTONIUS (Gothofr.) Weſtphalus, Anno 1571. natus eſt: obiit, An. 1618. Marpurgi & Gieſſæ Jura profeſſus eſt. Scripſit de poteſtate Imperatoris legibus ſoluta, & ſtatu hodierno: Adverſaria in Gailii obſervationes, &c. Mortuo parentavit *Theod. Reinking*. Vid. *Henning Witte, in JCtis, pag. 42.*

ANTONIUS (Guil.) JCt. de reſcriptis moratoriis, fol. A. 1637. commentatus eſt.

ANTONIUS (Jac.) Middelb. An. 1490. floruit. Scripſit de Præcellentia poteſtatis Imperatoriæ.

ANTONIUS (Nicol.) compoſuit Tract. de pœna Exilii, A. 1659. fol.

ANTONIUS (Pet.) ſcripſit de Interdicto Pauli V. Pontif. Anno 1606. Venet. in 4.

de ANTRAMONIA (Ambertus) JCt. Bononienſ. ſcripſit de quæſtionibus & tormentis Extat *T. XI. Tract. tract.*

ANTYLLUS, Ἄντυλλος, Medicus, de diſcrimine aëris à *Stobæo, ſerm. XCIX.* allegatur.

ANULUS (Barth.) Biturix, edidit poëſin pictam, A. 1564. Vid. *Minos in Alciat. Embl. pag. 13.*

ANYSIUS (Janus) conſcripſit Sententias, A. 1578. Item, Satiras.

APELLAS, Ἀπελλᾶς, Cyrenæus, Geographus, *Artemidoro* laudatur. *Clemens Alexand. in* Προτρεπτ. Apellam ἐν Δελφικοῖς allegat. Apellas Ponticus, *Suidæ* in Ῥοδώπιος memoratur.

APELLICON, Ἀπελλικῶν, Tejus, libros Ariſtotelis & Theophraſti à Nelei poſteris magnâ pecunia redemit. Erat autem Apellicon iſte φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος, itaque eroſarum particularum quærens emendationem, in nova libros tranſtulit exempla, lacunas non recte implens, ediditq; libros mendorum plenos. Sic *Strabo l. 13.* Videatur *Jonſius de Script. H. Ph. 1, 15. pag. 195.*

APELLUS (Joh.) Norimbergenſ. JCtus, edidit Iſagogen in 4. libros Inſtitutionum Juris, A. 1580.

APHAREUS, Ἀφαρεύς, Athenienſis, Iſocratis privignus, ſcripſit XXXVII Tragœdias, ut eſt apud *Plutarchum in vitis X. Rhetorum*, ubi de *Iſocrate*. Floruit juxta *Suidam*, Olymp. XCV.

APHERDIANUS (Petrus) Wageningenſis Gelder, An 1560. floruit. Edidit Tirocinium linguæ Lat. Epigrammatum moralium libros 2. Carmina ejus leguntur *T. 1. Delit. Belg. pag. 165.* Videatur *Sweertius in Ath. Belg. pag. 610.*

APHTERIUS (Bertrand.) deſcripſit vitam Chriſti verſu Elegiaco.

APHTHONIUS, Ἀφθόνιος, Sophiſta, ſeculo quinto à Chriſto nato vixiſſe exiſtimatur. Scripſit progymnaſmata in artem Hermogenis. Vid. *Suidas.*

APIANUS (Petrus) Coſmographus ſummus & Aſtronomus perfectiſſimus, cui nemo unquam par exſtitit in excogitandis aſtronomicis inſtrumentis. Veteres Inſcriptiones magno ſtudio conquiſitas in lucem edidit. Ob Aſtronomiæ ſtudium Carolo V. Imp. admodum charus fuit, qui ipſum equeſtris dignitatis etiam titulo exornavit. Anno 1552. ex hac vita migravit. Vid. *Thuanus l. XI.* item *Albinus in Chron. Miſnenſi, pag 350.*

APIANUS (Phil.) laudati P. Apiani filius, Anno 1531. in lucem editus eſt: obiit, A. 1589. Ingolſtadii & Tubingæ Mathemata expoſuit, magnumq; nomen ſibi conciliavit. Inter alia Bavariæ deſcriptionem compoſuit, pro qua ab Alberto Principe mille & quingentos aureos accepit.

APICIUS (M. Cæcilius) de re cibaria commentarios edidit. *Voſſius de Analogia, l. 1. c. 14. pag. 55.* Priori uſus Cælius Apicius, opere de re culinaria, ſive M. Cælius vel Cæcilius in Apicio, ſive de re culinaria opere. Cælii nomen aut vidit, aut viſus ſibi videre *Albinus Torinus* in ſemilacero & ſquallore obſito libro Inſulæ Megalonenſis: quem editione ſua expreſſit. Sed apud *Phil Bergomatem* reperio, temporibus Nicolai Papæ ab *Enocho Aſculano* inventum fuiſſe, ut Porphyrionem in Horatium, ita M. Cæcilium Apicium. Ubi non dubito, quin M. Cælium, vel Cæcilium Apicium dicere voluerit. Eoque, ſi conjecturæ ſit locus, exiſtimem, auctorem operis eſſe M. Cælium vel Cæcilium; hunc operi feciſſe nomen *Apicio*, quia ageret de re culinaria nempe ab illo, ut *Plinius*

vocat *10, 48.* nepotum omnium altiſſimo gurgite, Marco, non Cælio, ſed Gavio Apicio, ut *Dio* appellat, *lib. 47.* Hæc ille. Vid. *Borrichius in Cogitatis ad Voſſ. pag. 18.*

APION, Ἀπίων, Ægyptius, Pliſtonices, tempore Tiberii Imp. floruit. Non tantum Πλειστονίκης, verùm etiam Μόχθος, ab aſſiduo labore cognominatus eſt. Tiberius Imp. eum *Cymbalum mundi* vocabat, teſte *Plinio in præfat. Hiſt. Nat.* Compoſ. libros quinque Hiſtoriæ Ægyptiacæ; de quibus judicium *Agellii l. 5. Noct. Att. c. 14.* legi poteſt. Edidit etiam librum adv. Judæos, cui *Flav. Joſephus* Reſponſionem oppoſuit. Confer *Valeſium in Euſebium, pag. 57.* Vid. etiam *Suidas.*

APOLLINARIS, Ἀπολλινάριος, Laodiceæ in Syria Epiſcopus, ſub Valentiniano & Valente Impp. floruit. Eruditione nulli ſuæ ætatis ceſſit, & præterea Linguæ Hebraicæ inſigniter peritus fuit. Scripſit *S. Hieronymo & Vincentio Lirinenſi* teſtibus, XXX. libros adv. Porphyrium. Supereſt Pſalmorum Paraphraſis elegans & luculenta. De laudibus ſuis non parum detrivit novo dogmate, quo ſtatuit, λόγον non mentem aſſumſiſſe humanam, ſed ſolum corpus anima præditum ſenſitiva. *Sixtus Senenſ.* tamen *l. 4. B. S.* duos Apollinares ſtatuit, patrem, & filium, & patri Paraphraſin, filio verò opus contra Porphyrium tribuit. Pro *Sixto Sen. Suidas* facit, qui etiam duos Apollinares agnoſcit. Addit, filium etiam in hæreſin lapſum, & inter alia βαθμοὺς, i. e. gradus in divina natura ſtatuere auſum fuiſſe. Vid. *Ph. Labbe in Diſſert. de Scr. Eccl. pag. 99. Olearius in Abaco, pag. 44.*

APOLLINARIS, Hierapoleos in Aſia Epiſcopus, ſcripſit adv. Gentes de Pietate & Veritate. Floruit tempore Marci Antonini. Meminit ejus *Photius, Cod. XV.*

APOLLINARIS (Sidonius) Vide, SIDONIUS.

APOLLODORUS, Ἀπολλόδωρος, Adramyttenus, apud *Strabonem l. 11. p. 525.* occurrit.

APOLLODORUS, Artemita, de rebus Perſicis ſcripſit, indice *Strabone, l. 2.*

APOLLODORUS, Athenienſis, Comicus, XLVII. Fabulas confecit. *Suid.*

APOLLODORUS, itidem Athenienſis, Grammaticus, Panætii Rhodii & Ariſtarchi diſcipulus, Tragiiambos, genus carminis, reperit, juxta *Suidam.* Vixit Olymp. CLXIX. *Voſſius* huic Apollodoro Bibliothecam de Diis, cujus hodiè tres tantummodo libri ſuperſunt, tribuit. *Reineſius tamen in Epiſt. ad Hofm. & Rup. pag. 411.* Sopatro Apameenſi tribuere mavult. Vid. *idem in Epiſt. ad Daumium, pag. 216. & Jonſius de Scr. H. Ph. 2, 15.*

APOLLODORUS, Caryſtius, Comicus, ſcripſit Comœdiam, Ἀπολειπούσαν. Item, Διαβάλλοντα. Vid. *Gatakerus in Cinno, c. 9. pag. 113.*

APOLLODORUS, Cytienſis, Medicus, de quo videatur *Meurſius in Cypro, p. 161.*

APOLLODORUS, Ephillus, Συναγωγὰς τῶν δογμάτων compoſuit, citatas à *Laërtio l. 7. in Zenone.* Vid. *Jonſius l. c. 2, 13.*

APOLLODORUS, Epicureus. Vid. *Jonſius loco citato.*

APOLLODORUS, Erythræus, *Lactantio l. 1. de falſa relig. c. 6.* memoratur.

APOLLODORUS, Gelous, Comicus, Olymp CXIV. claruit. Ejus Fabulæ ſunt Ἀποκαρτερῶν ἢ Φιλάδελφοι, Δευσοποιὸς, Ἱέρεια, Γραμματειδιοποιὸς, Ψευδαίας, (ſic leg. apud *Suidam, Polluce ſuccurrente*) Σίσυφος, Αἰσχρίων. Vid. *Gatakerus in Cinno, pag. 115.*

APOLLODORUS, Lemnius, fuit ſcriptor rei Ruſticæ. Ejus *Varro l. 1. de re ruſt. c. 1.* meminit.

APOLLODORUS, Λογιστικὸς vel ſuppurator, à *Laërtio in Thalete & Pythagora* laudatur.

APOLLODORUS, Nicenus, à *Stephano* memoratur.

APOLLODORUS, Pergamenus, Rhetor, artis Rhetoricæ præcepta conſcripſit, & ſectæ Apollodoreæ auctor fuit. Vid. *Strabo, l. 13.* Tempore Auguſti vixit, eumque in dicendi arte inſtituit.

APOLLODORUS, Tarentinus, Medicus non incelebris fuit. Mentio ejus apud *Plinium, Galenum, & alios* habetur. Apollodorus περὶ θηρίων à *Scholiaſte Nicandri, pag. 47. 57.* citatur. De Apollodoris integrum Commentarium *Scipio Tettus* compoſuit.

APOLLODORUS, Tarſenſis, Tragicus, varias Fabulas conſcripſit, inter quas

'Ἀκανθοπλὴξ, Τεκνοκτόνος, Ἕλληνες, Θυέστης, Ἱκέτιδες, Ὀδυσσεύς. Vid. *Suidas.*

APOLLONIDES, Ἀπολλωνίδης, Horapius, ſcripſit librum, Σεμβυθῖν: item, de Diis & Heroibus Ægyptiorum. Teſtis *Theophilus Antiochenus l. 2. ad Autolycum. Confer Dietericum, part. 2. Ant. Bibl. p. 102.* Vide, OROPION.

APOLLONIDES, Nicænus, ſcripſit βιβλίον περὶ Παροιμιῶν: item, ὑπόμνημα περὶ παραπρεσβείας Δημοσθένους. Illius *Stephanus* in τέρμα: hujus *Ammonius lib. de diff.* in ἔφλεν meminit. Vid. *Jonſius de Script. Hiſt. Philoſ. 3, 3. pag. 222.*

APOLLONIUS, Ἀπολλώνιος, Adramyttenus, *Straboni l. XI. p. 516.* memoratur. Vide tamen, annon hujus nomen cum Apollodoro Adramytteno confundatur.

APOLLONIUS, Acharnenſis, juxta *Harpocrationem* in πέλανος, περὶ Ἑορτῶν, i. e. de feſtis commentatus eſt.

APOLLONIUS, Alabandenſis. Hoc nomine duos invenio, quorum unus Μαλακὸς vel Mollis, alter Μόλων vel Molon dictus eſt. Prioris *Strabo l. 14.* meminit. Alter, Rhetor, Ciceroni familiaris fuit, teſte *Quintiliano l. 12. c. 6.* & ipſo *Cicerone in Bruto.* Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 100.*

APOLLONIUS, Alexandrinus, poeta, ſub Ptolemæo Evergeta floruit. Vide, infra, APOLLONIUS Rhodius.

APOLLONIUS, itidem Alexandrinus, Dyſcolus cognominatus, ſub M. Antonino Imp. celebris eſſe cœpit. Scriptorum ejus catalogum benè longum *Suidas* exhibet. Ejusdem Ἱστοριῶν θαυμασίων ſυναγωγήν, *Joh. Meurſius*, An. 1622. edidit.

APOLLONIUS, Aphrodiſienſis, ſcripſit Καρικά: de Trallibus: item, de Orpheo & ejus ſacris. Vid. *Suid.*

APOLLONIUS, ὁ τοῦ Ἀρχιβίου, citatur ab *Etymologici M. Scriptore* in Ἀιζηὸς & νήφω. Juxta *Suidam*, ſcripſit de dictionibus Homericis, ordine alphabetico.

APOLLONIUS, Athenienſis, Rhetor, vixit ſub Severo Imp. quemadmodum ex *Philoſtrato l. 2. de Vitis Sophiſt. p. 563.* liquet.

APOLLONIUS, Attalenſis, ſcripſit Ὀνειροκριτικά, ceu videre eſt apud *Artemidorum.*

APOLLONIUS, Chalcedonius, Stoicus, Antonini Philoſophi, Imp. præceptor fuit. Vid. *Jonſius de Scr. hiſt. Philoſ. 3, 9. pag. 256.*

APOLLONIUS, Cittieus, Medicus, ſcr. περὶ ἄρθρων: item, περὶ Ἐπιληπτικῶν. Citatur ab *Erotiano.* Vid. *Meurſius in Cypro, pag. 161.*

APOLLONIUS, ὁ Χαίρωνος, *Scholiaſtæ Ariſtoph. in Veſp.* memoratur.

APOLLONIUS, Glaucus, Medicus, ſcripſit de Interioribus.

APOLLONIUS, Herophileus, itidem Medicus, ſcripſit Ἐυπόριστα φάρμακα: item, περὶ μύρων, i. e. de unguentis. Aliàs Μῦς dictus eſt, teſte *Reineſio in Var. Lect. 7, 6.*

APOLLONIUS, Memphites, *Erotiano & Scholiaſtæ Nicandri, pag. 5.* memoratur.

APOLLONIUS, Myndius, Phyſiologus, de Cometa commentatus eſſe videtur. Vid. *Seneca l. 7. quæſt. natur. c. 17.* Idem *l. 7. c. 9.* vocat peritiſſimum inſpiciendorum naturalium.

APOLLONIUS, Naucratites, à *Philoſtrato l. 2. de Vit. Soph. pag. 563.* inter Sophiſtas refertur.

APOLLONIUS, Nyſæus, Stoicus, Panætii fuit diſcipulus. De hoc *Strabo l. 14.* legi poterit. *Photius, Cod. CLXI.* autor eſt, hunc Apollonium ſcripſiſſe libros, quæ ſint unquam mulieres philoſophatæ, quidve præclarè geſſerint, & per quas familiæ aliquando in concordiam redactæ.

APOLLONIUS, Ὄφις cognomine, *Erotiano* laudatur.

APOLLONIUS, Parianus, à *Stephano* Ἐθνογράφῳ allegatur.

APOLLONIUS, Pergæus, ſub Ptolemæo Evergeta claruit. A ſuæ ætatis hominibus magnus Geometra dictus eſt. *Cardanus l. 16. de Subtil.* ei ſeptimum inter ſubtilia orbis ingenia locum tribuit. Scripſit Conica, quæ *Frid. Commandinus*, A. 1566. Latinè edidit. Vid. *Voſſ. de Math. diſcipl. pag. 55.*

APOLLONIUS, Pergamenus, à *Varrone & Columella* inter Scriptores rei ruſticæ collocatur.

APOLLONIUS, Pitaneus, Medicus. Vid. *Plin. 29, 6.*

APOLLONIUS, Rhodius, Olymp. CXXXIII. claruit. Inter alia, Ἀργοναυτικά

ικὰ compoſuit, quæ hodie[illegible]m ſuperſunt. Hic Apollonius, Naucrata Ægyptius fuit. *Theophilo l. 2. ad Autolycum* Apollonius Ægyptius audit. Ἀπολλώνιος Ῥόδιος ἢ Ναυκρατίτης dicitur *Athenæo 7, 7. & Æliano, hiſt. anim. 15, 23.* Cur autem Rhodius dicatur, *Anonymus vitæ Apollonii autor* exponit, quia jus civitatis ibi adeptus & Rhetoricam profeſſus eſt. *Suidas* eum Alexandrinum vocat, in Ἀπολλώνιος. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 90.*

APOLLONIUS, Sotadis filius, vixit tempore Ptolemæi Philadelphi. Scripſit de Poëmatibus patris ſui, teſte *Athenæo 14, 4.*

APOLLONIUS, Stratonius, Medicus, περὶ σφυγμῶν, i. e. de pulſibus, teſte *Galeno*, commentatus eſt.

APOLLONIUS, Tyaneus, celebris Magus & Philoſophus, vixit ſub Domitiano, & deinceps. Vitam ejus *Philoſtratus* exaravit. Multa compoſuit, Initia, ſive de Sacrificiis. Teſtamentum. Oracula. Vitam Pythagoræ. Vid. *Suidas.* Condidit & hymnum in Mnemoſynen, teſte *eodem.* Ejus Epiſtolæ extant. Vid. *Tzetz. in Chil. pag. 37. & Jonſius de Script. hiſt. Philoſ. 3, 5. pag. 230.*

APOLLONIUS, Tyrius, reliquit Πίνακα. Vid. *Strabo, l. 15. pag. 757. & Jonſius, l. c. 2, 18. p. 208.* De his Apolloniis, omnibus & ſingulis, prolixè tractat *Meurſius in Notis ad Apollonium Dyſcolum, p. 53, ſeq.*

APOLLONIUS (Guil.) ſcripſit de Jure Majeſtatis circa ſacra, A. 1642. item, de lege Dei, A. 1655.

APOLLONIUS (Læv.) Gandobruganus, Flander, A. 1564 floruit. Quinque libris Peruviæ inventionem, & res in câ geſtas complexus eſt. Vid. *Sweertius, pag. 504.*

APOLLOPHANES, Ἀπολλοφάνης, Stoicus, ſcripſit librum, Ariſtonis nomine, in quo Ariſtonis magiſtri ſui vitam voluptuariam expoſuit. Meminit ejus *Laertius in Zenone. Stephanus, in* Ἀντιόχεια, Meſopotamenum facit. Memorat *Tertullianus, lib. de anima, c. 14.* quòd novem animæ partes ſtatuat. Vid. *Jonſius, de Scr. hiſt. Phil. 2, 6.*

APOLLOPHANES, Medicus in aula Antiochi Soteris, Olymp. CXL. claruit. Meminit ejus *Polybius, l. 5.* Laudatur *Plinio 22, 21. & Celſo, 5, 18. Reineſius in Var. lect. 3, 2. pag. 335.* Apollophanem Stoicum & Apollophanem Medicum pro uno & eodem habet, invito *Jonſio, pag. 144.*

APOLLOPHANES, Comicus, Dramata edidit. *Suidas* quinque ejus Fabulas enumerat, Δαναὴν, Δαυλίδα, Ἰφιγέροντα, Κρῆτας & Κενταύρους.

APOLLOTHEMIS, Ἀπολλόθεμις, Hiſtoricus. Ejus mentio extat apud *Plutarchum in vita Lycurgi.*

APOMASAR, vetus autor, condidit Apoteleſmata. Ea prodierunt, An. 1577. in 8. Vid. *Placcius, pag. 150.*

APONENSIS (Petrus) A. C. 1320. claruit. Vulgò *Conciliator* dictus eſt, ob librum, quo veterum Medicorum & Philoſophorum ſcripta conciliare ſtudebat. Idem Aſtrolabium planum reliquit, è quo qualibet hora ac minuto cognoſcere ſit domorum cœli æquationes: moram concepti in utero infantis; item, conditionem jam editi in lucem: idque pro quolibet mundi climate. Aſtrologiæ adeò peritus erat, ut in Magiæ ſuſpicionem inciderit: falſóque de hæreſi poſtulatus, abſolutus fuit. Vitam ejus *Bernh. Scardeonius, l. 2. de Medicis, claſſ. 9.* deſcripſit.

APONIUS, A. C. 680. claruit. Compoſ. ſex libros in Canticum Canticorum, in quibus allegorico ſenſu Chriſti & Eccleſiæ nuptias exactiſſimè deſcripſit. Editi ſunt Friburgi, An. 1538. à *Joh. Fabro Emmeo*, Juliacenſi. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſ. de Script. Eccleſ. pag. 100.*

APONTE (Laur.) Neapolitanus, Anno 1639. obiit. Scripſit in Evangelium S. Matthæi.

APOSTOLIUS (Mich.) Ἀποστόλιος, fuit familiaris Gemiſti Plethontis, & æqualis Beſſarionis, Patriarchæ Niceni. Extat ejus Panegyricus ad Fridericū III. Imperatorē. Parœmias illius prlmus Baſileæ edidit *Hervagius*, An. 1538. ſed duplo auctius id opus poſteà prodiit, cura *Andreæ Schotti.* Extat & Oratio Græca Μιχαὴλ Ἀποστολίου τοῦ Βυζαντίου, chartæ inſcripta, tempore Friderici III. Imp. (ut arbitror, circa Annum C. 1440.) quâ proceſſionem Spiritus S. à Patre & Filio adſtruit, teſte *Eraſmo Smidio ad Joh. XV, 26.*

APOSTOLIUS (Ariſtobulus) Hierodiaconus

conus, ſcr. Galeomyomachiam, ſive ſelium & murium pugnam, carmine Græco.

APOSTOLIUS (Joh. Franc.) à Monte magno, carmina reliquit, quæ leguntur, *T. 1. Delit. Ital. pag. 239.*

APPIANUS, Ἀππιανὸς, Alexandrinus, *Photio* teſte, ſub Hadriano Imp. floruit. Hiſtoriam Rom. XXIV. libris complexus eſt. Ex tam vaſto opere hodie ſuperſunt Punica, Syriaca, Parthica, Mithridatica; Iberica, Annibalica, Illyrica, Civilia & Celtica. Viri docti obſervant, eum Plutarchum ad verbum exſcripſiſſe. Confer *Whear in Relect. hiſt. ſect. 18. pag. 123. & Mart. Hanckium in Scr. rer. Rom. part. 1. pag. 114. Suidas*, prodit, Hiſtoriam *Appiani* à nonnullis βασιλικὴν, vel imperatoriā vocari.

APPION. Vidè ſupra, APION.

APRIGIUS, Pacenſis Epiſcopus, A. 530. vixit. Is, inquit *Trithemius*, tam glorioſe & profunde S. Scripturas expoſuit, ut in ejus comparatione veteres ſcriptores non expoſuiſſe viderentur. Scripſit in Canticum & Apocalypſin.

APRILEUS (P. Sim.) ſcr. Introductionē in Logicam Ariſtotelis, A. 1573. Tudelæ Navarrorum.

APROSIUS (Angelicus) Vintimiglienſis, de quo *Placcius, pag. 150.* videri poterit.

APSINES, Ἀψίνης, Gadareus, Rhetor, Athenis, teſte *Suida*, Rhetoricam profeſſus eſt, imperante Maximiano. Ejus *Tzetzes in Chiliad. pag. 154.* meminit. Vid. *Scheferus in Rhetor. Anonymi, p. 84. Meurſ. in Miſcell. Lacon. 4, 17.*

APULEJUS (Luc.) Madaurenſis, ſub Antoninis Impp. Marco & Philoſopho floruit. Scripſit XI. libros Mileſiarum (ut *Capitolinus* vocat) ſive de Aſino aureo: quod opus ex *Luciano* expreſſit. Vid. *Puteanus in promulſ. Epiſt. Cent. 1. Epiſt. 38.* Item, Quæſtiones conviviales, *Macrobio & Sidonio Apollinari* memoratas. Si *Soſipatro* fides habenda, librum etiam de Proverbiis compoſuit. *Caſſiodorus* autor eſt, eum primum Arithmeticam Latinis literis illuſtraſſe. Profeſſus eſt Carthagine, ubi publicè ei ſtatua poſita. Magiæ accuſatus, eleganti Apologia ſeſe defendere coactus eſt. In 5. *libro Epigr. Græcor. pag. 231.* ejusmodi Epigramma εἰς Ἀπυλήϊον τὸν μάγον legitur:

Καὶ [illegible]ῆς ἄφθογκτα Λατινίδος ὄργια Μούσης

Ἄζετο παπλαίνων Ἀπυλήϊος, ὅντινα μύστην Αὐσονὶς ἀῤῥήτου Σοφίης ἀνεθρέψατο Σειρήν.

Apulejum de Arboribus citat *Honoratus Servius, com. in Virg. pag. 217.* Plura vide apud *Hornium, hiſt. Phil. l. 4. c. 6. Caſpar Barthius in Not. major. ad Claud. p. 1259.* Apulejum vocat ſcriptorem unum omnium maximè proprietatis amantem, & veteris Latinitatis, ſupra quam vulgò credatur, conſervatorem.

APULEJUS, Platonicus, ſcripſit de herbarum virtutibus. *Johnſonus, præfat. in Gerard.* ſexcentis retrò annis vixiſſe, Græceq; ſcripſiſſe affirmat. Idem teſtatur, in Manuſcripto Platonem Apolienſem vocari. *Caſp. Barth. in Claud. pag. 654.* Apulejum de Herbis, Ant. Muſam de Betonica, & Apicium, ab uno ſcriptore profectos eſſe exiſtimat. Minimè verò eſt *Apulejus Celſus*, qui tantæ vetuſtatis, ut à *Scribonio Largo* citetur.

AQUÆUS (Steph.) ſcripſit in Plinii naturalem Hiſtoriam, A. 1530. Paris.

ab AQUAPENDENTE (Hier. Fabricius) reliquit librum de reſpiratione & ejus inſtrumentis, Opera Chirurgica, in duas partes diviſa, An. 1619. Patavii Med. & Anatomiam profeſſus eſt. Publicæ lecturæ ergò mille aureis, equeſtri dignitate & torque aurea decoratus eſt. Scripſit præterea Tract. de formatione fœtus: item, de Brutorum loquela. Vid. *Jac. Ph. Thomaſinus in Elog. pag. 319. Witte in Medicis, pag. 38.*

AQUARIUS (Matth.) Neapolitanus, Dilucidationes in XII. libros Metaphyſ. Florentiæ edidit. Claruit, A. 1605.

AQUAVIVA (Claud.) Neapolitanus, obiit A. 1615. Jeſuitarum Generalis munere 34. annis functus eſt. Reliquit 16. Epiſtolas. Vid. *Alegambe, pag. 78. & ſeqq.*

AQUAVIVIUS (Andr. Matth.) illuſtri loco natus, literis pariter & armis excelluit. Eruditio ejus ex opere, quod Encyclopædiam inſcripſit, apparet. Fratrem habuit *Beliſarium*, qui de Venatione & ſingularis certaminis provocatione ſcripſit. Vid. *Jovius in Elog. numero 73.*

AQUEMADA (Joh.) de Hæreticis & Inquiſitoribus librum contexuit, Venet.

AQUENSIS (Joh.) A. 1535. claruit. Edidit ſex libros contemplationum.

AQUILA, Ἀκύλας, Ponticus, primò Chriſtianus fuit: deinde, quòd Mathematicis rebus plus æquo ſtuderet, Eccleſia pulſus eſt. Unde ad Judæos ſe contulit, eorumque proſelytus factus eſt. Vetus Teſtamentum Græcè tranſtuliſſe fertur, cujus editio, teſte *S. Hieronymo*, tale initium habuit: Ἐν κεφαλίδι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἡ δὲ γῆ ἦν κενότης καὶ οὐδέν. Juxta *Epiphanium* ſub Hadriano Aug. An. C. 120. floruit: cui etiam *Ganzius in Zemach, pag.* 101. ſubſcribit. Vid. *Wetſteinius ad Origenis Epiſt. ad Africanum, pag.* 179. Quidam Aquilam & Onkelos pro uno & eodem habent. Confer *Rivet. T. 2. Oper. pag.* 896. *Olearium in Abaco, pag.* 45.

AQUILA, Ἀκύλας, Philoſophus, σχόλια λογικὰ περὶ Συλλογισμῶν, notante *Suida*, reliquit.

AQUILA, Romanus, librum Figurarum, ex Alex. Numenii libro de figuris expreſſit. Vid. *Voſſius de Nat. Rhet. pag* 94.

AQUILA (Caſp.) Saledienſis Miniſter, ſcripſit adverſus librum Interimiſticum.

AQUILA (Joh.) Rotvilenſis, JCtus, de poteſtate monetarum: item, de omni ludorum genere, An. 1516. commentatus eſt.

AQUILA (Jul.) JCtus, poſt tempora Trajani Imp. claruit. Compoſuit librum Reſponſorum. Joh. *Bertrandus in Βίοις Νομικῶν, pag.* 170. Julium Aquilam Gallum dictum autumat.

de AQUILA (Pet.) dictus Scotellus, An. 1501. Sententias Scoti commentario illuſtravit. Prodiit, A. 1585. Paris.

AQUILANUS (Bernh.) JCtus, ſcripſit de nubere volentibus. Extat, *T. 9. Tract. tract.* Vid. *Olearius, pag.* 79.

AQUILANUS (Scipio) de Placitis Philoſophorum, qui floruerunt ante Ariſtotelem, Venet. An. 1587. librum compoſuit.

AQUILANUS (Seb.) reliquit Tr. de Febri ſanguinea & morbo Gallico, A. 1516.

AQUILINIUS (Cæſ.) ſcripſit de 3. Hiſt. Concilii Trident. Anno 1661. Amſtel.

AQUILIUS (C.) Gallus, JCtus celeberrimus, vixit tempore Ciceronis, qui ejus aliquoties meminit. Vid. *Rupertus in Com. ad Enchir. Pomponii, pag.* 394. itẽ, *Panzirolus, in JCt. l. 1. c. 12. & Bertrandus, pag.* 218.

AQUILIUS Severus, Hiſpanus, ſub Valentiniano Imp. claruit. *Hieronymo* teſte *in Script. Eccleſ.* Hodœporicon conſcripſit, in quo totius ſuæ vitæ ſtatum tam proſa, quàm verſibus expreſſit. Vid. *Glandorpius in Onomaſt. Rom. pag* 113.

AQUILIUS (Cn.) Comicus, allegatur à *M. Varrone & Agellio.*

AQUILIUS (Henr.) Arnheimenſ. A. 1566. floruit. Edidit tres libros Moralium.

AQUILONIUS (Franc.) compoſuit ſex libros Opticorum, qui editi ſunt Antv. Anno 1613.

AQUILONIUS (Bertilus, vel Libertus) Danus, concinnavit ſeptem libros ſimilitudinum Atticarum, A. 1639. item, 40. libros poëmatum, A. 1640. Vid. *Bartholinus in Danis, pag.* 14.

AQUILOVICANUS (Minut.) Friſius, ſcripſit Examen Theſium Theologicarum *Jac. Capelli* de Controverſiis, quæ fœderatum Belgium vexant, &, ſatius ne fuerit, tolerari ſententiam Arminii, quàm damnari, A. 1624. in 8.

de AQUIN, vel, AQUINAS (Phil.) Avenionenſis, Judæus converſus, A. 1630. claruit. Edidit Dictionarium Hebræo-Chaldæo-Rabbinico-Talmudicum, cui Titulus מעריך המערכות, id eſt, Digerens digeſta: item, Capitula Patrum, Hebr. & Lat. A. 1629. Vid *Colomeſius in Gallia Orient. pag.* 254.

AQUINAS (Thomas.) Vide, THOMAS.

AQUIPONTANUS (Joh.) aliàs Britgwaterus, Anglus, edidit Tract. de Antichriſto. Vid *Alegambe, pag.* 218.

de AQUISGRANO (Guilh.) A. 1485. vixit. Reliquit Itinerarium Terræ Sanctæ.

AQUIVIVA (Claudius) Neapolit. Anno 1615. obiit. Meditationes in Pſal. 44. & 118. compoſuit.

AQUIVIUS (Andr. Matth.) ſcripſit quatuor libros de Virtute morali. Vide ſuprà, AQUAVIVIUS.

ARABASCHIA (Ahmed) Arabs, A. 1431. claruit. De vita & geſtis Tamerlanis ſcripto egiſſe traditur. Vid. *Hottinger. in Hiſt. Eccleſ. ſect.* 15. *pag.* 811.

de ARAGON (Fr. Pet.) ſcripſit in 2. ſecundæ Thomæ, de Juſtitia & Jure, An. 1597. Lugd. in fol.

ARALDUS (Joh. Franc.) Italus, A. 1599. obiit. Edidit Compendium doctrinæ Chriſtianæ. Vid. *Alegambe, pag.* 242.

ARANDA (Ant.) Hiſp. edidit Informationem

tionem veram de Terra ſancta juxta ſtatum, in quo erat, A. 1530. Vixit ille Aranda permultos annos Hieroſolymis.

ARANEA (Vincent.) Aquilanus Italus, A. 1625. claruit. Edidit Aſſerta de univerſa Philoſophia, libris 3. fol. Vid. *Alegambe*.

ARANEUS (Clem.) ſcripſit ſermones pro diebus Feſtis à 1. Dominica Adventus usque ad Cineres, Brixiæ, Anno 1587. in 4.

ARANTIUS (Jul. Cæſ.) Bononienſis, A. 1589. obiit. Condidit librum de Fœtu humano: de Tumoribus præter naturam: item, de vulneribus in capite. *Bumaldus*, *pag.* 140. vocat Medicorum eloquentiſſimum, cujus monumenta verè ſint aurea. Vid. *Ghilinus*, *vol.* 2. *pag.* 159.

de ARAOZ (Franc.) fertur ſcripſiſſe de Bibliotheca benè diſponenda.

ARAROS, Ἀραρὼς, Comicus, Olymp. CI. floruit. *Suidas* eum Ariſtophanis Comici filium facit. Inter frigidos poëtas à nonnullis refertur. Unde proverb. ψυχρότερος Ἀραρότος, id eſt, Ararote frigidior. Fabulæ ſequentes vulgo ei tribuuntur, Ἄδωνις, Καινὸς, Καμπυλίων, Παρθενίδιον, Πανὸς γοναὶ, Ὑμέναιος. Videatur *Caſaubonus in Animadverſ. ad Athen.* 3, 35.

ARATINUS, poëta Græcus antiquus, de quo *Dionyſius Halicarn.* 1. *biſt.*

ARATOR, Poëta, ſub Juſtiniano Imp. Anno 540. floruit. Hiſtoriam Apoſtolorum verſibus ex Actis Apoſtolorum, à Luca deſcriptis, expreſſit. Hiſtoria illa Vigilio, Rom. Epiſcopo, inſcripta eſt. Vid. *Sixt. Senenſ. l.* 4. *B. S. p.* 200. & *Ph. Labbe. T.* 1. *Diſſert. de S. E. pag.* 102. Confer *Olearium in Abaco*, *pag.* 46.

ARATUS, Ἄρατος, Cilix, ſub Ptolemæo Philadelpho circa Olymp. CXXVII. inclaruit. Scripſit Φαινόμενα, juſſu Antigoni Gonatæ, Regis Macedoniæ. Arati autoritate *S. Paulus*, *Act. XVII.* uſus eſt. Plura ejus ſcripta *Suidas* enumerat, quem conſule. *Cicero l.* 1. *de Orat.* Aratum Aſtrologiæ ignarum fuiſſe, affirmat. Vid. *Mallincrot. pag.* 59.

ARATUS, Cnidius, Hiſtoriographus, οὗ φέρονται Αἰγυπτιακὰ συγγράμματα. Ita *Anonymus in vita Arati Poëtæ*.

ARATUS, Sicyonius, Anno 3. Olymp. CXLI. obiit. Scripſit hiſtoriam de rebus, ab Achæis & à ſeipſo geſtis. Vid. *Plutarchus in vita Arati*.

de ARAUXO (Franc.) edidit Deciſiones morales, ad ſtatum Eccleſiaſt. & civilem pertinentes, fol. A. 1664.

ARBOREUS (Joh.) Laudunenſis, Sorbonicæ Academiæ Theologus, An 1550. claruit. Scripſit Theoſophiam, in qua difficillimos locos cum V. tum N. T. explicavit. Vid. *Sixtus Sen l.* 4. *pag.* 253.

ARBORICENSIS (Rob.) edidit 3. Tomos in Calvinum, Pariſ. A. 1556.

ARCADIUS, Ἀρκάδιος, Cypri Epiſcopus, vitam S. Simeonis exaravit.

ARCADIUS, Antiochenus Grammaticus, ſct. de Orthographia, (Vid. *Stephanus in* Ἀντιο.) item, Ὀνομαστικὸν, quod *Suidas* θαυμάσιον vocat, eoque nomine commendat.

ARCÆUS (Fr.) Fraxinalenſis, de Curatione vulnerum & morborum, Anno 1574. commentatus eſt.

ARCANULUS (Joh.) edidit Practicam omnium particularium morborum, Venet. A. 1560.

ARCAS (Fab.) JCtus Deciſiones aureas, A. 1627. publicavit.

ab ARCEDURA (Joh.) reliquit Concluſiones Feudales, A. 1605. in 4.

ARCERIUS (Joh.) Friſius, edidit Jamblichum Chalcidenſem de vita Pythagoræ, A. 1598. in 4.

ARCERIUS (Simon) Friſius, An. 1616. floruit. Galeni orationem ad Artium liberalium ſtudium Latinam fecit, notiſque auxit.

ARCESILAUS, vel, ARCESILAS, Ἀρκεσίλαος, Pitaneus, Olymp. CXX. floruit. Hic antea Theophraſti auditor fuerat: poſtea in Academiam ad Crantorem ſeſe contulit. Inter alia, omnia ἀκατάληπτα, i. e. incomprehenſibilia eſſe, ſtatuit. Idem mediam Academiam inſtituit. *Lactantius* 3, 6. ignorantiæ magiſtrum vocat. De eo ità *Euſebius l.* 14 *de Præpar. Evang. c.* 2. Nunquam fuit in Arceſila, ut unum bis diceret: neque putabat, ingenioſi eſſe viri, in eisdem permanere. Si quid primò turpe dixerat, repente commutatus, pluribus conabatur rationibus, quæ dixerat, confutare. Adde *Hornium l.* 3. *biſt. Phil. c.* 20. *pag.* 220.

ARCHAN-

ARCHANGELUS, ſcripſit de Infirmitatibus humanæ vitæ, A. 1643. Romæ.

ARCHEDICUS, Ἀρχέδικος, Comicus, ſub Alexandro & Ptolemæo I. claruit. Ab *Athenæo* interdum allegatur. A *Suida* Διαμαρτάνων & Θησαυρὸς ei tribuitur.

ARCHELAUS, Ἀρχέλαος, Mileſius, Anaxagoræ Clazomenii diſcipulus, à ſecta Phyſicus dictus, Olympiade LXXXIV. claruit. De hoc ita *Suidas*: ἀπ' Ἰωνίας πρῶτος τὴν φυσιολογίαν ἤγαγεν, i. e. ex Jonia primus Phyſiologiam duxit. Compoſuit Phyſiologiam, & ſua opinione ſtatuit, juſtum & turpe non eſſe natura, ſed lege. *Auguſtinus de C. D. 8, 11.* ait, eum, omnia ex particulis inter ſe diſſimilibus conſtare, affirmaſſe.

ARCHELAUS, Ægyptius, ſcripſit ad Ptolemæum Epigrammata περὶ παραδόξων & θαυμασίων, teſte *Antigono Caryſtio, cap. 23. & 96.* Confer *Varronem l. 3. de re ruſt. c. 16.*

ARCHELAUS, Cappadociæ Rex. Vid. *Mallincrot, pag. 60.*

ARCHELAUS, Cherſonita, ἐν ἰδιοφυέσιν, i. e. de proprietate naturæ, ab *Athenæo lib. 5. ſub fin.* allegatur. *Scholiaſtes Nicandri, pag. 55.* habet, ἐν Ἀιφυέσι, mendosè, ni fallor.

ARCHELAUS, Cyprius, de Steſichoro quædam prodidit, teſte *Photio, Cod. CXC. pag. 482.*

ARCHEMACHUS, Ἀρχέμαχος, ſcripſit de rebus Euboicis, quemadmodum ex *Athenæo & Clemente Alexandrino, l. 1. Strom.* cognoſcimus.

ARCHESTRATUS, Ἀρχέστρατος, Terpſionis diſcipulus, carmine conſcripſit, quæ ad gulam & ventrem pertinent. Operi Γαστρονομίας nomen datum eſt. *Chryſippus* eam Epicureæ Philoſophiæ metropolin vocare ſolebat. Idem περὶ Ἀυλητῶν librum compoſuit. Utriusque operis *Athenæus* meminit.

ARCHETIMUS, Ἀρχέτιμος, Syracuſanus, ſcripſit Thaletis & aliorum Sapientum cum Cypſelo congreſſum, eique ſe interfuiſſe tradit, teſte *Laërtio.* Vid. *Jonſius, in Scr. H. Ph. 1, 3. pag. 19.*

ARCHIAS, Ἀρχίας, Græcus poëta, A. U. R. 632. claruit. Cauſam ejus egit *Cicero* in oratione quadam. Ejus Epigrammata aliquot in *Anthologia* ſuperſunt. Fertur Romanorum bella Cimbrica Græco conſcripſiſſe carmine.

ARCHIBIUS, Ἀρχίβιος, Apollonii filius, Grammaticus, ſcripſit exegeſin Epigrammatum Callimachi, teſte *Suida.*

ARCHIBIUS, Ptolemæi filius, itidē Grammaticus, docuit Romæ, tempore Hadriani Auguſti, teſte *eodem.*

ARCHIGENES, Ἀρχιγένης, Apameenſis, Medicus, Agathini diſcipulus, ſub Domitiano, Nerva & Trajano medicinam fecit. Vixit annos LXIII. quemadmodum *Suidas* refert. Præter Κομμωτικὴν, i. e. de ornatu capillorum, etiam X. libros de febribus compoſuit, tradente *Galeno.* Idem autor eſt, eum XI. libros Epiſtolarum medicinalium reliquiſſe.

ARCHILOCHUS, Ἀρχίλοχος, Parius, Lyricus Poëta, juxta *Clem. Alex.* circa XX. juxta *Tatianum* circa XXIII. juxta *Euſeb.* circa XXIX. Olymp. floruit. *Voſſius l. 1. de Hiſt. Græcis, c. 1.* temporibus Darii Hyſtaſpidis vixiſſe exiſtimat. Is autem imperare demùm cœpit Anno 3. Olymp. LXIV. *Clemens Alex.* Jambi inventionem Archilocho tribuit. Fuit maledicus & obſcenus Poëta. Lycamben Jamborum acerbitate ad laqueum adegit. Spartani libros Archilochi, quòd eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrarentur, è civitate ſua exportari juſſerunt, teſte *Valerio 6, 3.* Quidam ex poëta Hiſtoricum quoque faciunt, inter quos eſt *Annius Viterbienſis.* Verum Anniana iſta prorſus conficta ſunt. Plura de Archilocho apud *Gorop. Becanum, l. 4. Orig. Antv.* invenies. *Stephanus* in Βίχειρ, etiam Archilochi Ἰοβάκχους allegat. Periit in bello, à Calonda interfectus, qua de re *Suidas.*

ARCHIMEDES, Ἀρχιμήδης, Syracuſanus, divini vir ingenii, ſub Ptolemæo Evergeta floruit. Captis à M. Marcello Syracuſis, Olymp. CXLII. anno 1. à milite, per imprudentiam, contra quam interdixerat Imperator, interfectus eſt: qua de re *Valer. Max. 8, 7.* Ejus Scripta pluſcula hodiè ſuperſunt, ut περὶ κωνοειδῶν & σφαιροειδῶν, nec non περὶ ἑλίκων: deque arenæ numero, qui liber ψαμμίτης inſcribitur. Tum etiam tria hæc, de Sphæra & Cylindro, Circuli dimenſio, & Ἰσόρροπικά. Cuncta hæc,

 capta

capta Conſtantinopoli, in Italiam perlata; deinde à *Joh. Regiomontano* in Germaniam vecta, ubi primò cura *Thomæ Venatorii* ab Hervagio, A. 1544. excuſa ſunt. Confer *Voſſium de Scient. Mathem. c. 48. pag. 288. Gatakerum ad Anton. pag. 252.*

ARCHIMEDES, Trallianus, Philoſophus, juxta *Suidam*, Comment. in Homerum conſcripſit.

ARCHINTUS (Phil.) ſcripſit de Fide & Sacramentis.

ARCHINUS, Ἀρχῖνος, ἐν Θεσσαλικοῖς à *Scholiaſte Pindari in Pyth. od. 3. pag. 582.* allegatur.

ARCHIPPUS, Ἄρχιππος, Athenienſis, Comicus, Olymp. XCI. claruit. Fabulæ ejus ſunt Ἀμφιτρύων, Ἡρακλῆς γαμῶν, Ἰχθῦς, Ἱππεῖς, Ὄνου σκιὰ, Πλοῦτος, Ῥίνων. *Suidas*, ſemel eum viciſſe, memorat.

ARCHIPPUS (Flav.) Philoſophus, tempore Trajani vixit. Meminit ejus *Plinius in Epiſt. lib. 10.*

ARCHIROTA (Alex.) Italus, An. 1636. claruit. Scripſit in libros Samuelis & Regum, Oxoniæ. Item, de voto Paupertatis.

ARCHITHRENIUS, quaſi Poëta à nonnullis allegatur. Verum ejus nomen eſt. *Joh. Neuſtrius, Hantvillenſis*, qui claruit in Anglia, A. 1200. Scripſit libros de Bruto Rege. Vid. *Parrhaſius, Epiſt. X. Meurſius in Miſcell. Lacon. 4, 17.* vocat Poëtam non inelegantem nec omninò contemnendum: ſiquidem vixit ante annos 400. Scripſit opus varia eruditione plenum, & inſcripſit, *Archithrenius*.

ARCHIUS (Nic.) carmina condidit, occurrentia, *T. 1. Delit. Ital. pag. 257.*

ARCHUS (Barth.) Genev. edidit Conſtitutiones fratrum Eremitarum Diſcalceatorum, A. 1632.

ARCHYTAS, Ἀρχύτας, Tarentinus, Pythagoræ diſcipulus. Ejus Ἁρμονικὸν *Nicomachus, l. 1.* περὶ Ἀριθμητικῆς allegat. Liber περὶ Παντὸς *Simplicio* ἐν κατηγορίαις laudatur. Ex *Stobæo* etiam conſtat, ſcripſiſſe περὶ τοῦ ὄντος: adhæc περὶ τῶν ἀρχῶν: item, περὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως. Confer *Joh. Meurſium in Not. ad Heſych. pag. 530.* Moralia quoque ſcripſiſſe, invenio. *Stobæus* certè ejus librum de doctrina morali, de lege & juſtitia, de viro bono adducit. Fuit & *Archytas Peripateticus*, qui Καθόλου λόγους ſcripſit. Vid. *Boëth. in prædicam. pag. 112.*

ARCONATUS (Hier.) Sileſius, A. 1599. obiit. Reliquit Carmina. Vid. *T. 1. Delit. Germ. pag. 386.*

de ARCONES (Andr. Luc.) edidit Elucidationcs in Eſaiam, An. 1642. Tomis 2. fol. Lugd.

ARCTANDFR (Nicol.) Epiſcopus Wiburgenſis, ſcripſit Tr. de Excommunicatione Eccleſiaſtica, A. 1622. Item, Speculum miſeriæ humanæ: Alexipharmacon contra deſperationis peſtem: Fidei triumphum, &c.

ARCTINUS, Ἀρκτῖνος, Mileſius poëta, fuit Homeri diſcipulus, ut ait *Artemon Clazomenius.* Vixit autem Olympiade IX. quadraginta annis poſt bellum Trojanum. Hæc *Suidas. Cyrillus, l. 1. contra Julianum*, eum ad Olymp. I. refert, cui adſtipulatur etiam *Euſebius in Chronico.* Scripſit τὴν Αἰθιοπίδα & Ἰλίου πέρσιν. Summam hujus poetæ antiquitatem *Dionyſ. Halicarn. l. 1. Antiquit.* agnoſcit.

ARCUDIUS (Pet.) Ἀρκούδιος, Corcyræus, hoc ſeculo non abſque laude claruit. De hoc & Caryophilo *Balth. Anſidens* dicere ſolebat: Nec Athenas ita fuiſſe Atticas, ut erat illorum oratio. Plures edidit libros, tùm à ſe compoſitos, tum à Vett. Græcis relictos. A Pontificiis magnus imprimis honor habetur illi, qui de concordia Eccleſiæ Orient. & Occidentalis in 7. Sacramentorū adminiſtratione inſcribitur, Pariſiis impreſſus, A. 1619. Vid. *Nicius Erythræus, part. 1. Pinacoth. pag. 225. Leo Allatius in Apibus Urb. pag. 216.*

ARCULANUS (Joh.) Veronenſis, edidit Practicam Medicam; item, expoſitionem in librum Rahazæ ad Almanſorem: Comm. in 4. Fen Avicennæ. Vid. *Chioccus, pag. 4.*

ARCULARIUS (Dan.) edidit Practicam, fol. A. 1557. Venct.

ARCULARIUS (Joh.) Theol. Marpurg. ſcripſit Comment. in Eſaiam, Actaque Apoſtolorum: item, Arcam fœderis, ſeu methodicam univerſæ Theologiæ explicationem. Claruit, A. 1597.

ARCULARIUS (Scribanius) edidit Tr. de circumforanea proceſſione circa feſtum Natalis Chriſti, A. 1674.

ARCU-

ARCULFUS, autor antiquus, quędam conſignavit de Locis ſacris. *Salmaſius in Hiſt. Aug. pag. 249.* ait, nondum eſſe editum.

de ARCUSIA (Carolus) JCtus, ſcripſit Falconaria.

ARCUTIUS (Joh. Bart.) Neapolit. edidit Carmina. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 258.*

ARCUVOLTI, Judæus, confecit librum ערוגת הבשם, i. e. aream Aromaticam. Eſt liber Grammaticus. Prodiit Venet. An. 1602.

ARDENS (Radulfus) Vid. RADULFUS.

ARDICIONI (Jacobus) Veronenſis, JCtus, Summam Feudorum compoſuit. Alii vocant Jacobum de Ardizon. Vid. *Guido Panzirolus, de JCt. l. 2. cap. 32.*

ARDOYNUS (Santes) Piſaurenſis, ſcripſit de Venenis, A. 1562.

ARELAT (Nicol.) JCtus, edidit librum de ſecundis Nuptiis, fol.

ARELIUS (Mutius) Mantuanus, in puteo periit. *Pierius Valerianus de Infel. liter. pag. 40.* magnum poëtam vocat. Porſenam heroico carmine celebrare conatus eſt.

ARELLIUS Fuſcus, Auguſti tempore floruit & Ovidium Naſonem auditorem habuit. Dicebat Suaſorias: ac Latinè etiam declamabat, ſed Græcè frequentius, ut eſt apud *Senecam, Suaſoria 4.*

de AREMBERG (Carol.) Bruxellenſis, edidit flores Seraphicos, vel vitas virorum illuſtrium ex ordine Capuccinorum, in 4. A. 1640. Colon.

de ARENA (Antonius) edidit poëmata, Lugd. Item, librum ad ſuos compagnones Studentes, verſu Elegiaco, dictionibus Latinis & Gallicis ridiculè permixtis, Anno 1519.

de ARENA (Jac.) Parmenſis, JCtus, Anno 1300. floruit. Scripſit de Commiſſariis vel Executoribus ultimarum voluntatum: de Expenſis, quæ in Judicio fiunt: de Sequeſtrationibus, &c. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. l. 2. c. 50.*

de ARENGHERIA (Caſp.) Bononienſis, An. 1436. claruit. Notas in Cod. & ff. vetus item Conſilia, compoſuit.

de ARENGHERIA (Herc.) A. 1300. floruit Bononiæ, & literas humaniores profeſſus eſt.

ARENGHERIA (Innoc.) Bononienſ. A. 1550. claruit. Edidit Dialogos.

ARENPECKIUS (Vitus) ſcripſit de Boiis. Fertur latere in Bibliotheca Friſingenſi.

de ARENTHAL (Silv.) edidit Iconiſmum Aquilæ Romanæ, A. 1635.

AREOSTUS (Lud.) Ferrarienſis, A. 1534. obiit, teſte *Bumaldo, pag. 151.* Struxit Carmina, quæ habentur, *T. 1. Delit. Ital. pag. 273.* Vide infrà, ARIOSTUS.

ARESAS, Ἀρεσᾶς, Pythagoricus, de Hominis Natura commentatus eſt, eoq; nomine laudatur à *Stobæo in Phyſicis, p. 105.*

ARESIUS (Paulus) compoſuit Notas in Ariſtotelis librum de Generat. & Corrupt. Item, de aquæ transmutatione in ſacrificio Miſſæ, A. 1628. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 182.*

ARETÆUS, Ἀρεταῖος, Cappadox, Medicus inſignis fuit. *G. Heniſchius* eum poſt Plinium vixiſſe exiſtimat. *Voſſius* tamen antiquiorem judicat ob Joniſmũ, quo uſus eſt. Joniſmus autem ante tempora Cæſariana, uti & Doriſmus, deſiit. Meminit etiam ejus *Dioſcorides, pag. 112.* Ejus ſcripta *Julius Craſſus* Latinè tranſtulit, ſed vitioſis uſus codicibus mentem ſcriptoris non ſemper eſt aſſecutus. Poſtea longè caſtigatior & auctior Græcè & Latinè prodiit, Auguſtæ Vindelicorum, An. 1603. Confer *Reineſium in Apolog. pag. 34.*

ARETAS, Ἀρέτας, Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, Epitomen Explicationum in Apocalypſin Johannis ex Commentariis *Andreæ, Archiepiſcopi Cæſarienſis*, potiſſimum collegit. *Job Hentenius* hoc opus Latinè tranſtulit.

ARETATES, Cnidius, ſcripſit Μακεδονικὰ; item, de Inſulis. Utrumque librum *Plutarchus in Parallelis minorib. c. 11. & 27.* allegat.

ARETAZES, Ἀρετάζης, ἐν τοῖς Φρυγιακοῖς à *Plutarcho, lib. de Fluminibus* laudatur.

ARETINUS (Ang.) JCtus, Tract. de Maleficiis, A. 1532. edidit.

ARETINUS (Franc.) ſcripſit in poſteriora Analytica, A. 1606. Venet.

ARETINUS (Leonh.) natus eſt, A. 1370: obiit, A. 1443. Fuit Græcè doctus, multaque è Plutarcho Latinè vertit. *Andronici Theſſalonicenſis* de eo judicium fuit: Aretinus adeò feliciter Græca transfert, ut unus ſit verus & fideliſſimus interpres: cæteri potius paraphraſtæ. Græcè etiam de Rep. Florentinorum libellum

lum compoſuit. Scripſit præterea de Bello Punico libros tres. Mortuus (inquit *Jovius in Elog. numero* 9.) furti damnatus eſt, quod Gothicam Hiſt. *Procopii*, ſuppreſſo ejus nomine, publicaſſet, accuſante *Chriſtoph. Perſona*, qui aliud exemplar nactus, Græci autoris titulum ingenuè profitendo, eandem tranſtulit. Aretini elogium occurrit apud *Æn. Silvium, epiſt.* 51. ubi magnum Hetruriæ ſplendorem eum appellat, affirmans, neminem illo poſt Lactantium Ciceroni proximiorem fuiſſe. *Epitaphium* ejus tale legitur: Poſtquam Leonhardus è vita migravit, Hiſtoria luget, Eloquentia muta eſt: ferturque, Muſas tum Græcas, tùm Latinas lacrimas continere non potuiſſe. Ab aliis *Leonhardus Brunus ab Aretio* vocari ſolet. Vid. *Mart. Hanckius, part.* 1. *de Scr. rer. Rom. pag.* 199.

ARETINUS (Pet.) Pornodidaſcalon edidit. Vid. *Ghilinus, vol.* 1. *pag.* 191.

ARETIUS (Benedictus) Bernenſis Theologus, An. 1572. obiit. Scripſit Commentarium in N. Teſt. Problemata ſacra, & Examen Theologicum. Vid. *Thuanus l.* 59. & *Verbeiden in Elog. Theol. pag.* 185.

ARETIUS (Claud. Marius) edidit Hiſpaniæ & Siciliæ Chorographiam.

ARETIUS (Paulus) in Cant. Canticorum, A. 1640. Mediolani, commentatus eſt.

AREUS Didymus. Vid. infrà, DIDYMUS.

AREUS, Ἄρειος, Alexandrinus Philoſophus, Auguſto familiaris fuit, cujus opera ipſe in Philoſophia uſus fuerat. Meminit ejus *Strabo l.* 14. *Suetonius in Aug. c.* 89. *Plutarchus in Apophth. Julianus in Epiſt.* & *Cæſaribus*, *Seneca de Conſol. ad Marciam*, *c.* 4.

AREUS, Laco Poëta, allegatur in Cyeno, ab *Antonio Liberali*, *Narrat.* 12.

AREUS, Rhetor, *Quintiliano in Inſt. Orat.* 3, 1. inter Apollonium Molonem & Cæcilium medius collocatur.

de ARGELLATA (Pet.) Bonon. Medicus, Anno 1391. floruit. Condidit ſex libros de Chirurgia.

ARGELIUS (Cæſ.) Bonon. JCtus, Anno 1598. floruit. Scripſit de legitimo contradictore, fol.

ARGENTARIUS, Orator, de quo *Sen. l.* 4. *Controv.* 26. Quid putatis (ajebat Ceſtius) Argentarium eſſe? Ceſtii ſimius eſt. Solebat & Græcè dicere: ὁ πίθηκός μου. Fuerat enim Argentarius Ceſtii auditor, & etiam imitator. Omnibus inſiſtebat veſtigiis Ceſtii: æquè; ex tempore dicebat, æquè contumelioſè mu'ta interponebat: illud tamen optima fide præſtitit, cum uterque Græcus eſſet, ut nunquam Græcè declamaret: illos ſemper admiraretur, qui non fuerunt contenti unius linguæ eloquentia. Hæc *ille*.

ARGENTERIUS (Joh.) Caſtellonovenſis, Medicus præſtantiſſimus, Auguſtæ Taurinorum, A. 1572. obiit, teſte *Thuano, l.* 54. Scripſit Conſultationes Medicas. Vid. *Ghilinus, vol.* 2. *p.* 119. & *Imperialis in Muſeo, pag.* 86.

de ARGENTINA (Thomas) An. 1357. obiit. Compoſuit Comm. in 4. libros Sententiarum. Vid. *Phil. Labbe, T.* 2. *diſſert. de S. E. pag.* 437. Confer *Olearium in Abaco, pag.* 454.

ARGENTINUS (Raph.) Bononienſ. Anno 1600. inclaruit. Reliquit Tractatum magnum de Anno Jubileo, teſte *Bumaldo*.

ARGENTINUS (Riccard.) ſcr. de præſtigiis & incantationibus dæmonum & necromanticorum, 1569. Baſil. in 8.

de ARGENTIS (Thomas) Bonon. Medicus, Anno 1380. floruit. Edidit praxin omnium morborum.

de ARGENTRE (Bertr.) condidit hiſtoriam Britanniæ Minoris: item, librum de Dominorum aſſertionibus, A 1576.

ARGENTUS (Joh.) Mutinenſis, A. 1629. obiit. Scripſit de ſtatu Jeſuitarum in Polonia & Lithuania, A. 1516. in 4. Vid. *Alegambe, pag.* 211. & *ſeq.*

de ARGILE (Caſp.) A. 1485. floruit. Pauca ſcripſit, ſed ea ſale condita ſunt, & valdè elucubrata, inquit *Bumaldus*.

ARGOLUS (Andr.) à Tagliacozzo, Anno 1613. claruit. Edidit Practicam Medicinalem: item Tract. de diebus Criticis & ægrorum decubitu. In Univerſitate Patavina Mathemata profeſſus eſt. Vid. *Ghilinus, vol.* 2. *pag.* 15. & *Leo Allatius in Apibus Urb. pag* 26.

ARGOLUS (Joh.) Vid. *Leo Allatius libro citato, pag.* 144.

ARGYROPYLUS (Joh.) Byzantius, Anno 1473. claruit. Græcia ejectus, à Coſmo Medice liberaliter ſuſtentatus eſt. Ariſtotelis Naturalia & Moralia (inquit *Jovius in Elog. numero* 27.) generosè tranſtulit, ita applaudente *Gaza*, ut quædam

dam abs ſe pariter tranſlata comburerer, ne amiciſſimi hominis creſcenti famæ officerent. Periit immodico melopeponum eſu, anno ætatis 70. Inops & egenus exceſſit, ditiores amicos, condito teſtamento, hæredes alieni æris relinquens. *Hornius l. 6. hiſt. Philoſ. c. 6. pag. 304.* Primus ex Græcis Romæ Philoſophiam profeſſus fuit Argyropylus, cujus ſectatorem ſe fuiſſe memorat *Ang. Politianus, miſc. c. 1.* eumq; cùm Latinarum literarum non incurioſum, tùm ſapientiæ decretorum, diſciplinarumque adeò cunctarum, quæ Cyclicæ à Martiano dicuntur, eruditiſſimum illis temporibus habitum atq; in diſputando acerrimum.

ARIAS (Alvarus) Hiſpalenſis, An. 1639. claruit. Scripſit Encomia B. Virginis. Vid. *Alegambe, pag. 23.*

ARGYRUS (Iſaac) Græcus, compoſuit Computum Græcorum de ſolennitate Paſchatis celebranda.

ARIAS (Franc.) Hiſpalenſis, An. 1605. obiit. Scripſit Tractatum de Imitatione Chriſti, Tomis tribus. Item, alium de oratione mentali. Vid. *Alegambe, pag. 114.*

ARIBA, de Gratia & lib. arbitrio, Paris. in 4. ſcripſiſſe fertur.

ARIBO, Epiſcopus Friſingenſis, exaravit vitam S. Corbiniani.

ARIMATHÆENSIUS (Ant.) ſcripſit de Invocatione DEI & Filii, Anno 1586. *Draudius*, fictitium nomen eſſe, aſſerit.

ARIMINENSIS (Gregorius) Ordinis S. Auguſtini Prior generalis, An. 1350. claruit. Commentatus eſt in 1. & 2. Sententiarum: item, in Epiſtolas S. Pauli. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 181.*

ARINGHUS (Paulus) edidit Romam ſubterraneam Latinè cum Iconibus, Romæ, A. 1651. fol. adjutus à *Joh. Severano.*

ARION, Ἀρίων, Methymnæus, Lyricus, Olymp. XXXIX. claruit. Apud *Ælianum, in Hiſt. Anim. 12, 45.* hymnus ejus occurrit, quo ſe gratum Neptuno declarat, & ſimul Delphinorum φιλομουσίαν deprædicat. Juxta *Herodotum*, Corinthi primus Dithyrambum & fecit & docuit. Chorum ad Dithyrambos ſaltantium ab Arione primum inſtitutum fuiſſe, *Pindari Scholiaſtes ad Olymp. XIII.* annotat. Confer *Suidam.*

ARIOSTUS (Alex.) A. 1476. floruit. Edidit Minoricâ, Enchiridion ita dictû, quo omnes Conſcientiæ caſus continentur.

ARIOSTUS (Lud.) ſcripſit Satyras: item Comœdias plurimas, inter quas *Suppoſiti* maximè excellunt, inventionis ac ſucceſſus amænitate cum Plautinis facilimè contendentes. Orlandi, fabuloſi Herois, admiranda facinora luculento & forſan æterno opere decantavit. Videatur *Jovius in Elog. numero 84. & Muretus in Var. lect. 18, 8. Epitaphium* ejus tale circumfertur:

Ludoici Arioſti humantur oſſa
Sub hoc marmore: ſeu ſub hac humo: ſeu
Sub quicquid voluit benignus hæres,
Sive herede benignior comes: ſeu
Oportunius incidens Viator.
Nam ſcire haud potuit futura: ſed nec
Tanti erat, vacuum ſibi cadaver
Ut urnam caperet, parare vivens:
Vivens iſta ſibi tamen paravit,
Quæ ſcribi voluit ſuo ſepulcro,
Olim ſi quod haberet is ſepulcrum,
Ne, cum ſpiritus, hoc brevi peracto
Præſcripto ſpacio, miſellus artus,
Quos ægre ante reliquerat, repoſcet,
Hac & hac cinerem hunc & hunc repellens,
Dum noſcat proprium, diu vagetur. Vide ſuprà, AREOSTUS.

ARIPHANES, Ἀριφάνης, *Joſepho l. 1. contra Apionem* memoratur.

ARISTÆNETUS, Ἀρισταίνετος, Byzantius, diſcipulus Chreſti, qui Herodis auditor fuit. Eum inter Rhetores præſtantes *Fl. Philoſtratus in vita Chreſti* reponit: eoque idem cum illo videri poſſet, cujus Epiſtolas primus edidit *Sambucus.* Sed obſtat, quòd veterem & novam Romam nominet, Epiſt. 26. Unde ſequitur, Epiſtolarum illarum autorem vixiſſe, cùm ſedes Imperii à Conſtantino Byzantium tranſlata eſſet. *Caſp. Barthius, Adverſ. 55, 6.* exiſtimat, earum autorem eſſe Flavium Ariſtænetum, Honorii Auguſti in 6. Conſulatu collegam, qui conſulatus in Annum Chr. 404. incidit. Unius ſcriptoris eas eſſe Epiſtolas, *J. G. Voſſius l. 2. Inſt. poët. c. 38.* extra controverſiam ponit. Eas *Joſias Mercerus* eleganter interpretatus eſt, notasque addidit. *Stephanus* in Γέλα, Ariſtænetum quendam ἐν ά τῶν περὶ Φασηλίδα allegat. Confer *Suidam, in* Γέλα.

ARISTÆUS, Ἀρισταῖος, à *Stobæo in Phyſicis*

ſicis, *pag. 45.* ἐν τῇ Ἁρμονίᾳ laudatur.

ARISTAGORAS, Ἀρισταγόρας, condidit Αἰγυπτιακά. A *Stephano* Ethnogrpaho citatur in ψεβῶ & Ἑρμοτυμβιεῖς. Idem *Stephanus* in γυναικόπολις, Πλάτων ὁ ἐν πλάτων νεώτερον facit. Meminit Ariſtagoræ *Ælianus* quoque in *Hiſt. anim. 11, 10.*

ARISTANDER, Ἀρίστανδρος, Athenienſ. de Agricultura ſcripſit, teſte *Varrone 1, 1.*

ARISTANDER, alius, ni fallor, ſcripſit de Oſtentis, quemadmodum ex *Plinii 17, 25.* liquet.

ARISTARCHUS, Ἀρίσταρχος, Alexandrinus Grammaticus, ſub Ptolemæo Philometore circa Olymp. CLIIX. claruit. Judicio adeo caſtigato fuiſſe dicitur, ut verſus Homerici illi tantùm admiſſi fuerint, quos ipſe approbaſſet *Suidas*, Ariſtarchum ultra octingentos libros Commentariorum reliquiſſe, affirmat. Obiit in Cypro, inedia ſeſe ſubducens, cum hydrope laboraſſet. Vid. *Jonſius, de Script. Hiſt. Ph. 7, 11.*

ARISTARCHUS, Chronographus, ſcripſit Epiſtolam de Dionyſio Areopagita.

ARISTARCHUS, Tegeates, Tragicus poëta, Olympiade LXXXI. floruit. Juxta *Suidam*, 70. Tragœdias compoſuit, vitamq; ultra 100. annos produxit.

ARISTEAS, Ἀριστέας, Judæus, ſcripſit de translatione Legis divinæ ex Hebræa lingua in Græcam per LXXII. Interpretes facta. Vid. *Labbe T. 1. Diſſert. pag. 103. Rivetus T. 2. Oper. pag. 898. Varenius, part. 1. Rationarii de Scr. Eccl. pag. 19.*

ARISTEAS, Proconneſius, Olymp. LV. floruit. Condidit Epico carmine Hiſtoriam de Arimaſpis, libris tribus. Verſus ex eo Opere aliquot *Dionyſius Longinus* libro περὶ ὕψους adducit. Vid. *Langbainius ad Longinum, pag. 57. 58.* Confer *Tzetzem, in Chiliad l. 7. pag. 133.* Scripſit etiam ſoluta oratione Theogoniam, teſte *Suida*. A *Strabone, l. 13.* Ariſteas iſte ἀνὴρ γόης, εἴ τις ἄλλος, id eſt, præſtigiis nulli ſecundus dicitur. Præſtigiatorem fuiſſe dicit, quòd anima ejus corpore, quoties vellet, exire diceretur. Junge *Tzetz. in Chil. l 2. numero 50. pag. 33.* Item, *Meurſium in Notis ad Heſych. pag. 120.*

ARISTEAS, Argivus. Vid. *Mallincrot.*

ARISTEAS, Rhodius, Medicus erat, de quo videatur *Meurſius in Rhodo, pag. 91.*

ARISTIDES (Ælius) Ἀριστείδης, Adrianenſis, Rhetor, ſub Antonino Pio & M. Aurelio vixit. Vir in dicendis, quæ præmeditatus erat, planè admirabilis; ſed ad ſubitam dictionem minus idoneus: quod ipſe ut excuſaret, ajebat, non ſe eſſe ex eorum numero, qui vomerent, ſed qui cum curâ dicerent. *Suidæ* Adrianenſis Sophiſta dicitur. Ejus Orationes extant, à *Guil. Cantero* verſæ, An. 1604. *C. Barthius* vocat Atticiſtarum eloquentiſſimum. Vid. *Philoſtratus in Vit. Soph. pag. 557. Glandorpius in Onomaſt. Rom. pag. 15.* Adde *Suidam*.

ARISTIDES, Athenienſis, ſcripſit de Animalibus, arboribus & agricultura. Vid. *Mallincrot. pag. 60.*

ARISTIDES, Mileſius, egit de rebus Italicis. Crebrò a *Plutarcho in Parallelis Minoribus* allegatur. Huic Ariſtidæ *Voſſius* Μιλησιακά, i. e. narrationes laſciviæ plenas quoque tribuit. *Harpocration* in voce δερμηστής librum ſextum Ariſtidæ Mileſiacorum allegat. Vid. *Ovid. 2. Triſt.* ibiq; *Nic. Heinſius, pag. 261.*

ARISTIDES, Samius, *Varroni apud. Agell. 11, 9.* memoratur.

ARISTIPPUS, Ἀρίστιππος, Cyrenæus, Socratis diſcipulus, ſectæ Cyrenaicæ conditor, tempore Artaxerxis Memorioſi claruit. Homo πολυκώτερος fuit, & cuivis loco, tempori, & perſonæ ſeſe accommodare potuit. Voluptatem ante omnia & in omnibus ſectabatur. Scripſit περὶ τρυφῆς, i. e. de luxu. *Laërtius* ei quoque Hiſtoriam Libycam tribuit. Vid. *Suidas*.

ARISTIPPUS, alius à priori, Ἀρκαδικὰ edidit. Ea *Clemens Alex.* & *Scholiaſtes Apollonii, l. 3. pag. 212.* item, *Schol. Theocriti pag. 87.* allegant.

ARISTIUS, Ἀρίστιος, Satyricus poëta, reliquit Cyclopem. Videatur *Suidas* in αἰπόλοις, item in Ἀρίστιος. *Athenæus* ejusdem Κρῆτας, *Pollux* verò Ὀρφέα allegant.

ARISTO, Ἀρίστων, Alexandrinus, Philoſophus Peripateticus, tempore Auguſti claruit. Scripſit, teſte *Strabone l. 17.* de Nilo fluvio.

ARISTO, Chius, ἐν Θέσεσι citatur à *Schol.*

Scholiaſte Apollonii,pag 226.Diogenes Laërtius, l. 6. ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείτου*, et,l.7. de Zenonis dogmatibus* allegat. Theophraſti de Demoſthene judicium ex Ariſtone Chio *Plutarchus in vita Demoſth.* producit: id quod ex Ariſtonis libro πρὸς τὰς ῥήτορας petitum *Jonſius lib. de Scr. H. Ph. 2. cap. 3. pag. 128.* exiſtimat.

ARISTO, Ceus, Peripateticus, juxta *Laertium*, varia conſcripſit.

ARISTO, Pellæus, tempore Hadriani Imp. claruit. Ex eo de Judæorum rebellione, quæ ſub Hadriano facta erat, *Nicephorus Calliſtus in hiſt. Eccleſ. 3, 24.* nonnulla tranſcripſit. Vid. *Valeſius in Euſeb. pag. 61.*

ARISTO (Titus) JCtus, tempore Trajani Imp. vixit. Magna Inter eum & *Plinium Iuniorem* amicitia interceſſit, ceu videre eſt ex *l. 8. epiſt. 54.* Encomium ejusdem ſingulare occurrit, *l. 1. epiſt. 22.* Reliquit libros Reſponſorum. *Joh. Bertrandus, in JCt. l. 2. pag. 295.* eum de furtis quoque librum edidiſſe, exiſtimat.

ARISTOBULUS, Ἀριστόβουλος, Judæus, inſignis Peripateticus, ſub Ptolemæo Philometore floruit. De quo ſic *Euſebius in Chronico*: Ariſtobulus, natione Judæus, Peripateticus Philoſophus, cognoſcitur, qui ad Philometorem Ptolemeum Commentarios explanationum in Moſen ſcripſit. Sic ille. Mentio hujus Ariſtobuli habetur, *2. Maccab. 1, 10. Rabbi Aſarias in libro Meor Enaiim* (ſunt verba *Buxtorfii ad librum Coſri, pag. 33.*) *cap. 9.* ſcribit, hujus Ariſtobuli opus magnum, Græca lingua ſcriptum, extare in illuſtri Bibliotheca Florentina: apud fratres item Benedictinos, Mantuæ; ex quorum uno audiverit, longè præſtantius id eſſe, quàm opera Philonis. Addit: Forte etiam apud alios Exemplaria habentur. Utinam illud poſſem reſcire, aut DEUS cor alicujus tangat, qui iſtud transferat in linguam Latinam vel Italicam, qui honor habitus eſt Joſepho & Philoni! *Conradus Geſnerus* in Biblioth. ſua ſcribit, Ariſtobulum hunc fuiſſe unum e LXXII. Interpretibus: quo fundamento vel autoritate, mihi non conſtat. Hæc *Buxtorfius.*

ARISTOBULUS, Caſſandreus, inter Comites Alexandri M fuit, eoq; defuncto, res, ab eodem geſtas, ſtilo expreſſit. Mentionẽ ejus aliquoties *Plutarchus in vita Alexandri* facit. *Lucianus T. 2. pag. 730. in Macrobiis* ita loquitur: Ariſtobulus Caſſandreus ultra XC. annos vixiſſe fertur, qui Hiſtoriam ſuam, 84. annum agens, orſus eſt conſcribere, id quod ipſe in operis ſui principio teſtatur. Hæc *ille.*

ARISTOCLES, Ἀριστοκλῆς, Curienſis. Vid. *Stephanus, in* Κούριον.

ARISTOCLES, Lampſacenus, Philoſophus Stoicus fuiſſe fertur. Scr. Enarrationem eorum, quæ Chryſippus tradidit de eo, quomodo ſingula dicimus atque cogitamus, teſte *Suida.*

ARISTOCLES, Meſſenius, Peripateticus Philoſophus, inter alia, teſte *Suida*, X. libros de Philoſophia reliquit, quibus Philoſophos omnes eorumque opiniones recenſuit. Sextum ejus operis librum citat memoratus *Suidas, in* Σωτάδης. *Euſebius* quoque *lib. 15.* ſeptimum, & *l. 14.* octavum librum Ariſtoclis citat, & quædam inde affert. Scripſit etiam præcepta Rhetorica, de Serapide, de Moribus libros IX. Vid. *Jonſius l. 4. de Scr. H. Ph. pag. 330.*

ARISTOCLES, Pergamenus, Sophiſta, Trajani & Hadriani temporibus vixit. Compoſ. libros 5. de Rhetorica: itẽ, Epiſtolas & Declamationes. Vid. *Philoſtratus in Vitis Soph. p. 553.* item, *Suidas.*

ARISTOCLES, Rhodius, tempore Auguſti floruit. *Erotianus in Lex. Hippocratico*, ejus ut Grammatici meminit. περὶ Ποιητικῆς ſcripſiſſe, *Ammonius de diff. vocum*, in Ἐπικήδειος aff. Fortaſſis hujus eſt liber περὶ Διαλέκτου, cujus meminit *Etymologici Magni autor in* κῦμα, & *Sch. Oppiani, pag. 26.* Confer *Meurſium in Rhodo, pag. 91.*

ARISTOCRATES, Ἀριστοκράτης, citatur à *Stephano, in* Ἀβαντίς.

ARISTOCRATES, Laco. De ejus ſcriptis vid. *Meurſ. in Miſcell. Lacon. l. 4. c. 17.*

ARISTOCREON, Ἀριστοκρέων, terrarum ſitum deſcripſit. Mentio ejus apud *Plinium.*

ARISTOCRITUS, Ἀριστόκριτος, Commentario ſuo de Mileto innotuit. *Parthenius ex eo* hiſtoriam in *Eroticis, cap. 11.* deſumſit.

ARISTODEMUS, Ἀριστόδημος, Catholici

lici Herodiani compendium confecit, teſte *Suida*.

ARISTODEMUS, Alexandrinus, à *Scholiaſte Pindari in Iſthm. od. 1.* laudatur. Item, ad *Nem. 7.* ubi Ἀριστάρχου μαθητὴς dicitur. Scripſit aliquot libros de Pindaro, quorum tertium citat *Athenæus 11, 13.*

ARISTODEMUS, Car, reliquit Hiſtoriam Picturæ. Vid. *Philoſtratus 1. Iconum.*

ARISTODEMUS, Eleus, *Harpocrationi* in Ἑλλανοδίκαι memoratur.

ARISTODEMUS, Nyſæus, ſenior, ſub Ptolemæo Evergeta II. floruit. Vid. *Parthenius in Eroticis, cap. 8.*

ARISTODEMUS, itidem Nyſæus, Grammaticus, filiorum Pompeii M. præfectus, Romæ Grammaticam docuit. Utriusque *Strabo l. 14.* meminit.

ARISTOGENES, Ἀριστογένης, Cnidius, Medicus, Chryſippi Philoſophi ſervus, Ἰάτρευσεν Ἀντιγόνῳ, τῷ ἐπικληθέντι Γονατᾷ, i.e. in exercenda medicina operam navavit Antigono Gonatæ, teſte *Suida*. Vid. *Plinius in Indice.*

ARISTOGENES, Thaſius, itidem Medicus, in medicina XXIV. libros edidit. Quosdam ex iis *Suidas* enumerat.

ARISTOGITON, Ἀριστογείτων, Athenienſis Orator, ſcripſit Orationes contra Timotheum, Timarchum, Hyperiden, Thraſyllum. *Suidas* ab Athenienſibus tradit interfectum.

ARISTOMENES, Ἀριστομένης, compoſuit Georgica, teſte *Varrone 1, 1.*

ARISTOMENES, Athenienſis Comicus, tempore belli Peloponneſiaci, hoc eſt, circa Olymp. LXXXVII. claruit. *Suidas* ait, ipſum Θυρωπιὸν cognominatum eſſe. Dramata ejus hæc invenio, Βοηθοὺς (*Suidas* in Ψαμμακοσιογάργαρα) Γόητας, Διόνυσον ἀσκητῇ, καὶ Διονύσιον.

ARISTONICUS, Ἀριστόνικος, Alexandrinus, Grammaticus, ſcripſit in Homerum & Heſiodum, teſte *Suida*. *Strabo, lib. 1.* hunc Ariſtonicum ſua ætate claruiſſe perhibet. Scripſit περὶ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Μουσείου, i. e. de Muſeo Alexandrino; è quo ſopater duodecimum Eclogarum ſuarum librum confecit, teſte *Photio, Cod. CLXI.* (De Muſeo Alexandrino præclara obſervat *Jonſius l. 2. Scr. H. Ph. c. 2. p. 219.*) Idem forte eſt, cujus meminit *Suidas* in Ἀρίων, quem de Notis Homericis & Heſiodeis ſcripſiſſe, tradit. Confer *Etymol. Magn.* in ὀπὶ. *Strabo l. 1.* Itinerarium Ariſtonici commendat.

ARISTONICUS, Tarentinus, *Photio in Biblioth. Cod. CXC.* commemoratur.

ARISTONYMUS, Ἀριστώνυμος, de fluminibus *Plutarcho, lib. de flum. in Nilo* allegatur.

ARISTONYMUS, Comicus, vixit ſub Ptolemæo Philadelpho. Meminit ejus *Athenæus, l. 7.* Inter ejus fabulas eſt Sol frigens, inquit *Suidas*. Periit anno ætatis 77. ſtranguriā.

ARISTOPHANES, Ἀριστοφάνης, Athenienſis, Comicus, Olymp. LXXXV. claruit. Socratis Philoſophi æqualis fuit, quem etiam in Comœdiis ſuis ſcurriliter traduxit. Multa Dramata compoſuit, quæ partim extant, partim periere. Quæ periere, ſunt Ἀγήρως, Αἰολοσίκων, Ἀμφιάραος, Ἀνάγυρος, Ἀνάργυρος, Ἀνταγωνισταὶ, Ἀποκοτταβίζοντες, Ἀσκληπιός, Βαβυλώνιοι, Γεωργοὶ, Γῆρας, Γλαῦκος, Γηρόλοργος, Γηρυτάδης, Δαίδαλος, Δήλια, Δίδυμοι, Δαιταλεῖς, Διονάναγος, Δαναΐδες, Διόνυσος, Ἥρωες, Κένταυρος, Κόκαλος, κιθαριστής, Λήμνιαι, Νῆσοι, Νίκαι, Νιόβη, Ὁλκάδες, Ὄβριμος, Περιαγγὴς, Πρόγονοι, Πυθαγόρειοι, Πολύειδος, Πελαργοὶ, Προαγὼν, Σκηναὶ καταλαμβάνουσαι, Σκύθης, Ταγηνισταὶ, Τελμισσεῖς, Τριφάλης, Φιλωνίδης, Φοίνισσαι, Ὧραι. Vid. *Suidas.*

ARISTOPHANES, Byzantius, Grammaticus, Ptolemæi Epiphanis temporibus claruit. Præceptorem Eratoſthenem habuit, inter diſcipulos verò Ariſtarchum, celebrem Grammaticum. Ab *Athenæo l. 13.* refertur inter eos, qui ſcripſerunt de ſcortis Atticis.

ARISTOPHANES, Bœotus, Hiſtoricus, *Plutarcho, libro de Herodoti malignitate* memoratur. Fortaſſis hic eſt ille Ariſtophanes, ὁ Θηβαϊκὰς ὄρους γράψας, apud *Stephanum* in Ἀντικονδυλεῖς: & quem idem *Steph.* in Χαιρώνεια, allegat ἐν τοῖς Βοιωτικοῖς. Vid. & *Suidas*, in ὁμολώιος.

ARISTOPHANES, Camiræus, Comicus. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 91.*

ARISTOPHANES, Malcotes, ſcripſit de Agricultura teſte *Varrone* 1, 1.

ARISTOPHON, Ἀριστοφῶν, poëta Comicus, tempore Alexandri M. claruit Dramata ejus erant Βαβίας, Ἰατρὸς, Καλωνίδης, Πεισ... , Πλάτων, Πυθαγορισής. Ex ultima hac Comœdia fragmenta nobis ſervavit *Athenæus* 6, 9. & 12, 2. nec non *Laërtius*, *l.* 9. *in Pythagora. Plutarchus* etiam Φιλοκτήτην Ariſtophontis memorat.

ARISTOTELES, Ἀριστοτέλης, Stagirita, natus eſt, Anno 1. Olympiadis XCIX patre Nicomacho, quem *Ammonius*, Amyntæ Macedonum R. medicum fuiſſe, aſſerit. Ariſtoteles à Philippo, Macedonum Rege, Alexandro filio præceptor datus eſt. Obiit, Anno 4. Olymp. CXIV. De morte ejus ita *Heſychius Mileſius*: Ariſtoteles Pæanem (extat iſte Pæan apud *Stobæum*) in Hermiam ſocerum ſuum ſcripſit, eaque de cauſa judicum ſententiis condemnatus cicutæ poculum hauſiſſe atque ita mortem obiiſſe memoratur. Quidam in Euripo periiſſe, tradunt. Vid. *Seldenus*, *in libro de Jure Nat.* 1, 1. Stagiritæ mortuo altare cum monumento extruxerunt, locumque Ἀριστοτέλειον vocarunt, diemque feſtum ejus memoriæ ſtatuerunt, idque ſuo adhuc tempore duraviſſe, teſtatur *Joh. Mandevill*, *in Itinerario*, *cap.* 2 qui circa, A. C. 1322. illas regiones viſitavit. Vid *Hornius*, *l.* 3. *Phil. Hiſt. c.* 5. & *Voſſius*, *de ſectis Philoſophorum*, *c.* 17. *Judæi* affirmare non erubeſcunt, Ariſtotelem Salomonis Regis libros exſcripſiſſe, ceu videre eſt apud *Buxtorf. in Not. ad* ספר כוזרי, *pag.* 30. item, factum eſſe גר צדק, i. e. proſelytum juſtitiæ, teſte eodem. Adde *Chriſt. Matthiam*, *Coll.* 1. *AntiPhot diſp.* 2. §. 25. De Scriptis Ariſtotelis legatur *Mich. Piccartus in Iſagoge*, & *Jonſius in hiſt. Phil Script. lib.* 1. *c.* 11. Librum de Mundo, qui vulgo Ariſtoteli tribuitur, *Marcilius in Not. ad Perſium*, Poſidonii eſſe exiſtimat. *Balæus Cent.* 14. *pag.* 220. in Appendice ad Joh. Majorem tradit, Colonienſes Theologos annumeraſſe DIVIS Ariſtotelem, & librum etiam typis evulgaſſe, cui titulum fecerint, de ſalute Ariſtotelis. Alium etiam librum eosdem conſcripſiſſe de vita & morte Ariſtotelis, in cujus calce concludunt, Ariſtotelem ſic fuiſſe Chriſti præcurſorem in naturalibus, quemadmodum fuit Joh. Baptiſta in gratuitis. Quæ certè ſatis durè dicta ſunt. *Averroës in* 3. *de anima*, Ariſtotelem ità commendat: Ariſtoteles eſt regula & exemplar, quod Natura invenit ad demonſtrandam ultimam perfectionem humanam. Item, Ariſtotelis doctrina eſt ſumma Veritas: quoniam ejus intellectus fuit finis humani intellectus. De Ariſtotelis Organo legatur *Caſaubonus ad Perſium*, *pag.* 415.

ARISTOTELES, Chalcidenſis, ſcripſit de Eubœa. Teſtis *Harpocration*, in Ἀργουρᾶ.

ARISTOTELES, Cyrenæus, compoſuit librum de Poetica. Vid. *Joh. Baſſus*, *l.* 1. *de Decret. Hippocr* & *Ariſtotel.*

ARISTOTELES, Grammaticus, *Varroni* laudatur *l.* 9. *de L. L.* §. 2. & de verbòrum ſignificationibus ſcripſiſſe traditur. *Stobæus*, Ariſtotelem de Chriis allegat in Eclogis, *ſerm.* 37. 48. 117.

ARISTOTELES, Medicus, apud *Cælium Aurelian Tard.* 1, 5. memoratur.

ARISTOTELES, Rhodius, ſcripſit de Panathenæis & Bendidæis, teſtante *Proclo L.* 1. *in Timæum Platonis*. Vid. *Meurſ. in Rhodo*, *pag.* 91.

ARISTOTELES de Benedictis, edidit nomina Sanctorum, quæ habentur in Martyrologio Romano. Eſt autem nomen fictum: verum nomen eſt Pet. Ant. Spinellus, Soc. Jeſ. Vid. *Alegambe*.

ARISTOXENUS, Ἀριστόξενος, Cyrenæus, Philoſophus, de quo *Athenæus* 1, 7. & *Suidas*, in Ἀριστοξ.

ARISTOXENUS, Herophileus, Medicus, Alexandri Philalethis Diſcipulus. Ejus librum XIII. citat *Galenus*, *l.* 4. *de Pulſ. diff. c.* 10.

ARISTOXENUS, Selinuntius, poëta fuit antiquior *Epicharmo*.

ARISTOXENUS, Tarentinus, Spinthari filius, Ariſtotelis Stagiritæ diſcipulus, tempore Ptolemæi Lagi, R. claruit. Compoſuit Muſicos, Philoſophicos, Hiſtoricos, & omnigenæ eruditionis libros 453. juxta *Suidam*. Inter plurima, quæ conſcripſit, eminet Βιβλίον περὶ βίων, i. e. de vitis Doctorum. Laudat id opus *S. Hieronymus*, *præfat. de Script. Eccleſ.* ubi Ariſtoxenum vocat virum longè omniũ doctiſ-

doctiſſimum. Vid. *Jonſius*, *p.73.* & *ſeq.* Praxidamantia Ariſtoxeni citat *Hippocration*, in Μουσικῷ. Scripſit etiam de Muſicis & Poëtis. Hinc propter Muſicam peritiam κατ' ἐξοχὴν Muſicus dictus eſt, apud *Quintilianum 1, 16. Agell. 4, 11. Athenæum 12, 12.* Opus ejus περὶ Τραγῳδοποιῶν, i.e. de Tragœdiarum poëtis, pluribus conſtabat libris. Vid. *Ammonius de diff. voc. in dictione* ῥυθμός. Scripſit præterea περὶ Αὐλητῶν, i. e. de tibicinibus, teſte *Athenæo*, *l. 14. c. 8.* Item, περὶ Τραγικῆς ὀρχήσεως, i. e. de Tragica ſaltatione. Vid. *Jonſius*, *pag. 78.* Libros περὶ Ἁρμονικῶν στοιχείων, i. e. de Elementis Harmonicis *Johannes Meurſius* primus in lucem protraxit.

ARISTOXENUS, Pythagoricus, à *Stobæo ſerm. 77.* & *99.* allegatur.

ARISTUS, Ἄριστος, Salaminius, Hiſt. ſcripſit res geſtas Alexandri M. teſte *Arrhiano. Zenobius in Prov. pag. 168.* Ariſtum in Εὐβοϊκοῖς allegat. Vid. *Meurſius in Cypro*, *pag. 162.*

ARITHMÆUS (Valent.) natus eſt, Anno 1560: obiit, A. 1620. Compoſ. Orationes, Epiſtolas, Carmina.

ARLANIBÆUS (Phil.) edidit Expeditionem Suedicam, A. 1632. in 4.

ARLENIUS (Arn.) Peraxylus, A. 1561. obiit. Quantam *Gabr. Faërnus* in Latinis Scriptoribus caſtigandis ſolertiam, tantam Arlenius in Græcis adhibuit. Hujus vel editioni *Joſephi* Græcæ multum poſteritas ſemper debitura eſt, quam ille ex Viri Illuſtr. Didaci Hurtadi Mendozæ, apud Remp. Venetam Oratoris, optimo exemplari publico dedit, adjectis etiam libris contra Apionem, qui nuſpiam alibi reperiuntur. Hæc *Thuanus*, *l. 28.* ſub finem.

ARLENSIS (Pet.) de Scudalupis, ſcripſit de ſympathia 7. metallorum, & 7. ſelectorum lapidum ad Planetas, An. 1610. Paris.

de ARLES (Mart.) Hiſp. JCt. de Superſtitionibus commentatus eſt. Extat *T. XI. Tract. Tract.*

ARLOTTUS, Thuſcus, An. 1290. obiit. Exaravit Sermones.

ARLUNUS (Ben.) reliquit Hiſtoriam Urbis Mediolanenſium.

ARMA (Joh. Franc.) Medicus, edidit Examen 3. ſpecierum Hydropis, Taurini, A. 1566. Item, tract. de venæſectione in Pleuritide, An. 1549.

ARMACHANUS (Rich.) A. C. 1359. obiit. Condidit XIX. libros adv. Armenios: item, librum contra religioſos Mendicantes. Ex hoc Wiclefus multa accepiſſe dicitur. Vid. *Ph. Labbe*, *T. 2. diſſert. de Script. Eccleſ. pag. 290.* Confer *Olearium in Abaco*, *pag. 405.*

ARMANDUS de Bello viſu. Vide, BELLOVISU.

ARMANDUS (Ignat.) Vapincenſis Gallus, An. 1638. obiit. Pugnavit epiſtolis contra Danielem Chamierum. Videatur *Alegambe*, *pag. 215.*

ARMBRUSTERUS (Joh.) Franco, Anno 1603. obiit. Spiræ humaniores literas docuit. Scripſit Olivetum Spirenſe. Vid. *Alegambe*, *pag. 220.*

ARMENIDES, Ἀρμενίδης, Θηβαϊκὰ compoſuit. Ejus *Scholiaſtes Apollonii*, *l. 1.* meminit.

ARMENIO, ſcripſit vitam S. Chryſanthii & Dariæ.

ARMINIUS (Jac.) Veteraquinas, magni nominis Theologus, A. 1609. obiit. Pro Symbolo habuit: Bona Conſcientia, Paradiſus. Opera ejus edita ſunt, in 4to. Ab hoc Arminiani dicti ſunt. Vid. *Meurſius in Ath. Batav. pag. 239.* & *Hornius in Hiſt. Eccleſ. pag. 214.*

de ARMIS (Carol.) Bononienſ. poëta, A. 1500. vixit. Vid. *Bumald. pag. 46.*

ARMIUS (Joh.) Bonon. JCtus, A. 1531. claruit.

de ARNAGE (Jac. Chynæus) ſcr. Scholia & Analyſin in Ariſtot. libros de prima Philoſophia, A. 1607. Vid. CHYNÆUS.

ARNALDUS (M. Ant.) habuit Orationem contra Jeſuitas reos, An. 1594.

ARNAUDUS (Andr.) ſcripſit Jocos, Anno 1605.

ARNAUDUS (Claud.) edidit Epitomen Theſauri ſacrorum rituum, A. 1647.

ARNAYA (Nic.) Hiſp. Anno 1622. obiit. Collationes ſpirituales, Tomis III. complexus eſt. Vid. *Alegambe*, *pag. 348.*

ARND (Joh.) Luneburgenſ. Theologus, natus eſt, A. 1555: obiit, A. 1621. Scripſit Commentarium in Pſalmos, & librum de vero Chriſtianiſmo. Orthodoxiam ejus Jenenſis & Regiomontanæ Univerſitatis Collegia albo approbarunt calculo. Miraculum de libro ejus non combuſto in fornace *Hennig. Witte in*

vitis

viis Theolog. pag. 173. deſcribit, qui ideò legi meretur. Quidam ex Antagoniſtis, cùm Scripta ipſius legerent, ſingularem viri in Aſceticis commovendi ſpiritum & præclariſſima DEI dona non ſatis prædicare potuerunt.

ARNDIUS (Joh.) Danus, Theologus, edidit Lexicon Judaicarum Antiquitatum, An. 1669. Item, Lexicon Antiquitatum Eccleſiaſticarum, An. 1670. His adde librum ſacrorum Miſcellaneorum, An. 1648.

ARNALFELDUS, compoſ. lecturas in librum Sapientiæ. Opus conſtat 2. partibus, & extat Lipſiæ manuſcriptum, teſte *Fellero*.

ARNESIUS (Rob.) de Normanvilla, ſcripſit Tractatum de Juſtitia divina & humana, A. 1560. Paris. in 4.

ARNGRIMUS, Islandus, edidit de Islandia vel Crymogæa libros tres, An. 1630. Videatur *Bartholinus in Danis, pag. 12.*

ARNHEMIUS (Alb.) cognomine Kivet, Anno 1449. obiit. Scripſit Referendarium exemplorum.

ARNIGIUS (Barth.) Anno 1577. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. Theatr. pag. 22.*

ARNINGIUS (Hennig.) edidit Medullam Variarum lectionum, A. 1658. Lipſ.

ARNISÆUS (Henning.) Halberſtadienſis, JCtus, Anno 1623. claruit. Scripſit Notas in Logicam Crellii: item, Tractatum de Jure Connubiorum. Extat etiam ejus Politica. Videatur *Barthius in Adv. 51, 13.*

ARNKIELL (Trogill.) egit in peculiari libro de Epicuri Philoſophia, An. 1674

ARNO, Saliſb. Epiſcopus, tempore Caroli M. vixit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 48.* Confer *T. 2. Ant. lect. Caniſii.*

ARNOBIUS, Afer, Siccæ in Africa, ſub Diocletiano Auguſto, Rhetoricam docuit. Diſcipulum Lactantium habuit. Scripſit 7. libros contra Gentes. Vid. *Rivet. T. 2. Operum, pag. 1098. Caſpar Barthius in Not. ad Claud.* vocat morticinæ Paganorum dæmonologiæ expugnatorem vere fulmineum.

ARNOBIUS, Junior, ſeculo V. floruit. Deſcripſit conflictum Catholici cum Serapione de DEO uno & Trino. Huic etiam Commentarios in Pſalmos *Bellarminus* tribuit, quos perperam alii Arnobio Seniori adſcribunt. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. diſſert. de Scr. Eccl. pag. 106. Voſſ. in Hiſt. Pelag. l. 1. c. 11.*

ARNOLDUS, Bonævallis Abbas, de Operibus ſex dierum commentatus eſt.

ARNOLDUS, Carnotenſis, S. Bernhardi diſcipulus, A. 1170. claruit. Scripſit inſigne Opuſculum de 7. Verbis Chriſti noviſſimis, in cruce prolatis. *Henricus de Gandav. in Catal. ſcr. Eccleſ.* eum Emaldum, Abbatem Bonævallis, appellat. Vid. *Ph. Labbe, l. c. p. 107. Carol. Viſch. in Ciſter. Bibl. pag. 25. Olearius in Abaco, pag. 149.*

ARNOLDUS, Lubecenſis Abbas, tempore Ottonis IV. Imp. claruit. Chronicon *Helmoldi* ſupplemento auxit.

ARNOLDUS, Saxo, vitam S. Godeharti calamo expreſſit.

ARNOLDUS de Villa nova. Vid. infrà, VILLANOVANUS.

ARNOLDUS (Chriſt.) natus eſt, Anno 1627. In juventute peregrinationibus operam dedit, & hac ratione multorum præſtantiſſimorum virorum amicitiam ſibi comparavit. Angliam imprimis & Belgium perluſtravit. Nunc Theologi & Profeſſoris munere Norimbergæ fungitur. Edidit Notas in Diras Catonis, An. 1652. Collegit etiam Epiſtolas doctorum virorum de Teſtimonio Flav. Joſephi, in quo agitur de Domino noſtro JESU CHRISTO. Habuit quoq; laudationem funebrem in Obitum B. Dilherri. Singularis ejus eruditio plura nos ſperare jubet.

ARNOLDUS (Laur.) JCtus, edidit Jurisprudentiam Ethicam: Phocylideorum carminum expoſitionem: Tract. de Torturis, &c. An. 1615.

ARNOLDUS (Nic.) Theol. Reformatus, ſcripſit contra Catecheſin Racovianam, An. 1654. in 4: item, Lucem in tenebris, An. 1665. in 8.

ARNOLPHUS, Comes, ſeculo XI. vixit. Librum reliquit de miraculis S. Emerani Vid *T 2. Ant. lect. Caniſii.*

de ARNONO (Joh.) JCtus, ſcripſit Singularia: item, Tract. de Cautelis, A. 1582. fol.

ARNOUX (Joh.) Riomenſis, Arvenus, A. 1636. obiit. Expeditionem Ludovici XIII. in Bearniam: librum de Juſtificatione, &c. compoſuit. Vid. *Alegambe, pag. 221.*

ARNU (Nic.) edidit Clypeum Philoſophiæ

phiæ Thomiſticæ quinq; Tomis, Biter ris, A. 1672.

ARNULFUS, Lexovienſis, An. 1182. obiit. Exaravit Epiſtolas & Conciones Vid. *Olearius in Abaco*, *pag.* 50.

ARNULPHUS (Joh.) An. 1620. edidit XIII. modos Veterum exponendi Pentateuchum.

AROMATARIUS (Joſephus) Aſſaſinas, Medicus, ſcripſit de rabie contagioſa, Anno 1625. Vid. *Imperialis in Muſeo, pag.* 206.

ARQUERIUS (Joh.) edidit Dictionarium Theologicum, Baſil. An. 1567. fol.

de ARRAGON (Pet.) Vid. ſuprà, ARAGON.

ARREBOE (And. Chr.) Danus, reliquit Hexaemeron, A. 1661. in 4.

de ARRETIO (Bonaguida) JCt. ſcripſit de Diſpenſationib. Extat *T.* 14. *Tr. Tract.*

ARRHIANUS, Ἀῤῥιανὸς, Nicomedienſis, *Epicteti* Philoſophi diſcipulus, ſub Hadriano Aug. floruit. Ob ſermonis ſuavitatem alter Xenophon dictus eſt, teſte *Photio*. Compoſ. 7. libros Ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου: Periplum Ponti Euxini, & Ponti Erythræi: item, 4. libros de diſſertationibus Epicteti, qui doctorum virorum manibus teruntur. Præter iſta, Alanica, Bithynic ac Parthica ſcripſiſſe dicitur. *Lucianus T.* 1. *pag.* 524. *ait*, ipſum quoque Tillibori, latronis, vitam deſcripſiſſe. Videantur *Jonſius l.* 3. *c.* 7. & *Wbear in Relectionibus, pag.* 94.

ARRHIANUS, Junior, Græcus hiſtoricus, tempore Maximini Thracis Imp. floruit. *Capitolinus* ejus in *Maximino* & *tribus Gordianis* meminit.

ARRHIANUS, Athenienſis, librum de Venatione & cura canum compoſuit. Eum *Lucas Holſteinius, Hamburgenſis*, Anno 1644. Pariſiis in 4. edi curavit. *Mauſacus ad Plut.* ait, hunc Arrhianum etiam Xenophontem dictum eſſe. Confer *Colomeſ. in Gall. Orient. pag.* 207.

ARRHIANUS, poëta, diverſus ab Hiſtorico, ſcripſit XXIV. libros de geſtis Alexandri Epico carmine. Item, verſus in Attalum Pergamenum. Adhæc Georgica *Virgilii* Græcis verſibus expreſſit. Vid. *Suidas*.

ARRHIANUS, JCtus, de Interdictis commentatus eſt. Vid. *Bertrandus in Vitis Juris Conſultorum Vett. pag.* 301. & *ſeq.*

ARRIAGA (Paulus Joſephus) Vergarenſis, Hiſp. Anno 1622. obiit. Septem partes Rhetoris Chriſtiani compoſuit. Vid. *Alegambe, pag.* 365. & *ſeq.*

de ARRIAGA (Rodericus) Lucronenſis, Hiſpanus, natus eſt, An. 1592: obiit, An. 1667. Scripſit Curſum Philoſophicum: item, Diſpp. Theologicas in Thomam, VI. voluminibus. Vid. *Volckman. in Elog. Pragenſ. pag.* 133.

ARRHOWSMITH (Conr.) Anglus, edidit Tactica ſacra, libris quatuor, Cantab. An. 1657.

ARRIBA, ſcripſit Theologiam Speculativam, in 4.

ARRIGONIUS (Franc.) Bergomas, natus eſt, An. 1610: obiit, An. 1643. Edidit Grimani Cœli præcipua ſidera.

de ARRUBAL (Pet.) Hiſp. An. 1608. obiit. Scripſit de DEO, Angelis, & Auxiliis divinæ Gratiæ. Vid. *Alegambe, pag.* 372.

ARSENIUS, Ἀρσένιος, Monembaſiæ Epiſc. A. 1534. claruit. Collegit Græcorum Apophthegmata. Edidit etiam Scholia in Euripidem.

ARSENIUS (Corn.) JCtus, á Merula in Ennium, *pag.* 520. commendatur.

ARSENDUS (Reinerius) Foroliv. JCtus, An. 1358. obiit. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, l.* 2. *c.* 62.

ARSILLUS (Franc.) Medicus & Poëta, ſcripſit, teſte *Jovio in Elog. num.* 103. Proloquia Hippocratis: & libellum de Poëtis Urbanis, quem Jovio dedicavit.

ARSTENIUS (Joh. Henr.) Plutarchum de Educat. puerorum, Anno 1671. notis illuſtravit.

ARTAL (Joh.) Trempenſis, Hiſp. in in Apocalypſin commentatus eſt.

ARTAMENES, Ἀρταμένης, Rhetor. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag.* 91.

ARTAPANUS, Ἀρτάπανος, compoſuit librum de Judæis. Allegatur à *Clem. Alex. l.* 1. *Strom.*

ARTEMIDORUS, Ἀρτεμίδωρος, cognomine Ariſtophaneus, tempore Ptolemæi Philometoris claruit. Scripſit Γλώσσας ὀψαρτυτικάς, i e. dictiones, quæ ad rem Culinariam ſpectant. Vid *Suid.*

ARTEMIDORUS, Aſcalonita, teſte *Stephano*, περὶ Βιθυνίας, i. e. de Bithynia, librum contexuit.

ARTEMIDORUS Capito, Medicus tempore Adriani Imp. claruit.

ARTEMIDORUS, Daldianus, tempore Antonini Pii Imp. vixit. Habemus ejus Ὀνειροκριτικὰ, opus vaniſſimum (inquit *Voſſius*) ſed eruditum, ut multa bona Philologi inde haurire poſſint. Id *Rigaltius* edidit Græcè & Latinè. Librum etiam condidit de Auguriis & manuum inſpectione. Teſtis *Suidas*.

ARTEMIDORUS, Epheſius, vixit Olymp. CLXIX. Scripſit Periplum, libris XI. item, Ἰωνικὰ ὑπομνήματα. Teſtes *Marcianus Heracleota & Athenæus*.

ARTEMIDORUS, Parianus, allegatur à *Seneca, l. 1. Nat. quæſt. cap. 4.*

ARTEMON, Ἀρτέμων, Caſſandrenſis, ſcripſit περὶ Συναγωγῆς βιβλίων, i. e. de librorum Collectione, ceu patet ex *Athenæo, l. 12, c. 2.* Item, de Uſu librorum, teſte *eodem, l. 15. c. 14.* Vid. *Jonſius, l. 4. pag. 330.*

ARTEMON, Clazomenius, ſcripſit de Homero, uti refert *Suidas*, in Ἀρκτῖνος. *Servius ad lib. 9. Æneid.* Artemonem Clazomenium arietis & teſtudinis inventorem facit. Vid. *Jonſius, l. 4. pag. 331. Ælianus in Hiſt. animal. pag. 735.* Artemonem ἐν τοῖς ὅροις τῶν Κλαζομενίων allegat.

ARTEMON, Magneſius, librum compoſ. de Hiſtoriis illuſtrium fœminarum, è quo *Sopater Apameenſis* librum ſecundum ſuarum Eclogarum confecit, teſte *Photio, Cod. CLXI.*

ARTEMON, Mileſius, reliquit Ὀνειροκριτικά. Meminit ejus *Suidas, Fulgentius l. 1. Mythol. & Tertullianus, lib. de anima, cap. 46.*

ARTEMON, Medicus, memoratur *Plinio l. 28. c. 1.*

ARTEMON, Pergamenus, commentatus eſt in Pindarum, ceu colligere licet ex *Schol. Pindari.* Vid. *Jonſius, l. 4. pag. 331.*

ARTEMON quidam de Pictoribus librum compoſuit. Vid. *Harpocration.*

ARTHUSIUS (Gothofr.) de rebus, in regno Anti-Chriſti memorabilibus, aliquot libris commentatus eſt, A. 1609.

de ARTIZON (Jacobus) JCtus. Vid. ſuprà, ARDICIONI.

ARTOCOPHINUS (Joh.) edidit Analyſin & Syntheſin Phyſico-Medicam, Anno 1621. Hanoviæ, in 4.

ARTOMEDES (Sebaſt.) Francus, Anno 1602. obiit. Reliquit Carmina. Vid. *T. 1. Delit. Germ. pag. 395.* Carmina ejus prodierunt Norimbergæ, An. 1593.

ARTOPOEUS (Pet.) ſeu Becker, Pomeranus, trium linguarum peritus, A. 1593. obiit. Compoſ. Commentarium in Apocalypſin: protomartyrium Abelis: & alia. Vid. *Micrælius, pag. 352.*

ARTOPOEUS (Joh. Chr.) ſcripſit de vera ætate Antichriſti, An. 1665.

ARTORIUS Muſa, Medicus, ſub Octaviano Auguſto floruit. Quidam ei librum de Betonica: item, Tract. de tuenda valetudine tribuunt. Cùm ancipiti morbo Auguſtum liberaſſet, ſtatuam juxta Æſculapium promeruit, teſte *Tranquillo.* Ἀρτώριον ἐν τῷ περὶ Μακροβιοτίας, i. e. de longævitate citat *Clem. Alex. 2. Pæd. c. 2.* Alii vocant Antonium. Vid. *Glandorp. in O. R. pag. 119.*

ARTUASDES, Rex Armeniæ, ſcripſit Orationes, Tragœdias, & Hiſtorias. Vid. *Plutarchus & Appianus.*

ARTURUS (Galfr.) exaravit XII. libros de geſtis Regum Britanniæ.

ARTUSIUS (Gothof.) Mercurium Gallobelgicum: item, hiſtoriam Indiæ Orientalis compoſuit. Vide ſuprà, ARTHUSIUS.

ARTUSINUS (Pinus) Bonon. JCtus, Anno 1300. floruit. Edidit Quæſtiones legales.

ARUMÆUS (Dominicus) Friſius, JCtus, An. 1645. obiit. Scripſit de Jure Publico. Videatur *Sweertius*, & *Hadrianus Bejerus in Jenenſ. pag. 584.*

de ARUNDINE (Joh.) vel Arundinenſis, Anno 1490. claruit. In librum Sapientiæ commentatus eſt.

ARUNTIUS, ſub Auguſto vixit, & de Bello Punico Hiſtoriam ſtilo Saluſtiano conſcripſit, non ſine κακοζηλίας; qua de re *Seneca, Epiſt. 114.*

ARUNTIUS Stella, Patavinus, carmine victoriam Domitiani Imp. de Sarmatis: item, columbam ſuæ Janthidos ſive Violantillæ deſcripſit. Aruntii Stellæ & Violantillæ nuptias *Statius Papinius* celebravit.

ARUSIANUS Meſſius, elocutionum libellum è Virgilio excerpſit. Teſtis *Servius.*

ARZE (Joh.) de Otalora, JCtus, ſcripſit de Nobilitate Hiſpan. Extat *T. 16. Tract. tract.*

ASCANIUS, Ἀσκάνιος, Abderita, *Laërtio, l. 9. in Pyrrhone* memoratur.

ARZET (Andr.) Conſtantienſis, edidit Anno

An. 1634. Clavem mathematicam, qua ad recondita totius Matheſeos penetralia primus aperitur aditus. Videatur *Alegambe*, *pag. 25.*

de ASCANIO (M. Ant. Palumbus) Neapolitanus, A. 1630. vixit. Compoſuit 2. Tomos in 1. partem Thomæ Aquinatis. Vid. *Alegambe*, *pag. 322.*

ASCENSIUS Badius. Videatur infrà, BADIUS.

ASCHENDORF (Guil.) Jeſ. Weſtphalus, A. 1633. obiit. Defenſionem trium cauſarum, quas pro ſua converſione Statuarius quidam Oſnabrugenſis adduxerat, nomine Romani Altglaub Philochriſtiani edidit; docente *Alegambe*, *pag. 167.*

ASCHAMUS (Roger.) Eboracenſis, natus eſt, An. 1515: obiit, An. 1568. Eliſabetæ Reginæ à Latinis epiſtolis fuit. *Edw. Granta* ipſius Epiſtolas, elegantiſſimè ſcriptas, in publicum protulit. Vid. *Thuanus*, *l. 43.*

ASCHE (Rabbi) A.C. 367. Talmud Babylonicum colligere cœpit, in quo per LX. annos laboravit. Ei tandem *R. Avina*, An. C. 500. colophonem impoſuit. Vid. *Ganz*, *pag. 117. & ſeq.*

ASCHER (Rabbi) Germanus, Quæſtiones & Reſponſiones, quæ vocantur Theſchuvot Ras, in Thalmud compoſuit. Obiit, A. M. 5088. Vid. *Ganz, in Zemach*, *pag. 144.*

ASCIANUS (Dorotheus) edidit Tract. de Montibus pietatis Romanenſium, An. 1670. in 4.

ASCLEPIADES, Ἀσκληπιάδης, Ægyptius, ſtruxit Hymnos in Deos Ægyptios, teſte *Suida*, in Ἡραΐσκος. Unde *Tzetzes in Lycophr. pag. 2. & 96.* eum ὑμνογράφον appellat. Addit *Suidas*, eum ſcripſiſſe Commentarium de omnium religionum conſenſu: item, Hiſtoriam Ægyptiacam de rebus Ogygiis, qua profitebatur ſe complecti non minus quam tres annorum myriades.

ASCLEPIADES, Alexandrinus, ſcripſit de Prætoribus Athenienſium, ut autor eſt *Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nubes.* Vid. tamen *Jonſius 2, 17. de Script. Hiſt. Phil. pag. 207.*

ASCLEPIADES, Anazarbenſis, περὶ Ποταμῶν, i. e. de fluviis, teſte *Stephano in* Ἀνάζαρβα, commentatus eſt.

ASCLEPIADES, Arei filius, Commentarium reliquit de Demetrio Phalereo. Videatur *Athenæus*, *l. 13. c. 3.* item, *Jonſius 3, 1. pag. 215.*

ASCLEPIADES, Cyprius, laudatur à *Porphyrio*, *l. 4.* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, *pag. 164.* Scripſit περὶ Κύπρου καὶ Φοινίκης. Vid. *Meurſius in Cypro*, *pag. 162.*

ASCLEPIADES, Mendeſius, compoſ. Θεολογούμενα, ex quibus quædam adducit *Suetonius in Aug. cap. 94.*

ASCLEPIADES, Myrleanus, vixit tempore Ptolemæi Epiphanis, quemadmodum *Voſſius de Hiſt. Græcis*, 1, 18. oſtendit. Scripſit Βιθυνιακὰ, unde *Parthenius*, *cap. 35.* quædam hauſit: item, ὑπόμνημα τῆς Ὀδυσσείας. *Suidas in* Ὀρφεὺς, librum ejus περὶ Γραμματικῶν allegat. Confer *Etymol. Magnū, in* Ἀγραῖος. Juxta *Strabonem*, *l. 3.* in Turditania Grammaticam docuit. Vid. *Jonſius 2, 17.*

ASCLEPIADES, Bithynus Myrleanus, Medicus vel Philophyſicus Pruſienſis, tempore Mithridatis R. floruit, teſte *Plinio 7, 37.* Fuit Rhetor, ſed à Rhetorica poſt ad Medicinam tranſiit, quemadmodum *Plinius 26, 3.* memorat. Hinc eloquens Medicus dicitur *Ciceroni*, *l. 1. de Orat.* Ab hoc Aſclepiadeorum ſecta orta eſt. Senex ſcalarum lapſu periit, teſte iterum *Plinio.*

ASCLEPIADES, Nicænus, Diotimi filius, ſcripſit φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικὰ, tradente *Suida.* In illo opere Librariorum errores, in Philoſophorum ſcriptis occurrentes, indicavit & correxit. Vid. *Jonſius 2, 10.*

ASCLEPIADES, Pharmacion, memorabiles Pharmacorum tàm internorum, quàm externorum compoſitiones multis libris tradidit, easque Marcellas inſcripſit, teſte *Galeno.* Vid. *Reineſius in Epiſt. ad Chr. Rupertum*, *pag. 395.*

ASCLEPIADES, Phliaſius, Philoſophus Eretricus, Platonis diſcipulus, *Plutarcho lib. de diſcrim. Amici & Adulat. Athenæo 4. Laërtio 2. Heſychio Mileſio*, &c. memoratur.

ASCLEPIADES Tragilenſis (vid. *Stephanus*, in Τράγιλος) Iſocratis diſcipulus fuit, teſte *Plutarcho*, *lib. de X. Rhet. & Photio, Cod. CLIX.* Reliquit ſex libros Τραγῳδουμένων, i. e. earum rerū, quæ Tra-

gœdiis

gœdiis decantantur. Vid. *Heſychius*, in ῥησιαρχ@, ut & *Schol. Apollonii*, & *Pindari*.

ASCLEPIODORUS, Ἀσκληπιόδωρος, Poſidonii auditor, *Senecæ* laudatur, *T. 2. Nat. quæſt c. 26.* Eundem intelligit, *l. 5. c. 15.*

ASCLEPIODOTUS, Ἀσκληπιόδοτος, ſub Diocletiano Imp. floruit. Meminit ejus *Flavius Vopiſcus in Aureliano*.

ASCLEPIUS (Nic.) Barbatus. Videatur BARBATUS.

ASCONIUS Pedianus, Hiſt. Veſpaſiani ætate vixit, teſte *S. Hieronymo in Chronico*; qui addit, eum anno ætatis 73. luminibus captum, 12. pòſt annis in ſummo honore conſenuiſſe. *Voſſius* Pedianum, non Pædianum, ſcribendum affirmat. Idem *Voſſius* ab hoc diverſum eſſe ſtatuit alterum ASCONIUM, qui Annotationes in Cic. Orationes compoſuit, eumq; Auguſti ævo vixiſſe, *l. 1. de Hiſt. Lat. c. 209.* oſtendit. Vid. *Popma in Varron. pag. 672.*

ASELLIO. Vide infrà, SEMPRONIUS.

ASELLIUS (Caſp.) Cremonenſis, Medicus, ſcripſit de Venis lacteis, An. 1628.

ASIANUS (Caſp.) edidit Hiſtoriam Italicam Mantuani ſanguinis, An. 1609.

ASILUS (Pet.) compoſuit librum de Tyrannide Rom. Pontif. An. 1594.

ASINIUS Gallus, nobilis Orator, C. Aſinii Pollionis filius, Anno U. C. 746. claruit. Scripſit libros de comparatione patris ſui & Ciceronis, cui patrem prætulit, teſte *Plinio, l. 7. in epiſtola ad Pontiū*. Iis reſpondiſſe Claudium Cæſarem, ex *Suetonio* cognoſcimus. Aſinius 19. Tiberii Anno ob nimiam παῤῥησίαν in vincula conjectus & tandem jugulatus eſt, quemadmodum *Tacitus* docet.

ASINIUS Pollio, tempore Julii Cæſ. Imperatoris vixit. *Suidas* obſervat, eum primum Latinorum eſſe, qui geſta Græcorum Latinè ſcripſerit. Hiſtoriarum ipſius *Valerius M. 8, 13.* meminit. Scripſit inter alia etiam Tragœdias Latinas, carmine Jambico trimetro. Unde *Horat. 2, 10.* Satir. *Pollio regum Facta canit pede ter percuſſo.* Cùm Auguſtus in eum Feſcenninos ſcripſiſſet, ei reſpondere noluit, difficile affirmans eſſe, in eum ſcribere, qui poſſit proſcribere. Juxta *S. Hieronymum in Chronico*, octogenarius in villa Tuſculana obiit. *Val. Maximus* numeroſę vivacitatis non parvum exemplum vocat. De Pollione multa *Seneca babet, l. 4. Controverſ. circa initium.* Adde *Glandorpium in O. R. p. 123.*

ASINIUS Quadratus, de rebus Parthicis, Romanis & Germanicis Græcè ſcripſit. Parthica ipſius *Stephanus* Ἐθνογράφος crebro allegat. Germanicorum *Agathias l. 1. Hiſt.* meminit. Librum 14. Ῥωμαϊκῆς χιλιαρχίας citat *Stephanus*, in ἐζύδιοι.

ASINIUS (Joh. Bapt.) JCtus, Proceſſum Judiciarium, An. 1580: item, Practicam auream compoſuit.

de ASISIO (Joh. Lud.) JCt. edidit Deciſiones cauſarum Peruſinarum & Umbriæ, An. 1573. fol.

ASIUS, Ἄσιος, Samius, vetus Poëta, Genealogias confecit. Mentio ejus crebra apud *Pauſaniam*. *Didymus in Scholiis ad Odyſſ.* ipſum de Metabi & Melanippes fabula carmen reliquiſſe, annotat. Addantur *Apollonius, de Orig. Deor. l. 3.* & *Strabo, l. 6.*

ASLACUS (Conr.) Norwegus, Theologus Hafnienſ. natus eſt, An. 1564: obiit, An. 1624. teſte *Vindingio*, *pag. 199.* Edidit Phyſicam & Ethicam Moſaicam: tractatum de Perſona Chriſti: tres libros de natura triplicis cœli: Grammaticam Hebræam: Statum religionis in Dania, cum 100. annorum Chronologia, &c. Vid. *Bartbolinus in Danis*, *pag. 34.*

ASOTUS (Pet.) Manuale Clericorum, Colon. An. 1593. exaravit.

ASPASIUS, Ἀσπάσιος, Philoſophus Peripateticus, judice *Conringio in Epiſtola ad Rachelium*, circa initium ſeculi Chriſtiani ſecundi floruit. Scripſit Comment. in Categorias, quem *Galenus, lib. de libris propriis, cap. 11.* ſibi lectum memorat. Commentarium ejusdem in librum περὶ Ἑρμηνείας *Boëthius*, *pag. 283.* allegat. In libros 8. Phyſicorum *Simplicius*, & in libr. Metaphyſicorum *Alexander Aphrodiſ.* commentatum eſſe affirmant. *Plotinus* tanti feciſſe fertur iſtos Comment. ut cum aliorum Peripateticorum libris eos in ſchola ſua legi curaverit, quemadmodum *Porphyrius in biſt. vitæ Plotini* refert.

ASPASIUS, Byblius, Sophiſta, Encomium Adriani Imp. compoſuit. Vid. *Suidas*. Scripſit & de Byblo: item, de Statibus figuratis.

ASPASIUS, Demetriani filius, Ravennas, Sophiſta, artem Rhetoricam Romæ docuit tempore Alexandri Mammææ.

Scripſit Orationes adv. maledicos: item, ad Ariſtonem. Vid. *Philoſtratus in vitis Sophiſt. pag. 571. & Suidas.*

ASPASIUS, Tyrius, Sophiſta, compoſuit Hiſtoriam de rebus Epiroticis, XX. libris comprehenſam, teſte *Suida*. Item, librum de arte Rhetorica.

ASPRIANUS (Fulv.) Carini Imp. vitam ita ſtilo expreſſit, ut nec minutiſſima præteriret. Teſtis *Vopiſcus, in Carino.*

ASSALDUS, JCtus, edidit Singularia.

ASSARACUS (Andr.) carmine Elegiaco res geſtas Franc. Sfortiæ, Anno 1516. expolivit.

ASSARINUS (Lucas) ſcripſit librum de motibus Catalonicis.

ASSERIUS (Joh.) Meneveníis, An. Chr. 909. obiit. Exaravit vitam Ælfredi, regis Anglorum. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 237.*

de ASSIGNIES (Joh.) Hannonius, Anno 1640. claruit. Edidit Antidotum ſalutare, contra peſtiferos morbos linguæ malæ, Anno 1633. Item, 2. Tomos de Vitis Perſonarum ſanctitate illuſtrium utriusque ſexus ordinis Ciſtercienſis.

ab ASSISIO (Lud Joſeph.) JCtus. Vid. ſupra, ASISIO.

ASSIUS, JCtus, Tractatum de Fictionibus conſcripſit.

ASSONLEVILLIUS (Guilh.) Atrebas, JCtus, An. 1597. obiit. Reliquit Atheomaſtigem adverſus religionis hoſtes univerſos, inprimis Politicos, teſte *Sweertio, pag. 299.*

ASSUM (J. C.) JCtus, edidit Telum neceſſitatis, paupertatis & impoſſibilitatis, An. 1640.

ASSUMPTER (Joh. Lud.) Paſſerem ſolitarium, A. 1654. publicavit.

ASTARIUS (Blaſ.) Papienſis, Medicus, librum de Febribus edi curavit.

ASTERIUS, Ἀστέριος, Amaſenus, vixit A. C. 400. circiter. Reliquit Homilias: item, vitam Phocæ Martyris. Videatur *Ph. Labbe, T. 1. Diſſert. de S. E. pag. 110. Olearius in Abaco, pag. 51.*

ASTERIUS, Scythopolitanus, ſectator Arianæ factionis, Anno Chr. 380. vixit. Compoſ. eruditiſſimos in Pſ. Commentarios: item, in Evangeliſtas & S. Pauli Epiſtolas.

ASTERIUS (Juſtus) edidit Examen Comitiorum Ratisbonenſ. An. 1637. Item, deplorationem Pacis Germ. An. 1636. Paris.

ASTESANUS ab Aſt, Anno 1317. floruit. Summam de caſibus Conſcientiæ, dictam *Aſteſanam*, vel, ſummam Aſtenſem, libris 8. confecit. Vulgò *Caſiſta* vocari ſolet.

ASTRAMPSYCHUS, Ἀστράμψυχος, ſcripſit βιβλίον ἰατρικὸν εἰς ὄνων θεραπείαν: item, Ὀνειροκριτικὸν, memorante *Suida*. Ὀνειροκριτικὸν *Joh. Meurſius*, An. 1630. unà cum Roma luxuriante edidit.

ASTROJUS, conſtruxit Armamentarium Auguſtinianum, adv. Hæreticos, in 8.

ASTUDILLUS (Didacus) Hiſpanus, Ord. Prædic. A. 1525. floruit. Dictavit in libros Ariſtotelis de Phyſica auſcult. & in duos ejusdem libros de Ortu & Interitu.

ASTYAGES, Ἀστυάγης, Grammaticus, ſcripſit de Dialectis & Metris, nec non Commentarium in Callimachum. Teſtis *Suidas*.

ASTYANAX (Mæonius) tempore Gallieni Imp. vixit, & quædam de Macriano & filiis edidit, teſte *Trebellio Pollione*.

ASTYDAMAS, Ἀστυδάμας, Athenienſis, Olymp. XCV. claruit. Iſocratis auditor fuit: poſt ab eloquentiæ ſtudio ad ſcribendas Tragœdias ſeſe contulit. Juxta *Suidam*, 240. Dramata compoſuit, 15. victor evaſit. Fuit & alius ASTYDAMAS, ſuperioris filius, qui Olymp. CII. claruit. Docuit Fabulas. Ex iis ſequentes citant *Suidas & alii*, Βελλεροφόντην, Ἐπιγόνους, Ἑρμῆν, Ἀλκμαίωνα, Ἡρακλῆν, Αἴαντα, Παλαμήδην, Τυρώ, Φοίνικα.

ASTYNOMUS, Ἀστύνομος, de Cypro nonnulla compoſuit, quemadmodum ex *Stephano* in voce Κύπρος patet.

ASULANUS (Andr.) Biblia Græca LXX. Interp. Venet. A. 1518. fol. edi curavit.

ATANAGUS (Dionyſ.) ſcripſit Elogia in Gabr. Fallopium: judicia ſuper literas XIII. Virorum illuſtrium. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 44.*

ATAVANTIUS (Paulus) Florentinus, Anno 1499. obiit. In Prophetas Minores commentatus eſt.

ATERIANUS (Jul.) Hiſtor. Latinus. Ex eo *Trebellius Pollio* quædam in *Victorino* allegat.

ATESTINUS (Hier.) Anno 1530. obiit. Reliquit

Reliquit [illegible]ſtoriam de Origine Urbis Patavinæ. Vid. *Scardeonius*.

ATHANADAS, 'Αθηνάδας, in Hiſtoria Ambraciotarum ab *Antonino Liberali*, *narratione 4* allegatur.

S. ATHANASIUS, 'Αθανάσιος, Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſub Conſtantino ejusque filiis floruit: tandem ſub Valente Imp. teſte *Hieronymo*, ad Dominum migravit. Ab Arianis multa adverſa ſuſtinuit: bis in exilium miſſus eſt. Scripta ejus multa & varia 4. Tomis comprehenduntur; de quibus *Bellarminus, pag. 48 Olearius in Abaco, pag. 53.* legi poterunt. Vitam Athanaſii *Gregorius Theologus* exaravit. Symbolum, quod Athanaſio vulgò tribuitur, alii *Anaſtaſio*, quidam *Euſebio Vercellenſi* adſcribunt; qua de re *Gerh. Joh. Voſſius, in diſſert. de tribus Symbolis, pag. 53, 54.* legi meretur. Photiniani Athanaſio adeo infeſti ſunt, ut eum *Sathanaſium* vocare non vereantur.

ATHANASIUS, Byzantinus Rhetor, prodiit Græcè & Latinè, Pariſiis, Anno 1642.

ATHANIS, "Αθηνις, res Siculas memoriæ prodidit. *Athenæus* eum, *l. 3.* allegat. Vid. *Berkelius ad fragm. Steph. pag. 7.*

ATHELARDUS, ſub Henrico I. Angliæ Rege, claruit. Primus ex Arabico Euclidis elementa Latinè reddidit. Vid. *Seldenus ad Perioch. Eutychii, pag. 156.*

ATHENÆUS, 'Αθήναιος, Naucratita, ætate Pertinacis atque Severi Impp. vixit. Præter XV. libros Δειπνοσοφιστῶν, etiam librum de Regibus Syriæ compoſuit, ceu ipſe *l. 5.* teſtatur. Ab hoc diverſus eſt ATHENÆUS, cujus liber περὶ μηχανημάτων, i. e. de machinis bellicis hodieque ſupereſt. Voſſius, *lib. de Scient. Mathem. pag. 290.* eum Archimedi Syracuſano æqualem ſtatuit.

ATHENÆUS, Seleucienſis, Peripateticus, *Straboni, l. 14. pag. 670.* memoratur.

ATHENAGORAS, ſcripſit librum de Agricultura, teſte *Varrone 1, 1.*

ATHENAGORAS, 'Αθηναγόρας, Chriſtianus Philoſophus, An. C. 155 floruit, & inſignem Apologiam pro Chriſtianis Marco Aurelio Antonino & Aurelio Commodo Impp. obtulit. Reliquit etiam librum de Reſurrectione. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 55.*

ATHENOCLES, 'Αθηνοκλῆς, res Aſſyriacas prodidit, teſtante *Agathia, l. 2. Hiſtor.*

ATHENODORUS, 'Αθηνόδωρος, Athenienſis, *Diogeni Laërtio, l. 6.* memoratur.

ATHENODORUS, Rhodius, Orator, de quo vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 91.*

ATHENODORUS, Sandonis, Stoicus Philoſophus, tempore Auguſti vixit. *Lucianus* eum Tarſenſem facit. Scripſit librum ad Octaviam, Cæſ. Auguſti ſororé: item, aliũ περὶ σπουδῆς καὶ παιδείας. De hoc ita *Lucianus in Macrobiis*: Athenodorus, Tarſenſis, qui fuit Auguſti præceptor, cujus precibus Tarſenſium civitas vectigalibus levata eſt, duos & octuaginta agens annos mortuus eſt. Huic Tarſenſis populus quotannis ſolennes honores, ut Heroi, perſolvit. Sic *ille*.

ATHENODORUS, Sophiſta, ſub Commodo Imp. claruit. Vid. *Philoſtratus, in Vit. Sophiſt. pag. 561.*

ATHOSTIS, Rex Ægypti, compoſ. libros Anatomicos, teſte *Borrichio, in Tr. de Herm. pag. 171.*

de ATIENZA (Andr.) Hiſp. Anno 1643. vixit. Scripſit Comm. ad Galatas. Vid. *Alegambe, pag. 25.*

ATILICINIUS, celebris JCtus, Proculo Juriſconſulto ſynchronus fuit. Videatur *Bertrandus in JCt. Veterib. pag. 285.*

ATLAS, "Ατλας, Libys, inter antiquiſſimos Philoſophos à *Laërtio in præfat.* refertur. Multorum judicio Aſtrologiam invenit, teſte *Plinio, l. 7. c. 5, 56.* *Alexander Hiſt.* apud *Euſebium, l. 9. c. 4.* Atlantē & Enoch eundem eſſe, aſſerit. *Auguſtinus, l. 8. de C. D. c. 9.* Atlanticos & Libycos inter Barbararum gentium Philoſophos collocat. Confer *Lambecium in Prodromo Hiſt. literar. pag. 132.*

ATROCIANUS (Joh.) ſcripſit Elegiam de Bello ruſtico, librum Epigrammatum, An. 1529. Item, Neminem Evangelicum.

ATTA (T. Quintius) Togatarum ſcriptor, Olymp. CLXXI. claruit. *S. Hieronymus in Chronico*, Olymp. CLXXV. obiiſſe, aff. Ejus præter Grammaticos *Horatius* meminit, *in Epiſtola ad Auguſtum*, notans, ejus Fabulas non exactè conſcriptas. *Agellius* ipſum ſubinde citat in Ædilibus, Conciliatore, Tirone, Proficiſcente.

ATTA-

ATTALUS, Ἄτταλος, Rhodius, ſcripſit in Aratum. Vid. *Meurſius in Rhodo,pag. 91.*

ATTALUS, Stoicus, à *Seneca Patre in Suaſ. pag. 11.* vocatur vir magnæ eloquentiæ, ex philoſophis, quos illa ætas vidit, longè & ſubtiliſſimus & facundiſſimus. Addit *Seneca*, Attalum à Sejano circumſcriptum ſolum vertiſſe. *Seneca Philoſophus, l. 2. Nat. quæſt. c. 50.* vocat virum egregium, qui Hetruſcorum diſciplinam Græca ſubtilitate miſcuit.

ATTALUS, Siculus, ſcr. de re ruſtica, teſte *Varrone, l. 1. de re ruſt. c. 1. & Columella 1, 1.*

ATTEJUS Capito, JCtus, tempore Auguſti vixit. Compoſuit libros de Judiciis publicis, de officio Senatoris, de Jure ſacrificiorum, & de Jure Pontificio. Fragmenta ejus *Riccobonus ex Agellio, Macrobio & Feſto* collecta edidit. Idem malè Hiſtoricum fuiſſe exiſtimat. Vid. *Pomponius*: item, *Panzirolus de J Ct. l. 1. c. 22.* quibus adde *Bertrandum, pag. 310.*

ATTEJUS, cognomine Philologus, Patria Athenienſis, ſed Grammaticus Latinus, *Saluſtio & Aſinio Pollioni* familiaris fuit. Illum præceptis dicendi, hunc breviario rerum omnium Romanar. inſtruxit. Edidit Hylen de diverſis materiis, quam in octingentos libros diſtribuit. Vid. *Suetonius de Illuſtr. Gram.* Confer *Glandorp. in O. R. pag. 129.*

ATTICUS, Ἀττικὸς, Philoſophus Platonicus, ſcripſit contra Ariſtotelem, a Moſe & Platone diſſentientem in materia de Fine: item, de Providentia, quinta eſſentia, Cœlo & animæ immortalitate: item, contra Platonis Ideas. Fertur extare in Bibliotheca Auguſtana.

ATTICUS (Pomponius) teſte *Cornelio Nepote in ejus vita*, de Conſulatu Ciceronis Hiſtoriam Græcè condidit: ut & poëmata, mira brevitate. Obiit, An. U. 721. cùm 77. annorum eſſet.

ATTILIUS (M.) Comicus, Olymp. CLXX. claruit. *Licinius* apud *Cicer. l. 1. de Finibus*, ferreum ſcriptorem, ut tamen legendus ſit, nominat. Ipſe *Cicero ad Attic. 14, 23.* duriſſimum Poëtam nuncupat. *Volcatius Sedigitus, apud Agell. 15, 24.* inter X. Comicos locum ei tribuit ſextum. *Cic.* autor eſt, *l. 1. de Finibus*, Attilium Sophoclis Electram latinè convertiſſe. Confer *Sueton. in Julio, cap. 84.* Vid. *Caſp. Sagittarius in Vitis Vett. Script. Rom. pag. 56.*

AVANCINUS (Nicol.) Anno 1670. quatuor libros Lyricorum edidit, & LEOPOLDO Auguſto inſcripſit. Compoſuit etiam Dramata. Extant ejusdem 3. partes Orationum.

AVANTIUS (Carolus) Rhodigius, ſcripſit Notas in Cœnam B. Fiæræ, An. 1649. quas Dn. D. *Volkamero*, Medico celeberrimo, dedicavit.

AVANTIUS (Joh. Marius) JCtus, natus eſt, An. 1549: obiit, An. 1622. Fecit de Lampyride vel Noctiluca carmen, quod Ferdinando II. Imp. dedicavit. Idem Hiſtoriam Eccleſiaſticam à Leone X. usque ad ſua tempora elaboraſſe dicitur. Vid. *Thomaſinus in Elog. pag. 152.*

AUBERIUS (Ant.) Gallus, JCtus, omnium Cardinalium vitas & res geſtas Tomis V. proſecutus eſt, An. 1642. *Voëtius in Bibl. Stud. Theol. pag. 645.* vocat Aubertum.

AUBERIUS (Joh. Henr.) Gallus, Anno 1643. claruit. Edidit Tragœdiam, Cyrum carmine Heroico. Item, poëmata Epica, Lyrica, &c. Vid. *Alegambe, pag. 249.*

AUBERTINUS, ſcripſit Tractatum de Euchariſtia, fol.

AUBERTUS (Jac.) Medicus, compoſ. Progymnaſmata in Joh. Fernelium de abditis rerum cauſis, Anno 1579.

AUBERTUS (Joh.) Regius Pariſienſis Græcarum literarum Interpres, pleraq; Cyrilli Alex. opera, An. 1638. Græcè & Latinè edidit.

AUBIGNÆUS, conſcripſit Hiſtoriam, ab An. 1550. usque ad An. 1610. teſte *Zeillero, part. 2. de ſcr. hiſt. pag. 7.*

AUBRIUS (Joh.) edidit Tr. de Quinta eſſentia, in 4.

AUDEBERTUS (Aurelius) ſcripſit Venetias, Romam, Parthenopen, carmine, A. 1603. Vid. *T. 1. Delit. Gallic. pag. 89.*

AUDEBERTUS (Germ.) de quo *Sammarthanus in Elog. pag. 191.* legi poterit.

AUDEBERTUS (Steph.) Bellacenſis, An. 1620. claruit. Scripſit Tr. de Angelo Cuſtode: item, Declarationem Decreti Conſtantienſis, Seſſione 19. Videatur *Alegambe, pag. 425.*

AUDEJANTIUS (Hubert.) Brugenſis, Anno 1615. obiit. Carmina ejus habentur, *T. 1. Delit. Belg. pag. 176.* Elaboravit etiam Notas in Prudentium. Videatur *Sweertius, pag. 347.*

AUDOE-

AUDOENUS, A. C. 1160. claruit, & teſte *Sigeberto* vitam S. Eligii exaravit.

à S. AUDOMARO (Petrus) edidit tres libros Inſtitutionum Monaſticarum, An. 1572 Lovanii.

de AVELLANEDA (Didacus) Granatenſis, An. 1558. floruit. Compoſ. Tractatum, Utrum in Confeſſione criminis conſors nominari debeat? Videatur *Alegambe, pag. 89*.

AVEMANNUS (Dan.) reliquit Hodogetam Horatianum, An. 1665. in 8. forma oblonga.

AVENANTIUS, Medicus, de Urinarum judiciis commentatus eſt.

AVENARIUS (Joh.) Egranus, An. 1590. obiit. Scripſit Lexicon Hebraicum, Grammaticam Hebraicam, & libellum Precum. Eum laudat *Mericus Caſaub part. 5. de 4. linguis, pag. 473*.

AVENDAGNUS (Chriſt.) edidit Coronam Sanctuarii, An. 1660. Colon. in 4.

de AVENDANO (Alfonſus) Beneventanus, An. 1550. floruit. Condidit Comment. in Matthæum, Tomis 2. A. 1593. Madriti.

de AVENDANO (Didacus) edidit Problemata Theolog. An. 1668. Antv. fol. Item, Epithalamium ſacrum, An. 1653. fol. ut & Hortum Indicum.

AVENTINUS (Joh.) Bavarus, Hiſtoricus, An. 1466. natus eſt: mortuus, An. 1533. Scripſit Annales Bojorum libris ſeptem. Ratisbonæ apud S. Emeranum ſepultus eſt, cum hoc *Elogio*: JOH. AVENTINUS, vir ſingulari eruditione, fide & pietate præditus, patriæ ſuæ ornamento, exteris admirationi fuit: Bojorum & Germaniæ ſtudioſiſſimus: rerum antiquarum indagator ſagaciſſimus: veræ religionis omnisque honeſti amator. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 237. Zeillerus, part. 5. pag. 13. de hiſt.*

AVENTROTUS (Joh.) exaravit Epiſtolam ad Regem Hiſpaniæ, An. 1615. de Myſterio belli in Belgio geſti.

AVER (Lamb.) Papembergenſis, A. 1573. extinctus eſt. Reliquit Aſſertiones Theologicas de verbo Dei, & Sanctis. Vid. *Alegambe, pag. 294*.

AVERARA (Ant.) Bergomas, ſcr. Tract. de Virtutibus Theologicis: item, Epiſtolas & Carmina.

AVERNUS (Martinus) JCtus, Arreſta Amorum ſcripſiſſe dicitur.

AVERROES, Cordubenſis, ut vulgò vocatur, obiit A. C. 1225. Verum ejus nomē eſt, inquit *Reineſius in Epiſt. 15. ad Caſp. Hofmannum)* Abual Walid Mohammed, Ebn Achmed, Ebn Mohammed, Ebn Rosd. Commentatus eſt in pleroſque Ariſtotelis libros tanto ingenio, ut doctiſſimi Interpretis nomen, & *Commentatoris* κατ' ἐξοχὴν titulum obtinuerit Sectatores ejus *Averroiſtæ* dicti ſunt. Nec Philoſophus modò, ſed & Medicinæ intelligentiſſimus fuit, de qua 7. libros, *Colliget*, dictos reliquit. *Ægidius Romanus* autor eſt, Averrois filios in aula Friderici Barbaroſſæ vixiſſe. Averrois tale *dictum* circumfertur: Malo, animam meam eſſe cum Philoſophis, quàm cum Chriſtianis. Vid. *Hottingerus in Bibliotb. Quadripart. pag. 271*.

d'AUEROULT (Ant.) Arteſius, Belga, condidit Catechiſmum Hiſtorialem, Tomis duobus, An. 1608. Videatur *Alegambe, pag. 35*.

AVERSA (Raph.) Sanſeverinas, Philoſophiam, in 2. partes diſtributam, Romæ: Item, Tractatum Theologicum, de Fide, Spe, & Charitate, Venet. An. 1660. in 4. typis mandavit.

AVERSPERG, ſcripſit Lacum Geographicum.

AUEUGLE (Joh. Jun.) Delitias Paſtorum, An. 1668. publicavit.

d'AVEZAN (Joh.) de Sponſalibus & matrimonio commentatus eſt.

AVEZZANUS (Seb.) Ceſenas, A. 1580. obiit. Compoſuit Tr. de Sacramentis. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 226*. Item, *Leo Allatius in Apibus Urb. pag. 232*.

AUFIDIUS Baſſus, Hiſt. tempore Auguſti & Tiberii vixit. Scripſit, teſte *Fabio*, *decem libris* de Bello Germanico: nec non de Bello civili.

AUFIDIUS (Modeſtus) Grammaticus, Virgilium interpretatus eſt. Eum *Philargyrius in 2. Georg.* allegat.

AUFIDIUS Namuſa, JCtus, fuit unus ex 10. Servii JCt. diſcipulis. Ei à *Javoleno* tribuuntur libri Regularum. Vid. *Bertrandus, in Vitis JCt. pag. 239*.

AUFRERIUS (Steph.) Toloſas, JCtus, ſcripſit de Teſtibus: item, de Recuſat. Item, de Eccleſiæ poteſtate, An. 1597.

AUGARUS, deſcripſit vitam S. Theodori Martyris.

AUGEAS, Αὐγέας, Athenienſis, mediæ Comœdiæ poëta, *Suidæ* memoratur. Ex ejus fabulis erant, Ἄγροικος, Πορφύρα, δὶς κατηγορούμενος.

AUGENIUS (Horat.) à monte Sancto, celebris Medicus, An. 1603. obiit. Opera ejus Francofurti impreſſa & in 4 Tomos diſtributa ſunt. Vid. *Thomaſinus, part. 1. Elog. pag. 214.*

AUGERIUS (Amalricus) opus de Pontificibus Rom. conſcripſiſſe dicitur, adhuc ἀνέκδοτον.

AUGERIUS (Emondus) Trecenſis Gallus, An. 1591. obiit. Pontificii ſcribunt, eũ 40000. hominum à religione heterodoxa ad fidem Romano-Catholicam revocaſſe. Edidit Catechiſmum magnum & parvum, Gallicè, Græcè & Latinè. Vid. *Alegambe, pag. 104.*

AUGERIUS, Medicus, ſcripſit de Peſte.

AUGURELLUS (Joh. Aurel.) Italus, teſte *Jovio in Elog. num. 68.* vitam ad 83. usque annum extulit. Scripſit Chryſopœiam, ad Leonem Pontificem. Carmina ejus ex parte comparent, *T. 1. Delit. Ital. pag. 287. Julius Cæſar Scaliger, l. 6. de re Poët. pag 785.* parùm ei tribuit. Augurellus (inquit) præ ſe fert egregiam animi æquabilitatem. Parùm poteſt, parum præſtat, parum conatur. In Lyricis vix ferendus: exanguis, ſine colore & anima. Sermones vero nihil aliud ſanè, quam ſermones. Nitor abeſt. Omnia plebeja, ne dicam ſordida. Aceti aut ſalis nihil. Elaboratior ejus Chryſopœia. Cæterùm vix adeò ſpirat: ita languida omnia, ac penè emortua Trepidationis potius, quam limæ agnoſcas veſtigia. Jambicis multam dedit operam. Quæ Lyricis admiſta ſunt, minus feliciter fluunt: illa præſertim, quæ ſolis ex Jambis conſtant. Ea namque hærent, neque cohærent, &c. Vid. *Barthol. in Med. Poët. pag. 132.*

de AUGUSTA (Dav.) reliquit varia pia & devota opuſcula, An. 1596. edita.

AUGUSTINUS (Ant.) natus eſt, A. 1517: obiit, An. 1586. Multa, cum in Italia eſſet, partim edidit, partim *Fulvio Urſino* edenda commiſit. Conciliorum tam Græcorum, quam Latinorum editionem adornavit. Mortuum *Andr. Schottus, Antv.* eleganti oratione celebravit Vid. *Hanckius in Script. Hiſt. Rom. part. 1. p. 248.* & *Gu. Panzirolus in JCt. pag. 302* Confer *Ghilinum, vol. 2. pag. 21*

AUGUSTINUS (Aurel.) Hipponenſis Epiſcopus, ſeculo V. floruit. Mortuus eſt, An. 430. tempore Theodoſii Junioris, cùm urbs Hippon à Vandalis obſideretur. In omni diſciplinarum genere mille & triginta volumina compoſuiſſe dicitur. Vitam ejus *Poſſidius*, Calamenſis Epiſcopus, condidit. Vid. *Rivetus, T. 2. Oper. pag. 1135. Voſſius, l. 1. Hiſt. Pelag. c. 13. Olearius in Abaco, pag. 57.*

AUGUSTINUS, Anconas, teſte Bellarm. Anno 1300 floruit. Obiit, juxta eundem, An. 1328. cùm eſſet annorum 85. Scripſit de poteſtate Eccleſiæ: in Nov. Teſt. & Ariſtotelem. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 56.*

AUGUSTINUS, Nebienſis, in Corſica Epiſcopus, obiit, Anno 1530. Fuit plurimarum linguarum admodùm peritus. Novo & ingenti auſu primus omnium utrumque S. Legis inſtrumentum Lingua Hebræa, Chaldæa, Græca, Latina & Arabica edidit. Opus illud Octapla inſcripſit. Teſtis, *Sixtus Sen. l. 4. B. S pag. 203.* Vid. infra, JUSTINIANUS, item, NEBIENSIS.

AUGUSTINUS (Herc.) Italus, h. t. claret. Videatur *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 136.*

AUGUSTINUS (Joh.) Eccleſiaſticum in Locos communes digeſſit, Anno 1572. Tremoniæ.

AUGUSTINUS (Joſephus) Panormitanus, ſcripſit de iis, quæ pertinent ad notitiam Confeſſariorum, An. 1643. item, Theologiam Moralem, An. 1659. Vid. *Alegambe, pag. 284.*

à S. AUGUSTINO (Franc.) edidit Collationes doctrinæ S. Thomæ & Scoti, fol. Anno 1671. Patavii

à S. AUGUSTINO (Mich.) Inſtitutiones Myſticas libris 4. Anno 1671. Antv. complexus eſt.

AUGUSTUS, Octavianus, Imperator, de Vita ſua libros XIII. compoſuit, teſte *Suetonio, c. 85. & Ulpiano JCto.* Fragmenta Scriptorum Auguſti *Janus Rutgerſius, l. 2. Var. lect. c. 19.* collegit. Siciliam etiam Hexametris verſibus condidit

AUGUSTUS, Dux Brunſwicenſ. & Luneburgenſ. Anno 1694. libros 9. Cryptome-

promenytices & Cryptographiæ Latino Idiomate edidit, fol. Scripſit etiam de luſu Schaccorum quatuor libros, ſermone vernaculo. Bibliothecam Wolferbut. magnis ſumptibus inſtruxit, eoque nomine totam Germaniam immortali beneficio ſibi obſtrinxit. Vid. celeberrimus D. *Conringius, in Tr. de Bibliotb. Aug. pag. 15. & 153.*

AUGUSTUS (Hier. Oliv.) Bergomas, natus eſt, An. 1509: obiit, An. 1558. Scripſit quatuor libros de partitione Orbis: item, Epigrammata & Dialogos.

AUGUSTUS (Leonh.) Bergomas, Anno 1250. vixit. Librum de Origine Cenomanorum compoſuit.

AVIANUS, Fabulator, fabulas elegiaco verſu conſcripſit, quas, ut ipſe teſtatur in *Præfat.* ad Theodoſium, ex 5. *Phædri* libellis, Jambico carmine ſcriptis, contexuit. Hunc Theodoſium *Giraldus* pro Theodoſio Imp. agnoſcit. *Paulus Colomeſius* tamen in *Cimeliis, c. 38. pag. 90.* Macrobium eſſe oſtendit, qui à Veteribus ἁπλῶς Theodoſius vocabatur. Idem *Sirmondo* viſum.

AVIANUS (Chriſtian.) exaravit Tractatum de Lingua Hebr. An. 1620.

AVIANUS (Hieron.) clavem Poëſeos Hebraicæ & Syriacæ edidit, A. 1627.

AVIANUS (Joh.) poëta, An. 1617. obiit. Scripſit Tragœdiam.

AVIANUS (Wilh.) Directorium Mathematicum, An. 1665. Lipſ. publicavit.

AVIANUS, JCt. leges Theodoſianas collegit & interpretatus eſt, jubente Alarico, Gothorum Rege, An. 505. De eo multa *Cujacius*, in præmiſſis ad Cod. Theod. An. 1586. Verùm non AVIANUS, ſed Anianus ille dictus eſt. Videatur, ANIANUS.

AVICENNA, Anno ab Hegira 370. in quod. m Bocharæ pago natus eſt, quemadmodum *Gabriel Sionita in Deſcr. Arabiæ, cap. 3.* ex *Ben Caſem* refert. Integrum ejus nomen eſt Honain Abu Ali Ben Sina. Vixit annos 58. ac tandem Anno ab Hegira 428. in urbe Hamadan obiit. Multa in Philoſophia & Medicina compoſuit. *Ariſtoteli* ità addictus fuit, ut quidam referant, eum totam Ariſtotelis Metaphyſicam memoriâ tenuiſſe. Medicinam (inquit *Voſſ. lib. de Philoſophia, c. 14.*) optimo ordine complexus eſt, ita ut hac parte etiam ſuperet Galenum. Huic debemus cocturam ſacchari, item caſiam fiſtularem, myrobalanum, tamarindam & rhabarbarum. *Jul. Cæſ. Scaliger in Theophr. hiſt. de Plant.* virum divinum appellat. Scripta Avicennæ *Gerhardus Cremonenſis*, item, *Andreas Alpagus Bellunenſis* ex Arabico in Lat. ſermonem tranſtulêre. Vid. *Hotting. in Bibliotb. Quadripart. pag. 257.* item, *Scaliger in Primis, pag. 13.*

AVIENUS (Rufus Feſtus) tempore Gratiani & Theodoſii Impp. claruit. Arati Phænomena carmine expreſſit. Dionyſii quoque Periegeſin Latino carmine tranſtulit. Teſte *Servio Honorato, in l. 10. Æneid.* univerſum Livium Jambicis verſibus reddidit. Non deſunt, qui Avienum & Avianum unum & eundem eſſe exiſtiment.

AVILA (Alf.) edidit Conciones, A. 1618.

AVILA (Auguſt.) An. 1605. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 2.*

AVILA (Joh.) Hiſp. An. 1569. exſpiravit. Scripſit Comm. in Pſal. 44. item, Epiſtolas, pietatis pleniſſimas. Cum viveret, *Bæticus Concionator* dictus eſt, eoq; nomine notior fuit, quàm ſuo.

ab AVILA (Lud.) res geſtas Caroli V. Imp. An. 1550. memoriæ prodidit.

AVILA (Steph.) Abulenſis, ſcripſit Tractatum de Cenſuris Eccleſiaſticis, Anno 1608. in 4. Lugd. Videatur *Alegambe, pag. 425.*

AVILEZ (Pet.) Cordubenſis, reliquit Commentarios in omnes partes S. Theologiæ Thomæ Aquinatis. Vid. *Alegambe, pag. 372.*

d'AVISSONIUS (Wilh.) Pyrotechniam Philoſoph. edidit, A. 1625.

AVITUS, Viennenſis. Vide ſuprà, ALCIMUS.

AULÆUS (Chriſtoph.) Erfurtenſis, Anno 1560. carmine inclaruit. Vid. *T. 1. Delit. Germ. pag. 409.*

AUR (J. W.) JCtus, ſcripſit de Monetarum Jure, An. 1617.

AURATA (Jac.) Antv. de ſtudio Linguæ Lat. An. 1615. commentatus eſt.

AURATUS (Joh.) Lemovix, penè octogenarius obiit, An. 1588. Poëtica facultate imprimis excelluit: ex cujus ſchola multi doctiſſimi viri prodiêre, inter quos & *P. Ronſardus*, qui Aurato, quicquid in ipſo ingenii erat, acceptum retulit. Vid. *Thuanus, l. 89.* De Aurato

Joſ. Scalig. in Primis, pag. 13. ita cenſet: Auratus, Græcæ linguæ peritiſſimus, cum ad omne argumenti genus carmina accommodet, bonus poëta dici omninò meretur. Carmina ejus continentur, *T. 1. Delit. Gall. pag. 264.*

AURATUS (Pet.) Paulinas, ſcripſit AntiCalvinum, Paradoxa, &c. Anno 1611. teſte *Sweertio.*

AURBACHIUS (Joh.) Altanus, JCtus, An. 1494. claruit. Compoſuit 2. libros ſingularium Allegationum. Elaboravit etiam Anacreontica.

AURELIANUS (Cæl.) Medicus, An. C. 300. claruit. Scripſit de Tardis: item, de Acutis. *Sorani* libros Latinè vertit. *Conringius* unicum Methodicæ ſectæ ſcriptorem nuncupat. Meminit ejus *Caſſiodorus, cap. 31. divinar. Inſtit. Cbimentel lius de Hon. Biſell. c. 24. pag. 124.* Cælius Aurelianus (inquit) inter Vett. Medicos apprimè doctus, elegans, eruditus: omninò digniſſimus, quem artis Aſclepiadicæ terant alumni: nemo literarum amans ignoret. Quidam tamen hunc ſcriptorem non Aurelianum, ſed *J Cælium Arrianum* dictum autumant. Hæc ille. Confer *Glandorp. in O. R. pag. 180.*

AURELIANUS Feſtivus, libertus Aureliani Imp. teſte *Vopiſco*, vitam Firmi Tyranni in literas retulit.

AURELIUS Victor, Hiſt. Conſtantii & Juliani Impp. ætate floruit. Ejus *Ammianus, l. 21.* meminit. Hujus Victoris duo circumfertur libelli: unus de viris Illuſtrib. à Proca usque ad Julium Cæſarem: alter continet vitas Cæſarum usque ad Juliani tertium conſulatum. Vid *Hankius in Script. rerum Rom. pag. 149.* Diverſos tamen facit *Idem, pag. 304.*

AURELIUS (Ant. Rob.) JCt. librum de rebus Judicatis, An. 1595. reliquit.

AURELIUS (Corn.) Gaudanus Batavus, tempore Maximiliani Imp. floruit. Scripſit de gloria & miſeria 7. Artium liberalium: querimoniam Pacis, carmine Elegiaco: Dialogum Veſtæ & Neptuni, eodem genere carminis, &c. Videatur *Sweertius, pag 181.*

AURELIUS (Lud.) Peruſinus, edidit Epitomen Annalium Baronii, An. 1638. in 8. Hoc opus multi commendant.

AURELIUS (Mutius) Mantuanus, multa Poëmata compoſuit, quæ à doctiſſimis viris valdè probantur. *Scaligero, l. 6. de re poët. pag. 792.* dicitur numerorum diligentiſſimus obſervator & captator; ſpecioſorum verborum judex, elector, collocator. Nihil non cultum, rotundum molitus, exit in ſententias aut ſuas penitus, aut quas ex aliis acceptas accurato genere dicendi fecit ſuas. Extat ejus Elegia ad Leonem Papam, ſanè bona. In ea enim cum & ſuam fleat & univerſam damnet paupertatem, tota pigmenta excuſſit ex arculis Catullianis: ſed ita, ut ne Catullum quidem ipſum meliora audere poſſe judicem, ſi nunc viveret. Quin cum æque urbanus, æque elegans ſit, longe eſt illo compoſitior. Hactenus *ille.*

AURELIUS (Pet.) multa edidit. Ejus Opera extant 2. voluminibus in 4. edita, Anno 1655.

AURELLIUS (J. B.) ſcripſit 2. libros de Reſurrectione mortuorum, An. 1586.

AUREOLUS (Pet.) aliàs Verberius dictus, Aquenſis Epiſcopus, ſub Ludovico Bavaro, An. 1317. claruit. Scripſit in libros Sententiarum. Vid. *Phil. Labbe, T. 2. Diſſ. de S. E. pag. 183. Olearius in Abaco, pag. 365.*

AURIA (Joſephus) vertit Autolycum de ortu & occaſu aſtrorum, An. 1588. item, Euclidis Phænomena.

AURICHALCUS (Franc.) Veronenſis, Medicus, ſcripſit Conſultationes Medicas: item, Tr. de Medicamentis ſelectis. Vid. *Chioccus, pag. 167.*

de AURICURIA (Rud.) in 4. libros Inſtit. Juris, Venet. Anno 1559. fol. commentatus eſt.

AURIFABER (Æg.) An. 1466. obiit. Edidit Opus exemplorum, utile Concionatoribus.

AURIFABER (Andr.) Notas in Phemonoen, de cura Canum compoſuit.

AURIFABER (Joh.) Anno 1568. obiit.

AURIFEX (Nic.) ſcripſit de moribus Clericorum: Item, de antiquitate, veritate & ceremoniis Miſſæ, Venet. Anno 1572.

AURIGARIUS (Luc. Joh.) edidit Speculum Nauticum, ſuper navigatione maris Occidentalis & Orientalis confectum, 2. partibus, An. 1591. fol.

AURIMONTIUS (Jac.) ſertum Hunnianum, An. 1602. in 4. texuit.

AURISPA (Joh.) Siculus, Græcis & Latinis literis inſigniter doctus, tranſtulit Archi-

Archimedis opera, & Hieroclem. Item, Philiſci conſolationem ad Tull. Ciceronem, cùm in Macedoniâ exularet. Vid. *Simler.*

AURNHAMMERUS (Dominicus) compoſ. Apparatum Philoſophicum, An. 1655. Item, Connubium Pietatis cum Sapientia.

AUROGALLUS (Matth.) An. 1526. claruit. Obiit, An. 1533. teſte *Micrælio.* Edidit librum de Hebraicis urbium, regionum, populorum, fluminum, montium & aliorum locorum Nominibus, quæ in S. Scripturis leguntur.

AUSONIUS, Αὐσόνιος, Sophiſta, exaravit Epiſtolas, & alia quædam ad Nonnum. Teſtis *Suidas.*

AUSONIUS (Decius Magnus) Burdigalenſis, Valentiniano, Gratiano & Theodoſio imperantibus, claruit. A Gratiano diſcipulo ad Conſulatum evectus eſt. Condidit varia Carmina. *Bellarminus de Scr. Eccl. ad A. C. 320.* eum inter Chriſtianos collocat, diſſentiente *G. J. Voſſio*, qui Gentilem fuiſſe aſſerit. Moſellam ipſius ita prædicat *Symmachus*, ut libris Maronis adjungendum judicet. *Julius Cæſar Scal. l. 6. de re poët. pag. 825.* ita de Auſonio pronunciat: Auſonii ingenium magnum, acutum: ſtilus duriusculus. Multa ſcripſit, non ſolùm varia. Quare, quid facere potuerit, non quid fecerit, potiùs judicandum. Utinam Epigrammata ne ſcripſiſſet. Nam & inculta ſunt penè omnia, & omnia dura: quædam etiam inepta, aut frigida, aut frivola: ut è Græcis ſatis habuit, quæ exprimeret. Nonnulla vero adeò fœda ac deteſtanda, ut neque ſcriptore neque auditore digna, non in ſpongiam incumbere merita ſint, ſed ſolis flammis expiari poſſe videantur. In Auſonium *Joſephus Scaliger & Tollius* notas non indoctas ediderunt. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 62.*

AUSONIUS (Julius) Vaſatenſis, pater Auſonii Burdigalenſis, Medicinam tractavit, eoque nomine in Palatium à Valentiniano Seniore accerſitus eſt. De Medicina libros quosdam compoſuit, ex quibus *Marcellus Empiricus* ſe profeciſſe, minimè diſſimulat. Auſonii hujus *dictum* laudatur: Beatus non qui habet, quæ cupit: ſed qui non cupit, quæ non habet.

AUSTRIUS (Seb.) Rubeaquenſis, Medicus, de puerorum morborum tum dignotione, tum curatione, An. 1540. commentatus eſt.

AUTHÆUS (Ph. Lud.) JCt. ſcripſit de Jure publico Imperii Rom. Germanici, An. 1673. item, Indicem Hiſtoricum rerum potiſſimum in negotio religionis ab Anno 1517. geſtarum, An. 1675.

AUTOCRATES, Αὐτοκράτης, ἐν Ἀχαϊκοῖς ab *Athenæo* allegatur. AUTOCRATIS verò Athenienſis, mediæ Comœdiæ poëtæ, *Suidas* meminit. *Ælianus in Hiſt. Animal. l. 12. c. 9.* hunc Autocratem in Τυμπανισταῖς allegat.

AUTODAMASTES, Αὐτοδαμάστης, à *Suida* in Πολλίων memoratur.

AUTOLYCUS, Αὐτόλυκος, Olymp. CX. in precio fuit. Scripſit 2. libros: primum de Sphæra, quæ movetur: alterum de ortu & occaſu ſiderum inerrantium. Vid. *de Voſſ. ſcient. Math. pag. 154.*

AUTPERTUS (Ambr.) Monachus S. Vincentii in Samnio, A. 770. floruit. Confecit X. libros in Apocalypſin. Videatur *Ph. Labbe, T. 2. Diſſert. de S. E. pag. 42. & Placcius, pag. 143.*

AUTUMNUS (Bened.) JCt. edidit Cenſuram Gallicam in Jus Romanum, Paris. An. 1615. in 8.

AUTZOUT (Adrianus) Gallus, promiſit Comm. in Vitruvium & Frontinum.

AUZOLES (Jac.) ſcripſit Comment. in 4. Evangelia, An. 1610.

ab AXEL (Joh. Honorius) Compendium Juris Canonici, A. 1656. publicavit.

AXENIUS (Pet.) Notas in Phædrum An. 1664. elucubravit. Promiſit etiam Tract. Hiſtorico-Juridicum de Aſſaſſinio, qualem nemo hactenus ex profeſſo elaboravit.

AXIONICUS, Ἀξιόνικος, Comicus, Dramata ſcripſit. Mentio ejus apud *Athenæum* occurrit. Inter fabulas ejus ſeqq. reperio, Τυῤῥηνικὸν, Φιλευριπίδην, Φιλίνην, Χαλκίδα, Χαλκιδικόν.

AXONIUS (Joach.) Gravianus, JCt. An. 1605. obiit. Græciam, Mediam & Terram Sanctam perluſtravit. Scripſit de Ventorum natura: Carmen in laudem Coſmographiæ, &c. E Græco vertit *Planudis* orationem in ſepulcrum Chriſti: item, *Greg. Palamæ* Dialogum, cui *Titulus,*

LIS inter corpus & animam. Videatur *Sweertius, pag. 384.*

de AYALA (Ant.) Hiſpalenſis, compoſ. Roſam Jericho: opus de B. Virgine.

AYALA (Balth.) Antv. JCt. Anno 1584. mortuus eſt. Scripſit de jure, officiis bellicis & diſciplina militari libros tres. Vid. *Sweertius, pag. 153.*

de AYALA (Franc.) edidit Sermones, An. 1615. Madriti.

AYALA (Gabr.) Medicus, ſtruxt Carmen pro vera Medicina, ad Card. Granvellanum, Antv. An. 1562. in 4.

AYCARDINUS, Patavinus, JCtus, An. 1382. obiit. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. l. 2. pag. 104.*

AYGUANUS (Mich.) Bononienſ. ſcripſit Comm. in Pſal. fol. ſub nomine *Incogniti.* Obiit, An. 1413. Vide, AIGUANUS.

AYLESBURY (Thom.) ſcriptum de æterno DEI beneplaciti circa intellectuales creaturas decreto, An. 1659. Cantabrigiæ, in 4. edidit. Vide ſuprà, AILESBURY.

AYLEWORTH (Guil.) Metaphyſicam Scholaſticam, Anno 1675. Colon. fol. publicari curavit.

ab AYLLON (Joh.) compoſuit Additiones ad Gomezii Reſolutiones, An. 1666.

AYMIUS (Bapt.) Parmenſis, JCt. Tractatum de Alluvionibus, Anno 1601. fol. typis mandavit.

AYNSCOM (Franc. Xav.) edidit expoſitionem Geometricam quadraturarum circuli, An. 1656. Antv.

AYRER (Chriſt. Henr.) Medicus, Informationem Medici Practicam aggredientis, An. 1594. conſtruxit.

AYRER (Jac.) JCt. ſcripſit de Homicidio, item, de Errore calculi, An. 1599.

ab AYTA (Vigil.) Friſius, natus eſt, An. 1507: obiit, Anno 1577. Jura docuit in Italia, Gallia, & Ingolſtadii. Primus *Theophili* Inſtitutiones Græcè edidiſſe dicitur. Scripſit in Inſt. de Teſtamentis, &c. Ajunt, equeſtri honore inſignitum, tandemque Cancellarium Ordinis aurei Velleris ſalutatum eſſe. Vid. *Thuanus, l. 64.* item, *Sanderus in Gandav Script. pag. 119.*

de AYZEMA (Leo) exaravit Hiſtoriam Pacis, An. 1654. Lugd. Bat. Videatur, AIZEMA.

AZALIUS (Pompil.) JCtus, ſcripſit de rebus Judicatis: Item, de omnibus rebus naturalibus, quæ continentur in mundo, Venet. An. 1544. fol.

ab AZEVEDO (Alf.) JCtus, edidit Conſilia: item, Comm. Juris Civilis, Anno 1610. fol.

de AZEVEDO (Lud.) Luſitanus, Anno 1605. Æthiopiam petiit. Fr. Toleti Comm. in Epiſtolam ad Rom. Chaldaicè tranſtulit: Nov. Teſt. in Æthiopicum ſermonem vertit. Videatur *Alegambe, pag. 307.*

AZIZUS, Neſephæus, Tartarus, ſcripſit de cognitione Dei & ipſius hominis. Editus eſt *ab A. Müllero*, An. 1606.

AZO, Bononienſis, JCtus celebris, Anno 1200. obiit. Condidit Summam Juris. Juxta *Baldum Peruſinum* maximum legibus lumen attulit. A quibusdam mens legum, item, vas Electionis vocatur. Quo tempore legebat Bononiæ, erant decem millia Scholarium. Advocati non admittuntur in Collegio Mediolani, niſi deferant Summam Azonis, quam jurent eſſe ſuam, inquit *Nevizanus.* Videatur *Bumaldus, pag. 27. item, Guid. Panzirolus, in JCt. l. 2. c. 25.*

AZORITES (Andr.) Ciſtercienſis, An. 1599. obiit. Reliquit X. decades Theologiæ Symbolicæ vel Hieroglyphicæ, Salmanticæ, An. 1598.

AZORIUS (Joh.) Mercurianus, Hiſp. Anno 1603. obiit. Edidit 3. Tomos Inſtitutionum Moralium. Videatur *Alegambe, pag. 222.*

ab AZPILCUETA (Martinus) Navarrus, An. 1493. natus eſt: obiit, Anno 1586. cùm eſſet 94. annorum. Salmanticæ, item, Conimbricæ Jus Pontificium publicè docuit. Opera ejus ſex Tomis comprehenduntur, quæ *Bellarminus, lib. de Scr. Eccl. pag. 199.* recenſet. Confer *Panzirolum, in JCt. pag. 483. Olearium in Abaco, pag. 307.*

de AZZOGUIDIS (Thomas) JCt. anno 1340. floruit. Scripſit Quæſtiones Juridicas.

AZZOGUIDUS (Marcogn.) Bononienſis, JCtus, A. 1309. floruit. Reliquit multas Quæſtiones. Fuit & alius ejusdem nominis, qui vixit, An. 1370. Extat ejus liber Opinionum in Jure magis acceptarum. Vid. *Bumaldus, pag. 159.*

B.

BAAZIUS (Joh.) Suecus, Anno 1642. claruit. Edidit Hiſtoriam Eccleſiaſt. Sueo-Gothicam, Lincopiæ, in 4.

BABE (Joh. Jac.) compoſ. Praxin Juridicâ ad Cameræ Imp. proceſſum, An. 1620.

de BABENBERG (Leop.) Epiſcopus Bamb. reliquit Tract. de Jure regni & Imperii Romani: item, de Zelo Cath. fidei Vet. Principum Germ. Vide, BEBENBURG.

BABINGTHONUS (Gervaſ.) Epiſcopus Anglus, Anno 1610. obiit. Scripſit annotationes conſolatorias in Pentateuchũ.

BABRIAS, Βαβρίας, fabulas Æſopicas verſibus Cholijambicis reddidit, teſte *Suida*, in Χωρίαμβος. Alii *Gabriam* vocant, ſed perperam. Citatur ſæpè à *Suida*, ceu videre eſt in ἄνωθεν, ἀμᾶν, ἆθμα, ἀχαίνη, γέρων, δάπτω, ἑκάστη, ἔκθορεν, ἑταιρεία, ἠϊών, καμπεσία ἰσχὰς, κνηκίας, κωλώτης, κωτίλλω, κρῆμνον, νεβρὸς, νέμεσις, ὀνεία, παλαμναῖος, πανθόωντι, πίθηκος, πρίων, πυῤῥίχαις, πιτυβρα, ἀστήλυγξ, στλεὸς, σωρακὸς, ταναχαῖοι, τιτθυβίζεται, τρυγχὸς, Φριξότριχα, Φωλάδι: item, ab *Autore M. Etymologici*, in ὄμφαξ & παρωμβρόν. Confer *Tzetzem in Chiliad.* pag. 205. 250. 475. 490. Quæ hodiè Babriæ tribuuntur, in vet. codice *Ignatio Diacono* adſcribuntur, teſte *Voſſio*, *l. 2. Inſt. Orat. c. 15. pag. 317.*

BACCANUS (Joh.) JCtus, edidit Singularia.

BACHANELLIUS (Joh.) Rhegienſis, ſcripſit Tr. de Conſenſu Medicorum in curandis morbis, An. 1572.

BACCHERIUS (Andr. Eligius) JCtus, A. 1562. obiit. Extant ejus CCIX. Theſes, quarum titulus eſt: Rationes de Jure, Perſonis, & rebus, extra contractum acquirendis. Vid. *Sanderus in Flandr. Scr. pag. 17.*

BACCHIARIUS, ſeculo V. tempore S. Auguſtini floruit. Exaravit Epiſtolam de recipiendis lapſis ad Januarium. Vid. *Olearius in Abaco*, *pag. 63.*

BACCHIUS, (Βάκχιος) Mileſius, ſcripſit de Agricultura, teſte *Varrone 1, 1.*

BACCHIUS (Antioch.) Med. ævo Tiberii Imp. floruit. Eſt autor & inventor Hieræ Bacchii, teſte *Conringio.*

BACCHOVIUS (Reiner.) JCtus, natus eſt, An. 1544: obiit, An. 1614. In Heidelbergenſi Academia Philoſophiam moralem docuit. *Doctoris* titulum non habuit, Jura tamen ea dexteritate tractavit, ut plerique crederent, eum Doctorem in aliqua Academia creatum eſſe. Scripſit Notas in Treutlerum: item, Comm. in Inſtit. Juris.

BACCHYLIDES, Βακχυλίδης, Ceus, Lyricus Poëta, Olymp. LXXXII. claruit. Poëmata ejus ab Hierone Pindaricis prælata fuere, teſte *Pindari Scholiaſte.*

BACCIUS (Andr.) Elpidianus, profeſſione Medicus & Philoſophus, de Aquis calidis Tractatum pereruditum compoſuit. De Venenis item, & Antidotis quædam commentatus eſt. Librum prætereà de XII. lapillis, qui in ſummi Sacerdotis ſacra veſte nitebant, edidit; quibus ſcriptis ab eruditiſſimo quoque magnam admirationem & plauſum expreſſit. Vid. *Nicius Erythræus*, *part. 1. Pinacoth. pag. 139.*

BACCIUS (Jac.) Vitam Nerii, An. 1635. Romæ, ſtilo expreſſit.

BACCO (Johannes) Anglus, profeſſione Carmelita, An. C. 1346. Londini obiit. Idem *Baconthorpius* dictus eſt. Vulgò *Doctor Reſolutus* vocatur. Multa edidit in Theologia & Philoſophia. Plerumq; *Averroëm* ſequitur: unde inter Averroiſtas refertur. Commentatus eſt in univerſum Novum Teſtamentum. Vid. *Ph. Labbe*, *T. 1. Diſſ. pag. 515. Olearius in Abaco*, *pag. 229.*

BACCUS (Henr.) Alemannus, deſcripſit Regnum Neapolitanum.

BACHACIUS (Matth.) Naumercziacenus, Philoſophus & Mathematicus Pragenſis, An. 1612. obiit.

BACHERIUS (Joh.) Flaviſſas Poëticas, An. 1667. in 8. in lucem emiſit.

BACHERIUS (Pet.) Gandenſis, Anno 1601. obiit. Edidit Apologet. pro defunctis. Item, Carmina, quæ leguntur, *T. 1. Delit. Belg. pag. 298.* Videatur *Sanderus in Gandenſibus*, *pag. 106.*

BACHETUS (Claud.) compoſuit Commentarium in Diophanti Alexandrini Arith-

Arithmeticam, An. 1670. Toloſæ. Videatur, MEZERICUS.

BACCHILLANI, Arabs, An. C. 1027. obiit. Vid. *Hottingerus in Bibliotheca Quadrip. pag. 255.*

BACHIN (Leonh.) Græcenſis, An. 1636. vixit. Coronam Anni Mariani, nomine ſuppreſſo, vulgavit. Vid. *Alegambe, pag. 300.*

BACHIUS (G.) reliquit Examen Phyſicum, An. 1656.

BACHMANNUS (Andr.) edidit Ariſtotelem, cum Platone comparatum, An. 1629. Item, Cœlum terreſtre Poëticum, An. 1650. Aliàs *Rivinus* dictus eſt. Videatur, RIVINUS.

BACHMANNUS (Conr.) Compendium Poëtices, An. 1632. publicavit.

BACHMANNUS (G.) Friſingenſis, Exercitationes Philoſophicas, An. 1593. edi curavit.

BACHOTIUS (Joh.) Noctes Momartinas elucubravit, An. 1651.

BACILLERIUS (Tib.) Medic. An. 1490. floruit. Scripſit in 8. libros de Phyſico auditu: item, in libros de Cœlo.

BACKIUS (Reinh.) edidit expoſitionem Evangeliorum Dominicalium in 4. Amphitheatrum mortis: Commentarium in Pſalmos, An. 1664.

BACMEISTERUS (Henr.) JCtus, Tabulas in inſtitutiones Juris, Anno 1614. adornavit.

BACMEISTERUS (Lucas) Theologus Roſtochienſis, natus eſt, Anno 1530: obiit, An. 1608. Exaravit Methodum concionandi: item, Exegeſin Typorum Vet. Teſt. quorum mentio in Epiſtola Hebræos occurrit. Vid. *Henning. Witte in Theolog. pag. 422.*

BACO (Robertus) An. 1240. vixit. Vitam S. Eadmundi literis conſignavit.

BACONTHORPIUS. Vide ſuprà, BACCO.

BACONUS (Franc.) à Verulamio, ſcripſit de Augmentis ſcientiarum: item, de Ventis, &c. Opera ejus prodierunt in folio. Vid. *Sorellus de Hom. perfect. pag. 597.* item, *T. 2. Ephemer. Hedov pag. 104.*

BACONUS (Rogerius) Anglus, profeſſione Franciſcanus, An. 1288. obiit. Fuit vir ad miraculum doctus & ſubtilis: hinc à ſuis *Doctor mirabilis* appellatus eſt. Ope Matheſeos miranda præſtitiſſe dicitur: unde ab æmulis Magiæ Dæmoniacæ apud Clementem IV. accuſatus, & proptereà aliquamdiu in carcere detentus eſt. Ingenioſiſſimum nuncupat *Picus Mirandulanus.* Coſmographiam, Tr. de ſpeculis uſtoriis, introductionem in Aſtrologiam, & plura alia compoſuit.

BACONUS (Thomas) Horfolcienſis, Anglus, An. 1637. obiit. Scripſit in 1. partem Summæ Thomæ Aquinatis: item, Analyſin fidei divinæ. Vid. *Alegambe, pag. 432.*

BACORUS (Βάκωρος) Rhodius, Geographica elaboravit. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 92.*

BACOVIUS (Leo) librum de primа Principis inſtitutione, An. 1671. Paris. contexuit.

de BACQUERE (Bened.) edidit Salvatorem ſenum, Colon. An. 1673. Vid. *Car. Viſch. pag. 34.*

BADIA (Thomas) Mutinenſis, dignitate Cardinalis, An. 1547. obiit. Scripſit librum de quæſtionibus Phyſicis & Metaphyſicis, Tr. de anima, & Comment. de divina providentia. Autographa ejuſdem ſervantur Florentiæ in Bibliotheca Dominicanorum. Vid. *Sauſſaуy, de Scr. Eccl. pag. 75.*

BADELLUS, condidit Theologiam Moralem, 2. voluminibus, editum Lugduni. fol.

BADILIUS (Val.) Veronenſis, Medicus, librum de ſecanda vena in pueris conſcripſit. Vid. *Chioccus, pag. 162.*

BADIUS (Joach.) JCt. Quæſtiones Juſtinianeas, An. 1624. publicavit.

BADIUS (Jodocus) Aſcenſius vel Aſcanius, Brabantus (*Aſca*, agri Bruxellenſis eſt municipium) natus eſt, An. 1462: obiit, An. 1526. Compoſuit librum Epigrammatum: item, naviculam ſtultarum mulierum. Scripſit in omnes penè libros Ovidii. *Franc. Floridus Sabinus, l. 2. lect. ſubceſ. c. 22.* vocat indoctorum præſegmen, Barbariei columen, & Ant. Mancinelli interpretem. Videatur *Sweertius, pag. 489.*

BADRESITA, Judæus, elaboravit Examen mundi, quod ex Hebræo Latinè tranſtulit *Alardus Uchtmann*, An. 1650. Vide infrà, BEDRASCHI.

BADUELLUS (Claud.) ſcripſit de conjugio Literatorum, An. 1581. Item, de officio Profeſſ. ut & Notas in Cic. Orationes.

BAECK (Theod.) Germanus, edidit Architecturam militarem defenſivam, An. 1635. in 4. Lucernæ. Videatur *Alegambe, pag. 430.*

BAERSDORPIUS (Corn.) Medicus, Methodum univerſæ artis Medicæ, Anno 1538. exaravit.

BAERSIUS (Henr.) Lovanienſ. A. 1530. floruit. Conſcripſit librum de compoſitione & uſu Quadrantis.

BAERT (Arn.) Bruxellenſis, JCtus, ſcripſit Nucem Feudalem: item, de eo, quod intereſt. Fuit tam facilis memoriæ, ut Pandectas memoriter, & leges quamplurimas verſo ordine recitare poſſet. Vid. *Swertius, pag. 140.*

BÆTICUS (Gregorius) Epiſcopus Illibertinus, An C. 392. claruit. Librum de Fide compoſuit, teſte *Hieronymo.* In *Bibliotheca Patrum* liber de Trinitate & Fide occurrit, qui bis ad verbum repetitus eſt, & modo *Gregorio*, modo *Fauſtino Rhegienſi* tribuitur.

BÆTON, *Βαίτων, σταθμοὺς τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας* conſecit. *Athenæus, l.* 10. *Ἀλεξάνδρου βηματιστὴν*, i. e. Itinerum Alexandri dimenſorem fuiſſe, tradit, id quod & *Plinius* 6, 17. confirmat.

BAEZA (Didacus) Ponfertadienſis, An. 1643. vixit. Scripſit Comment. in 4. Evangelia, fol. An. 1644. item, ſex Volumina de Chriſto figurato in Vet. Teſt. Anno 1636. Lugd. Opera ejus IX. Tomis conſtant. Videatur *Alegambe, pag. 89.*

BAEZA (L.) Hiſp. Philoſophus, à *Claudio Minoë* vir literatiſſimus appellatur. Hujus Commentationes in Logicis & Arithmeticis à doctis plurimum commendantur.

BAEZIUS (Caſp.) Hiſp. varia ſcripſiſſe dicitur. Opera ejus ſimul prodierunt, An. 1609. fol.

BAGAROTUS (Pilius) An. 1160. floruit. Scripſit in Codicem: item, de Exceptionibus.

BAGOLINUS (Hieron.) Veronenſis. An. 1527. claruit. Expoſuit 3. libros Analyticorum Ariſtotelis: & 3. libros Syriani Philoxeni in Metaphyſicam Ariſtotelis è Græco Latinè tranſtulit. Teſte *Simlero* ✱ etiam Philoponi Grammatici Comm. in Ariſtotelem de Gen. & Corrupt. interpretatus eſt. Vid. *Chioccus, pag. 123.*

BAGOLINUS (Joh. Bapt.) Hieronymi filius, Anno 1552. obiit. Alexandri Aphrodiſienſis Quæſtiones naturales, morales, & libellum de Fato Latinè vertit.

BAGOTIUS (Joh.) ſcripſit Apologeticum Fidei, An. 1645: item, lib. de Pœnitentia, An. 1646.

BAHRIUS (Dan.) edidit Orationes Hiſtoricas, An. 1653.

BAJANUS (Andr.) Goâ Indus, An. 1623. floruit. Bellarmini doctrinam: item, Galateum Elegiacè expreſſit. Carminum ejus duo volumina extant. Vid. *Leo Allatius in Ap. Urb. pag. 33.*

BAJARDUS (Joh. Bapt.) JCt. Scripſit Practicam criminalem, An. 1598. fol.

BAJARDUS (Mart.) de Cardinalis officio commentatus eſt.

BAIFIUS (Guido) ſive de Baipho, Bononienſis, An. 1283. vixit. Compoſ. Roſarii titulo Commentarium in Gratiani decretum & Decretales Epiſtolas. Vide, BAISIUS.

BAIFIUS (Laz.) Vide infrà, BAYFIUS.

BAIFIUS (Marc. Ant.) carminibus inclaruit. Carmina ejus, *T. 2. Delit. Gall. pag. 384.* leguntur.

BAIL (Lud.) natione Anglus, Pariſienſis Theologus, edidit librum de Examine Confeſſariorum & Pœnitentiariorum, Anno 1648. Paris. Item, Bibliothecam illuſtrium Concionatorum, qui à mundo condito usque ad initium hujus ſeculi excelluerunt, 3. partibus, in 4. Anno 1666. Paris.

BAILIUS (Rob.) edidit Opus hiſtoricum & Chronologicum, libris 2. An. 1662.

BAILIUS (Guil.) Monſtrolienſis, Anno 1620. obiit. Reliquit Catechiſmum controverſiarum. Scripſit & de Dialectis Græcorum. Vid. *Alegambe, pag. 168.*

BAILLIOEUL (Æg.) de Lilio, Atrebatenſis, An. 1482. obiit. Commentario illuſtravit omnes S. Pauli Epiſtolas. Videatur *Valerius Andreæ in Faſtis Lovan. pag. 89.*

BAINBRIGIUS (Joh.) Canicularia, An. 1648. Oxoniæ edidit.

BAINUS (Rodolf.) confecit Comment. in Proverbia Salomonis, Anno 1555. Pariſ. fol.

BAJOLIUS (Joh. Hier.) Gallus, A. 1620. claruit. Condidit Annales congregationum B. Virginis. Vid. *Alegambe, pag. 250.*

BAIRUS (Pet.) Anno 1558. obiit. Scripſit de Peſtilentia & ejus Curatione. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 212.*

de BAISIO (Pet.) Navarrenſis, JCtus, edidit Directorium Electionum. Extat *T. 15. Tract. tract.*

BAISIUS (Guido) Regienſis, Anno 1300. floruit. Compoſuit in totum Decretum Gratiani luculentas interpretationes, à doctrinæ fragrantia ROSARIUM appellatas. *Bumaldus* Abaiſium vocat, *Bellarminus* Baiſium. Vid. *Gu. Panzirolus in JCtis, 3, 16. & Olearius in Abaco, pag. 190.* Confer, BAIFIUS.

BAJUS (Jac.) Athenſis, An. 1614. obiit. Tres libros de S. Euchariſtia reliquit. Vid. *Sweertius, pag. 355.*

BAJUS (Mich.) natus eſt, An. 1513: obiit, An. 1589. Scripſit de Sacramentis in genere, de verbis Baptiſmi, de lib. Arbitrio, de Juſtificatione, &c. Vid. iterùm *Sweertius, pag. 566.*

BAKSCHAY (Abraham.) Chronologiam de Regibus Hungaricis, An. 1567. Cracov. imprimi curavit.

BALÆUS (Joh.) Suffolcienſis, juxta quosdam, An. 1558: juxta *Wareum*, An. 1563. obiit. Edidit Catalogum Scriptorum illuſtrium majoris Britanniæ: item, Acta Rom. Pontificum. Vid. *Jac. Verheiden, in Elog. præſtantium Theologorum, pag. 147.*

BALAGRUS, Βάλαγρος, ſcripſit Macedonica. A *Stephano* allegatur, in Ἀμφάχιον.

BALASSIUS, de Subditorum fidelitate commentatus eſt.

à BALBIANO (Juſtus) Flander, Medicus, edidit novam rationem Praxeos Medicæ, 2. libris, Anno 1600.

BALBILLUS (Cajus) Neronis tempore vixit. Res Ægyptiacas literis conſignavit. Eum *Seneca, Nat. quæſt. 4, 2.* citat, & optimi viri nec non omni literarum genere rariſſimi elogio ornat. *Tacitus Annal. 13.* Ægypti præfectum fuiſſe refert.

BALBINUS (Bohuslaus Aloyſius) A. 1663. claruit. Scripſit Veriſimilia Humana: Item, Meliſſeum.

BALBOA (Fr.) de Monarchia Regum, An. 1630. Taurini, librum publicavit.

BALBUS (Hieronymus) Gurcenſis, tempore Caroli V. Imperatoris opuſculum de ejus coronatione concinnavit. Carmina ejusdem occurrunt, *T. 1. Delit. Ital. pag. 311.* Confer *Sim. Schardii vol. 2. Germ. Script pag. 29.*

BALBUS (Joh.) Genuenſis, ſi *Poſſevino* credere licet, An. 1280. vixit. Vulgò *Johannes Januenſis*, vel *Joh. de Janua* vocatur. Fuit Monachus ordinis Prædicatorum. Compoſuit opus laborioſum, quod *Catholicon* vocatur. Eſt autem opus inſtar Lexici Latini. *Quenſt. pag. 307. Baldum* vocat.

BALBUS (Joh. Fr.) JCtus, ſcripſit Tractatum de Præſcriptionibus. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. l. 2. c. 156.*

BALBUS (Joh. Lanf.) JCtus, edidit Deciſiones. Vid. LANFRANCUS.

BALBUS (Laur.) Hiſpanus, Græcè & Latinè doctus, An. 1524. floruit. Curtium & Val. Flacci Argonautica Notis illuſtravit.

BALCETUS (Joh.) Theologiam rationalem, Lugd. An. 1662. in 4. edi curavit.

à BALDACH (Canæmuſalus) ſcripſit de affectibus oculorum & eorum curatione.

BALDÆUS (Phil.) Delphenſis, prædicator Ordinum Hollandiæ in Inſula Zeilan per 10. ferè annos, edidit Deſcriptionem Inſulæ Zeilan, Malabar & Coromandel, An. 1672. fol.

BALDE (Jac.) Enſichemianus, poëta, An. 1660. claruit. Scripſit Batrachomyomachiam, encomium Torvitatis, de abuſu Tabaci, Agathyrſum, Antagathyrſum ſive Apologiam pinguium, de Vanitate mundi, Jephthiadem Tragœdiam. *Barleus, Epiſt. 467.* valdè eum commendat, opusque poëmatum ejus aureum indigitat. Vid. *Alegambe, pag. 193.*

BALDELLUS (Nic.) Cortonenſis, edidit Theologiam Moralem, An. 1637. fol. Lugd. Vid. *Alegambe, pag. 348.*

BALDELLUS (Pet.) Bergomas, A. 1635. claruit.

de BALDENSEL (Wilh.) exaravit Hodœporicon in Terram Sanctam. Extat *T. 5. Ant lect. Caniſii, part. 2.*

BALDERICUS, Noviomenſis Epiſcopus, An. 1112. obiit. Chronicon Cameracenſe compoſuit, quod An. 1615. cura G. Colvenerii, Duaci in lucem prodiit. Vid. *Sweertius, pag. 150.*

BALDESANIUS (Guil.) edidit Stimulos Virtutum, An. 1595.

BALDINGERUS (Bernh.) ſcripſit de præſentia corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti

in Euchariſtia, An. 1675. Item, Fidem Catholicam & Acatholicam.

BALDINIUS (Baccius) Tract. de Cucumeribus, An. 1586. Florent. evulgavit.

BALDINOTUS (Jul.) Piſtorienſis, Anno 1631. Macai obiit. Reliquit Relationem de ſuo itinere in regnum Tunquim. Vid. *Alegambe, pag. 287.*

BALDINUS (Bernh.) Anno 1600. obiit. Carmina fecit, quæ habentur, *T. 1. Del. Ital. pag. 334.* Confer *Ghilinum, vol. 2. pag. 44.*

BALDINUS (G. Florus) An. 1500. vixiſſe putatur. Scripſit Compendium de Oratione & precibus. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 175.*

BALDIT (Mich.) edidit ſpeculum Sacro Medicum, An. 1670. Lugd.

BALDO, vel, WALDO, Abbas S. Galli, An. 779. vixit. Struxit fabulares Rythmos, mirè ſimplices facilesq;, accuratos tamen & jucundos, judice *Reineſio.*

BALDOVIUS (Joh.) Medullam Grammaticæ Hebr. A. 1662. literis mandavit.

BALDRICUS, Aurelianenſ. circa A. 1100. floruit. Hiſtoriam Hieroſolymitanam IV. libris complexus eſt. Eum *Vincentius Belluacenſis* aliquoties allegat.

BALDUCCIUS (Fr.) Panormitanus, Romæ in Humoriſtarum Academiam ab Henr. Falconio receptus, virorum Nobilium ac divitum laudes carminibus cœpit extollere. De ejus infelicitate vid. *Tollius, pag. 43.*

BALDUCCIUS (Valer.) Mondulfenſis Medicus, An. 1608. claruit. Compoſuit 2. libros de Putredine.

BALDUINUS (Balth.) edidit Papam & Papatum, proprio gladio jugulatum, Anno 1630.

BALDUINUS (Bened.) Ambienſis, de Calceo antiquo commentatus eſt.

BALDUINUS (Chriſtoph. Adolphus) condidit librum titulo: Aurum auræ Hermeticum, An. 1675.

BALDUINUS (Franc.) Atrebas, JCtus, An. 1573. obiit. Genevæ & Heidelbergæ aliquando Jura docuit. Proteſtantium religionem amplexus erat: poſtea Caſſandri conſilium ſecutus rurſus ad Pontificios tranſiit, teſte *Thuano.* Unde *Ecebolius alter* à Reformatis dictus eſt. Scripſit inter alia duos libros de Inſtitutione Hiſtoriæ univerſæ, & ejus cum Juriſprudentia conjunctione. Juriſprudentiam ſine Hiſtoria cœcam eſſe, ſcripto & ſermone profeſſus eſt. Vid. *Sweert. pag. 238. Ghilinus, vol. 2. p. 83.*

BALDUINUS (Frid.) Dresdenſis, celebris Theologus, natus eſt, Anno 1575: obiit, An. 1627. Witebergæ Theologiam magna cum laude docuit. Comm. in Epiſtolas Paulinas: item, Caſus Conſcientiæ exaravit. Vid. *H. Witte, in Memoriis Theol. pag. 270.*

BALDUINUS (Guil.) Cornubienſis, An. 1632. obiit. Scripſit de Obligationibus animæ religioſæ erga Deum Tomos XI. fol. Vid. *Alegambe, pag. 168.*

BALDUINUS (Hier.) Auream Expoſitionem in libros aliquot Phyſicos Ariſtotelis, An. 1572. Venet. compoſuit.

BALDUINUS (Jac.) de S. Barbatiano, Bononienſis, JCtus, An. 1211. floruit. Vid. *G. Panzirolus, in JCt. 2, 27.*

BALDUINUS (Mart.) Rythovius, Anno 1583. obiit. In 4. libros Sententiarum commentatus eſt. Videatur *Sweertius, pag. 525.*

BALDUINUS (Paſchas.) Falempinienſis, exaravit Epiſtolam de Hebraicis Gemmarum nominibus, teſte *Sweertio.*

BALDUNGUS (Hier.) edidit Aphoriſmos compunctionis, Anno 1497. in 4. Item, Tract. de Podagra, ad Sigismundum, Auſtriæ Ducem.

BALDUS, de Ubaldis, Peruſinus, JCtus, Bartoli diſcipulus, An. 1400. Ticini obiit. Ferunt, in habitu Franciſcano mortuum eſſe. In multis Bartolo præceptori contradixit. Scripſit in 2. Decretalium. *Epitaphium* ejus ita habet:

Vita, labor ſtudii, divini cultus amoris,
Artes, naturæ, fulgentia dicta, legales
Normæ paſtorum, quæ ſunt & cœlica jura,
Ornant Baldi animum, quæ pandent dogmata clara,
Et quia nunc linquit mortalis pondera carnis,
Dulcia jam guſtans autoris paſcua ſummi,
Clauditur hic Baldus, Franciſci tegmine fultus,
DoctorumPrinceps Peruſina conditus arce.

Videatur *Jovius in Elog. num. 8. Panzirolus in JCtis 2, 70. & Phil. Labbe, T. 1. Diſſert. de Scr. Eccl. pag. 172.*

BALDUS (Baldus) Florentinus, An. 1631. floruit. Edidit librum de contagione peſtifera, Romæ, in 4.

BALDUS (Bernhardinus) Urbinas, Anno 1553.

1553. natus eſt: obiit, An. 1617. (aliis, An. 1597.) Vir fuit non ſolùm Matheſeos peritiſſimus, ſed etiam Latinè, Græcè, Hebraicè, Chaldaicè & Arabicè callentiſſimus. Scripſit librum de tormentis bellicis: Comment. in Mechanica Ariſtotelis: de dictionibus Vitruvianis. de Firmamento & aquis: novam deſcriptionem Templi Ezechielis, &c. Vid. *Nicius Erythræus, part. 1. Pinacotheca, pag. 4. Ghilinus, vol. 2. pag. 43.*

BALDUS (Camillus) Bononienſis, An. 1635. obiit. Extat ejus Comment. in Phyſiognomonica Ariſtotelis, A. 1621. Item, liber de humanarum propenſionum ex temperamentis prænotione, & de naturali ex unguium inſpectione præſagio. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 49. & Bumaldus, pag. 45.*

BALDUS (Innocent.) An. 1582. floruit.

BALENUS (Pet. Chriſtoph.) deſcripſit urbem Siluæducenſem, teſte *Swertio.*

BALFOREUS (Rob.) Gymnaſiarcha Burdigalenſis, An. 1605. floruit. Compoſuit 2. Tomos Comment. in Organum Ariſtotelis, An. 1616. Item, Comment. in Ethicam Ariſtot. Anno 1620. Cleomedem quoque illuſtravit.

de BALINGHEM (Ant.) Audomaropolitanus, Anno 1630. obiit. Edidit *Ζωοπαιδείαν*, i. e. inſtitutionem morum, à brutis petitam: item, Calendarium Hiſtoricum, & locos communes S. Scripturæ. Vid. *Swertius, pag. 130. Alegambe, pag. 35.*

BALINUS (Joh.) Presbyter, ſcripſit de bello Belgico, auſpiciis Ambroſ. Spinolæ geſto, An. 1609. Bruxellis, in 8.

BALISTARIUS (Joh.) Catalanus, Anno 1474. obiit. De noviſſimis temporibus, de bello militantis Eccleſiæ & Antichriſti, teſte *Tritbemio*, commentatus eſt.

BALL (Joh.) Anglus, ſcripſit de fide, fœdere, precibus, & linguæ regimine.

BALLESTERUS (Lud.) Valentinus Hiſp. obiit, An. 1624. Hieroglyphica: item, Onomatographiam edidit. Vid. *Alegambe, pag. 307.*

BALLIVUS (Joh.) Apameus Gallus, Novum Teſt. è Græco in Lat. ſermonem puriſſimum tranſtuliſſe dicitur.

BALLONIUS (Guilh.) An. 1643. de Morbis mulierum librum condidit.

BALLOTINUS (Archangel.) An. 1586. floruit, teſte *Bumaldo.*

BALMFORDUS (Jac.) Anglus, Gatakeri libellum de Sortibus luſoriis peculiari tractatu oppugnavit.

de BALMIS (Abr.) Judæus, compoſuit Grammaticam Hebræam. Edita eſt Hebraicè & Lat. in 4. An. 1594.

BALSACIUS (Joh. Lud.) reliquit tres libros Carminum, An. 1650. Item, Epiſtolas.

BALSACUS (Lud.) Ruthenenſis, fecit Carmina, quæ leguntur, *T. 1. Delit. Gall. pag. 386.*

BALSAMO (Ignat.) ſcripſit de perfectione religioſa, An. 1626. Videatur *Alegambe, pag. 215.*

BALSAMO (Theod.) Βαλσάμων, Patriarcha Antiochenus, An. 1191. floruit. Scripſit 2. libros Commentariorum; unum in Nomocanonem Photii, alterum in Canones variorum Conciliorum & S. Patrum. Vid. *Phil. Labbe, T. 2. Diſſert. de Sc. Eccl. pag. 396. Olearius in Abaco, pag. 446.*

BALSARANUS (Joh. Paulus) Tract. de Feudis, An. 1596. Venetiis edi curavit.

BALTHASAR (Franc.) Expoſitionem Miſſæ, An. 1497. in 4. publicavit.

BALTHASAR (Joh. Franc.) Reſolutiones Juris Civilis & Bavarici, 4. partibus, An. 1651. complexus eſt.

BALTICUS (Mart.) Monacenſis, condidit 3. libros carminum.

BALTINUS (Adr.) Brugenſis, Orationem in Obitum Alberti Auſtriaci habuit.

BALUZIUS (Steph.) Tutelenſis, edidit Concilia Narbonenſia: item, Epiſtolam de vita Petri à Marca, A. 1663. Opera ejus varia extant, VII. Tomis comprehenſa.

BAMBANIUS (Joh.) Conſiderationes Logicas & Metaphyſicas, Anno 1676. concinnavit.

BAMBAMIUS (Mart.) Ethicam Ciceronianam, An 1652. compoſuit.

BAMMACARIUS (Octav.) JCt. de Feudis, fol. An. 1603. commentatus eſt.

BANCHERIUS (Adrianus) Abbas Olevitanus, An. 1612. floruit. Multa edidit ad Muſicam practicam facientia.

BANCKIUS (Laurent.) reliquit Romam triumphantem, An. 1656. Taxam Cancellariæ Romanæ, An. 1651. & Tract. de tyrannide Papæ, An. 1649.

BAN-

BANDELLUS (Matth.) Anno 1500. vixit. Hegeſippum Italicè tranſtulit.
de BANDELLIS (Vincent.) ſcripſit de Puritate conceptionis Jeſu Chr. Liber ille prodiit, An. 1552. Bononiæ.
BANDINUS, Theologus, 4. libros Sententiarum Commentario illuſtravit. Liber impreſſus eſt, Viennæ, Anno 1519. Quando vixerit hic Bandinus, nemo hactenus ſcribere auſus eſt. Unde incertum, num ipſum Lombardus, an ipſe Lombardum compilaverit. Vid. *Thomaſius, in Tract. de Plagio, §. 493. & ſeq.*
BANDINUS (Jac.) Gloſſator Juris Civilis fuiſſe dicitur. Vid. *Panzirolus, in JCt. 2, 16. pag. 129.*
BANGE (Joh.) Chronicon Thuringiæ, ab Orbe condito usq; ad Annum Chr. 1599. compoſuit.
BANGERTUS (Henr.) parentavit Henr. Colero, Conſuli Lubecenſi, An. 1641. Idem Helmoldum recenſuit, Notisque illuſtravit.
BANGIUS (Thom.) Fionius, natus eſt, An. 1600: obiit, An. 1661. Confecit obſervationes Philologicas in Grammaticam Latinam Jerſini, in 8. item, Cœlum Orientis & priſci mundi. Vid. *Vindingius, pag. 316. Bartholinus, de Scr. Danis, pag. 136.*
BANNES, vel BANNEZ (Dominicus) Mondragonenſis, Hiſp. ſcripſit 2. Tomos Diſputationum in 1. & 2. Secundæ Thomæ An. 1614.
BANNOSIUS (Theoph.) librum de Politia Civ. Dei & Hierarchia Romana, An. 1592. in 4. edidit.
BANS (Jac. des) Mauſomenſis Gallus, Anno 1630. claruit. Clementem Alexandrinum Notis illuſtratum edidit. Videatur *Alegambe, pag. 193.*
BANZERUS (Marcus) Auguſtanus, ſtruxit Receptarum Fabricam, An. 1622.
à BAPPENHEIM (Matth.) Anno 1541. obiit. Condidit Annales ſuæ familiæ: item, Chronicon Auſtriacum. Aliis vocatur Matthæus de Piberbach. Videatur *Zeillerus, part. 2. pag. 9. & 110.*
BAPST (Mich.) Chronicon Turcicum confecit.
BAPTISTA, Finarienſis, Epiſcopus Ventimelienſis, compoſuit Serapionem vel Trialogum de contemtu mundi.
BAPTISTA (Greg.) Commentarium in cap. XIII. Joh. A. 1621. publici juris fecit.
BAPTISTA (Hortenſ.) Tract. de rerum univerſitate, An. 1594 elaboravit.
BAPTISTA (Joh.) ſcripſit de compoſitione Theriacæ.
de BAR (Franc.) de Antiquitatibus Belgicis ampliſſimè, teſte *Sandero*, commentatus eſt.
BARACHIAS (Rabbi) Nigdanus, Parabolas Vulpium Hebraicè compoſuit.
BARÆNUS (Juſtus) Epiſtolam ad Abr. Scultetum exaravit. Verus autor eſt *Joh. Saubertus, Senior.*
BARANZANUS (Redemt.) edidit Uranoſcopiam, & Campum Philoſophicum, An. 1620.
BARATERIUS (Barth.) JCtus, ſcripſit de Feudis.
BARATTERIUS (Joh.) JCtus, An. 1301. floruit, & Conſilia reliquit.
BARBA (Joh.) Sardus, An. 1614. extinctus eſt. Oratoriam facultatem editis ſcriptis celebravit, teſte *Alegambe, pag. 228.*
BARBADICUS (Greg.) Venetus, hoc ævo floret. Vid. *Greg. Letus in Italia regnante.*
BARBADORUS (Barth.) integram Æſchyli fabulam invenit, atque vetuſtate obrutam luci reſtituit, teſte *Simlero.*
BARBARANUS (Julius) Promtuarium rerum electarum, præſertim in re Romana, Veronæ, An. 1564. edi curavit.
BARBARINUS (Maphæus) Florentinus, poſtea Urbanus IIX. dictus, Anno 1644. obiit. Carminibus ingens nomen ſibi comparavit. Odæ ipſius ita puræ, ità elegantes Patribus Societatis Jeſu viſæ ſunt, ut, ipſo vivo, in ipſorum ſcholis diſcipulis ad imitandum proponerentur: quod ex recentioribus poëtis contigit ante ipſum nemini. Vid. *Nicius Erythræus, part. 2. Pinacoth. pag. 153. & Ghilinus, vol. 1. pag. 160.*
BARBAROSSA (Chr.) Theologus, Nucleum Poſtillarum, Analyſin Catecheticam, &c. compoſuit, An. 1617.
BARBARUS (Daniel) Philoſophiæ & mathematicarum artium ſcientia inſignis, An. 1569. obiit. Pollionis Vitruvii de Architectura libros doctiſſimis Commentariis illuſtravit. Scripſit etiam Comm. in quinque voces Porphyrii: item, in 3. libros Rhetoricorum Ariſtotelis ad Theodectem. *Dicere ſolebat: niſi Chriſtianus eſſem, in ri Ariſtote-*
lis

lis verba juraturus eſſem, quemadmodum *Thuanus*, *l.* 46. refert. Vid. *Ghilinus*, *vol.* 2. *pag.* 43.

BARBARUS (Franc.) Venetus, ſcripſit de Re Uxoria: item, Epiſtolas & Orationes. Vid. *Autor Dialogi de Lat. Ling.* apud *Giſan. pag.* 394. item, *Ghilinus*, *vol.* 2. *pag.* 84.

BARBARUS (Hermolaus) celebris Philophus, An. 1493. obiit. De re literaria optimè meruit, quando Plinium Secundum, ab imperitis invidiosè ſurreptum, priſtino nitori reſtituit, nec non Themiſtium, Ariſtotelis interpretem, Latinè tranſtulit. *Epitaphium* ejus tale legitur:

Barbariem Hermoleos Latio qui depulit omnem,
Barbarus hic ſitus eſt: utraq; lingua gemit.
Urbs Venetum vitam, mortem dedit inclyta Roma.
Non potuit naſci clarius atq; mori.

Paulò anno obitum Aquilejæ Patriarcha renunciatus eſt. Vid. *Jovius*, *in Elog. numero* 36. *Pierius Valerian. de Infel. Lit. pag.* 15.

BARBARUS (Joſaphat) Venetus, Anno 1436. claruit. Deſcripſit Iter in Perſiam.

à S. BARBATIANO (Jac. Balduinus) JCtus, An. 1211. floruit.

BARBATIAS (Andr.) Meſſanenſis, JCt. An. 1448. claruit. Scr. Comm. in Jus Canonicum: Item, Tract. de Cardinalium præſtantia: de verborum obligatione: & 4. Volumina Conſiliorum. Conſilia ejus haud tutò ſequenda eſſe, *nonnulli* judicant. Vid. *Spiegelius*, *in lex. Jur. ſub fin.* A quibusdam legum Monarcha & utriusque Juris illuminator dicitur. Vid. *Olearius in Abaco*, & *Panzirolus*, *in JCt. l.* 2. *c.* 116.

BARBATIUS (Hier.) Patav. Medicus, de Sanguine & ſero, An. 1666. commentatus eſt.

BARBATUS (Joh.) edidit Speculum Hebraicum, An. 1615. Lovanii.

BARBATUS (Nic. Aſcl.) Medicus, Anno 1571. obiit. Habuit Orationem de expulſo & reſtituto Ulrico, duce Würtembergenſi. Vid. *Sim. Schardius*, *vol.* 2. *Germ. Script. pag.* 285. Præterea libros Elegiarum, An. 1565. condidit. Carmina ejus occurrunt, *T.* 1. *Delit. Germ. pag.* 403.

de BARBERIIS (Joh.) JCtus, An. 1395. vixit.

de BARBERIIS (Joh. Aloyſius) An. 1581. floruit.

BARBERINUS (Franc.) An. 1348. obiit. Vid. *Ghilinus*, *vol.* 2. *pag.* 85.

BARBERIUS (Car. Juven.) A. 1657. claruit. Edidit Theopancratiaſten, ſive S. Pancratii martyris mirabilia, XV. Elogiis comprehenſa.

BARBETA (Joh.) Dalmata, Hiſtoriam Dalmatiæ, circa An. Chr. 1480. literis mandavit.

BARBETTE (Paulus) Chirurgico Anatomica, An. 1671. Leydæ, publicavit.

BARBOSA (Arius) Luſitanus, Salmanticæ XL. amplius annis bonas literas profeſſus eſt. Si *Lilio Giraldo* credimus, primus Græcas literas in Hiſpaniam intulit. Idem *Aratoris* Presbyteri poëma de geſtis Apoſtolorum ingenti Commentario illuſtravit, in quo non Philologum modo, ſed & Philoſophum & Theologum ſeſe præſtitit.

BARBOSA (Auguſt.) JCtus, edidit Varia in Jure. Opera ejus IX. Tomis comprehenduntur. Vid. *Ghilinus*, *vol.* 2. *pag.* 5. & *Leo Allatius in Apibus Urb. pag.* 52.

BARBOSA (Pet.) An. 1622. claruit. Extat ejus Tract. de Matrimonio, 2. Tomis. Item, liber de Judiciis, &c.

BARBOSA (Simon Vaz.) ſcripſit librum de Principiis Juris, qui prodiit, Anno 1630.

BARBUS (Paulus) Soncinas, ex ordine Prædicatorum, Philoſophus doctus, Anno 1510. claruit. Compoſuit Quæſtiones ad Ariſtotelis Metaphyſica: item, Diſpp. in Epitomen operum Capreoli & Thomam Aquinatem. Vide, SONCINAS.

BARCÆUS (Caſp.) Zelandus, An. 1553. obiit Goæ. Epiſtolas de rebus Ormutinis exaravit.

BARCELLA (Lud.) Anno 1522. obiit. Scripſit de Myſterio Trinitatis. Videatur *Ghilinus*, *vol.* 2. *pag.* 176.

BARCEPHAS (Moſes) Βαρκηφᾶς, Epiſcopus Syrus, juxta *Bellarm. X.* juxta *alios* verò, 15. aut 16. ſeculo claruit. Reliquit Commentar. de Paradiſo. Vid. *Ph. Labbe*, *T.* 2. *diſſert. de Scr. Eccl. pag.* 95. *Hottinger. in Biblioth. Quadripart. pag.* 225. *Olearius in Abaco*, *pag.* 317.

BARCKEFELDIUS (J.) JCtus edidit Promtuarium Juris Theorico-Practicum,

cum, An. 1666. Item, Indicem terminorum Juris, An. 1654.

BARCLAJUS (Guilh.) JCt. celebre & præclarum volumen contra Monarchomachos pro Regibus, 6 libris diſtinctum, compoſuit: ut & eruditos Commentarios in Tit. de rebus Creditis: item, in Tit. de Jurejurando. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 162.*

BARCLAJUS (Joh.) Guilhelmi filius, Muſſipontanus, An. 1621. Romæ obiit. Homo elegantiſſimi & faceti ſſimi ingenii, author Euphormionis & Argenidis, multos in ſui admirationem rapuit. Vid. *Nicius Erythr. part. 3. Pinacoth. pag. 72. Thomaſinus, part. 2. Elog. pag. 187.* Adde *Imperialem, pag. 169.*

BARDESANES, Βαρδισάνης, Babylonius, Alexandri Severi Imp. temporibus floruit. Scripſit de Brachmanibus & Samanæis; Indorum Philoſophis, quos Græci Gymnoſophiſtas vocant. A *Porphyrio, l. 4 περὶ Ἀποχῆς*, allegatur. Juxta *quoſdam* Chriſtianus fuit, & nonnulla contra Marcionitas elaboravit, quæ ab Eccleſia approbata ſunt. Tandem Chriſtianæ fidei naufragium feciſſe, & ſummum fati propugnatorem evaſiſſe, memorant.

BARDILUS (Burckh.) edidit Concluſiones Theoretico Practicas ad Pandectas, An. 1676.

BARDUS (Franc.) de conſcientia dubia & ſcrupuloſa, Anno 1653. commentatus eſt.

BARDUS (Hieronymus) Florent. A. 1594. obiit. Hiſtoriam linguâ Italicâ conſcripſit.

BARDUS (Marcus Ant.) Senenſis, JCtus, ſcripſit de tempore utili & continuo, An. 1581.

BARETUS, JCtus, reliquit Conſilia.

BARGÆUS (Ant. Ang.) inter Poëtas numerari meruit. Carmina ipſius habentur, *T. 1. Delit. Ital. pag. 160.*

BARGÆUS (Pet. Angel.) Piſis complures annos humaniores literas docuit. An. 1596. ex hac vita migravit. Poëticâ præcipuè excelluit. Syria & Cynegetica à doctis meritò commendantur Carmina ejus vide *T. 1. Delit. Ital. pag. 111.* Videatur *Thuanus, l. 117.* item, *Hanckius, part. 2. de Scr. Rer. Rom pag. 168.*

BARGALIUS (Caſſ.) JCtus, compoſuit Tract. de Dolo, An. 1604. fol.

BARCHIOCHUS (Joh. Bapt.) Epigrammata ſacra, An. 1644. edi curavit.

BARIACUS (Gabr.) edidit Introductionem in artem Jeſuiticam, An. 1599.

BARIANUS (Nic.) de Placentia, Anno 1494. claruit. Libellum de montibus Pietatis contexuit.

BARICELLUS (Jul. Cæſ.) à S. Marco, edidit hortulum Genialem, Anno 1620. Item, 4. libros de Sudore humani corporis, An. 1614.

BARIGNANA, librum de Secretis conſeciſſe dicitur.

BARILIS (Bernh.) JCtus, de poteſtate Legis municipalis in advenas ſcripſit Anno 1641. Lugd.

BARILUS (Lud.) Bergomas, Anno 1597. obiit. Compoſuit Ambroſianum Quadrageſimale, in quo unicuiq; Evangelio, præter ipſius expoſitionem, ſpeciales tractatus apponuntur, quibus veritates Catholicæ comprobantur & Hæreſes contrariæ refutantur. Vid. *Calvus in Bergomat. pag. 349.*

BARINIANUS (Pet.) eximius poëta, An. 1520. claruit. Vid. *Quenſtad. pag. 342.*

BARIOLA (Lud.) JCtus, compoſuit flores directorii Inquiſitorum: Aphoriſmata utriusque Juris: Conſilia, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 150.*

BARIUS (Gabr.) edidit libros de Lat. Lingua, Romæ, An. 1554.

BARLAAM, Βαρλαάμ, Hieracenſis Epiſcopus, ſeculo XIV. circa An. Chr. 1303. floruit. Exaravit epiſtolas ad Græcos de unione cum Romana Eccleſia & Proceſſione Sp. Sancti, quas *H. Caniſius* edidit. Idem Ethicam ſecundum Stoicos compoſuit. Confer *Phil. Labbe, T. 1. Diſſ. de Scr. Eccl. pag. 174.*

BARLAAM, Monachus, An. Chr. 1350. claruit. Scripſit Græcè de Algebra: item, de Primatu Papæ, quem librum Claud. Salmaſius, puer admodum, vix 14. annorum, Græcè & Latinè edidit. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. diſſ. de S. E. pag. 736.* & *Olearius in Abaco, pag. 65.*

BARLÆUS (Caſp.) Antverpianus, Philoſophus & poëta, Anno 1647. obiit. Reliquit Carmina, Orationes & Epiſtolas. Vid. *Sorberii* Epiſtola apud *Colomeſium, in Gallia Orientali, pag. 207.*

BARLÆUS (Lamb.) in Lugd. Academia Græcæ linguæ profeſſor, luculentum

Comment. elaboravit in Heſiodi Theogoniam, qui An. 1658. poſt ejus obitum in lucem prodiit.

BARLÆUS (Melch.) Antverp. An. 1566. floruit. Scripſit de raptu Ganymedis: item, quinque libros Brabantiados. Vid. *Tom. 1. Delit. Belg. pag. 212.* Confer *Sweertium, pag. 564.*

BARLANDUS (Adrianus) Zelandus, An. 1488. natus eſt: obiit, An. 1542. Lovanii Oratoriam docuit. Condidit Hiſtoriam Comitum Hollandiæ & Ducum Brabantiæ: item, Hiſtoriam obſidionis Papienſis. Vid. *Simon Schardius, vol. 2. Germ. Scr. pag. 607. Vernulæus in Acad. Lov. pag. 309. & Val. Andreæ, in Faſt. Lovan. pag. 279.*

BARLETIUS (Marinus) Dalmata, tempore Friderici III. Imp. claruit. Tredecim libris vitam & res geſtas Georgii Caſtrioti, aliàs Scanderbeg dicti, eleganter deſcripſit, & Donferrando Caſtrioto, Scanderbegi nepoti, dedicavit. *Voſſius à Jovio* Barinum *Becichemum* appellari exiſtimat. Barletii Hiſtoria Argentorati, An. 1531. impreſſa eſt. Videatur *Zeillerus, part. 2. pag. 10. Reineſ. ad Daum. pag. 116.*

BARLETTA (Gabr.) Neapolitanus, Homilias compoſuit, quas quidam Anno 1470. impreſſas eſſe affirmant.

BARLIETTUS (Gabr.) de Antichriſto ſcripſiſſe memoratur. Prodiit, A. 1607.

BARLOW, ſcripſit in Epiſtolam S. Pauli ad Timotheum.

BARN (Rob.) Anglus, Anno 1540. exuſtus eſt. Vitas Pontificum Romanorum calamo exaravit.

BARNABAS, Βαρνάϐας, Apoſtolus, cujus in Actis mentio habetur, Epiſtolam Catholicam reliquit, ex qua nonnulla *Clemens Alex.* producit. Eam Epiſtolam ſuperioribus annis *Claud. Menardus*, item, *Iſaac Voſſius* evulgavit: poſt quos etiam *Maderus* eandem edidit. *Tertullianus, lib. de Pudicit.* Epiſtolam ad Hebræos huic Barnabæ quoq; tribuit. Quidam, Barnabam à Cypriis occiſum fuiſſe, memorant. Videatur *Rivetus, T. 2. Oper. pag 1074.*

BARNABEUS (Hier.) Peruſinus, Vitam Cæſ. Baronii Card. deſcripſit, Anno 1651. in 4.

BARNAUDUS (Nic.) Quadrigam auriferam, An. 1599. publicavit.

BARNAUDUS (Pet.) Carolicenſis Gallus, Doctrinam Chriſtianam exaraſſe dicitur. Vid. *Alegambe, pag. 372.*

BARNERUS (Jac.) Elbingenſis Boruſſus, Philoſophiæ & Medicinæ D. An. 1641. natus eſt. Edidit Prodromum Sennertinovi, An. 1674. in 4. item, librum de Spiritu vini, Anno 1675. Habet & alia ad prælum parata, quæ ſuo tempore publicare haud recuſabit.

BARNESIUS (Joh.) Benedictinus Monachus, ſcripſit contra æquivocationes, An. 1625. Paris.

BARO (Bonavent.) Vid. BARONIUS.

BARO (Equinar.) JCtus, edidit Manuale: item, librum de Beneficiis.

BARO (Pet.) Stempanus, ſcripſit in Jonam, An. 1579. Lond. Item, de præſtantia divinæ Legis.

BAROCCIUS (Alſ.) in Ariſtotelem περὶ Ἑρμηνείας, An. 1569. commentatus eſt.

BAROCIUS (Franc.) Platonis librum, de numero Geometrico, Bonon. A. 1566. commentario illuſtravit.

BAROLITANUS (Marc. Sanct.) ſcripſit de lapide renum & veſicæ, Paris. in 4.

BARONIUS (Bonavent.) Hibernus, condidit tres Tomos Philoſophiæ, A. 1664. fol. ſex Theologiæ, A. 1676: & quatuor Literarum amœniorum, A. 1671. Vid. *Greg. Letus, in Italia regn. pag. 459.*

BARONIUS (Cæſar) Cardinalis, Anno 1607. obiit. Hic ſtupendum illud Analium Eccleſiaſticorum opus incredibili ſtudio compoſuit, magnamq; laudem eo nomine tum apud ſuos, tum apud adverſarios ſibi comparavit. Merita tamen ſua in Eccleſiam, *Caſaubono* non malè judicante, immoderato partium ſtudio non parum corrupit. Audiamus *Nicium, part. 1. Pinacoth. pag. 89*: Sedis Apoſtolicæ (inquit) ita erat acer propugnator, ut contra ejus minuendæ autores nullam potentiæ, amicitiæ, gratiæq; rationem haberet, nihil cujusq; periculi metu perterreretur, adeo ut diuturna Regum maximorum imperia adverſus ſedis Apoſtolicæ decus non dubitaverit ſcriptis ſuis labefactare atq; convellere. Hæc ille. Voluminoſum illud Cardinalis opus in Epitomen contraxit *Spondanus*. Præter Annales Eccleſ. idem Baronius ad Martyrologium Rom. Notas addidit, quibus illud mirificè illuſtravit. Confer *Whear in Select. Hiſt.*

Hiſt. pag. 269. Item, *Biſſelium, Septenn. 1. pag. 450.*

BARONIUS (Franc.) 4. libros de majeſtate Panormitana, An. 1630. fol. elaboravit.

BARONIUS (Juſtus) exaravit Epiſtolas ſacras, An. 1605.

BARONIUS (Robert.) Philoſophiam ancillantem Theologiæ, An. 1621. item, Tractatum de peccato mortali, Anno 1649. compoſuit.

BARONIUS (Theod.) Cremonenſis, edidit 2. libros de Operationis merendi triplici læſione & curatione, Papiæ, Anno 1609.

BARONIUS (Vincent.) Meldulenſis, Tract. de Pleuripneumonia, Foroliv. An. 1628. in lucem miſit.

BAROTIUS (Pet.) Venetus, An. 1507. obiit. Tres libros verſuum & hymnorum reliquit. *Autor Dialogi de L. Ling. reparat. apud Gifanium, pag. 401.* Quis eſt, inquit, tam ſtupidi ingenii, aut ab humanarum literarum ſtudiis tam alienus, qui in Pet. Barotio, Patavino antiſtite, eodemque Veneto, utrumque dicendi genus non ſuſpiciat ac miretur? Incidi quandoq; in ejus carmen. Nihil gravius vidi unquam, nihil magis pium, magisq; religioni accommodatum. Cupio (pergit) vehementer videre *opus* ab eo *de optimo genere moriendi* nuperrimè abſolutum, in quo audio omnia divinè ab eo diſpoſita. Hæc ille. Confer *Ghilinum, vol. 2. pag. 212.*

BARRADAS, vel BARRADIUS (Sebaſt.) Olyſſiponenſis, An. 1615. obiit. Conimbricæ, & Eboræ S. literas interpretatus eſt. Edidit Harmoniam Evangelicam, 4. Tomis, fol. Item, Itinerarium filiorum Iſraël ex Ægypto. Vid. *Alegambe, pag. 418.* Confer *Biſſelium in 3. Septennio, pag. 56.*

BARRALIS (Vincent.) An. 1613. Chronologiam Sanctorum & aliorum clarorum inſulæ Lerinenſis virorum cum annotationibus publicavit, fol. Vid. *Barthius in Rutilium, pag. 150.*

de la BARRE (Laur.) ſcripſit Bibliothecam Hiſtoriæ Chriſtianæ, Anno 1583. fol. Paris.

BARRET (Guilh.) edidit Jus Regis, Anno 1617.

BARRETARIUS (Sebaſt.) Florentinus, Anno 1622. obiit. Compoſuit vitam Joſephi Anchiettæ, libris 4. Item, Hiſtoriam Eccleſiaſticam ab O. C. usque ad tempora Apoſtolorum. Vid. *Alegambe, pag. 419. Placcius, pag. 195.*

BARRETUS (Emanuel) Luſitanus, Anno 1620. in Japonia obiit, relictis floſculis virtutum & vitiorum. Vid. *Alegambe, pag. 100.*

BARRETUS (Lucius) Hiſtoriam cœleſtem, ſeu Obſervationes aſtronomicas, fol. An. 1675. edi curavit.

BARRETUS (Melch. Nunnius) Portuenſis Luſitanus, An. 1557. obiit. Exaravit Epiſtolas, datas ex Indiis, China & Japonia. Vid. *Alegambe, pag. 341.*

BARRIENTUS (Barthol.) Hiſp. Grammaticus, in Salmanticenſi Academia claruit. Mathematicis usq; eò ſeſe dedit, ut magicæ ſuperſtitionis notam vix effugerit ac diluerit. Scripſit ſilvam Lectionum variarum: item, Comment. in ſomnium Scipionis.

BARRIUS (Gabr.) quinque libros de antiquitate & ſitu Calabriæ, An. 1571. Romæ editos, contexuit.

BARRIUS (Girald.) Cambrenſis, Anno 1198. floruit. Scripta ejus *Waræus* enumerat.

BARRIUS (Joh.) Hiſp. res Chinenſes deſcripſit.

BARRIUS (Paulus) ſcripſit de cultu Divorum, An. 1651. item, Pædagogiam cœleſtem, An. 1650.

BARROSIUS (Joh.) Luſitanus, An. 1577. mortuus eſt, Indica Hiſtoria ſumma fide conſcriptâ. Vid. *Thuanus, lib. 64.*

BARROW (Iſaac) Cantabrigienſ. Lectiones Geometricas, A. 1672. edidit, Lond. Item, Opera Archimedis.

de BARRY (Franc.) ſcripſit de Succeſſionibus Teſtati & Inteſtati, fol. An. 1653.

BARSCHAMP (Georg.) JCtus, edidit radicem clauſularum de præcipuis verborum formulis, An. 1620.

BARTASSIUS (Guil. Salluſt.) celebris poëta, An. 1590. obiit. Condidit Hebdomadam ſacram. *Pet. Ronſardus,* lecto hoc opere, Bartaſſii eruditionem admiratus eſt, eique calamum aureum dono miſit cum hoc elogio: Bartaſſium plus laudis aſſecutum eſſe una Hebdomada, quàm Ronſardum tota vita. Vid. *Thuanus, lib. 99. Caſp. Barthius* vocat Poëtam admirabilem. *Scaliger in Primis, pag. 17.* Bartaſſius (inquit) in ſua Juditha

Lucanicum ſtilum ſequitur, feliciter aſſurgit, ſed ſæpè duriuſculus.

de BARTENORA (Obadias.) celebris Judæus, Italus, A. M. 5290. obiit. Compoſuit Commentarium in Miſnajoth. Vid. *Ganz in Zemach, pag. 155.*

de BARTENSTEIN (Martinus) Monachus S. Auguſtini, ſcripſit libellum de Martyrio S. Felicis & Regulæ, cujus apographum ſe habere ait *Hottingerus in Bibliothecario.*

de BARTHEMA (Lud.) compoſuit Hodœporicon Indiæ Orientalis. Vide, VARTOMANNUS.

BARTHIUS (Caſp.) Nobilis Saxo, natus eſt, An. 1587. obiit, An. 1658. Concinnavit admirandum opus Adverſariorum: Commentaria in Claudianum, Statium Papinium, Guilhelmum Britonem, Mamertum, & alios. Pietatem ejus ſatis oſtendit elegantiſſimum opus Soliloquiorum. Ajunt, ipſum CXX. Adverſariorum libros reliquiſſe, prioribus multo meliores. Vid. *Spitzelius in Theatro Honoris, pag. 380.*

BARTHIUS (Helvicus) in Habacuck, An. 1603. commentatus eſt.

BARTHIUS (Mich.) Annæberg. A. 1570. claruit. Scripſit Notas in Bucolica Virgilii. Carmina ejus leguntur, *T. 5. Delit. German. pag. 416.* Ipſe Comment. ſuos in Alciati Emblemata allegat.

BARTHOLINUS (Albertus) Danus, Anno 1663. obiit. Compoſuit libellum de Scriptis Danorum.

BARTHOLINUS (Bartolus) natus eſt, An. 1614. Exaravit libellum de Pænula. Item, alium de ſtudio Philologiæ. Vid. *Vindingius, pag. 365.*

BARTHOLINUS (Caſp.) Medicus, An. 1585. natus eſt: obiit, An. 1629. Mortuo parentavit *Caſp. Brochmandus.* Scripſit Anatomicas Inſtitutiones corporis humani: libros 2. de aquis: Aſtrologiam: Logicam Peripateticam: Tract. de tibiis, &c. Vid. *Vindingius, pag. 251. & Henning. Witte in Med. pag. 48.*

BARTHOLINUS (Dan.) edidit Hiſtoriam Aſiaticam Societatis Jeſu, 2. voluminibus, An. 1671.

BARTHOLINUS (Eraſmus) natus eſt, An. 1625. Scripſit de Cometis, A. 1665. Item, de Cryſtallo Islandico diſdiaclaſtico, An. 1670. Idem 2. libros Opticorum Heliodori Lariſſæi cum animadverſionibus edidit. Videatur *Vindingius, pag. 424.*

BARTHOLINUS (Jac.) A. 1653. obiit. Librum Cabaliſticum, Maajan Haachochma, & alium, Bahir dictum, edi curavit. Vid. *A. Bartholinus in ſcript. Dan. pag. 58.*

BARTHOLINUS (Ivatus) Medelpharus, Anno 1583. obiit. Reliquit libellum de extremo judicio. Vid. *Vingindius in Hafn. Rect. pag. 103.*

BARTHOLINUS (Pet.) ſcripſit Apologiam pro obſervationibus Tych. Brahe, contra Hortenſium, An. 1632.

BARTHOLINUS (Rich.) Peruſinus, Anno 1510. claruit. Compoſuit 12. Auſtriados libros: item, Hodœporicon. *Caſp. Barthius ad 2. Theb. Statii, pag. 279.* ita de eo judicat: Rich. Bartholinus cum veteribus nonnullis Poëtis comparandus, ſi ingenii & judicii tenorem, quem habuit, (addo & eloquentiæ) aliquando per totum opus ſervare potuiſſet.

BARTHOLINUS (Thomas) Hafnienſis, natus eſt, A. 1616. Extant ejus libri de Armillis veterum: de Cruce Chriſti: de Jure animalium: de vaſis lymphaticis: de lacteis thoracicis. Scripta ejus plura recenſentur ab *Alb. Barthol. in Scriptoribus Danis, pag. 138.* Confer *Vindingium in Rect. Hafnienſ. pag. 381.*

S. BARTHOLOMÆUS Apoſtolus, Indis Evangelium annuntiavit. Fertur ſcripſiſſe Evangelicam Hiſtoriam, quam Gelaſius Papa cenſura ſua damnavit & inter Apocrypha retulit.

BARTHOLOMÆUS, Anglicus, de Proprietatibus rerum commentatus eſt. Vide, ANGLICUS.

BARTHOLOMÆUS, Brixienſ. JCtus, reliquit Comment. Juris, & Hiſtoriam temporum.

BARTHOLOMÆUS, Colonienſis, Anno 1494. claruit. Scripſit ſilvam Carminum. Vid. *Swertius, pag. 555.*

BARTHOLOMÆUS, Neocaſtrenſis Siculus, A. 1270. vixit. Res à Petro, Arragoniæ Rege, geſtas libris XV. hexametro proſecutus eſt.

BARTHOLOMÆUS Parvus, Bononienſis, An. 1302. floruit. Armeniæ Apoſtolus à *Bumaldo* dicitur. Biblia, Miſſale, Opera S. Thomæ, regulam S. Auguſtini, &c. è Latina in Armeniorum linguam tranſtulit.

BARTHOLOMÆUS, Piſanus, An. 1347. obiit.

obiit. Scripſit ſermones Quadrageſimales: item, Summam caſuum Conſcientiæ, quæ *Piſanella* ſive *Magiſtruccia* dicta eſt. Vid. *Olearius in Abaco*, *pag. 67*.

BARTHOLOMÆUS, Urbinas, vir doctus & ſingularis memoriæ, An. 1410. floruit. Ille omnia ferè Auguſtini volumina memoria complexus, ex variis ſententiis ac locis S. Auguſtini ſingulare opus confecit, quo univerſam S. Scripturam juxta mentem ſanctiſſimi Patris expoſuit. Hoc opus, deleto Autoris nomine, *Joh. Gaſtium* pro ſuo edidiſſe, *Sixtus Senenſis* affirmat.

BARTHOLOMÆUS (Cornel.) edidit Pondus Sanctuarii, An. 1654. Brugis.

BARTHOLOMÆUS (Gabr.) Hiſtoriam proſtratæ rebellionis in Gallia, An. 1634. Toloſæ, in lucem dedit.

BARTILIUS (Laur.) Tarnovienſis, Polonus, An. 1635. obiit. Officium de S. Michaële Archangelo compoſuit. Vid. *Alegambe*, *pag. 294*.

BARTIUS (Ant.) Brugenſ. JCtus, ſcripſit quædam in C. I. Cæſarem. Fuit tam felicis memoriæ, ut Pandectas Juris memoriter, ac leges quamplurimas verſo ordine recitare poſſet. Vid. *Sanderus in Brugenſibus*, *pag. 20*.

BARTOLLETTUS (Fabr.) Bononienſ. Med. Anno 1614. floruit. Condidit quatuor libros de Reſpirationibus. Item, Encyclopædiam Hermet. dogmaticam. Vid. *Bumald. pag. 65*.

BARTOLUS de Saxoferrato, JCtus, natus, An. 1313: obiit, An. 1355. A quibusdam *Juris lucerna & cæcorum dux*: item, *ſpeculum & veritatis Pater* indigitari ſolet. A Carolo IV. Imp. gentilitiis Bohemiæ Regum inſignibus virtutis cauſa, teſte *Jovio*, donatus eſt. Videatur *Guido Panzirolus*, *in JCt. l. 2. c. 67. Magius 4. Miſcell. c. 2.*

BARTSCHIUS (Frid.) 2. volumina Concionum, An. 1610. Colon. publicavit. Videatur *Alegambe*, *pag. 143*.

BARTSCHIUS (Jac.) edidit Planiſphærium ſtellatum, impreſſum, An. 1663.

BARUCH, Prophetæ Jeremiæ diſcipulus, librum reliquit, qui Græcè hodie legitur. Eum *Pontificii* inter Canonicos libros referunt: *Lutherani* verò pro Apocrypho agnoſcunt.

BARUCH (Germazienſis) Judæus, A. M. 4996. vixit. Compoſuit librum Theruma. Videatur *Ganz*, *in Zemach David*, *pag. 140*.

BARVOETIUS (Alex.) confecit indicem Autorum Græcorum ineditorum, qui aſſervantur in Bibliotheca Scoralienſi. Vid. *Labbe*, *in B. B. pag. 3*.

BARYPHONUS (Henr.) edidit Plejades Muſicas, An. 1615.

BARZÆUS (Caſp.) Goëzâ Belga, Anno 1553. extinctus eſt. Goano Collegio totiq; per Indiam Societati aliquando præfuit. Ejus res geſtas *Nicol. Trigaultius* tribus libris proſecutus eſt. Exaravit Epiſtolas de rebus Ormutinis. Vid. *Alegambe*, *pag. 147*.

de BARZANA (Alfonſ.) Cordubenſis, Anno 1598. obiit. Peruanis per 23. annos Chriſtianam doctrinam prædicavit. Vulgò Tucumanenſium Apoſtolus dictus eſt. Mira de eo referunt, quæ apud *Alegambe*, *pag. 17*. legi poterunt.

BARZIUS (Cæſ.) edidit Deciſiones Rotæ Bononienſis, fol. An. 1610. Venet.

BARZIZIUS (Chriſtoph.) Bergomas, An. 1500. claruit. Librum de Febrium cognitione & cura: item, Expoſitionem in Antidotarium Meſue, &c. contexuit.

BARZIZIUS (Gunifort.) Anno 1450. claruit. Res ab Alphonſo, Rege Arragoniæ, adverſus Regem Tunetanum geſtas, memoriæ prodidit.

BARZIZIUS (Caſparinus) An. 1428. obiit. Compoſuit Comm. in Cicer. de Oratore, Senectute, & Officiis. Videatur *Trithemius*.

BARZUS (Bened.) Peruſinus, JCtus, An. 1410. obiit. De Guarentagia opuſculum conſcripſit. Extat *T. 6. Tract. tract.* Videatur *Guid. Panzirolus*, *in JCt. l. 2. c. 77. & 102.*

BASCIACOMADRIUS (Baſciacom.) Bonon. JCtus, A. 1300. floruit. Elaboravit quæſtiones varias.

BASCIACOMADRIUS (Laigonus) JCt. An. 1275. claruit. Quæſtiones reliquiſſe fertur.

BASELIUS (Jac.) compoſuit Sulpitium Belgicum, id eſt, Hiſtoriam religionis In Belgio. Liber luce donatus eſt, A. 1656.

BASELIUS (Nicol.) Naucleri Chronico appendicem addidit.

BASELLUS (Bened.) Bergomas, Medicus, A. 1621. obiit. Scripſit Apologiam, in tres libros diſtinctam, qua pro Chirurgiæ nobilitate viriliter decertavit.

BASERIUS (Iſaac) Gallus, vel Anglus, An. 1660. claruit. De hoc *ſequens Epiſtola* à Viro quodam docto mihi communicata eſt: Scias, Iſaacum Baſerium per dimidium menſem hic Lipſiæ commoratum eſſe. Fuit ille Caroli Stuarti, Regis Angliæ beatiſſimi, olim Sacellanus. Sed, regicidio illo peracto, ſe non ſatis tutum in Anglia animadvertens, fuga ſibi conſuluit, & in Tranſilvaniam abiit. Occaſione ibi peregrinandi accepta, in Turciam, Perſiam & Arabiam evagatus eſt, & pleniorem linguarum Orientalium, qua aliàs polluit, ſibi cognitionem acquiſivit. Reduci in Tranſilvaniam facto Profeſſio S. Theologiæ, ut & linguæ S. à Principe ejus regionis in Academia Alba Julia delegata eſt, qua & hucusq; cum laude functus eſt. Revocato nunc poſtliminio in Angliam & ad ſolium paternum evecto Carolo II. revocatus eſt & ipſe in Angliam, ut concionatoris aulici fungeretur munere. Cumque in itinere jam ſit conſtitutus, non potuit non noſtram ſimul Lipſiam inviſere. Conſalutavit autem præ cæteris *M. Schertzerum*, *D. Gejerum*, *Thomaſium & Franckenſteinium*. Cæterum natione Gallus eſt, & è cenſu eorum, qui in Syncretiſmum opidò conſentiunt. De ejus eruditione teſtantur omnes, quotquot diſſerentem ipſum audiverunt. Inter alia notatu dignum, quod de bello Turcico inſtanti ominatur ex Apocalypticis viſionibus. Nimirum omnino putat, in ſexta Phiala nunc conſtitutos nos eſſe, Turcamque hac vice feliciter contra Chriſtianos pugnaturum, adeò, ut nec Roma manſura foret inoppugnata. Fore tamen, ut hac victoria reportata, Turcicum dein imperium ad ruinam vergat, imò concidat. Nec aliter ſtatuere ſapientes Turcarum, quibuscum de hac ipſa re in Turcia contulerit. Hæc ex literis, *Lipſiæ* datis, d. 24. Aug. Anno 1661.

BASETTUS (Simon) Bergomas, edidit virtutum & vitiorum monomachiam, An. 1616.

BASGAPE (Carolus) Mediolanenſ. Anno 1615. obiit. Scripſit de Metropoli Mediolanenſi: de vita & geſtis Caroli Card. de Eccleſia Novarienſi: de Concordia Evangeliſtarum: de Choreis, &c. Vid. *Ghilinus*, *vol. 2. pag. 51.*

BASIANUS (Joh.) JCtus, Anno 1150. floruit. Fecit Summam ad Jus Civile.

BASILACES (Niceph.) Βασιλάκης, ſub Alexio Comneno, A. C. 1182. fl. Conſcripſit Fabulas, Narrationes & Ethopœias, quas *Leo Allatius* in excerptis Græc. Rhetorum, Græcè & Latinè edi curavit, Romæ, An. 1641.

BASILICUS, Βασιλικὸς, Sophiſta, juxta *Suidam*, περὶ ῥητορικῆς παρασκευῆς, i. e. de rhetorico apparatu commentatus eſt.

à BASILICA PETRI (Carol.) edidit Novariam Sacram.

BASILIS, Βασιλὶς, ab *Agatharchide* inter eos numeratur, qui Orientis loca deſcripſerunt. *Athenæus*, *l. 9. c. 10.* ejus librum 2. Indicorum allegat.

BASILIUS, Βασίλειος, Macedo, Imperator Conſtantinopol. An. C. 885. obiit. Exaravit LXVI. capita exhortationum ad Leonem filium, cognomine Philoſophum. Ea *Damckius* recenſuit & Notis illuſtravit.

BASILIUS, Ancyranus, Epiſcopus & Medicus, ſcripſit contra Marcellum: item, de Virginitate, teſte *Suida*.

BASILIUS, Cæſarienſis in Cappadocia Archiepiſcopus, cognomine Magnus, ſub Valente Imp. claruit: ſub Gratiano verò, teſte *S. Hieronymo*, A. C. 378. obiit. Scripſit varia, quæ in 4. Tomos digeſta, & Baſileæ, A. 1540. edita. Opus Hexaëmeron dictum, usque adeò admirandæ dictionis cura & orationis majeſtate elaboravit, ut *Gregorius Nazianz.* non immeritò dixerit, tantum Baſilii orationem omnes hominum ſermones antecedere, quantum divina vox humanas. Vid. *Rivetus*, *T. 2. Oper. pag. 1117.* item, *Suidas*, in Βασίλειος.

BASILIUS, Cilix, partim ſub Anaſtaſio, partim ſub Zenone vixit. Hiſtoriam tribus libris à Marciano Imp. usque ad ſua tempora complexus eſt. Videatur *Photius*, *in Bibl. Cod. XLII.*

BASILIUS, Seleucienſis, An. 450. claruit. Synodo IV. Oecumenicæ interſuit. Vitam Theclæ, Martyris, carmine deſcripſit, quemadmodum *Photius*, *Cod. CLXIIX.* memorat. Vid. *Ph. Labbe*, *T. 1. Diſſ. pag. 181.* Confer *Olearium in Abaco*, *pag. 73.*

BASILIUS, Aſceticorum ſcriptor, Caſp. *Barthio*

Barthio in Claud. pag. 1240. Latinus ſcriptor eſſe putatur.

BASINGESTOCKES (Joh.) A.C. 1252. obiit. Erat Archidiaconus Legriæ, Græcis & Latinis literis probè eruditus. De hoc *Matthæus Paris in Henrico III. pag. 808.* ita ſcribit: Magiſter Johannes intimaverat Epiſcopo Lincolnienſi, Roberto, quòd, quando ſtuduit Athenis, viderat & audierat à peritis Græcorum doctoribus quædam Latinis incognita. Inter quæ reperit 12. *Patriarcharum*, videlicet filiorum Jacob *teſtamenta*. Quæ conſtat eſſe de ſubſtantia Bibliothecæ, ſed per invidiam Judæorum dudum fuiſſe abſcondita, propter manifeſtas, quæ in iiſdem patent, de Chriſto prophetias. Unde idem Epiſcopus miſit in Græciam, &, cum ea habuiſſet, tranſtulit de Græco in Latinum ſermonem. Hic inſuper Magiſter Johannes figuras Græcorum numerales & earum notitiam & ſignificationes in Angliam portavit & familiaribus ſuis declaravit. Memoratus inſuper Magiſter Johannes quoddam ſcriptum tranſtulit de Græco in Latinum, in quo artificioſè & compendioſè tota vis Grammaticæ continetur: quod idem Magiſter *Donatum Græcorum* appellavit. Item aliud compoſuit, in quo particulæ ſententiarum per diſtinctiones diluciſdantur, quod ſic incipit, Templum Domini quod eſt perutile. Hæc *ille*. Vide infrà ROBERTUS.

BASINSTOCHIUS (Vitus Rich.) JCtus, Hiſtoriam Britannicam exaravit, A. 1597.

BASINUS (Bernh.) JCtus, ſcripſit de artibus Magicis & magorum maleficiis.

BASINUS (Thomas) JCtus, Anno 1491. obiit. Reliquit Hiſtoriam rerum Ultrajectinarum.

BASIRIUS D. An. 1619 claruit. Converſionem Lycidæ Syri & Cleorithæ Rhodienſis ex Syriaco Gallicè tranſtulit. Videatur *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 149.*

BASIRIUS (Iſaac.) Vide ſuprà, BASERIUS.

BASIUS (Joh.) Friſius, JCtus, An. 1575. vixit. Quatuor libros Paradoxarum Diſpp. Juris Civilis edi curavit. Vacantias Vindemiales etiam carmine expreſſit.

BASSÆUS (Ægidius) Flores Theologiæ Practicæ, Tomis 2. A. 1648. complexus eſt.

BASSANTINUS (Jac.) Aſtronomiam Genevæ, An. 1599. fol. publicavit.

BASSEANUS (Bonavent.) Parachophilum, Pariſiis, Anno 1657. edidit.

à BASSECOURT (Fabr.) Defenſionem Carteſianam adv. Schulerum, A. 1671. typis mandavit.

BASSELIER (Barth.) Conciones Morales de Lazaro redivivo, Antverpiæ, Anno 1638. evulgavit.

BASSO (Seb.) ſcripſit XII. libros naturalis Philoſophiæ adv. Ariſtotelem, in quibus abſtruſa Veterum Philoſophia reſtauratur, & Ariſtotelis errores ſolidis rationibus refelluntur. Vid. *Sorellus, de H. P. pag. 484.*

BASSOLIUS (Ant.) Tullenſis, Lotharingus, An. 1622. obiit, ætatis 30. Dionyſii Alex. Periegeſin notis illuſtravit. Vid. *Alegambe, pag. 36.*

BASSOLIUS (Joh.) juxta *Bell.* Anno 1322. vixit. *Poſſevino* teſte, *Doctoris Ordinatiſſimi* nomen promeruit. In libros Sententiarum commentatus eſt. Videatur *Olearius in Abaco, pag. 230.*

BASSUS (Julius) Βάσσος, Medicus, *Dioſcoridi, pag. 1.* memoratur.

BASSUS (Cæſius) inter Lyricos ponitur à *Quintiliano l. X.* qui ſe eum vidiſſe memorat. Conflagravit cum villa ſua, ardente Veſuvio. Ad hunc Satiram miſit *Perſius*, ceu patet ex initio Sat. 6. *Admovit jam Bruma foco te, Baſſe, Sabino.*

BASSUS (Salejus) Poëta, laudatur à *Tacito, in Dialogo de Oratore, cap. 5. & 9.*

BASSUS (Simon) Apologiam pro Monarchia Hiſpanica adv. Boccalinum compoſuit, Neapoli, An. 1619. in 4.

BASTINGIUS (Jerem.) Iprenſis, Anno 1598. obiit. Edidit Catecheſin cum commentario. Vid. *Meurſius, in Athenis Batav. pag. 190.*

BASTWICUS (Joh.) Flagellum Pontificum & Epiſcoporum, An. 1635. in lucem emiſit.

BATALERIUS (Joh.) reliquit explicationem cap. IX. ad Romanos, An. 1664. Item, Vindicias miraculorum, Anno 1674.

BATENUS (Henr.) Mechlinienſis, condidit ſpeculum Divinorum, decem partibus diſtinctum, teſte *Swertio.*

de BATHONE (Franc.) Catalanus, Carmelita, ſcripſit Com. in libros Sententiarum. Juxta *Tritbemium* tantum docendo

 &

diſputando in Pariſienſi Univerſitate valuit, ut *Doctor ſublimis* cognominatus fuerit.

BATILLUS (Dionyſ. Lebeus) Emblemata, An. 1596. concinnavit.

BATIUS (Georg.) edidit Elenchum motuum in Anglia tripartitum, A. 1663.

BATON, Βάτων, Sinopenſis, Rhetor, Perſicarum rerum Commentarios, teſte *Strabone libro* 12. condidit. *Athenæus, l.* 14. ejusdem Theſſaliam & Æmoniam allegat. Meminit & Batonis *Suidas, in* Πυθαγόρας Ἐφέσιος. Vid. *Jonſius de Script. Hiſt. Phil. l.* 2. *c.* 13.

BATONIUS, Hiſtoriam Panormitanam, fol. Panormi edidit.

BATRICIDES, Patriarcha Alexandrinus, Anno 940. obiit. Annales á C. O. usque ad ſua tempora deduxit. Hoc opus Arabicè & Latinè, cura *Seldeni & Pockoke* Londini, A. 1658. in 4. in lucem prodiit.

BATTÆUS (Guil.) Hibernus, A. 1614. mortuus eſt. Huic acceptum ferunt librum, qui Janua linguarum inſcribitur, in quo continetur modus, quo ad Lat. linguam intelligendam aditus ſtruitur. *Alegambe, pag.* 168. vocat opus admirabile, quod omnibus Linguis accommodari poſſit. Vid. *Placcius, pag.* 207.

de BATTANDIER (Claud.) de parentibus, fratribus & filiis, Anno 1594. commentatus eſt.

BATTERMANN (Rud.) Inſtructionem Theologicam adv. Scheiblerum, A. 1649. ſcripſiſſe fertur.

BATTINGIUS (Rudolf.) Friſius, Medicus, edidit Methodum Aſtrolabii, Anno 1557.

BATTON, Βάτων, Comicus, Fabulas edidit, Ἀνδροφόνον, Αἰτωλὸν, Ἐυεργέτας. Ejus *Suidas & Athenæus* mentionem faciunt.

BATTUS, Βάττος, de Tyrannis Epheſinis, *Athenæo* 7, 17. memoratur.

BATTUS (Cyrenæus) divinationem Mopſi reliquit. Videatur *Clemens Alex.* 1. *Stromat.*

BATTUS (Abrah.) Theol. D. in alma Gryphiswaldenſi Univ. Profeſſor primarius & generalis Superintendens, An. 1674. obiit. Scriptis contra Photinianos pugnavit.

BATTUS (Barthol.) Hamburgenſ. Anno 1634. obiit. Condidit Syſtema Theologiæ, librum de Juſtificatione & Bonis Operibus, de poſſibilitate Apoſtaſiæ Sanctorum, Comm. in Epiſt. ad Gal. Epheſ. & Philipp. Vid. *Henning. Witte, in Memoriis Theol. pag.* 486.

BATTUS (Chriſt.) Parmenſis, Græcis & Latinis literis optimè eruditus fuit, & philoſophiæ non ignarus. Peſte ſublatus eſt: ejusque Scripta, uti peſtilitatis tempore fieri ſolet, una cum reliquo inſtrumento concremata ſunt. Vid. *Pierius Valerianus, de Infel. Literat. pag.* 123.

BATUS, Βάτος, ἐν δευτέρῳ Ἀτθικῶν Ἱστοριῶν, à *Scholiaſte Pindari, pag.* 352. allegatur.

BAVARIUS (Ægid.) Inſulenſis, Catechiſmum Maroniano carmine expreſſit, An. 1622. Vid. *Alegambe, pag.* 7.

BAVARIUS (Andr.) verſibus inclaruit.

BAVARUS (Conr.) Hallenſis Saxo, linguæ utriusque & Hiſtoriar. Profeſſor Lipſienſis, An. 1643. Halæ obiit. Jubilare carmen Academiæ Lipſienſis reliquit.

de BAUCIO (Carol.) edidit miſcellaneos caſus Conſcientiæ.

BAUDARTUS (Guilh.) Flander, ſcripſit Polemographiam Naſſovicam, A. 1621. Amſtel. Item, 4. libros monitorum civilium & moralium.

BAUDEMUNDUS, Vitam S. Amandi, teſte *Miræo*, calamo exaravit.

BAUDERONIUS (Briccius) Pharmacopœiam, Anno 1639. compoſuit.

BAUDIMONTIUS (Franc.) Dixmundanus, Elegias condidit.

BAUDIUS (Dominicus) Inſulenſis Flander, JCtus, Hiſtoricus, & Poëta doctiſſimus, natus eſt, An. 1561: obiit, Anno 1613. Primò Theologiæ operam dedit: mox, ea deſerta, ad Juris ſtudium ſeſe transtulit, cui cum per 15. menſes ſtrenuè incubuiſſet, Doctoris gradu dignus habitus, eoque inauguratus eſt. Lugduni Eloquentiam profeſſus eſt. Scripſit Poemata: item, tres libros de Induciis Belli Belgici. Vid. *Sweertius, pag.* 220. & *Loticbius, part.* 3. *Bibl. poët. pag.* 184.

BAUDOZA (Ceſtius) ſcripſit in Inſtitutiones Juris, An. 1614. Item, Theſaurum poëticos Lat.

BAUDRANT (Mich. Ant.) Pariſinus, *Philippi Ferrarii* Lexicon Geographicum denuò edidit & dimidia parte auctius fecit, Anno 1670.

à BAUDUNIO (Marcus) Paradiſum Theologicum, fol. An. 1670. compoſuit.

BAVE-

BAVERIA (Baveria) Medicus, An. 1428. floruit. Emiſit Conſilia Medica.

BAVERIUS (Joh.) de Imola, Conſilia Medicinalia, A. 1489. conſcripſit.

BAVERIUS (M. Ant.) Bononienſ. Anno 1500. floruit. Librum de Mora, & alium de virtute Juramenti reliquit.

BAUHINUS (Caſp.) Medicus, edidit Pinacem Theatri Botanici. Anno 1621. Item, Tractatum de lapide Bezoar: ut & 4 libros Anatomiæ.

BAUHINUS (Joh.) Ambianus, ſenior, An. 1582 obiit. Vocatur Clinicus elegans & Chirurgus felix in Epitaphio, teſte *Reuſnero in Iconibus.*

BAUHINUS (Joh.) Caſparis Bauhini frater, Medicus, ſcripſit univerſalem Hiſtoriam Plantarum, 3. Tomis, A 1650. A *nonnemine* vocatur Herbariorum coryphæus. Doctor *Wray* vocat virum eximiæ eruditionis, ſummæ fidei, infinitæ lectionis, maturi judicii, in omnibus Botanicorum ſcriptis verſatiſſimum, omni humanioris & ſeverioris literaturæ genere inſtructiſſimum.

BAUHUSIUS (Bernh.) Antverp A. 1619. obiit. Compoſuit Epigrammata ſatis venuſta. Vid. *Sweertius*, *pag.* 157. *Alegambe*, *pag.* 65.

BAUMAN (Chriſt.) Wolmedingenſis, apoplexia obiit, Anno 1635. ætatis 48. *Alegambe*, *pag.* 72. vocat virum inſigniter doctum, & acri ac profundo ingenio. Varias diſputationes Dilingæ & Ingolſtadii habuit de univerſa Philoſophia. Commentarios etiam in univerſam Ariſtotelis philoſophiam ad prælum paratos habuit: an verò prodierint, nondum conſtat.

BAUMANNUS (Mich.) reliquit Analecta Typica ſacra, An. 1665.

BAUMBACH (Joh. Balth.) An. 1615. diſſertationem de libro Pſalmor. edidit.

BAUMANN (Johann.) JCtus, de Sequeſtris, A. 1597. Francof. commentatus eſt.

BAUMANNUS (Joh.) ſcripſit Practicam Medicam.

BAUMANN (Nicol.) autor eſt libri Vulpeculæ dicti, in quo vitæ aulicæ artes ingenioſè deſcribuntur. Vulgo ille liber Reinike Fuchs vocari ſolet. Vid. *Placcius*, *pag.* 89.

à BAUMGARTEN (Mart.) Patricius Norimb. peregrinationem ſuam in Orientem, An. 1594. typis mandavit.

BAUNIUS (Abrah.) JCt. edidit delineationem Juris Canonici, An. 1618. in 4.

BAUNIUS (Steph.) ſcripſit Theologiam moralem, An. 1640. fol. Paris. Vid. *Alegambe*, *pag.* 425.

à BAVO (God.) JCtus, edidit Theoricam & Praxin Criminalem, Anno 1615. in 4.

BAVOSIUS (Alf.) JCtus, An. 1607. floruit. Controverſias miſcellaneas reliquit.

BAVOSIUS (Reinerus) An. 1607. claruit. Extat ejus Tract. de Orationum ſpiritualium exercitio.

BAUSCHIUS (Joh. Laurent.) Collegii Curioſorum Præſes, Anno 1665. obiit. Scripſit de lapide Hæmatite & Aëtite: de cornu foſſili: de Cæruleo & Chryſocolla.

BAUSNERUS (Barthol.) Tranſilv. librum de conſenſu partium humani corporis, An. 1656. compoſuit.

BAXIUS (Nicaſ.) Antverp. A. 1614. floruit. Poëmata Græca & Latina fecit: item, Orationes. Vid. *Sweert.pag.* 57.

BAXTERUS (Richard.) edidit Paſtorem Reformatum: item, religionem Grotianam detectam.

de BAY (Jac.) An. 1614. obiit. Elaboravit 3. libros de Euchariſtia.

de BAY (Mich.) Melinenſis, Anno 1589. obiit. Scripſit de Charitate, Juſtitia & Juſtificatione, Peccato originali. Sententiæ ejus plurimæ à Pontificiis damnatæ ſunt. Vid. *Val. Andreæ, in Faſt. Lov. pag.* 112.

BAYERUS (Joh.) Uranometriam cum explicatione, An. 1603. fol. edidit.

BAYFIUS (Lazarus) Andegavenſis, ſcripſit de re navali: item, de re veſtiaria. Vid. *Floridus Sabinus*, *l.* 3. *Subcliſivar. lect.* Meminit ejus etiam *Eraſmus in Ciceroniano*. Confer *Ghilinum*, *vol.* 1. *pag.* 144.

BAYNUS (Rudolf.) Anglus, Anno 1560. obiit. Comm. in Prov. Salom. ſeptem linguis edi curavit.

BAYRUS (Pet.) Taurinenſis, compoſuit Enchiridion de medendis humani corporis malis, Anno 1578. Vulgo *Veni mecum* appellatur.

du BE (Paulus) Medullam Medicinæ Theoreticæ, An. 1671. Paris. publicavit.

BEARD, Theatrum Judiciorum divinorum conſcripſiſſe dicitur.

BEATIANUS (Auguſtin.) elaboravit carmina,

carmina, quæ habentur, *T. 1. Delit. Ital. pag. 334. J. C. Scaliger, de re poët. pag. 796.* ita de eo judicat: Auguſtini Beatiani extat epiſtola ad Clementem Papam ſine arte: ſententiis & numeris vulgaribus: ut in ea neque puritas ſit epiſtolæ, neque majeſtas heroica. Confer *Hanckium in Scriptoribus rerum Roman. pag. 209.*

BEATILLUS (Ant.) Barienſis Italus, natus eſt, An. 1570. *Tomeus Marnavitius in præfat. Sanctitatis Illyricanæ*, non ſolum ejus lucubrationes laudat ab eximia diligentia & eruditiſſima pietate, ſed ipſum etiam appellat diſertiſſimum & eruditiſſimum ſcriptorem & illuſtratorem, Barenſium decus, nunquam ſatis ſuperque laudatum. Edidit Hiſtoriam Barii, Neapoli, An. 1637. in 4. Videatur *Alegambe, pag. 36.*

BEATUS (Georg.) JCtus, ſcripſit tres centurias Sententiarum definitivarum in matrimonialibus, An. 1608.

BEATUS (Gabr.) Bononienſ. Medicus, An. 1553. floruit. Empiricam rationalem compoſuit.

BEATUS (Gabr.) nepos, An. 1624. floruit. Sacris poëmatibus inclaruit.

de BEAUFORD (Lud.) Pariſinus Medicus, Coſmopœjam divinam, An. 1656. typis mandavit.

de BEAUGRAND (Joh.) edidit Diſſertat. de Geoſtatica, An. 1636. Paris.

BEAUSARDUS (Pet.) Lovanienſis, An. 1578. obiit. Praxis Arithmetica ipſius, An. 1574. prodiit.

BEAUXAMIS (Thomas) Theologus Pariſienſis, Carmelita, An. 1589. obiit. Reliquit 4 libros de Fide & Symbolo: item. 3. Tomos Commentar. in Harmoniam Evangelicam. Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 231.*

BEBELIUS (Balth.) Argentinenſis, Theol. Doct. An. 1632. natus eſt. Hiſtoriam Eccleſiæ Noachicæ, A. 1666. vulgavit.

BEBELIUS (Henr.) Juſtingenſis, A. 1490. claruit. Tubingæ literas humaniores docuit. Inter alia, librum de potentia & amplitudine Imperii Germanici: item, de Imperatoris & Imperii Germ. præ aliis excellentia compoſuit. Uterque liber volumini primo Scriptorum Germ. *Sim. Schardii* inſertus eſt. Ejus tempore tanta adhuc linguæ Græcæ apud nonnullos ignorantia erat, ut multi neſcierint, *eleiſon*, (ἐλέησον) trium an quatuor ſyllabarum eſſet. Qua de re ipſe Bebelius *Joh. Capnionem* per literas conſulere non erubuit. Vid. *Zeillerus, part. 2. pag. 11.* Scripſit etiam triumphum Veneris, carmine.

BEBELIUS (Thomas) de Sphæra, Anno 1611. commentatus eſt.

à BEBELNO (Goſl.) cum Keckermanno ſcriptis dimicavit.

BEBENBURGIUS (Lupoldus) An. 1225. vixit. Vid. ſuprà, BABENBERG.

BEBIO (Lud.) JCtus, edidit Erotemata in 4. libros Inſtitutionum, Anno 1570. Argent.

BEBIUS Macer, de re Grammatica ſcripſit, teſte *Servio, Chariſio & Fulgentio.*

BEBIUS (Phil.) Leodienſis, obiit, A. 1637. ætatis 68. Reliquit Thronum Juſtitiæ, Portam Cœli: Euthanaſiam: Comm. in Lyrica Horatii, & alia. De quibus *Alegambe, pag. 555.* legi poterit.

de BEC (Joh.) compoſuit 9. ſermones de excellentia Orationis Dominicæ, An. 1586. Paris. *Quidam* etiam Hiſtoriam Tamerlanis ei tribuunt.

BECANUS (Guil.) Iprenſis, deſcripſit triumphalem introitum Card. Ferdinandi in Gandavum, Anno 1634. teſte *Alegambe.* Fecit etiam Idyllia & Elegias, An. 1655.

BECANUS (Joh. Goropius) natus eſt, An. 1519: obiit, An. 1572. Struxit Origines Antverpianas, quas Βεκκεσέλανα, ipſe inſcripſit; item, Hieroglyphica & Hermathenam. Hic paradoxum illud defendere conatus eſt, linguam Belgicam, quam Cimbricam vocat, omnium linguarum eſſe antiquiſſimam & ante diluvium primis parentibus uſitatam. Hinc apud doctos paſſim vapulat. Vid. *Scaliger, epiſt. 146. ad Marc. Welſerum, pag. 335. Gerh. Joh. Voſſius, l. 1. Theol. Gent. c. 18.* virum mediocris judicii, ſed magni ingenii, nec minoris doctrinæ appellat. Videatur *Sweertius, pag. 431.*

BECANUS (Martinus) Brabantus, celebris Jeſuita, An. 1624. obiit, ætatis 63. Scripſit Manuale controverſiarum, nec non Theologiam Scholaſticam. Vid. *Sweertius, pag. 526. Alegambe, pag. 325.*

BECARDUS (Joh.) Flander, Annales Præmonſtratenſes condidit, teſte *Sweertio.*

de BECCARIIS (Ircus) Irherii diſcipulus,

pulus Anno 1140. vixit. Compoſuit Gloſſas.

de BECCATELLIS (Ant. Bononia) An. 1420. floruit. Reliquit Orationes, Epiſtolas, carmina.

BECCATELLUS (Ludov.) Bononienſ. Anno 1550. claruit. Scripſit librum de vita Franciſci Petrarchæ. *Quidam*, Epiſcopum Raguſinum fuiſſe, memorant.

BECCIUS (J.B.) Aretinus, edidit Veritatem anagrammate explorantem, An. 1668. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 490.*

BECELIUS (Alex.) fecit Indiculum Scriptorum Veronenſium.

BECHAI, ſenior, Judæus, A. C. 1161. vixit. חובת לבבות, i. e. officium cordium, lingua Arabica compoſuit. Vid. *Ganz in Z. D. pag. 137.*

BECHAI, junior, An. C. 1291. claruit, & luculentum Commentarium in 5. libros Moſis adornavit. In Chriſtianos vehementer invehi ſolet. Scripſit etiam librum *Adachot*, qui vocatur *Cad Kemach.* Vid. *Ganz l. c. pag. 143.*

BECHERERUS (Joh.) Chronicon Thuringiæ exaravit.

BECHERUS (Joh. Joach.) Phyſicam ſubterraneam, An. 1669. Item, Oedipum Chymicum, An. 1664. publicavit.

BECHET (Joh.) edidit Theoriam Plantarum, Geometricè demonſtratam, An. 1650. Paris.

BECHIUS (Guil.) Florentinus, Anno 1495. obiit.

BECHIUS (Phil.) vertit Pachymeris Epitomen Philoſophiæ.

BECHMANN (Frid.) librum de ſcientia Dei, An. 1667. elucubravit.

BECHMANNUS (Joh. Volckm.) ſcripſit de Studioſorum privilegiis, An. 1666. Item, Comm. in auream Bullam Caroli IV. Anno 1669.

BECHSTADIUS (Joh.) JCtus, edidit Collationem Jurium connubialium, Anno 1627.

BECHTIUS (Joh. G.) JCt. de ſecuritate: item, de ſalvo conductu commentatus eſt.

BECHTOLDUS (Joh.) JCt. compoſuit Locos communes materiarum Juridicarum, An. 1654.

BECICHEMUS (Marinus) Scodrenſis, Dalmata, An. 1506. claruit. Georgii Caſtrioti Scanderbegi res geſtas ſtilo expreſſit. Interdum juſtam egregiè factorum gloriam, dum ſupra æquum in laudes prorumpit, ſuſpicione mendacii elevat; inquit *Jovius in Elogiis, numero 137.* Vide, quæ ſuprà in BARLETIO diximus. *Reineſius* tamen, in *Epiſt. 39. ad Daumium, pag. 116.* Barletium & Becichemum pro diverſis habet. *Hieronymus Magius, l. 1. Miſc. c. 14. & lib. 4. c. 7.* Becichemo quæſtiones epiſtolicas quoque tribuit.

BECILLUS (Cæſ.) compoſuit connexionem Evangeliorum, Romæ, A. 1623.

BECK (Suicard.) edidit Conciones de gravitate Peccati, An. 1647. Colon.

BECKE (David) librum de Sale tartari, An. 1672. reliquit.

BECKERUS (Balth.) ſcripſit de abuſu Philoſophiæ Carteſianæ, Anno 1669. Veſaliæ.

BECKERUS (Corn.) An. 1604. obiit. Supereſt ejus Tr. de autoritate Eccleſiæ in Scripturis interpretandis, An. 1597. in 4. Lipſiæ editus.

BECKERUS (Dan.) edidit Spagiriam Microcoſmi, A. 1623. Reliquit etiam Hiſtoriam de curatione cultrivori Pruſſiaci, An. 1640. Videatur *Witte, in Mem. Med. pag. 271.*

BECKERUS (G.) Elbingenſis, edidit Oratorem extemporaneum. Hoc ſcriptum poſtea *Adamus Motkowsky* Michaëli Radaw adſcribere conatus eſt. Videatur *Thomaſius in diſſert. de Plagio, §. 369.* Confer *Placcium, pag. 160.*

BECKERUS (Wilh.) Synopſin Juris Imperii Romano Germanici, Anno 1654. typis tradidit.

BECKIUS (Barth.) Gymnaſmata Politica, An. 1624. ſcripſiſſe fertur.

BECKMANNUS (Nicol.) edidit Medullam Juſtinianeam, An. 1666.

BECMANNUS (Chriſtianus) Bornenſis, An. 1600. claruit. Extant ejus origines Lat. Linguæ: item, Exercitationes Theologicæ, fol.

BECMANNUS (Joh. Chriſtoph.) Anno 1676. Catalogum Bibliothecæ Univerſitatis Francofurtanæ ad Oderam publicæ luci donavit.

BECONUS (Thom.) Anglus, An. 1570. obiit. Opera ejus tribus voluminibus impreſſa ſunt.

BECQUETIUS (Matth.) Furnenſis, Carmina reliquit.

BEDA Venerabilis, Angloſaxo, juxta *Sixtum*

tum Senenſem, Anno 734. obiit. De eo tale Proverbium invaluit: Hominem in extremo orbis angulo natum eſſe, qui univerſum orbem ſuo ingenio perſtringeret. *Engelbuſius*, *in Chron. pag.* 146. natum ait in villa Dencke juxta Aſſeborch prope Brunswick. De eo *T. Longus de Eimbecke* hos fecit verſus:

Beda Deo gratus, venerabilis atq; beatus.
Hic Saxo natus fuit, eſt & canoniſatus,
Et converſatus Anglis & ibi tumulatus.

Opera ejus omnia, in IIX. Tomos diſtincta, Coloniæ prodierunt, A. 1612. fol. Videatur *Olearius in Abaco*, *pag.* 74.

BEDA (Dan. Jonas) ſcripſit de juſta bonorum a malis ſeceſſione, An. 1673.

BEDA (Natalis) Pariſienſis, compoſuit Annotationes in Nov. Teſt. contra Fabrum & Eraſmum, An. 1526. Paris.

BEDÆUS (Joh.) ſcripſit de Jure Regio contra Bellarmminum, Anno 1612. in 8.

BEDRASCHI (Jac.) Judæus, A.M. 5058. vixit Barcelone. *Ganz, in Z. D. pag.* 143. vocat inſignem ſapientem in lege, & excellentem poëtam ſuper omnes homines ſeculi ſui. Condidit librum *Bachinat olam*, i. e. ſcrutinium mundi. Vide, BADRESITA.

BEDFORDUS (Thomas) de Sacramentis ſcripſit, An. 1650. Londini.

BEDROTIUS (Jac.) Pludentinus, A. 1541. obiit. Argentinæ Græcas literas docuit. Vid. *Simlerus.*

BEDWELLIUS (Guilhelm.) edidit Epiſtolam S. Johannis Arabicè & Latinè, Anno 1612. Meminit ejus *Caſaub. in Epiſtolis.*

à BEECK (Pet.) Juliacenſis, Hiſtoricam narrationem de Civitatis Aquisgranenſis origine & incremento, de rebus Caroli Magni, de ritu coronandi Reges Romanorum, A. 1622. in 4. publicavit.

BEER (Martinus) Norimbergenſis, inſignis Theologus & Philoſophus, A. 1617. natus eſt. Edidit Enchiridion Geographiæ Vet. & Novæ, An. 1665. Extant & ejus Scripta Theologica complura, contra *Jägerum*, Pontificium Theologum edita.

BEEREN (Paulus) Hamburg. JCtus, Diſſertationes Academ. ad ſeriem Inſtitutionum Imper. accommodatas, Anno 1621. evulgavit.

BEETZIUS (Joh.) Brabantus, Anno 1470. obiit. Scripſit in Epiſtolam Pauli ad Romanos: item, decem libros in Decalogum. Videatur *Val. Andreæ, in Faſt. Lov. pag.* 91.

BEGUINUS (Joh.) compoſuit Tirocinium Chymicum, A. 1625. in 8.

BEHM (Godfr.) edidit Polymetrum, Anno 1672.

BEHM (Joh.) Theologus, natus eſt, An. 1578: obiit, An. 1648. Chronologiam à Condito Mundo usq; ad deletum à Veſpaſiano templum Hieroſolymitanum, magno eruditorum applauſu edidit, in quo Scripturarum monumenta accuratè expendit, & Beroaldi ac Funcii fundamenta ſedulò refellit, teſte *Voſſio de Scient Math. pag.* 405. Vid. *Henningus Witte, in Memor. Theol. pag.* 694.

BEHMIUS (Mich.) An. 1612. natus eſt: obiit, A. 1650. In Regiomontanâ Acad. Theologiam docuit. Scripſit de Sacramento Baptiſmi: de lib. arbitrio: item, num Chriſtus ob ſanctificationem & miſſionem in mundum ſe Filium Dei appellaverit. Vid. *H. Witte, l. c. pag* 761.

BEHOTIUS (Adrianus) Locoverienſis, A. 1600 claruit. Acta Miniſtrorum: item, Apologiam pro S. Romani veteri privilegio conſtruxit. Vid. *Sauſſay, pag.* 193.

BEHOTIUS (Andr.) Apophoreta, Anno 1612. edi fecit.

BEHR (Chriſtoph.) ſcripſit de Fide demonſtrationum Archimedis, & de mediis geometricis per circinum & regulam indagandis, Anno 1673.

de BEJA (Franc.) Collegium Bononienſe, Anno 1629. publicavit.

de BEJA (Lud.) Caſus Conſcientiæ, Anno 1590. elaboravit.

BEIER (Adrianus) Archidiaconus Jenenſis, Syllabum Rectorum & Profeſſorum Jenenſium proſa & ſoluta oratione, An. 1659. compoſuit.

BEIER (Adrianus) JCtus, ſcripſit Tractatum de receptu tam perſonarum, quàm rerum, in 4. An. 1675.

BEIERLINCK (Laur.) Vide infrà, BEYERLINCK.

BEINDORF (Chr.) Collegium Juris publ. conſcripſit, An. 1619.

de BEKA (Joh.) Anno 1246. claruit. Reliquit Ultrajectenſe Chronicon.

BEKEN (Phil. vander) edidit Fr. Xaverium, fol. Anno 1668. Item, Zodiacum religioſum.

BEKINSAU (Joh.) Anglus, ſcripſit de ſupremo & abſoluto Regis imperio.
BEKKER (Balth.) admonitionem de Philoſophia *Carteſiana*, Anno 1668. conſcripſit.
BELBONUS (Archang.) Campanenſis, An. 1627. obiit. Edidit Compendium miraculorum S. Mariæ.
BELCARIUS (Franc.) res Gallicas, Anno 1625. fol. in literas redegit.
BELETH (Joh.) Pariſienſis Theologus, An. 1162. floruit. Reliquit Rationale divinor. officiorum. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 238.*
BELFERUS (Nicol.) edidit Nutrimentum divinæ Pietatis, Viennæ, Anno 1661.
BELHAUERUS (Thom.) compoſuit Doctrinam facilem & brevem reducendi Hebræos ad cognitionem veri Meſſiæ, Venet. An. 1608.
BELISARIUS, Neratinorum Comes, ſcripſit de educatione Principum: item, de venatione, aucupio & ſingulari certamine. Scripta ejus *Joh. Leunclavius* edi curavit.
BELITZ (Joh.) edidit Proceſſum Cameræ Imperialis, fol. A. 1661.
BELLABUCCUS (Angel.) Mediolanenſis, Viridarium S. Scripturæ, An. 1519. compoſuit.
BELLÆUS (Pet.) poëmata ſacra, Anno 1590. condidit.
BELLAFINUS (Franc.) An. 1543. obiit. Fertur fuiſſe Græcè & Latinè doctus. Scripſit de origine & temporibus urbis Bergomi.
BELLAJUS (Guil.) Hiſtoricus, An. 1543. obiit. Videatur *Sammarthanus, in Elog pag. 12.*
BELLAJUS (Joach.) Andinus, An. 1540. obiit, relictis ante obitum carminibus. Ea occurrunt, *T. 1. Delit. Gall. pag. 390.* Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 115.*
BELLAJUS (Joh.) Cardinalis, An. 1560. obiit. Vid. *Thuan. l. 26.*
BELLAJUS (Mart.) confecit decem libros de rebus Regis Franciſci I. Vid. *Zeillerus, part. 1. pag. 17.*
de BELLAMERA (Æg.) JCt. An. 1392. vivis exceſſit. Reliquit Canonicas Deciſiones.
BELLANTIUS (Lucius) Senenſ. exaravit Apologiam contra Joh. Picum, Anno 1498.
de BELLAPERTICA (P.) Burgundus, JCtus, Anno 1300. floruit. De Feudis commentatus eſt. Vid. *Guid. Panzirolus, in JCt. 2, 46.*
BELLAQUEUS (Remig.) Gallus, verſibus innotuit, qui continentur, *T. 1. Delit. Gall. pag 448.* Scripſit etiam de Lapidibus pretioſis. Eum *Ronſardus* Naturæ pictorem vocare ſolebat. Confer *Thuanum, l. 64.*
BELLAREUS (L. A.) de Concordia Chriſtiana, An. 1663. ſcripto tractavit.
BELLARINUS (Joh.) doctrinam Concilii Tridentini, An. 1664. compoſuit.
BELLARMATUS (M. Ant.) Senenſis, Anno 1540. obiit. Comœdiam compoſuit. Vid. ideatur *Guido Panzirolus, in JCt. 2, 164.*
BELLARMINUS (Rob.) Card. An. 1621. obiit, ætatis 79. Reliquit libros Controverſiarum, quibus purpuræ honorem ſibi reperit: item, Commentar. in Pſalmos, librum de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & alia. Contra Bellarminum *Dan. Chamier & Guil. Ameſius* maſculè decertarunt. De Bellarmino, *Nicius Erythr. part. 1. Pinacoth. pag. 84. Alegambe, pag. 408. Olearius in Abaco, pag. 409.* legi poterunt.
BELLEFORESTUS (Franc.) An. 1600. vivere deſiit. Condidit Coſmographiam univerſalem. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 86. Zeillerus, part. 2. pag. 173.*
BELLENCINUS (Barth.) Mutinenſis, JCtus, Tr. de Charitativo ſubſidio conſcripſit. Occurrit, *T. 15. Tract. tract.*
BELLENDENUS (Guil.) Scotus, edidit Libros XVI de tribus luminaribus Rom. ſive Elogia varia ex operibus Ciceronis, An. 1630. fol.
BELLERMONTANUS (Nicol.) A. 1626. Diſſertationes Politicas emiſit. *Thomaſius, in Tr. de Plagio, §. 238.* commentitium hoc nomen eſſe, exiſtimat.
BELLETUS (J. M.) Diſquiſitionem Clericalem, fol. Anno 1654. exaravit.
BELLICARIUS (Franc.) Carmina compoſuit, quæ habentur, *T. 1. Delit. Gall. pag. 489.*
BELLIGENIUS (Parſevaldus) Burgenſ. à nativitate cæcus, An. 1530. floruit, & Lutetiæ Juventutem Bogardicam in Gymnaſio Gervaſiano docuit. Quintiliani declamationem pro cæco contra novercam, teſte *Sweertio*, Notis illuſtravit.

BELLIGER (Franc.) edidit Encomium donorum & Gratiarum B. Virginis, fol. Anno 1668.

BELLIMONTIUS (Simon) Horas Succiſivas, An. 1644. publicavit.

BELLINI (Toldus) JCtus, Patavinus, hoc tempore claret.

BELLINTANUS (Matth.) Salodienſis, Quadrageſimale Ambroſianum, Anno 1624. edidit.

BELLINUS (Franc.) Carmen, quod *T. 1. Delit. Ital. pag. 341.* legitur, condidit.

BELLINUS (Jul.) Goritienſis, Italus, An. 1619 obiit. Scripſit vitam & mortem C. F. Breineri.

BELLINUS (Laurent.) Florent. Profeſſor Piſanus, Exercitationem de ſtructura & uſu renum, A. 1665. item, librum de organo guſtus elaboravit. Vid. *Greg. Letus in Ital. regnante, pag. 386.*

de BELLIS (Gabr.) JCtus, ſcripſit Tractatum de Jure ſacro: item, de Feudis, Lugd. An. 1646.

BELLOCASSIUS (Steph. Comes) Anno 1544. floruit. Compoſuit ſilvulam Carminum: item, Sanctologion Flandriæ. Carmina nonnulla habentur, *T. 1. Delit. Belg. pag. 983.* Vid. *Swertius, pag. 680.*

BELLONIUS (Paulus) Anno 1625. obiit. De Teſtamentis ordinandis: item, de poteſtate eorum, quæ in continente fiunt ſive ex intervallo, commentatus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag 183.*

BELLONIUS (Petrus) Cænomanus, Anno 1553. claruit. Compoſuit Tractatum de neglecta ſtirpium cultura: item, de Funere medicato: ut & 3. libros Obſervationum. Quidam ipſum *Petro Gillio* nonnulla ſurripuiſſe exiſtimant. Vid. *Thomaſius, de Plagio, §. 371.*

BELLONUS (Joh.) JCtus, edidit Communes Jurium ſententias, Venet. Anno 1550.

BELLONUS (Nic.) JCtus, ſcripſit Conſilia: item, de ultimis Voluntatibus, de Contractibus, &c.

BELLORIUS (Pet.) collegit vitas Pictorum, Sculptorum & Architectorum Italorum hodiernorum, Romæ, Anno 1642. in 4.

BELLOTE (Ant.) ritus Eccleſiæ Laudunenſis redivivos, Paris. An. 1662. è tenebris in lucem protraxit.

BELLOUS (Herc.) JCtus, An. 1673. edidit exuvium Leonis, in quo Petri Bargalini laudes deprædicat. Vid. *Gregorius Letus, in Italia regn. pag. 160.*

BELLOUS (Petr.) condidit quatuor libros Variorum Juris Civilis, An. 1619. in 4.

de BELLO VISU (Armandus) An. 1296. floruit. Collegit explicationes terminorum Philoſophicorum. Vid. *Bumaldus, pag. 14.*

de BELLO VISU (Jacobus) Aquenſis, JCtus, Anno 1330. claruit. Compoſuit libellum de Excommunicato: item, Praxin Judiciariam, &c. Videatur *Guido Panzirolus, in JCt. 2, 55. Bumaldus, pag. 98.*

BELLUGA (Pet.) Hiſp. JCtus, An 1440. floruit. Edidit ſpeculum Principum, quod prodiit Bruxellis, A. 1655. fol.

BELLUS (Dom.) conſcripſit Quotidianum exercitium, An. 1619. Colon.

BELLUS (Honorius) Vicentinus, ſcripſit Epiſtolas nonnullas ad Carolum Cluſium. *Thomaſinus, de Donariis cap. XI.* Obſervationes ejus Creticas autoris manu exaratas penes ſe eſſe, memorat.

BELLUS (J. Bapt.) ſcripſit de partibus templi auguralis, Toloſæ, Anno 1637. item, de Strategematibus Gallorum, An. 1643.

BELLUS (Jul.) Lauream Auſtriacam, An. 1627. evulgavit.

BELLUS (Ludov.) JCtus, edidit Conſilia, An. 1635.

BELLUS (Nicol.) 4 Tomos Politicarum diſſertationum elaboravit. Vid. *Thomaſius de Plagio, §. 372.*

BELTRAMINUS (Oliv.) Deciſiones Rotæ Romanæ, An. 1623. Colon. in 4. edi curavit.

BELVALETIUS (Fr. M.) Catechiſmum Ordinis Equitum, Anno 1631. Colon. publici juris fecit.

BELVALETIUS (Phil.) Paulinas, 50. Pſalmos Paraphraſi poëtica illuſtravit, verſibus Lyricis.

de BELVISO (Jac.) in Uſus Feudorum, An. 1563. commentatus eſt.

BEMARCHIUS, Βημάρχιος, Cæſarienſis Sophiſta, præter declamationes & orationes, X. libros de rebus geſtis Conſtantini Imp. teſte *Suida*, compoſuit.

BEMBUS (Matthæus) Poſnanienſis, Polonus, A. 1640. claruit. Sigiſmundo III. Poloniæ Regi, ab aulicis concionibus fuit. Scripſit librum, titulô, Pax non

Pax:

Pax: item, Paſtorem vigilantem, & Chriſtianum Bellatorem, &c. Videatur *Alegambe, pag.* 332.

BEMBUS (Pet.) Cardinalis, natus eſt, Anno 1470: obiit, An. 1547. Scripſit Hiſtoriam Venetam; de qua quid ſentiat *Lipſius*, apud eum in *Polit. 1, 9*, offendes. Confer *Eundem, Cent. 2. Epiſt. Miſcell. Epiſt. 57.* ad *Douſam*, ubi Bembi κακοζηλίαν ſalſe ridet atq; traducit. Similiter de ejus Epiſtolis *Scipio Gentilis, in Commentario ad Epiſtolam Pauli ad Philemonem, pag. 40.* judicat. De pietate hominis ex hoc facto judica, quando amico aliquando autor fuit, ne Epiſtolas S. Pauli, quas contemtim Epiſtolaccias appellabat, attingeret, vel, ſi cœpiſſet legere, de manibus abiiceret, ſi elegantiam ſcribendi & eloquentiam adamaret, quemadmodum laud tus *Scipio* dicto loco commemorat. Carmina ipſius leguntur, *T. 1. Delit. Ital. pag. 342. J. C. Scaliger, l. 6. de re poët. pag. 800.* ſic ſcribit: Bembus nervis ferè ſemper deſtituitur. Cum Dn. Jesum Heroa vocat, valdè me commovit. Sanè vox impia & utroque indigna. Ne argutetur quiſpiam Heroëm è ſemiſſe Deum, ex altero ſemiſſe hominem. Non poſſunt monſtrorum figmenta vero Deo noſtro convenire. Benacus, cùm ad Catulli lucernam vigilatus videatur, profecto illius exhibet tenuitatem: à lepore longè abeſt. Extat & Ara Corycia, quam tuetur autor, non autorem ipſa. Hæc *ille*. Opera ipſius Argentinæ, Anno 1609. XIII. Tomis diſtincta prodierunt. Videatur *Ghilinus, vol. 1. pag. 192.* item, *Imperialis in Muſeo, pag. 90.*

BENACIUS (Jac.) Medicus, Anno 1500. claruit. Vid. *Bumaldus, pag. 99.*

BENAGLIUS (Marc. Ant.) Bergomas, claruit, An. 1530. Scripſit Segmenta Bergomeæ Antiquitatis.

BENANCUS (Liſſet) Fraudes & Errores Pharmacopœorum, An. 1670. edito ſcripto detexit.

BEN ASCHER, celebris Judæus & Maſoreta, An. Chr. 1040. vixit. Hic, teſte *Maimonide, T. 1. l. 2.* אהבה, *tract. de libro legis, c. 8. n. 4.* multos annos impendit deſcribendo Bibliorum codici: ſuaque illud opera & cura conſecutus eſt, ut Judæi deinceps, qui accuratum Bibliorum exemplar cuperent, vel ex Ben Aſcher codice deſcriberent, vel aliunde deſcriptum juxta eum caſtigarent. Vid. *Voſſius, part. 1. Ariſtarchi, pag. 176.*

BENATIUS (Lact.) Med. An. 1518. floruit. Conjunctiones & oppoſitiones duorum luminarium, communi civitatis Bononienſis bono, compoſuit.

BENAVIDIUS (Marc. Mantua) Patav. JCtus, Anno 1582. ætatis vero ſuæ 93. obiit. Elaboravit Conſiliorum Tomos 2. Problematum Legalium libros quatuor: Obſervationum Legalium libros X. & alia, quæ *Thomaſinus, part. 1. pag. 123.* recenſet. Confer *Ghilinum, vol. 1. pag. 161.*

BENBELLONA (Ant.) ſcripſit de Pace religionis, A. 1602. Vide, GOERICIUS.

BENCE (Joh.) Doctor Sorbonicus, Manuale in S. Pauli Epiſtolas, Anno 1626. emiſit.

BENCIUS (Franc.) Jeſ. Romæ Rhetoricam docuit, aliquot etiam Ariſtotelis Moralium libros laudabiliter interpretatus eſt. Inter alia, quatuor volumina annuarum literarum Societ. Jeſu typis vulgavit. Obiit, An. 1594. Videatur *Thuanus, l. 109. Nicius Erythr. part. 2. Pinacoth. pag. 155. Alegambe, pag. 104.*

BENDANUS (Henr.) ſcripſit de felicitate laborum, Bononiæ, An. 1639.

BENDERUS (J. Lud.) JCtus, compoſuit Proceſſum Cameræ Imperialis.

BENDINELLUS (Ant.) Florentinus, An. 1549. floruit. Exaravit vitam Scipionis Africani: item, Annotationes Locorum Hiſt. quæ habentur *T. 2. Lamp. Grut.* Vid. *Hanckius, part. 2. de Scr. R. R. pag. 136.*

BENDIXIUS (Dominic.) Snecanus, An. 1586. obiit. Sermones reliquit. Vid. *Sweertius, pag. 221.*

del BENE (Alf.) tres libros de regno Burgundiæ elaboravit.

del BENE (Thomas) ſummam Theologiæ edidit, An. 1655. Item, Tr. de Juramento: ut & de officio Inquiſitionis. Vid. *Funccius, T. 1. orbis, pag. 375.*

BENEDELLUS (B.) JCtus, de Protimeſi commentatus eſt.

BENEDICTUS (S.) Nurſienſis, ſeculo VI. circa medium, Juſtino & Juſtiniano imperantibus, floruit. Condidit Regulam Monachorum, in 73. capita diſtinctam. Obiit, A. C. 543. *Epitaphium* ejus tale eſt:

Nurſia me genuit, ſpecus obtulit alta, Caſini
Me rapuit vertex, Aula beata tenet.

BENEDICTUS, Ananienſis Abbas, An. 820. claruit. Collegit Codicem Regularum Monaſticarum, in tres partes diviſum. Prodiit hoc opus, An. 1664. cura & ſtudio *Holſtenii*.

BENEDICTUS, XII. Pontifex, anteà Jacobus Fournerius dictus, A. 1372. obiit. Reliquit Comm. in Pſalmos: librum de viſione beatifica: Epiſtolas & Sermones. Vid. *Carolus Viſch, pag. 35.*

BENEDICTUS (Alex.) Veronenſis, ſcripſit de omnium morborum curis & remediis, An. 1533. Vid. *Chioccus, pag. 10.*

à BENEDICTIS (Benedictus) edidit Jacula Eccleſiæ Catholicæ, An. 1608.

BENEDICTUS (Chriſt.) Theatrum tabidorum, An. 1665. conſtruxit.

BENEDICTUS (Georg.) Harlamenſis, carminibus famam ſibi peperit. Vid. *T. 1. Delit. Belg. pag. 506.*

BENEDICTUS (Joh.) Germ. Med. ſcripſit de morbo Gallico. *Bartholinus, in Med. poëtis, pag. 135.* refert, eum tam in literis fuiſſe exercitatum, ut Horatium Græcè pari tum numero carminum, tum metro verterit: ob quam verſionem ab *Iſ. Caſaubono* commendatus *Phil. Mornæo* cathedram Salmurienſem obtinuit.

BENEDICTUS (Joh.) Gallus, An. 1550. claruit. Obſervationibus Novum Teſtamentum illuſtravit.

BENEDICTUS (J. B.) Anno 1585. obiit. Extant ejus ſpeculationes Mathematicæ & Phyſicæ. Vid. *Thuanus, lib. 99.*

BENEDICTUS (Jul. Cæſ.) condidit Epiſtolas Medicinales, An. 1649. Romæ.

BENEDICTUS (Liberius) Nucleum Sophicum conſcripſit, An. 1623.

BENEDICTUS (Renatus) Andegavenſis, Stromata in univerſa Biblia, Venet. Anno 1569. contexuit.

BENEFELD (Sebaſt.) Anglus, Theol. librum de Perſeverantia Sanctorum, Anno 1618. exaravit.

BENETIUS (Cypr.) Aragonenſis, Anno 1513. claruit. Scripſit Commentarium in Pſalmos, & Tractatum de Chriſto contra Judæos. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 122.*

BENEVENTANUS (Roſr.) Tract. judiciarii ordinis, An. 1591. reliquit.

BENEVENUTUS An. 1318. floruit. Conſcripſit Chronicon, in quo totius terrarum orbis tempora proſequitur. De Benevenuto à Rambaldis, vide infrà RAMBALD.

BENEVOLENTIUS (Fabius) Senenſis, carmina condidit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 396.*

BENGIUS (Anton.) de Beneficiis Eccleſiaſticis, An. 1654. commentatus eſt.

BENJAMIN, Tudelenſis, Judæus, An. C. 1173. obiit. Deſcripſit Itinerarium, quod *Benedictus Arias Montanus* Latinè tranſtulit. Idem *Conſtant. L'empereur* fecit. Vid. *Zeillerus, part. 3. pag. 29. David Ganz in Zemach, pag. 138.* affirmat, ipſum per tres mundi partes, Europam, Africam & Aſiam, circumvagatum eſſe.

BENJAMIN Zoab, Judæus, An. M. 5294. vixit. Quæſtiones & reſponſiones collegit. Vid. *Ganz, pag. 152.*

de BENIGNIS (Joh. Tilmannus) JCtus, Apoſpaſma Juris publicavit.

BENIGNUS (Corn.) Viterbienſis, vir optimè literatus, jam grandævus, amore correptus, in delirio obiit. Vid. *Pierius Valerianus de J. L. pag. 177.*

BENIGNUS (Franc.) Avenion. Clypeum honoris, teſte *Alegambe*, fabricavit.

BENIGNUS (Joh.) quaſdam Orationes Ciceronis Notis illuſtrare aggreſſus eſt.

BENINCASIUS (Corn.) JCtus, ſcripſit de Conſtitutionibus & privilegiis: Item, de Privilegiis paupertatis.

de BENINTENDIS (Petr.) JCtus, edidit Deciſiones cauſarum Rotæ Bononienſis, An. 1564.

BENIVENIUS (Ant.) Medicus, librum de abditis morborum cauſis concinnavit.

BENIVENIUS (Hieron.) An. 1543. obiit. Erat *Pici Mirandul.* intimus amicus.

BENIUS (Jac.) JCtus, Tract. de Privilegiis JCtorum reliquit, A. 1611. Heidelb.

BENIUS (Paulus) Eugubinus, Anno 1625. obiit. Extant ejus Commentarii in Ariſtotelis Poëticam & Rhetoricam: item, Diſputationes de Annalibus Baronii. *Ghilinus, vol. 1. pag. 184.* ait, eum ſcripſiſſe etiam Comment. in ſex priores libros Æneidos: item, in Salluſtium. Confer *Thomaſinum, part. 1. pag. 350. & Imperialem, pag. 160.*

BENCKENDORF (Mart.) JCtus, ſcripſit repetitiones rubricæ ad L. 1. ff. de Regulis Juris.

BENNO, Cardinalis, tempore Henrici IV. Imp.

Imp. circa, An. C. 1085. floruit. Exaravit vitam Hildebrandi, ſive Gregorii VII. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 76.& Schoock. in deſperata cauſ. Papatus, cap. 10.*

BEN SIRA, Hebræus, juxta *nonnullos* nepos Jehoſuæ, ſummi Pontificis: juxta *alios* nepos Jeremiæ prophetæ fuit. *R. Joſes Levi* ait, filiam Jeremiæ, matrem ejus, in thermis gravidam factam eſſe, atq; ſic Ben Sira edidiſſe. *Autor Meor Enaiim* putat, ipſum tempore Simeonis Juſti vixiſſe. *Dav. Ganz, in Zemach, pag. 66.* Ben Sira & Siracidem, vel autorem Eccleſiaſtici, pro uno & eodem habet. Interdum Hebræorum Magiſtri dicta Ben Sira allegant, quæ totidem verbis in Græco textu occurrunt. Nonnunquam prorſus ipſum in numerum כתובים vel Hagiographorum redigunt. Sententias ejus *Paulus Fagius* Latinè reddidit, nec non Isnæ A. 1542. vulgavit. Conſer *Buxtorfium, in Synagoga Judaica, pag. 81.*

BENTHAMUS, edidit Conflictum Chriſtianorum.

BENTHEIM (Ant.) Solem trinum, Theologicum, religioſum & Politicum, An. 1653. compoſuit.

BENTINUS (Mich.) Caſtigationes in Varronem, Feſtum Pompejum, & Nonium Marcellum elaboravit.

BENTIVOLUS (Carolus) JCtus Bononienſis, An. 1639. claruit. Vid. *Bumaldus. pag. 47.*

BENTIVOLUS (Guido) Cardinalis, Hiſtoriam Belgicam adornavit: Commentarios etiam rerum Eccleſiaſticarum reliquit, quos à Clementis IIX. Pontificatu usq; ad tempora Urbani IIX. perduxit. Plura *Nicius Erythræus, part. 2. Picoth. pag. 38.* dabit.

BENTIVOLUS (Pius) Theologiam Thomæ Aquinatis, Venet. An. 1585. in compendium redegit.

BENTIUS (Herm.) Sciagraphiam, Anno 1657. in lucem emiſit.

BENTIUS (Hugo) Senenſ. An. 1438. obiit. Scripſit in Aphoriſmos Hippocraris in Artem Galeni: item, volumen Conſiliorum, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 239.*

BENTIUS (Joh.) natus eſt, An. 1547: obiit, An. 1599. Argentinæ docuit. Reliquit Theſaurum Græcum.

BENTIUS (Pet.) edidit Romam triumphantem, Paris. An. 1654.

BENTIUS (Trypho) Italus, carmina compoſuit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 397.*

BENZO (Hieron.) Mediolanenſis, Anno 1556. floruit. Tribus libris res Braſilianorum complexus eſt. Vid. *Zeillerus, part. 2. pag. 14.*

BENZO (Nicol.) ſcripſit de Catarrho, An. 1637. Vid. *Alb. Bartholinus in Danis, pag. 104.*

BENZONIUS (Rutilius) Romanus, condidit Speculum Epiſcoporum, Venet. An. 1595. Item, ſex libros de Jubilæo, Anno 1599. ut et Comment. in Mariæ Canticum, libris quinque, An. 1606.

BERARDUS (Tim.) Ligur, An. 1616. obiit. Panegyricos conſcripſit.

BERBERIUS (Joh.) JCtus, edidit Viatorium Juris, An. 1536.

BERCHEMIUS (Arn. Laur.) Flander, obiit, An. 1559. Reliquit libellum piorum Carminum.

BERCHEMIUS (Hieron.) carmina conſtruxit. Vid. *T. 1. Delit. Belg. pag. 544.*

BERCHETUS (Tuſſart.) Catechiſmum GræcoLatinum, Anno 1614. publicæ luci expoſuit.

BERCHMANNUS (Joh.) ſcr. Tr. de Hyperdulia Mariana, A. 1636. Monachii.

BERCHORIUS (Pet.) Pictavienſis, vixit ſeculo XIII. juxta *Sixt. Senenſem.* Moraliſationes Biblicas collegit & ſecundum literas alphabeti digeſſit. A quibusdam BERTHORIUS nominatur, de quo infrà.

BERCHTHOLDUS (Steph.) JCtus, ſcripſit de Actione rei vindicationis: item, de Judiciis & proceſſu.

de BERCK (Joh.) edidit Herculem in bivio, An. 1611.

à BERCKE (Dav.) de Volatiliſatione Tartari, An. 1673. commentatus eſt.

BERCKLMAN (Joh.) JCt. de fidelitate Vaſallatica, An. 1627. ſcripſiſſe fertur.

BERCKRINGER (Daniel) Danus, diſſertationem de Cometis, Amſterd. Anno 1665. emiſit.

BERENGANDUS, Apocalypſin Notis expoſuit. Vid. *Placcius, pag. 143. ſub fin.*

BERENGARIUS, Andegavenſis Diaconus, An. C. 1040. floruit. Hic dogma Transſubſtantiationis ſcriptis & ore impugnavit. Tandem Romam ad Concilium vocatus, & per metum palinodiam canere coactus eſt. Revocatio ipſius à *Gratiano*, Decretis de *Conſecrat.*

*Diſt.2.cap.EgoBerengarius,&c.*inſerta eſt. *Pareus* tamen in *Medulla Hiſt. Eccleſ.pag.* 293. Berengarium in ſua opinione uſque ad mortem conſtanter perſeveraſſe, affirmat.

BERENGARIUS (Fernand.) Tr. in Legem, Pacta conventa, A. 1617. condidit.

BERENGARIUS (Jac.) Carpenſis, ſcripſit de Fractura cranii, Anno 1518. Item, Commentar. in Anatomiam Mundini, Bononiæ, An. 1521. in 4.

BERENGOSUS, ſeculo XII. tempore Paſchalis II. Pontificis, floruit. Compoſuit varios Sermones: Item, 3. libros de laude & inventione S. Crucis. Videatur *Sigebertus, de Viris Illuſtr. c.* 157. Confer *Olearium in Abaco, pag.* 78.

BERENICIUS, An. 1670. circiter in Belgio innotuit. Ea erat in eo dicendi extemporalitas, ut ſemel audita ex tempore verſibus comprehenſa purè pariter ac eleganter efferret. Quin & ſæpius novellas vel chartas hebdomadales ſtans pede in uno ex Belgico in Græcum aut Latinum ſermonem, eumque non ſolutum, ſed metro alligatum transfundebat. Fecere ejus rei nonnulli periculum, eique Belgicum epigramma propoſuerunt, quod ille ſine omni mora Latinè, & poſt breve intervallum etiam Græcè cum omnium admiratione reddidit. Varias linguas ita loquebatur, ut ſingulæ ipſi viderentur vernaculæ, cumprimis Anglica, Italica, Gallica. De Latina lingua nihil aliud dicere attinet, quàm literatiſſimum virum *J. F. G.* aliquando ſubveritum fuiſſe cum eo loqui Latinè. Græcam uſurpabat tanquam maternam, eamque præ cæteris in deliciis habebat. De omnibus ferè priſcis in utraque lingua Scriptoribus diſſerebat pro re nata ſolidiſſimè. Spuria à legitimis diſcernebat, & quæ phraſes bonæ, quæ malæ eſſent, accurata criſi diſtinguebat. Huc accedebat memoriæ prodigium, qua comprehenderat totum Horatium, Virgilium, plurima Ciceronis & utriusque Plinii, ex quibus, quæ velles loca, memoriter recitabat, addens librum & caput. Ex Græcis Homerum cum quibusdam Ariſtophanis Comœdiis edidicerat. Cujas fuerit hic Berenicius, nemini unquam dixit. Vitam tantùm tolerabat caminos verrendo, cultros acuendo, & ſimilibus artium mechanicarum viliſſimis. Compotationibus frequenter gaudebat. Tandem in palude, aqua & limo ſuffocatus, repertus eſt. Suſpicantur nonnulli, eum in Gallia fuiſſe Profeſſorem, alii Jeſuitam aut alicujus ordinis Monachum: ſed incerta horum omnium ſunt judicia. Illud conſtat, facetiſſimum libellum, qui nuper hoc titulo prodiit, *Georgarchontomachiæ, ſive, expugnatæ Meſſopolis libri duo*, eſſe à Berenicio conſcriptum. Vid. *Borremanſius, in Var. lect. cap. 6. pag.* 59. *& ſeqq.* ex quo hæc deſumſimus.

BERENICUS (Theod.) Vide, BERNEGGERUS.

BERETTARIUS (Sebaſt.) Jeſ. ſcripſit vitam Joſephi Anchietæ, per quem in inſulis Canariis Deus admirabilia, ac ſupra naturæ vires feciſſe dicitur. Videatur *Nicius Erytbr. part.2. Pinacoth.pag.* 113.

BERGA (Ant.) edidit naturales Prælectiones, An. 1565.

BERGENSIS (Gerh.) Medicus, A. 1583. obiit. Scripſit de herba Panacea: de Peſte: de Penis dolore. Vid. *Swertius, pag.* 277.

BERGERUS (Nicol.) Rhenenſis, A. 1622. claruit.

BERGERUS (Sim.) concinnavit catalogum Medicamentorum, Spagiricè præparatorum, An. 1606.

BERGERUS (Val.) Æolum Dramaticum, de natura Ventorum, An. 1657. compoſuit.

BERGIUS (Matth.) Brunſwicenſis, Altorfii Philoſophiæ moralis Profeſſor fuit. Scripſit libros de Religione, quibus, ſi edantur, plurimos hac ætate Theologorum errores correctum iri, *Caſp. Scioppius lib. 4. ſuſpect. lect. epiſt. 1. pag.* 241. aſſeverat. Bergii *Epitaphium* tale legitur:

D. O. M. S.

Bergius hic ſitus eſt, vocemq; in pulvere Chriſti
Expectat, vivum qui ſibi reſtituet.
Summa boni vivo, Chriſto ſe credere Vultumq;
Illius æternum cernere functus avet.

M. Matthias Bergius, Brunſwic. in Altorf. Norib. Acad. & hic profeſſor hoc Epitaphium ſibi ipſe fecit. Obiit, d. 22. Aug. An. Chr. M. D. XCII. cùm vixiſſet annos 56.

BERGIUS (Conr.) edidit Praxin Canonis Catholicam, An. 1639.

BER-

BERGIUS (Joh.) Theologus, Anno 1619. floruit. Scripſit Tr. de quæſt. an Evangelicæ per Germ. Eccleſiæ in fundamento fidei diſſentiant, An. 1627.

BERGOMAS (Jac. Philipp.) Anno 1518. obiit. (Vide infrà, FORESTUS) Scripſit Chronicon, *Supplementum Supplementi* dictum, quod incipit ab O. C. & deſinit in An. 1503. Librum quoque de claris mulieribus Chriſtianis compoſuit, quem Beatrici, Arragoniæ & Bohemorum Reginæ, dedicavit.

BERIGARDUS (Elias) Trinubium Europæum exaravit.

BERIGARDUS (Cl.) Molinenſis, edidit Circulum Piſanum de Veteri & Peripatetica Philoſophia, Utini, An. 1643.

BERIGARDUS (P.) Claudii filius, A. 1645. claruit. Hippocratis Aphoriſmos rythmico verſu latino, ut diſcentium memoriæ conſuleret, breviſſimè expreſſit.

de BERINGHEN (Rud.) JCtus, A. 1489. obiit. Compoſuit Lecturam ad Clementinas.

BERINGERUS (Erich.) Anno 1614. Diſcurſum Hiſtorico-polit. de Hiſtorici officio edidit.

BERINGERUS (Mich.) Grammat. Hebraicam, An. 1602. publicavit.

BERINGIUS (Vitus) Viburgenſ. Danus, natus eſt, Anno 1617. Promiſit Hiſtoriam rerum Danicarum. Carminibus editis ingentem famam ſibi comparavit. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 392. Bartbol. in Danis, pag. 149.*

BERKELIUS (Abrah.) An. 1670. Epicteti Enchiridion & Cebetis Tabulam cum notis doctiſſimis edidit. *Stephani* fragmentum itidem notis exornavit. Promiſit & integrum Stephanum.

BERLAYMONTIUS (Philipp.) An 1637. obiit. Paradiſum puerorum, An. 1618. teſte *Sweertio*, excudi fecit. Vid. *Alegambe, pag. 404.*

BERLENDUS (Joh. Paul.) Bergomas, An. 1623. obiit. Edidit Metaplaſmum ſymbolicæ viſionis mulieris amictæ Sole.

BERLICHIUS (Burch.) ſcripſit de Juſtitia hujus temporis, An. 1635. item, de jure novercarum.

BERLICHIUS (Matth.) JCt. Deciſiones aureas, An. 1673. item, Concluſiones Practicabiles, Anno 1652. edi curavit.

à BERLICOM (Andr.) Elementa de rerum naturalium gravitate 12. libris, An. 1656. Roterod. complexus eſt.

BERLICOMIUS (Baldus) Silvæducenſis, Anno 1599. vixit. Encomium ſtrenuæ mulieris reliquit. Extat in *Delit. Belg. T. 1. pag. 565.*

BERLINUS (Joh.) Apologiam pro immaculata conceptione B. Virginis, Anno 1630. condidit.

BERLUCUS (Joh. Ant.) Adagia ſelecta, An. 1632. Genevæ collegit.

BERNAL (Aug.) Magolenſis, Hiſp. de Incarnatione Verbi, An. 1639. ſcribere cœpit: item, de Sacramentis in genere, fol. An. 1651. Vid. *Alegambe, pag. 49.*

BERNARDO (Florius) Venetus, ſcripſit de ultimo corporis alimento, A. 1646.

BERNARTIUS (Joh.) Mechlinienſis, An. 1601. obiit. Reliquit Commentar. in Statium Papinium: & alium in Boëthium de Conſolatione Philoſ. item, Tractatum de utilitate Hiſtoriæ lectu digniſſimum. Vid. *Sweertius, pag. 396.*

BERNARTIUS (Ulmerus) Flander, An. 1570. mortuus eſt. Librum de Pœnis Canonicis, teſte *Sweertio*, elaboravit.

BERNAVUS (Paul.) lineamenta Chriſtianiſmi, An. 1601. publicavit.

BERNEGGERUS (Matth.) natus eſt, An. 1582: obiit, An. 1640. Compoſuit Notas in Suetonium, Quæſtiones in Taciti Germaniam, Obſervationes Hiſtorico-Politicas, Orationes, Epiſtolas, &c. Prodiit etiam ſub nomine *Theodoſii Berenici* Tuba pacis Anti Scioppiana, cujus Berneggerus autor eſt. Mortuo *Joh. Henr. Böclerus* parentavit. Vid. *Spizelius, in Theatro Honoris, pag. 350.*

BERNHARDI (Bonhomo) Bergomas, Anno 1401. obiit. Scripſit de Venenis: item, tres libros obſcurarum Medicinalium quæſtionum.

BERNHARDINUS de BUSTO. Vide, BUSTO.

BERNHARDINUS, Senenſis, An. 1444. obiit. A Nicolao V. Pontifice, A. 1450. inter Sanctos relatus eſt. Opera ejus quinque Tomis continentur. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. diſſert. pag. 185. Olearius in Abaco, pag. 80.*

BERNHARDINUS (Joh. Bapt.) ſcripſit de religioſæ perſeverantiæ præſidiis, Antv. An. 1622.

BERNHARDINUS (Theoph.) Sedanenſis, Anno 1625. obiit. Edidit ſpeculum perfe-

perfectionis, Antv. An. 1628. Vid. *Alegambe, pag. 431.*

BERNHARDINUS, Arevallenſis, ſcr. de Correctione fraterna. Vid. *Bibl. Hiſp. p. 251.*

BERNHARDUS (Carthuſ.) ſcripſit Dialogum de miſericordia & miraculis S. Mariæ. Prodiit, An. 1493.

BERNHARDUS, Claræ vallenſis Abbas, An. 1153. ætatis 63. obiit. Opera ejus *Bellarminus, in Catalogo Script. Eccl. pag. 142.* enumerat. Vitam Bernhardi *Guilhelmus* quidam ſcribere cœpit: *Arnoldus* vero, Abbas Bonævallis, perfecit & in 4. libros digeſſit. Verbis S. Scripturæ ita ab infantia ſe addixit, ut quoties aliquid loqui aut ſcribere tentaret, toties in verba & ſententias S. Scripturæ prorumperet. Univerſa ejus ſcripta (inquit *Sixtus Senenſis*) nihil aliud ſunt, quam centones divinorum voluminum, quibus Vet. & Nov. Teſt. dicta adeò commodè & aptè inſerta ſunt, ut ibi nata eſſe credantur. De ejus ſtilo ita *Eraſmus in Ciceroniano, pag. 154.* Bernhardum agnoſco virum bonum, quæ pars eſt Oratoris, natura compoſitum ad urbanitatem, & ad dictionis leporem: ſed adeo non Ciceronianus, ut è ſcriptis vix ſuboleat, unquam illi lectum Ciceronem. Vid. *Carolus Viſcb, pag. 39. Olearius in Abaco, pag. 80.*

BERNHARDUS, Carnotenſis, è Cancellario Eccleſiæ Carnot. factus eſt Cornubiæ in minore Brit. Epiſcopus, tradente *Rob. de Monte. Sarisberienſis* nominat eum perfectiſſimum inter Platonicos ſui ſeculi: aliquando Grammaticum vocat, ut *l. 1. c. 5.* Confer eundem *l. 7. policr. c. 13.* ubi carminum ejus meminit. Vid. *Reineſius ad Daumium, pag. 294.*

BERNHARDUS, Compoſtellanus, JCtus, ſcripſit Apparatum in Decretales, juſſu Innocentii IV.

BERNHARDUS, Geyſtenſis, ſeculo XIII. vixit. Compoſuit Palponiſtam verſibus Rythmicis, in quo Aularum peſtes, adulatores, miſerias quoque Principum & Curialium depingit. *Reineſius in Epiſt. ad Daumium, pag. 294.* Germanum fuiſſe, autumat. Edidit eum unà cum Notis *Chriſt Daumius*, Anno 1660.

BERNHARDUS, Luxemburgenſis, habuit ſermones de Roſario B. Virginis Mariæ.

BERNHARDUS, Morlanenſis, vel, Morvalenſis, An. C. 1140. floruit. Exaravit 3. libros de contemtu mundi, verſu dactylico rythmico, quos primus omnium *Matth. Flacius Illyricus*, An. 1557. Baſileæ evulgavit, & quidem integriores, quam deinde Bremæ, Anno 1597. *Nathan Cythræus*, qui primum ſe publicare eos falſò putavit. Autoris nomine adjecit poſteà, A. 1610. Roſtochianæ editioni *Eilhardus Lubinus* de Vanitate mundi libellum, cujus initium: *Chartula noſtra tibi mandat, dilecte, ſalutem.*

BERNHARDUS Silveſter, (de ætate nondum conſtat) Megacoſmum & Microcoſmum diverſo carminum genere, proſa intermixta, elaboravit. Dicitur adhuc latere in Bibliothecis. Vid. *Barthius in Adv. 56, 10.* qui teſtatur, ſe ipſum vidiſſe olim Heidelbergæ.

BERNHARDUS (Ant.) de Monomachia ſcripſiſſe traditur, A. 1562.

BERNHARDUS (Joh. Bapt.) Patricius Venetus, Seminarium totius Philoſophiæ, Ariſtotelicæ & Platonicæ, Tomis III. Anno 1599. fol. complexus eſt.

BERNHARDUS (Joh. Jac.) edidit Tract. de Invocatione Sanctorum.

BERNHARDI (Joh.) Auonenſis Eremita, Vocabularium Eccleſiaſticum compoſuit. Prodiit Venet. An. 1607.

BERNHARDUS (Lucas) Brixianus, LXXX. Chryſoſtomi Homilias Latinè tranſtulit. Vid. *Simlerus.*

BERNIUS (Franc.) Ferrarienſis, edidit Moralitatis arcana, ex Symbolis Pythagoræ, Ferrariæ, An. 1669. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 56.*

BERNO, Augienſis, An. 1045. obiit. Texuit librum de officio Miſſæ. Videatur *Bruſchius, de Monaſter. pag. 11. Phil. Labbe, T. 1. de Scr. Eccl. pag. 200. Olearius, pag. 83.*

BERNSTORPIUS (Corn.) ſpeculum Rhetorices, An. 1612. publicavit.

BERO, vel, BEROUS (Auguſt.) Bononienſ. JCtus, obiit, A. 1554. ætatis 79. Vir erat laborioſus potius, quàm ſubtilis Edidit volumina Reſponſorum. Scripſit etiam in 1. 2. 3. & 5. Decretalium. Vid. *Guid. Panzirolus, in JCtis 3, 49. Bumaldus, pag. 25.*

BEROA (Joh. Andr.) Bergomas, JCtus, Juriſconſultum ſcriptò informavit.

BEROALDUS (Joh.) Geometra inſignis, An. 1480. floruit.

BEROAL-

BEROALDUS (Matthæus) Anno 1575. claruit. Scripſit Chronicon, in quo ex ſolis Scripturis temporum rationem conſtituere ſtuduit, rejectis omnibus ſcriptoribus profanis. Unde Chronologia ejus ſummis quibusque viris valdè improbata eſt, imprimis *Joſ. Scaligero*, qui eam *fanaticam* appellat. Vid. *Colomeſius, in Gallia Orient. pag. 45.*

BEROALDUS (Nic.) ab *Eraſmo in Ciceroniano, pag. 169.* ita deſcribitur: Nicolaus Beroaldus illaborato fluxu *Joh. Pino* non diſſimilis: verum is in hoc genus nunquam nervos intendit ſuos, dicendo, quam ſcripto felicior. Quid poſſit, ſatis divino: ſed eſt magni laboris fugitantior.

BEROALDUS (Phil.) Bononienſis, Senior, natus eſt, A. 1450: obiit, An. 1510. Suo tempore inter præſtantes Philologos habitus erat. In Suetonium, Apulejum, a liosq; commentatus eſt. *Picus Mirandulanus* ipſum Bibliothecam vivam & ambulans Muſeum vocare non dubitavit, quo elogio aliàs Longinum Rhetorem *Eunapius* dignatus eſt. Vid. *Jovius, in Elog. numero 51.* Carmina ejus leguntur *T. 1. Delit. Ital. pag. 398.* Videatur *Bumaldus, pag. 197.*

BEROALDUS (Phil.) Junior, An. 1515. floruit. Primùm Bononiæ, deinde Romæ, literas humaniores profeſſus eſt. Ad extremum amicorum liberalitate vitam ducere coactus eſt. Reliquit quatuor libros Carminum. Vid. *Pierius Valerianus, de Inf. Literat. pag. 48.* item, *Bumaldus, pag. 199.*

BEROALDUS (Vincent.) An. 1570. floruit. Edidit Declarationes.

BERONICIANUS, Βερονικιανὸς, Sardenſis, celebris Sophiſta fuit *Eunapius, pag. 160.* vocat ἄνδρα ἄξιον τῆς φιλοσοφίας ὀνόματος, i.e. virum Philoſophiæ nomine non indignum. Addit, eum plenè Gratiis litaſſe.

BEROSUS, Βηρωσὸς, Babylonius, Beli ſacerdos, ſub Ptolemæo Philadelpho Rege floruit. *Scaliger in Euſebium, pag. 248.* in ejus nomen inquirit, & Beroſum, quaſi *filium Oſeæ* dici exiſtimat. Condidit Hiſtoriam Babylonicam vel Chaldaicam 3. libris, ex qua fragmenta quædam *Joſephus, l. 1. contra Apionem*: item, *l. 1. Ant. Jud. c. 5.* ut & *Euſebius in Chronico, pag. 5. 6. 8. 40.* adducunt. Beroſi etiam *Vitruvius 9, 9. Tertullianus, in Apologet. c. 19. Clemens Alex. l. 1. Strom*, mentionem faciunt. *Plinius, l. 7. c. 37.* autor eſt, Athenienſes Beroſo ob divinas prædictiones publicè in Gymnaſio ſtatuam inauratâ lingua poſuiſſe. *Annii Viterbienſis* Beroſus cum vero Beroſo nihil commune habet: ex meris mendaciis atque nugis conſtat. Vid. *Chr. Rupertus, in Hiſt. Univerſ. cap. 2.*

BERSAQUIUS (Dionyſ.) Atrebas, JCtus, ſcripſit de origine, ſerie & geſtis Comitum Arteſiæ.

BERSMANNUS (Georg.) Annæbergenſ. Anno 1538. natus eſt: obiit, An. 1611. Lipſiæ *Joachimo Camerario* in profeſſione Poëtica ſucceſſit: inde, quòd formulæ Concordiæ ſubſcribere nollet, dimiſſus, & Serveſtam vocatus, ibiq; Gymnaſii rector conſtitutus eſt. Virgilium, Horatium, Ovidium, Lucanum, &c. notis & ſcholiis illuſtravit. Philen, Græcum Scriptorem, Latinis verſibus reddidit. Compoſuit Paraphraſin poëticam Pſalmorum. Carmina ejusdem occurrunt in *Delit. Germ. T. 1. pag. 424.* Videatur *J. P. Lotichius, part. 3. Bibl. Poët. pag. 103.*

BERTACHINUS (Joh.) JCtus, A. 1465. floruit. Librum de Gabellis condidit: item, Repertorium. Vid. *Guid. Panzirolus, in JCtis, l. 2. c. 124.*

BERTACHIUS (Dominic.) ſcripſit de ſpiritibus & facultate vitali, Venet. Anno 1584.

BERTALDUS (Joh. Lud.) Obſerv. in Diſpenſatorium Placotomi, An. 1614 confecit.

BERTAPALIA (Leonhartus) Paduanus, compoſuit Recollectam, ſuper 4. Can. Avicennæ, impreſſam Venetiis, A. 1499.

BERTAZOLIUS (Barth.) JCtus, Deciſivas Conſultationes, fol. Anno 1602. reliquit.

BERTEAU (Barth.) Confeſſariorum directorium, An. 1654. typis tradidit.

BERTELIUS (Joh.) Lovanienſis, A. 1607. obiit. Scripſit de Diis Deorumque ſacrificiis teſte *Swertio*: Item, 26. Dialogos in Regulam S. Benedicti. Hiſtoriam quoque Luxemburgenſem exaraſſe dicitur.

BERTERIUS (Philipp.) duos libros Πιθανῶν, in 4. A. 1608. elaboravit.

BERTET

BERTET (Joh.) Jeſuita,celebris Mathematicus, Orient. linguarum quoq; ſatis peritus eſſe dicitur.

BERTHA (Lud.) edidit Medicum Chriſtianum, Antv. An. 1664. in 4.

BERTHALDUS (Pet.) compoſuit ſingularem librum de Ara, Anno 1636. item, Florum Francicum, Anno 1659. libris quatuor.

BERTHOLDUS, Conſtantienſis, ut putant, An. 1100. obiit. Exaravit Hiſtoriam ſui temporis. Vid *Zeillerus. part. 1. Scr. Hiſt. pag. 18. Olearius in Abaco, pag. 84.*

BERTHOLDUS (Andr.) librum de Terra Sigillata, in Germania reperta, Anno 1513. publicavit.

BERTORIUS (Pet.) Pictavienſis, An. C. 1260. claruit. Compoſuit Morale reductorium Vet. & Nov. Teſt. in 4. libros diviſum, in quo, prætermiſſo hiſtorico ſenſu, univerſæ Scripturæ capita tropologicè expoſuit. Vide ſuprà, BERCHORIUS.

BERTINUS (G.) Campanus, Compendium Medicinæ condidit.

BERTIUS (Petrus) vir doctiſſimus, Beveris in Flandria, A. 1565. natus eſt. In Leydenſi Academia moralem Philoſophiam publicè docuit. A Gallorum Rege titulo Geographi Regii honoratus fuit. Schiſmate in Belgio orto, Galliam petiit, ibiq; profeſſionem accepit, cùm prius in religionis Chriſtianæ contraverſiis ſententiam mutaſſet. Reliquit Tabulas Geographicas: libros tres rerum Germanicarum, &c. Ptolemæi Geographiam Græcè Latinéque emendatiſſimè edidit, additis multis antiquis Geographis. Cùm Arminio adhuc adhæreret, Hymenæum deſertorem luci tradidit. Vid. *Swertius, in Ath. Belg. pag. 602.*

BERTLINGIUS (Joh.) Concluſiones Phyſicas, Herbornæ, An. 1655. imprimi curavit.

BERTOTIUS (Alf.) compoſuit Methodum benè medendi, An. 1556.

BERTRAMUS, Presbyter, ſcripſit librum de Corpore & Sanguine Domini in Euchariſtia.

BERTRAMUS (Caſp.) in Matthæum Evangeliſtam, An. 1651. in 4. commentatus eſt.

BERTRAMUS (Corn. Bonavent.) Pictothoarſenſis, JCtus & Philologus celeberrimus, Anno 1594. obiit. Genevæ linguam Hebraicam docuit, ibique Santis Pagnini Theſaurum magna acceſſione locupletavit. Commentarium etiam de Politia Judaica elaboravit. Relicta Genevâ, Franckenthalam ſeſe contulit, ubi Lucubrationes Franckenthalenus compoſuit. Tandem Lauſannam evocatus, ibidem in publica profeſſione obiit. Vid. *Thuanus, l. 109. & Colomeſius in Gallia Orient. pag. 68.*

BERTRANDUS (Ant.) JCtus, An. 1467. floruit.

BERTRANDUS (Joh.) Gallus, JCtus, adornavit duos libros Βίων Νομικῶν, i. e. de Vitis JCtorum veteris Romæ, in 8. An. 1617. Ejus vita præmiſſa eſt operi jam laudato.

BERTRANDUS (Pet.) Eduenſis Epiſcopus, Anno 1349. obiit. Scripſit de Juriſdictione Eccleſiaſtica. Vid. *Phil. Labbe, T. 2. Diſſ. de S. E. pag. 185. Olearius in Abaco, pag. 366.*

BERTRANDUS (Steph.) JCtus, edidit Conſilia 8. voluminibus: item, Tract. de ſecundis Nuptiis.

BERTRUCCIUS (Nic.) condidit Methodum morborum cognoſcendorum: item, Collectarium artis Medicæ tam Theoricæ, quàm Practicæ. Floruit, An. 1312. Vid. *Bumaldus, pag. 173.*

BERTULPHUS (Hilar.) Gandavenſis, A. 1530. floruit. Reliquit verſus. Cum *Eraſmus* ei aliquando ad prandium vocato dixiſſet: *Lude mihi carmen, cujus principium naſus Bertulphi* (erat enim naſi longitudine conſpicuus) ex tempore Eraſmo ſatisfecit. Videatur *Swertius, pag. 347.*

BERUS (Lud.) in Pſalmos pœnitentiales, An. 1551: item, de arte moriendi commentatus eſt. *Andr. Rivetus, T. 2. Oper. pag. 409.* memorat, eum etiam librum confeciſſe de fuga Peſtis.

BERZETTUS (Nicol.) Vercellenſis, compoſuit Praxin benè meditandi, Anno 1609. Vid. *Alegambe, pag. 348.*

BESANTINUS, Βησαντῖνος, ὁ τῆς περὶ χρηστομαθείας ab Etymologici M. ſcriptore allegatur, in *βρενθύεται, νὺξ, πτηνία.* Eſt idem qui *Helladius*, uti rectè obſervat *Jonſius, de Script. Hiſt. Philoſ. l. 2. pag. 13.*

BESARDUS, Antrum Philoſophicum fabricavit, quod A. 1617. Auguſtæ prodiit.

BESAU-

BESAUSERUS (Pet.) An. 1553. claruit. Scripſit Annulum Aſtronomicum.

BESLERUS (Baſil.) Noribergenſ. Med. edidit, An. 1616. Faſciculum rariorum.

BESLERUS (Mich. Rupert.) compoſuit Obſervationes Medico Anatomicas: item, Gazophylacium rerum naturalium, An. 1642.

BESODNERUS (Pet.) Theologicam Bibliothecam. in 4. publicavit.

BESOLDUS (Chriſtoph.) JCtus, natus eſt, An. 1577: obiit, An. 1638. Tubingæ & Ingolſtadii jura docuit. Scripſit Conſilia Juridica: Theſaurum Practicum: Politicas quæſtiones: Hiſtoriam Conſtantinopolitano-Turcicam, &c. Mortuo parentavit *Joh. Jac. Speidelius.*

BESOZZUS (Pet.) A. 1437. claruit. Scripſit tract. de Appellationibus: item, tres libros de Legatis. Vid. *Ghilinus*, *vol. 2. pag. 213.*

BESSÆUS (Pet.) edidit Democritum & Heraclitum Chriſtianum, Anno 1618 Coloniæ. Item, Conciones Dominicales, 4. Tomis.

BESSARIO, Βησσαρίων, patria Trapezuntius, dignitate Nicænus Epiſcopus, poſteà Card. ab Eugenio IV. creatus, A. 1473. ætatis 77. obiit. Platonicæ Philoſophiæ unicè addictus fuit, pro qua contra *Georgium Trapezuntium*, Platonis calumniatorem, quatuor libros edidit. Inter alia etiam librum de Sacramento Euchariſtiæ compoſuiſſe dicitur. Lepidum eſt, quod *Jovius* de eo in *Elogiis, numero 24.* memorat: Ferunt, tres ſummæ autoritatis Cardinales (Paulo Pontifice, morte ſublato) cùm eo decreto, ut Pontificem ſalutarent, abditum in cella conclavis adiiſſent, nec admitterentur à *Nicolao Perotto* janitore, quod tum vir ineptus lucubranti parcendum diceret, usq; adeò ſtomachatos, ut ſeſe indignanter avertentes reſponderent: *Ergo nec prenſanti, nec roganti quidem ſumma dignitas erit inculcanda, ut, cum è cœlo ſuffragia expectet, ſuperbis demum & ſtolidis janitoribus pareamus?* Statimque ſuffragia Xyſto detuliſſe, quo repente renunciato adoratoque, Beſſarion dixiſſe fertur: *Hæc tua, Nicolae, intempeſtiva ſedulitas & tiaram mihi, & tibi galerum eripuit.* Apud *Chalcocondylam, l. 6. Hiſt. pag. 250.* ejusmodi *Encomium* occurrit: Beſſarion tanto erat inſtructus à natura intellectu, ut præſtantiſſimos Græcorum, non dico, æquaret, verum ſuperaret. Judicio in re qualibet plurimum pollebat. Græcarum Latinarumq; literarum tanta peritia huic viro inerat, ut facilè eruditionis palmam inter omnes caperet. Nicolaus, qui Eugenio ſucceſſit, virum hunc coluit plurimum. Hæc *ille.* Ex Ariſtotele Beſſarion 14. libros Metaphyſicorum: item, Theophraſti Metaphyſica, & libros 4. Xenophontis de factis & dictis Socratis tranſtulit. Scripſit etiam Græco ſermone quædam ad *Pletbonem*, cujus diſcipulus erat, de eo quod per ſe ſubſiſtit: & Epiſtolas reſponſorias ad eundem. Beſſarionis Epiſtolam, vulgari Græcorum lingua compoſitam, *Joh. Meurſius* edidit unà cum *Heſychio Illuſtri, pag. 57.* & notis illuſtravit, *pag. 257.* *Epitaphium* tale ſibi fecit vivus:

> Τȣ̃τ' ἔπι Βησσαρίων ζῶν ἄνυσε σώματι σῆμα.
>
> Πνεῦμα δ' φευξεῖται πρὸς Θεὸν ἀθάνατον.

Vid. *Olearius in Abaco, pag. 85.*

BESSEL (Henr.) JCtus, ad Jus Pandectarum, A. 1627. Marp. commentatus eſt.

BESSELIUS (Chr. Gothf.) Hamburg edidit Fabrum fortunæ politicæ, An. 1664.

BESSELMEIERUS (Sebaſt.) compoſuit Hiſtoriam obſidionis Magdeburgenſis, An. 1550. Extat apud *Simon. Schardium, vol. 2. Germ. Script. pag. 518.*

BESSERERUS (J. G.) concinnavit Florilegium ſententiarum è Salluſtio, Anno 1656.

BESSIANUS (Joh.) Annotationes in Conſuetudines Arvernorum conſtruxiſſe dicitur, An. 1652.

BESSONUS (Jac.) conſcripſit Theatrum Inſtrument. & Machinarum, Anno 1582. fol.

BESSOIUS (Joh.) ſcripſit novas lucubrationes in Cant. Cant. An. 1646. Toloſæ.

BETANCOR (Ant.) edidit AntiDianam, Anno 1653.

BETERA (Felicianus) librum de Variolis & Petechiis, Brixiæ, Anno 1591. concinnavit.

à BETHUNIA (Everh.) Græciſta vulgò dictus eſt, eò quòd librum carmine conſcripſerit, cui titulus, Græciſmus. Vid. *Sweertius, pag. 233.*

BETOLAUDUS (Rolandus) Lemovix, carminibus inclaruit. Vid. *Tomus 1. Delit. Gall. pag. 506.*

BETOTTUS (Franc.) Bononienſ. Anno 1638. floruit. Struxit libellum de laude Logices.

BETSBURGIUS (Ægid.) Flander, JCtus, ſcripſit de Uſura centeſima, beſſe, triente, &c. Extat ejusdem declaratio, qua diſputatur, an JCti jura Civilia ſine eloquentiæ ope intelligere atque exponere poſſint?

BETSCHARTUS (Paulus) edidit Thaumaturgum Einſidelenſem, Antverp. Anno 1665.

BETSIUS (Nic.) JCtus, de Statutis & Pactis, An 1611. in 8. commentatus fuit.

BETTINUS (Mar.) Bononienſis, A. 1657. obiit. Reliquit Apiarium Mathematicum: item Ludovicum Silviſudium: ut & Rubenum, Hilarotragœdiam ſatyropaſtoralem. Vid. *Bumaldus, pag. 161. Alegambe, pag. 323.*

BETTUS (Ant. Maria) ſcripſit in 4. Fen Avicennæ, Bononiæ, An. 1591. fol.

BETTUS (Claud.) Mutinenſis, Medicus, An. 1545. floruit. Exaravit Commentarium de Anima: & Inſtitut. Syllogiſmi.

BETTUS (Joh.) reliquit Tract. de ortu & natura Sanguinis, editum Londini, Anno 1669. in 8. Huic Tractatui annexa eſt Hiſtoria Thomæ Parre, Angli, annos 152. & 9. menſes nati.

BETULIUS (Matth.) in Epiſtolam Pauli ad Galatas, An. 1613. quædam meditatus eſt.

BETULIUS (Xyſtus) aliàs Birck dictus, An. 1500. natus eſt: obiit, Anno 1554. In Baſileenſi Academia aliquando Profeſſor fuit: poſtea Gymnaſio-Auguſtano magna cum laude XVI. annis præfuit. Scripſit in Lactantium, & aliquot libros Ciceronis. Compoſuit etiam Annotationes in carmina Sibyllina; Item, Suſannam Comœdiam. Vid. *Thuanus, lib. 13.*

BETUSSUS (Joſephus) Venetus, quæ ediderit, *Ghilinus, vol. 1. pag. 135.* te docere poterit.

BEVELET (Matth.) compoſuit duo volumina ſermonum in Dominicas & Feſta, An. 1673.

BEVEREGIUS (Guil.) Presbyter Eccleſiæ Anglicanæ, edidit An. 1669. Inſtitutiones Chronologicas, in 4. Item, Συνοδικὸν, ſive Pandectas Canonum & Conciliorum, 2. voluminibus, fol. Anno 1672.

BEVEROVICIUS (Joh.) Medicus, ſcripſit de Calculo, An. 1638. Collegit etiam varias Epiſtolas doctorum virorum de Termino vitæ fatali, An. 1639. Vid. *Voſſ. in Theol. Gent. pag. 584. 1096.*

BEVERUS (Joh.) aliàs Siriacus, Hanno, Anno 1563. obiit. Fecit Commentarium in Ariſtotelem de Phyſica auſcultatione. Habitus eſt *ſui temporis ac ſeculi Ariſtoteles.* Vid. *Sweertius, pag. 397.*

BEUMLERUS (Marcus) An. 1612. obiit. Scripſit de ſacramentali conjunctione & vera communione corporis ſanguinisq; Chriſti, contra refutationem Conſenſus Orthodoxi.

BEURERUS (Joh. Jac.) An. 1598. Friburgi vixit. Exaravit Synopſin Hiſtoriarum, & methodum novam, An. 1609. Titum Pomponium Atticum de tranquillitate vitæ eruditi hominis: Angarias Turcicas hodiernæ Eccleſiæ Græcæ, An. 1595.

BEURHUSIUS (Frid.) compoſuit Pædagogiam Logicam: item, Analyſin in 7. Pſalmos pœnitentiales.

BEURLINUS (Jac.) Tubingenſis Theologus, An. 1520. natus eſt: obiit, Anno 1561. Condidit librum contra Petrum à Soto: item, Enarrationem Epiſtolæ S. Johannis.

BEUSTIUS (Joach.) JCtus, natus eſt, Anno 1522: obiit, An. 1597. Cum Jurisprudentia Theologiam copulavit, quemadmodum ex Poſtilla, ab ipſo ſcripta editaque, videre licet. Extat etiam Tractatus ejus de Nuptiis. Carmina ejus habentur, *T. 1. Delit. Germ. pag. 640.*

BEUTERUS (Mich.) JCtus, An. 1587. Argentinæ obiit. Vulgavit Compendium Hiſtoriæ Univerſ. Item, Comment. in Taciti Germaniam. Vid. *Voſſ. de ſcient. Math. pag. 192.*

BEUTHERUS (Jac. Lud.) Demonſtrationem edidit, Comites Palatinos Rheni à ſtirpe Caroli M. deſcendere.

BEUTHERUS (J. M.) JCtus, ſcripſit de Jure Prælationis, An. 1632. Item, de Appellationibus.

BEYER (Guil.) de Hierarchia Eccleſiaſtica, An. 1666. commentatus eſt.

BEYERLINCK (Laur.) Antverpianus, natus

natus eſt, An. 1578: obiit, Anno 1627 Collegit Apophthegmata Chriſtiana: item, Theatrum vitæ Humanæ, 8. Tomis conſtans. Adornavit etiam Biblia ſacra variarum tranſlationum, Tomis tribus. Vid *Ghilinus, vol. 2. pag. 183.*

BEYERUS (Andr.) compoſuit tractatum de Siclo ſacro & regio, An. 1667.

BEYERUS (Hartm.) Francofurtenſis, An. 1577. obiit. Comment. in omnes libros Biblicos confeciſſe dicitur.

BEYERUS (J. Hartm.) Praxin Stereometriæ, An. 1603. elaboravit.

BEYMA (Jul.) JCtus, mortuus eſt, An. 1595. Scripſit in univerſam materiam Contractuum: item, de mora, nec non de pignoribus.

BEYSSELIUS (Joh.) Aqüisgr. JCtus, An. 1454. claruit. Extant ejus Epigrammata.

BEZA (Theod.) Genuenſis Theologus, An. 1519. natus eſt: obiit, Anno 1605 Ex omnibus ejus ſcriptis Annotationes majores in Novum Teſt. maximè commendantur. Vid. *Jacobus Verbeiden in Elog. Præſt. Theol. pag. 209. Thuanus* refert *l. 134.* eum biennio ante mortem ita obliviofum factum, ut ſtatim eorum, quæ dixerat, oblitus fuerit. Carmina ejus leguntur *T. 3. Delit. Gall. pag. 578.* nomine *Adeodati Sebæ*, Veſalienſis, ſub quo latere voluit Videatur elegans Epitaphium Adeodati Sebæ inter Carmina *Joſephi Scaligeri, pag. 107.* De eo ita *Scaliger in Excerpt. p. 47.* Beza fuit valde pulcer ſenex, 86. annorum & 114. dierum, habebat fontem in pede, qui ipſi vitam prærogavit. Et *paulo pòſt:* Beza fuit valde præſtanti forma, ut judicaretur aliquis Princeps; in ea fuit hæreſi, ut probaret novam pronunciationem Græcam. Vid. *Lotich. B. Poët. part. 4 pag. 42.* Confer *Biſſelium, in 1. Septennio hujus ſeculi, pag. 334.*

BIÆUS (Jac.) Vide infrà, BIE.

BIANCHIUS (M. Ant.) Patav. An. 1548. obiit. Scripſit Practicam Criminalem: item, de Indiciis homicidii. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag 190.*

BIANCOLELLUS (Cæſ.) Italus, hoc tempore claret. Vid. *Gr. Lætus in J. R. pag. 173.*

BIARDUS (Joh.) JCtus, Diſcurſum de Juſtitia promovenda publicavit

BIARDUS (Joh.) Gratianopolitanus, Gallus, An. 1622. obiit. Edidit librum pro autoritate Pontificis. Vid. *Alegambe, pag. 373.*

BIAS, *Bίας*, Prienenſis, unus è VII. Græciæ Sapientibus, Olymp. XLIV. floruit. Juxta *Laërtium*, Poëma de Jonia condidit.

BIBACULUS (Furius) Poëta. Vide, FURIUS.

BIBAUTIUS (Guil.) Tiletanus Flander, An. 1535. obiit. Reliquit Orationes: ſermones Monaſticos: item, Carmen in laudem S. Joachimi

à BIBEREGG (Aug. Rhedlng.) in 3. partem Thomæ, Anno 1672. commentatus eſt.

BIBIENNA (Bernh. Divitius) Poëta tempore Leonis X. Pontif. floruit. Compoſuit admirabili lepore Comœdiam, Calandram. Abdicavit in ea primus numeros, ut vernaculos ſales dulcius atq; liquidius auribus fæminarum infunderet, inquit *Jovius in Elog. numero 65. pag. 151.*

BIBLIANDER (Theod.) Theol. A. 1514. natus eſt: obiit, An. 1564. Isnovæ Bibliorum editioni, An. 1543. Tiguri factæ (quam *Leo Judæ* inchoaverat) ultimam manum impoſuit, operâ *Conradi Pellicani & Pet. Cholini* adiutus. Quam translationem *Hiſpani Theologi* diu pòſt recognitam per Guil. Revillium denuò Lugduni excudi curaverunt. Notanter *Thuanus, l. 36.* Hoc eò (inquit) commemorandum duxi, ut Verſionis, tânti apud nos & Hiſpanos factæ, origo cognoſceretur, & inſigne documentum extaret, quid utilitatis ex Adverſariorum libris & induſtria, ſi remotis odiis charitatem & æquitatem induamus, ad DEI gloriam capi poſſit.

BIBULUS, M. Calpurnii Bibuli filius, tempore Julii Cæſ. claruit. Libellum de Geſtis vitrici ſui, M. Bruti, ex quo aliqua refert *Plutarchus in vita Bruti*, compoſuit.

BICAISSIUS (Honorius) edidit Manuale medelarum, An. 1659. Londini.

BICCIUS (Georg.) Budiſſinus, JCtus, Argentinæ docuit. Natus eſt, A. 1603. Scripſit de rebus quotidianis.

BICHIUS (Cæl.) Deciſiones Rotæ Romanæ, An. 1673. typis evulgavit.

BICKERUS (Joh.) compoſuit Hermem redivivum, An. 1612.

BICLARIENSIS (Johannes) Luſitanus. Monaſterii Biclarienſis Conditor, & poſteà Epiſcopus Gerundenſis, Anno 600. floruit. Ad Victoris Tunnunenſis Chronicon Supplementum adjecit, idq; usq; ad 4. Recaredi annum, qui eſt, A. C. 594. perduxit. Chronicon iſtud *Henr. Caniſius*, vulgavit. Vid. *Phil. Labbe, T. 1. Diſſ. de S. E. pag. 517. Olearius in Abaco, pag. 231.*

de BICTIS (Phil.) JCtus, edidit Epitomen Conſiliorum & Commentariorum, Anno 1660. Bonon.

BIDEMBACHIUS (Balth.) An. 1578. obiit. Libros Samuelis Commentario illuſtravit.

BIDEMBACHIUS (Felix) Theol. A. 1613. obiit. Edidit Themata Connubialia & Funebria.

BIDEMBACHIUS (Felix) JCtus, ſcripſit de Cauſis Matrimonialibus.

BIDEMBACHIUS (Joh.) JCtus, Quæſtiones Jurisdictionales typis mandavit.

BIDERMANNUS (Jacob.) Suevus, Jeſ. Anno 1639 obiit. Reliquit Comœdias atq; Tragœdias, quæ poſt ejus mortem in lucem prodierunt, Anno 1666. Ex ſunt Beliſarius, Cenodoxus, Coſmarchia, Joſephus, Macarius Romanus, Philemon Martyr, Jacobus Uſurarius, Joh. Calybita, Joſaphatus, Stertinius, &c. Scripſit etiam Utopiam. Vid. *Leo Allatius in Apibus, pag. 138. Alegambe, pag. 193.*

de BIE (Jacobus) Antverp. natus eſt, Anno 1584. Vulgavit aurea Numiſmata à Julio Cæſ. usque ad Heraclium Imp. An. 1615. A quibusdam BIÆUS nominatur. Vid. *Sweertius, p. 355. Hanckius, part. 2. pag. 173.*

BIEGEISEN (G.) Tract. de Sacramento Pœnitentiæ, Ingolſtad. A. 1660. edidit.

BIEL (Gabr.) celebris Scholaſticus, Anno 1490. floruit. In Tubingenſi Academia, An. 1495. obiit. Scripſit Commentarium in quatuor libros Sententiarum: Item, de Monetis. Vid. *Olearius, pag. 171.*

BIELSCIUS (Joach.) Polonus, Epigrammata Latina conſcripſit.

BIERMANNUS (Mart.) librum de Magicis actionibus, A. 1629 in 4. contexuit.

BIESCHIUS (Canutus) Kertemundenſis, natus eſt, Anno 1575: obiit, An. 1612. Vid. *Vindingius, pag. 229.*

BIESENTHALIUS (Henr.) ſcripſit de Quæſtione, utrum Peccata fidelium in extremo Judicio ſint publicanda, Anno 1617. in 4.

BIESIUS (Nicol.) Gandavenſ. Medicus, natus eſt, An. 1516: obiit. Anno 1572. Lovanii Medicinam publicè docuit. Edidit Comment. in Artem Medicam Galeni: libellum de opinionum varietate: libros quinq; de Natura: item, ſex libros de Republ. Vid. *Sweertius pag 571.*

BIFFUS (Joh. Ambroſ.) Mediolanenſis. Vid. *Ghilinus, vol 2. pag. 138.*

BIFRONS (Jac.) Rhætus, ſcripſit de Operibus lactariis.

BIGNÆUS (Margarinus) vel de la Bigne, Cænomanenſis, An. 1576. claruit. Condidit Bibliothecam S. Patrum. Primo ea 8. tantum Tomis conſtabat: poſteà in immenſum crevit, & ad XVII. Tomos perducta eſt. Videatur *Labbe, in B. B pag. 122.*

BIGNANUS (Innocent.) Dominicale annuale, 2. Voluminibus, Moguntiæ, An. 1668. in 4. complexus eſt.

BIGNONIUS (Hier.) Anno 1656. obiit. Notas in Formulas Marculfi conſcripſit.

BIGNONIUS (Marius) edidit Encyclopædiam Concionum, Anno 1663. quatuor voluminibus.

BIGOTIUS, immortalem famæ ſuæ teſtem *Jul. Cæſarem Scaligerum* nactus eſt, *Exercit. 107. ſect. 15.* à quo profundiſſimus Ariſtotelis Interpres appellatus eſt. Æmulum habuit quendam, *Caſtellanum* dictum, qui Peripateticis magnopere infenſus erat. Is, ut Bigotium Franciſco I. Galliarum Regi, exoſum redderet, Ariſtotelicos Ariſtocratiam Monarchiæ præferre, affirmavit, atqve ſic animum Regis ab ejus amore alienavit. Rem totam prolixè narrat *Phil. Melanchthon, in Reſp. ad Colonienſes.*

BIGUS (Lud.) Pictorius, Ferrarienſis, carminibus nomen ſibi comparavit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. p. 404.*

BILGEN (Alb. Otto) Comitum à Solms Arborem Genealogicam, An. 1622. in lucem miſit.

BILIUS (Andr.) Mediolanenſ. Anno 1420. floruit. Scripſit Hiſtoriam Mediolanenſium & Longobardorum: item, de propagatione Ordinis Auguſtiniani.

BILLEBIUS (Joh. Conr.) JCtus & Poëta Stralſundenſ. Trifolium ſacrum, A. 1675. edidit.

BILLETZ (Joh.) ſcripſit de Eccleſiaſticis Conſtitutionibus. Habetur inter Manuſcriptos Lipſ. teſte *Fellero.*

BILLICANUS (Theob.) in Michæam, An. 1525 commentatus eſt.

BILLICHIUS (Ant. Gunth.) Archiater Oldenburgenſis, ſcripſit de vanitate Medicinæ Chymicæ, Anno 1643.

BILLICHIUS (Everh.) commentatus eſt de ratione ſubmovendi præſentis temporis diſſidia.

BILLIGER (Joh. Wilh.) edidit Lexidion Samaritanum, An. 1675.

BILLIUS (Jac.) Prunæus, vir Græcè doctiſſimus, An. 1581. ætatis 47. Lutetiæ obiit. Multos Vett. Græcos Patres eleganter tranſtulit, notisqve illuſtravit. Edidit etiam formulas Græcarum locutionum: item, Anthologiam ſacram. Carmina ejus extant, *T. 1. Delit. Gall. pag. 515.* Vid. *Thuanus, l. 74.*

BILLUS (Nic.) fabricavit Emporium Emporiorum de omnibus ſcientiis, A. 1623.

de BILLY (Jac.) vertit Diophantum Geometram, Paris. An. 1660.

BILOVIUS (Barth.) compoſ. Anagrammatiſmorum Plejades, libris ſeptem, Anno 1614.

de BILS (Lud.) Specimina Anatomica, Roterod. An. 1661. publicavit.

BILSONUS (Thom.) ſcripſit Tract. de Regimine Eccleſiæ, Londini, An. 1611.

BILSTENIUS (Joh.) edidit Apodixin Catholicæ doctrinæ: item, Syntagma artium liberalium Philippo Ramæum, Anno 1596.

BIMIUS (Leonh.) librum de Peſte, Leodii, An. 1671. edi curavit.

BINARINUS (Alf.) JCtus, Anno 1546. claruit. Compoſuit Deciſiones.

BINASCIUS (Phil.) Ticinenſis, An. 1576. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag 79.*

BINCHIUS (Joh.) condidit Mellificium Theologicum, quinque partibus diſtinctum, An. 1652.

BINDERUS (Chriſt.) Wirtembergenſ. Theologus, vixit An. 1614. Scripſit Sophiſtam πολυκέφαλον de Jeſuitarum Sophiſtica: item, Notas in Cap. IX. Danielis.

BINDERUS (Frid.) librum de Jure Albergariæ, An. 1668. edidit.

BINETUS (Claud.) Bellovacus, carmina reliquit. Vid. *T. 1 Delit. Gall. pag. 539.*

BINETUS (Steph.) Divionenſis, Anno 1639. obiit. Teſſeram ſalutis in lucem protulit. Vid. *Alegambe, pag. 425.*

BINHARDUS (Joh.) Novum Chronicon Thuringiæ, An. 1613. compoſuit.

BINIUS (Severinus) Randelradienſis, Tomos Conciliorum Eccleſiaſt. Notis illuſtravit, An. 1636.

BINNINGERUS (Joh. Nicol.) Obſervationes & Curationes medicinales, Anno 1673. conſcripſit.

BINSFELDUS (Pet.) JCtus, A. 1590. floruit. Scr. Tract. de Uſuris: Enchiridion Theologiæ Moralis; item, librum receptarum in Theologia ſententiarum.

BINUS (Joh. Franc.) Carmina compoſuit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 436.*

BION, Βίων, Boryſthenita, An. 4. Olympiadis CXXXIV. obiit. *Diogenes Laërtius* eum inter Philoſophos numerat. Ajunt, Bionem reverà Deos eſſe negaviſſe.

BION, Proconneſius, Pherecydis Syrii æqualis fuit. Ejus *Clemens Alex. l. 6. Stromat.* meminit, dicitq́; ipſum *Cadmi Mileſii* libros quoad capita tranſcripſiſſe.

BION, Smyrnæus, Idyllia reliquit, quæ extant.

BION, Solenſis, Æthiopica compoſuit. Ejus teſtimonio *Plinius* interdum utitur. Scripſit etiam de re Ruſtica, indice *Varrone, l. 1. cap. 1.*

BIONDUS (J. Frid.) Hiſtoriam Anglicanam exaravit.

BIRAGUS (Franc.) Mediolanenſ. ſcripſit de Generat. & Corruptione: de duplici Hominis felicitate, objectiva & formali: de Monomachia, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 56. & vol. 2. pag. 86.*

BIRAGUS (Lapus) Florent. Anno 1440. claruit. A nonnullis *Lapus Caſtilionius* vocatur. Tranſtulit è Plutarcho vitam Theſei, Romuli, Numæ, Lycurgi, Solonis, Poplicolæ, Themiſtoclis, Camilli, Periclis, Phocionis, Catonis Uticenſ. Artaxerxis & Arati. Vertit item Dionyſii Halicarnas. Antiquitates Romanas, ſed non ſatis fideliter, imò ſæpè parum Latinè. *Franc. Albertinus* vocat virum, literis Græcis & Latinis eruditiſſimum. De eo ita *Ugolinus Verinus l. 2. Florentiæ Illuſtratæ.*

Te, Lape, mors juvenem nimis invidioſa peremit. (ſunt.
Ingenii ſed multa tui monumenta ſuper-

Vid. *G. J. Voſſius, l. 3. de Hiſtoricis Lat. p. 737.*

BIRCKERODUS (Joh.) natus eſt, Anno 1623. Edidit Exercitationes contra Atheos, Anno 1660. item, libellum de Olympicis certaminibus, An. 1655. Videatur *A. Bartholinus in Danis, pag. 64.*

BIRCOVIUS (Sim.) Leopolienſ. Medicus, plurima poëmata, Latina & Græca compoſuit. Vid. *Starovolſcius, pag. 123.*

BIRGERUS, Archiepiſcopus Upſalienſis, Anno 1370. claruit. Reliquit Hiſtoriam Eccleſiaſticam: item, legendam S. Brigittæ. Vid. *Scheferus in Upſalia, pag. 401.*

BIRNBECK (Andr.) ſcripſit de Fidei veritate fundamentali, contra Claubergium, An. 1673. Item, irriguum Virtutum, An. 1674. ut &, de Clericorum & Sacerdotum dignitate, Herbip. A. 1676.

BIROAT (Jac.) reliquit Opera concionatoria, quæ prodierunt Francof. Anno 1674. in 4.

BIRRIUS (Mart.) de metallorum transmutatione commentatus eſt, A. 1669.

BISACCIONUS, Comes Majolinus, quinque libros Hiſtoriarum belli, à Guſtavo Adolpho moti in Germania, An. 1642. Venet. publicæ luci expoſuit.

BISCIA (Barth.) An. 1378. floruit. Homilias in Matthæum & Lucam compoſuit.

BISCIOLA (Joh. Gabr.) Mutinenſis, Epitomen Annalium Baronii confecit, Tomis duobus, An. 1604. Colon. Videatur *Alegambe, pag. 243.*

BISCIOLA (Lælius) Mutinenſis, A. 1629. obiit. Scripſit Digreſſiones in Matthæum & Johannem: Item, Horas Subceſivas, duobus Tomis, quorum prior 20. poſterior 17. libros continet. Vid. *Alegambe, pag. 293.*

BISDOMINI (Thomas) Aretinus, Anno 1633. obiit. Reliquit Caſus conſcientiæ. Vid. *Alegambe, pag. 432.*

BISETUS (Odoardus) An. 1607. claruit. Ariſtophanis Comœdias Notis illuſtraſſe dicitur.

BISLINGIUS (An.) edidit Montem Thabor, An. 1667.

BISMARCUS (Joh.) Vita & geſta præcipuorum Theologorum ſcripto expreſſit, An. 1657.

BISSELIUS (Dom.) Ideam boni Prælati, An. 1673. excudendam dedit.

BISSELIUS (Joh.) Bavarus, Jeſ. A. 1660. claruit. Scripſit Æſtivalia, vel delicias æſtatis. In iis, inter alia, Hiſtoriam Ruth Moabitidis verſibus expreſſit. Item, Icariam, Argonautica, Decades ruinarum illuſtrium, Topotheſiam Palæſtinæ, Septennia hujus ſeculi, &c. Vid. *Alegambe, pag. 228.*

BISSINUS, Medicus, librum de cordis palpitatione publicavit.

BISTERFELDUS (Joh. Henr.) Naſſovius, ſcripſit contra Joh. Crellium, de uno Deo Patre, An. 1639. in 4.

BITISKIUS (Frid.) edi curavit Paracelſi opera, Genevæ.

BITSCHIUS (Caſp.) Haganoënſis, Germ. JCtus, natus eſt, An. 1579: obiit, Anno 1636. Argentinæ Juriſprudentiam profeſſus eſt. Scripſit Commentar. in Conſuetudines Feudorum: Decadem Caſuum pro Amico, &c. Mortuo parentavit *Joh. Otto Tabor.* Vid. *Witte in Mem. JCt. pag. 171.*

BITNERUS (Vict.) Vid. BYTHNERUS.

BITON, Βίτων, Scriptor antiquus, compoſuit κατασκευὰς πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν, i. e. præparationes militarium inſtrumentorum, & de Catapultariis. Videatur *Voſſius de Scient. Mathem. pag. 295.* qui eum tempore Alexandri Magni vixiſſe autumat.

de BITONTO (Ant.) ſermones Dominicales per totum annum conſcripſiſſe legitur.

BIVARIUS (Franc.) Madritenſis, obiit, An. 1636. Edidit Vindicias Patrum, An. 1624. libris tribus. Exaravit prætereà vitam S. Julianæ. Confer *Placcium, pag. 184.*

BIVERIUS (Pet.) ſcripſit Sanctuarium Crucis, & Oratorium ſacrum, 2. voluminibus, An. 1634. Antv. item, librum de ſacris privilegiis Mariæ, A. 1638. Vid. *Alegambe, pag. 373.*

BIZARRUS (Pet.) An. 1565. floruit. Varia reliquit proſa & ligata oratione. Carmina ejus habentur, *T. 1. Delit. Ital. pag. 436.* Aliàs, de rebus Genuenſium commentatus eſt: item, de optimo Principe: de bello & pace: de Philoſophia & eloquentia. Scripſit quoq; Æmilii accuſationem & defenſionem: Orationem pro L. Virginio contra App. Claudium.

BLACKNEJUS (Guil.) Carmelita, An. 1591. in Cant. Cant. commentatus eſt.

BLACVOLDÆUS (Adam) varia ſcripſit. Opera ejus prodierunt, Paris. A. 1644.

BLADUINUS (Aldh.) Anglus, de Charitate mutua ſcripſiſſe dicitur.

BLÆSUS, JCtus, Labeoni memoratur. Vid. *Bertrandus, in JCtis, pag. 268.*

BLÆSUS, Βλαισος, Σπουδαιογελοίων ποιητὴς, i. e. jocoſeriorum compoſitor, à *Stephano Ethnographo*, *in* Καπριήνῃ laudatur. Quidam Βλαισὸν quoq; Comicum faciunt, ejusq; Μεσοτρίβαν & Σατοῦρνον allegant.

BLAEUWIUS (Guil.) Amſtelodamenſis, An. 1638. ætatis 67. defunctus eſt. *Voſſius* vocat virum ingenio & judicio maximum. Primus omnium duplicem fecit Sphæram Copernicanam, generalem & particularem. Edidit Inſtitutionem Aſtronomicam bipartitam. Priori parte ſcientiam hanc tradit ſecundum mentem Ptolomæi: altera parte eam docet ſecundum ſententiam Copernici. Vid. *Voſſius de ſcient. Math. pag. 200.* Reliquit etiam Atlantis Geographici duo ingentia volumina. Vid. iterum *Voſſ. l. c. pag. 263.*

BLAEUWIUS (Joh.) Guil. filius, Anno 1640. claruit. Hic, patre defuncto, tertium & quartum Geographici Atlantis volumen continuavit. Sudavit etiam in quinto & ſexto. Adornavit quoq; Theatrum urbium & muninentorum ſtupenda induſtria: cujus jam duo volumina, quæ de Belgica ſunt, magno ap plauſu omnium excepta ſunt. Vid. *Voſſius, loco cit.*

de BLANASCO (Joh.) JCtus, An. 1256. floruit. Compoſuit Judiciarium Ordinem: librum de Feudis: & alium de Homagiis. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, l. 2. c. 38.*

de BLANC (Lud.) ſcripſit de Origine S. Scripturæ, An. 1660. Emiſit etiam Theſes Theologicas, Londini, Anno 1675. fol.

le BLANC (Thomas) Victoriacenſis Gallus, An. 1630. claruit. Vid. *Alegambe, pag. 432.*

BLANCANUS (Joh.) Bononienſ. edidit Sphæram mundi, An. 1635. Ariſtotelis loca Mathematica, ex univerſis ejus operibus collecta & expoſita: item, Mathematicorum Chronologiam, Anno 1615. Vid. *Alegambe, pag. 284.*

BLANCARDUS (Nic.) Notas in Arrhianum de Expeditione Alex. M. An. 1667. compoſuit.

BLANCHELLUS (Menghus) Faventinus, ſummus Philoſophus & Medicus fuiſſe traditur. Scripſit de morbis particularibus à capite usq; ad pedes, & de omni genere febrium. Vid. *Quenſtadius, pag. 337.*

BLANCHETTUS (Jac.) Bononienſ. Anno 1344. floruit. Conſcripſit Compendium Hiſtoriarum Bononienſium

BLANCHETTUS (Joh.) Bononienſ. Mathematicus, An. 1442. floruit. Edidit Tabulas aſtrologicas ſecundorum mobilium.

BLANCHETTUS (Laur.) JCtus, Anno 1567. claruit. Deciſiones edi curavit.

BLANCHETTUS (Theod.) Anno 1157. innotuit. Scr. decem libros contra Hæreticos: & tres libros de Vita beata. Vid. *Bumaldus, pag. 217.*

BLANCHINUS (Barth.) Bononienſ. Anno 1408. vixit. Condidit carmina: item, vitam Beroaldi, & Codri Urcei.

BLANCHOT (Pet.) Bibliothecam Patrum Concionatoriam compoſuit 2. voluminibus, An. 1633. fol.

BLANCKENBURGIUS (Frid.) Thuringus, An. 1625. obiit. Argentinæ Hebraicas literas docuit. Grammaticam linguæ ſanctæ reliquit.

BLANCUCCIUS (Bened.) Hebræam Gramm. Romæ, An. 1608. typis mandavit.

BLANCUS (Andr.) Genuenſis, 6. libros Epigrammatum elaboravit, Anno 1635: item, Piſtomachiam, vel pugnam Fidei. Vid. *Alegambe, pag. 25.*

BLANCUS (Marc. Æmil.) ſcripſit de Partu hominis, An. 1621. Papiæ.

BLANCUS (M. Ant.) JCtus, Criminalem Practicam, Anno 1597. in 8. imprimi fecit.

BLANCWALDUS (Juſtus) Anno 1600. obiit. Ajunt, admodum ſordidè vixiſſe. Scripſit modum placandæ iræ divinæ, teſte *Sweertio, pag. 497.*

BLANDIN (Pet.) Victoriacenſis, Orationes Paranymphales, Anno 1650. Paris. promulgavit.

BLANDRATA (Georg.) Salucienſis, Medicus, periit in lecto, ſtrangulatus per fratruelem, quem hæredem conſtituerat, An. 1560. Extat ejus Comment. in cap. 1. Johannis.

BLANDUS, Rhetor, eques Romanus, Romæ eloquentiam docuit. Præceptor

fuit Fabiani Philoſophi. Vid. *Seneca l. 2. controverſ. pag. 89.*

BLANDUS (Franc.) Epirota, edidit Dictionarium Latino Epiroticum, Romæ, An. 1635.

BLARERUS (Barth.) JCtus, ſcripſit in Legem Diffamari, C. de Ingen. & Manumiſſ.

BLARRORIVIUS (Pet.) inter Gallos poëtas refertur. Vid. *Tomus 1. Delit. Gall. pag. 545.*

BLASCUS (Vinc.) Hiſtorias Eccleſ. Aragonum literis conſignavit.

à S. BLASIO (J. Bapt.) Patav. An. 1492. obiit. Scripſit de Contrarietate Juris civilis & Canonici: de arbitro & arbitratore: de Correlativis, &c. Tractatus ejusde Actionis natura, extat *T. 3. Tract. tract.* Videatur *Guido Panzirolus in JCtis, 2, 118.*

BLASIUS (Armachandus) de Monte Peſſulano, Medicus, tempore Philippi, Ludovici Sancti filii, vixit. *Avicennæ & Averrois* opera Latinè vertit & commentariis illuſtravit. Vid. *Colomeſius in Gallia Orient. pag. 1.*

BLASIUS (Gerh. Leonh.) Amſtelodam. Medicus, Commenc. in Syntagma Anatomicum Veslingii, An. 1659. item, Medicinam generalem, An. 1661. compoſuit. Liceti opus de Monſtris, notis auxit.

BLAURERUS (Ambr.) Conſtantienſis, An. 1528. floruit. Vid. *Jacobus Verheiden in Elog. præſtantium Theologor. pag 68.*

de BLAUUENSTEIN (Salom.) edidit Interpellationem pro lapide Philoſophorum, An. 1667.

BLEAU (Guil.) Amſtelodamenſis. Vide ſuprà, BLAEUWIUS.

BLEBELIUS (Thom.) Budiſſinus, reliquit Tractatum de Sphæra, An. 1611.

BLECH (G.) Nucleum Hiſtoriæ Univerſalis condidit.

BLEDA (Joh.) Valentinus, Hiſp. ſcripſit de Juſtitia expulſionis Maurorum ex Hiſpania, An. 1610. in 4.

BLEIDENSTADIUS (Barth.) contra Pareum, An. 1605. calamum ſtrinxit.

BLEMMYDAS (Nicephorus) Βλεμμύδας, Græcus, conſcripſit Epitomen Logicæ. *Borrichius* ejusdem Chymicorum mentionem facit, *Tr. de Hermet. pag. 79.*

BLENNO (Fauſt.) Pyrizenſis, An. 1560. obiit. Ex Conſule Paſtor factus erat. Vid. *Micrælius, pag. 354.*

à BLESENDORF (G. L.) JCtus, ſcripſit de Jure Hoſpitalituræ, An. 1673.

BLESENSIS (Petrus) Bathonienſis Archidiaconus, An. 1177. floruit. Exaravit Epiſtolas: item, Inſtructionem fidei ad Sultanum Iconienſem, quæ extat apud *Matth. Pariſienſem*, ſub nomine Alexandri III. Opera Bleſenſis ſtudio *Joh. Buſæi* Moguntiæ, Anno 1600. prodierunt. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. diſſ. de S. E. pag. 186. Olearius, pag. 367.*

de BLEU (Jac.) ſcripſit de Oportunitatis occaſione, An. 1664. item, Davidem illuſtratum, An. 1658.

BLIENBURGIUS (Adrianus) Dordracenus, obiit, An. 1599. carminibus relictis. Vid. *Tomus 1. Delit. Belg. pag. 587.*

BLIENBURGIUS (Damaſus) natus eſt, An. 1558. Edidit Veneres Blienburgicas, An. 1600. Vid. *Sweertius, pag. 202.*

BLISSEMIUS (Henr.) Colon. An. 1586. obiit. Scripſit de Communione ſub una: item, de Eccleſia militante contra Heerbrandum. Vid. *Volckmann in Elog. Pragenſ. pag. 110. Alegambe, pag. 172.*

BLOCHIUS (Corn.) A. 1565. Orationem habuit de proprietatibus Religioſorum, quâ ſub nomine Joh. Coſterii publicavit.

BLOCHOVIUS (Gisb.) Trajectenſ. Apologiam pro opuſculis *Petri Leydenſis*, cognomine *Blomevennæ*, An. 1538. in lucem emiſit.

BLOCHWITIUS (Mart.) Oſchalienſis, Med. edidit Anatomiam Sambuci, Anno 1631. Meminit ejus *Borrichius, in Tract. de Hermet.*

BLOCIUS (Joh.) Hiſtoriam per ſaturam, An. 1625. evulgavit.

BLOCIUS (Pet.) Soltquellenſis, Hiſtoriam Evangelicam Trigloſſometricam, An. 1601. excudendam tradidit.

BLOEMERTIUS (Aug. Alſt.) ſcripſit librum de nobilis juventutis inſtitutione, An. 1653.

BLOMEVENNA (Pet.) Leydenſis Batavus, obiit, Anno 1536. Directorium aureum contemplationum Henr. Harphii Latinè reddidit. Vid. *Sweertius, pag. 603.*

BLOMIUS (Joh.) Hexaëmeron vel Indicem Hiſtorico-Philoſophicum omnium rerum vel controverſiarum Hiſt. & Philoſoph. compoſuit, An. 1664. in 4.

BLOMMÆUS (Car.) Loanus, carmina reliquit.

BLOMMARDUS (Mich.) librum de futuris

ris contingentibus, teſte *Sandero*, confecit.

BLONDELLUS (Dav.) An. 1655. obiit. Scripſit libellum de Johanna Papiſſa. Item, Apologiam pro ſententia S. Hieronymi de Epiſcopo & Presbyteris. Dav. Blondellum ſic compellat *Joh. Dallæus* (*præfat. Apolog. pro Eccl. Reform.*) Nemo ferè eſt eruditorum, ſacra præſertim tractantium, qui vel ex ipſis tuis doctiſſimis laudatiſſimisq; lucubrationibus non perſpexerit, vel ex fama ſaltem non didicerit, quanta tua ſit in omni literarum genere excellentia, & quam accurata Antiquitatum, maximè Eccleſiaſticarum notitia: quarum tamen omnium auctores ſic triviſti, omnes ſinus atque anfractus ſic explorasti, omnia ſecula, tempora, ac penè momenta ſic ad unguem indagata calles, ut prodigii inſtar ſit, unum hominem res tam abditas eruere, tam involutas explicare, tam diverſas, tamq; innumerabiles animo omnes amplecti ac memoria tenere potuiſſe, &c. Quanti fecerit *Grotius* Blondellum, ex *Epiſtolis* ad *Gallos*, *epiſt.* 193. 194. 196. abundè patet. Confer *Rivetum*, *T.* 2. *Oper. pag.* 1079.

BLONDUS (Flav.) Foroliviensis, tempore Eugenii IV. Pontif. floruit. Scripſit Romæ triumphantis libros X. Romæ inſtauratæ libros III. Italiæ illuſtratæ libros IIX. Item, Hiſtoriarum ab Anno 407. usque ad A. C. 1440. decades III. De Blondo *Joh. Gobelinus* ita judicat: Procul Blondus ab eloquentia priſca fuit: neque ſatis diligenter, quæ ſcripſit, examinavit: non quàm vera, ſed quàm multa ſcriberet, curavit. Nec diſſentit *Autor Dialogi de Reparat. Ling. apud Giſanium*, *pag.* 396. Blondus (inquit) plura in Hiſtoria ſcripſit, quam recentiorum quisquam. Omnia, ut libere dicam, quæ ſentio, meliore fide tradidit, quam eventu: utpote is, qui nonnulla, quibus ea perquirenda dederat, temerè crediderit. Nam per ſe omnia videre potuiſſe, abſurdum eſt credere: cum nec ex autore uno, ſed penè innumeris, atque illis ipſis ambiguis & variantibus, multa quærenda eſſent: nec ipſa dicendi figura multum ei favoris conciliat. Nam præterquam, quod ubique ferè lutulentus fluit, dum nervorum robori ſtudet, præpinguem nimis & obeſum ſe reddidit: ademitq; nimia corpulentia venuſtatem Hiſtoriæ: ſine qua prodeſſe quidem poteſt, delectare vero minimè: ſed hæc ille accurata narratione rerumq; varietate compenſat. Mortuus eſt Romæ, Anno 1463. pauper, ut Philoſophum decebat, ſeptuagenarius. Vid. *Hanckius*, *part.* 1. *de Scr. R. R. pag.* 201. *Olearius in Abaco*, *pag.* 87.

BLONDUS (Joſeph.) Agrigentinus, Siculus, An. 1598. obiit. Reliquit Meditationes ſacras. Vid. *Alegambe*, *pag.* 285.

BLONDUS (Mich. Ang.) Anno 1542. claruit. Scripſit de origine morbi Gallici: Item, de canibus & Venatione: de diebus Decretoriis & cauſis: de maculis corporis: Phyſiognomiam, &c.

BLONSKI (Adam) de Statu ævi noſtri, Anno 1669. Venet. quædam commentatus eſt.

BLONY (Nic.) aliàs Plonius, Epiſcopus Poſnanienſis, An. 1438. claruit. Compoſuit ſermones de tempore & Sanctis. Vide, PLONIUS.

BLOSIUS (Lud.) Hanno, Anno 1566. obiit. Opera ejus in unum corpus redegit & edidit *Jac. Fojus*, An. 1615. Videatur *Sweertius*, *pag.* 518. *Placcius*, *pag.* 183.

BLOTIUS (Hugo) Delphius, An. 1564. vixit. Elaboravit Orationes. Vid. *Lambecius*, *T.* 1. *Biblioth. Cæſar. c.* 41. 42.

BLUMBACHER (Chr. Andr.) ſcripſit de Servitutibus prædialibus, An. 1673.

BLUMEN (Jac.) JCtus, edidit proceſſum Cameralem, An. 1664.

à BLUMENFELD (Pet. Larſon) compoſuit Annotationes Hiſtorico Politicas in Cornelium Nepotem, An. 1664.

BLUMERELLUS (Joh.) collegit flores Poëticarum Elegantiarum, An. 1630.

BLUNDUS (Fr. Andr.) à *Leone Allatio in A. U. pag.* 103. inter viros doctos collocatur.

BLYENBURGIUS (Damaſus) Vide, BLIENBURGIUS.

BLYSSEMIUS (Henr.) Vide ſuprà, BLISSEMIUS.

de BOATERIIS (Petrus) JCtus, A. 1306. floruit. Ad Summam Rolandinam, de arte Notariatus, commentatus eſt.

BOBA (M. Ant.) Caſalenſis, Card. Romæ, An. 1575. obiit. *Thuanus*, *l.* 61. poëticam felicitatem & eleganter loquendi ac ſcribendi facultatem ipſi tribuit. Carmina ejus apparent, *T.* 1. *Delit. Ital. p.* 441.

BOBADILLA (Nic.) Hiſp. unus ex X. primis Ignatii ſociis, An. 1590. octogenarius fermè deceſſit. Reliquit librum de Chriſtiana conſcientia. Vid. *Alegambe, pag. 349.*

de BOBIO (Ubertus) Parmenſ. JCtus, Anno 1227. floruit. Compoſuit libellum, qui Patria poteſtas inſcribitur: Item, Tractatum de poſitionibus. Extat *T. 4. Tract. tract.* Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, l. 2. c. 30.*

BOCAUDUS (Joh.) edidit Tabulas curationum ex Galeno contractas, fol.

BOCCAFERREUS (Lud.) Bononienſ. celebris Philoſophus, Anno 1555. obiit. Scripſit in libros de Cœlo: item, in libros de anima: in Metaphyſicam, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 177.* Vide, BUCCAFERREUS.

BOCCALINUS (Trajanus) Romanus, vir acri ingenio, ad jocandum cum aliquo maledicto facetus, omni elegantia doctrinæ excultus, ſcripſit librum, in quem omnia in monte Parnaſſo acta, ac Romam perlata referuntur. Idem librum, cui *Lydii lapidis* nomen fecit, edidit, qui ipſi ultimum exitium attulit. Quia enim in eo libro oſtendere conabatur, Regis cujusdam potentiſſimi opes non eſſe tam validas, ut labefactari non poſſent, die quodam Venetiis, ubi ſe tutum fore ſperabat, à quatuor validis hominibus ſacculis, arena plenis, ita contuſus commitigatusque eſt, ut ex ea verberatione ſupremum diem obierit, nec Apollo eum incolumem præſtare potuerit, cui ſummam rerum omnium tribuerat. Vid. *Nicius Erythræus, part. 3. Pinacoth. pag. 222. Joh. Rhodius, in Aut. ſuppoſititiis, pag. 42.* Inepti ſunt, qui in Boccalini libris artem Chymicam contineri, aliis perſuadere conantur.

BOCCANGELINUS (Nic.) Hiſpanus, Imperatoris Medicus, An. 1604. claruit. Scripſit Tract. de febribus, morbis malignis, & peſtilentia, Madriti.

de BOCCATIIS (Virginius) compoſuit Conſtitutiones Ægidianas, Anno 1576. Item, Tract. de Manutentione, A. 1587.

BOCCATIUS (Joh.) Certaldenſis, natus eſt, An. 1314: obiit, An. 1373. Exaravit Genealogiam Deorum; quamvis non deſint, qui eam ex alio tranſcriptam affirment: item, Hiſtoriæ Romanæ Compendium: ut & libros de claris viris & mulieribus. De ejus Flammetta, *Barthius in 1. part. Statii, pag. 441.* legi poterit. Vid. *Jovius in Elog. numero 6. Hanckius, pag. 1. de Scr. R. R. pag. 105. Olearius in Abaco, pag. 231.*

BOCCHINUS (Barth.) Bononienſis, Anno 1641. editis poëmatibus inclaruit.

BOCHIUS (Achill.) Bononienſ. An. 1508. floruit. Ejus Hiſtoriarum Bononienſium XVII. libri manuſcripti Bononiæ aſſervantur. Condidit quinq; libros Symbolicarum quæſtionum, teſte *Bumaldo. Claud. Minos in Alciat. pag. 14.* laudat eum ab ingenio, & in Emblematibus ſcribendis ſummum ſe artificem præſtitiſſe, aff. Carmina ejus leguntur, *T. 1. Delit. Ital. pag. 443.*

BOCCONE (Paulus) nobilis Panormitanus, collegit icones vel deſcriptiones rariorum plantarum Siciliæ, Melitæ, Galliæ & Italiæ, editas Oxonii, Anno 1674. in 4.

BOCERUS (Henr.) celebris JCtus, Anno 1618. claruit. Tract. de regalibus: de homicidio: de Bello & Duello: de Juriſdictione: de furtis, de torturis, de donationibus, &c. compoſuit.

BOCERUS (Joh.) Danus, An. 1550. floruit. *G. Sabinus* eum *Ovidio Naſoni* comparat. Reges Daniæ verſu Elegiaco expreſſit. Carmina ejus extant, *T. 1. Delit. Germ. pag. 656.* Vid. *Loticbius, p. 4. B. P. pag. 50.*

BOCHALINUS (Joh. Franc.) Aſulanus, Medicus, Anno 1546. floruit. Scripſit Apologiam adverſus aliquot *Donati Mutii* in Hippocratem & Galenum convitia; item, Epiſtolam de ſecanda in prægnantibus vena.

BOCHARTUS (Matth.) edidit Diallacticon, An. 1662. Sedani. Item, libellum de Reliquiarum origine & cultu.

BOCHARTUS (Sam.) Rhotomagenſis, An. 1667. obiit. Fuit Theologus & Philologus eximius. Scripſit Hierozoicon, fol. item, Geographiam ſacram. Videatur *Colomeſius, in Gallia Orient. pag. 736. & 261.*

BOCHELLUS (Laur.) Creſpienſis, edidit Decreta Eccleſiæ Gallicanæ, An. 1609. Paris: Item, Enchiridion Chriſtiani JCti, An. 1618. ut & Theſaurum Juris publici, 2. Tomis, quem tamen *Ph. Labbe, in B. B.* multorum errorum promtuarium indigitat.

BOCHELLUS (Lud.) Gallus, verſibus famam meruit. Carmina ejus exhibet *T. 1. Delit. Gall. pag. 546.*

BOCHIUS (Franciſc.) librum de Illuſtribus Florentinis, Anno 1607. in 4. edi curavit.

BOCHIUS (Joh.) Bruxellenſ. An. 1609. obiit. Compoſuit Hiſtoriam Davidicam, An 1608. item, Carmina, quæ leguntur, *T. 1. Delit. Belg. pag. 653.* Videatur *Sweertius, pag. 397. Ghilinus, vol. 2. p. 120.*

BOCHIUS (Joh. Aſcanius) Johannis filius, Antverp. verſus ſtruxit, cui videre eſt, *Tomo eodem Delit. Belg. pag. 839.* Confer *Sweertium, pag. 390.*

BOCHUS (Cornel.) inter Vett. Romanos ſcriptores à *Plinio* aliquoties allegatur: item, à *Solino.*

BOCKELIUS (Guilh.) de publicis judiciis, Anno 1628 commentatus eſt.

BOCKELIUS (Mart.) JCtus, ſcripſit de Jure Protectionis Clientaris, An 1647.

BOCKELMANNUS (Joh. Frid.) Steinfurtenſis, JCtus, natus eſt, Anno 1633. Exercitationes ad Pandectas: item, Tract. de navi & navigatione, An. 1662. elaboravit.

BOCKENBERGIUS (Pet. Corneliſſ.) Gaudanus Batavus, Anno 1601. vixit. Edidit priſcos Bataviæ & Friſiæ reges, teſte *Sweertio.*

BOCKHOLD (Joh.) ſcripſit Memoriam crucis & paſſionis Chriſti, An. 1651.

BOCKSTADIUS (Joh.) compoſuit Ideam Concionum ad Romanos, An. 1619.

BOCKLERUS (G Andr.) Scholam militarem modernam, An. 1666. vulgavit.

BOCLERUS (Joh. Henr) Heilbronnenſis, An. 1673. obiit. Argentinæ Hiſtoriarum & Politices profeſſione functus eſt. Scripſit Notas in Grotium de Jure belli & Pacis: Muſeum: faſciculum Diſpp. Politicarum: Comment. in Vellejum, &c.

BODÆUS (Joh.) à Stapel, Theophraſtum de Plantis agi. notis illuſtravit.

BODECHERUS (Janus) reliquit poëmata, An. 1637

BODECHERUS (Nic.) ſcripſit Socini ano-Remonſtrantiſmum, An. 1614.

BODENBORCHIUS (Dan.) collegit faſciculum earum rerum, quæ à S. Patribus ſcriptæ ſunt, An. 1596.

BODENIUS (Joh.) Conciones in Decalogum, in 4. An. 1625. Lovan. publicavit.

BODENSCHATZIUS, edidit Florilegium Portenſe, 2. voluminibus, in 4.

BODENSTEINIUS (Adam) Theophraſti Paracelſi diſcipulus, Anno 1577. obiit. De ſcriptis ejus & Epitaphio, *Melchior Adamus in Medicis, pag. 232.* conſuli poterit.

BODENSTEIN (Andreas) aliàs à patria CARLSTADIUS dictus, An. 1541. obiit. Primo Wittebergæ Theologiam docuit: poſt Iconoclaſta factus ad Calvinianos tranſiit, nec non Baſileæ 10. annis concionando & diſputando ſeſe exercuit. Varios libellos de S. Cœna compoſuit, in quibus ſtatuit, corpus Chriſti non eſſe in S. Cœna aut comedi corporaliter: item Tropum ineſſe verbis Inſtitutionis, & τὸ HOC non panem, ſed corpus Chriſti denotare, ut ſit *ſenſus*: Accipite, edite panem hunc in mei memoriam. Hic enim ſedet corpus meum, quod pro vobis traditur. Plura ejus Scripta *Melchior Adamus, pag. 87.* enumerat. Confer *Olearium in Abaco, pag. 99.*

à BODENSTEIN (Libor.) JCtus, ſcripſit de Jure divortii, ratione adulterii, Anno 1601.

BODEUS (Steph.) JCtus, in Inſtitutiones, Anno 1555. Paris. commentatus eſt.

BODINUS (Joh.) Andegavenſis, JCtus & Politicus, An. 1596. ſeptuagenario major obiit. *Oppiani* Cynegetica Latinè vertit, doctoque commentario illuſtravit. De Republica opus ingens compoſuit. Dæmonomaniam quoque elaboravit. Paulò ante mortem Naturæ Theatrum publicavit. Fertur etiam extare aliud ejus volumen adhuc ineditum *de rerum ſublimium arcanis.* Affectui plus juſto eum indulſiſſe, viri docti pridè obſervarunt. In gratiam popularium ſæpè falſa aſſerere non dubitavit, qualia ſunt, Imperatorem Rom. Turcæ tributarium eſſe: Germaniam eſſe Galliæ provinciam: Principes Germaniæ Regni Gallici ligios eſſe vaſallos, ſtatuens ſecum, licitum ſibi, ſuorum popularium dignitatem honeſto mendacio tueri. *Cujacius* Bodinum *Andium ſine bono* vocare ſolebat. Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 74. Thomaſius de plagio, §. 373.* Judicium *H. Grotii* de Bodino, vide in *Epiſt. ad Gallos, pag. 406.*

BODIUS (Alex.) Scotus, An. 1601. obiit. Poëſi inclaruit. Vid. *Lotich. p. 4. B.P. pag. 128.*

BODIUS (Herm.) Unionem diſſidentium edidit, Colon. An. 1531.

BODIUS (Rob.) Scoto Britannus, Anno 1627. mortuus eſt. Scripſit in Epiſtolam ad Epheſios, Lond.

BODO, primus Mariævallenſis cœnobii Abbas, An. 1147. obiit. Collegit Flores ex optimis ſacris & profanis Oratoribus, teſte *Meibomio.*

BODOCKIUS (J.) edidit Roſam Varniacam, An. 1648.

à BOECOP (Arn.) Gelder, An. 1622. obiit. Exaravit Epiſtolam de nomine *Hubertus*, & aliis ejuſdem terminationis nominibus: item, Dialogum, de Catholica Juſti Lipſii religione. Videatur *Alegambe, pag. 46.*

BOENERUS (Joh.) compoſuit delineationem fratrum Minorum, Antverp. Anno 1635.

BOENINGIUS (Joach.) de Patria Chriſti, Anno 1662. quædam meditatus eſt.

BOERIUS (Nicol.) Montepeſſulanus, JCtus, An. 1553. obiit. Edidit Deciſiones Senatus Burdegalenſis: item, librum de ordine graduum: & alium de poteſtate Legati à latere. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. l. 2. c. 153.*

BOESSIUS (Dionyſ. Salvagn.) An. 1661. Commentarium in Ovidii Ibin elaboravit, cui addidit *Philonem Byzantium*, de ſeptem mundi miraculis.

BOETHIUS (Anic. Manlius) Severinus, vir Latinè & Græcè doctiſſimus, in omni diſciplinarum genere excellens, quoq; Roma à Varronis temporibus non habuit undicunque doctiorem, tempore, Anaſtaſii, Imp. & Theodorici, Gothorum R. claruit. Scripſit quinque libros de Conſolatione, cùm Ticini in exilio viveret. Cùm ob literas, ad Anaſtaſium Imp. ſcriptas, & alia quædam ſuſpectus eſſet Theodorico Regi, quaſi ſtuderet recuperandæ libertati, juſſu ejus unà cum ſocero Symmacho, Anno 524. interemtus eſt. In *Epitaphio* ſuo ita loquitur:

Mæoniæ & Latiæ linguæ clariſſimus, & qui
Conſul eram, hic perii miſſus in exilium.
Et quia mors rapuit, Probitas me vexit ad auras,
Et nunc fama viget maxima, vivit Opus.

Eraſmus in Ciceroniano, pag. 149. Boëthius, (inquit) egregius Philoſophus, poëta non peſſimus, à Ciceronis dictione longe ſemotus. De ſcriptis Boethii, *Phil. Labbe, T. 1. diſſert. de S. E. pag. 204. Olearius in Abaco, pag. 87.* & alii legi poterunt.

BOETHIUS (Henr.) ſcripſit de religione vera & falſa, An. 1611.

BOETHIUS (Hector) Scotus, An. 1510. claruit. *Buchananus, l. 2. rerum Scotic.* eum artium liberalium cognitione, ſupra quam illa ferebant tempora, inſignem fuiſſe, tradit. Hiſtoriam Scoticam libris 17. complexus eſt, quam poſtea *Joh. Ferrerius* continuavit. Vid. *Jovius, num. 134. Olearius, pag. 199.*

BOETHUS, Βοηθὸς, Peripateticus, in Categorias Ariſtotelis, teſte *Porphyrio & Dexippo* commentatus eſt.

BOETHUS, Tarſenſis, Poëta, tempore Auguſti vixit. Condidit Carmen in victoriam, quam de Bruto Caſſioq; Octavius & Antonius in campis Philippicis conſecuti erant, quemadmodum *Strabo l. 14. pag. 674.* refert.

BOETIANUS (Steph.) Sarlotanus, Anno 1563. obiit, ætatis 33. *Thuanus, l. 36.* vocat virum admirando ingenio & multiplici eruditione cum exquiſita facundia conjunctâ inſignem. Scripta ejus acuta & elegantia *Michaëlis Montani* cura in lucem prodierunt. *Thuanus* in ſpecie *Anthenotici* meminit.

BOETIUS (Anſelmus) Brugenſis, Rudolfi II. Imp. Medicus, Hiſtorias Gemmarum & lapidum libris tribus illuſtravit. Vide, BOOT.

BOETIUS, Tranſilvanus, An. 1345. floruit. Exaravit opus de mundi æternitate. Vid. *Sigiſm. Ferrarius in Hungaria, pag. 443.*

BOEUS, Βοῖος, ſcripſit Ornithologiam, & citatur ab *Ant. Liberali, narratione, 3. 5. 7. 11. 16. 18. 19. 20.*

BOFFÆUS (Jac.) librum de Officio ovium & paſtorum, contexuit.

BOGAERTUS (Jac.) Lovan. Medicus, An. 1520: obiit. Condidit Collectarium in Practicam Avicennæ, 5. voluminibus. Vid. *Swertius, pag. 356.*

BOGAN (Zach.) edidit Comminationes

Scripturæ: Item, Homerum ἑβραΐζοντα, An. 1658. Oxoniæ.

BOGDANUS (Mart.) ſcripſit Tract. de recidiva morborum, Anno 1659. Vid. *Bartbolinus in Danis*, *pag.* 99.

BOGERMANNUS (Joh.) annotationes contra *H. Grotium*, Anno 1614. evulgavit.

BOHEMUS (Euſebius) Epitomen Hiſtoriæ Eccleſiaſt. Nov. Teſt. Anno 1626. item, Aproſopolepſiam divinam, Anno 1631. in 4. edi curavit.

BOHEMUS (Joh.) Aubanus, mores Gentium, Anno 1576. peculiari libello expoſuit.

BOHEMUS (Mart.) edidit ſpectaculum Paſſionis Chriſti, contemplationem Hominis, & alia.

BOHEMUS (Maurit.) Colbergâ Pomeranus, ſcripſit Centuriam obſervationum Practicarum, Anno 1662. item, Stillicidium fontis ſacri, An. 1664.

de BOHL (Pet.) edidit Probationem Miſſæ, Lugd. An. 1588.

BOHLIUS (Samuel) Pomeranus, Anno 1639. obiit. Reliquit Comment. in orationem 3. Eſaianam: Tract. de formali ſignificationis eruendo; de diviſione Decalogi: de matrimonio Comprivignorum: Ethicam ſacram: Comment. in Proverbia Salomonis, &c. Videatur *H. Witte, in Theol. pag.* 471.

BOHORIZ (Adam.) de Lingua Ruſſica ſcripſiſſe dicitur.

BOHYRÆUS (Arn.) Veſunenſis, Aquitanus, A. 1618. Elegias, Toloſæ, in lucem miſit. In his non niſi ſacra tractat. Vid. *Alegambe*, *pag.* 46.

BOICH (Henr.) JCtus, ſcr. Comm. ad Decretales Gregorianas, Anno 1498. Item, de Jure Patronatus.

BOIDUS (Fabric.) An. 1593. obiit. Vid. *Ghilinus*, *vol.* 1. *pag.* 49.

BOJEMUS (Mich.) texuit Hiſtoriam de ſomniis, eorumq; eventibus, An. 1587. item, de Auguſto, Electore Saxoniæ, An. 1586.

BOJERUS (Laur.) Suecus, Anno 1606. claruit. Carolomachiam, i. e. victoriam Sigiſmundi III. Regis Polon. de Carolo Sudermaniæ duce relatam, tribus libris decantavit. Vid. *Alegambe*, *pag.* 295.

BOIS (G.) JCtus, Dicta aurea collegit.

du BOIS (Jac.) librum de veritate & autoritate ſacra contra Wittichium, Anno 1655. Dialogum, Theologico-Aſtronomicum, Anno 1653. Commentarium in Acta Apoſtolorum, &c. exaravit.

du BOIS (Nicol.) in Regulas utriusq; Juris, An. 1653. Lovan. commentatus eſt.

BOISCUS, Βοίσκος, Tetrametrum reperiiſſe dicitur. Sic enim *Rufinus*, *libro de Metris Comicis*: Tetrametrum primus fertur poſuiſſe Boiſcus. Fuit autem hic Boiſcus non Romanus, ſed Cyzicenus, ceu oſtendit Epigramma, quod ex *Herodoto Rufinus* adducit:

Βοίσκος ὁ ἀπὸ Κυζίκου παντὸς γραφεὺς ποιήματος
Τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον Φοίβῳ τίθησι δῶρον.

id eſt: Boiſcus iſte Cyzicenus, ſcriptor omnis carminis, verſum pedum octo reperit, Phæboq; dedicavit.

BOISIUS (Joh.) Anglus, An. 1625. obiit. Scripſit in Pſalmos. Vid. *Colomeſ. in Cimel. pag.* 161.

BOISIUS (Joh.) Sudovolgienſis, A. 1640. obiit. Collationem Veteris Interpretis cum Beza & aliis, in Evangelia & Acta: item, Notas in Chryſoſtomum. elaboravit.

BOISSARDUS (Joh. Jac.) Veſuntinus, An. 1602. obiit. Compoſuit Bibliothecam Chalcographicam, in qua icones virorum illuſtrium exprimuntur, additis diſtichis, rarò argutis, ut plurimum inſipidis, judice *Hallervordio*. Item, Topographiam & Antiquitates urbis Romæ, 3. voluminibus: & Tract. de Divinatione, præſtigiis magicis, & Diis fatidicis antiquorum. Carmina ejus leguntur, *T.* 1. *Delit. Gall. pag.* 548. Videatur *Mart. Hanckius de Script. Rerum Rom. pag.* 548. *Lotichius*, *pag.* 4. *B. P. pag.* 78.

BOKELIUS (Joh.) de Philtris, A. 1599. in 4. commentatus eſt.

BOLDERIUS (Matth.) Veronenſ. Medicus, Anno 1461. floruit. Vid. *Chioccus*, *pag.* 74.

BOLDIUS (Nicol.) ſcripſit de Apparitionibus, & Spirituum reditu, teſte *Sandero*.

BOLDONIUS (Octav.) Mediol. Epigraphiam, ſive tract. de ratione Elogiorum & Inſcriptionum componendarum, Peruſii, A. 1660. publicavit. Vid. *Chimentellius de J. B. pag.* 24.

BOLDONIUS (Sigiſm.) Mediolanenſ. compoſuit Tractatum de Fœtu: item, Apo-

Apotheoſin vel carmen in mortem Philippi III. Hiſpaniarum Regis. Vid. *Gbilinus, vol. 1. pag. 208.*

BOLDUANUS (Paulus) Stolpenſis, Bibliothecam Theolog. & Philoſoph. Anno 1614 adornavit. De qua vid. *Ph. Labbe, in B. B. pag. 167.*

BOLDUCUS (Jac.) vid. BOULDOUCH.

BOLERANUS (Matth.) Hiſtoriam ſacram in Epitomen contraxit, Paris. An. 1668.

BOLERUS (Mart.) in quaſdam Orationes Ciceronis commentatus eſt.

BOLFRASIUS (G. H.) JCtus, ſcripſit de Pignoribus & Privilegiis creditorum, An. 1601. in 4.

BOLIUS (Jac.) Græcæ linguæ Profeſſor Regiomontanus, diſſertationem edidit, An. 1647. cui Titulus: Juſta & moderata abſentiæ ab exequiis & juſtis funebribus, funeri linguæ Helleniſticæ paratis, excuſatio & venia, quam ab iis, qui idiotiſmum Hebræum in Nov. Teſtamenti Tabulis negando, funus linguæ Helleniſticæ procurant, iis vero, qui Solœciſmos & Barbariſmos eidem impingendo, prorſus efferunt ac contumulant, impetrare conabitur, &c. Videatur *Placcius, pag. 66.*

BOLLA (Barth.) collegit Theſaurum proverbiorum Italico Bergomaſcorum, An. 1604.

BOLLANDUS (Jac.) edidit Acta Sanctorum, Tomis 2. An. 1643. fol. Vid. *Alegambe, pag. 228.*

BOLLANUS (Dominicus) ſcripſit quæſtionem de conceptione Virginis Mariæ.

BOLLINGERUS (Ulr.) Paraphraſin Nonni Latinam, An. 1597. compoſuit.

BOLLUS (Didacus Torres) Villalpandenſis, Hiſp. An. 1638. obiit, ætatis 88. Res apud Peruanos à Patribus Soc. Jeſu geſtas hiſtoricâ relatione expoſuit. Vid. *Alegambe, pag. 94.*

BOLNESTUS (Edoard.) auroram Chymicam, in 8. An. 1675. contexuit.

BOLOGNETUS (Albert.) JCtus, Anno 1562. floruit. De verborum obligationibus commentatus eſt.

BOLOGNETUS (Joh.) Bonon. JCtus, An. 1533. claruit. Extant ejus Conſilia.

BOLOGNINUS (Angel.) Medicus, Anno 1506. floruit. Materiam de cura Ulcerum exteriorum peculiari libro expoſuit Videatur *Bumaldus, pag. 17.*

BOLOGNINUS (Barth.) Authenticam, Ne filius pro patre, A. 1542. docto Commentario illuſtravit.

BOLOGNINUS (Lud.) Bonon. JCtus, An. 1508. obiit. Bononiæ & Ferrariæ jura docuit. De Indulgentiis librum luculentum compoſuit. item, Hiſtorias ſummorum Pontificum. Vid *G. Panzirolus in JCtis, l. 2. c. 130. Bumaldus. p. 153.*

BOLSAMIUS (Urbanus) Bellunenſis. Vide, URBANUS.

BOLSECUS (Hieronymus) vitam *Theodori Bezæ*, Ingolſt. Anno 1584. calamo expreſſit.

BOLTONUS (Rob.) Anglus, ſcripſit de quatuor noviſſimis: item, Profeſſorem carnalem.

BOLTONUS (Sam.) de Peccato & dominio Fidei nonnulla meditatus eſt.

BOLTZIUS (Val.) de Coloribus cum cura ſcripſiſſe fertur.

BOLUS, Βῶλος, Democritéus Philoſophus, condidit librum de Arte Medica, teſte *Suida.*

BOLUS, Mendeſius, Pythagoricus, ſcripſit librum περὶ θαυμασίων, atq; alia, de quibus *Suidas.* Boli nomen *Reineſius, l. 1. Var. lect. c. 25. Columellæ 7, 5. & 11, 3.* apud quem malè *Dolus* vocatur, & *Varroni*, ubi *Eubolus* perperam legitur, acutè reſtituit. Confer *Meurſium in Comm. ad Apollonium Dyſc. p. 82.* Vide, DOLUS.

BOMBACIUS (Caſp.) Bononienſ. Anno 1624. floruit. Reliquit omnis generis carmina.

BOMBACIUS (Hier.) Medicus, A. 1497. claruit. Vid. *Bumaldus, pag. 87.*

BOMBACIUS (Paulus) An. 1505. vixit. Fuit Græcè & Latinè doctus. De eo ita *Pierius in libello de Infel. Literator. pag. 41.* Eandem fatorum inclementiam (inquit) expertus & Paulus Bombacius, Bononienſis, qui Latinas Græcasq; literas Neapoli ſumma cum laude publice profeſſus, à magnæ celebritatis Cardinali, Puccio Romam accerſitus, ab eoq; in honore habitus à ſecretis fuit, liberaliterque tractatus jam locuples effectus erat. cùm ecce repentina prædonum procella urbem Romam invaſit, qua capta, cùm is Mecænatem ſuum, in arcem Æliam confugientem, ſubſequeretur, ſupervenientè ſicariorum globo oppreſſus, immanem cædem evitare non potuit. Videatur *Bumald. pag. 184. & Eraſmus in Ciceroniano, pag. 105.*

BOM-

BOMBASIUS (Caſp.) Bon. hiſt. & poëta, A. 1607. natus eſt. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 94.*

BOMBELLUS (Raph.) An. 1530. claruit. De Algebra ſcripſiſſe dicitur.

BOMBINUS (Paul.) Conſentinus, edidit primam rerum Hiſpanicarum Enneadem, Venet. An. 1634. Vid. *Leo Allatius in A. U. pag. 209. Alegambe, pag. 362.* multas Orationes, ab ipſo habitas, enumerat.

BOMBRA (Franc. Dav.) librum de Arte belli & Pacis, fol. An. 1643. confecit.

à BOMMALIA (Joh.) Anno 1471. floruit. Compoſuit Planctum Religionis ſuper defectibus religionis cujusque ordinis: item, Tractatum contra Monachos proprietarios.

BOMMELIUS (Henr.) Gelder, bellum Utrajectinum deſcripſit, An. 1542.

BOMPAR (Marcell.) Ebredunenſis, Gallus, Anno 1623. ætatis 67. obiit. Lud. Richeomi 3. Tractatus contra Calvinianos ex Gallico Latinè reddidit. Vid. *Alegambe, pag. 320.*

de BOMPERTIS (Pet.) JCtus, An. 1330. floruit.

de BON (Johann.) Heteropolitanus, Therapiam puerperarum compoſuit.

BONA (Joh.) Pedemontanus, Card. ſcripſit lib. de diſcretione ſpirituum, An. 1674. Opus rerum Liturgicarum veteris Eccleſiæ, Anno 1672. Manuductionem ad cœlum, An. 1666. Huic libello poſt *Thomam à Kempis*, parem alium haud reperiri, *nonnulli* exiſtimant.

de BONA CASA (Mirabilis) edidit fictam Juditham & falſam ex ea ſumtam doctrinam, licere hoſtem quemcunq; omni in loco ſub prætextu amicitiæ & ſimulationis religionis ex ratione Status interficere, An. 1614. Veronæ, in 4.

BONACCURSIUS (Barth.) Medicus, Anno 1618. claruit. Compoſuit Theoriam Medicinæ. Item, Tract. de Urinis.

BONACINA (Mart.) Mediolanenſis, Anno 1631. obiit. Scripſit Theologiam moralem: libros aliquot de Incarnatione Chriſti, & Gratiæ cæleſtis præſidiis: item, de Electione ſummi Pontificis, Opera ejus Lugduni prodierunt, Anno 1630. Vid. *Nicius Erythr. part. 3. Pinacoth. pag. 10. Ghilinus vol. 1. pag. 169. & Leo Allatius, in A. U. pag. 189.*

BONACIOLUS (Lud.) Ferrarienſis, edidit Enneadem muliebrem. Extat apud *Spachium in Gynæceis.*

BONACOSSA (Hipp.) JCtus, communes Doctorum opiniones uno volumine complexus eſt, A. 1576. Item, de Equo, ſervis, &c. commentatus eſt.

BONACOSSUS (Hercul.) Ferrarienſ. Medicus, Anno 1520. ſcripſit de Serapiis & medicinis purgatoriis: item, de Curatione Catarrhi, & ligno Sancto.

de BONACURSO (Hub.) JCtus, Practicam Juris auream edidit, A. 1583. Colon.

BONADUS (Franc.) Santonenſis Presbyter, Pſalmos Davidicos numeris poëticis expreſſit. Epiſtolas S. Pauli, elegiacis verſibus itidem paraphraſticè traduxit. Reſurrectionem Chriſti triumphantis quoque carmine expoſuit. Alia ejus carmina *T. 1. Delit. Gall. pag. 652.* occurrunt. Vid. *Reineſius, in Epiſt. ad Daumium, pag. 201.*

BONAGRATIA (F.) ſummulam quæſtionum regularium collegit, An. 1667. Col. Vid. *Placcius, pag. 9.*

BONAGUIDA, Aretinus, Innocentio IV. ſedente floruit. De Diſpenſationibus commentatus eſt.

BONAFIDES (Franc.) Med. Anno 1558. obiit. Scripſit de cura Pleuritidis per venæſectionem, An. 1533. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 89.*

BONALDUS (Franc.) Mimatenſis Gallus, An. 1614. ætatis 63. obiit. Stellam myſticam, An. 1607. item, Speculum divinæ ſapientiæ elucubravit. Vid. *Alegambe, pag. 115.*

BONALINUS (Pet.) Veronenſ. inter Medicos referri meruit. Vid. *Chioccus, pag. 89.*

BONAMICUS (Franc.) Florentinus, compoſuit quinq; libros de Alimento, Anno 1603.

BONAMICUS (Lazarus) Baſſanenſis, egregius Philoſophus, An. 1552. ætatis 73. obiit. Scripſit peculiarem Tractatum de Motu, fol. Carmina ipſius habentur, *T. 1. Delit. Ital. pag. 452. Thuanus, l. 11.* ipſi exactam Antiquitatis cognitionem, omnigenam eruditionem, raram eloquentiam & acre judicium tribuit. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 144. Imperialis in Muſéo, pag. 76.* Dietericus 1. A. B. *pag. 113.* eum Odas Pindaricas Pſalmis Davidis prætuliſſe, aff.

BONANUS (Procop.) Med. librum de admiran-

mirandis rebus Hungariæ compoſuit, plusquam CC. Tabulis æneis exornatum, qui tamen vel ab hæredibus, vel ab aliis invidioſe ſuppreſſus eſt.

BONARS (Thom.) edidit Concordiam ſcientiæ cum fide, An. 1665.

BONARSCIUS (Clarus.) Vid. SCRIBANIUS.

BONARTIUS (Oliv.) Iprenſis, An. 1570. natus eſt. Scripſit Comment. in Eſther: & alium in Eccleſiaſticum, fol. Videatur *Alegambe, pag. 360.*

BONASPES (Franc.) in univerſam Theologiam Scholaſticam commentatus eſt. AriſtotelisPoliticam quoq; Commentario illuſtravit, An. 1652. Antv.

BONATUS (Guido) de Forolivio, ſcripſit de Judiciis aſtrorum. *Eraſm. Schmidius ad Matth. XVI, 28.* eum ante CCCC. annos vixiſſe aff. *Waddingus in Scr. Ord. Minor. p. 149.* A. 1300. circiter obiiſſe, tradit.

BONAVENTURA, Balneoregienſis, Albanenſis Epiſcopus, Anno. 1274. obiit. *Alexander Alenſis* Præceptor ejus dicere ſolebat, *videri ſibi Adamum in Bonaventura non peccaſſe*, uti *Sixtus Senenſ. lib. 4. B. S.* refert. A Sixto IV. Pontifice inter Sanctos relatus eſt. Multa ſcripſit, quæ Romæ edita ſunt, in octo Tomos diſtributa. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 88. Waddingus in Scr. Ord. Minor. pag. 61. & ſeq.*

BONAVENTURA (Frid.) Urbinas, Græcè & Latinè doctiſſimus fuit. Varia ſcripſit, quibus immortale nomen ſibi comparavit. In eruditorum manibus ſequentia verſantur: Opus de octimeſtri partu: de anni Hippocratici partitione: de Monſtris: de æſtu maris: de calore cœli: de via lactea: de cane rabido: de ventis: de jure regni: Themiſtii Paraphraſis, &c. Claruit, An. 1592. Vid. *Nicius Erythræus, part. 1. Pinacoth. pag. 276. Alegambe, pag. 116.*

BONAVIDIUS (M. Mantua) Patavinus JCtus, An. 1582. obiit. Compoſuit in utroq; Jure XL. volumina. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. l. 2. cap. 168.*

de BONCAMPAGNIS (Cataldus) JCtus, de Syndicatu commentatus eſt.

BONCAMPAGNUS (Hugo) Gregorius XIII. dictus, An. 1530. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 227.*

BONCIARIUS (Marc. Antonius) reliquit Epiſtolas. *Lipſius, cent. 5. ep. 71.* vocat Italiæ Homerum. Videatur *Sauſſay, pag. 216.*

BONEFIDIUS (Enimundus) Chabovienſis, JCtus, A. 1574. Genevæ obiit. Pedem, teſte *Thuano, l. 59.* patria nunquam extulit, & tamen Græcis, Latinis & Hebraicis literis ita egregiè inſtructus erat, ut in celeberrimis orbis Academiis operam ſtudiis dediſſe ſub præſtantiſſimis magiſtris crederetur. In Juris ſcientia adeo excelluit, ut *Jac. Cujacius*, qui principatum illius tenebat, ſcripſerit: Si moriens rogetur, ut olim Theophraſtus, non alium habere ſe, quem diſcipulis ſuis ſucceſſorem poſſet oſtendere. Vid. *Colomeſius in Gallia Orient. pag. 57.*

BONEFONIUS (Joh.) Arvernus, compoſuit Pancharin & alia carmina. Vid. *T. 1. Delit. Gall. pag. 637.*

BONERUS (Matth.) Venlonianus, JCtus, An. 1614. obiit. Extat ejus Declamatio pro Sclopo, oppoſita vituperio Sclopi Erycii Puteani, teſte *Sweertio.*

BONETHUS (Nicol.) Minorita, Metaphyſicam, Anno 1493. edidit, Barcinone.

BONETTUS (Paulus) Bergomas, A. 1655. obiit. Edidit Pantheon Romano Bergomenſe.

BONETUS (Laur.) Atrebas, Anno 1572. floruit. Scripſit inſtitutiones utriusque linguæ.

BONETUS (Theoph.) compoſuit Pharum Medicorum, An. 1668.

BONFADINUS (Vita) Anno 1641. claruit.

BONFADIUS (Jac.) Veronenſis, ſoluto & pedeſtri ſcribendi genere excelluit. Ob rem tacendam Genevæ, cujus urbis Hiſtoriam aliquot annorum conſcripſerat, An. 1560. ſecuri percuſſus eſt, teſte *Thuano, l. 26.* Carmina ejus collegit *J. Gruterus, T. 1. Delit. Ital. pag. 479.* Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 70.*

BONFIGLIUS (Achill.) JCtus, Patavinus, hoc tempore clarere dicitur.

BONFILIOLUS (J. P.) JCtus Bononienſis, An. 1596. claruit. Compoſuit Additiones ad Deciſiones *Modeani*, JCt.

BONFINIUS (Ant.) Aſculanus, An. 1500. vixit. Matthiæ Corvini, Hungariæ R. impulſu, Hungaricarum rerum commentarios confecit. Librum etiam de pudicitia conjugali & virginitate contexuit, qui teſte *Bellarmino*, in indice

Roma-

Romano prohibitus eſt. Vid. *Zeillerus, part. 1. Scr. Hiſt. pag. 21. Olearius in Abaco, pag. 41.*
BONFIOLUS (Ant.) JCtus, A. 1609. floruit. Scr. de vera Sacerdotis perfectione.
BONFIOLUS (Dominicus) Medicus, Anno 1528. claruit. Vid. *Bumaldus, pag. 59.*
BONFIOLUS (Horat.) Italus. Meminit ejus *Gr. Letus, in Ital. regn. pag. 168.*
BONFIOLUS (Silv.) peritiſſimus rei Herbariæ & Anatomicæ eſſe dicitur. Vid. dictus *Letus, pag. 119.*
BONFONIUS (Pet.) condidit librum de Antiquitatibus Pariſienſibus.
BONFRERIUS (Jac.) Dionantenſis, natus eſt, Anno 1573: obiit, Anno 1643. In Pentateuchum commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 194.*
BONGARSIUS (Jac.) JCtus, Orator & Philologus, An. 1554. natus eſt: obiit, An. 1612. Scripſit Notas in Juſtinum. Ejus Epiſtolæ ante aliquot annos in lucem prodierunt. Vid. *Caſaub. in Epiſt. 698. 699.*
BONHERBA (Raph.) edidit duas partes Problematum ſacrorum in Evangelia, An. 1670. Moguntiæ.
BONHOMIUS (Franc.) collegit decreta Eccleſiaſticæ reformationis, An. 1585. Carmina ejus leguntur, *T. 1. Delit. Ital. pag. 483.*
BONIFACIUS, Anglus, Moguntinus Epiſcopus, tempore Leonis Iſauri, Imp. claruit. Prius *Winifridus* dictus erat: at Bonifacii nomen à Gregorio Papa accepit. Hic Francos cis Rhenum, Haſſos & Thuringos, teſte *Adamo, l. 1. Hiſt. Eccleſ.* Chriſto & Eccleſiæ copulavit. Tandem à Friſonibus martyrio coronatus eſt, Anno Chriſti 754. uti *Sigebertus* tradit. Malè *Platina, in Greg. II. pag. 243* in Africa ab hoſtibus Chriſtiani nominis occiſum eſſe, perhibet. Vitam ejus *Wilibaldus* diſcipulus conſignavit. Reliquit Epiſtolas, quas *Nicolaus Serarius* Jeſ. edidit atque Notis illuſtravit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 89.*
BONIFACIUS (Balth.) Rhodiginus, Archidiaconus Tarviſinus, edidit tract. ſingularem de Archivis, Venet. A. 1632. librum de Gente Contarena: ut & de geſtis Fr. Mariæ Ruverii: item, quinque Muſarum partes: Conjecturas in Martialem, An. 1635. &c. Extat etiam ejus Hiſtoria Ludicra, An. 1656. impreſſa.
BONIFACIUS (Joh.) Civitatenſis Hiſp. An. 1607. claruit. Exaravit Inſtitutiones pueri Chriſtiani: item, quinq; libros epiſtolares de Sapiente fructuoſo. Vid. *Alegambe, pag. 228.*
BONIFACIUS (Joh.) JCtus, A. 1635. exſpiravit. Scripſit Hiſtoriam Tarviſinam, in 12. libros digeſtam: item, Comment. de Furtis. Vid. *Thomaſinus, part. 2. p. 320.*
BONIFACIUS (Joh. Bernh.) Neapolitanus, compoſuit Epigramma de Literarum contemtu, quod legitur, *T. 1. Delit. Ital. pag. 488.*
BONINCONTRIUS (Laur.) Miniatenſis, (teſte *J. C. Scaligero, l. 6. de re poët. pag. 798.*) edidit tres libros rerum Cœleſtium: quorum argumento ſtilus eſt longè inferior. Non pauca tamen attentius legenti placere poſſunt. Scripſit etiam Comment. in Manilii libros Aſtronomicorum, Romæ, Anno 1584. Vid. *Joſ. Scaliger, in proleg. ad Manil.* Item, *pag. 1. 263. 266.*
BONJOHANNES (Azo) JCtus, An. 1335. floruit. In Jus Canonicum commentatus eſt.
BONITUS (Antonius) Cucharanus, Anno 1510. obiit. Ob ſingularem erga pauperes beneficentiam, *pater pauperum* dictus eſt. Manuale Caſuum conſcientiæ reliquiſſe fertur. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. min. pag. 30.*
BONJUR (Jac.) collegit Axiomata in 1. Pandect. An. 1550.
BONIUS (Bened.) Cortonenſis, JCtus, ſcr. de Cenſibus. Extat *T. 6. Tract. tract.*
BONIUS (Thom.) edidit Horifugia, Venet. An. 1577. item, librum de facultate Poëtica, An. 1608.
BONIZO, Sutrinus & Placentinus Epiſcopus, An. 1089. occiſus eſt. Reliquit Epitomen Hiſtoriæ Pontificum Rom. à S. Petro usq; ad Urbanum II. item, Syntagma Decretorum Eccleſiaſticorum. Vid. *Lambecius, T. 2. Bibl. Vienn. pag. 793.*
BONNETUS (Claud.) Compendium operum Sennerti confecit, An. 1655.
BONNO, tempore Arnulfi floruit. Scripſit de rebus ſui temporis.
BONNUS (Herm.) Weſtphalus, obiit, A. 1548. Condidit quorundam Martyrum vitas: item, Chronicon Lubecenſe: Carrionis vero Chronicon Latinitate donavit.
de BONNYERS (Marc.) Atrebas, natus eſt, An. 1595: obiit, An. 1631. Edidit

Advocatum animarum Purgatorii. Vid. *Alegambe, pag. 322. Mareſ. 2. Tirin. p. 446.*
de BONO (Blaſ.) Philoſophus Bononienſ. Anno 1624. claruit. Vid. *Bumald. pag. 40.*
BONOMIUS (Joh. Fr.) Italus, ſcripſit Emblemata moralia, Epigrammata, Epiſtolas, Democritum & Heraclitum, &c. Videatur *Gr. Letus, in Ital. regn. pag. 145.*
de BONONIA (Ang.) An. 1400. claruit. In libros Sententiarum commentatus eſt.
de BONONIA (Joh.) Anno 1550. floruit. Scripſit de Prædeſtinatione.
de BONONIA (Sigiſm.) An. 1606. vixit. Compoſuit Tractatum de electione & poteſtate Prælatorum, aliorumq; officialium.
BONONIUS (Hier.) Tarviſinus, tabe periit. *Pierius de Inf. Liter. pag. 72.* à ſtudio antiquitatis & poëſi eum valdè commendat.
BONSIGNORIUS (Joh.) JCtus, Anno 1351. floruit.
BONSSARDUS (Gofredus) edidit Euſebii Hiſtoriam Eccleſiaſticam, An. 1492.
de BONSTETTEN (Albertus) Baro, Anno 1491. claruit. Compoſuit Hiſtoriam Auſtriacam, quæ in Bibliotheca Viennenſi adhuc inter manuſcripta extare dicitur.
BONTEMPSIUS (Aug.) Atrebas, carmine Heroico vitas Landelini, Urſmari, Eremini & Dodonis expreſſit.
BONTEMPS (Leger.) vel Leodegarius Agathochronius, Anno 1560. inclaruit. Vid. *Colomeſius, in Gall. in Orient. pag. 25.*
BONTIUS (Gerh.) Medicus, natus eſt, An. 1538: obiit, An. 1599. Lugduni totos XXIV. annos docuit. Compoſuit plurima, in Hippocratem præſertim, ſed quæ edi noluit. Potius enim eruditionem ſeculo deeſſe, quàm Scriptores, exiſtimabat.
BONTIUS (Guil.) Lovanienſis, JCtus, Anno 1454. obiit. Scripſit de Contractibus mercatorum: de Uſuris: item, de Differentiis Legum & Canonum.
BONTIUS (Jac.) de Medicina Indorum, A. 1642. Lugd. Bat. librum edi curavit.
BONTIUS (Reinerus) Medicus, A. 1576. natus eſt.
BONVALORIUS (Chriſtoph.) Bononienſ. A. 1615. floruit. Vid. *Bumaldus, p. 49.*
BONVILIUS, edidit Opus Geometricum.
BONVOISIN (Pet.) Audomaropolitanus, A. 1626. obiit. Edidit veram effigiem charitatis Chriſtianæ. Vid. *Alegambe, pag. 373.*
BONUS (Joh.) Patavinus, tempore Alberti Auſtriaci, Imp. claruit. Condidit opus de Familiis Patavinis: item, de geſtis Patavinorum, à natalibus urbis usq; ad Albertum. Vid. *Scardeonius, l. 1. vit. viror. Illuſtr. claſſe 10.*
BONIUS (Marc.) JCtus, reliquit Singularia.
BONUS (Pet.) Lombardus, edidit Margaritam pretioſam.
BOONARTIUS (Nic.) Bruxellenſ. Anno 1610. obiit. Scripſit de Mari non libero. Vid. *Swertius, pag. 572. Alegambe, pag. 351.*
de BOOT (Anſh. Boëtius) Brugenſis, Anno 1609. de Gemmis & Lapidibus commentatus eſt. Vide, BOETIUS.
de BOOT (Arnold.) Belga, Med. D. ſcripſit Epiſtolam contra Lud. Capelli Criticam, 4. Paris. An. 1650. Obſervationes Medicas, A. 1649. Lond. item, Animadverſiones ſacras in Vetus Teſtamentum, libris quatuor, An. 1644.
BOQUINUS (Pet.) Gallus, Theologus Calvinianus, An. 1582. obiit. Argentinæ, Heidelbergæ & Lauſannæ Theologiam publicè profeſſus eſt. Scripſit contra Tilem. Heshuſium, de Sacra Cœna, & alia ejus generis. Vid. *Colomeſius in Gallia Orientali, pag. 32.*
BOR (Pet. Chr.) opera Hiſtorica, ſex voluminibus diſtincta, in lucem dedit. Claruit, An. 1630.
BORAVIUS (Joh.) edidit Theatrum Diabolorum, An. 1621.
BORBONIUS (Matth.) Collin. carmina modulatus eſt. Vid. *T. 1. Delit. Germ. pag. 681.*
BORBONIUS (Nicol.) Vandoperanus, Poëta, An. 1533. claruit. *Eraſmus in Epiſt.* valde eum commendat, & mellitiſſimum Poëtam nominat. Scripſit Epigrammatum 8. libros, titulo *Nugarum.* Carmina ejus ex parte continentur, *T. 1. Delit. Gall. pag. 766.* Vid. *J. P. Lotichius, pag. 4. B. P. pag. 53.*
BORCH (Pet.) Danus, Xenophontis Herculem carmine Græco heroico, Anno 1595. Lugd. Bat. expreſſit, teſte *Bartbol. in Danis, pag. 118.*
BORCHOLTENSIS (Joh.) JCtus, edidit Comment. in Conſuetudines Feudorum, An. 1591.

BORCHOLTEN (Joh.) JCtus, natus eſt, An. 1537: obiit, Anno 1594. De ejus ſcriptis *Melchior Adamus in Vitis JCtor. pag. 319.* legi poteſt.

BORCIER (Claud.) Lotharingus, Anno 1632. ætatis 48. obiit. Scripſit coronam 12. Stellarum. Vid. *Alegambe, pag. 80.*

BORCKENSIS (Timannus) librum de Sacramento Baptiſmatis, Anno 1571. edidit.

BORCULOO (Herm.) deſcripſit urbem Hieroſolymitanam & Loca ſacra univerſæ Palæſtinæ. Videatur *Sweertius, pag. 345.*

de BORDES (Jac.) exaravit duos Tomos in Apocalypſin, An. 1658. Paris.

BORDESIUS (Joh.) Burdegalenſis, Anno 1620. ætatis 61. obiit. Scripſit de Sacrificio Miſſæ. Vid. *Alegambe, pag. 229.*

BORDINGUS (Jac.) Antverpianus, Medicus, An. 1511. natus eſt: obiit, A. 1560. Roſtochii & Hafniæ Medicinam docuit. Compoſuit Enarrationem in ſex libros Galeni, de tuenda Sanitate. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 95.*

BORDINUS (Joh. Fr.) Italus, Carmina reliquit. Vid. *T. 1. Del. Ital. pag. 488.* Scripſit etiam de Geſtis Sixti V. Pontificis, An. 1588. Item, Epitomen Annalium Baronii, An. 1604.

BORDOGNA (Matth.) Bergomas, JCtus, Anno 1602. claruit. Scripſit in Inſtituta.

BORDON (Bened.) Patavinus, A. 1521. obiit. De Inſulis univerſi Orbis commentatus eſt.

BORDONUS (Franc.) Parmenſis, edidit Opera Juridico-moralia & regularia, ſex Tomis, fol. Venet. An. 1660. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 114.*

BORDOY (Joh. B.) Majoricenſis, Hiſp. An. 1627. ætatis 61. obiit. Reliquit 2. volumina de Bulla Cruciata. Vid. *Alegambe, pag. 222.*

BOREEL (Abrah.) ſcripſit de Unione Chriſtianorum, An. 1659. Item, Miſſilia ſacra.

BOREGK (Mart.) Uratiſlav. edidit Chronicon Bohem. An. 1587.

BORELLA (Joh.) Bergomas, An. 1610 claruit. Scripſit de Cura infectorum.

BORELLIUS (Joh. Alf.) Euclidem reſtitutum, Anno 1658. Piſis, promulgavit.

BORELLUS (Camillus) JCtus, Tract. de Compromiſſis, Ven. A. 1597. contexuit.

BORELLUS (Pet.) Caſtrenſis, edidit Hiſt. & Obſervationum Medico-phyſicarum quatuor Centurias, Paris. Anno 1657. Bibliothecam Chymicam, An. 1654. Librum, de Teleſcopio: Hortum ſimplicium, mineralium, plantarum & animalium: vitam *Carteſii*, &c.

BOREUS (Vinc.) Alvearium Juris, Anno 1650. Lugd. exaravit.

BORGARUTIUS (Proſp.) methodum de morbo Gallico compoſuit.

BORGASIUS (Paul.) Feltrinus, An. 1541. obiit. Scripſit de Irregularitatibus & Impedimentis Ordinum Eccleſiaſt. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 207.*

BORGESIUS (Joach.) obſervavit nonnulla in Senecam & Plinium adhuc *ἀνέκδοτα*, teſte *Schookio.*

BORCHESIUS (Diomed.) An. 1580. floruit. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 67.*

BORGHINIUS, ſcripſit de Eccleſ. & Epiſcop. Florentiæ. Videatur *Chimantell. pag. 8.*

BORGIA (Franc.) Hiſp. An. 1572. obiit. Ab Urbano IIX. in numerum Sanctorum relatus eſt. Scripſit de Paſſione Domini, Venet. An. 1561. Vid. *Alegambe, pag. 116.*

BORGIA (Hier.) Carmina elaboravit. Videatur *T. 1. Delit. Ital. pag. 490.*

de BORGNE (Nic.) Arteſienſis, varia poëmata reliquit.

BORGOGNUS (Gerh.) Montferratenſis. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 106.*

BORICIUS (Jac.) Panegyricum ad Pandectas Juris civil. compoſuit, Anno 1615.

BORIUS (Hier.) de motu gravium & levium ſcripſiſſe fertur. Liber prodiit Florent. An. 1576.

BORLUTIUS (Guil.) Gandavenſ. Hiſtorias memorabiles ex Exodo & ſeqq. libris, teſte *Sandero*, vorſa oratione expoſuit.

BORNANDUS (Thom.) emiſit Aſſertiones Philoſophicas, An. 1610.

BORNEMANNUS (Coſm.) edidit Myrtum Academicam, fol. An. 1672.

BORNERUS (Pet.) Theologus Lipſienſ. An. 1653. mortuus eſt.

BORNERUS (Caſp.) Mathematicus, Anno 1547. obiit. Vid. *Albinus in Chron. Miſn. pag. 349. 350.*

BORNETTUS (Duncanus) Anno 1616. vixit. Edidit Jatrochymicum.

BORNITIUS (Jacob.) JCtus, ſcripſit de Ærario: item, Emblemata Ethico-politica.

BORNMANNUS (Zach.) de Aſtrolabio commentatus eſt, An. 1597.

BOROJUS (Lud.) ſcripſit de Civitate & civibus tam Dei, quam Satanæ, Venet. An. 1612.

BORRANA (Pet.) An. 1544. claruit. Videatur *Simlerus*.

de BORRE (Nic.) condidit Apologiam pro Exorciſtis, Lovan. An 1660.

BORREMANSIUS (Ant.) edidit librum variarum lectionum, An. 1676. in 8. Amſtelod.

BORRHAUS (Mart.) aliàs Cellarius dictus, natus eſt, An. 1499: obiit, Anno 1564. Baſileæ primò Rhetoricam docuit: pòſt Theologiæ doctor factus eſt. In Philoſophicis, tres libros de cenſura veri & falſi: in Theologia, Comment. in Pentateuchum, Eccleſiaſtem, Eſaiam, Apocalypſin, &c. elaboravit.

BORRICHIUS (Olaus) Danus, A. 1660. claruit. Scripſit de Ortu & progreſſu Chymiæ. Vid. *Placcius, pag.* 165. Item, de Cauſis diverſitatis Linguarum, Anno 1675. Ut & Cogitata contra *Voſſ. & Scioppium.* Vid. *Bartholinus in Danis, pag.* 111. & *in Poët. Med. pag.* 148.

BORRINIUS (Ant.) JCtus, de Cavalcata & Vaſallorum ſervitiis, A. 1609. commentatus eſt.

BORROMÆUS (Alex.) Patavinus. Meminit ejus *Greg. Letus in Ital. regn. p.* 321.

BORROMÆUS (Car.) Anno 1584. obiit. Reliquit Inſtructionem Paſtorum, teſte *Sauſſay, pag.* 94.

BORROMÆUS (Frid.) Card. An. 1631 obiit. Scripſit de ſacris noſtrorum temporum Concionatoribus: item, de Epiſcopo Concionante, &c. Vid. *Sauſſay, pag.* 147. *Ghilinus, vol.* 1. *pag.* 50. *Caſaub. Epiſt.* 494

BORULLUS (Matth.) de S. Trinitate commentatus eſt, An. 1662.

BORRUS (Chriſt. Mediolanenſis, Anno 1632. defunctus eſt. Vid. *Leo Allat. in A. U. pag.* 66. *Car. Viſch. in Ciſterc. pag.* 71. *Alegambe, pag.* 73.

BOSCA (Pet. Paulus) Italus, edidit Micrologiam de Serpente æneo Baſilicæ Ambroſianæ Mediolani, An. 1675. quem putat, ipſum eſſe ſerpentem Moſaicum: item, de origine & ſtatu Bibliothecæ Ambroſianæ.

BOSCHÆUS (Joh.) Neuſtrius, JCtus, librum de legitimis Nuptiis compoſuit. Extat *T.* 8. *Tract. tract.*

BOSCHARTUS (Wilh.) Bergizomius, ſcripſit Tractatum de Vita Contemplativa & Activa, An. 1620. Diatribam de primis veteris Friſiæ Apoſtolis: de Ordine Præmonſtratenſi: de Actis S. Auguſtini. Vid. *Sweertius, pag.* 706.

BOSCHIUS (Johan.) Lovæus, Ocellum Lucanum de Univerſo, Græcè & Latinè, An. 1554. publicavit.

BOSCHIUS (Mich.) Winshemienſ. natus eſt, Anno 1536: obiit, An. 1608. Argentinæ Græcam Linguam docuit, & non rarò Comœdias & Tragœdias, Græco idiomate conſcriptas, in theatrum produxit.

BOSCHIUS (Wolffg.) JCtus, An. 1500. natus eſt: vitam uſq; ad An. 1558. perduxit. In Ptolemæum Annotationes compoſuiſſe dicitur.

à BOSCO Normanno, (Franc. Gajus) Anno 1554. claruit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag.* 17.

à BOSCO (Joh.) edidit quatuor partes Theologiæ moralis, fol. Item, Bibliothecam Floriacenſem, Sanctam, Apoſtolicam.

à BOSCO (Olivar.) inter Oratores ſui temporis non poſtremus fuiſſe dicitur. Cùm Chymicæ arti ſeſe addixiſſet, ad extremam inopiam redactus eſt. Vid. *Tollius, de Infel. Literat. pag.* 42.

BOSENDORF (Herm.) Monaſterienſ. Weſtphalus, An. 1608. floruit. Dedit Apodixin, Calviniſtas non eſſe Lutheranorum fratres. Vid. *Alegambe, pag.* 179.

BOSELLUS (Dan.) Bergomas, Medicus, ſcripſit de affectionibus thoracis.

BOSELLUS (Franc.) Bergomas, ſtruxit Amaltheum Medico Politicum, A. 1665. Vid. *Greg. Letus, in Ital. regn. pag.* 311.

BOSELLUS (Hier.) Bergomas. Meminit ejus *Letus, lib. alleg. pag.* 167.

BOSELLUS (Scipio) Berg. natus eſt, Anno 1567: obiit, An 1632. Scripſit de incapacitate ſpuriorum ex teſtamento Patris, extante ſobole legitima.

BOSIUS (Ant.) multo annorum ſtudio, incredibili labore, magniſq; ſumtibus perfecit illud Opus, cui titulus eſt, Roma ſubterranea. *Nicius Erythr. part.* 1. *Pinacoth. pag.* 233. hominem in omni ſermonis genere feſtivum atq; facetum fuiſſe memo-

memorat; ſed addit, tempore & negotio poſcente, neminem eo graviorem, ne minem prudentiorem extitiſſe. Ajunt, bacchationibus, comeſſationibus, rebusque Venereis vehementer fuiſſe deditum.
BOSIUS (Evangel.) edidit Theoremata Theologica, quibus differendi ratio, regula & modus aſſequendi explicatur, Anno 1592.
BOSIUS (Jac.) ſcripſit de Cruce, Anno 1614.
BOSIUS (Joh. And.) Profeſſor Jenenſis, A. 1674. obiit. Extant ejus Notæ in Corn. Nepotem. Vid. *Hadrianus Bejerus, in Rect. Jen. pag. 1036.*
BOSIUS (Simon) ſcripſit Notas in Epiſtolas Cic. ad Atticum, An. 1581. Vid. *Sammarthanus, pag. 150. Muretus in var. lect. 19, 10*
BOSIUS (Thomas) lib. de Ruinis gentium & regnorum adverſus Politicos, A. 1598. exaravit. Vid. *Sauſſay, pag. 176.*
BOSQUETUS (Franc.) Narbonenſis prætor, Pſelli Synopſin Legum, Latinè reddidit notisque illuſtravit, Paris. An. 1632. Item, Hiſtoriam Pontificum Rom. qui è Gallia oriundi in eadem ab An. Chr. 1305. usque ad An. 1395. ſederunt, An. 1631.
BOSQUIERUS (Phil.) Hanno, Theologus, A. 1600. claruit. Ejus opera omnia prodierunt, An. 1621. Col. Videatur *Swertius, pag. 640. Waddingus in S. O. M. pag. 291.*
BOSQUILLONIUS (Pet.) Sedanenſis, An. 1622. claruit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 153.*
à BOSSCHE (Guil.) compoſuit Hiſtoriam Medicam, An. 1639. Bruxell.
BOSSCHE (Theod. Gualt.) ſcripſit carmine Heroico de cæde Principis Naſſovii, An. 1584.
BOSSELIUS (Joh.) ad Conſuetudines Pictavienſes, Anno 1659 fol. commentatus eſt.
BOSSEMIUS (Matth.) Amſterod. obiit, A. 1599. Mortis memor, cranium mortui ante oculos in Muſeo ponebat. Scripſit Commentar. de domeſtica mulierum ſocietate ſacerdoti vitanda. Vid. *Swertius, pag. 557. & Sanderus in Flandris Script. pag. 123.*
BOSSIANUS (Joh.) Cremonenſis, JCtus, An. 1197. obiit. Vulgò *Juris lucerna & ſpeculum mundi* dictus eſt. Compoſuit arborem Actionum: item, Gloſſas in Feuda. Videatur *Guid. Panzirolus in JCt. l. 2. c. 23.*
BOSSIUS (Ægid.) JCtus, obiit, An. 1546. Scripſit de maleficiis. Vid. *Ghilinus vol 2. pag. 70.*
BOSSIUS (Ambroſ.) Ticinenſis, A. 1390. claruit. Condidit Chronicon, cui titulus, Flos florum.
BOSSIUS (Don.) Mediolanenſis, A. 1492. floruit. Reliquit Chronicon. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 69.*
BOSSIUS (Hieron.) Ticinenſ. ſcripſit de Toga Romana, de Strena, de Lato clavo, de ſiſtro: item, Romam feriatam. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 113. & vol. 2. pag. 153.*
BOSSIUS (Joh. Ang.) de Patria poteſtate, de effectibus contractus matrimonii, de dote filiabus danda commentatus eſt. Reliquit etiam varia Moralia, 3. Tomis comprehenſa, A. 1649.
BOSSUETUS (Franc.) compoſuit Carmen de Piſcibus marinis, Anno 1558. Lugd.
BOSSUS (Matth.) Veronenſis, tractatum de immoderato mulierum cultu: item Epiſtolarum Tomos 3. Venetiis, A. 1502. edidit.
BOSTIUS (Arnold.) obiit An. 1499. Scr. de quatuor noviſſimis: item, de viris aliquot illuſtribus ordinis Carthuſianorum. Vid. *Swertius p. 140. Olearius in Abaco, p. 50.*
BOSTONUS, Burienſis, Anno 1410. vixit. Collegit Catalogum Scriptorum Eccleſiæ.
BOTALLUS (Leonh.) Aſtenſis, ſcripſit de Medico & ægroto, An. 1565. Opera ejus omnia, Medica & Chirurgica, ſimul edita ſunt, Lugd. Batav. An. 1660.
BOTARELLUS, de actione Cœli in hæc inferiora, Cremonæ, commentatus eſt.
BOTEFANGUS (J. C.) Anno 1626. obiit. Compoſuit Epiſtolas & carmina: item formularium Secretariorum. Vid. *Ghilinus volum. 2. pag. 156.*
BOTEREUS (Rod.) Gallus, edidit Hiſtoriopolitographiam, An. 1610. vol. 2.
BOTERUS (Joh.) Anno 1598. claruit. Amphitheatrum Orbis conſtruxit: item decem libros de Illuſtrium ſtatu & Politia. Vid. *Zeiller. p. 20.*
BOTIOS (Gem. Arn.) Philoſophiam naturalem conſcripſit, A. 1641. Duaci.

BOTONTINUS (Ant.) condidit Quæſtiones in Evangelia & Epiſt. Quadrageſimales. Prodiit Opus Venetiis, A. 1500.

BOTRYAS, Βοτρύας, Myndius, laudatur à *Photio, Cod. CXC.*

BOTSACCUS (Joh.) Theol. Doctor, An. 1674. obiit, ætatis An. 74. Scripſ. AntiCrellium, AntiStegmannum, AntiStreſonem, &c. Item, Promtuarium Allegoriarum.

BOTTA (Barth.) Anno 1581. claruit. ExpreſſitPſalterium carmine Hexametro & Pentamet. cum Commentariis uberioribus, Venet. fol.

BOTTA (Joh.) JCt. edidit Conſilia, Venet. Anno 1584.

BOTTÆUS (Henr.) Brixianus, JCtus, de Synodo commentatus eſt. Extat *Tomo XIII. Tract. tract.*

BOTTBACHIUS (Paulus) edidit Conciones per annum, A. 1634. Col. in 4.

BOTTELIER (Carolus) ſcripſit de Succeſſionibus, Anno 1653.

BOTTHERIUS (Johannes,) Pedemontanus, Carmina elaboravit. Vid. *T. 1. Delit. Gall p. 707.*

BOTTIGER (Joh.) Iſagogen Hiſtoricam Anno 1650. imprimi fecit.

BOTTINIUS (Proſp.) Lucenſis, JCtus, exaravit Orationes.

BOTTONUS (Albertinus) Medicus Patavinus, Anno 1596. obiit. Extat ejus Tract de morbis mulierum.

BOTTONUS (Bernh.) Parmenſ. A. 1240. floruit. Compilavit apparatum ad Decretum. Vid. *Guido Panzirol. in JCtis, 3, 8.*

BOTUIDIUS (Joh.) Guſtavi Magni Concionator caſtrenſis, ſcripſit de infinita DEI miſericordia, prædeſtinatione, & religione Moſcovitarum.

BOUCHETUS (Joh.) Annales Aquitaniæ A. 1541. edi curavit.

BOUCHI (Phil.) Hanno Servius, A. 1637. vixit. Extat ejus liber, qui inſcribitur, Amicus fidelis usque ad mortem. Vid *Alegambe, pag. 404.*

BOUCHOUT (Alanus) Conciones de Sancto Roſario Brugis, A. 1668. in 4. typis mandavit.

BOUCLERUS (Julianus) Cœnomanus, A. 1590. obiit. *Alegambe, pag. 287.* vocat poëtam peregregium.

BOUCLIER (Anton.) Ruthenenſis, An. 1625. floruit. Reliquit Enchiridion Pietatis. Vid. *Alegambe, pag. 37.*

BOUCQUETIUS (Joh.) Liranus, tres libros *Joh. Nideri* de reformatione religioſorum in lucem protraxit, teſte *Swertio.*

BOUDEWIN (Mich.) Ventilabrum Medico-Theologicum publicavit, Antv. Ann. 1666.

BOUDINIUS (Joh.) Furnenſis, Commentarium de Vita Chriſti edidit, An. 1591. item, librum de præſtantia Muſicæ veteris.

BOUDOTIUS (Paulus) de Pœnitentia Opus tripartitum, teſte *Swertio*, promulgavit.

BOVELLUS (Liv.) Anglus, alias BOWLES dictus, Paſtorem Evangelicum, A. 1655. Lond. excudi fecit.

de BOVERIO (Joh.) JCtus, Singularia Juris reliquit.

BOVERIUS (Zach.) Salutienſis, condidit Annales Fratrum Minorum Capuccinorum, A. 1632. Item, Cenſuram in libros de Rep. Eccleſ. Antonii de Dominis, A. 1621. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 332.*

ad BOVES (Pet.) Sermones in Feſta & Dominicas, Anno 1643. luci publicæ expoſuit.

BOVESIUS (Alſ.) Diſpp. Catholicas, A. 1607. Bononiæ emiſit.

BOVILLIUS (Pet.) Dionantenſis, Græcas & Latinas literas laudabiliter profeſſus eſt. Exaravit Oden Pindaricam Græcam & Latinam. Vid. *Alegambe. pag. 373.*

BOVILLUS (Car.) Veromanduus Samarobrinus, Ann. 1500. vixit. Compoſuit Quæſtiones in utrumq; Teſtamentum. Item, Adagia.

BOVILLUS (Franc.) Anno 1532. in Pſalmum LXXIX. commentatus eſt.

BOVINCOURT (Caſp.) Atrebas, Vir Græcè & Latinè peritus, A. 1576. obiit. Edidit Iter Hieroſolymitanum.

BOVIUS (Joh. Ant.) Novarienſ. A. 1622. obiit. Stilo contra *Paulum Servitam* pugnavit.

BOVIUS (J. Bapt.) ſcripſit de Statutaria urbis præſcriptione, Venet. A. 1565.

BOVIUS (Joh. Carol.) Bononienſ. JCtus, Ann. 1552. claruit. *Clementis Romani* octo libros Conſtitutionum Apoſtolicatum è Græco in Lat. ſermonem tranſtulit.

BOULÆSIUS (Joh.) Arrotenſis, A. 1576. floruit. Edidit interpretationem LXX. Hebdo-

Hebdomadum Danielis. Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 57.*
BOULDOUCH (Jac.) Pariſinus, in Jobum commentatus eſt, Tomis 2. An. 1637. Scripſit etiam de Eccleſia ante & poſt Legem, A. 1626. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 181.*
BOULOGNE (Andr.) Tornacenſis, concinnavit tres Epigrammatum libellos, ab acuta brevitate commendatos. Vid. *Alegambe, pag. 548.*
BOVOLLINUS (Matth.) de Miſocho, ſcripſit carmen in obitum Trivultii, Anno 1519.
BOURDAIN (P.) de Solis natura, pabulo & motu, Pariſ. A. 1647. ſcribere aggreſſus eſt.
BOURDELOTIUS (Joh.) Senonenſis, compoſuit elegantiſſimas Notas in Heliodorum, An. 1619. Ait etiam, ſe ſcripſiſſe in Pauſaniam. Extant ejusdem Notæ in Petronium. Edidit præterea Pſal. XX. XXI. XLV. LXXII. cum Comment. R. David Kimchi, Hebraicè & Latinè. Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 150.* Confer *Caſp. Barthium, T. 2. in Stat. Papin. pag. 623. 717.*
BOURDINUS (Æg.) Pariſinus, A. 1570. ætatis 53. exſpiravit. Scripſit in Conſtitutiones Regias. Videatur *Sammarthanus, p. 133.* & *Colomeſius in G. O. pag. 35.*
BOURGESIUS (Jac.) Atrebas, An. 1600. obiit. Edidit Formam reformationis ad præſcriptum Concilii Tridentini. Vid. *Sweertius, pag. 357.*
BOURGESIUS (Joh.) Medicus, A. 1600. claruit. Tranſtulit Jouberti librum de vulgi erroribus in Latinum.
BOURGESIUS (Joh.) Hanno, vixit, Anno 1622. Edidit Expoſitionem myſteriorum vitæ Chriſti. Vid. *Alegambe, pag. 229.*
BOURGINEUS (Franc.) de Verbo incarnato, An. 1629. commentatus eſt.
BOURGOING, compoſuit librum, titulo, Lignum vitæ, Pariſ. A. 1646.
BOURITIUS (Hector) Friſius, JCtus, ſcripſit de Captivo, An. 1610. Edidit etiam Diſſertationes Academicas, & lectiones Juris, An. 1622. Franckeræ.
BOURITIUS (Jac.) JCtus, Tract. de Officio Advocati, An. 1650. abſolvit.
BOURNETUS (Thomas) Scotobritannus, compoſuit Theſaurum Medicinæ Practicæ, Londini, Anno 1573. in 4.
BOURROUG (Jerem.) libellum de pretioſa Autarcias margarita conſcripſit.
de BOUSSETA (Nic.) Anno 1527. vixit. Scripſit Epitomen Geographiæ & Coſmographiæ.
BOUSUIT (Nic.) Medicus, Anno 1528. floruit. Reliquit Orationes, teſte *Sweertio.*
BOUTONUS (Franc.) Sequanus, Anno 1628. obiit. Lexicon Hebraicum collegit. Theologiam quoque ſpiritualem, in ſex partes diſtributam, concinnavit. Vid. *Alegambe, pag. 116.*
BOUWEN (Andr.) ſcripſit de Juris juſtitiæq; uſu & abuſu, Leod. An. 1654.
BOXHORNIUS (Henr.) ſcripſit Harmoniam Euchariſticam 3. libris, Lugd. An. 1598. item, fulmen Brutum, A. 1586.
BOXHORNIUS (Marcus Zuerius) Bergizomenſis, An. 1653. obiit. Edidit Hiſtoriam Univerſalem, Diſquiſitiones Politicas, Epiſtolas, Carmina. Videatur *Mart. Hanckius, de Script. rerum Rom. pag. 295.*
BOYER (Guil.) condidit Tract. de Hierarchia Eccleſiaſtica, An. 1666.
BOYLE (Rob.) Anglus, edidit Paradoxa Hydroſtatica, Anno 1670. Chymiſtam Scepticum, Anno 1662. Experimenta nova Phyſico-Mechanica de vi aëris elaſtica, A. 1669. Tr. de Gemmis: item, de Coloribus, &c. Vid. *Funccius, T. 1. Orbis, pag. 525.*
BOYM (Mich.) Polonus, Floram Sinenſem, i. e. fructuum, florum & animalium Sinenſium Hiſtoriam, inſigni Imaginum apparatu ornatam, Viennæ, An. 1656. fol. edi curavit.
BOYMAN (Jac.) compoſuit Hebdomadam Amoris, An. 1658.
de BOYS (Joh.) Pariſienſis, edidit Obſervationes in methodum miſcendorum Medicamentorum topicorum, A. 1639.
BOYS (Matth.) de ſecundis Nuptiis, Anno 1600. commentatus eſt.
BOYSSET (P.) ſcripſit de fortitudine Allobrogum, An. 1603.
BOZIUS (Ant.) Mediol. An. 1590. claruit. Ingens Opus, Romam ſubterraneam nomine, perfecit, quod poſt obitum eius prodiit, auctorique immortalem famam comparavit. Vid. *Sauſſay, pag. 161.* Vide, BOSIUS.
BOZIUS (Jac.) Mediolanenſ. An. 1590. vixit. Scripſit Hiſtoriam Ord. S. Johannis

nis Hieroſolymitani 3. voluminibus, Italico idiomate. Vid. *Idem, pag. 160.*

BOZIUS (Thom.) Eugubinus, prolixum Annalium antiquitatum opus, in decem volumina diviſum, compoſuit, in quo ſingula, quæ ab Orbis incunabulis digna cognitione extitére, excerpſit, ac diviſa temporibus ac miro ordine collocata ad cognoſcendum propoſuit. Contra *Machiavellum* quoq; duobus inſignibus operibus pugnavit, uno de ruinis gentium & regnorum: altero de antiquo & novo Italiæ ſtatu. Vid. *Nicius Erythræus part. 1. Pinacoth. pag. 93.*

BOZULUS (Remig.) texuit Roſetum Seraphicum, An. 1642.

de BRA (Henr.) Friſius, An. 1555. natus eſt. Edidit Catalogum medicamentorum contra Epilepſiam, Calculum, Icterum & Hydropem. Vid. *Sweertius, pag. 323.*

BRABANTINUS (Barth.) An. 1577. floruit. De filio prodigo commentatus eſſe dicitur.

BRACCIOLINUS (Jacobus) Vide, BRANDOLINUS.

BRACCHUS (Joh. Andr.) ſcripſit in Epiſtolam S. Jacobi, An. 1605. Parmæ.

BRACCHUS (Joh. Petrus) Placentinus, Græcè doctus, Dialogos aliquot Luciani Latinè tranſtulit. Ajunt, etiam carmina compoſuiſſe. Vid. *Simlerus.*

BRACCIUS (Ignatius) Presb. Recitenenſis, Anno 1630. claruit. Exaravit librum de Etymologia nominis PAPA & PONTIFEX: item, Tractatum de Phœnice, Romæ, Ao. 1637. in 4.

BRACELIUS (Jac.) Genuenſis, A. 1500. floruit. Scripſit res geſtas Alfonſi, teſte *Jovio, numero 112.* Item, librum de Illuſtribus Genuenſibus. Confer *Quenſtadium, pag. 309.*

BRACESCHUS (Joh.) Brixianus, Dialogos de Alchymia, An. 1673. confecit.

BRACHELIUS (Adolf.) An. 1652. obiit. Conſcripſit Hiſtoriam noſtri temporis.

BRACHELIUS (Jerem. Triverus) Lovanienſ. Medicus, An. 1540. floruit. Hippocratem, Galenum, Celſum commentariis illuſtravit.

BRACHMAN, Βραχμὰν, Rex, leges Brachmanum conſcripſit, ſi fides *Suidæ* habenda.

BRADSCHAU (Wilh.) A. 1618. claruit. Compoſuit Tr. de Peccato in Spiritum Sanctum: & alium de Juſtificatione.

BRADWARDINUS (Thomas) Epiſcopus Cantuar. circa, An. C. 1270. claruit. Opus ejus de cauſa DEI contra Pelagianos, cura *Henr. Savilii*, Lond. Anno 1618. in fol. in lucem prodiit. Vid. *G. J. Voſſius in hiſt. Pelag. l. 1. c. 26.*

BRAGACCIA (Caſp.) ſcripſit de Legato.

BRAHE (Tycho) nobilis Danus, Mathematicus excellentiſſimus, A. 1601. Pragæ deceſſit. *Thomaſinus, part. 1. Elog. pag. 251.* memorat, eum, cùm ad menſam Cæſaris (Rudolfi II.) aſſideret, urinæ effundendæ verecundia præpeditum obiiſſe. Is famoſam illam arcem, *Uranopolin*, in Hyema, Danici Helleſponti inſula, condidit. In inſtrumenta Mathematica, quæ ſubtiliſſimè excogitaverat, ducena aureorum millia inſumſiſſe dicitur. Scripſit progymnaſmata Aſtronomiæ inſtauratæ, quorum pars *prima* agit de reſtitutione motuum Solis, Lunæ & Stellarum: *altera*, de nova ſtella, Anno 1575. exorta: *tertia*, continet epiſtolas Aſtronomicas. Opera ejus omnia prodierunt, Francof. Anno 1648. Brahe vitam prolixè deſcripſit *Pet. Gaſſendus.* Confer *Thuanum, l. 126. Bartholinum in Danis, pag. 146.*

BRANCA (Silv.) An. 1617. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 216.*

BRANCACCIUS (Laur.) Carmelita, Epitomen omnium Conciliorum, Romæ, An. 1659. edidit.

BRANCALASSIUS (Jul. Ant.) emiſit Regiam Philoſophiam, Neap. A. 1609.

BRANCALEUS (Joh. Franc.) Neapolitanus, Medicus, ſcripſit Dialogum, quo probat, quam ſalubria ſint balnea ad ſanitatem tuendam & morbos curandos, Romæ, An. 1534.

BRANCASIUS (Claud.) Neapolitanus An. 1640. vixit. Scripſit de DEO Uno & Trino. Vid. *Waddingus, de Scr. Ord. Min. pag. 92.*

BRANCATIUS (Franc. Maria) Card. Diatribam condidit de uſu Chocolatis, An. 1665. Romæ. Confer *Ephemerides Hedovill. part. 2. pag. 23.*

BRANCIFORTIUS (Octav.) edidit duo volumina de animorum perturbationibus, Catanæ, Ao. 1648. fol.

BRAND (Sebaſt.) vel Titio, Argentinenſis, natus eſt, Anno 1458: obiit, Anno 1520. Scripſit Expoſitiones omnium Juris

Juris titulorum. Germanicis rythmis navim ſtultiferam complexus eſt. Eam Latinis poſteà verſibus *Jac. Locherus Philomuſus* reddidit, & An. 1497. imprimi curavit.

BRANDÆPORTUS, de miſſione ſanguinis commentatus eſt.

BRANDANUS, An. 576. obiit. Reliquit Confeſſionem Chriſtianam.

BRANDAONIUS (Anton.) Philippi IV. Hiſp. Regis Hiſtoriographus, edidit Monarchiæ Luſitanicæ Tomos duos, Anno 1632.

BRANDENSTEIN (Chr. Car.) JCtus, de eo, quod intereſt, quædam in lucem protulit.

BRANDES (Joh.) ſcripſit de vera & ſimulata Phi loſophia JCtorum, An. 1667.

BRANDES (Tilem.) JCtus, de ſucceſſione fratris & liberorum ejus commentatus eſt.

BRANDIS (Chriſt.) edidit Gehennologiam, An. 1668.

BRANDMULLERUS (Jac.) compoſuit manuductionem ad Jus civile & Canonicum, An. 1661.

BRANMULLERUS (Joh.) Anno 1586. obiit. Conciones Funebres & Nuptiales reliquit.

BRANDO (Joh.) An. 1428. obiit. Scripſit Volumen Hiſtoriarum triplex, quod *Chronodromon* appellavit. Perduxit id usq; ad An. 1414.

BRANDOLINUS (Aurel.) Lippus, à Matthia Corvino, Hungariæ Rege, invitatus, in Pannonia Rhetoricam docuit, ac quamvis pené cœcus, certé lippus, ex ea præcepta collegit, & à ratione dicendi ad rationem ſcribendi tam doctè tranſtulit, & tàm diligenter accommodavit, ut veriſſimè de eo ſcripſerit *Seb. Corradus*, nihil neq; majorum ſuorum memoria neq; ſua doctius aut elegantius in ea ſcriptum videri. Brandolini tres libros de ratione ſcribendi, Anno 1565. Oporinus edidit. *Quidam* Chriſtiana Paradoxa eidem tribuunt. *Voſſius de Hiſt. Lat. 3, 8.* Aurel. Brandolinum Florentinum vocat, & Romæ, Anno 1498. mortuum affirmat. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 32. & Olearius in Abaco, pag. 62.*

BRANDOLINUS (Jac.) Poggii Florentini filius, An 1470. floruit. Teſte *Jovio*, ob Pactianam conjurationem ſuſpenſus eſt. Geſta Piponis Spani, Florentini, ſtilo expreſſit.

BRANDUS (Joh. Ant.) Salernitanus Siculus, An. 1626. obiit. De Roſario Mariæ carmen heroicum modulatus eſt. Condidit Chronicon Rom. Pontificum. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 190.*

BRANNOVIUS (Scholaſt. Caſt.) Anno 1630. vixit. Ex Calviniſta Capuccinus factus eſt. Scripſit, ſub nomine *D. Chanueau*, diſceptionem contra Moſenglar, Calvinianum Theologum, teſte *wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 314.*

BRANTIUS (Joh.) Antverpianus, JCtus, natus eſt, An. 1559. obiit, Anno 1639. Reliquit Notas Criticas & Politicas in Julii Cæſaris Hiſtoriam: item, 2. libros de Officio veri & perfecti Senatoris. Vid. *Sweertius, pag. 400.*

BRANTUS (Joh.) Poſnanienſis, A. 1601. obiit. Habuit Diſputationem de Juſtificatione peccatoris Vid. *Alegambe, pag. 230.*

BRASAVOLA (Ant. Muſa) Ferrarienſis, Med. edidit Examen ſimplicium, Anno 1556.

BRASAVOLA (Hieron.) Ferrarienſ. compoſuit libellum de Officiis Medici, Anno 1590.

BRASCHIUS (Mart.) Grubenhagienſ. Anno 1596. vixit. Carmina condidit. Vid. *T. 1. Delit. Germ. pag. 693.*

BRASICHELLANUS (Joh. Maria) collegit Indicem Roman. expurgatorium.

BRASSEUR (Philipp.) Hanno Montanus, An. 1637. vixit. Edidit Bibliothecam Hannoniæ.

BRASSICA (Joh.) Roderod. Anno 1619. obiit. Scripſit Saturnalia, libellum facetiarum, & pemmata. Vid. *Sweertius, pag. 257.*

BRASSICANUS (Alex.) An. 1539. extinctus eſt. Fuit ſummus Philoſophus, Græcè juxta & Latine doctiſſimus. Reliquit Proverbia: item, Inſtitutiones Grammaticas. Vid. *Lambecius, l. 2. Biblioth. Vienn. pag. 540.* item, *Thomaſius de Plagio, §. 374.*

BRASSICANUS (Joh. Lud.) Tubing. Orator & poëta inſignis, An. 1549. Viennæ obiit. Carmina ipſius extant, *T. 1. Delit. Germ. pag. 795.*

BRAVIUS (Joh.) Petrafitanus, Profeſſor artis Medicæ Salmanticæ, Anno. 1583. claruit. Scripſit de Hydrophobiæ natura

tura,cauſis,& medela eorum, qui à canibus rabidis morſi ſunt. Item, de ſaporum & odorum differentiis, Venet. Anno 1592.

BRAULIO, Cæſar auguſtanus Epiſcopus, An. 650. floruit. Exaravit vitam Æmiliani Monachi. Carus imprimis *Iſidoro Hiſpalenſi* extitit, qui ei etiam viginti libros Etymologiarum honoris ergò inſcripſit. Sunt,qui tradant, in concionantis aures interdum columbam inſuſurrare viſam. Vid. *Mariana, in Annal.l.6 c.6.*

BRAUN (Georg.) in lucem miſit Theatrum urbium, in quinq; volumina diviſum, fol. An. 1593. Vide, BRUNUS.

BRAUN (Hartm.) emiſit Homilias Dominicales.

BRAUN (Joh.) JCtus, edidit Jurisprudentiam Problematicam, An. 1675.

BRAUN (J.B.) JCtus, ſcripſit Tract. de fide, ſpe, & charitate, A. 1675. Salisb.

BRAUNBOMIUS (Franc.) collegit Decadem florum Romanenſium, An. 1613.

BRAVO (Caſp.) Hiſpanus, Medicus, Conſultationes & reſolutiones Medicas compoſuit, Tomis tribus, fol. A. 1654.

BRAVOLUS (Chr.) ſcr. de Peſte, A. 1565.

BRAUTLACHT (G.) compoſuit Epitomen Jurispr. publ. An. 1661.

BRAUUS (Barth.) Hiſp. An. 1643. claruit. Edidit Progymnaſmata, poëmata, librum de arte Rhetorica. Videatur *Alegambe, pag. 56.*

BRAVUS (Chriſt.) Bergomas, ſcripſit librum de origine legum & modo ſtudendi, An. 1653. de Contractibus & ultimis voluntatibus. Lucernam legum: Inſtitutiones Canonicas, &c. Vid. *Donatus Calvus, pag. 22.*

BRAVUS (Seb.) compoſuit Collectanea aurea in Pentateuchum, Anno 1595. Compluti, fol.

BRECHTERUS (Chriſt.) JCtus, Proceſſum Judiciarium edidiſſe fertur.

BRECHTUS (Lævinus) An. 1560. obiit. Scripſit Tragœdiam, Euripum nomine, de vitæ humanæ inconſtantia: item, Silvam carminum, teſte *Sweertio.* Confer *Wadding. in Scr. Ord. Min, pag. 237.*

à BREDA (Corn.) Bruxellens. An. 1620. vivis exceſſit. Scripſit Cymbam ſive Dialogum de hora veſcendi.

de BREDA (Ger.) A. 1470. floruit. Compoſuit vitam Dn. noſtri JESU Chriſti: item, Tractatum in Pſalmum LXVII.

BREDEBACHIUS (Joh.) Dyſſeldorpius, carmine militiam Chriſtianam expreſſit, An. 1560.

BREDENBACHIUS (Matthias) Karpenſis, Anno 1559. vivere deſiit. Scripſit Tractatum de componendis Eccleſiæ diſſidiis: Commentarium in Matthæum & Pſalmos, &c. Vid. *Sweertius.*

BREDENBACHIUS (Tilm.) Embricenſis, An. 1587. obiit. Bellum Livonicum: item, octo libros ſacrarum Collationum, teſte *Sweertio*, typis commiſit.

BREDERODIUS (Pet. Corn.) Batavus JCtus, An. 1592. claruit. Theſaurum Juris civilis: tres Tomos de Cautelis: item, Tract. de Appellationibus, edidit. Vid. *Sweertius. pag. 609.*

BREEREWOOD (Eduard.) Angl. Tract. de Prædicabilibus, Prædicamentis, Meteoris, Oculo, &c. Oxoniæ, An. 1632. Item, Scrutinium Religionum, Linguarum, &c. An. 1659. edi curavit.

à BREIDENBACH (Bernh.) Viennenſis Eccleſiæ Presbyter, vixit tempore Friderici III. Imperatoris. Condidit Itinerarium in Terram ſanctam. Videatur *Zeillerus. part. 2. pag. 21.*

BREITHAUPT (J.F.) An. 1632. deſcriptionem Inſulæ Malthæ publicavit, fol.

BREMERUS (Andr.) Poëmata ſtruxit. Vid. *Bartbol. in Danis, pag. 3.*

BREMERUS (Cæſ.) JCtus, ſcripſit de Concurſu & Protopraxia creditorum, Anno 1675.

BREMIUS (Andr.) JCtus, Anno. 1600. Tractatum Feudalem typis mandavit.

BRENDELIUS (Zach.) Scr. de Chymia, An. 1630.

BRENIUS (Dan.) Socinianus & Chiliaſta, in V. & N. Teſt. Annotationes confecit. Impreſſæ ſunt, Anno 1664. fol. Videatur *Adam Tribbechovius, in Hiſt. Chiliaſmi, cap. 4.*

BRENTIUS (Andr.) Patavinus, A. 1497. claruit. Erat Græce benè doctus. Hippocratis lib. de Natura hominis: item, de inſomniis, Latinè tranſtulit.

BRENTIUS (Joh.) clarus Theologus, natus eſt, A. 1499: obiit, An. 1570. Primò Eccleſiæ Hallenſi præfuit: inde Stutgardiam ſe contulit, Principiq; Würtenbergenſi à conſiliis eccleſiaſticis fuit. Ejus conſilio Tubingenſis Academia à quisquiliis Pontificiorum repurgata, & Monaſteria ejus Ducatus in Scholas & Gymna-

Gymnaſia converſa ſunt. Scripta ejus, octo Tomis comprehenſa,in lucem prodierunt. Vid. *Lutherus,præfat. in Amos*, *Cruſius,in Germano Græcia pag.161.311.* & *Thuanus, lib. 47.*

BRENTIUS (Nicol.) Duacenus, JCtus, An. 1541. floruit. Scripſit Harmoniam artium liberalium cum Jurisprudentia: item, Poema de laudibus Hannoniæ: ut & carmen de bello, in Turcas ſuſcipiendo. Vid. *Swertius pag. 573.*

BRERLEIUS (Joh.) Anglus, contra Lutheranos Apologeticum Anno 1617. emiſit.

de BRES vel BRETZ (Guido) 3. libros in Anabaptiſtas elaboravit. *Mareſ.T. 1. contra Tirin. pag. 416.* & *T. 2. pag. 919.* vocat ſanctum Chriſti martyrem.

BRESLOVIUS (Jacobus) refutationem controverſiarum *Cutweis*, An. 1654. adornavit.

BRESSANUS (Joh.) Bergomas, A. 1560. vixit. De ſeipſo & ſcriptis ſuis commentatus eſt.

BRESSERUS (Mart.) Boxtellanus, Anno 1635. obiit. Reliquit 6. libros de Conſcientia. Vid. *Alegambe pag. 326.*

BRESSIUS (Maurit.) edidit Aſtronomiam, Paris. An. 1581. fol.

BRETON (Raym.) Catechiſmum & Lexicon Caraibo-Gallicum compoſuit. Prodiit, A. 1665.

BREVERUS (Joh.) Islebienſis, h. t. Rigæ claret. Edidit 2. partes Orationum, in Rigenſi Athenæo habitarum, An. 1655. Orationem Panegyricam in obitum *Herm. Samſonii*, Theologi, Anno 1644. Scholam amicitiæ, A. 1652. Metamorphoſin Nebucadnezaris, An. 1654. Judicium Solonis de viro beato: duas decades Axiomatum moralium & civilium, An. 1647. Diſpp. Logicas, &c.

BREVINGIUS (Joh.) ſcr. de bello inter Catholicos & Evangelicos, ab A. 1617. & deinde geſto, An. 1665. Edidit etiam Judicium pœnitentiale ante judicium finale, A. 1670. item, librum de inani hominum ſapientia, A. 1667. in 4.

BREULÆUS (Henr.) JCtus, ſcripſit de militia Politica, An. 1593.

BREULÆUS (J. G.) JCtus, de objectis in Jure civili, An. 1645. quædam in lucem protulit.

BREUNING (Joh. Jac.) à Buchenbach, Itinerarium ſuum publicavit, An. 1622.

BREWERUS (Henr.) Hiſtoriam Brachelio-Tuldenianam pertexere aggreſſus eſt, An. 1672.

BREWERUS (Joh.) librum de Ictero flavo edidit, An. 1664.

BRIANSON (Guido) in quartum Sententiarum, An. 1512. commentatus eſt.

BRIANTUS (Alex.) Anglus, An. 1581. una cum *Edmundo Campiano* occiſus eſt, Vid. *Alegambe, pag. 11.*

BRIARDUS (Claud.) Anno 1557. obiit. Scripſit de forma & ordine Judiciorum.

BRIARDUS (Lamb.) Dunkercanus, Anno 1557. obiit. Tract. de materia Appellationis elaboravit. Vid. *Swertius pag. 508.*

BRIART (Joh) Athenſis, Anno 1520. vivere deſiit. Extant ejus quæſtiones quotlibeticæ. Vid. *Val. Andr. pag. 97.*

BRICOT (Thom.) compoſuit quæſtiones in Logicam, Phyſicam & Metaphyſicam Ariſtotelis, fol.

BRICTIUS (Franc.) Rhedonenſis, edidit Annalium Baronii Arabicorum partem 1. & 2. Romæ, Anno 1653. in 4. Item, Epitomen Annalium ſacrorum Latino Arabicorum, An. 1655.

BRIDGE (Guil.) ſcripſit de Babylonis ruina.

BRIDGES (Joh.) Epiſcopus Oxonienſis, An. 1615. claruit. Expreſſit Novum Teſtamentum verſibus hexametris, Londini, An. 1604.

BRIDOUL (Touſſanus) Inſulenſis Belga, Anno 1640. floruit. Deſcripſit vitam Franciſci Cajetani. Videatur *Alegambe, pag. 439.*

BRIETIUS (Philipp.) Abbavillæus, compoſuit Chronicon Chronicorum, Paris. An. 1667. item, Parallela Geographiæ veteris & novæ, Tomis duobus, Anno 1649.

de BRIEUX (Moſantius) reliquit Poëmata.

BRIGELIUS (Joh.) edidit fontem veræ Sapientiæ, An. 1653.

BRIGENTIUS (Lud.) Bergomas, A. 1626. obiit. Fuit Græcè & Hebraicè doctus. Exaravit orationes.

BRIGERUS (Jul.) collegit flores Calviniſticos, An. 1575.

BRIGTMANNUS (Thom.) Anglus, edidit Apocalypſin Apocalypſeos, Anno 1612. Item, quædam in Danielem.

BRIGTHUS (Timoth.) Cantabrigienſ. ſcripſit

ſcripſit duos Tomos de Sanitate tuenda & reſtituenda, An. 1588.

BRILMACHERUS (P. Mich.) Colonienſis, Ann. 1595. ætatis 53. obiit. De Euchariſtia Dialogos reliquit: item, Quiddiothecam, librum ita dictum, in quo de univerſis Chriſtianæ fidei dogmatibus tractare aggreſſus eſt, teſte *Mirӕo*. Vid. *Alegambe, pag. 387.*

BRINKELIUS (Gualt.) Anglus, A. 1310. claruit. Erat Theologiæ Doctor Oxonienſis. Commentatus eſt in libros Sententiarum Lombardi. Ferunt, hominem fuiſſe acuti & ſubtilis ingenii, & qui argutias Scholaſticas, tum in Philoſophia, tum in Theologia penitiore oculo inſpexerit, imò penetraverit longè acutius, quam vulgus Doctorum. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 148.*

BRINSLEUS (Johan.) ſcripſit contra Anabaptiſtas: item, de Officio Mediatorio.

BRIOSIUS (Pet.) exaravit epiſtolas & carmina. Carmina ejus habentur *T. 1. Delit. Gall. pag. 707.*

BRIPIUS (Joſ.) Poëma de laudibus S. Alexii compoſuit. Extare ajunt in Bibliotheca Hallenſi, inter manuſcripta.

BRISELOTUS (Joh.) Hanno, A. 1519. obiit. A nonnullis *unus è Luminaribus Eccleſiӕ* vocatus eſt. Scripſit de cauſarum Advocatis. Vid. *Sweertius pag. 401. Quenſtad. pag. 111.*

BRISIANUS (Hier.) Salodienſis, edidit Phyſiologiam, Venet. An. 1596. Item, novam Medicinam, in qua plures Veterum errores corriguntur, An. 1591. in 4.

BRISMANNUS (Paſchaſ.) carmina compoſuit. Videatur *T. 1. Delit. Germ. pag. 813.*

BRISSÆUS (Joh.) *Barthio in Theb. Stat. pag. 803.* vocatur vir diligentiæ & doctrinæ laudandæ. De Briſſæo *Epiſtolӕ ſelectӕ D. Richteri, pag. 25.* legi poterunt.

BRISSELIUS (Joh.) Lovanienſ. A. 1634. obiit. Scribanii opuſcula quædam è Belgico in Lat. ſermonem vertit. Vid. *Alegambe, pag. 230.*

BRISSONIUS (Barnab.) Fontenajenſis, magni nominis JCtus, An. 1591. in maximis turbis à nonnullis ſuſpendio extinctus eſt. Compoſuit Lexicon Juris: Tractatum de Nuptiis: Formulas Romanas: librum de regno Perſarum, &c. Videatur *Thuanus, l. 102. Scalig. in Primis, pag. 23. in Excerpt. pag. 56. Hanckius, part. 2. de Scr. R R. pag. 161.*

BRISTOLIUS (Rich.) Wigornienſis, Anno 1582. obiit. Scripſit libros expoſtulationum ad omnes Hæreticos: item, librum Carminum, &c.

BRITANNICUS (Greg.) conſcripſit funebres & nuptiales Sermones, Venet. An. 1500.

BRITANNICUS (Joh.) Brixianus, Anno 1510. obiit. Reliquit Notas in Perſium, Ovidium, Statium Juvenalem, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 78.*

BRITANNICUS (Marcus) librum titulo, Mundus alter & idem, Ultraject. Anno 1643. edi curavit.

BRITANNUS (Rob.) Atrebas, An. 1540. floruit. Exaravit encomium agriculturæ: librum de parcimonia: & notas in Quintilianum. Videatur *Sweertius, pag. 635.*

BRITANORIUS (Manil. Ant.) vixit tempore Sixti IV. & Julii II. Fuit Latinè Græcèque diſertus, Philoſophus, JCtus, morumq; ſanctimonia inſignis, vatesq; ſemper verus, uti habetur in ejus *Epitaphio.*

BRITIUS (Fabric.) edidit Synopſin Scripturæ univerſæ, Genevæ, Anno 1645.

BRITIUS (F.) Rhedonenſis, Epitomen Annalium à M. C. usq; ad Incarnationem Domini JESU CHRISTI, Romæ, An. 1655. in 4. publicavit.

BRITIUS (Paulus) compoſuit Seraphicæ ſubalpinæ D. Thomæ Provinciæ monumenta, Taurini, Anno 1647. fol. edita. Videatur *Wadding. in Scr. Ord. Minor. pag. 372.*

BRITO (Guil.) Armoricus, carmine Heroico panxit XII. libros Philippeidos, ſive de geſtis Philippi, Regis Galliarum. Edidit eum *Caſp. Barthius*, addito luculento Commentario. Vid. *Barthius in Claud. pag. 166. 44. 577.*

BRITO (Herveus) ſcripſit in 4. libros Sententiarum. Anno 1325. obiit.

BRITUS (Bernh.) Philippi III. Hiſp. Regis Archihiſtoriographus, Anno 1617. obiit. Reliquit tres Tomos Monarchiæ Luſitanæ. Vid. *Carolus Viſch, in Scr. Ciſterc. pag. 49.*

BRIUNTES (Conſalv.) JCtus, ſcripſit de Servi-

Servitute, in Remp Rom. iterum introducenda, An. 1626.

BRIXIANUS (Barthol.) tempore Friderici II. Imp. claruit. Condidit librum de Urbibus Italiæ.

BRIXIANUS (Theophilus) Dialogum contexuit verſibus hexametris de vita ſolitaria & civili, eumq; Guidoni Ubaldino Monferetrio, Urbini Duci, dedicavit.

BRIXIENSIS (Guil.) Aggregator dictus, edidit Practicam omnium ægritudinum, An. 1508.

BRIXIUS (Germ.) Antiſſiodorenſis, Laſcaris diſcipulus, Anno 1537. floruit. Ex Chryſoſtomo S. Babylæ martyris vitam, & libros ſeptem de Sacerdotio in Lat. ſermonem tranſtulit, teſte *Jovio, numero 140.* Carmina ejusdem leguntur, *T. 1. Del. Gall. p. 720. Eraſmus in Cic. pag. 171.* Germ. Brixius (inquit) vir pari dexteritate in utraq; lingua, ſive carmen pangere velit, ſive proſam orationem condere: nec minus felix Græcis in Lat. linguam transferendis. Videatur *Sammarthan. pag. 9.*

BRIZENNIUS (Ildefonſus) Indus Chilenſis, ſcripſit in lib. Sententiarum Scoti, Tomis duobus. Prodiit iſte liber Madriti, Anno 1638. fol. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Minor. pag. 187.*

BROCARDUS (Bonav.) Argentoratenſis, An. 1283. claruit, & deſcriptionem Terræ Sanctæ edidit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 92.*

BROCARDUS (Jac.) Anno 1583. floruit. In Geneſin & Apocalypſin commentatus eſt.

BROCARDUS (Marinus) Venetus, ſcripſit de morbo Gallico.

BROCHÆUS (Guil.) Limburgius, Anno 1583. obiit. Extat ejus Tr. de lege & libertate Chriſtiana. Vid. *Alegambe, pag. 169.*

BROCHARTI (Barth.) Normandus, Syriæ & utriusque Arabiæ amplam Chorographiam exaravit, teſte *Wadding. de Scr. Ord. Min. pag. 82.*

BROCHMAND (Chriſt.) Caſp. Fil. librum compoſ. de decrementis Imp. Romani, Anno 1637. teſte *Bartbolino in Danis, pag. 24.*

BROCHMAND (Eraſmus) natus eſt, Anno 1619: obiit, An. 1662. Scripſit de præcipuis Lat. Ling. Scriptoribus. Vid. *Vindingius in Rect. Haſn. pag. 369. Bartbolinus in Danis, pag. 38.*

BROCHMAND (Eraſm.) Haſn. natus eſt, An. 1626: obiit, An. 1664. Edidit Ethicæ Hiſtoricæ ſpecimen. Vid. *Vindingius, pag. 436.*

BROCHMAND (Caſp.) Theologus celeberrimus, An. 1585. natus eſt: obiit, An. 1652. Compoſuit Syſtema Theologicum: Comm. in Epiſtolam Jacobi: Speculum veritatis, &c. Vid. *Spizelius in Templo Honoris, pag. 189. Bartbolinus in Danis, pag. 21.*

BROCHMAND (Joh.) natus eſt, A. 1621: obiit, Anno 1664. Videatur *Vindingius, pag. 430.*

BROCHMAND (Joh. Eraſm.) natus eſt, Anno 1594: obiit, Anno 1638. Emiſit προγύμνα Philoſophiæ Ariſtotelicæ. Videatur *Vindingius l. cit. pag. 289. Bartbolinus, l. c. pag. 70.*

BROCKHUYSEN (Benjam.) Oeconomiam corporis animalis compoſuit, Anno 1672.

BROCKTORF (Wülf.) nucleum Pandectarum juris Juſtinianei, An. 1673. edi curavit.

BROCQUART (Jac.) Thionvillanus, An. 1629. vixit. Veram philoſophiam Chriſtianam, mortis meditationem, ſtilo expreſſit. Vid. *Alegambe, pag. 194.*

BRODÆUS (Joh.) Turonenſis, celebris Philologus, An. 1563. obiit. *Thuanus*, eum Mathematicarum artium & ſacræ linguæ non mediocrem cognitionem habuiſſe, *lib. 35.* affirmat. Ejus Miſcellanea *Janus Gruterus* Tomo II. & IV. Lampadis Criticæ inſeruit. In Euripidem & Epigrammata Græca luculentum Comm. compoſuit. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 121. Colomeſ. in Gallia Orient. pag. 29. 267. Scaliger in Primis, pag. 23.* vocat virum maximum & doctiſſimum.

BRODÆUS (Thomas) Anglus, de Sabbato diſſertationem habuit.

BRODERICH (Steph.) ſcripſit de clade in campo Mohacz, in qua R. Ludovicus occubuit. Extat apud *Simonem Schardium, vol. 2. Germ. Script. pag. 218.*

BROECK (P. Adr.) Profeſſor Piſanus, Anno 1673. poëmata in lucem dedit. Vid. *Gr. Letus in J. R. pag. 483.*

BROECKERUS (Frid.) Antidotum errorum Conr. Vorſtii confecit, An. 1612.

BROEUS (Fr.) in Inſtitutiones Juris, Anno 1622. commentatus eſt.

BROGNOLUS (Bened.) Carmina Latina, quæ in verſione *Laërtii*, ab *Ambroſio Camaldulenſi* facta, occurrunt, teſte *Barthio in Claud. pag. 1090.* compoſuit. Vide, BRUGNOLUS.

BROGNOLUS (Cand.) Bergomas, natus eſt, An. 1607. Edidit Manuale Exorciſtarum, An. 1658.

BROGNONICUS (Franc.) Veronenſ. Medicus, Anno 1619. obiit. Reliquit Anatomica & Chirurgica. Vid. *Chioccus, pag. 156.*

BROIDÆUS (Phil.) JCtus, auxit notisq; illuſtravit *Fr. Polleti* Hiſtoriam Fori Romani, An. 1576.

BROMBACHIUS (Frid.) ſcripſit de Illuſtribus quibusdam familiis.

BROMTON (Joh.) Jorualenſis Abbas, Chronicon ſcripſiſſe creditur, quod Londini, Anno 1652. in folio prodiit. Editum eſt hoc Chronicon una cum aliis IX. Anglicæ hiſtoriæ ſcriptoribus à *Roger. Twisden*, conſerente ſymbolam *Seldeno*: qui annotat, Bromtonum non eſſe autorem Chronici, ſed ejus procuratione ſeu beneficio ad monaſterii Jorvalenſis Bibliothecam librum eum deveniſſe. Vid. *Reineſius in Epiſt. ad Daumium, pag. 167.*

de BROMYARD (Joh.) fuit ordinis S. Dominici Monachus. Summam Prædicantium compoſuit, 2. voluminibus. Eſt autem Alphabetum locorum communium, quo capita doctrinæ Chriſtianæ ſecundum literas Alphabeti explicantur. Prodiit hoc opus Norimbergæ, Anno 1485.

BRONCHORSTIUS (Everh.) JCtus, Anno 1554. natus eſt: denatus eſt, Anno 1627. Primò Witebergæ, deinde Erfordiæ jus docuit: tandem Leydæ *Hugoni Donello* ſucceſſit, ubi per XL. annos Profeſſoris munere perfunctus eſt. Scripſit quatuor Centurias legum, quæ in ſpeciem contrariæ eſſe videntur. Adhæc duas alias miſcellaneas Centurias controverſiarum Juris, & methodum Feudorum condidit: item, Comm. in Tit. de Regulis Juris. Mortuo *Cunæus* parentavit. Vid. *Revius in Hiſt Davent. pag. 668. Witte in JCtis, pag. 126.*

BRONCHORSTIUS (Joh.) Noviomagus, JCtus, Anno 1570. obiit. Ptolemæi octo libros de Geographia Latinè interpretatus eſt.

BRONDUS (Antiochus) Calaritanus, ſcripſit Comment. in Apocalypſin, Romæ, An. 1621. fol.

BRONIOVIUS (Mart.) An. 1579. floruit. Edidit Tartariæ, Tranſilvaniæ & Moldoviæ deſcriptionem, teſte *Zeillero.* Prodiit Coloniæ, An. 1595. fol.

BRONOW (Joh.) condidit prolixum Commentarium in Archimedis & Apollonii Pergæi ſectiones Conicas, Londini, Anno 1675. in 4.

BRONTIUS (Nicol.) librum de utilitate & harmonia artium, A. 1541. edi curavit.

BRONZERIUS (Joh. Hieron.) Medicus, natus eſt, An. 1577: obiit, Anno 1630. Scripſit de Calido innato, de principatu Jecoris: de variolis: item, duos Tomos cœleſtium Prognoſticorum. Vid. *Thomaſinus, part. 2. Elog. pag. 271.*

BRONZINUS (Chriſtoph.) Scirolenſis, librum edidit, quem Mulierum Gloriam nuncupavit. Vid. *Nic. Erythræus, part. 3. Pinacoth. pag. 111.*

BROOMANNUS (Lud.) à nativitate cæcus, artium liberalium doctor, Juris Candidatus, & Muſicæ princeps, An. 1597. Bruxellis obiit. Vid. *Voſſius, de 4. art. popul. pag. 93.*

BROSCIUS (Joh.) Apologiam pro Ariſtotele & Euclide An. 1652. publicavit.

BROSSARDUS (Joh.) Lemovicenſ. Anno 1636. obiit. Cum *Chamiero* ſcriptis dimicavit. Vid. *Alegambe, pag. 230.*

BROSTERHUSIUS (Joh.) edidit Catalogum plantarum horti Bredani, Anno 1647.

BROTBEQUIUS (Joh. Conr.) edidit Hymettum ſacrum, An. 1667. Tubingæ docet Medicinam.

BROTUFFIUS (Ern.) Chronicon Anhaltinum: item, Merſpurgenſe conſcripſit, teſte *Zeillero.*

BROUDINUS (Anton.) Armamentarium Theologicum, An. 1675. excudi fecit.

BROUGTONUS (Hugo) Anno 1612. obiit. Reliquit Commentarium in Danielem: item, Concentum Sacræ Scripturæ.

BROUN (Joh.) Cauſam DEI contra Antiſabbatarios ſcripto propugnabat, Anno 1675. Roterod.

BROUSTINUS (Steph.) Hanno ſcripſit Tract.

Tract. de quatuor hominis noviſſimis, An 1598.
BROWERUS (Chriſt.) Arnhemienſis, Anno 1617. obiit. Extant ejus Sidera S. Virorum, qui Germaniam ornarunt: Item, Antiquitates Trevirenſes. Vid. *Sweertius, pag. 176. & Alegambe, pag. 73.*
BROWERUS (Dominicus) edidit Iter vitæ, An. 1617. Colon.
BROWERUS (Joh.) Dominici à Soto Logicam & Phyſicam, teſte *Sweertio*, imprimi fecit.
BROWNE (Thom.) Anglus, Medicus, ſectæ *Browniſtarum* in Anglia autor, ſcripſit de Religione Medici. In eum Notas fecit *Lev. Nicolaus Moltke*, eques Mecklenburgenſis, An. 1665. Vid. *Placcius, pag. 27.*
BROXHOLMIUS, compoſuit ſermones in Catechein Perkinſi.
BRUCÆUS (Henr.) Flander, Medicus, natus eſt, An. 1531: obiit, Anno 1593. Roſtochii XXV. annis Mathemata docuit, & Medicinam exercuit. Reliquit 3. libros de primo motu: item, Tr. de Scorbuto.
BRUCHERUS (Joh.) Trecenſis, carmine famam ſibi peperit. Vid. *T. 1. Delit. Gall. pag. 794.*
BRUCHIUS (Ant.) à Königſtein, Noviomagenſis, An. 1541. obiit. Compoſuit Monoteſſaron in Evangeliſtas. Vid. *Waddingus, in Scr. Ord. Minor. pag. 34.*
BRUCIOLI (Ant.) quatuor Tomos Comment in univerſa Biblia, Venet. Anno 1540. evulgari fecit.
BRUCKNERUS (Hier.) ſcripſit reſolutiones aliquot inſignium quæſtionum, An. 1610.
BRUCKSILBERIUS (G.) edidit Memoriale Juridicum, An. 1652.
BRUDUS, Luſitanus, Med. ſcripſit de ratione victus in febribus, Anno 1544. Venet.
BRUEL (Gualt.) Praxin Medicinæ theoricam & Empiricam compoſuit, Anno 1579. teſte *Sweertio.*
BRUGGEMANN (Fr. Chriſt.) ſcripſit de ſtatus reip. Germ. ſecuritate & fato, Anno 1667.
de BRUGIS (Barth.) Medicus, in Aphoriſmos Hippocratis commentatus eſt. Exaravit etiam quæſtiones Logicas, nondum editas, teſte *B. Sauberto in Orat. de Bibl. Norimb. pag. 68.*
de BRUGIS (Jac.) An. 1320. claruit. Librum ſcripſit de Impaſſibilitate Animæ: item, de motu Intellectus.
de BRUGIS (Joh.) Tractatum de varietate Aſtronomiæ exaravit.
BRUGMANUS (Joh.) Belga, Anno 1473. obiit. Compoſuit vitam Sanctæ Lidwinæ.
BRUGNOLUS (Bened.) videtur idem eſſe cum *Brognolo.* Cornucopiæ linguæ Latinæ, Venet. Anno 1504. contexuit. *Muretus* aliquando *Joſ. Scaligero* dicebat, ſe vidiſſe in Templo quodam Venetiis ſepulcrum, cui hæc verba inſcripta fuerant: *Brugnolus, maximus ſui temporis Grammaticus.* Dictus *Scaliger in Primis, pag. 24.* ait, fuiſſe Noricum patria, profeſſione Grammaticum, hominem magni nominis, Præceptorem Benedicti avi ſui. *Julius Cæſar Scaliger* hunc Brugnolum aliquando ſibi in ſomnio apparentem habuit, quem tamen anteà ignoraverat. Carmen, quo ſomnium illud deſcribitur, extat in fine *libri de Heroibus.* Vide, BROGNOLUS.
BRUHESIUS (Pet.) Medicus, ſcripſit duas Epiſtolas de viribus Thermarum Aquiſgranenſium, An. 1555.
BRULIFER (Steph.) Maclovienſis, A. 1483. vixit. In 4. libros Sententiarum Reportata compoſuit. Scripſit etiam librum de S. Trinitate, ubi invehitur in Pictores, variis & impropriis modis S. Trinitatem depingentes. Bruliferi opuſcula Pariſiis, A. 1499. & 1500. prodierunt. Vid. *Waddingus in Script. Ord. Min. pag. 320.*
BRUMMERUS (Frid.) Lipſienſis, ſcripſit de Scabinis antiquis, Anno 1662. Idem ad legem Cinciam commentatus eſt.
BRUNACIUS (Gaudentius) ſcripſit de Cina Cina, Venet An. 1616.
BRUNÆUS (Rich.) edidit Monomachiam Thomæ Cantuarienſis & Henrici II. Regis de libertate Eccleſiaſtica, Anno 1626.
BRUNELLUS (Hieron.) Hebraicas, Græcas & Latinas literas multos annos in Gymnaſio Romano Soc. Jeſu magna cum laude docuit. Edidit Orationes aliquot *Joh. Chryſoſtomi* in Latinum ſermonem verſas, & Catenam in Ezechielem, ex Sfortianâ Bibliotheca productam. Vid. *Nic. Erythræus, part. 2. Pinacoth. 160. Alegambe, pag. 182.*

BRUNELLUS (Joh.) JCtus, ſcripſit de dignitate & poteſtate Legati: item, de homicidio.

BRUNELLUS (Sig.) reliquit Conſilia matrimon.

BRUNFELSIUS (Otho) Moguntinus, Medicus, A. 1534. obiit. Compoſuit illuſtrium Medicorum Catalogum: Pandectas Vet. & Novi Teſtamenti: Hiſtoriam Latinam, tribus Tomis, & alia. Extat in eum tale *Diſtichon:*

Te nato, defuncta fere medicina revixit:
Pœonii vindex nominis unus eras.

BRUNINGUS (Henr.) JCtus, ſcripſit de variis Univerſitatum ſpeciebus, A. 1609.

BRUNIUS (Lud.) Gandavenſ. An. 1483. vixit. Elaboravit Epitaphia & Epigrammata.

BRUNIUS (Vincent.) in Paſſionem Jeſu Chriſti commentatus eſt, Anno 1624. Colon.

BRUNNEMANNUS (Joh.) JCtus, natus eſt, An. 1608: obiit, An. 1672. Confecit Comment. in Pandectas. Vid. *Juſtus in Chron. Francofurt. pag. 32.*

BRUNNERUS (Andr.) Oeno Halenſis, Anno 1643. claruit. Edidit tres partes Annalium Boicorum: item, Nabuchodonoſorem. B. *Chriſt. Rupertus* ob ſtili elegantiam ſcripta ejus æſtimare ſolebat. Vid. *Alegambe, pag. 25. Zeillerus, part. 2. pag. 24.*

BRUNNERUS (Balth.) celebris Medicus & Chymicus, natus eſt, An. 1604. Emiſit Conſilia Medica.

BRUNNERUS (Georg. Ad.) JCtus, ſcripſit de Collatione Bonorum, ut & Synopſin locorum legalium.

BRUNNERUS (Martinus) Suecus, Profeſſor Upſalienſis, h. t. claret. Edidit Palæphatum cum Notis & Indice, Anno 1663. *Hallervordius* malè *Brummerum* appellat.

BRUNNIUS (Auguſt.) Annæmontanus. Anno 1607. libellum de Imperatorum, Regum, Epiſcoporum, &c. natalibus & emortualibus publicavit.

BRUNNORUS à Sole, JCtus, ſcripſit Conſilium criminale ad innocentium reorum propugnationem.

BRUNO, Aſtenſis, Cardinalis, An. 1125. obiit. Reliquit Notas in Pſalmos. Opera ejus prodiere, Venetiis, Anno 1662. Videatur *Olearius in Abaco, pag. 93.*

BRUNO, Colonienſis, An. Chriſti 1101. obiit. Hic primus Carthuſianum Ordinem fundavit & inſtituit, cùm ex Advocati cujusdam defuncti ore præſens audiviſſet, ipſum juſto DEI judicio condemnatum eſſe. Scripſit in Pſalmos, & omnes S. Pauli Epiſtolas. Vid. *Phil. Labbe, T. 1. Diſſert. de S. E. pag. 209. Olearius in Abaco, pag. 94.*

BRUNO, Herbipolenſis, A. 1045. mortuus eſt. Pſalmos commentario exornavit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 95.*

BRUNO, Monachus, tempore Henrici IV. Imperatoris floruit. Scripſit Hiſtoriam belli Saxonici, ſuo tempore geſti. Vid. *Zeillerus, part. 2. pag. 25.*

BRUNO (Jac.) Megalopolitanus, natus eſt, A. 1594: obiit A. 1654. Docuit Altdorfii Græcas literas & Philoſophiam moralem. Reliquit Notas in Agapetum, quas poſt obitum ejus Filius edi curavit.

BRUNO (Jac. Pancratius) Jacobi Filius, Altdorfinus, An. 1629. natus eſt. In patria Medicinam docet atq; exercet. Ad *Jeſſenii* Epiſtolam de Sanguine, A. 1670. commentatus eſt. Adornat etiam Lexicon Medicum.

BRUNSEMIUS (Pet.) Praxin methodicam ſacrificandi, Anno 1640. Mogunt. promulgavit.

BRUNUS, Longoburgenſ. edidit Chirurgiam magnam & parvam, An. 1499.

BRUNUS (Adr.) Gallus, ſcripſit Hymnos & Odas in honorem Sanctorum. Vid. *Alegambe, pag. 5.*

BRUNUS (Albert.) Aſtenſis, natus eſt, An. 1467: obiit, An. 1541. Exaravit Conſilia feudalia. Vid. *Guid. Panzirolus, in JCt. l. 2. c. 142.*

BRUNUS (Ant.) Anno 1625. obiit. Texuit Tract. de Entelechia vel immortalitate Animæ, Venet. Anno 1597. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 16.*

BRUNUS (Cœleſt.) de Venuſia, habuit diſputationes quodlibeticas, quæ impreſſæ ſunt, An. 1641. fol.

BRUNUS (Corn.) ſcripſit de Seditionibus, & Hæreticis, Anno 1550.

BRUNUS (Georg.) An. 1605. vixit. Condidit Theatrum urbium 5. voluminibus. Vid. *Sweertius, pag. 269. & Zeillerus, part. 2. pag. 24.*

BRUNUS (Joh.) Scotus, compoſuit Comment. in Benedictiones XII. Patriarcharum, Venet. An. 1601.

BRUNUS (Jord.) Nolanus, combuſtus eſt Romæ, An. 1600. teſte *Caſp. Conrado, millenario* 3. Vid. *Sorellus de Hom. perfectione, pag.* 459. Scripſit de triplici Minimo, libros quinq; item, de Monade, numero & figura.

BRUNUS (Leonh.) ab Aretio. Vide, ARETINUS.

BRUNUS (Lud.) Italus, JCtus, An. 1485. claruit. Condidit carmen de coronatione Maximiliani.

BRUNUS (Matth.) JCtus, de Ceſſione Bonorum ſcripſiſſe dicitur, An. 1591.

BRUNUS (Vincent.) ſacras Meditationes 3. Tomis complexus eſt, An. 1599. Vid. *Alegambe pag.* 442.

BRUSCHIUS (Caſp.) Egranus, An. 1518. natus eſt: periit An. 1569. inſidiis Nobilium quorundam, in quos ſcriptum editurus ferebatur. Vir doctiſſimus fuit, antiquitatisq; ſtudioſiſſimus. Scripſit egregium Tractatum de Monaſteriis, quem Anno 1551. Ingolſtadii publicavit. Vid. *Thuanus, l.* 90. & *Zeillerus part.* 2. *p.* 25. & *ſeq.*

BRUSCIOTUS (Hyacinthus) à Vetralla, Regulas, ad Grammaticæ normam redactas, pro captu faciliori idiomatis Congenſium, Romæ, Anno 1659. in 8. edi curavit.

BRUSONIUS (Fr.) dialogum Dyſphilum nomine Mantuæ edidit, Anno 1511. Vid. *Reines. ad Daum. pag.* 367.

BRUSONIUS (L. Domit.) ſcripſit Facetias, & Exempla. *Leopardus*, *Emendat* 12, 12. eum Græci ſermonis parum peritum fuiſſe, affirmat.

BRUSSELIUS (Philibert.) Machlinienſis, An. 1570. obiit. Compoſuit 4. libros de Conditionibus.

BRUSSIUS (Guil.) Scotus, edidit Diarium de Tartaris, fol. An. 1598.

BRUSTHEMIUS (Joh.) Trudonopolitanus, An. 1545. floruit. Deſcripſit res geſtas Epiſcoporum Leodienſium & Ducum Brabantiæ à tempore S. Martini usq; ad An. 1505. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag.* 195.

BRUTIDIUS Niger, Hiſtoricus, tempore Tiberii Imp. claruit. Meminit ejus *Tacitus l.* 3. *Annal.* ubi eum partim laudat, partim culpat. Ex Brutidii Hiſtoriâ quædam *Seneca* allegat, *Suaſor.* 6.

BRUTUS (Marcus) unus ex Julii Cæſ. interfectoribus, reliquit Epiſtolas Græcas, quas Henr. Stephanus, A. 1577. in lucem produxit. Vid. *G. A. Imboſ. in Pol. Græco, pag.* 11. *Suidas* ipſi Hiſtoriæ Polybianæ epitomen quoque tribuit. Vid. *Plutarchus in Bruto.* Librum de Officiis *Chariſius*, alium de Patientia *Diomedes* allegat. Vid. *Seneca epiſt.* 79. *Tacitus de Orat. c.* 21.

BRUTUS (M. Junius) JCtus, Anno U. C. 575. floruit. Septem libellos de Jure elaboravit. Vid. *Panzirolus in J Ct. l.* 1. *c.* 9. & *Bertrandus, pag.* 202.

BRUTUS (Joh. Mich.) Florentinus, Hiſtoriam IIX. libris complexus eſt. Vid. *Magius Miſcellan.* 5, 15. Extant Epiſtolarum ejus libri quinque.

BRUTUS (Pet.) Catharenſis Epiſcopus, An. 1485. claruit. Scriptò pugnavit contra Judæos. Liber impreſſus eſt Vincentiæ, An. 1489. fol.

BRUYERINUS (Joh.) Campegius, compoſuit Dipnologiam vel Sitologiam de rebus eſculentis & potulentis, An. 1606.

de BRUYN (Joh.) exaravit epiſtolam de natura lucis, An. 1663. Item, defenſionem *Carteſii* de dubitatione, An. 1670.

BRUXIUS (Ad.) edidit Simonidem redivivum, id eſt, res memoriæ & oblivionis, 1610.

de BRY (Joh. Th.) ſcripſit Introductionem in Vitalem Philoſophiam: Hiſtoriam Pannoniæ: & ſecularia Emblemata.

BRYCHOVIUS (Franc.) Brugenſis, reliquit Græca & Latina Carmina.

BRYLOVIUS (Caſp.) Pomeranus, natus eſt, An. 1585: obiit An. 1627. Argentinæ docuit. Publice propoſuit Dramata aliquot, ut Moſen, Eliam, Nebucadnezarem, Andromedam, Charicleam, Jul. Cæſarem, &c.

BRYSO, Βρύσων, Philoſophus, ἐν Οἰκονομικῷ, à *Stobeo ſerm.* 83. allegatur.

BUBALUS (Nic.) Venetus, ut Græcè doctus, celebratur. Vid. *Greg. Letus in It. Regn. p.* 177.

BUBALUS (Steph.) Romanus, vulgavit Commentationes Anglicas de Cancellariis, Lugd. An. 1522.

BUBOICUS (Joh. Nic.) An. 1496. vixit. Scripſit de origine & geſtis Turcarum.

BUBSTEN (Th. Steph.) Anglus, A. 1619. æt. 70. obiit. Primus Canarinum idioma in regulas & ordinem digeſſit. Compoſ. Grammaticam linguæ Canarinæ, cujus uſus eſt in India orientali: item, opus aliud, *Purana* nomine, in quo fidei myſteria

ria metro expoſuit, idiomate Indoſtano. Vid. *Alegambe pag. 437.*

BUCANUS (Guilh.) Theologus Calviniſta, Inſtitutiones Theologicas conſcripſit. Vixit An. 1602.

de BUCCABELLIS (Joh. Jac.) civis Romanus, Canonicus Lateranenſis, Rhetor eximius, poëta celeberrimus, Anno 1464. obiit. Hic pedum & ſyllabarum normam ita tenuit, ut nemo melius. Hæc ex ejusdem *Epitaphio.*

BUCCAFERREUS (Hieron.) JCtus, natus eſt, An. 1552: obiit, An. 1623. Inter omnes Italiæ JCtos primus & præcipuus judicatus eſt. Hoc peculiare habuit, quod in eadem Cathedra, in qua ipſe docuit, filium *Franc. Mariam* Jus publicè docentem viderit. Ingens Conſiliorum volumen conſcriptum reliquit. Vid. *Thomaſinus, part. 2. pag. 120.*

BUCCAFERREUS (Lud.) *Jul. Cæſ. Scaligeri, Fr. Pendaſiii*, & aliorum Præceptor, Philoſophus celeberrimus, An. 1545. obiit. *Franc. Zilletus* memorat, neminem vix primoribus labiis Philoſophiam attigiſſe judicatum, qui ſub Buccaferreo non militaſſet. Scripſit in libros Meteoron: in 1. librum Phyſicorum: item, de Generat. & Corrupt. Vid. *Thomaſinus l. 2. pag. 114. Bumaldus pag. 153.* Vide ſuprà, BOCCAFERREUS.

BUCCAFOCUS (Conſt.) Sarnanus, Card. An. 1595. obiit. Compoſ. Comment. in Univerſalia Scoti: Summam Theologiæ: Locos communes Theologicos: Comment. in Epiſtolam Johannis, & Epiſtolam S. Pauli ad Hebræos. Vid. *Waddingus, in Scr. Ord. Min. pag. 93.*

BUCCAPISCIUS (Jac.) JCtus, An. 1230. claruit.

BUCCASENUS (Nic.) in S. Matthæum, An. 1603. commentatus eſt.

BUCCELENIUS (Joh.) Brixianus, A. 1643. claruit. Officinam Epithetorum, appellativorum & nominum propriorum condidit: *Borri* relationem de Concincina Latinè transtulit. Vid. *Alegambe p. 230.*

BUCCELLUS (Joh. Maria) Conſilia Matrim. exaraſſe fertur.

BUCCINUS (Nic. Ang.) Baronio Cardinali parentavit.

BUCCIUS (Guilh.) Livo, An. 1622. innotuit. Catechiſmum idiomate Eſtonico elaboravit. Vid. *Alegambe p. 169.*

BUCCIUS (Pet.) Medicus, Ephemerides confecit. Verſu etiam Prognoſticon futuri temporis, teſte *Sandero in Gandav. Script.* expreſſit.

BUCELINUS (Gabr.) Benedictinus, paucis adhinc annis claruit. Edidit Nucleum Hiſtoriæ Univerſalis, 3. voluminibus, Genealogiam Principum, Aquilam Benedictinam, Rhætiam Sacram & profanam, Annales Benedictinos, &c. Vid. *Zeillerus part. 3. pag. 41.*

BUCERUS (Mart.) Seleſtadienſis, Theol. A. 1491. natus eſt: obiit A. 1551. Argentinæ publicè docuit viginti annis; inde in Angliam vocatus, Cantabrigiæ Theologiam docere juſſus eſt. Corpus ejus ſub Maria regina è terra effoſſum ac publicè exuſtum eſt. Eliſabetâ regnante, innocens pronunciatus & martyribus connumeratus fuit. *Contarenus Cardinalis* Bucerum tanta Theologicæ & Philoſophicæ doctrinæ ubertate inſtructum judicavit, ut unus omnibus Pontificiorum Doctoribus opponi potuiſſet. Vid. *Jac. Verheiden, in Elog. Theolog. pag. 73.*

BUCHANANUS (Dav.) ſcripſit Hiſtoriam animæ humanæ, An. 1636.

BUCHANANUS (Georg.) Scotus, natus eſt An. 1506: obiit An. 1582. Compoſuit paraphraſin Pſalmorum poëticam: item, Hiſtoriam Scoticam, quam tanta puritate, prudentia & acumine ſcripſit, ut ea ſcriptio non hominem in pulvere literario verſatum, ſed in media hominum luce & in tractandis reipubl. negotiis tota vita exercitatum redoleat, *Thuano l. 76.* judice. Vid. *Zeiller. part. 2. pag. 26. Lotichius in Bibl. poët. part. 4 pag. 20. Funccius T. 1. Orb. pag. 601.*

de BUCHE (Chr.) Thuringus, An. 1183. obiit. Vitam & geſta Frid. Barbaroſſæ, Imp. ſtilo expoſuit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 106.*

BUCHERIUS (Æg.) Atrebas, ſcripſit doctrinam temporum, An. 1634. Gregorium verò Turonenſem Notis illuſtravit. Videatur *Alegambe, pag. 7.*

BUCHERUS (Caſp.) AntiMenippum edidit, An. 1617. Tubing.

BUCHHOLTZ (Chr. Joach.) JCtus, ſcripſit de Matrimonio cum defunctæ uxoris ſorore, contra *Michaëlem Havemannum*, An. 1662.

BUCHHOLTZ (Andr. Henr.) Ethicam, An. 1641. item, librum de Indulgentiis, An. 1657. exaravit.

BUCHIUS (Dominicus) Catharenſis, Anno 1530. vixit. In Pſalmos pœnitentiales & quatuor cantica Novi Teſtamenti commentatus eſt.

BUCHIUS (Phil.) edidit Fabulam Hæreſeos Prædeſtinatorum, An. 1676.

BUCHLERUS (Joh.) à Gladbach, Inſtitutionem Poëticam: item, ſententias Proverbiales promulgavit.

BUCHNERUS (Aug.) Profeſſor Eloquentiæ Witteberg. natus eſt, Anno 1591: obiit, An. 1661. Scripſit Programmata, Orationes, Tractatum de commutata dicendi ratione, &c. Theſaurum *Fabri* longe auctiorem reddidit.

BUCHNERUS (Ulr.) Werthemio-Francus, Anagrammatiſmos & alia carmina compoſuit. Vid. *T. 1. Delit. Germ. pag. 825.* Confer *J. P. Lotichium, parte 3. Bibl. Poët. pag. 196.*

BUCHOLZERUS (Abrah.) Schonavienſis, celebris Theologus & Chronologus, natus eſt, A. 1529: obiit, A. 1584. Reliquit Chronologiam, Iſagogen Chronologicam, Epiſtolas Chronologicas, Ideam boni Paſtoris, &c. *Quidam* affirmabat, univerſam antiquitatem in Bucholtzeri pectuſculo latuiſſe reconditam. Vid. *Thuanus, l. 10.* Confer *Hanckium in Scr. R. R. part. 1. pag. 241. Quenſtad. pag. 231.*

BUCK (Jac.) Anglus, de octo Beatitudinibus commentatus eſt.

BUCOLDIANUS (Gerard.) Phyſicus Regius, compoſuit Hiſtoriam puellæ, quæ ſine cibo & potu vitam aliquamdiu tranſegit. Extat apud *Simonem Schardium, vol. 2. Germ. Script. pag. 618.* Item, Notas in quaſdam Ciceronis Orationes.

BUCRETIUS (Dan.) Uratislav. Sileſius, A. 1610. claruit. Vide, RINDFLEISCH.

BUDÆUS (Guil.) Pariſienſis, An. 1540. obiit, ætatis 73. Scripſit librum doctiſſimum de Aſſe: item, Commentarios Græcos, multa eruditione refertos. *Eraſmus* eum *Portentum Galliæ* vocare ſolebat. Condito teſtamento, (inquit *Jovius in Elog. numero 97.*) omnes honores funeris & tumuli penitus abdicavit, ita ut, cum numeroſa proles eum lugeret, noctu tumularetur. Unde poeta quidam (*M. Salmonius*) ſic ludebat:

Budæus voluit media de nocte ſepulcro
Inferri, & nullas prorſus adeſſe faces.
Non factum ratione caret. Clariſſima quondam
Ipſe ſibi lampas luxq; coruſca fuit.

Budæi opera omnia, tribus Tomis impreſſa, prodierunt, An. 1557. Vid. *Giſan. in Obſ. L. L. pag. 510. Sammarthanus in Elog. pag. 4.*

BUDÆUS (Lud.) Guilielmi filius, Anno 1550. claruit. Pſalmos tranſtulit, & notulis auxit. Vid. *Colomeſius, in Gall. Orient. pag. 15.*

BUDDENUS (Joh.) de rep. Anglorum commentatus eſt, libris tribus.

BUDELIUS (Renerus) Ruræmundanus, JCtus, ſcripſit tractatum de moneta & re nummaria, An. 1591.

BUDERICUS (Arnold.) An. 1417. floruit. Extant ejus *XII.* odarum libri de laude DEI. Vid. *Sweertius, pag. 121.*

BUDERICUS (Jac.) edidit librum de Venenis, Venet. An. 1588.

BUDL (Pet.) doctrinam *Bellarmini* Chriſtianam in linguam Albanenſem traductam, Romæ, A. 1644 typis mandavit.

BUDINA (Sam.) Labacenſis, Sigethi expugnationem Turcicam deſcripſit. Extat ea apud Simonem *Schardium, vol. 4. Germ. Script. pag. 25.* Confer *Cruſium in Germano Græcia, pag. 318.*

BUDOWETZ (Wenceſl.) Baro, Pragæ, Anno 1621. capite truncatus eſt. Circulum Horologii Solaris & Lunaris, i. e. Synopſin Hiſtoricam, Typicam & myſticam, repræſentantem ex Vet. & Novo Teſtam. continuam præcipuarum Eccleſiæ & mundi mutationum ſeriem, An. 1616. vulgavit.

BUECKELIUS (Joh.) Helmondanus, Anno 1620. floruit. Scripſit ſcholam pacis, & libellum de Intentione.

BUGATTUS (Caſp.) Anno 1576. claruit. Extat ejus Univerſalis Hiſtoria. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 69.*

BUGELIUS (Jac.) ſcripſit Notas in quaſdam orationes Ciceronis.

BUGENHAGIUS (Joh.) Theologus, natus eſt, Anno 1485: obiit, Anno 1558. Wittebergæ Theologum egit. Inde à Daniæ rege Hafniam vocatus, loco ſeptem Epiſcoporum Daniæ ſeptem Superintendentes ordinavit. Idem, ſingulis annis eo die, quo Lutherus Bibliorum translationem abſolverat, amicos ſolenni convivio excipere, & quaſi natalem translationis Biblicæ ſolitus fuit cele-

celebrare. Vid. *Melchior Adamus in Theol. pag. 318. Verbeiden, in Elog. pag. 35.*
de BUGIS (Pet.) ſcripſit de Myſterio Incarnationis, Lugd. An. 1668.
BUGIUS (Jac.) inter literatos locum habere meruit. Vid. *Sammarthanus, p. 145.*
BUGNYON (Phil.) edidit Tractatum Legum abrogatarum in Gallia, An. 1666.
BUISONIUS (Joh.) Hanno, ſcripſit Harmoniam Evangelicam Romæ, A. 1576.
de BUISSON (Lud.) Herculem Chymicum, An. 1661. imprimi fecit.
de BUITRON (Joh.) compendium Theologiæ Moralis, Paris. Anno 1656. evulgaſſe fertur.
BULÆUS (Chriſt.) Anno 1630. claruit. Carmina Juvenis edidit, quibus Charitillæ titulum impoſuit.
BULÆUS (Oliv.) ſcripſit Methodum diſcendi linguam Sanctam ſine punctis, Anno 1653.
BULAGERUS (Nicol.) JCtus, Anatomen Inſtitutionum Imperialium, Anno 1617. fol. publicavit.
BULDRINUS (Thomas) A. 1602. floruit. Reliquit Orationes.
BULENGERUS (Pet.) Trecenſ. ſcholia in Apocalypſin, Anno 1589. adornavit. Vid. *Sammarth. pag. 44.*
BULGARINUS, Senenſis, JCtus, A. 1452. natus eſt; obiit Anno 1494. Elaboravit erudita Commentaria in Jus civile. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 2, 134.*
BULGARUS de Bulgaris, JCtus, A. 1140. floruit. Commentarium in Regulas Juris concinnavit. Vid. *Guido Panzirolus l. c. 2, 15. & Bumaldus, pag. 41.*
BULGETIUS (Attilius) de Affectionibus cordis, Patav. A. 1657. commentatus eſt.
BULIUS (Nic.) Hornanus, Anno 1615. obiit. Reliquit Epigrammata.
BULLÆUS (Ant.) emiſit Conſilia Juris: item, Diſcurſus Politicos, An. 1621.
BULLIALDUS (Iſmaël) edidit Aſtronomiam Philolaicam, An. 1645. *Menagius ad Laërt.* vocat doctum opus ac laborioſum. Item, *Theonis Smyrnæi* Aſtronomica: tractatum de natura Lucis: & alium de judicandi facultate & animi principatu, Anno 1663. *Rhodius ad Scribonium* ipſum Græcarum literarum eximium cultorem appellat.
BULLINGER (Henr.) Helvetius, natus eſt, An. 1504: obiit, An. 1575. In functione Eccleſiaſtica *Hulderico Zwinglio* ſucceſſit, cujus etiam opera collegit, atq; publicavit. Bullingeri Scripta in decem Tomos digeſta ſunt. *Thuanus l. 61.* mitiore ingenio præditum, & ſummum Helveticæ Confeſſionis propugnatorem fuiſſe, tradit. Vid. *Jacobus Verbeiden in Elog. præſt. Theol. pag. 189.*
BULLINGERUS (Jul. Cæſ.) Juliodunenſis, An. 1628. obiit. Scripſit de Imperio & Imperatore: de Conviviis: de Pictura: de circo Romano: de Venatione Circi, de Theatro, de Oraculis, de auguriis. Opera ejus junctim edita Tomis duobus, An. 1621. Vid. *Alegambe, pag. 287. Hanckius de Script. R. R. pag. 281. Scal. in Exc. pag. 55.*
BULLINGERUS (Pet.) 8. libros Chriſtianarum Inſtitutionum, An. 1561. Lutet. edidiſſe dicitur.
BULLIOUDUS (Pet.) Anno. 1597. obiit. Elaboravit Notas in Evangelia.
BULLOCUS (G.) Anglus, A. 1557. vixit. Edidit Oeconomiam methodicam Concordantiarum S. Scripturæ, fol.
BULLUS (G.) confecit Harmoniam Apoſtolicam de Juſtificatione ex Operibus, Lond. An. 1671.
BULTELIUS (Gislen.) Clytius, carmina reliquit, teſte *Sweertio.*
BUMALDUS (Joh. Ant.) (alias *Ovidius Montalbanus* dictus) edidit Bibliothecam Bononienſem: Item, Bibliothecam Botanicâ, A. 1657. Vid. *Labbe in B. B. p. 20.*
BUMANNUS (Car.) Analyſin eorum, quæ Sacramentarii contra majeſtatem carnis diſputant, An. 1610. edi fecit.
BUNCKEN (Chr.) compoſuit Speculum optimi Medici, An. 1651.
BUNDERIUS (Joh.) Gandenſ. An. 1557. defunctus eſt. Scripſit compendium rerum Theologicarum: item, Scutum fidei orthodoxæ, teſte *Sweertio.*
BUNELLUS (Pet.) Toloſanus, exaravit Epiſtolas, An. 1581. Vid. *Sammarthanus pag. 51.*
BUNGEIUS (Thom.) Norfolcienſis, Anglus, An. 1290. claruit. Oxonii Theologiam profeſſus eſt. In Mathematicis ita exercitatus erat, ut Magus vulgò habitus fuerit. Scripſit de Magia naturali: item, quæſtiones Theologicas. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 323.*
BUNGUS (Pet.) Bergomas, Anno. 1601. obiit. Ejus Tract. de Myſteriis numerorum, Paris. impreſſus eſt.

BUNNIUS (Edmund.) edidit Compendium Inſtitutionum Calvini, Antv. Anno 1582.

BUNO (J.) Ideam univerſæ Hiſtoriæ, A. 1661. Item, Memoriale Inſtitutionum, An. 1672. edi curavit.

BUNTINGUS (Henr.) Hannoveranus, A. 1590. vixit. Magnam Chronologiam conſcripſit: item, Itinerarium Biblicum. *Quenſtadius pag. 237.* vocat virum eruditum, ingenioſum, induſtrium, & Chronologum inſignem. Vid. *Zeillerus part. 2. pag. 28.*

BUNWORTH (Rich.) Coſmographiam Phyſicam, Lugd. Anno 1650. typis commiſit.

BUONRICCIUS (Ang.) Venetus, in Matthæum, An. 1577. commentari cœpit.

BURAGUS (Lampus) fertur ſcripſiſſe Strategicon adv. Turcas, ad Nicolaum V. Pontif. Extat in Bibliotheca Beſſarionis, teſte *Naudeo.* Vide, BIRAGUS.

BURANA (Joh. Fr.) Veronenſ. A. 1539. floruit. Condidit Comment. in 1. Analyticorum. Vid. *Chioccus pag. 124.*

BURANUS (Amulius) Batavus, A. 1404. obiit. Extat ejus exhortatio de mutua charitate ſervanda.

BURATELLUS (Gabr.) ſcripſit Conciliationem controverſiarum Ariſtotelis & Platonis, Venet. A. 1573. item, Notas in Pſalmos pœnitentiales.

BURATTUS, (Matth.) JCtus, A. 1606. floruit. Reliquit Deciſiones.

BURCARDUS, Wormatienſis, A. 1026. obiit. Collegit ingens volumen Canonum, libris viginti. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 95.*

BURCHARDUS, à Rotenburg, reſtaurator Platonicæ Philoſophiæ, A. 1381. floruit. Ob ſingularem eruditionem *doctus Plato* dictus eſt, teſte *Edero.*

BURCHARDUS (Aaron) de ſenſu verborum, *I. Pet. III, 19.* commentatus eſt. Vix't An. 1608.

BURCHARDUS (Ant.) An. 1628. obiit. Compoſuit librum de deſcenſu Chriſti. Aphthonii Progymnaſmata quoq; enucleavit.

BURCHARDUS (Franc.) Lewenbergenſ. Scripſit de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti, An. 1587.

BURCHIELLATUS (Barth.) condidit Dialogos, Quæſtiones, Convivium ſeptem Phyſicorum: Breviloquia poetica: Tirociniorum poëticorum partem primam & ſecundam. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 23.*

BURCHIUS (Adrianus) Ultraject. Anno 1595. floruit Carmina ejus leguntur *T. 1. Delit. Belg. pag. 861.* Vid. *Sanderus in Brugens. pag. 13.*

BURCHIUS (Lambertus Vander) Ultraject. Anno 1617. obiit. Juxta *Sweertium* quatuor Tomos de Comitibus Flandriæ compoſuit.

BURCKHARDUS (Andr.) JCtus, ſcripſit de uſufructu, pignoribus & hypothecis.

BURCKHARDUS (Fr.) Colon. JCtus, Anno 1584. obiit. Reliquit librum, cui Titulus, Autonomia. Videatur *Sweertius pag. 240.*

BURCKLENERUS (Matth.) Theſaurum Hiſtoriarum publicavit, fol. An. 1612.

BURDELIUS (Henr.) de Conſilio ſapientis, An. 1669. commentatus eſt.

BURDINUS (Æg.) Vid. BOURDINUS.

BURELLUS (Laur.) Divionenſis, A. 1490. floruit. Librum elucubravit de Carmelitis.

BURELLUS (Rob.) ſcripſit pro Tortura Torti contra Becanum, Lond. A. 1611.

BUREUS (Andr.) Suecus, edidit orbis Arctoi deſcriptionem. Vid. *Scheferus in Upſal. pag. 401.*

BUREUS (Joh.) Upſalienſ. Anno 1614. claruit. Runicæ literaturæ apprime peritus fuit. Faſtos Runicos in lucem protulit. Videatur *Scheferus l. c. pag. 400.*

BURGENSIS (Paulus) de S. Maria, Judæus origine, fide Chriſtianus, tandem Epiſcopus factus, An. 1435. obiit. *Trithemius* vocat virum in divinis Scripturis ſtudioſiſſimum & valde eruditum, nec non S. Theologiæ Magiſtrum, qui in virili ætate ad fidem Chriſtianam converſus, vita & doctrinâ in tantum profecerit, ut inter omnes Hiſpaniæ doctores ſimilem ſuo tempore habuerit neminem. Compoſuit Scrutinium S. Scripturæ, ut & Additiones ad Nicolaum Liranum. Plura apud *Joh. Marianam l, 19. Hiſt. Hiſp. c. 8.* invenies. Confer *Ph. Labbe T. 2. diſſ. de Sacr. Eccleſ. pag. 169. Quenſtad. pag. 18. Caſaub. in Exercit. contra Baron. pag. 412.* Eum commendat ipſe *Lutherus T. 6. Witeb. Lat. pag. 308. 313.*

BURGERSDICIUS (Franco) An. 1590. natus eſt. Edidit Dilpp. Phyſicas. Videatur *Meurſius, in Athenis Batav. p. 340.*
BURGERUS (Joach.) ſcripſit Obſervationes Juris ſingulares, An. 1654.
BURGES (Ant.) Hiſp. de Emtione & Venditione, A. 1575. commentatus eſt.
BURGESIUS (Ant.) in Joh. cap. XVII. ſermones centum quadraginta quinque conſcripſiſſe dicitur.
BURGESIUS (Corn.) Tractatum de regeneratione per Baptiſmum elucubravit.
BURGEVILLIUS (Carol.) ſcripſit de immortalitate animæ & reſurrectione corporum.
BURGGRAVIUS (Joh. Erneſtus) edidit Βιολύχνιον: item, Achillem πανοπλον.
BURGHABERUS (Adam) tres centurias ſelectorum Caſuum conſcientiæ, An. 1665. in 8. publicari fecit.
BURGHESIUS (Joh.) Iprenſis Medicus, An. 1618. claruit. Demetrium Pepagomenum, Medicum Græcum, de Arthritide vel Podagra in lucem produxit.
BURGHESIUS (Paul. Guidottus) ſe 14. artibus præditum jactare ſolebat. In Poëſi non infeliciter verſatus eſt, adeò ut *Torquatum Taſſum* carminibus provocare non dubitaverit. Ad extremum in ſumma obiit miſeria. Vid. *Tollius de Inf. Lit. pag. 31.*
BURGIUS (Joh. B.) edidit Martem Sueco-Germanicum, An. 1645. Colon.
de BURGO (Aug. Gibbon) in 1. 2. Thomæ commentatus eſt, An. 1673.
BURGOLDENSIS (Ph. Andr.) ſcripſit ad Inſtrumentum Pacis, An. 1669. Item, notitiam rerum Imperii.
de BURGONOVO (Archang.) compoſ. Apologiam Cabalæ contra Garciam, An. 1600.
de BURGUNDIA (Ant.) edidit Lapidem Lydium mundi: Item, linguæ vitia & remedia, Emblematicè, An. 1631.
BURGUNDUS, JCtus, Piſanus, A. 1194. obiit. Græcè admodum peritus fuiſſe creditur. Vid. *Pignorius, in Symbol. Epiſt. pag. 154.* ubi ejus *Epitaphium* adducitur.
BURGUNDUS (Nicol.) JCtus, & profeſſor Ingolſtadienſis, natus eſt, An. 1586. Compoſuit Tractatum controverſiarum ad conſuetudines Flandriæ, Anno 1621. & alium, de Evictionibus. Scripſit quoq; Hiſt. Belgicam. item, carmina.
BURGUNDUS (Pet.) Gerardimontanus A. 1598. obiit. *Did. Stellæ* 3. libros de vanitatibus mundi contemnendis in Latinam linguam traduxit. Vid. *Alegambe, p. 373.*
BURGUS (Annas) A. 1559. Pariſiis combuſtus eſt. Vid. *Thuanus l. 23.*
BURHILLUS (Rob.) ſcripſit contra Becanſ controverſiam Anglicanam, Anno 1613. Lond.
BURIDANUS (Joh.) Bethunienſis, in Logicam & Ethicam Ariſtotelis commentatus eſt. Notum etiamnum in ſcholis de Buridano aſino Proverbium. Vid. *Sweertius, pag. 403.*
BURLA (J. Fr.) Placentinus, JCtus, Anno 1515. floruit. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. pag. 325.*
BURLÆUS (Guad.) Anglus, claruit An. 1330. Scripſit de vitis & moribus Philoſophorum: item, in Phyſicam Ariſtotelis, Venet. fol. Vid. *Zeillerus part. 3. biſt. pag. 44. Placcius pag. 251.*
BURLATUS (Hugo) librum de aſtutia vulpeculæ, Domini vineam demolientis, Paris. An. 1587. edi curavit.
BURMANNUS (Franc.) ſcripſit de moralitate ſabbati hebdomadalis, An. 1665. item, Oeconomiam fœderum DEI, Anno 1672.
BURMEISTERUS (Joh.) edidit Martialem renatum, vel Parodiarum ſacrarum libros VI. An. 1612.
BURNATHUS (Gilb.) reliquit diſſertationes Ethicas, Lugd. Bat. An. 1649.
BURNETUS (Thom.) V. BOURNETUS.
BURRATINUS (Titus Livius) à *Borrichio de Hermet. pag. 122.* celebratur.
BURRHUS (Fr. Joſeph.) Mediolanenſis, Aereum ſe Philoſophum jactabat. Ob heterodoxas quaſdam opiniones Romæ ab Inquiſitoribus fidei ad perpetuos carceres condemnatus eſt. Laudat ejus eruditionem *Olaus Borrichius, T. 3. epiſt. Thom. Barthol. numero 59.* Reliquit 2. epiſtolas, unam de cerebro: alteram, de curandis morbis oculorum: item, notitiam gentis Burrhorum, An. 1669. De erroribus hujus Burrhi *Taldenus* legi poterit *T. 1. Hiſt. in Appendice.*
BURRUS (Pet.) Brugenſ. An. 1507. obiit. Scripſit 4. libros Odarum: duos libros Epigrammatum & Elegiarum, teſte *Sweertio.*
BURSATUS (Franc.) JCtus, reliquit Conſilia, quatuor Tomis diſtincta, A. 1601.
BURSERUS (Joach.) ſcripſit librum de fontium

fontium origine, An. 1639. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 66.*

BURSIUS (Adamus) Samoſcienſis Academiæ profeſſor, Dialecticam Ciceronis edidit. In ea tres introducit, Stoicum, Peripateticum, Academicum; proq; tribus iſtis trium ſectarum Logicam exponit. Inter cætera (inquit *Voſſius*) hoc commodi præſtat, ut melius ex eo Cicero & alii intelligantur. Videatur *Voſſius de Nat. Log. c. 8. pag. 40.*

BURTIUS (Nic.) ſcr. Muſicam cum defenſione Guid. Aretini. Vid. *Hier. Magius, in Var. Lect. 1, 2.*

BURTONUS (Guil.) edidit Linguæ Græcæ & Perſicæ Hiſtoriam, Londini, Anno 1657.

BURTONUS (Henr.) ſcripſit Triumphum Veritatis de Tridento.

de BURY (Rich.) Dunelmenſis Epiſcopus, Edoardi III. Regis Cancellarius, compoſuit Philobiblon vel tractatum de amore librorum & inſtitutione, A. 1599. Extat in calce *Epiſtol. Philologicarum Melch. Goldaſti.* Vid. *Olearius in Abaco, pag. 406.*

BUSÆUS (Joh.) Noviomag. Anno 1611. obiit. Scripſit contra Swenckfeld. Videatur *Alegambe, pag. 230. Placcius, pag. 187.*

BUSÆUS (Pet.) Noviomagenſ. A. 1569. claruit. Summam doctrinæ Chriſtianæ *P. Caniſii* Scripturæ teſtimoniis & Patrum ſententiis, ut ajunt, illuſtravit. Vid. *Alegambe, pag. 374.*

BUSCA (Gabr.) de Architectura militari, A. 1598. commentatus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 98.*

BUSBEQUIUS (Auger. Gislen.) A. 1522. Cominiiin Flandria natus eſt: obiit, Anno 1592. Virtus ejus in Legationibus maxime enituit, quarum inſignes imprimis fuere Conſtantinopolitana & Amaſiana. Reliquit ſex Epiſtolas è Turcia: item, Orationem de bello Turcis inferendo. Vid. *Sweertius, pag. 147. Scipio Gentilis in Apolog. Apul. pag. 349.* vocat eruditiſſimum elegantiarum arbitrum.

BUSCHERUS (Heinzo) ſcripſit Exercitationes Theologicas contra Piſcatorem, An. 1594.

BUSCHIUS (Herman.) Dulmenſis, Orator & poëta clariſſimus, A. 1535. obiit. Literas Latinas variis in Academiis docuit, Heidelbergæ videl. Lipſiæ, Marpurgi & Lovanii. Perſii ſatiras Annotationibus illuſtravit. Coloniæ ad Clerum, de ignorantia & avaritia Clericorum, ſermonem habuit. Fertur etiam Plautinas decimationes conſcripſiſſe. Carmina ejus extant *T. 1. Del. Germ. pag. 833.* Confer *Sweertium, pag. 341. Eraſmus in Ciceroniano, pag. 580.* Hermannus Buſchius (inquit) in carmine pangendo felix, in oratione ſoluta magna vis adeſt ingenii, lectio varia, judicium acre, nervorum ſatis, ſed compoſitio Quintiliano proprior, quam Ciceroni.

BUSCHIUS (Joh.) ſcripſit de Origine Cœnobii Windeſemenſis: item, de Viris illuſtribus ejusdem Cœnobii. Prodiit iſte liber cura *Herib. Rosweydi*, Anno 1621. Antv. in 8.

BUSCHOVIUS (Joach.) edidit Additiones & Annotationes ad Lexicon Græcobarbarum *Joh. Meurſii*, Anno 1676.

de BUSCOVETERI (Adrianus) compoſuit Chronicon Leodienſe.

BUSDRAGIUS (Gerh.) ſcripſit de Aqua Benedicta, An. 1594.

BUSENBAUMIUS (Herm.) edidit Medullam Theologiæ Moralis, An. 1659.

BUSEREIT (J. B.) JCt. ſcripſit de Societate.

BUSENREUT (Joh.) Altdorfij Jura docuit. Natus erat, An. 1548: obiit, Anno 1610. Vid. *Cruſius in Germano-Græcia, pag. 231.*

BUSIUS (Joh.) Antverp. An. 1625. obiit. Reliquit librum de uſu Proceſſionum, teſte *Sweertio, pag. 405.*

BUSIUS (Paulus) Swollanus, JCtus, Anno 1621. claruit. Scripſit de officio Judicis librum ſingularem: de annuis reditibus libros duos: ſubtilitatum Juris libros ſeptem: de Republ. libros tres. Videatur *Sweertius, pag. 592.*

BUSLIDIUS (Hieronymus) JCtus, An. 1517. obiit Lovanii trium linguarum, Hebrææ, Græcæ, & Latinæ magnificum Collegium inſtituit, & in eo Profeſſoribus liberalia ſtipendia ordinavit. Struxit Carmina, Orationes, & Epiſtolas. Vid. *Valerius Andr. in Faſtis Lovan. 275.*

BUSMANNUS (Joh. Eberh.) Profeſſor

Helmſtadienſis, hoc tempore claret. Scripſit de antiquis Hebræorum literis.
BUSSENIUS (Ant.) Bredanus, Medicus, A.1553. floruit. Fecit Commentarium in in Galenum, de inæquali temperie.
BUSSERIUS (Gothofr.) Curio Rodelli, A.1220. vixit. Collegit vitas Sanctorum.
BUSSIER (Joh.) Bellijocenſis, Jeſ. edidit Scanderbegum: Monita Chriſtiana: Encomium Umbravallis, &c. Videatur *Funcius, T.1. Orbis, pag. 443.* Ejus Miſcellanea poëtica prodierunt, Lugd. An. 1675. in 8.
BUSSOLUS (Aurelius) Anno 1635. obiit. Scripſit de modo conſultandi in febribus putridis. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 33.*
BUSTAMANTIUS (Joh.) Complutenſis, Medicus primarius, Hiſtoriam animalium, quorum mentio in ſacris Bibliis occurrit, An. 1595. accuratè explanavit duobus Tomis, in 4.
á BUSTO (Bernhardinus) Mediolanenſ. A. 1500. claruit. Texuit Roſarium ſermonum, 2. Tomis. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 79. Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 55.*
BUSTRONIUS (Georg.) ſcripſit de Aſcenſione mentis ad DEUM, Græcè, Romæ, An. 1637. Vid. *Alegambe, pag. 154.*
BUSTUS (Lud.) Venetus, Anno 1640. edidit Anatomiam humani Nihili duabus partibus. Vid. *Alegambe, pag. 308.*
BUT (Adrian.) Hulſtenſis, An. 1468. floruit. Reliquit Hiſtoriam. Vid. *Hallerv. pag. 9.*
BUTAS in Cauſalibus, ab *Arnobio, l. 6. contra Gent.* allegatur. Scripſit Carmine elegiaco res Romanas. *Plutarchus in Romulo*, quædam inde allegat. Vid. *Voſſius, l. 1. Theol. gent. c. 12. pag. 95.*
BUTEO, aridus quidem declamator, ſed prudens diviſor controverſiarum *Senecæ controverſ. 13. pag. 123.* dicitur.
BUTEO (Joh.) Delphinas, celebris Mathematicus, Orontii Finei diſcipulus, An. 1564. obiit. Cum Præceptore de quadratura circuli acerrimè digladiatus eſt. Scripſit ad Franc. Turnonem Card. librum eruditiſſimum de Arca Noæ. Vid. *Thuanus, l. 36. Hieron. Magius*, in *Var. lect. l. 4. c. 2. & 20.*
BUTHILLERIUS (Dionyſ.) JCtus, de Infirmis reſignantibus, Pariſ. Anno 1624. commentatus eſt.
BUTIGELLA (Hier.) Papienſis, JCtus, An. 1515. obiit. Scripſit in 1. partem Codicis. Videatur *Guido Panzirolus, in JCtis, 2, 145.*
BUTIUS (Vicent.) Medicus, librum compoſuit de Potu calido & frigido, Romæ, An. 1653.
BUTKEN (Chriſt.) Antverp. Anno 1650. obiit. Struxit Tropæa, quà ſacra, quà profana ducatus Brabantiæ, libris 9. Vid. *Carol. Viſch. in Ciſterc. pag. 72.*
BUTLER (Carol.) edidit Hiſtoriam Apum, Londini, An. 1673.
BUTLERUS (Guil.) Anglus, Anno 1410. obiit. Scripſit de Indulgentiis: item, contra tranſlationem Anglicam Bibliorum, ſuo tempore factam. Videatur *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 151.*
BUTNERUS (Joh.) Methodum ſtudiorum condidit.
BUTNERUS (Wolfg.) vixit, An. 1576. Confecit hiſtoriarum Epitomen. Edita eſt Lipſiæ, An. 1596. fol.
BUTRIGARIUS (Barth.) JCtus, A. 1316 floruit. Reliquit Quæſtiones Juris.
BUTRIGARIUS (Herc.) Bononienſ. natus eſt, A. 1531: obiit, An. 1609. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 171.*
BUTRIGARIUS (Jac.) JCtus, An. 1310. floruit. Scripſit in Digeſtum Vet. & Codicem. Vid. *Gu. Panzirolus, in JCt. 2, 56.*
BUTRIGARIUS (Paulus) JCtus, Anno 1306. claruit. Exaravit aliquot Conſilia.
de BUTRIO (Ant.) JCtus, An. 1408. obiit. Comp. tractatum de Notorio: item, Commentarium in Decretales & Clementinas. Vid. *Panzirolus, l. 3. c. 25. Olearius in Abaco, pag. 41.*
BUTRIUS (Hier.) Florent. An. 1650. vixit. Collegit Nucleum Vet. Teſtamenti libris novem. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 170.*
BUTYRONUS (Joh.) de Ubriachis, Veronenſ. An. 1538. floruit. Vid. *Chioccus, pag. 129.*
BUXTORFIUS (Gerlach.) JCtus, Auream Bullam commentario illuſtravit.
BUXTORFIUS (Joh.) Senior, An. 1629. obiit. Edidit Theſaurum Grammaticæ Hebrææ: Biblia Hebraica, cum Targumim, Maſora, & Commentariis Rabbinicis: Bibliothecam Rabb. Synagogam: Epiſtolas Hebraicas, &c. Mortuo *Daniel Toſſanus* parentavit.
BUXTORFIUS (Joh.) Filius, natus eſt, A. 1599:

An. 1599: obiit, Anno 1664. Mortuo *Lucas Gernlerus* parentavit. *Maimonidis* More Nevochim Latinè tranſtulit: Concordantias Hebraicas, à Patre cœptas, perfecit: Lexicon quoque Chaldæo-Rabbinico-Talmudicum, quod Pater ultra medietatem non promoverat, continuavit & abſolvit: *Lud. Capellum*, edito Tractatu de Punctis, refutavit: eidem Anti-Criticam oppoſuit. Ut taceam Florilegium, Diſſertationes, Coſri,&c. Reliquit filium, *Joh. Jacobum Buxtorfium*, in profeſſione ſucceſſorem.

BUZELINUS (Joh.) Cameracenſis, Anno 1624. floruit. Edidit Gallo-Flandriam ſacram & profanam. Vid. *Sweertius, pag. 405. Alegambe, pag. 232.*

BUZENVALLIUS (Paul. Choartus) Henrici R. ad Belgas orator, cum Hagæ viveret, aut ipſe ad Scaligerum non rarò ventitabat, aut, hoc Hagam veniente, Græcum aliquem ſcriptorem exponentem cupidiſſimè audiebat. Videatur *Joſ. Scaliger, Epiſt. 133.*

BYSIELD (Nic.) ſcripſit in Epiſtolas Petri: item, de oraculis DEI & principiis Theologicis.

BYL (Joh.) Lovanienſis, An. 1590. obiit. De cura & anxietatibus Guardianorum, & ruina obſervantiæ commentatus eſſe dicitur.

BYTHNERUS (Victorinus) ſtruxit Clavem linguæ ſanctæ, Cantabr. Anno 1648. item, Lyram Davidicam, A. 1664.

BZOVIUS (Abrah.) Polonus, An. 1637. obiit. Multa ſcripſit. *Nicius* ait, vix duas integras paginas titulis referendis ſufficere. Ex eorum numero XIII. Annalium volumina eminent, quibus poſt *Baronium* res Eccleſiaſticas ab An. Chr. 1198. usq; ad hæc tempora proſecutus eſt. In his voluminibus *Ludovicum* Bavarum Imp. cenſoria auctoritate ex claſſe Impp. eijcere conatus eſt. Verùm, poſtulante Bavariæ duce, & tantam domui ſuæ injuriam factam querente, judicum ſententiis abolere, quod ſcripſerat, ac Ludovicum in integrum reſtituere coactus eſt, teſte eodem *Nicio, part. 1. Pinacoth. pag. 198.* Adde *Starovolſcium* in *Hecatontade, pag. 131.*

C.

CABALIAVIUS (Pet.) Apologiam pro libertate Eccleſiæ in exercenda diſciplina conſcripſit, Amſtelod. Anno 1642.

CABALLINUS (Caſp.) JCtus, ſcripſit de eo, quod intereſt: de Evictionibus: item, de Actionibus ædilitiis. Extat *T. 6. Tract. tract.* Aliàs vocatur, *Caſpar* de *Caballini cingulo.*

CABALLINUS (M.) Anconitanus, cum cauſa quadam cecidiſſet, ipſe ſibi violentas manus attulit. *Pierius de Infel. Literat. pag. 79.* ſumma doctrina & judicio virum appellat.

CABALLUS (Franc.) Brixienſ. ſcripſit de animali, Theriacam ingrediente. Anno 1506. floruit.

CABALLUS (P.) JCt. edidit 2. Centurias criminalium reſolutionum.

CABASILAS (Nicol.) Καβασιλᾶς, Theſſalonicenſis Epiſcopus, ſeculo XIV. tempore Joh. Cantacuzeni Imp. floruit. Compoſuit ſex tomos de vita in Chriſto, qui Ingolſtadii, Anno 1604. Latinè impreſſi ſunt. Fertur etiam adv. Thomam Aquinatem ſcripſiſſe de proceſſione Sp. Sancti. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. diſſ. pag. 114. Olearius in Abaco, pag. 313.* Extat & ejus Oratio contra Fœneratores, ab Höſchelio edita, An. 1595.

CABASUTIUS (Joh.) condidit Notitiam Conciliorum, Lugd. An. 1671.

CABEDIUS (Mich.) Hiſpanus, An. 1525. natus eſt; obiit, An. 1577. Græcis literis plurimam operam dedit, in quibus adeò profecit, ut eas non minus, quàm Latinas calleret. Adoleſcens Pariſiis primam Ariſtophanis Comœdiam, Plutum inſcriptam, in linguam lat. eleganter tranſtulit. Vid. *Lundorpius, l. 17. hiſt. p. 332.*

de CABEDO (G.) JCtus, edidit Deciſiones regni Luſitaniæ, Antv. A. 1610. fol.

CABERO (Chryſoſt.) Hiſp. A. 1649. claruit. Compoſuit magnum volumen Conſiliorum moralium. Adhæc in Logicam & Phyſicam commentatus eſt. *Car. Viſch. in Ciſterc. pag. 65.* vocat virum acutiſſimi ingenii.

CABEUS (Nicol.) Ferrarienſ. A. 1650. obiit. Scripſit de Meteoris: item, Philoſophiam Magneticam, fol. Vid. *Alegambe, pag. 351.*

CABILIAUS (G.) Flander, Anno 1570. floruit.

floruit. Compoſuit Hiſtoriam Cœnobii S. Petri Oudenburgenſis, teſte *Sweertio*.
CABILLAVIUS (Balduin.) Iprenſis, natus eſt, An. 1568. Condidit Epigrammata, Magdalenam, Epiſtolas Heroum & Heroidum, &c. Videatur *Alegambe, pag. 52. 549.*
CABOTERIUS (Arn.) Flander, Medicus, fertur carmina edidiſſe.
CABOTIUS (Vincent.) JCtus, edidit Diſpp. varias Juris publici, An. 1598.
CABREDO (Roderic.) Hiſp. An. 1617. obiit. Scripſit Concionem. Videatur *Alegambe, pag. 416.*
de CABRERA (Pet.) exaravit 2. Tomos in Tertiam Aquinatis, An. 1602.
CABRINUS (Joſeph.) Bergomas, A. 1655. claruit. Edidit Elucidarium Caſuum reſervatorum, An. 1670. Venetiis: Icones Sanctorum & Heroum: Directorium ordinandorum.
CABROLIUS (Barth.) compoſuit Alphabetum Anatomicum, An. 1604.
CACAERTUS (Dominic.) Teneramundanus, JCtus, An. 1548. obiit. Scripſit de materia Legatorum.
CACCIA (Auguſt.) Novarinus, inter doctos locum occupat. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 6.*
CACCIAGUERRA (Hieron.) ſcripſit de frequenti communione, A. 1586. Colon.
CACCIALUPUS (Car. Ant.) Bononienſ. poëta, An. 1500. vixit.
CACCIALUPUS (J. B.) à S. Severino, JCtus, Anno 1407. floruit. Scripſit de illuſtribus JCtis: de debitore ſuſpecto & fugitivo: de Pactis: de Transactione. Extat *T. 3. Tract. tract.* Vid. *Bumaldus, pag. 125.*
CACCIANIMICUS (Lucas) Bononienſ. A. 1603. innotuit. Vid. *Bumaldus, p. 150.*
CACCIAVILLANUS de Cacciavillanis, JCt. Bonon. A. 1200. flor. Addidit quædam ad Brocardicam Azonis ſummam.
à CACERES (Did. Spino) JCtus, edidit Speculum teſtamentorum.
CACHERANUS (Joſeph.) Theologiam aſſertivam, Lugd. A. 1673. fol. luci expoſuit.
CACHERANUS (Oct.) JCtus, reliquit Conſilia & Reſponſa, An. 1599.
CACHETUS (Chriſt.) controverſias in Aphoriſmos Hippocratis compoſuit, Tullii, An. 1612.
CACHETUS (Joh.) Lotharingus, Anno 1630. vixit. De horrore peccati mortalis nonnulla commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 232.*
CADAMUSTUS (Aloyſ.) Venetus, Anno 1504. claruit. Scripto navigationem ad terras novas expoſuit.
CADANA (Salv.) Taurinenſis, A. 1650. vixit. Condidit Sermones Quadrageſimales: item, Collectiones Bullarum. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 313.*
CADANEDUS (Jac.) Scotus, Profeſſor Patavinus, hodiè floret. Vid. *Gr. Letus, in It. regn. pag. 547.*
CADDUS, Κάδδος, ἱστοριογράφος, à *Suida* in χάριζω allegatur. Afferuntur ex eo nonnulla de Leone Macella Imp. Martiani ſucceſſore. *Thomas Reineſius* tamen *Suidam* emendat, & pro Κάδδος, Κάνδιδος legendum autumat. Videatur, CANDIDUS.
CADEUS (Joh. Andr.) Bergomas, Anno 1660. claruit. Scripſit Epitomen in doctrinam *Sanchez* de matrimonio: librum de opinione probabili: item, de ultimis voluntatibus: de Legatis, &c.
CADLUBCUS (Vincent.) Polonus, Epiſcopus Cracovienſis, Anno 1224. obiit. Primus hiſtoriam Polonorum literis conſignavit. Edita eſt, An. 1612. fol. Dobromili. Vid. *Carol. Viſch. pag. 315.* Confer *Zeillerum, part. 2. pag. 29.*
CADMUS, Κάδμος, Phœnix, ante bellum Trojanum vixit. Literas in Græciam intuliſſe, memorant. *Hornius l. 3. Hiſt. Phil. c. 4.* cum *Fr. Junio* Academias, quaſi *Cadmeas* à Cadmo dictas eſſe, autumat. *Alii* tamen ab Hecademo, Heroë Athenienſi, ita dici ſtatuunt.
CADMUS, Mileſius, ſenior, teſte *Joſeph contra Apionem*, paulo ante expeditionem Perſicam floruit. Condidit Origines Mileti & totius Joniæ, libris quatuor.
CADMUS, Mileſius, junior, ſedecim libros Hiſtoriæ Atticæ, juxta *Suidam*, compoſuit.
à S. CÆCILIA (Carolus) Neapolitanus, totum Ambr. Calepini Dictionarium memoria tenuit, & ordine recitare potuit, teſte *Carolo à S. Antonio.*
CÆCILIUS, Καικίλιος, Argivus Epopœus, ſcripſit Ἁλιευτικά, vel Piſcatoria, teſte *Suida, in* Καικίλιος. *Athenæus lib. 1. cap. 10.* vocat Καίκλιον, vitiosè. Videatur *Caſaub. in Athen. pag. 34.*

CÆCILIUS Bion, à *Plinio l. 18. c. 13.* laudatur.

CÆCILIUS (Statius) Mediolanenſis, Comicus Latinus, teſte *Hieronymo in Chronico*, Olymp. CL. claruit. *Ennio poëtæ* admodum familiaris fuit. *Cicero ad Atticum* vocat malum Latinitatis autorem: *Volcatius tamen Sedigitus* inter Comicos ei dat principatum, teſte *Agellio 15, 24. Horatius* ipſum à gravitate commendat: *Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.* Ejus fragmenta collegit *Rob. Stephanus.* Vid. *Caſp. Sagittarius, in Vit. Vet. Rom. pag. 31.*

CÆCILIUS (Sext.) Africanus, JCtus, tempore Adriani Imp. floruit. Reliquit XIX. libros quæſtionum. Videatur *Panzirolus, in JCt. pag. 41. Bertrandus, pag. 287.*

CÆCILIUS, Calactianus Siculus, Rhetor, tempore Auguſti & deinceps vixit. Quidam religione Judæum fuiſſe putabant, invito *Suida.* Scripſit de Hiſtoria: de Bello ſervili: Comparationem Cic. & Demoſthenis: item, de Demoſthene & ejus orationibus. Vid. *Langbainius ad Longin. pag. 8. & Jonſius, de Scr. Ph. Hiſt. 3, 1. pag. 216.*

CÆCINNA, videtur Phyſica ſcripſiſſe. *Seneca, in Q. N. l. 2. c. 49.* eum allegat. Et *cap. 56.* vocat virum facundum, qui habuiſſet aliquod in eloquentia nomen, niſi illum Ciceronis umbra preſſiſſet.

de CÆLESIA (Fr.) JCtus, edidit Singularia.

CÆLESTINUS, Hiſtoricus. Vide infrà, COELESTINUS.

CÆLICHIUS (Andr.) compoſuit Tractatum de Peccato Originali.

CÆLIUS (Marcus) Puteolanus, JCtus, tempore Ciceronis vixit. Vid. *Bertrandus, pag. 309.*

CÆLIUS Antipater, temporibus Gracchorum claruit, quemadmodum ex *Val. Max. 1, 7.* colligitur. Scripſit Hiſtoriam belli Punici, teſte *Cic. in Orat.* Adrianus Imperator eum Salluſtio præferebat, autore *Spartiano. Valerio* certus Hiſtoriæ Rom. autor dicitur. Videatur *Hanckius, part. 2. pag. 16.*

CÆLIUS Sabinus, tempore Veſpaſiani Imp. claruit. Reliquit librum de Edicto Ædilium Curulium, teſte *Agellio 4, 2.* Vid. *Bertrandus in JCt. pag. 306.*

CÆLIUS (Bichius) condidit Deciſiones fori Eccleſiaſtici, duobus voluminibus, An. 1672. fol.

CÆLIUS (Greg.) Pannonius, An. 1547. claruit. Extant ejus Collectanea in Apocalypſin, ex Vett. & recentiorum Commentariis petita.

CÆLIUS (Lud.) Videatur, RHODIGINUS.

CÆMARO, Καιμάρων, de rebus Indicis aliquot libros confecit, è quorum decimo *Plutarchus, libro de Flum.* fabellam quandam adducit.

CÆNEAS, Καινίας, à *Scholiaſte Pindari, pag. 248.* citatur.

CÆPOLLA (Barth.) Veronenſ. JCtus, obiit, An. 1477. Vid. *Gu. Panzirolus, in JCtis, 2, 113.*

CÆSALPINUS (Andr.) Arecinus, Philoſophus Peripateticus, diu Piſis docuit: tandem Clementis IIX. Pontif. archiater factus eſt. Obiit Romæ, Anno 1603. ætatis 84. teſte *Thuano.* Edidit quæſtiones Peripateticas: 16. libros de plantis: ut & de metallicis. A quibusdam *Ariſtoteles redivivus* appellatur,

CÆSAR (C. Julius) Strabo cognomine, inter Poëtas antiquos locum habet. *Cicero* teſtatur, ſua ætate aliquot ejus Tragœdias extitiſſe. Periit ſcelere hoſpitis, quem aliquando patronus defenderat, tempore factionis Marianæ. Vid. *Olandorp. pag. 422.*

CÆSAR (Cajus Julius) primus imperii Rom. monarcha, multa & varia ſcripta compoſuit, de quibus *Suetonius in ejus vita* legi poteſt. Ex his hodie ſeptem libri de bello Gallico, & tres de bello Civili ſuperſunt, qui à multis meritò æſtimari ſolent. Judicium Nob. Dn. *Praſchii* tale in *Roſeto* invenio: Julii Cæſaris ſtilum, imæ mediocriq; notæ exemtum, ſupra Tacitos etiam & Salluſtios in illa arce colloco. Neque enim me moratur forma externa: ſpiritum illum & fumantes igne nares, & arcanam majeſtatem, cujus pars eſt incredibilis brevitas, conſidero. Adeò verè proditum eſt, eodem animo dixiſſe Julium, quo pugnaverit: reperiri in ejus ſtilo τὸ γυναῖον: reperiri, quod ait *Fabius in 1. O.* vim, acumen, concitationem; ſplendorem etiam, ut eſt in *Dialogo de Corrupt. Eloquent.* Quare nec mirum, inimitabilem eum videri.

Lege *Hirtium Panſam*, *procem. lib. 8. de B. G.* Lege *Suetonii Julium*, *c. 55. 56.* Lege *Ciceronis Brutum*, & intelliges, quantus ſcriptor ille ſit. Nam, quòd prudentiam è verbis ejus non hauriri queritur *Lipſius*, quid aliud, quam cominus fatetur, Heroëm potius fuiſſe Cæſarem, quàm (quod Lipſio relinquere voluit) doctorem. Sed nimirùm Lipſio ſolus in oculis Tacitus. *Hæc ille.* Plura Cæſaris elogia ex diverſis autoribus *Whear in Relect. hiſt. pag. 128. & ſeq.* collegit. Confer *Mart. Hanckium*, *part. 1. pag. 31.*

CÆSAR (Franc.) Dixmudanus Flander. Anno 1293. floruit. Carmine vitam S. Bernardi expoſuit.

CÆSAR (Joach.) ſub nomine *Æſchacii Majoris* Scrutinium ingeniorum edidit. An. 1663.

CÆSAR (Joh.) ſcripſit Homilias in Joelem, Habakuk & Sophoniam.

CÆSAR (Joh. Bapt.) edidit illuſtrium JCtorum Conſilia, An. 1618. duobus voluminibus, fol.

CÆSAR (Philipp.) compoſuit librum de Uſura, An. 1588.

de CÆSARE (Raph.) ſcripſit Conſolationem animarum, in decem dialogos diviſam, An. 1599. Venet.

CÆSARIUS, Arelatenſis Epiſcopus, Anno 543. obiit. Reliquit 46. Homilias, de variis rerum divinarum argumentis. Vid. *Ph. Labbe*, *T. 1. Diſſert. pag. 214. Rivet. T. 2. Oper. pag. 1150. Olearius in Abaco*, *pag. 96.* Adde *Voſſium in Hiſt. Pelag. l. 1. c. 24.*

CÆSARIUS, Καισάριος, Gregorii Nazianzeni frater, ſeculo quarto floruit. Condidit quatuor Dialogos. Vid. *Labbe*, *l. c. pag. 217. Olearius*, *pag. 97.*

CÆSARIUS, Heiſterbacenſis, An. 1233. vixit. Extant duodecim ejus libri Dialogorum de miraculis. Vid. *Carolus Viſch. in Ciſterc. pag. 57. Rivetus*, *Tom. 2. Oper. pag 926. Olearius*, *pag. 98.*

CÆSARIUS (Arn.) edidit hortum honoris Beatæ Virginis Mariæ, Colon. Anno 1648.

CÆSARIUS (Dom.) Epiſtolarum quinq; centurias, Anno 1623. Bononiæ, typis exſcribi curavit.

CÆSARIUS (Joh.) Conſentinus, ſtruxit Poëmata, Venet. Anno 1562. Vid. *Tom. 1. Delit. Ital. pag. 501.*

CÆSARIUS, Joh.) Juliacenſis, An. 1550. ætatis 90. obiit. Fecit Comment. in *Jodoci Clichthovei* introductionem cognitionis terminorum. Vid. *Sweertius*, *pag. 406.*

CÆSENAS (Michaël) An. 1343. in Bavaria obiit. Exaravit varias epiſtolas contra Innocentium XXII. Pontif. quæ prodierunt, Lugduni, An. 1495. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 259.*

CÆSENNIUS Cepurica tractavit. Allegatur ſubinde à *Plinio*, *lib. 19.*

CÆSIUS Baſſus, Lyricus Poëta, Neronis tempore claruit. Vide, BASSUS.

CÆSIUS (Ang.) diſertiſſimus JCtus, in ſumma egeſtate & deſperatione periit. Vid. *Pierius Valer. de Inf. Lit. pag. 172.*

CÆSIUS (Angel.) Romanus, Anno 1630. claruit. In Phyſicis, moralibus & mathematicis multa elaboraſſe fertur. *Inter* maximè nota ſunt Apiarium, liber de cœlo, Metallophytum, Speculum rationis univerſale, &c. Iſte Cæſius (inquit *Nicius*, *part. 3. Pinacoth. pag. 103*) ad ſui aliorumq; exercitationem, publicam domi ſuæ Academiam inſtituit, quam *Lynceorum* nomine appellavit, in qua & ipſe, quoad vixit, principatum obtinuit.

CÆSIUS (Bernh.) Mutinenſis, An. 1630. peſte tactus obiit, ætatis 49. Scripſit de Mineralibus, An. 1636. fol. Vid. *Alegambe*, *pag. 65.*

CÆSIUS (Frid.) à Leone *Allatio*, *in A. U. pag. 90.* inter viros doctos refertur.

CÆSIUS (Guil. Janſonius) Amſtelodamenſis. Vide, BLAEUWIUS.

CÆSIUS (Philippus) edidit Cœlum Aſtronomico-poëticum, An. 1662.

CÆSOLLIUS (Jac.) Lombardus, ante 400. circiter annos vixit. Scripſit de ludo Schaccorum. Vid. *Barthius in Claudian. pag. 420. 1165.*

de CÆVALLOS (Hieronymus) JCtus, exaravit Speculum aureum communium opinionum: Item, Tractatum de cognitione per viam violentiæ in cauſis Eccleſiaſticis.

CAGNACENUS (Jac.) ſcripſit in C. quoniam contra, de Probationibus.

CAGNATIUS (Joh.) Tabienſis, A. 1524. claruit. Compoſuit Summam de caſibus conſcientiæ. Vid. *Olearius in Abaco*, *pag 266.*

CAGNATUS (Marſilius) Veronenſis, magni nominis Medicus, Patavii & Romæ medicinam publicè docuit. Ajunt, ipſum

ipſum in communi hominum converſatione ea frontis ſeveritate, eaq; oris taciturnitate fuiſſe, ut nullum ab eo hilaritatis ſignum, nullum penè verbum, cùm tamen alias in docendo facundiſſimus eſſet, elici potuerit. Scripſit de ſalubritate aëris Romani: de partu humano: de ratione curandi flores: de continentia in victu: de exercitio, &c. Quatuor libri variarum lectionum *Tomo 3. Lamp. Criticæ Gruteri* inſerti ſunt. Vid. *Nicius, part. 1. Pinacoth. pag. 97. Ghilinus, vol. 2. pag. 193. Chioccus, pag. 140.*

CAGNAZZUS (Joh.) An. 1523. claruit. Scripſit in Jus Canonicum. Vid. *Ghili. vol. 1. pag. 71.*

CAGNOLUS (Belm.) Ariminenſis, Canonicus, An. 1630. claruit. Orationem habuit de laudibus S. Gregorii. Verſu cecinit Martyrium S. Laurentii, Chriſti nativitatem, Mariæ ſalutationem, Aquilegiæ everſæ cladem, &c. Vid. *Sauſſay, pag. 238.*

CAGNOLUS (Hieron.) Vercellenſis, JCtus, An. 1551. obiit. Compoſuit 3. libros variarum enarrationum in Codicem & Pandectas: item, Epiſtolam de vita & regimine boni Principis. Vid. *Thomaſinus, part. 1. Elog. pag. 37. Guido Panzirolus 2, 170. Ghilinus, vol. 1. p. 114.*

CANAGNESIUS (Jac.) edidit centuriam elogiorum civium Cadomenſium, Anno 1609.

CAHIERUS (Vict.) ſuperiori ſeculo vixit. *Mareſ. T. 2. contra Tir. pag. 434.* ait, ex miniſtro Reformatæ Eccleſiæ Sorboniſtam, Kabaliſtam & Magum factum, ejusq; corpus à Diabolo ablatum eſſe, ut lapides vice illius ejus loculo condendi fuerint.

CAHLENIUS (Frid.) Exercitationes Ethicas, An. 1562. item, Lælapem, An. 1663. contexuit.

CAJETANUS (Conſtant.) Syracuſanus, An. 1616. claruit. Scripſit vitam Amalarii Fortunati: Scholia in vitam Iſidori, Ildephonſi, & Gregorii Card. item, Concertationem de 4. *libris Thomæ Kempenſis*, qua verus autor *Joh. Gerſon de Canabaco*, Abbas Vercellenſis, declaratur. Vid. *Leo Allatius in A. II. pag. 73.*

CAJETANUS (Henr.) edidit Grammaticam Syriacam Romæ, An. 1596.

CAJETANUS (Octav.) Syracuſanus, natus eſt, An. 1550: obiit, An. 1620. Sanctam Siciliam aliquot Tomis complexus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 358.*

CAJETANUS (Pet. Victor) Navarrus, An. 1610. obiit. Scripſit paradigmata quatuor linguis Orientalibus, Arabica, Armena, Syra & Æthiopica, Pariſ. Anno 1596. Videatur *Colomeſius, in G. O. pag. 144.*

CAJETANUS (Thomas) An. 1534. obiit. A *Sixt. Sen.* admirabilis Philoſophus & incomparabilis Theologus prædicatur. In extrema ſenectute totam Vet. & Novi Teſtam. molem, excepto Cant. Prophetis & Apocalypſi, ex Hebræa & Græca veritate expoſuit. *Arnoldus Boot*, Cajetanus (inquit) ſcripſit ingraveſcente ſenecta Com. in Pentateuchum, omnes libros hiſtoricos, Jobum, Pſalmos & Prov. ſenſui literali duntaxat intentus, idque ſecundum Hebr. veritatem: cujus linguæ ipſe quidem parum gnarus erat, ſed habebat ad manum homines hebraicè doctos, qui ad verbum omnia ipſi interpretarentur, non modò exactè, ſed ſuperſtitioſè ac ſæpè abſonè: id quod & expoſitiones conſimiles à bono viro haud raro elicuit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 457.* Vide, VIO.

CAILLET (Joh.) Duacenſis, A. 1628. exſpiravit. Sex Tomos, quibus illuſtria Sanctorum virorum exempla & facta per ſingulos anni dies digeruntur, typis exprimi curavit. Vid. *Alegambe, pag. 232.*

CAIMUS (Euſeb.) JCtus, A. 1640. condidit tres libros de Retractu.

CAIMUS (Jac.) Utinenſis, JCtus, Anno 1664. claruit. Scripſit de Dotibus: de Subſtitutionum natura: de Legato & fideicommiſſis: de jure accreſcendi, &c. Vid. *Gr. Letus, in Ital. regn. pag. 322.*

CAIMUS (Marcus Ant.) JCtus, edidit tres Tomos de in integrum reſtitutionibus.

CAIMUS (Pomp.) Utinenſ. Medicus, Anno 1631. vitam deſeruit. Reliquit tres libros de Calido innato: item, de indiciis Febrium putridarum. Opera ejusdem adhuc inedita *Thomaſinus, part. 2. Elog. pag. 266.* recenſet.

CAIMUS (Zach.) Conſilia Medica elaboravit.

CAJUS, Γάϊος, Presbyter Rom. Eccleſiæ, ſub Victore & Zephyrino vixit. Scripſit librum contra *Artemonis* hæreſin, & Proculum, Montaniſtarum defenſo-

ſenſorem: item, Labyrinthum, in cujus extremo teſtatur, ſe libri de univerſi natura autorem eſſe. Vid. *Photius, Cod. XLIIX. pag. 35.*

CAJUS, Scriptor Græcus, à *Stobeo* aliquoties allegatur, pro Lucilla, *ſerm. 64. 67.* contra Muſæum, *ſerm. 11.* & contra Artemiſium, *ſerm. 81. & 102.*

CAJUS, Arethuſius, Grammaticus, à *Phrynicho Atticiſta, pag. 81.* memoratur.

CAJUS (Joh.) Med. Anglus, An. 1573. obiit. Scripſit de antiquis Britanniæ urbibus: Hiſtoriam rariorum annimalium & ſtirpium: & Comment. in opera Frammigami.

CAJUS (Titus) JCtus, tempore Hadriani Imp. claruit. Scripta ejus *Bertrandus in JCtis, pag. 112.* curioſe enumerat.

CALA (Marcellus) JCtus, ſcripſit de modo articulandi & probandi, A. 1598.

CALABER (Quintus) poëta Græcus, texuit Paralipomena. *Calabrum* vocant, quòd in Calabria à *Beſſarione* Card. inventus eſſet. Alias *Cointus Smyrnæus* vocatur. Vide, COINTUS.

CALAGIUS (Andr.) Ann. 1599. claruit. Reliquit Biblidos 10. libros: Epigrammatum 7. Centurias. Fertur etiam ſcripſiſſe de Natalibus virorum illuſtrium.

CALAMÆUS (Edm.) edidit arcam viri pii tempore afflictionum.

CALAMÆUS (Joh.) regionem Biturgium deſcripſit.

CALAMATUS (Alex.) Silvam Concionatoriám, An. 1657. edi curavit.

CALAMINUS (Georg.) Sileſius: A. 1647. natus eſt: obiit, A. 1595. Euripidis Phœniſſas Latinitate donavit. Carmina ejus prodierunt Argentinæ, An. 1583. Scripſit etiam Tragœdiam, Rudolfottocarum dictam.

CALAMINUS (Pet.) de Sacramentis in genere, An. 1591. commentatus eſt.

CALANCHUS (Thom.) compoſuit repet. in Jure Civili.

CALANNA (Pet.) Philoſophiam Seniorum, Panormi, An. 1599. emiſit.

CALASANTIUS (Joſephus) Aragonenſis, An. 1548. ætatis 92. obiit.

à CALASIO (Marius) Samnis, obiit, A. 1620. ſeptuagenarius. Hebraicæ linguæ magnam notitiam XL. & plurium annorum labore adeptus eſt. Nullum tempus absq; lectione prætermittebat, nec absque Codiculo quodam Hebræo in populum vel in campos prodibat. Reliquit quatuor ingentes Tomos Concordanriarum Hebraicarum, quæ A. 1621. eo defuncto typis excuſæ ſunt, curante *Waddingo, quem vide, in S. O. M. pag. 249.*

CALCAGNINUS (Auguſt.) Anno 1648. claruit. Videatur *Aſpaſius in Aproſ. Bibl. pag. 262.*

CALCAGNINUS (Cælius) Ferrarienſis, Epiſtolicas quæſtiones compoſuit. *Jovius in Elog. numero 129.* ait, in pedeſtri oratione jejunum & ſcabrum, & ſine dulcedine numerorum affectatum habitum fuiſſe. Carmina ejus quære, *T. 1. Delit. Ital. pag. 509. Eraſmus in Ciceron. pag. 167.* Calcagninus, Rhodigino tum eruditione rum eloquentia ſuperior. *ſtilus* elegans & ornatus: ſed nonnihil *reſipiens* Philoſophiam Scholaſticam; quæ res hactenus officit, ut non poſſit inter facundos numerari, ſed nec inter Ciceronianos.

CALCANEUS (Laur.) Brix. JCtus, Conſilia reliquit, edita Mediolani, Anno 1509. fol. Vid. *Quenſtad. pag. 301.*

CALCEATUS (Joh.) ſcripſit quinq; libros de Paſſione Chriſti carmine.

CALCEOLARIUS (Franc.) Veronenſ. An. 1622. Muſeum edidit.

CALCHUS (Triſtanus) compoſuit Hiſtoriam Mediolanenſem, An. 1672. fol.

CALCINA (Alb.) JCtus, An. 1304. vixit. Reliquit Conſilia & quæſtiones.

CALCUS (Jac.) Ticinenſis, An. 1533. floruit. Scripſit de loco Purgatorii: de Genealogia Chriſti, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 71.*

de CALDAS (Franc.) Hiſp. JCtus. Ejus opera conſtant VII. Tomis, edita Anno 1664.

CALDEIRA (Lud.) Luſitanus, Novum Teſtamentum à Lud. de Azevedo, Æthiopicè verſum, recenſuit. Vid. *Alegambe, pag. 308.*

CALDENBACHIUS (Chriſt.) Siluas Tubingenſes edidit, unà cum libro Heroicorum, An. 1667. Tubingæ docet.

CALDERA (Caſp.) ſtruxit tribunal Medicum Magicopoliticum, A. 1658. fol.

CALDERA (Edw.) ſcripſit 4. libros Var. lect. Item, de erroribus Pragmaticorum, An. 1612. Madriti.

CALDERARIUS (Cæſar) in Canticum Mariæ, A. 1595. Ven. commentatus eſt.

CALDERIAS (Joh.) edidit Concordantias Poëtarum, Philoſophorum & Theologorum.

CALDERINUS (Cæſ.) Veronenſis, Dictionarium Italico-Latinum conſcripſit, An. 1599. in 4.

CALDERINUS (Caſp.) Bonon. JCtus, Anno 1365. floruit. Emiſit Conſilia.

CALDERINUS (Caſp.) junior, JCtus, A. 1446. claruit. Scripſit compendium Decreti: item, Conſilia.

CALDERINUS (Domitius.) Vide, DOMITIUS.

CALDERINUS (Joh.) Bonon. vixit, Anno 1360. In libros Decretales commentatus eſt. Vid. *Gu. Panzirolus in JCt. 3, 21. Olearius in Abaco, pag. 232.*

CALDERIUS (Pantaleo) Cremenſis, Anno 1509. claruit. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 152.*

CALDERWODUS (David) ſub nomine *Diodoclavii* aliquando latere voluit. Scripſit altare Damaſcenum. Vid. *Placcius, pag. 185.*

CALDORÆUS (Pyrrhus) edidit Epiſtolas Alexandri Magni, unà cum aliorum. Vid. *Reineſ. in Epiſt. ad Hofmann. pag. 312.*

CALECAS (Joh.) Καλεκᾶς, Conſtantinopol. Patriarcha, juxta quosdam ſeculo XI. claruit. Habuit ſermonem de Dominica ante Exaltationem crucis. Vid. *Olearius, in Abaco pag. 242.*

CALECAS (Man.) juxta *Bellarm.* A. 1375. claruit. Scripſit librum contra errores Græcorum pro Latinis, quem transtulit Ambroſius Camaldulenſis juſſu Martini V. Pontificis, & eum in quatuor libros partitus eſt. Vid. *Labbe, Tomo 2. Diſſert. pag. 44. Olearius, l. c. pag. 298.*

CALEFATUS (Pet.) Piſanus, JCtus, natus eſt, A. 1503. Reliquit librum de Nobilitate. Extat *T. 8. Tract. tract.* Vid. *Guid. Panzirolus in JCt. 2, 180.*

CALELLUS (Bernhardin.) Salentinus, de mundi creatione, Patav. Anno 1585. commentatus eſt.

CALENTIUS (Elyſius) Amphratenſis, compoſuit tres libros Elegiarum, libellum Epigrammatum, tres libros de bello Ranarum: Satiram contra Poëtas, &c. Opera ejus impreſſa ſunt Romæ, A. 1503. fol. Vid. *Jovius in Elog. numero 45.* Item, *Tollius, de Infel. lit. pag. 13.*

CALENUS (Nic.) deteſtationem Bacchanaliorum, An. 1591. exaravit.

CALEPINUS (Ambroſ.) Bergomenſis, A. 1513. obiit. Calepini nomen à Calepio, Cenomannorum opido, traxit. Scripſit Dictionarium Latinum, quod multorum manibus teritur. *Autor Apologiæ pro Poëtis Lat. apud Giſanium, pag. 505.* Lexicon hoc inſulſum & fœtidum appellat, additque, Calepinum omnia ex *Perotto Sipontino* ſumſiſſe, ita ut à ſe ne gry quidem in eo protulerit. Fertur etiam ſcripſiſſe de laudibus Venetiarum. De Calepino ita *nonnemo* ludere voluit:

> *Horrida Parnaſſi ſcopulis juga quisquis adire,*
> *Quisquis & Aonidum florida rura cupis:*
> *Muſarum cupidis conceſſus munere Divûm*
> *En Calepinus adeſt: hoc duce carpe viam.*

Vid. B. *Saubertus in Orat. de Bibliotheca, pag. 75. Ghilinus, vol. 1. pag. 9. Böclerus, in Diſſert. de Lexicis, pag. 112.*

CALEPINUS (Amb.) diverſus à priore, natus eſt An. 1618: obiit, An. 1662. Edidit tres Tomos Praxis eccleſiaſticæ Criminalis. Vid. *Donat. Calvus in Bergomat. pag. 37.*

CALEPINUS (Barthol.) Bergomas, formavit Repetitiones ſuper 2. Infortiati.

CALEPPIUS (Æmil.) Berg. Anno 1598. claruit. Scripſit de Canonicorum obligationibus & exemtionibus.

CALEPPIHS (Gius) Bergomas, natus eſt, An. 1608. De Simonia: item, de Obligatione circa Miſſas commentatus eſt.

CALERIUS (Ægid.) edidit Sportam fragmentorum.

CALEXIUS (Blond.) Ecphraſin Prognoſticorum Hippocratis, Anno 1575. promulgavit.

CALIDIUS (Luc. Jul.) elegantiſſimus poëta, vir bonus, optimisq; artibus eruditus à *Corn. Nepote in vita Attici, cap. 12.* appellatur. Eum à Volumnio inter proſcriptos relatum T. Pomponius Atticus liberavit. *Glandorpius* non Calidium, ſed *Calidianum* dicendum autumat.

CALIDONIUS (Mich.) ſcripſit in rubricam de Judiciis.

CALIGULA (Cajus) Imperator, teſte *Suida in Γάϊος*, artem Rhetoricam Latinè compoſuit.

CALISIUS (Gothofr.) edidit Synopſin metho-

methodicam diſcendi & exercendi jura, Anno 1659.

CALIXTUS, Placentinus, texuit enarrationes in Matthæum, Venet. A. 1574.

CALIXTUS, Neapolitanus, ſcripſit de triplici ſtatu animæ, Romæ, A. 1586.

CALIXTUS (Georg.) Holſatus, celebris Theologus, natus eſt, Anno 1586: obiit, Anno 1656. Helmſtadii Theologiam magno concurſu docuit. Scripta ejus multa ſunt & varia. Scripſit autem Compendium Theologiæ, Apparatum Theologicum, Concordiam Evangeliſtarum, Tract. de conjugio Clericorum: Notas in Acta & Epiſtolas Paulinas, Tr. de Reſurrectione, de Purgatorio, Hiſtoriam Joſephi, &c. Vid. *Grotius in Epiſt. ad Gallos, pag. 428.*

CALIXTUS (G. Ulricus) Helmſtadienſis, Georgii Filius, celebris Theologus, h. t. claret. Scripſit de DEO, & ejus Attributis.

CALLA (Bened.) Peruſinus, JCtus, in Decretales commentatus eſſe dicitur.

CALLANUS (Jul. Cælius) hiſtoriam Attilæ conſcripſit. Eam *Th. Bartholinus*, Danus, manuſcriptam habuit.

CALLIAS, Καλλίας, Athenienſis, Comicus ſuiſſe ſcribitur. Ejus fabulæ ſunt Αἰγύπτιος, Ἀταλάντη, Βάτραχοι, Κύκλωπες, Πεδῆται, Σχολάζοντες. *Suidas* autor eſt, hunc Calliam Σχοινίωνα dictum eſſe, quod ejus pater eſſet reſtio.

CALLIAS, Athenienſis, γραμματικὴν τραγῳδίαν, i. e. Tragœdiam Grammaticam edidit, teſte *Athenæo l. 10.*

CALLIAS, Lesbius, Sapphus & Alcæi verſus interpretatus eſt. Vid. *Strabo, l. 13. pag. 618.*

CALLIAS, Syracuſanus, de rebus Siculis commentatus eſt. *Suidas* ait, eum donis ab Agathocle, Siciliæ R. corruptum, planè omnia ad Regis arbitrium ſcripſiſſe, operamq; dediſſe, ut largitionem regiam laudibus ejus deprædicandis adæquaret. A *Pompejo Feſto in vocé, Roma,* allegatur.

CALLIAS (Auguſt.) ſcripſit Emblemata ſacra in Pentateuchum, A. 1591. item, Silvam myſteriorum Jehovæ. Carmina ejus continentur ex parte, *T. 1. Delit. Gall. pag. 796.*

CALLICERUS, Καλλίκηρος, inter Græcos poëtas locum habet. Vid. *Anth. Gr. Epigr. l. 2. c. 22.*

CALLICRATES, Καλλικράτης, Tyrius, Aureliani Imp. tempore vixit, cujus etiam vitam literis tradidit. *Vopiſcus* Græcorum longè doctiſſimum ſcriptorem appellat.

CALLICRATIDAS, Καλλικρατίδας, Pythagoricus, de familiarum felicitate, à *Stobæo ſerm. 83.* & *68.* allegatur.

CALLIDEMUS, Καλλίδημος, à *Plinio l. 4. c. 12.* & *Solino, c. 17.* laudatur.

CALLIERGUS (Zach.) Καλλίεργος, Cretenſis, Scholia in Theocritum collegit. Vid. *C. Barthius* in *Claudian. p. 454*

CALLIDIUS (Corn. Looſſæus) Gandavenſ. obiit, A. 1595. Scripſit Catalogum illuſtrium utriusq; Germaniæ Scriptorum, Anno 1582. Vid. *Ghilinus, vol 2. pag. 61.*

CALLIMACHUS, Καλλίμαχος, Cyrenæus, Poëta & Hiſtoricus, tempore Ptolemæi Philadelphi claruit, vitamq; usq; Ptolemæum III. Evergetam dictum, produxit. Scripſit Tabulam vel Ἀναγραφὰς eorum, qui in quavis diſciplina clari fuerunt. Conſtabat hoc opus CXX. libris. Laudantur ejusdem quoq; Αἴτια: ea tamen ut obſcuriſſimum opus *Martialis libro X. Epigr.* ſuggillat. Invenio, ipſum ſcripſiſſe etiam περὶ ὀρνέων, id eſt, de avibus. Vid. *Etymol. Magn. in* πελειά. Item *Schol. Apollonii, pag. 152.* Ἑκάλη ejusdem à Græcis ſcriptoribus compluries allegari ſolet, ab *Ammonio* vid. *de different. in* Τύννα: ab *Heſychio* in γηφάγοι: à *Suida* in ἀρμοῖ, αἴθ' ὄφελες, ἱμαῖον, κωλιάς, κωμῆται, σίδιος, σῦφαρ, à *Schol. Apollonii, pag. 155. Schol. Pindari, p. 26. Schol. Nicandri, pag. 60.* & aliis. Choliambos Callimachi *Etymologicum M.* in ἄλες, & *Scholiaſtes Theocriti, p. 43.* citant. Ex omnibus ejus ſcriptis (ſcripſiſſe autem fertur plusquam octingenta volumina) hodiè nonniſi pauci Hymni & Epigrammata ſuperſunt. Ajunt, Callimachum ubique artem ſecutum eſſe: unde ἀδιάπτωτος, i. e. qui errare neſciret, à veteribus dictus eſt. Vid. *Jonſius de Script. hiſt. Phil. 2, 5. pag. 133.*

CALLIMACHUS, Colophonius, ſcripſit de vita & ætate Homeri. Vid. *Euſebius de Præparat. Evang. 10, 11.*

CALLIMACHUS, Junior, verſus de Inſulis compoſuit. Vid. *Suidas.*

CALLI-

CALLIMACHUS (Philipp.) Florentinus, odio Pauli II. Pontif. (à quo in carcerem conjectus & tormentis miſerè excruciatus fuerat) in Poloniam conceſſit, tandemq; Cracoviæ, A. 1496. obiit. Sepulcro ejus *inſcriptum* inter alia:

Æneus eſt tumulus, mors ænea; & æneus ille,
Qui legit hæc ſiccis triſtia verba oculis.

Reliquit Hiſtoriam de Attila: item, tres libros de rebus ad Uladislao geſtis. Id opus *Jovius, in Elog numero 41.* adeò eleganter atq; exactè compoſitum eſſe aſſerit, ut omnes, qui à Corn. Tacito per tot ſecula id ſcribendi genus attigerint, ſuo judicio ſuperârit. Vid. *Cromerus, l. 30. rerum Polon. Zeillerus, part. 2. pag. 30. Gifanius in Obſ. L.L. pag. 405.*

CALLIMACHUS Experiens, ſcripſit de bello Turcis inferendo.

CALLINICUS, Καλλίνικ@, Sutorius cognomine, Arabs, profeſſione Rhetor, tempore Antonini Pii Imp. floruit, Athenisq; docuit. Scripſit πρὸς Φαυστῖνον ad Galenum: item, librum περὶ κακοζηλίας, ad Lupum. Plura ejus ſcripta *Suidas* enumerat. Vid. *Jonſius, de Scr. H. Ph. 3, 14. pag. 284.*

CALLINUS, Καλλῖν@, Poëta Elegiographus, ab *Athenæo, l. 12.* allegatur. Confer *Clementem Alexandr. l. 1. Stromat.* & *Strabonem, l. 13. pag. 604.*

CALLIOPIUS, in libris, calamo exaratis, memorari ſolet. Ei recenſio Terentianarum Comœdiarum adſcribitur. Quærunt eruditi, quis ſit ille Calliopius? *Caſp. Barthius in Adv. 6, 30.* exiſtimat, Alcuinum, magiſtrum Caroli M. hoc nomine venire, dictumq; eſſe à Calliope Muſarum maxima, ut diſtingueretur à reliquis Muſicis, organiteris nimirum & vocalibus cantoribus.

CALLIPHANES, Καλλιφάνης, Poëta, diverſorum carminum & orationum initia conſcribere ſolebat, eaq; ad tres aut quatuor verſus pronunciare & oſtentare, ut commentum ignorantibus multiſcius & eruditus videretur. Vid. *Athenæus l. 1. Suidas* in καλλιφάνης.

CALLIPHONUS, Καλλίφων@, inter omiſſos ab aliis Scriptores refertur à *Mallincrot. pag. 62.*

CALLIPPIDES, Καλλιππίδης, Hiſtoricus, *Straboni l. 12.* commemoratur.

CALLIPPUS, Κάλλιππ@, de rebus Orchomeniorum commentatus eſt. Eum *Pauſanias in Corinthiacis* allegat.

CALLISTHENES, Καλλισθένης, Olynthius, Philoſophus, ab Alexandro M. occiſus eſt. *Seneca, in quæſt. nat. l. 6. c. 23.* tribuit illi nobile ingenium. Libros reliquit, quibus deſcribit, quemadmodum Helice Burisq; merſæ ſint. Ab *Æliano in hiſt. Animal. l. 16. c. 30.* citatur. Conſule *Suidam.*

CALLISTHENES, Sybarita, Γαλατικὰ compoſuiſſe fertur. Vid. *Plutarchus de Fluminibus.* Confer *Stobæum, ſerm. 98.*

CALLISTRATUS, Καλλίστρατ@, orator, Platonis temporibus floruit. Eum, relicto Platone, Demoſthenes orator ſecutus eſt. Sententiam hujus Calliſtrati, ſummum bonum in voluptate ponentis, *Ariſtoteles Nicom. 10, 2.* refellit. Fors hic eſt, qui de Athenis librum condidit. Vid. *Meurs. de Ath. Att. lib. 1, 1.*

CALLISTRATUS, JCtus, ſub divis Fratribus & Severo Imp. vixit. Multa reliquit in Jure, quæ in Pandectarum fronte notantur. Vid. *Gu. Panzirolus in JCtis, pag. 67. Bertrandus, pag. 159.*

CALLISTRATUS, Grammaticus, Samiis, teſte *Tzetze in Chiliad. pag. 224.* primus XXIV. literas tradidit, cum anteà pauciores numerarent. *Athenæus l. 13.* Calliſtratum quendam allegat, qui περὶ ἑταιρῶν, i. e. *de meretricibus*, librum compoſuerit.

CALLISRATUS, ſcripſit expoſitiones Statuarum. Extat inter *Philoſtrati* ſcripta.

CALLISTUS, Κάλλις@, carmine Heroico geſta Juliani Cæſaris deſcripſit, quemadmodum *Socrates l. 3. hiſt. Eccleſ. c. 18.* refert.

CALLISTUS II. Papa Rom. præter Epiſtolas & Decreta, librum de miraculis S. Jacobi Apoſtoli reliquit, qui propè integer in *Vincentii Belluacenſis Speculo hiſtorico* extare dicitur.

CALLISTUS, Patriarcha Conſtantinop. condidit Encomium Johannis Ieiunatoris.

CALLISTUS (Andronicus.) Vid. *Mallincrot.* in Andronicus.

CALLISTUS (Nicephor.) Vide, NICEPHORUS.

CALLISTUS (Petrus) edidit Paſtorem Catholicum, Lugd. 1668. fol.

CALLIUS, ſcripſit de ſpoliis Eccleſiaſticis Romæ, fol.

CALLIUS (Auguſt.) ſiluam myſteriorum DEI, An. 1613. Sedani: Item, lib. de Euchariſtia, contra Coſterum promulgavit.

CALLIXENUS, Καλλίξενος, Rhodius, ab *Athenæo l. 5. & 11.* allegatur. Vid. *Photius Cod. CLXI.* item, *Meurſius in Rhodo, pag. 92.*

CALOCALONYMUS, Hebræus, Neapolitanus, de mundi creatione, Venet. commentari cœpit.

CALOVIUS (Abrah.) celebris Theologus, natus eſt, Anno 1612. Edidit 2. volumina Diſpp. in Auguſtanam Confeſſionem: item, Commentarium in Biblia, additis *H. Grotii Annotatis*, An. 1676. fol.

CALPHURNIUS (Joh.) Patavii bonas literas docuit. *Pierius Valerianus de I. L. pag. 53.* vocat virum rariſſimæ eruditionis. Scripta ejus ab Harpyiis ſurrepta ſunt.

CALPURNIUS Flaccus, edidit Excerpta X. Rhetorum minorum, h. e. Laudabilia vel Florida ex declamationibus decem Rhetorum, quos *minores* vocavit ad diſcrimen *majorum*, ex quibus ſua excerpſit Marcus Seneca. Vid. *Voſſius l. 1. Rhet. pag. 181.*

CALPURNIUS (L.) Piſo, cognomine Frugi, A. U. 620. claruit. Condidit Annales. Fragmenta Ant. Riccobonus & Ant. Auguſtinus ediderunt. Videatur *Hanckius, part. 2. de Scr. R. R. pag. 11.* Scripſit etiam de Continentiâ Virgiliana. Vid. *P. Merula in Ennium, pag. 41. & in præfat. 11, 15.*

CALPURNIUS (Titus) Siculus, poëta, tempore Cari Imp. vixit. Reliquit Eclogas ſeptem. Meminit ejus *Vopiſcus* Vid. *Glandorp. in O. R. pag. 193. Barth. in Theb. Pap. pag. 409.*

CALPURNIUS, in Phroneſi Comœdia à *Fulgentio Planciade, pag 250.* allegatur.

CALU (Joh.) exaravit Tract. de Principe, Anno 1600.

de CALVA (Mich.) edidit Aſſumta Prædicabilia, Colon. An. 1659.

CALVERT (Jac.) ſcripſit de reditu decem tribuum Iſraëliticarum: de converſione Judæorum, &c. Londini Anno 1673 in 4.

CALVERTUS (Thomas) in caput LIII. Eſaiæ commentatus eſt.

CALVETONUS (Urb.) texuit novi Orbis Hiſtoriam, Genevæ, A. 1600.

CAVETUS (J.C.) Stella, Hiſp. Scripſit de Aphrodiſio expugnato. Extat apud *Simonem Schardium, vol. 2. Germ. Scriptor. pag. 370.*

CALVINUS (Marc. Egnat.) à *Plinio 10, 41* allegatur.

CALVINUS (Joh.) aliàs *Kahl dictus*, Wetteranus, JCtus, in Academia Heidelbergenſi Profeſſor, Lexicon Juris abſolutiſſimum edidit. Item, Themidem Hebræo Romanam, An. 1595.

CALVINUS (Joh.) Noviodunenſis, Theologus, An. 1509. natus eſt. obiit, An. 1564. Eccleſiæ Genevenſi [illegible] annis præfuit. *Thuanus l. 36.* virum [illegible] ac vehementi ingenio, & admira[illegible] *facundia* præditum nominat. P[illegible] univerſam S. Scriptutam doctos Commentarios confecit. Opera ejus IIX. voluminibus continentur, Ge[illegible] An. 1592. fol. edita. Vid. *Jac. Verheiden in Elog. præſt. Theol. p. 107. Barlæus in Epiſt. pag. 71. Scaliger. in Exc. pag. 61.*

CALVINUS (Juſtus) emiſit ſex Tractatus Præſcriptionum adv. Hæreticos, Mog. An. 1602.

CALVISIUS Taurus. Vide, TAURUS.

CALVISIUS (Sethus) natus eſt, A. 1556. obiit, An. 1615. Chronologiam, opus æternitate dignum, edidit. *Joſephus Scalig. in Epiſt. 308.* eam ità commendat. Vivet, vivet opus hoc, ſacrarium temporis, ſcrinium æternitatis, perpetu[illegible] faſtorum conditorium. Jam deſitum eſt in Chronologia nugari. Nihil in eo ineptum, nihil futile. Omnia plana, perſpicua, ita inter ſe apta, ut ultima à primis pendeant, media utriſq; hæreant. Vid. *Spizelius in T. H. pag. 321. Caſaub. in Epiſt. 444.*

CALVIUS (Joh) Summam Caſuum Conſcientiæ, An. 1656. promulgavit.

CALVIUS (Pet.) Orationem renunciatoriam, Baſileæ, An. 1618. habuit.

CALVO (Fern.) ſcripſit 4. libros de Albeyteria, Alcal. An. 1602.

à CALVO (Mich.) Conciones, An. 1659. edi curavit.

CALVOLUS (Nic.) JCtus, communes concluſiones aureas, A. 1616. conſcripſit.

CALUSCUS (Joh. Fr.) Bergomas, An. 1630. claruit. Orationes & carmina edidit.

CAL-

CALVUS (Licinius) Vide, LICINIUS.
CALVUS (Donatus) Bergomas, natus eſt, Anno 1613. Scenam literariam de Scriptoribus Bergomatibus, in 4. An. 1664. publicavit.
CALVUS (Felix) A. 1661. obiit. Scr. de Aneuryſmate, cancroſis ulceribus, capitis vulneribus: item, Conſilia de Scirrho.
CALVUS (Jac.) de Alberto, Archipresbyter Tuſculanus, condidit Synaxin curæ animarum ex doctrina Thomæ Aquinatis. Prodiit Romæ, An. 1603.
CALVUS (Marcus Fabius) Ravennas, An. 1530. claruit. Latinis Græcisque literis egregie eruditus erat. Omnibus ſuis lucubrationibus & laboribus, quos in LX. Hippocratis libris traducendis edendisq; exhauſit, nec tantillum conſequi potuit, quod frugaliſſimæ alioqui vitæ neceſſaria ſufficeret. In Xenodochio miſerrimè mori coactus eſt. Opera ejus *Minitii Calvi* ſingulari cura conſervata ſunt. Hunc *Joh. Sinapius* Hippocratis perverſorem vocare ſolebat. Edidit etiam Romæ antiquæ ſimulacrum. Vid. *Hanckius, part. 2. de Scr. R. R. pag 132. & Pierius de Infel. Liter. pag. 157.*
CALVUS (Mich.) Concluſiones in Iſagogen Porphyrii, An. 1575. emiſit.
CALVUS (Nicol.) edidit Philoſophiam Magneticam, Colon. An. 1629.
CAMARELLIUS (Franc.) JCtus, Anno 1640 claruit. *Imperialis in Muſeo, pag. 210.* reſtatur, eum conltituiſſe ſecum ſilvam legum, pluribus diſtinctam Tomis, luci quamprimum tradere.
CAMARIOTA (Matth.) vixit tempore captæ Conſtantinopolis. Epitomen Hermogenis adornavit, quæ fertur extare inter manuſcripta Oxonienſis Bibliothecæ. Vid. *Scheferus ad Rhetoricam Anonymi, pag. 33.*
de CAMBACO (Joh.) ſcr. de ſenſibilibus deliciis Paradiſi. Vide, COMBACO.
de CAMBANIS (Vital.) JCtus, compoſuit Tract. de Clauſulis, Anno 1560. Extat *T. 18. Tract. tract.*
CAMBDENUS (Guilh.) ſcr. Comment. de Britannia: item, Hiſtoriam de rebus Eliſabetæ Reginæ. Vid. *Zeillerus, part. 2. pag. 31 Fureeius, T. 1. Orbis, pag. 579.*
CAMBELLANUS (Dav.) Gallus, Meditationes in Pl. X. L. & Cl. A. 1545. exaravit.
de CAMBIA (Joh.) Inſulenſis, Theſaurum Theologorum compoſuit.

CAMBILTON (Joh.) de ſtudiis Jeſuitarum abſtruſioribus commentatus eſt.
de la CAMERA (Marcus) reliquit quæſtiones conciliatrices locorum difficilium Vet. & Nov. Teſt. Madriti, An. 1587. in 4.
CAMERANUS (Fr.) ſcripſit de Theologia & poëſi, Venet. An. 1603.
CAMERARIUS (Barthol.) An. 1556. claruit. Scr. de Gratia & Lib. arbitrio: item, de jejunio, Oratione & Eleemoſyna.
CAMERARIUS (Corn.) Gandenſ. præceptiones Rhetoricas & poëmata reliquit.
CAMERARIUS (Guilh.) Scotus, de Scotis illuſtribus ſcripſiſſe fertur. Edidit etiam diſpp Philoſophicas, Pariſ. A 1630. fol.
CAMERARIUS (Henr.) JCtus, A. 1601. obiit. Roſtochii Jura docuit. Videatur *Henn. Witte in JCtis, pag. 6.*
CAMERARIUS (Joach.) Pabepergenſis, celebris Philologus, Anno 1500. natus eſt. obiit, An. 1574. Erat Græcè & Latinè doctiſſimus: multosq; Græcos Scriptores ut Herodotum, Xenophontem, Demoſthenem, Euclidem, Lucianū, &c. Latinè loqui docuit. In Theognidem Græcum Comment. confecit: Siracidem & Nov. Teſt. Notis illuſtravit. Commentaria Græcæ Linguæ, de partibus corporis humani, magnam quoq; laudem merentur. Melanchthonis quoque vitam doctè deſcripſit. *Turnebus* eum non ſolùm Germaniæ, ſed totius Europæ ornamentum ac decus appellabat. *Thuanus, l. 59.* ſcripta ejus digna judicabat, ut ſimul aliquando omnia ederentur. Carmina ejus extant *T. 2. Delit. German. pag. 1.* Vid. *Voſſ. de de Scr. Mathem. pag. 377.*
CAMERARIUS (Joachimus) Joachimi Filius, Medicus, An. 1534. Norimbergæ natus eſt: obiit, An. 1598. Edidit Matthioli Herbarium, Emblemata, &c. Scripſit etiam Tractatum de Monocerote, quem tamen non abſolverat. *Melch. Adamus* refert, hujus Camerarii ſtudio & autoritate Medicorum Collegium Norimb. primò inſtitutum & à Senatu confirmatum eſſe, fine optimo & Reip. utiliſſimo. Vid. *Thuanus, l. 120.*
CAMERARIUS (Lud.) conſcripſit Epiſtolas Selectas, quibus ipſe civilis belli autor eſſe demonſtratur, An. 1625. in 4.
CAMERARIUS (Philippus) JCtus celebris, & Reip. Norimbergenſis Conſiliarius, Joachimi Senioris filius, natus eſt, Anno 1537.

no 1537. obiit, An. 1624. ætatis 87. Hunc Romæ vinculis Inquiſitionis irretitum Imperator & dux Bavariæ Albertus liberarunt. Reliquit Horarum ſuccisivarum centurias tres.

CAMERARIUS (Joh. Rudolf.) ſcripſit arcanorum Medicinæ & naturæ memorabilium decem centurias, A. 1624. item, duas centurias Horarum natalium, An. 1610.

CAMERHOFIUS (Joh.) edidit Orthotomiam Theologicam, Witeb. An. 1669. item, Logicam Practicam, An. 1666.

CAMERINUS, compoſuit carmen de Hectore tracto, teſte *Ovidio*.

CAMERO (Joh.) Scoto-Britannus, Anno 1625. obiit. Concinnavit Myrothecium Novi Teſtamenti. Opera ejus omnia tribus Tomis conſtant, in 4.

CAMEROTA (Joh.) Neapolitanus, An. 1606. vixit. Texuit Catalogum quorundam de Societate Jeſu, qui pro fide interfecti ſunt. Videatur *Alegambe*, *pag. 232.*

CAMILLUS (Joh.) edidit diſſertationem de Cometis, Venet. An. 1624.

CAMILLUS (Jul.) Carmina reliquit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 551.*

CAMINÆUS (Balth.) habuit orationem in obitum Lamb. Diſtelmeieri, Anno 1590.

CAMMANUS (Joh.) JCtus, de Juribus Majeſtatis commentatus eſſe dicitur.

CAMOENUS (Joh. Franc.) Peruſinus, verſibus nomen ſibi peperit. Videatur *T. 1. Delit. Ital. pag. 555.*

CAMOTIUS (Joh. Bapt.) Aſulanus, Græcè doctiſſimus, Anno 1581. obiit. Bononiæ & Maceratæ Philoſophiam publicè profeſſus eſt. A Pio IV. Romam evocatus, Patrum Græcorum ſcriptis interpretandis incubuit. Multa ſcripſit, ex quibus Orationes editæ: item, Commentarii Græci in Metaphyſicam Theophraſti. Cætera ejus ſcripta, quorum non parvus numerus eſſe fertur, in Italia latere dicuntur, digna, ut aliquando in lucem prodeant. Vid. *Thuanus, l. 74.*

CAMPANACCIUS (Joh. Maria) Bononienſ. Anno 1588. floruit. Scripſit de motu reip. à J. L. Fliſco excitato: item, bellum Matinenſe, Hentſio Rege duce, cum Bononienſibus geſtum.

CAMPANELLA (Thomas) Calaber, profeſſione Dominicanus, diſputator acutiſſimus, An. 1639. obiit. Condidit ingens opus de Reformatione ſcientiarum, decem in Codices diviſum, in quo relictis veteribus viis, ad omnium ſcientiarum notitiam novum iter aperuit. Ob ſingularem doctrinam invidiam ſibi conflavit, apud Inquiſitores delatus, quaſi eam ex inferorum fontibus hauſiſſet: Neapoli etiam perduellionis reus factus, quòd regnum illud hoſtibus prodere conatus eſſet. Unde in carcerem conjectus, & 25. annis miſerrime tractatus eſt. Tandem vinculis elapſus, in Galliam tanquam in portum confugit, Regique illi & Regni proceribus, quoad vixit, acceptiſſimus fuit. Sic *Nicius, part. 1. Pinacoth. pag. 42.* Co[illegible] *Naudæum in præfat. Panegyrico præ[illegible]: Leonem Allatium in A. U. pag. 240.* [illegible]*lum de P. H. pag. 485. Funccium, Tom. 1. Orb. pag. 355.*

CAMPANIUS (Bernh.) Veronenſ. Medicus, Anno 1300. floruit. Fertur [illegible] inſigni memoria. De re Medica commentatus eſt, teſte *Blondo*.

CAMPANIUS (Joh.) Chancenſis, Medicus, 30. ætatis anno febri atrociſſima extinctus eſt. Compoſuit rerum naturalium quæſtiones, quas tamen per[illegible] *Pierius Valerianus, de Infel. Lit. pag. 63.* exiſtimat.

CAMPANUS (Coccejus) JCtus, temporibus Severi & Antonini claruit. Vid. *Bertrandus, pag. 195.*

CAMPANUS (Joh.) ſcripſit de fu[illegible]da ingratitudine. *Eraſmus* vocat alicubi virum magnum & admirabilis ingenii.

CAMPANUS (Joh. Ant.) Anno 1477. obiit. Eum mater ruſtica, operè feſſa, in agro ſub lauro peperit. Primum opilio, deinde pædagogus, tandem Epiſcopus Aretinus factus eſt. Struxit Epiſtolas, & vitam Pii II. Pontif. quæ ejus operibus præmiſſa eſt. Carmina ejus leguntur, *T. 1. Delit. Ital. pag. 557.* Vid. *Jovius in Elog. numero 22.*

CAMPEGIUS (Alex.) Bononienſ. A. 1[illegible]54. obiit. Scr. de autoritate Rom. Pontificis

CAMPEGIUS (Bened.) Bonon Medicus, Anno 1507. floruit. Compoſuit Poema, Italidem inſcriptum, in quo rerum ſuo tempore geſtarum narrationem heroico carmine proſecutus eſt.

CAMPEGIUS (Joh.) JCtus, natus eſt,

An. 1449:

An. 1449: obiit, Anno 1512, ætatis 63. Edidit tractatum de Dote: de Teſtibus, &c. Videatur *Guido Panzirolus, in JCtis, 2, 133.*

CAMPEGIUS (Joh. Bapt.) JCtus, floruit Anno 1532. Scripſit de villa Tuſculana.

CAMPEGIUS (Laurent.) Bononienſ. JCtus, An. 1493. claruit. Compoſuit Deciſiones Rotæ.

CAMPEGIUS (Rudolf.) Bonon. A. 1624. obiit. Carminibus celebris factus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 223. Bumaldus, pag. 204.*

CAMPEGIUS (Symphorianus) Gallus, Medicus, Anno 1530. claruit. Scripſit περὶ ἀρχῶν: de claris Medicis: de Mirabilibus S. Scripturæ: item, Campum Elyſium.

CAMPEGIUS (Thomas) Anno 1512. floruit. Condidit Tr. de Concilii autoritate: de com mendis Beneficiorum: de Annatarum inſtitutione: item, Papa an poſſit incurrere labem Simoniæ, &c. Vid *Bumaldus, pag. 218.*

CAMPENSIS (Claudius) ſcripſit in librum Ariſtotelis de Memoria, Pariſ. Anno 1556.

CAMPENSIS (Joh.) Tranſiſelanus, Anno 1528. floruit. Compoſuit Grammaticam Hebræam, teſte *Sweertio*: item, Paraphraſin in Pſalmos. Vid. *Valer. Andreæ in Faſt. Lovanienſ.*

CAMPENSIS (Joh.) ſcripſit in Epiſt. ad Romanos, Venet. Anno 1534. *Joh. Conr. Dietericus, part. 1. A. B. pag. 65.* ejusdem Paraphraſin in Pſalmos allegat.

CAMPESTER (Laurent.) Brabantus, Anno 1571. floruit. Condidit Dialogos morales, tribus libris diſtinctos, teſte *Sweertio.*

CAMPIANUS (Edmund.) Anno 1581. in Anglia occiſus eſt. Fuit doctus in Lyrico, ſuavis in Elegiaco, gravis in Tragico, acutus in Jambico. Vid. *Alegambe, pag. 97. Volckman in Elog. Pragenſ. pag. 138.*

à CAMPO (Florianus) compoſuit quatuor Tomos rerum Hiſpanicarum.

de CAMPO (Heimericus) An. 1460. obiit. Reliquit Alphabetum, Centilogium, & Comm. in Apocalypſin. Videatur *Valer. Andr. in Faſt. Lov. pag. 83.* Extant ejusdem Problemata inter Albertum M. & D. Thomam, ad utriusq; opinionis intelligentiam conferentia.

CAMPOFULGOSUS (Bapt.) contexuit novem libros Exemplorum. Vide, FULGOSUS.

CAMPOLONGUS (Æmil.) Philoſophus & Medicus Patavinus, Anno 1581. obiit. Scripſit de Variolis & Arthritide. Vid. *Thomaſinus, part. 1. Elog. pag. 204.*

CAMPORI (Joh. Maria) Italus, An. 1621. obiit. Mira de eo refert *Alegambe, pag. 257.*

CAMPUS (Franc.) Lucenſis, ſcripſit de morbo arietis, An. 1586.

CAMPUS (Pet. Maria) Hiſtoriam Eccleſiæ Placentinæ in literas redegit.

CAMUS (Bonav.) edidit ſacrificium Euchariſtiæ, 20. concionibus expoſitum, An. 1649. Paris.

CAMUSATIUS (Nicol.) collegit Promtuarium Antiquitatum Tricaſſinæ Diœceſis, An. 1610.

CAMUSIUS (Bernh.) veneno, ut ajunt, periit. Vid. *Pierius Valerianus, de Inf. Lit. pag. 64.*

CAMUSIUS (Carol.) ſcripſit de Tutorum excuſatione, Paris. An. 1552.

CAMUSIUS (Jac.) Epiſcopus Sagienſis, Anno 1650. obiit, teſte *Periandro in vita Guyeti.*

CAMUSIUS (Joſ. Pet.) Bellicenſis Epiſcopus, reliquit ſermones Quadrageſimales, Anno 1621. item, varia opuſcula contra Monachos, quibus à tempore reformationis nemo inter Pontificios generoſius, doctius & conſtantius ſeſe oppoſuit ac iſtius profeſſionis pudenda revelavit. Vid. *Mareſius, T. 1. contra Tirin. pag. 364. 415.*

CAMUTIUS (Andr.) de Palpitatione cordis, An. 1578. confirmatus eſt.

CAMUZÆUS (Nic.) Appendicem ad Chronicon Anon. addidit.

CAMUZAT (Niel.) hiſtoriam miſcellaneam, An. 1510. compilavit.

CANABIUS (Joh.) concinnavit Hiſtoriam Inſulæ Samothracis & de Diis Troicis, teſte *Leone Allatio in Conſenſu Eccl. Orient. & Occident.*

CANAJUS (P.) ſcripſit de Prærogativa primi Principis Franciæ ad Zampinum, Gen. An. 1588.

CANALIS (Annib.) texuit Decadem de vitis Inſtitutorum Ordinum religioſorum, A. 1623. Vid. *Alegambe, pag. 33.*

CANAMUSALI, de Baldach, compoſuit ſex libros de Oculis, qui prodiere, Venetiis, Anno 1513.
CANANUS (Joh.) ſcripſit de bello Conſtantinopol. Editus eſt à *Leone Allatio*, An. 1651. fol.
CANANUS (J. B.) Ferrarienſis, in diſſecandis corporibus alter Veſalius, Anno 1543. floruit. Extat ejus Opus Anatomicum.
de CANAPIS (Nic.) collegit Exempla S. Scripturæ.
de CANARIO (Ant.) JCtus, de Executione Inſtrumentorum commentatus eſt. Extat *T. 3. Tr. tract.*
de CANCELLARIIS (Steph. Bubalus) Romanus, Anno 1634. obiit. De Angelis ſcripſiſſe dicitur. Videatur *Alegambe, pag. 426.*
CANCERIUS (Jac.) JCtus, edidit varias reſolutiones tribus partibus, A. 1635. fol.
CANDA (Carol.) exaravit vitam Caroli Borromæi.
CANDALLA (Fr. Foxius) Gallus, Anno 1594. obiit. Euclidem ex Græco tranſtulit. De Matheſi hoc nomine præclarè meritus eſt, quòd paulo ante obitum inſigni liberalitate Burdigalæ profeſſionem inſtituerit Mathematicam. Vid. *Elogia Sammarthani, pag. 96. Thuanus, l. 109.*
CANDELA (Joh. Dominicus) Siculus, condidit tres libros de Bono ſtatus virginitatis & continentiæ, An. 1613. Vid. *Alegambe, pag. 237.*
CANDELÆUS (Mich.) Inſulenſis, carmina compoſuit.
à CANDIA (Fr.) in libros Sententiarum commentatus eſt. Vulgo *Doctor fertilis* vocari ſolebat, teſte *Waddingo.*
CANDIDUS, Κάνδιδος, Iſaurus, Hiſt. ſub Anaſtaſio Imp. claruit. Eclogas ejus apud *Photium, Cod. LXXIX.* legere poteris. Vide, CADDUS.
CANDIDUS, Monachus Fuldenſis, vixit tempore Ludovici Pii, Imperatoris. Stilo vitam Ægili Abbatis proſecutus eſt.
CANDIDUS (Joh.) Anno 1521. claruit. Reliquit octo libros de Aquilegia.
CANDIDUS (Pantaleon) Auſtrius, natus eſt, Anno 1540: obiit, Anno 1608. Primò ſcholæ Bipontinæ, deinde etiam Eccleſiæ præfuit. Exaravit ſex libros de Regibus Hiſp. & 5. libros de Ducibus Bohemiæ: Auſtriacorum ſex libros: item, orationes funebres, Tabulas Chronologicas. Carmina ejus habentur, *T. 2. Delit. Germ pag. 105.*
CANDIDUS (Vincent.) emiſit Diſquiſitiones morales, Tomis duobus, Lugd. Anno 1638. fol.
CANDISCH (Thom.) iter Maritimum literis mandavit.
CANEPARIUS (Pet. Maria) Cremenſis Italus, ſcripſit de atramentis & vitriolis, An. 1619.
CANEVARIUS (Demetr.) Medicus, Anno 1605. claruit. Multa ſcripſiſſe dicitur. *Nicius, part. 3. Pinacoth.* inter ejus ſcripta librum de rerum naturalium ortu & interitu: de primis rerum principiis: de hominis creatione: item, methodum curandorum morborum affectuumq; præter naturam collocat.
de CANFELD (Bened.) edidit regulam perfectionis, An. 1649.
CANGISERUS (Theoph.) Pſalmos Davidis metrica paraphraſi Græca, Anno 1610. expreſſit.
de CANIBUS (Joh. Jac.) Patavinus, JCtus, Anno 1490. obiit. Inſignis poeta & orator habitus eſt. Scripſit librum de Executoribus ultimarum voluntatum: item, de Introllionibus: & alium de Repræſaliis. Carmine Heroico ludos equeſtres cecinit. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 3, 38.*
CANINIUS, poëta, tempore Trajani floruit. *Plin. l. 8. Epiſt. 4.* refert, cum bellum Dacicum deſcribere in animo habuiſſe.
CANINIUS (Angelus) Anglarienſis, Anno 1557. obiit. Linguæ Hebraicæ, Syriacæ & Græcæ ad miraculum doctus fuit, ceu liber de Helleniſmis, Syriaca Grammatica, & Comment. in Locos Scripturæ Hebraicos abunde teſtantur. Vid. *Thuanus, l. 13.*
CANISIUS (Henr.) Noviomagus, JCtus, Ingolſtadii jura docuit. Edidit ſex Tomos antiquarum Lectionum, in quibus varia priſcorum autorum monumenta, mediæ imprimis ætatis, nunquam antea evulgata, pleraq; cum Notis continentur. Prodiit hoc opus Ingolſtadii, An. 1601. in 4. Videatur *Sweertius in Ath. Belg. pag. 324.*
CANISIUS (Jacobus) librum titulo, Fons Salutis, Colon. An. 1629. prelo commiſit. Vid. *Alegambe, pag. 194.*

CANISIUS (Joh.) Neomagenſis, A. 1613. obiit. Scripſit volumen contra Hæreticos. Vid. *Alegambe, pag. 232.*

CANISIUS (Petrus) Noviomagenſis, Jeſuita, An. 1597. obiit. Catechiſmum compoſuit. Mortuum laudavit Sacchinus. Vid. *Alegambe, pag. 374. Biſſelius, in ſeptemvio II. pag. 449. Quenſt. pag. 125.*

CANIUS, Gaditanus poëta, tempore Domitiani Imp. claruit. Meminit ejus *Martialis, l. 3. Epigr. 20. & 63.*

CANITULUS (Joh.) Bononienſ. JCtus, An. 1380. floruit. Reliquit Conſilia.

CANNETUS (Ant.) ſcripſit in Extravag. volantes, Venet. An. 1576. fol.

CANNINIUS (Claud.) Duacenas, JCtus, edidit Apparatum bellicum oppugnationis turris Babel, An. 1620.

CANNIUS (Nicol.) Amſterd. An. 1527. floruit. Fecit Epigrammata.

CANONHERIUS (Pet. Andr.) An. 1614. vixit. Edidit flores Epitaphiorum illuſtrium totius Europæ: Commentar. in 7. Aphoriſmorum Hippocratis libros: Diſſertationes Politicas ad Tacitum: Tract. de vini virtutibus: alium de curioſa doctrina, &c.

de CANONICIS (Bapt.) JCtus, An. 1463. floruit.

de CANONICIS (Canonicus) JCtus, An. 1272. claruit.

CANONICUS (Joh.) Anglus, An. 1329. innotuit. Compoſuit 8. libros in Phyſica Ariſtotelis. Vid. *Waddingus, in Scr. Ord. Min. pag. 195.*

de CANONICIS (Joh. Annib.) JCtus, An. 1513. vixit. Scripſit de verborum obligationibus.

de CANONICIS (Pet.) JCtus, An. 1467. floruit. Conſilia reliquit.

de CANONICIS (Phil.) Bonon. An. 1490. claruit. Extat ejus itinerarium Babylonicum.

CANOPHILUS (Bened.) ſcripſit in C. 1. de Conſtitutionibus.

CANTACUZENUS (Joh.) Καντακουζηνὸς, Anno 1360. floruit. Erat primùm Imperator, pòſt Monachus; ſub nomine *Chriſtoduli* hiſtoriam de imperio Andronici & ſuo condidit. Impugnavit etiam fidem Mahometicam. *Gerhardus Joh. Voſſius* eum valdè commendat, & inter recentiores Græcos neminem ei præferri oportere, exiſtimat. Videatur *Placcius, pag. 214.*

CANTACUZENUS (Matth.) in Cant. Canticorum Græcè commmentatus eſt.

CANTALICIUS, carminibus innotuit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 566.*

CANTANNUS (Ambroſ.) compoſuit Itinerarium in Perſiam.

CANTARELLUS (Guilh.) ſcripſit Mirabilia Jesu Chriſti, Vener. Anno 1620. Item, quæſtiones in Decalogum, Anno 1612.

CANTELLUS (Joh.) Annotationibus Statuta civitatis Parmæ illuſtravit.

CANTERA (Didacus) JCtus, edidit quæſtiones criminales Practicas, Anno 1615.

CANTERUS (Guilh.) celebris Philologus, Anno 1542. natus eſt: obiit, Anno 1575. Græcè doctiſſimus fuit, quemadmodum è translationibus, quas adornavit, manifeſtum eſt. Ælii Ariſtidis enim Orationes èlegantiſſime tranſtulit: Stobæi quoq; duos Eclogarum libros, quorum prior res Phyſicas, poſterior Ethicas complectitur, Latina civitate donavit. Octo ejus libri Nov. Lectionum *Tomo tertio Lampadis Criticæ* inſerti ſunt. Vid. *Thuanus, l. 61. Ghilinus, vol. 2. pag. 164.*

CANTERUS (Lamb.) Grôningenſ. JCtus, natus eſt, An. 1513. obiit, Anno 1553. *Guil. Canterus* filius, in *Nov. Lect. 2, 26.* vitam ejus deſcripſit.

CANTERUS (Theodorus) Ultrajectinus, Guilhelmi frater, Anno 1615. obiit. Græcis literis ferè ſemper intentus fuit. Emiſit varias lectiones: Notas in Arnobium: Syntagma de ratione emendandi Græcos autores, &c. Videatur *Sweert. pag. 688. Caſaub. Epiſt. 224.*

CANTHARUS, Κάνθαρος, Athenienſis Comicus, aliquot fabulas docuit, teſte *Suida*. Inter eas fuère Ἀηδόνες, Μήδεια, Μύρμηκες, Συμμαχία, Τηρεύς.

CANTIANUS (Joh.) Anglus, An. 1248. claruit. De caſibus juris duos libros elaboravit. Videatur *Wadding. in S. O. M. pag. 195.*

CANTIPRATANUS (Thomas) Alberti M. diſcipulus, Anno. 1265. vixit. Hic Ariſtotelem ex Græco in Latinum transferri curavit. Compoſuit opus utiliſſimum de proprietatibus Apum, duobus

obus libris comprehenſum, in quo ſub figura apum multa tractat de officio prælatorum & ſubditorum. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. diſſert. pag. 438. Olearius, pag. 455. Placcius, pag. 138.*

CANTIUNCULA (Claud.) Metenſis, JCtus, An. 1530. & ſeqq. claruit. Juriſprudentiam & Philoſophiam eloquentiæ feliciter copulaſſe, & ad Ciceronis exemplar adſpiraſſe dicitur. Condidit Conſilia: Paraphraſes in Inſtitut. Orationem Apologeticam contra eos, qui legibus cum Evangelio parùm convenire, affirmant. *Eraſmus in Ciceroniano, pag. 170.* ei feſtivum ingenium tribuit.

CANTIUNCULA (Hilarius) natus eſt, An. 1530. circiter. In Rheni flumine ſuffocatus periit. Texuit librum Hendecaſyllaborum. Carmina ejus extant, *T. 2. Delit. Germ. pag. 176.* Vid. *J. P. Lotichius, part. 3. B. P. pag. 110.*

CANTIUS (B. J.) Polonus, An. 1473. obiit. Commentatus eſt in Matthæum. *Starovolſcius, pag. 34.* refert, ipſum mendacium adeo abhorruiſſe, ut à prædonibus aliquando ſpoliatus veniam poſtularit, quòd reconditiore veſtis in parte nummorum oblitus dixerit perterritus, ſe plus pecuniarum non habere.

CANTOCLARUS (Car.) librum de Legationibus, An. 1605. edi curavit.

CANTONIUS (P.) JCtus, ſcripſit de homicidiis & aliis criminibus excuſandis.

CANTOR (Pet.) Pariſienſis Theologus, An. 1197. obiit. Verbum ejus Abbreviatum, opus morale, cum Notis *Georg. Galopini*, Anno 1639. in 4. prodiit. Vid. *Carolus Viſch, pag. 262.*

CANUS (Auguſt.) Mexicanus, An. 1622. obiit. Reliquit Comment. in Epiſtolas Pauli. Vid. *Alegambe, pag. 49.*

CANUS (Melch.) Canarienſis Epiſcopus, An. 1590. obiit. Collegit Locos Theologicos. Juxta *quosdam*, Concilio Tridentino interfuit.

CANUSIUS, Κανύσιος, Græcus Hiſtoricus, tempore Cleopatræ vixit. A *Plutarcho in vita Cæſaris* allegatur.

CANUTUS (Bertr.) quinq; Centurias Epiſtolarum exaravit, An. 1623.

CANUTUS (Jac.) natus eſt, An. 1603: obiit, An. 1660. Videatur *Vindingius, in Rect. Hafn. pag. 404.*

CANUTUS (Rob.) Oxonienſis, ſcripſi in Leviticum.

CAORSINUS (Guilh.) Duacenus, obſidionem Rhodi, Anno 1480. factam, literis mandavit.

de CAPACELLIS (Hier. Gadius) Bononienſ. Philoſophus, Anno 1512. floruit. In Scotum commentatus eſt.

CAPACIUS (J. Cæſ.) emiſit Elogia illuſtrium virorum & mulierum, nno 1608. item, Hiſtoriam Neapolitanam, &c. Videatur *Ghilinus, vol. 1. pag. 132.*

CAPALLA (Joh. Maria) Salucienſis, edidit Arcam ſalutis, ſive Commentarium in Paſſionem & Teſtam. Salvatoris noſtri, Venet. An. 1606.

CAPANUS (Andr.) ſcripſit de Jure relevii, An. 1630. item, de Jure Adohæ.

CAPEL, Anglus, librum de Tentationibus conſcripſit.

CAPELLA (Andr.) Urgelenſis, Notas in Jeremiæ prophetiam & Threnos, Anno 1586. Tarracone, elaboravit

CAPELLA (Galeatius) vel Capra, Mediolanenſ. An. 1537. obiit. Compoſuit 8. libros de bellis in Italia geſtis inter Carolum V. Imp. & Franciſcum, Gall. Regem, An. 1532. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 101. Simon Schardius, vol. 2. Germ. Script. pag. 176.*

CAPELLA (Martianus) Carthaginenſis, ſcripſit de nuptiis Mercurii & Philologiæ, libris 9. *Scaliger* in *Notis* ad *Ciris*, verè eruditum, ſed tamen barbarum ſcriptorem appellat. *Hugo Grotius*, adoleſcens adhuc 14. annorum, *Martianum* Capellam feliciſſimè paſſim, cum antà eſſet corruptiſſimus, reſtituit, annoq; uno aut altero poſt divulgavit. Vid. *Barth. Adv. 7, 16. Sorellus de Perfect. Hom. pag. 545. Glandorp. pag. 337.*

à CAPELLA (Rich.) JCtus, Anno 1447. obiit. Reliquit Tract. de Reſcriptis, teſte *Sweertio*.

CAPELLA (Thomas) JCtus, edidit Deciſiones, An. 1614.

CAPELLANUS (Andr.) Ἐρωτικὰ conſcripſit. Videatur *Caſp. Barthius, in Claudian. pag. 800.*

CAPELLANUS (Joh.) Anno 1673. obiit. Scripſit mare Rabbinicum infidum, Paris, An. 1667. Poëma etiam compoſuit, quod *Aurelianenſem puellam* inſcripſit. Vid. *Præfatio D. Wagenſ. ad Sota.*

CAPEL-

CAPELLUS (Ant.) librum exaravit contra primatum Eccleſiaſticum Regis Angliæ, An. 1611.

CAPELLUS (Hieron.) reliquit ſex libros de Diſciplinis ingenuis, Patav. Anno 1570.

CAPELLUS (Jac.) Sedanenſis Theologus, An. 1633. obiit. Compoſuit Hiſtoriam ſacram & exoticam, accurata diligentia ad temporum rationem concinnatam: Item, Obſervationes in Novum Teſtamentum. Vid. *Colomeſius, in Gallia Orient. pag. 157.*

CAPELLUS (Lud.) Sedanenſis, vir Hebraice doctiſſimus, An. 1658. obiit, octogenario proximus. Spicilegium in Nov. Teſtam. confecit, in quod multa aliis nec dicta nec obſervata congeſſit. Scripſit etiam Criticam Sacram, ut & opuſculum de Punctis Hebræorum. Inter ipſum & Buxtorfium æmulatio graviſſima fuit. Vid. *Meurſius in Ath. Batav. pag. 247. Rivet. T. 2. Op. pag. 290. Colomeſ. in Gall. Orient. pag. 223.*

CAPELLUTUS (Rolandus) Chryſopolitanus, reliquit librum de Chirurgia: item, de curatione peſtiferorum apoſtematum.

CAPER (Flavius) ſtruxit libros dubii generis: Comment. in Virgilium: item, libros enucleati ſermonis. Vid. *Servius Honoratus, ad lib. X. Æneid. pag.* 1521. & 1524.

CAPETIUS (Joh.) Flander, Anno 1599. obiit. Scripſit 3. libros de Eccleſiæ & Scripturæ autoritate: de modo coërcendi Hæreticos: de origine Canonicorum: item, de Indulgentiis. Videatur *Swertius, pag. 407.*

CAPGRAVIUS (Joh.) Cantianus Anglus, Doctor Oxonienſis, Anno 1464. obiit Catalogum Sanctorum Angliæ compoſuit. Impreſſus eſt Londini, An. 1516.

CAPIBLANCUS (Franc.) librum de Baronibus Venet. An. 1603. exaravit.

CAPICIUS (Scipio) Anno 1545. floruit. Scripſit duos libros de Principiis rerum, carmine heroico, ad Paulum III. Pontificem.

CAPIDURUS (Hier.) in Rhet. ad Herennium commentatus eſt.

CAPIFERREUS (Franc. Magdalenus) ſcr. Elenchum librorum prohibitorum, Anno 1640.

CAPILISTIUS (Franc.) Patavinus JCtus, An. 1459. obiit. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 2, 84.*

CAPILUPUS (Camillus) carmina reliquit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 663.*

CAPILUPUS (Hippol.) Mantuanus, verſibus inclaruit. Vid. *Tomus citatus, pag. 621.*

CAPILUPUS (Julius) poëmata compoſuit. Vid. *T. allegatus, pag. 666.*

CAPILUPUS (Lælius) Mantuanus, Anno 1560. obiit. Centones de Monachorum ordine, & morbo Gallico verſibus Virgilianis contexuit. Videatur *T. 1. Delit. Ital. pag. 572. Ghilinus, vol. 1. pag. 145.*

CAPISTRANUS (Joh.) Italus, An. 1456. in Hungaria obiit. Scripſit de Cenſuris: pœnis inferni & purgatorii: poteſtate Papæ & Concilii, &c. Huſſitis admodum infeſtus fuit. Chriſtianos paſſim concionibus ſuis ad expeditionem contra Turcam animavit, ac ipſe unà cum Hunniade Mahometem Turcarum Imp. ab obſidione Belgradi repulit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 241. Wadding. in S. O. M. pag. 195.*

CAPITANEUS (Pet.) Mittelburgenſis, Medicus, Anno 1557. obiit, relicto de potentiis animæ libro. Vid. *Vindingius, pag. 87. & Bartholinus in Danis, pag. 116.*

de CAPITE FONTIUM (Chriſtoph.) Britannus, An. 1576. vixit. Edidit Defenſionem fidei Majorum. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 89.*

CAPITO, Καπίτων, Alexandrinus, Epicus Poëta, ἐρωτικὰ compoſuit, teſte *Athenæo, l. 10.*

CAPITO, Lycius, Hiſtoricus, poſt tempora Juliani Imp. claruit. Scripſit Iſaurica, octo libris. A *Stephano Ethnographo* paſſim allegatur. *Eutropii* Breviarium quoq; Græcè vertit. Ea verſione *Suidas & Cedrenus* uſi ſunt.

CAPITO (Titinius) clarorum virorum vitas carminibus exornavit. Vid. *Plin. l. 1. epiſt. 17. & l. 8. epiſt. 12.*

CAPITO (Firminus) Gallus, Anno 1580. expoſitionem in Geneſin & Exodum uſq; ad necem primogenitorum edi curavit.

CAPITO (Robert.) Lincolnienſis Epiſcopus. Vide, GROSTET.

CAPITO (Wolfg. Fabr.) Alſatienſis, trium facultatum Doctor, Anno 1541. obiit. Argentorati docuit. Edidit inſtitu-

tutiones Hebraicas, & Commentar. in aliquot Prophetas.

CAPITONUS (Felicianus) Narnienſis, ſcripſit explicationes locorum difficilium S. Scripturæ, An. 1579. Item, in Acta Apoſtolorum & EpiſtolasCanonicas. Vid. *Quenſtad. pag. 348.*

CAPITOLINUS (Julius) tempore Diocletiani Auguſti floruit. Condidit vitas nonnullorum Imperatorum. Vid. *Hanckius de Script. Rer. Rom. pag. 143.*

CAPIVACCIUS (Hieron.) Medicus & Philoſophus Patavinus, ſuperiori ſeculo floruit, & alter quaſi Hippocrates habitus fuit. Reliquit Medicinam Practicam, in ſeptem libros diſtributam; & alia, de quibus *Thomaſinus, part. 1. Elog. pag. 97.*

CAPNIO (Joh.) Phorcenſis, aliàs Reuchlinus dictus, celebris Hebraiſta & Philologus, An. 1454. natus eſt: obiit, Anno 1521. Græcam linguam perfectè calluit, adeo, ut eo audito *Argyropylus*, natus Græcus, exclamaverit, *Græciam Alpes tranſvolaſſe.* Hebræam linguam ab Ipſis Hebræis hauſit, & *Abdiæ*, Præceptori ſuo, pro ſingulis horis ſingulos aureos numeravit. Cum Monachis certamen grave habuit, qui libros Hebræorum prorſus volebant abolitos. Oppoſuit ſeſe Capnio, ſcriptoq; edito, Judæorum cauſam ſuſcepit & apud Imperatorem prævaluit. Edidit Grammaticam & Lexicon Hebraicum, librum de verbo mirifico, & tres alios de arte Cabaliſtica. Vid. *Joh. Biſmarcus in Vit. Theol. Cruſius in Germano-Græcia, pag. 231. Olearius in Abaco, pag. 241. Eraſmi* judicium de Capnione tale: Capnio vir magnus, ſed oratio redolet ſuum ſeculum adhuc horridius impolitiusq;.

de CAPODISTRI (Pet.) compoſuit Collationem ſuper diſputatione Fr. Jacobi de Marchia, facta cum Judæo in Buda. Ea extat Auguſtanâ in Bibliotheca, ſcripta in Pelifio ſine manibus per Mich. Ruttenſtrauch, ut refert *Reiſerus, pag. 52.*

CAPOFERREUS (Joh. Wilh.) *Nic. Heinſio in Notis ad Ovid.* aliquoties memoratur.

CAPONSACCHIUS (Pet.) de Pantaneto, Aretinus, ſcripſit in Apocalypſin, An. 1573. in 4.

CAPORALIS (Cæſ.) Peruſinus, condidit facetiſſimum Carmen de vitiis Aulæ, quod, ubi emiſſium eſt, tantam habuit commendationem, ut nomine Autoris tota Italia nihil ferè eſſet illuſtrius. Vid. *Nicius Erythr. part. 3. Pinacoth. pag. 275.*

CAPOTIUS (Priamus) Lilybætanus Siculus, ſcripſit Fridericeidem ad Fridericum, Saxoniæ Electorem. Eſt carmen heroicum in laudem Friderici primi, ob victum Adolphum, Imp. Prodiit Lipſiæ, An. 1488. teſte *Simlero.*

CAPPETIUS (Joh.) Flander. Vide ſuprà, CAPETIUS.

CAPPIDUS, Staurienſis, Friſius, A. 920. floruit. Reliquit Hiſtoriam Eccleſiaſticam gentis Friſoniæ. Vid. *Sweertius, pag. 162.*

CAPPONIUS (Bapt.) exaravit tres libros obſervationum Medicarum & Anatomicarum: ſeptem libros Elogiorum: tres libros σπυδογελόιων: quinq; libros Hiſt. Medicinæ univers. duodecim libros de erroribus clarorum virorum: dilucidationes in Poëticam Ariſtotelis: de propriis nominibus totius orbis quinq; decades Epiſtolarum: de abuſu Pictorum in Sacris, &c. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 88.*

CAPPONIUS (Hier.) Bononienſ. compoſuit carmen in laudem B. virginis Mariæ.

CAPPONIUS (Joh.) Bonon. Medicus, An. 1629. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 121. Bumaldus, pag. 113.*

CAPPONIUS (Peregr.) Bon. Medicus, An. 1575. claruit. Reliquit Conſultationes & Diſputationes Medicas.

CAPPONIUS (Seraph.) à Porrectâ, Bonon. Anno 1549. floruit. Scripſit Commentarium in quinq; libros Moſis: in Symbolum Apoſtolorum: de ceremoniis Miſſæ: Elucidationes totius Summæ Theolog. Thomæ Aquinatis, &c.

CAPRA (Balth.) edidit Tirocinia Aſtronomica, Patav. An. 1606. in 4.

CAPRA (Benedictus) Peruſinus, JCtus, An. 1480. floruit. Conſcripſit Conſilia vel reſponſa Juridica: item, concluſionum, regularum, tractatuum & communium opinionum volumina duo.

CAPRA (Galeatius) Mediolanenſis. Vid. CAPELLA.

à CAPRANICA (Chryſoſt.) Thuſcus, de divinis nominibus librum reliquit adhuc ineditum. Vid. *Waddingus in Scr. O. M. pag. 91.*

CAPRANICA (Dominicus) Romanus, An. 1458. obiit. Introductorium de Pontificatu regendo typis mandavit.
CAPRARA (Alex.) Bononienſ. A. 1625. *Caroli Sigonii* libro *de regno Italiæ* ultimam manum impoſuit. Vid. *Alegambe*, *pag. 11.*
CAPREOLUS (Elias) Brixienſis, JCtus, Anno 1519. obiit. Reliquit 14. libros de rebus Brixianis. Vid. *Zeillerus part. 2. de Hiſt. Script. pag. 33.*
CAPREOLUS (Jacobus) de Animæ immortalitate, An. 1647. item, de lib. arbitrio, An. 1648. ſcripſiſſe fertur.
CAPREOLUS (Joh.) Tholoſanus, A. 1410. claruit. Compoſuit quatuor libros in Magiſtrum Sententiarum, in quibus Thomæ Aquinatis doctrinam ex ipſo Thoma explicuit. Vid. *Olearius in Abaco*, *pag. 242.*
CAPRETIUS (Panc.) edidit AntiGeorgium. An. 1671.
CAPRILIUS (Pius Æneas) Ferrarienſis, Tract. de Febribus, Anno 1643. elaboravit.
CAPRIOLUS (Conſt.) de Succeſſione ab inteſtato, A. 1605. commentatus eſt.
CAPRONIUS (Franc.) Gandenſis, Carmina & Orationes ſtruxit, teſte *Swertio.*
CAPSUS (Liborius) in Metaphyſicam, An. 1627. commentari cœpit.
à CAPUA (Barthol.) Neapolit. JCtus, A. 1310. obiit. Vid. *Guido Panzirolus, in JCtis, 2, 48.*
CAPUANUS (Fr.) ſcripſit in ſphæram Joh. de Sacroboſco, An. 1508.
CAPUCCINUS (Georg.) Enchiridion Eccleſiaſticum, Venetiis Anno 1588. confecit.
de CAPUGNANO (Hieron. Jovanninus) Bononienſ. An. 1599. claruit. Scripſit de Cambiis.
CAPULLUS, Commentarium in I. Sententiarum Bonaventuræ edidit, Venet. Anno 1622.
CAPUSÆUS (Sam.) orbem Phyſicum, An. 1665. promulgavit.
CAPYCIUS (Ant.) JCtus, Deciſiones Neapolitanas, An. 1573. edi curavit.
CAPYCIUS (Hector.) emiſit Conſultationes Juris Selectas, Genev. An. 1664. fol.
CARACCIA (Archang.) Italus, de Ripalta Montisferrati, An. 1632. floruit. Compoſuit vitam Pii V. Pontificis. Vid. *Gbilinus, vol. 2. pag. 29.*
CARACCIOLUS (Ant.) An. 1620. claruit. Edidit Herempertum & Falconem, Chonologos: item, Synopſin Vet. rituum religioſorum.
CARACCIOLUS (Carolus) Bononienſ. An. 1580. floruit.
CARACCIOLUS (Joſeph. Maria) ſcripſit de titulo Crucis, An. 1643. Neap.
CARACCIOLUS (Ludov.) compoſuit ſpeculum Principum, An. 1659.
CARACCIOLUS (Metellus) Neapol. An. 1620. claruit. Commentarios in Eſaiam tribus Tomis adornavit. Vid. *Alegambe, pag. 342.*
CARACCIOLUS (Rob.) Neapolitanus, An. 1495. obiit. A nonnullis *Paulus ſecundus* dictus eſt. Opera ejus varia enumerat *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 306.*
CARADOCUS, Lancarvanenſis Monachus, vitam Gildæ Albanii condidit. Vid. *Hallervord. de Hiſt. pag. 48.*
CARAFFA (Antonius) Neapolitanus, Card. An. 1591. obiit. Edidit Catenam in omnia cantica Vet. & Nov. Teſtam. Græcæ Bibliorum editioni præfuit. Concilia etiam Græca & Latina adornare in animo habuit: verum morte præventus abſolvere non potuit. Operi tn. poſtea *Frid. Borromæus* colophonem impoſuit. Mortuum laudavit *Thomas Bozius.* Vid. *Thuanus, lib. 100.*
CARAFFA (Carol.) Germaniam ſacram reſtauratam, An. 1641. edi curavit.
CARAFFA (Gregor.) librum de duello Romæ, An. 1647. fol. promulgavit.
CARAFFA (Joh.) ſcripſit de Simonia, Romæ, An. 1556.
CARAFFA (Placidus) de Sicania, Panormi, Anno 1653. commentari cœpit.
CARAFFA (Vincent.) Theologiam myſticam duabus partibus complexus eſt. An. 1660. Vid *Placcius, pag. 142.*
CARAMELLA (Hon. Dom.) Panormitanus, edidit Muſeum illuſtriorum Poëtarum, Venet. An. 1651.
CARAMUEL (Aſpaſ.) ſcripſit Jocoſeriorum Naturæ & Artis tres centurias, An. 1665. in 4.
CARAMUEL (Joh.) condidit Theologiam Rationalem, Moralem, Regularem, An. 1657. Item, Solis & Martis adulteria, A. 1664.

à CA-

CARANTA (Jac.) ſcripſit de natura Auri arte facti, An. 1623.

à CARANZA (Alf.) Tract. de Partu naturali & legitimo, Genev. Anno 1630. elaboravit.

CARANZA (Barth.) à Miranda, Hiſp. Anno 1576. obiit. Reliquit ſummam Conciliorum. Vid. *Ghilinus, vol.2.pag. 35. Biblioth. Hiſp. Schotti, pag.228.*

à CARATIS (Mart.) ſcripſit auream lecturam, An. 1564.

CARAVAGIUS (Paulus) Geometriam, Mediolani, A.1659. fol. typis mandavit.

CARAVITA (Proſp.) librum de ritibus magnæ Curiæ Neapolit. Venet. An. 1601. compilavit.

CARAZOLUS (Robertus) Neapolitan. Aprucii Epiſcopus, Anno 1486. claruit. Compoſuit librum de amore divinorum Officiorum, quo myſticè exponit verba *Johannis:* vidi alterum Angelum volantem, teſte *Oleario in Abaco, pag.413.* Vide, CARACCIOLUS.

CARBAJALUS (Lud.) Bæticus, A.1554. vixit. Extat ejus Theologia reſtituta. Conſule *Schottum in Bibl. Hiſp. pag. 254.* Vide, CARVAJALUS.

de CARBEN (Victor) Judæus converſus, librum ſtruxit contra Judæos, Colon. An. 1509.

CARBO (Hieron.) Neapolitanus, à *Jov. Pontano* inter eruditiſſimos relatus eſt. Vid. *Pierius de Inf. Lit. pag.34.*

CARBO (Lud.) à Coſtiaro, JCt. ſcripſit Compendium Theologiæ Thomæ: Virum juſtum: Tractatum de legibus: item, de Repacificatione. Vid. *T. 12. Tract. tract.* Claruit, An. 1599.

CARBO (Nicolaus) JCtus, edidit Practicam civilem & criminalem, An.1599.

CARBOLIUS (Pet.) Archidiaconus Senonenſis, ſcripſit remedium virorum contra concubinas & Conjuges.

CARBONARIUS (F. Pet.) Metropagita, compoſ. animadverſionem in illud Gen. *IPSA conteret tibi caput*, Pragæ, A.1591.

CARBONELLUS (Hugo) Secretum artis Lullianæ ſeu memoriæ artificialis, Pariſ. An. 1621. edi curavit.

CARCANUS (Archelaus) Mediolanenſis, Medicus, An.1588. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 21.*

CARCANUS (J. B.) de Vulneribus capitis, An. 1583. commentari cœpit

de CARCHANO (Mich.) Mediolanenſis, opus de commendatione virtutum & vitiorum reprobatione edidit, An 149[illegible]

CARCINUS, καρκίνος, Tragicus Athenienſis, tempore Philippi Macedonis Olympiade C. floruit. Inter ejus fabulas quidam Ἀχιλλέα, Σεμέλην, Τηρέα referunt: item, Μήδειαν & Οἰδίπουν.

CARCINUS, Agrigentinus, Comicus, eodem tempore claruit. Utrumq; *Athenæus* citare ſolet.

CARDANUS (Facius) JCtus, pater Hieronymi, An. 1524. obiit.

CARDANUS (Hieronymus) Med[illegible]nenſis, An. 1508. natus eſt: ob[illegible], Anno 1576. Mathematicus ſummus [illegible] In Arithmeticis, naturalibus, &c plurima nova invenit: unde *Andr. Alc[illegible]* eum *Virum inventionum* vocare ſolebat. Ipſe *Scaliger* Ingenium profundiſſimum, feliciſſimum & incomparabile ei tribuit. Judiciariæ Aſtronomiæ (inquit *Thuanus, l.62.*) fidem apud multos adſtruxit, cum certiora per eam, quam ex arte poſſint, plerumq; promeret. Extremæ amentiæ, imò audaciæ fuit, aſtrorum commentitiis legibus verum aſtrorum Dominum velle ſubijcere, qu[illegible] le tamen exarata Servatoris noſtri Genitura fecit. Annum & diem fatalem, quo defecit, ipſe ſibi prædixit: &, ob id, ne falleret, mortem ſuam inedia accelераſſe creditus eſt, teſte *eodem.* Vita[illegible] ipſe deſcripſit, quam edidit *Gabr. Naudæus*, An.1642. Confecit plurima, quorum catalogum *Thomaſinus, part. 1 Elog. pag. 59.* texuit. Inter alia, 21. libri de Subtilit[illegible] te eminent, in quibus ex[illegible]dis *J. C. Scaliger* ingenium ſuum [illegible]cuit: item, 16. libri de rerum Varietate: quinq; libri de Sapientia: tres libri de peſte & venenis: ſeptem libri de Arcanis æternitatis: 20. libri Paralipomenon, &c. Prodierunt autem omnia opera Cardani 10. Tomis, in fol. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag.115. Thomaſius de Plagio, §.376.*

CARDELINUS (Victor, Baſſanenſis, Anno 1628. duos libros de origine fœtus in lucem emiſit.

de CARDENAS (Bernh.) Peruanus, Epiſcopus Paraguaranus, Hiſt[illegible]iam I[illegible]dianam conſcripſiſſe dicitur. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 56.*

de CARDES (Abrah.) Florilegium Philoſophicum compoſuit, An. 1606.

CARDILLUS (Caſp.) Apologiam pro Conci-

Concilio Tridentino: item, Diſp. adverſus 34. Hæret. Venet. Anno 1664. compoſuit.

CARDILLUS (Mart.) ſcripſit Itinerarium Ordinandorum, Venetiis, Anno 1606.

CARDONA (J. B.) Valentinus, A. 1590. obiit. De Bibliotheca Regia S. Laurentii commentatus eſt, Tarracone, Anno 1587.

CARDOSUS (Ferd. Rod.) ſcripſit de ſex rebus non naturalibus, Anno 1602. Olyſſip.

CARDOSUS (Iſaac) Veronenſ. h. t. claret. Edidit Philoſophiam liberam. Vid. *Gr. Letus in Ital. Regn. pag. 535.*

CARDUCCIUS (Balth.) Florent. JCtus, An. 1519 floruit.

CARDULUS (Fulv.) Narnienſis, A. 1580. claruit. Reliquit Orationes & carmina. Vid. *Alegambe, pag. 145.*

de CARELLIS (Vincent.) lib. de Auri eſſentia, & ejus facultate in medendis & ſanandis morbis, Venet. Anno 1646. texuit. Vid. *Linden, pag. 580.*

CARELLUS (Hier.) ſcripſit de diſciplinis ingenuis, Patav. An. 1570.

CARELLUS (J. Bapt.) Ephemerides compoſuit, Venet An. 1557.

CARENA (Cæſ.) Cremonenſis, ſcripſit de modo procedendi in cauſis S. Officii, Anno 1641. Item, reſolutiones Practicas forenſes, An. 1661. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 57.*

CARENSIS, vel, à Sancto CARO (Hugo) Burgundus, Cardinalis, An. 1260. obiit. Commentarium in univerſa S. Biblia confecit. Idem, teſte *Antonino, part. 3. Summæ Hiſt. titulo 19.* Concordantias Latinas Bibliorum excogitavit, & per delectos à ſe homines tandem abſolvit. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſert. pag. 477. Quenſt. pag. 66. Olearius, in Abaco, pag. 219.*

CARENUS (Pet.) reliquit Conſilia Medica.

CARERIUS (Alex.) Patavinus, JCtus, An. 1626. obiit. Scripſit de Sponſalibus & matrimoniis: item, de poteſtate Rom. Pontificis.

CARERIUS (Lud.) edidit Practicam cauſarum criminalium, An. 1569.

CARGA (Joh.) carmina elaboravit. Vid. *Tomus 1. Delit. Ital. pag. 670.*

CARILLUS (Auguſt.) de Ojeda, Indianus, An. 1662. floruit. Vid. *Aſpaſius in Biblioth. Aproſiana, pag. 266.*

CARION (Joh.) Mathematicus, A. 1499. natus eſt: obiit, Anno 1538. Condidit Chronicon, quod poſteà à *Phil. Melanchthone* plurimùm adauctum eſt. Videatur *Placcius, pag. 173. Zeilerus, part. 2. pag. 34.*

CARLERIUS (Ægid.) claruit tempore Concilii Baſileenſis. Conſultationes caſuum, 2. voluminibus complexus eſt.

CARLETANUS (Georg.) edidit conſenſum Eccleſiæ Cath. contra Tridentinos, An. 1613.

CARLEVALIUS (Th.) de Judiciis & judicum poteſtate commentatus eſt, Anno 1668.

CARLOMAGNUS (Carolus) verſibus inclaruit. Vid. *T. 1. Delit. Gall pag. 799.*

CARLONIUS (Gabr.) ſcripſit de Epiſcopis Engoliſmenſibus, An. 1597.

CARLSTADIUS (Andr.) Vide, BODENSTEIN.

CARLUS (Joh.) Florentinus, An. 1505. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 122.*

CARMENIUS (Dan.) Bononienſ. Medicus, A. 1621. floruit. Vulgavit ſex libros de methodo medendi, Bonon. A. 1636.

CARMENIUS (Franc.) à *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 128.* inter Italos doctos numeratur.

CARMINIUS, antiquus autor, de Italia librum compoſuit, teſte *Macrobio, Saturnal. 5, 19.* Eundem *Servius ad 5. Æneid.* de Elocutione allegat. Vid. *Glandorp. in O. R. pag. 199.*

de CARMONA (Joh.) Medicus, de quæſtione illa, an Aſtrologia Medicis ſit neceſſaria, commentatus eſt. Scripſit etiam librum de curatione peſtis, Hiſpali, An. 1590.

CARNARIUS (Joh.) Gandenſis, orationem de Podagræ laudibus habuit. Carmen etiam condidit de Thermis Patavinis, An. 1553.

CARNCOVIUS (Staniſl.) collegit Epiſtolas illuſtrium Virorum, An. 1578.

CARNEADES, Καρνεάδης, novæ ſive tertiæ Academiæ autor, Olymp. CLXII. obiit. Antequam diſputare vellet, helleboro albo cerebrum purgare ſolebat, teſte *Valerio Max.* Inter alia ſtatuebat, non eſſe in nobis κριτήριον, i. e. artem judicandi verumq; à falſo diſcernendi. *Suidas* refert, eo mortuo, Lunam

nam defeciſſe & Solem obſcuratum fuiſſe. Confer *Hornium*, *l. 3. Hiſt. Philoſ. c. 20. Jonſium de Script. Hiſt. Phil. 2, 14.*

CARNEVOLA (J. Bapt.) ſcripſit de Epidemico ſtrangulatorio affectu, Neapol. An. 1620.

CARNINUS (Claud.) Duacenſ. JCtus, reliquit librum, titulo, Oppugnatio turris Babel, An. 1620: item, alium de vi & poteſtate legum.

CARNOLIUS (Aloyſ.) Ideam Philoſophiæ edi curavit, Venet. An. 1661.

CARNUTUS (Joh. Greg.) carminibus ſe celebrem fecit. Vid. *T. 1. Del. Gall. p. 798.*

CAROCIUS (Vinc.) JCtus, ſcripſit de Locatione & conductione: item, de Depoſito, oblationibus & ſequeſtro, Anno 1594. ut & de Bonorum excuſſione. Item, de Juramento litis deciſorio.

CAROLIDES (G.) à Carlsberga, carmina ſtruxit. Vid. *Tom. 2. Delit. Germ. pag. 185.*

CAROLI (Phil.) Neoburgicus, obiit An. 1639. Altdorfii bonas literas docuit, tandem ad Pontificios tranſiit. Reliquit varias Lectiones: Trigam Solœciſmorum politicorum: Orationem de Critica: Animadverſiones in Agellium & Curtium. Vid. *Dietericus, part. 1. Ant. Bibl. pag. 184. Caſp. Sagittarius in Juſtini proœmium, pag. 9.*

CAROLINUS (Pet.) Explicationem fidei Orthodoxæ de uno vero DEO, Patre, Filio & Spir. Sancto, contra G. Blandratæ & Franc. Davidis errores, An. 1571. luci tradidit.

de CAROLIS (Jac.) in Pſal. LI. commentatus eſt. Edidit etiam gemmatum Pavonem Juris civilis & Canonici, Venet. An. 1594.

CAROLOVICIUS (Chriſt.) Anno 1507. natus eſt. Vid. *Albinus in Chron. Miſnenſi, pag. 368.*

CAROLUS Magnus, Imperator, A. 814. obiit. Extat ejus Capitulum de non adorandis Imaginibus. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 101.*

CAROLUS Quintus, Imperator, Anno 1558. obiit. Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 50.*

CARO[illegible]IS (Ferdin.) de templo Vaticano, ejusq; Bibliotheca commentatus eſt. Vid. *Leo Allatius in A U. pag. 94.*

à S. CAROLO (Lud. Jac.) Cabilonenſis, Burgundus, edidit Bibliothecam Pontificiam, duobus libris diſtinctam, A[illegible] 1643. item, Bibliographiam Pari[illegible] tres libros de Scriptoribus Cabilon[illegible] bus, &c. Vid. *Labbè in B. B. pa[illegible]. 117. [illegible] neſius in Epiſt. ad Hoffmann. pag. 6[illegible]*

CARON (Raymundus) ſcripſit Ro[illegible] triumphantem, Antv. An. 1653.

CAROSIUS (Matth.) edidit Chron[illegible]phiam, Florent. An. 1603.

CARPANUS (Horat.) Lucubrati[illegible] confecit in Statuta Mediolanenſia [illegible] 1600. fol.

CARPASENUS (Leo) ſcripſit Ann[illegible]tiones ad Statuta civitatis Parmæ

CARPATHIUS (Johannes) ſeptimo ſeculo vixit. Vid. *Olearius in Abaco, p[illegible] 43*

CARPENTARIUS (Alex.) Anglus [illegible] ſtructorium vitiorum compoſuit [illegible] errores & vitia Cleri. Prodiit [illegible]pus Norimbergæ, An. 1496.

CARPENTARIUS (Jac.) Claro[illegible]nus, An. 1564. floruit. Scriptis [illegible]vit cum Theſſalo Offato. Vid. *T[illegible]. lib. 52. Sorellus de P. H. pag. 48[illegible].*

CARPENTARIUS (Nathan) Anglu[illegible] dit Philoſophiam liberam, Oxo[illegible] no 1675. fol.

CARPENTEJUS (Joh.) Atrebas, J[illegible], claruit, An. 1586. Condidit Paraphraſin in Eſaiam carmine heroico: item, [illegible] nachum Fugitivum.

CARPHILIDES, Καρφιλίδης, au[illegible] eſt Dialogi, extantis in *Gloſſis Græ[illegible]o-[illegible] H. Stephani, pag. 294.* Extat etiam Carphilides inter Epigrammatarios Græcos, in *Anthologia, l. 1. c. 28. & l. 3. c. p.*[illegible]

CARPINETUS (Tarquinius) Patav[illegible], Medicus, de Arthritide commen[illegible] eſt, An. 1609.

CARPION, Καρπίων, teſte *Vitru[illegible]*, [illegible] *præfat. libri 7.* volumen de æ[illegible] [illegible]ri[illegible], quæ eſt Athenis in arce, edidit.

CARPIUS (Leo) Burdigalenſ. fuit He[illegible]cè doctus. Videatur *Colomeſ. in G[illegible] pag. 5.*

CARPUS (Jac.) Bononienſ compo[illegible] Iſagogen in Anatomiam H. C. [illegible] 1552.

CARPZOVIUS (Bened.) JCtus, natus eſt, An. 1565. obiit, An. 16[illegible]4. V[illegible]tebergæ [illegible]us docuit. Vulgavit De[illegible] Eccleſiaſticas item, Juriſprudentiam forenſem Romano-Saxonicam. Vid. *H. Witte in JCt. pag. 104.*

CAR-

CARPZOVIUS (Bened.) JCtus, natus eſt, An. 1595: obiit, An. 1667. Vid. *Henn. Witte in JCtis, pag. 458.*

CARPZOVIUS (Joh. Bened.) Theologus, natus eſt, An. 1607: obiit, Anno 1657. Reliquit inter alia SyſtemaTheologicum, in 2. partes diviſum. Videatur *Spizelius, in Templo Honoris, pag. 227.*

CARPZOVIUS (Joh. Bened.) Lipſienſis Profeſſor, h. t. claret. Scripſit de Jejuniis Hebræorum: de aſino Meſſiæ: item, Notas in משנה חגלב *Wilh. Schickardi,* in 4.

CARRÆUS (Joh.) Picto, de deſcenſu Chriſti ad Inferos, An. 1654. ſcripſiſſe dicitur. Vid. *Colomeſ. in G. O. pag. 228.* qui ait, eum adhuc vixiſſe An. 1665.

CARRANZA (Mich.) Hiſp. Anno 1607. vixit. In Ildefonſi librum de B. Virgine commentatus eſt.

CARRARA (Gerh.) Bergomas, Epiſcopus, A. 1355. obiit. Fecit Comm. in *l. 6. Decretal.* In libros Sententiarum: in Cant. Canticor. in Epiſtolas Pauli.

CARRARA (Guido) Bergomas, Anno 1281. obiit. Comp. librum de cauſis rerum Longobardarum: item, Expoſitionem ænigmatum Petri.

CARRARA (Joh. Mich. Alb.) Medicus, An. 1488. obiit. Reliquit octo libros de regimine ſanitatis, de peſtilentia, fato & fortuna: tractatus ſeptem de origine omnium ſcientiarum: tres libros Tragœd. & Comœd. 40. libros Hiſtoriarum Italicarum: de bello Veneto, verſu heroico: de Incarnatione Chriſti.

CARRARIA (Paulus) de Caſali, edidit Canonicam & moralem Theologiam, Bononiæ, An. 1619.

CARRARIUS (Jul.) exaravit Promtuarium Theologiæ, An 1595.

CARRARIUS (Vinc.) volumen de Officio Medici, Ravennæ, An. 1581. contexuit.

CARRATELLUS (Ludov.) Annales Cremonenſes compoſuit, Cremonæ, A. 1588.

de CARRERO (P. Garcias) Calaguritanus, Commentarium in omnes Galeni libros de Locis affectis, Compluti, An. 1605. edi curavit.

CARRETUS (Lud.) ex Judæo Chriſtianus Epiſtolam Hebraicam, Anno 1554. edidit.

CARRIERE (Franc.) Aptenſis, Minorita, elaboravit Hiſtoriam Chronologicam Pontificum Romanorum: Commentarium in totam Scripturam: item, Digeſtum fidei Catholicæ, fol. Anno 1657.

CARRICHTERUS (Barthol.) ſcr. Secreta. Meminit ejus *Borrichius, de Hermet.*

CARRIO (Ludov.) JCtus & Philologus, A. 1594. obiit. Tres ejus libri antiquarum Lectionum *Tomo 3. I. amp. Crit.* inſerti ſunt. Vid. *Sweertius, pag. 519. Scalig. in Excerpt. pag. 64. Thomaſius de plagio, §. 378. Barth. in Claud pag. 1240.*

CARRO (Ant.) in ff. de Origine Juris, An. 1631. commentari cœpit.

CARSULANUS (Mart.) tempore Ludovici Bavari Imp. claruit, & Hiſtoriam Rom. Pontificum literis conſignavit.

CARTARIUS (Joh. Lud.) Bononienſ. Medicus, An. 1557. floruit. Extant ejus libri de Phyſico auditu: Comm. in Logicam: tract. de immortalitate & plural. animæ, &c.

CARTELARIUS (Ant.) Patavinus, An. 1420. floruit. De vitis & moribus Philoſophorum nonnulla collegit.

CARTENIUS (Joh.) Hanno, An. 1580. obiit. Autor eſt libri de quatuor noviſſimis. Vid. *Sweertius, pag. 408. Ghilinus, vol. 2. pag. 122.*

CARTEROMACHUS (Scipio) Piſtorienſis, A. 1500. floruit. Habuit Orationem de laude literarum Græcarum. Orationem Ariſtidis Smyrnæi de laudibus Romæ Latinitate donavit. Græcam Epiſtolam Theſauro Græco *Varini Camertis* præfixit. *Eraſmus in Ciceroniano, pag. 163.* ita de eo judicat: Scipionem Carteromachum agnoſco virum citra oſtentationem in utraq; literatura doctum; cæterum ex illis, quæ ſcripſit, non apparet, illum affectaſſe Tullianam eloquentiam. Vid. *Pierius Valerian. de Inf. Lit p 140.*

CARTERUS (Wilh.) ſcripſit de Baptiſmo.

CARTESIUS (Renatus) Rhedonenſis, An. 1596. natus eſt: obiit, Anno 1650. In juventute militiam ſectatus fuit; inde ad ſtudia rediit. Ut autem ſpeculationibus liberius indulgere poſſet, loca deſerta & ſolitaria quæſivit, ut ſunt villæ & agri, ibiq; ſibi ac Muſis ſuis procul à turba & ſtrepitu literarium otium paravit. Quem vivendi morem per viginti annos tenuit & quidem in Batavia. Tandem à Chriſtina Regina in Sueciam invitatus eſt. Sueciam

ingreſſus, non multum ſupervixit. Poſt 4. enim menſem, repentino morbo correptus, rebus humanis valedicere coactus eſt. Scripſit Dioptricam, Geometriam, Principia Philoſophiæ, Meteorologica, Epiſtolas, &c. Fortunatus *Plempius* eum *Renatum Democritum* vocare ſolebat. Vitam ejus deſcripſit *Dan. Lipſtorpius, T. 2. quem inſcripſit Specimina Philoſophiæ Carteſianæ, pag. 73.* Confer *Mareſium, T. 2. cont. Tirin. pag. 590. Sorellum de P. H. pag. 488. Carol. Viſch. in Ciſtert. pag. 187.*

de CARTHAGENA (Alf.) Epiſcopus Burgenſis, Pauli filius, reliquit Ἀνακεφαλαίωσιν Regum Hiſpaniarum, teſte *Vaſæo.*

CARTHAGENA (Ant.) Medicus, vixit tempore Caroli V. Imp. De Faſcinatione commentatus eſt.

CARTHAGENA (Barth.) Valentinus, JCtus, edidit Expoſitionem Tit. Juris Canonici, An. 1607.

de CARTHAGENA (Joh.) Hiſp. obiit, An. 1617. Compoſuit Homilias, tribus Tomis diſtinctas, An 1622. Vid. *Wadding. in Scr. Ord Min pag. 198.*

CARTHARIUS (Carol.) Urbevetanus, Anno 1652. claruit. Scripſit Notitiam Cardinalatus, fol. Item, Catalogum advocatorum Conſiſtorii Romani, Romæ, An. 1656. fol.

CARTHUSIUS (Hier.) edidit Conciones feſtas, Parmæ, An. 1538.

CARTILIUS, JCtus, Trajani tempore floruit. Videatur *Bertrandus in JCtis, pag. 260.*

CARTWRIGTHUS (Chriſt.) Eboracenſis, Anno 1658. obiit. Collegit Electa Targumico-Rabbinica in Geneſin.

CARTWRIGTHUS (Thomas) Hertfordienſis, A. 1603. vivere deſiit. Conſtruxit Harmoniam Evangelicam: item, Comment. in Proverbia Salomonis & Eccleſiaſten.

CARVAJAL (Bernh.) Hiſp. Anno 1523. obiit.

CARVAJALUS (Lud.) Bæticus, A. 1550. claruit. Scripta ejus *Fr. Luc. Wadding. in S. O. M. pag. 240.* enumerat. Vide, CARBAJALUS.

CARVALLIUS (Ant) Olyſſiponenſis, Anno 1601. obiit. Scripſit in primam ſecundæ Thomæ. Videatur *Alegambe, pag. 37.*

CARVE (Thomas) Hibernus, Itinerarium reliquit.

CARVINUS (Joh.) Montalbanus, 7. Dialogos de Sanguine, An. 1562 publicavit.

CARVISIUS (Steph.) compoſuit Catenam auream in univerſam Logicam, Venet. An. 1561.

CARUS (Annib.) Hiſp. Anno 1566. obiit. Vid. *Gbilinus, vol. 1. pag. 13.*

CARUS (Franc.) Veronenſis, h. t. claret. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 534.*

CARYL, Anglus, in Jobum ſeptem voluminibus commentatus eſſe fertur.

CARYOPHILUS (Joh. Matth.) Cremonenſis, An. 1633. Romæ Græcas literas publicè docuit. Edidit Themiſtoclis Epiſtolas: item, Volumen, Græcis Latinis verſibus refertum, quod *Noctes Taurinas* inſcripſit. Calamum etiam ſtrinxit contra *Nilum*, qui Latinos de Primatu Papæ quondam impugnaverat. Compoſuit quoq; Cenſuram Confeſſionis fidei, quæ nomine Cyrilli Lucaris circumferri ſolet: ut & refutationem Catecheſis, editæ à Zacharia Georgio Græco, unà cum Monodia de calamitatibus Græciæ. Vid. *Leo Allatius in A. U. pag. 162. Nicius Erythr. pag. 1. Pinacoth. pag. 224.*

CARYSTIUS, καρύστιος, Pergamenus, ἱστορικὰ ὑπομνήματα conſcripſit. *Athenæus* ejusdem librum περὶ Διδασκαλιῶν allegat. Vid. *Scholiaſtes Theocriti, pag. 176.* Confer *Jonſium, de Scr. Hiſt. Phil. lib. 4. pag. 331. Caſaubonum, in Athen. lib. 413. 415.*

de CASA (Barthol.) An. 1555. obiit. Epiſcopus Chapæ Indiæ occidentalis fuit, & in gratiam Indorum aliquot libros exaravit. Videatur *Gbilinus, vol. 1. pag. 24.*

CASA (Joh.) Beneventanus Archiepiſcopus, Anno 1556. obiit. Ob turpia quædam ſchemata Cardinalatu, ad quem aſpiraverat, excluſus eſt. Scripſit Carmina, quæ extant *Tom. 1. Delit. Ital. pag.* [illegible] Vid. *Imperialis in Muſeo, pag. 2* [illegible] *Gbilinus, vol. 1. pag. 79. Dietericus part. 1. Antiquit. Bibl. pag. 206.*

CASÆUS (Joh.) Anglus, Medicus & Philoſophus, omnia ferè Ariſtotelis opera commentariis illuſtravit.

CASALAS (Ant.) edidit librum, Titulo, Candor Lilii, Pariſ. An. 1664. in 8.

CASALE-

CASALENUS (Joh. Ant.) ſcripſit de Vena ſecanda, Venet. An. 1605.

à CASALI (Ubertinus) Anno 1300. claruit. Reliquit Comment. in Apocalypſin; item, librum de Statibus Eccleſiæ.

CASALIS (Vinc.) Medicus, ſcripſit de iis, quæ pertinent ad qualitates ſimplicium medicamentorum & ad eorundem compoſitionem, An. 1554.

CASALIUS (Caſp.) Luſitanus, An. 1560. floruit. Condidit 3. libros de Juſtitia & Juſtificatione: 3. alios de Cœna & calice Domini: item, Axiomata Chriſtiana in utrumq; Teſtamentum.

CASALIUS (Joh. Bapt.) Romanus, Anno 1644. claruit. Scripſit de Urbis & Imperii Romani olim ſplendore: de ritibus Chriſtianorum Orientalium & Occidentalium, fol. item, Opus tripartitum, de veteribus Ægyptiorum, Romanorum & Chriſtianorum ritibus, in 4.

de CASANATE (Lud.) JCtus, reliquit Conſilia. Impreſſa ſunt, A. 1610. fol.

CASANDER (Frid.) edidit librum, titulo, Natura loquax, An. 1630.

de CASANOVA (M. Ant.) Comenſis, An. 1527. obiit. A quibusdam *ſeculi ſui Catullus* vocatur. Carmina elaboravit. Vid. *Tomus 1. Delit. Ital. pag. 705. Epitaphium* ejus ſic habet:

Comenſis Caſanova dum priores
Et duces canit & [illegible]it poëtas
Præcurtis Epigrammatis: peremnem
Ac longam ſi[illegible] gloriam paravit.

Vid. *Jovius in Elog numero 76. Pierius Valerianus, de J. L. pag. 168.*

de CASARUBIOS (Alf.) Hiſp. ſcripſit Compendium privilegiorum fratrum Minorum, Colon. An. 1619.

CASATUS (Paulus) edidit Vacuum proſcriptum, Genev. An. 1649. item, Terram machinis motam, An. 1658. in quo [illegible]ro, Archimedem, Terræ motionem ſpondentem, ab arrogantiæ ſuſpicione vindicare laborat.

CASAUBONUS (Iſaac) natus eſt, Anno 1559 obiit, Anno 1614. Primò Genevenſis profeſſor, poſt Lutetiæ Pariſiorum regius Bibliothecarius, tandem Regis magnæ Britanniæ Conſiliarius factus eſt. *Scaliger* cum eruditorum Phœnicem, *Heinſius* eruditionis Solem appellabat. Confecit Exercitationes contra Baronium Cardinalem; Comment. in Hiſt. Aug. Scriptores, Suetonium, Strabonem, Theophraſtum, Diogenem Laërtium, Theocritum, Polyænum, Perſium, alios. *P. Matthæus* dicere ſolebat, Caſaubonum tot Palladas, quot libros edere. Vid. *Baudius Epiſt. 156. Scalig. in Excerpt. pag. 67. Barth. in Claudianum, pag. 632.* Interdum *Hortus Bonus* pro Caſaubono dictus eſt. Promiſit etiam 17. libros Comm. ad Polybium, qui tamen lucem nondum viderunt. Vid. *G. A. Imhof, in Politicô Græco, pag. 75. & ſeq. Auguſtus Buchnerus,* teſte *Goth. Oleario*, referebat, Caſaubonum pro Exercitationibus contra Baron. à Rege Angliæ quotidie coronatum vel ducatum accepiſſe.

CASAUBONUS (Mericus) *Iſaaci* filius, Anno 1647. claruit. Texuit Diatribam de uſu verborum: item, Tractatum de Lingua Hebr. & Saxonica, in 8. A. 1650. ut & librum de Pietate contra patrii nominis & religionis hoſtes, An. 1621.

CASCALES (Fr. Perez) de Guadalajara, Medicus, Tractatum de faſcinatione Madriti, Anno 1611. typis tradidit.

CASCELLIUS (Aulus) JCtus, tempore Ciceronis claruit. Scripſit librum Bene dictorum, teſte *Pomponio*. Meminit ejus *Plinius, 8, 40. & Macrobius Saturn. 2, 6.* Vid. *Bertrandus, pag. 253.*

CASCINI (Jordanus) Panormitanus, Anno 1635. obiit. Vitam S. Roſaliæ exaravit. Vid. *Alegambe, pag. 281.*

CASELIUS (Gerh.) Gandenſ. JCtus, reliquit varia Epigrammata, teſte *Sandero*.

CASELIUS (Joh.) JCtus, Philoſophus & Philologus præſtantiſſimus, natus eſt, Anno 1533: obiit, Anno 1613. Helmſtadii 24. annis profeſſorem egit, multosq; egregios diſcipulos, inter quos etiam erat *Conradus Hornejus*, poſt ſe reliquit. Vid. *Acidalius in Vellej. pag. 448. Caſaub. Epiſt. 256. Quenſt. pag. 237.*

CASELLA (P. Leo) ſcripſit de primis Italiæ colonis & Tuſcorum Origine, Anno 1606.

CASELLIUS (Joh. Durant.) 2. libros Var. Lect. compoſuit. Extat *T 3. Lamp. Crit.*

CASELIUS (Mart.) natus eſt, An. 1608: obiit, An. 1656. Edidit Tabellas Ethicas, Politicas, & Oeconomicas.

CASENBROTIUS (Joh.) Brugenſis, An. 1566. interfectus eſt. Scripſit Carmina. Vid. *Swertius, pag. 408.*

CASENBROTIUS (Leonh.) Brugenſis, Eraſmi familiaris, reliquit orationes, epiſtolas & carmina.

CASERTA (Fr. Ant.) Neapolitanus, Anno 1608. claruit. Compoſuit Tract. in Theoriam Medicinæ.

CASICCIUS (Ant.) Bergomas, natus eſt, An. 1576: obiit, An. 1644.

CASILIUS (Anton.) Neapolitanus, Introductionem in Logicam & alias diſciplinas edidit. Vid. *Alegambe, pag. 37.*

CASIUS (Florian. Nannius) Bononienſ. collegit Catenam in totam ferè Scripturam, An. 1587.

CASIUS (Hier.) An. 1523. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 87.*

CASMANNUS (Otto) Anno 1607. obiit. Edidit Pſychologiam Anthropologicam, Coſmopœjam, Angelographiam, Uranographiam: item, Syſtema Politicum, AntiSocinum, &c.

de CASOLIS (Phil.) Rhegienſis, JCtus, Anno 1391. obiit. Ambitioſo nomine, *omnium ſui temporis Doctorum Doctor* vocabatur. Scripſit de Succeſſionibus & Teſtamentis. Extat *T. 8. Tract. tract.* Vid. *Guid. Panzirolus in JCt. 2, 73.*

CASPARIUS (Bernh.) Cenſuram religionis Reformatæ, Gröning. An. 1614. excudi fecit.

CASPARIUS (Caſp.) edidit Libertatem defenſam, An. 1599. Hagæ.

CASPARIUS (Joh.) Mantuanus, compoſuit carmina. Videatur *T. 1. Delit. Ital. pag. 715.*

CASPENSIS (Lud.) Curſum Theologicum, Lugd. Anno 1641. duobus Tomis publicavit.

CASPIUS (G.) Hanno, Medicus, A. 1579. floruit. De cautionibus, in ſanguinis miſſione adhibendis, commentatus eſt.

CASSANUS (Ferd.) Vigianulenſis, ſcripſit de quæſtione, quod Tertiana exquiſita non ſit morbus acutus, An. 1564.

CASSANDER (Georg.) natus eſt, Anno 1515: obiit, A. 1566. Edidit Conſultationem de articulis fidei, inter Cath. & Proteſtantes controverſis. Opera ejus prodierunt, Pariſ. Anno 1616. fol. Vid. *Hanckius, part. 1. de Scr. Rer. Rom. pag. 221. Sanderus, pag. 57. Olearius in Abaco, pag. 174.*

de CASSANIO (Joh.) compoſ. Tract. de Gigantibus, A. 1587. contra *Gor. Becanum.*

de CASSANIS (Zenzelinus) Gloſſas edidit in regulas Cancellariæ. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. 3, 20.*

CASSEGRAIN (Theoph.) Stampenſis, An. 1620. floruit. Vid. *Colomeſ. in G. O. pag. 271.*

CASSELIUS (Bapt.) ab *Eraſmo in Ciceroniano, pag. 203.* ita commendatur: Oratio de lege Agraria, quam paulo ante mortem edidit Bapt. Caſſelius, declarat, illum ſummo niſu Tullianæ dictionis affectaſſe lineamenta: & hactenus propemodum aſſecutus eſt quod voluit: lucis habet plurimum, verba nitida, compoſitionem ſuavem, &c.

CASSERIUS (Jul.) Placentinus, Medicus, natus eſt, An. 1545. Scripſit de ſenſibus: item, de vocis & auditus organis, An. 1600. fol. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 150.*

de CASSIA (Simon) A. 1348. obiit. Compoſuit 15. libros de geſtis Dn. Salvatoris. Vid. *Phil. Labbe, Tom. 2. diſſert. pag. 354 Olearius, pag. 432.*

CASSIANUS (Fr.) ſcripſit de Miſſione ſanguinis in morbo laterali, An. 1562.

CASSIANUS (Joh.) Scytha, A. C. 448. obiit. Condidit 7. libros de Incarnatione Chriſti: quatuor de Inſtitutis Monachorum, quibus 8. alios de vitiis & eorum remediis ſubjunxit. Adhæc 14 libros exaravit, Collationum nomine, in quibus viſus eſt in loco de *Gratia* à ſaniore doctrina recedere. Unde *S. Proſperum* antagoniſtam nactus eſt. Vulgo Caſſianum inter Semi-Pelagianos referunt. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſert. pag. 520. Voſſ. in Hiſt. Pelag. l. 1. c. 7. Rivet T. 2. Oper. pag.*

CASSIANUS (Pierius) de uſu calidi potus apud veteres, Bononiæ, Anno 1606. commentatus eſt.

de CASSINIS (Sam.) Anno 1493. floruit. Exaravit Apologiam pro Nicol. Lyrano, contra Joh. Viterbienſem, de Genealogia Chriſti. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. M. pag. 313.*

CASSINUS (Joh. Dominicus) edidit opera Mathematica, Romæ, fol. Ephemerides noviſſimas, An. 1662. Mutinæ, fol. Item, obſervationes Martis, circa proprium axem revolubilis, Bononiæ An. 1666.

CASSIODORUS (M. Aurelius) An Chriſti 514. claruit. Theodorico, Gothorum Regi, aliquando à ſecretis fuit. Reliquit Chronicon, varias Epiſtolas, librum de Orthographia, &c. Tandem Monachus

nachus factus Hiſtoriam Tripartitam compilavit, quæ ita vocatur, quia confecta eſt ex tribus illis, Socrate, Theodoreto, & Sozomeno. Juxta *Sixtum Senenſ.* in Pſalmos etiam commentatus eſt. Vid. *Phil. Labbe, T. 1. Diſſert. pag. 218. Olearius in Abaco, pag. 103.*

CASSIODORUS (Guil.) JCtus, edidit tres Tomos de in integrum reſtitutionibus.

CASSIODORUS (Pet.) Epiſtolam exaravit de tyrannide Pont. Rom. in jura Regni & Eccleſiæ Anglicanæ.

CASSIUS Felix, Medicus, ſub Tiberio Imp. claruit. Superſunt ejus de Animalibus medica Problemata. Vid. *Reineſius in Epiſt. ad Daumium, pag. 108. Glandorp. pag. 208.*

CASSIUS (L.) Hemina, A. U. R. C. 608. floruit, teſte *Cenſorino, c. 17.* Condidit 4. libros Annalium. *Plinius 13, 13.* vetuſtiſſimum Annalium autorem nominat.

CASSIUS, Κάσσιος, Longinus. Vide, LONGINUS.

CASSIUS, Parmenſis, poëta, unus ex percuſſoribus Julii Cæſaris, inter ſtudendum repertus à Q. Vario interemtus eſt. Fragmentum ejus de Orpheo, repertum in Brutiis, primus edidit *Achilles Statius.* Idem docto commentario illuſtravit *Nathan Chytræus.*

CASSIUS (Titus) Severus, tempore Auguſti & Tiberii vixit. *S. Hieronymus in Chronico* egregium oratorem vocat. *Fabius* orationis acerbitatem ei tribuit. Teſte *Tacito, 1. Annal.* procacibus ſcriptis viros & fœminas illuſtres proſcidit. In exilio 25. ejus anno obiit. Vid. *Seneca in controverſ. pag. 223. 273. Tacit. de Orat. c. 19. Glandorp. pag. 209. Voſſ. de Nat. Rhet. pag. 105.*

CASSIUS (Barthol.) ſcripſit vitam Jesu Chriſti & Mariæ Virginis Illyricè, Anno 1640. Vid. *Alegambe, pag. 56.*

CASSOLA (Palmerius) JCtus, A. 1294. claruit. Compoſuit quæſtiones in Jus Canonicum.

CASTAGNOLA (Vincent.) Meſſanenſis, An. 1604. obiit, ætatis 70. Catechiſmum à Ledeſma conſcriptum in Græcum vernaculum ſermonem tranſtulit.

CASTALDA (Joſeph.) Aretinus, edidit Elogia in S. Benedictum. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 486.*

CASTALDINUS (Joh. Paul.) A. 1585. flor.

CASTALDUS (Reſtaurus) JCtus, Peruſinus, A. 1532. Comm. in Inſtituta elaboravit.

CASTALIO (Joſephus) Anconitanus, Philologus & JCtus, libellum variarum Lectionum, ut & eruditum de triumphali Antonini Imp. columna commentarium in lucem edidit. *Joh. Meurſius* refert, ſe fuiſſe Lugduni Batav. cum illuc allatus eſſet var. lect. liber, ac fuiſſe eum omnium cum riſu exceptum, quod exiſtimaretur, luteum eſſe negotium, nec dignum, quòd lucem aſpiceret, quoniam nullum jamdiu eruditum opus ab Italia prodiiſſet; ſed ſimul inſpectum, adeò probatum eſſe, ut ſententiam mutaverint, ſtatuerintq; eſſe Italis ingenium, dummodo adſit ſtudium & exercitatio. Scripſit etiam Comment. in Sympoſii ænigmata & Rutilii Itinerarium: item, Tract. de potu frigido & calido. Vid. *Nicius, part. 1. Pinac. pag. 167.*

CASTALVETRUS (Ludov.) Mutinenſis, Anno 1571. obiit. In Ariſtotelis Poëticam inſignem Comment. confecit. Vid. *Thuanus, l. 50. Ghilinus, vol. 1. pag. 147. Rhodius de Scr. ſuppoſ. pag. 37.*

CASTANÆUS (Henr. Lud.) Rupipozeus, Epiſcopus Pictavienſis, collegit Diſtinctiones Philoſophicas & Theologicas, juxta alphabetum: item, Nomenclatorem Cardinalium, qui ab anno milleſimo & deinceps quippiam commentati ſunt, An. 1614. Vid. *Sammarthanus, pag. 99. Placcius, pag. 45.*

CASTANIZA (Joh.) Philippi II. Regis Hiſp. concionator, vitam *Lud. Bloſii* literis conſignavit.

CASTELA (H.) Toloſanus, Anno 1600. floruit. Compoſuit iter Sanctum Hieroſolymitanum. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 163.*

CASTELIUS (Joh.) Flander, An. 1573. floruit. Farraginem Epithetorum eo ordine, quo poſtea *Buccelinius*, compoſuit. Epigrammata quædam Vett. poëtarum è Græco in Latinum tranſtulit.

CASTELLANUS (Alb.) Venetus, Anno 1500. vixit. Chronicon condidit.

CASTELLANUS (Jac.) collegit Conſtitutiones ſummorum Pontificum, Venet. An. 1603.

CASTELLANUS (Jul.) celebris Philoſophus, A. 1586. obiit. Romæ Philoſophiam aliquot annis docuit, & Academicas Ciceronis, & Ariſtotelis de humano intel-

intellectu doctrinam ſtudioſè diſcuſſit. Vid. *Thuanus*, *l. 84.*

CASTELLANUS (Pet.) Lingonenſis, Anno 1547. floruit. Edidit Inſtitutiones Hebraicas. Vid. *Colomeſius, in Gallia Orient. pag. 12.*

CASTELLANUS (Pet.) Gerardimont. Medicus, natus eſt, An. 1585: obiit, An. 1632. Scripſit vitas Medicorum: ἑορτιλόγιον Græcorum: Comment. ad leges Atticas: 4. libros de eſu carnium, &c. Vid. *Sweertius, pag. 607.*

CASTELLANUS (Thomas) Bonon. Poëta, carmina compoſuit.

CASTELLARIUS (Joh. Mich.) Bononienſ. An. 1620. claruit. Vid. *Bumaldus, pag. 18.*

CASTELLINUS (Joh.) ſcripſit de Meninge, Venet. An. 1646.

CASTELLIO (Sebaſt.) Allobrox, A. 1563. Baſileæ obiit. Novam Bibliorum verſionem adornavit, in qua præcipuè puritati ſermonis Latini ſtudere voluit. Factum hoc ipſius à multis repræhenſum eſt, imprimis à *G. J. Voſſio, part. 2. Inſt. Orat. pag. 6. Riveto, T. 2. Oper. pag. 917. Dieterico, part. 1. Ant. Bibl. pag. 194. Arn. Boot* vocat perſpicaciſſimum plerumq; Interpretem. *Thuanus, l. 35.* ab eodem *Bernhardini Ochini* Dialogos Latinos factos eſſe, tradit. In dogmate de Prædeſtinatione à Calvinianis diſſentire cœpit, quæ res ipſi odium apud eosdem peperit. Oracula quoq; Sibyllina Lat. verſibus expreſſit. Vid. *Scaliger in Primis, pag. 20. 29.*

CASTELLIONÆUS (Balth.) Italus, Anno 1522. claruit. Scripſit Aulicum ſive librum, in quo docet, quomodo aliquis ad aulæ normam vitam benè inſtituere poſſit. Extant quoq; ejus Carmina, quæ plurimum commendat *J. C. Scaliger, l. 6. de re poët. pag. 797.* Longè excellentiſſimus (inquit) in Poëſi ſpiritus Balth. Caſtellionæi. Nihil dulcius elegia, nihil elegantius. Profecto ego eam mihi unam malim, quam magnum numerum Propertianarum. Illius verò Cleopatra omnes animos, quorum intereſt vacare Muſis, capere poſſit. Eſt in ea faſtigium illud ſummum in acrimonia ſententiarum. Cæterum Maronianana ſuavitate temperatur. Extant ejus carmina ex parte *T. 1. Del. Ital. pag. 716.* Vid. *Jovius, in Elog. numero 77. J. Pet. Loticbius, part. 4. B. P. pag. 34. Reineſius ad Daumium, pag. 15.*

CASTELLIONÆUS (Chriſt.) Mediolanenſis, JCtus, An. 1425. obiit. Vulgò *alter Scævola* vocabatur. Compoſuit librum de Duello. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. 2, 80.*

de CASTELLIONE (Lapus) ſcripſit de Hoſpitalitate. Vide, BIRAGUS.

à CASTELLO (Balth.) JCtus, An. 1455. floruit.

à CASTELLO (Bonavent.) Anno 1335. claruit. Edidit Recepta aquæ balnei à Porrecta.

de CASTELLO (Joh.) Bononienſ. JCtus, An. 1290. vixit.

CASTELLUS (Barth.) Meſſanenſis, ſtruxit Lexicon Medicum, An. 1598.

CASTELLUS (Bened.) Brix. fuit *Galilæi* diſcipulus, celebris Mathematicus. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 42. Chimentell. pag. 207.*

CASTELLUS (Caſtellus) Bergomas, Anno 1407. vixit. Reliquit Chronicon ſucceſſuum Guelforum & Gibellinorum, ab An. 1378. usq; ad An. 1407.

CASTELLUS (Edmundus) Anglus, edidit Lexicon Hebr. Chald. Syr. Samarit. Æthiop. Arab. & Perſicum, duobus voluminibus, Londini, A. 1669. fol. Item, Comment. de monumento Sinico.

CASTELLUS (Felix) Bonon. Medicus, An. 1559. floruit. Condidit conſilia Medica.

CASTELLUS (Franc.) ſcripſit de Inſtitutione Abbatiæ S. Victoris.

CASTELLUS (Joh.) edidit Pharmacopœjam, medicamenta in officinis Pharmaceuticis uſitata explicantem, Gadibus, An. 1622. in 4.

CASTELLUS (Onufrius) inter doctos refertur à *Ghilino, vol. 2. pag. 203.*

CASTELLUS (Pet.) Romanus, ſcripſit de Hyæna odorifera, An. 1638. item, de Opobalſamo, An. 1640. Vid. *Leo Allatius in A. U. pag. 217.*

CASTELLUS (Pet. Vaſcus) Luſitanus, edidit Exercitationes Medicinales ad omnes Thoracis affectus, An. 1616.

CASTILLIONÆUS (Ang.) Anno 1584. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 18.*

CASTILLIONÆUS (Bonavent.) Mediolanenſis, natus eſt, A. 1481: obiit, A. 1555. Scripſit de ſedibus Inſubrum antiquis: item, vitam S. Barnabæ. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 47.*

CASTILLIONÆUS (Matth.) Geſta gentis Caſtillionææ literis conſignavit.
CASTILLIONUS (Chriſtoph.) Mediolanenſ. natus eſt, An. 1345: obiit, Anno 1425. Compoſuit Conſilium, an præſumatur fœnus, quando vendens poſtea capit in Emphiteuſin. Vid. *Ghilinus*, *vol. 2. pag. 58.*
CASTILLIONUS (Franc. Abund.) natus eſt, Anno 1523: obiit, An. 1598. Vid. *Ghilinus*, *vol. 2. pag. 96.*
CASTILLIONUS (Sabba) Mediolanenſ. An. 1554. obiit. Vid. *Ghilinus*, *vol. 2. pag. 223.*
à CASTILLO (Didacus) de ornatu & veſtibus Aaronis, Antv. Anno 1663. fol. commmentatus eſt.
del CASTILLO (Franc.) ſcripſit de Incarnatione, Antv. An. 1641. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 114.*
à CASTILLO (Joh.) JCtus, edidit Tract. de uſufructu: item, Controverſias quotidianas, An. 1609.
CASTIM (Joſeph.) manuductionem in viam Pacis Eccleſiaſticæ, Anno 1650. typis tradidit.
de CASTIONOCHO (Lapus) Florentinus, JCtus, promſit allegationes.
CASTNERUS (Jodocus) reliquit Carmina. Vid. *T. 2. Delit. Germ. pag. 237.*
CASTOR, Κάϛωϱ, Rhodius, nobilis Chronographus, ſub Julii Cæſ. principatu floruit. Orator fuit, & de arte dicendi nonnulla elaboravit. *Strabo*, *l. 10.* Saocondarium dictum, & Dejotari, Regis Galatiæ, generum fuiſſe refert. Confer *Suidam*. Scripſit libros 2. de Babylone: unum de Nilo: item, χϱονικὰ ἀγνοήματα. Eum *Joſephus*, *l. 2. contra Apionem*, *Euſebius*, *Tatianus*, & *alii* allegant. Vid. *Joſſius*, *de Scr. H. Ph. 2*, *15. Meurſius in Rhodo*, *pag. 92.*
CASTOR (Agrippa) Vide, AGRIPPA.
CASTOR (Ant.) Medicus, *Plinio* celebratur, *l. 25. c. 2.* qui ait, eum centeſimum ætatis annum egreſſum, nullum corporis malum expertum eſſe.
CASTORIUS (Bernh.) Senenſis, Anno 1634. obiit, ætatis 89. Compoſuit civilem & Chriſtianam inſtructionem. Vid. *Alegambe*, *pag. 61.*
CASTRACANIUS (Fr.) ſcripſit de Societatibus, quæ fiunt ſuper officiis Rom. Eccleſiæ, Romæ, An. 1590.
CASTRENSIS (Angel.) Pauli Caſtrenſis filius, An. 1486. floruit. Vid. *Panzirolus*, *in JCt. 2*, *89.*
CASTRENSIS (Paulus) JCtus, A 1437. obiit. De hoc vulgo fertur: Si Bartolus non eſſet, eſſet Paulus. Reliquit Conſilia: item, Comm. in Codicem. Vid. *Alciatus*, *in Parerg. 2*, *42. Ghilin. vol. 2. pag. 208.*
CASTRENSIS (Steph. Roder.) Luſitanus, Medicus, ſcripſit quæ ex quibus, Anno 1646. item, de natura muliebri, An. 1654.
CASTRICIUS (Tit.) Rhetoricam Romæ profeſſus eſt tempore Adriani Imp. Meminit ejus *Agellius*, *l. 11. cap. 13.* & *l. 13. c. 20.* Vid. *Glandorpius*, *in O. R. pag. 211.*
CASTRICIUS (Matth.) ſcripſit de Principibus German. & eorum virtutibus, An. 1565.
CASTRILLUS (Ferd.) Hiſp. Anno 1640. claruit. Magiam naturalem docuit. Vid. *Alegambe*, *pag. 550.*
CASTRICOMIUS (Pancrat.) Alcmarianus, Anno 1619. obiit. Condidit librum de ſcriptoribus Hollandiæ, Zelandiæ, & Ultrajecti, teſte *Sweertio*. *Merula in Enn. pag. 406.* vocat ſecretiorum literarum diligentiſſimum ſcrutatorem.
CASTRITIUS (Henr.) Geldorpius, ſcripſit libellum de Votis hominum vel Spe carmine elegiaco, in quo ſæpiſſime peccat in quantitatibus ſyllabarum. Vid. *Sweertius*, *pag. 325.*
CASTRIUS (Jac.) exaravit epiſtolam de ſudore epidemiali vel Anglico, Anno 1529.
CASTRIUS (Leo) Hiſp. vixit An. 1570. in Eſaiam & Hoſeam commentatus eſt. *Rivetus*, *T. 2. Oper. pag 893.* adducit *Pinedam*, ejusmodi judicium de Caſtrio ferentem: Is autor, dum in hujusmodi hebraiſationes incidit, vix ſui compos, & bono licet Zelo vel ignoratione rerum quarundam, vel vehementiori aliqua affectione extra fines veritatis & modeſtiæ rapitur: &, ſi ex hujusmodi tantum unguibus leonem hunc æſtimaremus, non etiam ex aliis præclaris conatibus, aut murem aut vulpem cenſeremus, aut canem, aut quidvis aliud ignobilius.
à CASTRO (Alf.) Zamorenſis, in India Orientali occiſus eſt, An. 1558. Scripſit

pſit 14 libros de Hæreſibus. Vid. *Alegambe, pag. 17. Olearius in Abaco, pag. 20. Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 11.*

à CASTRO (Andr.) Burgenſis, A. 1577. obiit. Mexicanæ & Matlazingicæ linguæ dictionarium condidit. Vid. *Wadding. in Scr. O. M. pag. 17.*

à CASTRO (Auguſt.) Abulenſis, A. 1589. natus eſt. Struxit orationem de Chriſto crucifixo. Vid. *Alegambe, pag. 50.*

à CASTRO (Chriſtoph.) Ocanienſis, An. 1615. obiit. Elaboravit Comment. in Jeremiam & Prophetas minores: item in Sapientiam Salomonis. Vid *Alegambe, pag. 74.*

à CASTRO (Conſt.) edidit Collectionem brevem Theologiæ moralis, An. 1652. Brixiæ.

à CASTRO (Em. Mendes) JCtus, ſcripſit in leg. Cùm oportet, Cod. de Bonis.

à CASTRO (Ezech.) texuit Amphitheatrum Medicum, An. 1634. Item, Hiſtoriam mulieris Veronenſis, ſcintillas ex corpore ejaculantis.

à CASTRO PALAO (Ferd.) compoſuit opus morale, ſeptem partibus conſtans, Anno 1631. Videatur *Alegambe, pag. 109.*

à CASTRO (Franc.) Granatenſ. A. 1632. obiit. Exaravit 4. dialogos de arte Rhetorica: item, Chryſologiam Hiſpano-Latinam, i. e. locutiones aureas, tum ad rectè loquendum, tum ad omnem antiquitatem & humanitatem in Cic. operibus diſperſam explicandam, opus in 3. Tomos diviſum. Vid. *Alegambe pag. 117.*

de CASTRO NOVO (Hugo) Anglus, An. 1322. vixit. Scripſit de victoria Chriſti contra Antichriſtum: item, de finali judicio. Videatur *Wadding. in S. O. M. pag. 179.*

de CASTRO (Juſtus) edidit Inſtructorium ſpirituale, Compluti, An. 1617.

à CASTRO (Matth.) Inſulenſis, A. 1597. obiit. Reliquit Noctes æſtiuales & hiemales: item, Epitomen Harmoniæ Janſenianæ.

à CASTRO (Melch.) Hiſpalenſ. An. 1599. obiit, relicto tract. de Beatitudinibus. Vid. *Alegambe, pag. 340.*

à CASTRO (Paulus) JCtus. Vide, CASTRENSIS.

à CASTRO (Pet.) Bavonas, Chiliadem Aphoriſmorum Veronæ, Anno 1652. in lucem emiſit: item, Tract. de Peſte Neapolitana, Romana & Genuenſi, Anno 1657.

à CASTRO (Rodericus) Luſitanus, edidit Medicum politicum: item, Tract. de univerſa mulierum medicina, Anno 1603.

CASULANUS (Protus) Senenſis, ſcripſit de Lingua, quâ maximum eſt morborum acutorum ſignum, A. 1626.

CASUS (Joh.) Oxonienſis, compoſuit Comment. in 8. libros Phyſicorum Ariſtotelis, Anno 1600. item, Speculum quæſtionum moralium, A. 1594. Sphæram Civitatis, An. 1593.

CATALDUS (P. Ant.) Vide, de CATTALDIS.

CATANÆUS (Franc.) Florentinus, natus eſt, Anno 1466: obiit, Anno 1522. Scripſit tres libros de Pulcro: item, tres alios de Amore. Ejus opera edita Baſileæ, An. 1563. fol. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 88.*

CATANÆUS (Hier.) de arte bellica, Genev. An. 1600, in 4. commentatus eſt.

CATANÆUS (Jac.) Genuenſis, condidit librum de morbo Gallico.

CATANÆUS (Joh. Maria) Novarienſis, An. 1530. obiit. Conſcripſit eruditos in Plinii Panegyricum & Epiſtolas commentarios. Idem verſu heroico expeditionem ad bellum ſacrum cecinit, ſub titulo Solymidos. Genuam quoque felici Carmine deſcripſit. Carmen ejus de Bombarda Commentariis in Plinium, Mediolani editis, ſubjunctum eſt. Vid *Jovius in Elog. numero 79. Mart. in Var. Lect. 16, 12. Quenſtad. pag. 297.*

CATARDUS (Joh.) Aquaſperſanus, Anno 1550. claruit. Jonam Notis illuſtravit.

CATELANUS (Laur.) ſcripſit de Aquis deſtillatis, An. 1623.

CATENA (Hier.) fertur octo libros poëmatum conſcripſiſſe. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 116.*

CATENA (Pet.) in Porphyrium de Genere, Venet. An. 1556. commentatus eſt.

CATENAGUS (Baſſianus) vir Græcè & Hebraicè doctus, Oedipum ſacrum, teſte *Ghilino, vol. 2. pag. 37.* publicavit.

CATHANESIUS (Adam) An 1255. à furente plebe, cùm decimas peteret, combuſtus eſt. Reliquit tres libros Scoticæ hiſtoriæ

hiſtoriæ. Videatur *Hallerv. de Hiſt. pag. 8.*

à S. CATHARINA (Paulus) ſcripſit Epinicia virginis Mariæ, de peccato, ſerpente & morte An. 1660. fol.

CATHARINUS (Ambroſ.) Compſenſis Archiepiſcopus, An. 1552. obiit. Multa contra Lutherum ſcribendo molitus eſt. Commentarios etiam in Epiſtolas Paulinas edidit. In multis ab ipſis Pontificiis deſeritur ac refellitur, ut de certitudine Gratiæ, Prædeſtinatione, &c. Vid. infrà, POLITIUS. Confer *Olearium in Abaco, pag. 26. Quenſtad. pag. 319.*

CATHIUS (Arnold.) Leowardienſ. An. 1630. obiit. Extat ejus Paraphraſis in Cant. Canticorum. Videatur *Alegambe, pag. 47.*

CATINA, Syrus, à S. *Hieronymo* in *Comm.* ad *Ezech.* memoratur.

CATO (M. Porcius) optimus orator, Imperator & Senator, tempore belli Punici II. floruit, vitamq; usq; ad bellum Punicum III. produxit. Teſte *Plinio, præfat. Hiſt. nat.* libros de re militari compoſuit. Vid. *Stewech. in Veget. pag. 20.* Orationes etiam complures habuit. *Cicero in Bruto*, 150. ejus orationes numerat. *Dionyſius Halicarnaſſ.* 1. *Antiq.* Catonem urbium Italicarum Origines reliquiſſe, refert. Verùm Origines iſtæ dudum periêre. Quas *Annius Viterbienſis* pro Catonianis nobis obtrudit, iis profectò nihil eſt inficetius & Catone indignius. Vid. *Scalig. in Primis, pag. 29. Mart. Hanckius, part. 1. de Scr. R. R. part. 22.* & *Caſp. Sagittarius, de Scr. Vet. Rom. pag. 59.*

CATO, M. Porcii Catonis Filius, JCtus, ſcripſit libros de Juris diſciplina egregios: item, 15. libros commentariorum Juris. Vid. *Bertrandus, pag. 192.*

CATO (Dionyſ.) Diſticha de moribus ad filium ſcripſiſſe dicitur. Catonis nomine *Vindicianus*, Comes archiatrorum, in epiſtola ad Valentinianum Imp. ea commendat. *Quidam* nomen *Catonis* ab argumento libro impoſitum exiſtimant. Vid. *Schcurelius in Statua Mercuriali, part. 2. cap. 2.* Alii *Auſonio* tribuunt: alii *Octaviano*: alii neſcio cui *Johanni Clothomio. Goldaſtus in Notis ad Columbanum pag. 104.* Octaviano (inquit) Diſtichorum, quæ Cato inſcripſit, Collectori idem videmus accidiſſe: quo in Poëta diligenter Columbanus fuit, verſusque forma ac verbis paribus exſcripſit plurimos. Octavianum, Columbani Magiſtrum, ſi ſalutaveris, non erraveris. Hæc ille. *Marcus Zuerius Boxhornius in Rom. quæſt. 14. pag. 77.* carmina iſta ab homine Chriſtiano compoſita & falſò Catonis nomine emiſſa eſſe pronunciat. Vid. *Sagittarius de Script. Vet. Roman. in Catone: Placcius, pag. 77.*

CATO (Valerius) poëta, memoratur *Suetonio*, *l. de cl. Gramm.* Reliquit Lydiam & Dianam.

CATO, Taurinenſis, JCtus, ſcripſit de Dividuis & Individuis, Mediolani, A. 1611.

CATOSIUS (M.) Chronoſophiam vel Diſſertationem de 4. anni temporibus, eorumq; natura & temperamentis, Venet. Anno 1603. edi curavit.

CATSIUS (Jacobus) Zelandus, JCtus, edidit Jacobum Patriarcham Bigamum, carmine elegiaco. Item, Emblemata, Anno 1622. *I. P. Lotichius, pag. 3. B. B. pag. 207.* vocat opus aureum.

de CATTALDIS (Pet. Ant.) Medicus & Mathematicus, A. 1584. ſcripſit Arithmeticam, Tomis duobus: Algebram proportionalem, diſcurſivam, naturalem & triangularem, quatuor voluminibus: de elementis quantitatum irrationalium ſive inexplicabilium, Tomis duobus: de transformationibus Geometricis, 2. Tomis. *Bumaldus* vocat Arithmeticum & Geometram admirandum.

CATTANNIUS (Andr.) Imolenſis, condidit Tract. de cauſis mirabilium effectuum. Vid. *Hier. Magius, Var. Lect. l. 4. c. 12.*

CATTIERUS (Iſaac) reliquit Obſervationes medicinales: item, lib. de rheumatiſmo, Anno 1653.

CATTONUS (Gualt.) Anglus, A. 1343. obiit. Aſtrologiam judiciariam tanquam DEO exoſam, & inventum planè diabolicum damnabat. Scripſit in libros Sententiarum: item, contra Aſtrologos judiciarios. Vid. *Wadding. in Scr. O. M. pag. 149.*

CATULLIUS (Andr.) Tornacenſis, Anno 1613. floruit. Compoſuit Prometheum, ſive Drama de origine ſcientiarum: item, Tornacum Nerviorum. Videatur *Swertius, pag. 119.*

CATULLUS (C. Valerius) Veronenſis, ſecundo

ſecundo anno Olymp. CLXXIII. natus eſt: obiit, An. 2. Olymp. CLXXX. *Hieronymo in Chronico* teſte. *Agellius* 7, 20. Poëtarum nobiliſſimum & elegantiſſimum appellat: *Martialis* docti vatis elogio ornat. Vid. *Scheurelius in Stat. Mercur. part.* 2. *c.* 6.

CATULUS (Q.) A. U. C. 666. interfectus eſt. Librum de Conſulatu & de rebus à ſe geſtis Xenophonteo ſermonis genere perſcripſit. Vid. *Voſſ. de Nat. Rhet. pag.* 99.

CAVACCIA (J. Bapt.) JCtus, An. 1588. floruit. Scripſit de Indemnitate mulierum, dotis cauſas: de Cambiis per literas, &c. de converſatione cum Bannitis: Diſpp. criminales.

CAVACIUS (Jacob.) Patavinus, edidit 6. libros Hiſtoriarum Cœnobii D. Juſtinæ Patavinæ, Venet. An. 1606. item, illuſtrium Anachoretarum elogia, Anno 1625.

CAVAGNOLUS (Roland.) condidit Deciſiones conſultativas, Mediol. Anno 1614. fol.

CAVAIGNAC (Ant.) Ruthenenſis, Anno 1613. claruit. Videatur *Alegambe, pag.* 37.

de CAVALCANTIBUS (Guido) ſcripſit de natura & motu amoris Venerei.

CAVALCANTIUS (Barth.) Florentinus, natus eſt, Anno 1503: obiit, An. 1562. Reliquit ſeptem libros de Rhetorica, & de optimo reip. ſtatu Commentarium, quem *Fr. Sanſovinus* poſt obitum auctoris publicavit. Videatur *Thuanus, l.* 34.

CAVALCANUS (Borgninus) JCtus, compoſuit 4. volumina Deciſionum, fol. item, Tract. de tutore & curatore, ut & de uſufructu mulieri relicto, Anno 1604.

CAVALCANUS (Hortenſ.) JCt. de Brachio regio: item, de Teſtibus, An. 1619. commentatus eſt.

CAVALIERIUS (Bonav.) librum ſtruxit de Geometria, Bonon. A. n. 1635. Vid. *Ghilinus, vol.* 1. *pag.* 34.

della CAVALLERIE (Pet.) Senenſis, ſcripſit librum titulo, Zelus Chriſti contra Judæos, Saracenos & infideles, Venet. An. 1592.

de CAVALLERIIS (J. B.) edidit duos libros antiquarum Statuarum urbis Romæ, An. 1585. fol. Effigies Imperatorum: Icones Pontificum Rom. Anno 1595.

CAVALLI (Lud.) Pariſienſis, An. 1642. claruit. Compoſuit Proſodiam. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag.* 241

CAVALLOS (Hieron.) JCtus, abſolvit 4. Tomos Speculi aurei communium opinionum.

CAVALLUS (Franc.) Anno 1540. ob[illegible] Vid. *Ghilinus, vol.* 1. *pag.* 57.

CAVANUS (Lud.) Parmenſis, ca[illegible] fecit. Videatur *Tomus* 1. *Delit. Ital. pag.* 739.

CAVASETUS (Mich.) reliquit Co[illegible] Medica.

CAVASSIUS (Balth.) Scalentinus, Sa[illegible]dus, An. 1634. ætatis 74. obiit. Conſtruxit 4. libros de Notis veræ re[illegible]nis: item, 4. alios de vera perf[illegible] prudentia. Vid. *Alegambe, pag* [illegible]

CAUCHIUS (Joh.) Anno 1568. [illegible] Scripſit Notas in Paulini poëmata, [illegible] *Sweertio.*

CAUCIUS (Ant.) Ultrajectinus, animadverſionibus Officia Ciceronis illuſtravit. Vid. *Sweertius, pag.* 131. *Voſſ.* 2. *Gramm. pag.* 86.

CAUCUS (Ant.) Coreyrenſis Arch[illegible]ſcopus, Latinè ſcripſit adverſus Græcorum hæreſes, ſi *Allatio* credendum [illegible]

CAUCALUS, Καύκαλος, Rhetor Chius, laudes Herculis, teſte *Athenæo*, [illegible] enarravit.

de la CAVE (Joſ.) edidit Miniſtrum J[illegible] Chriſti, An. 1642.

CAVELLUS (Hugo) Hibernus, A. 16[illegible]6. obiit. Compoſuit libellum de A[illegible] benè moriendi, teſte *Vernulæo in A*[illegible] *van pag.* 316. & *Wadding. in Scr. O*[illegible] *M. pag.* 177.

CAVERSINUS (Barth.) Ca[illegible] in Zouburgo Walachriæ, E[illegible] Eraſmi Græcè tranſtulit, notisq; illu[illegible]vit, An. 1566.

de CAVIGIOLIS (J. Bapt.) de morb[illegible] vis commentatus eſt.

CAVITELLIUS (Lud.) reliquit Annal[illegible] Cremonenſium, An. 1588. in 4.

CAULERIUS (Simon) Flinenſis, A[illegible] 1615. floruit. Condidit Annales Eccleſiaſticos, teſte *Sweertio.*

de CAULIACO (Guido) Gallus, elaboravit ſeptem Tractatus Chirurgiæ, An. 1499. fol.

CAVOTTUS (J. Bapt.) de Melphi[illegible], in cap. 1.

cap. 1. Jacobi, Anno 1620. commentatus eſt.

CAUSSINUS (Nicol.) Trecenſis, A. 1651. obiit. Scripſit de Eloquentia Tractatum haud contemnendum: Theſaurum Græcæ Poëſeos: Notas in Horapollinem, &c. Item, Carmina, Odas, &c. Adde, Diſſertationes in 4. libros Regum, Pariſ. fol. Vid. *Alegambe, pag.* 251.

CAUTIUS (Cam.) librum de Penſionibus Epiſcoporum elaboravit.

CAUUDRY, contra Independentiſmum [illegible]

CAXANES (Bernh.) ſcripſit de ratione mittendi ſanguinem in febribus putridis, An. 1592.

CAXTONUS (Guilh.) Anglus, A. 1483. vixit. Condidit Chronicon mundi. Vid. *Olearius in Abaco, pag.* 192.

CAXTONUS (Joh.) Anglus, JCtus, Summam confeſſionum conſcripſiſſe dicitur. Vid. *Wadding. in Scr. O. M. pag.* 198.

CAZANUS (Hercules) Bergomas, Arma, viros, furias Orlandi & geſta ferocis Carminibus Latiis reddere adorſus erat. Videatur *Donatus Calvus, in Bergomat. pag.* 334.

CEA (Didacus) Andenſis, Hiſp. An. 1640. obiit. Reliquit Theſaurum Terræ ſanctæ: item, Archielogia Petri & Pauli, in 2. libros redacta. Vid. *Wadding. de Sc. O. M. pag.* 101.

CEBA (Anſald.) Anno 1623. obiit. Vid. *Ghilin. vol.* 1. *pag.* 15.

CEBES, Κέβης, Thebanus, Philoſophus, Socratis diſcipulus Dialogos compoſuit *Suidas* ei tres tribuit, ἑβδόμην, Φρύνιχον, & πίνακα. Πίναξ hodie ſupereſt. Extat etiam Arabice editus, Anno 1640. *Abr. Berckelius* Notas addidit, A. 1670.

CECCANUS (Annibaldus) Campanus, An. 1530. mortuus eſt. Vitas Petri & Pauli carmine Heroico expreſſit.

CECCOTTUS (J. Bapt.) Piſanus, obiit, An. 1640. Vid. *Alegambe, pag.* 222.

CECCUS (Laur.) ſcripſit de Indulgentiis & Jubileo anni ſancti, Col. An. 1600.

CECIDAS, Κηκείδης, vetus Dithyramborum poëta erat. Meminit ejus *Ariſtophanes in Nubibus.* Vid. *Suidas.*

CECKIUS (Joh.) Bononienſis, ſcripſit de puerorum tuenda valetudine, A. 1604. Vid. *Linden, pag.* 333.

CEDRENUS (Georg.) Κεδρηνός, Monachus, tempore Iſaaci Comneni Imp Anno 1057. uti *Voſſio* videtur, floruit. Condidit Hiſtoriam ab initio mundi usq; ad Iſaacium Comnenum. Syncellum & Theophanem ſæpiſſimè ad verbum exſcripſit. Cedrenus manuſcriptus in Bibliotheca Norimbergenſi ſervatur. Vid. *Caſp Barthius in Claud. p.* 1232. *Olearius in Abaco p.* 175. *Thomaſius de Plagio, §.* 380.

CEFFENIUS (Fr. Maria) JCtus, in Piſanam Inſcriptionem doctum Φιλολόγημα edidit, teſte *Chimentellio, pag.* 24.

CELADA (Didacus) Monteladenſis, confecit Comment. in Ruth, Judith & Suſannam: item, Flecta ſacra de Benedictionibus XII Patriarcharum, An. 1647. Vid. *Alegambe, pag.* 90.

de CELAJA (Joh.) in Eth. & Phyſ. Ariſtotelis, An. 1523. commentatus eſt.

CELICHIUS (Andr.) fecit Carmina. Erat Theologus.

CELLA (Scipio) doctis annumeratur à *Ghilino, vol.* 1. *pag.* 206.

CELLARIUS (Andr.) emiſit Harmoniam Macrocoſmicam, An. 1660.

CELLARIUS (Balth.) Anno 1672. obiit. Edidit Tabulas Politicas & Ethicas.

CELLARIUS (Chriſt.) Flander, An. 1533. floruit. Carmen Heroicum compoſuit de bello in Hungaria adverſus Solimannum geſto. Vid. *Sweertius, pag.* 175.

CELLARIUS (Conr.) Hægæus, A. 1618. claruit. Profeſſus eſt Philoſophiam naturalem Tubingæ. Reliquit poëmata ſacra.

CELLARIUS (Joh.) Gnoſtopolitanus, elogium Neminis conſcripſiſſe fertur, An. 1519.

CELLENSIS (Pet.) A. 1187. obiit. Contexuit novem libros Epiſtolarum: Tract. de Conſcientia, &c. Vid. *Ph. Labbe, Tom.* 2. *Diſſ. de S. E. pag.* 189. *Olearius, pag.* 367.

CELLOTIUS (Lud.) Pariſienſis, præter opera poëtica, Tract. de Hierarchia & Hierarchis edidit, Anno 1641. Item, Hiſtoriam Godeſcalci Prædeſtinatiani, fol. Vid. *Alegambe, pag.* 308.

CELSINUS, Κελσῖνος, Caſtabalenſis, Philoſophus, juxta *Suidam* collectionem dogmatum univerſæ ſectæ Philoſophicæ compoſuit.

CELSUS, poëta fuit, qui alienis dictis pro ſuis utebatur. De hoc *Horatius, l.* 1. *Ep.* 3. legi poteſt.

CELSUS, Κέλσος, Epicureus Philoſophus, tempore M. Antonini Philoſophi vixit. Ei *Lucianus* Alexandrum vel Pſeudomantem dedicavit. Compoſuit contra Chriſtianos librum, in 2. tomos diſtinctum & λόγον ἀληθῆ inſcriptum, cui *Origines* reſponſum oppoſuit. Fertur etiam contra Magiam ſtilo pugnaſſe. *Hornius l. 5. hiſt. Phil. c. 4.* malè Stoïcum vocat. Videatur *Lucianus T. 1. pag. 546. Spencerus in Notis in Orig. p. 3. Jonſius de Scr. H. Ph. 4. pag. 332. Valeſius in Euſeb. pag. 128.*

CELSUS, JCtus. Vide, JUBENTIUS.

CELSUS (Angelus) edidit Deciſiones S. Rotæ, Romæ, An. 1673. fol.

CELSUS (Cornel.) Medicus, tempore Tiberii Imp. claruit. Octo libris, de re Medica editis, *Latini Hippocratis* nomen meruit. *Joh. Heurnius* pluris ejus Latinitatem, quàm medicinam faciendam eſſe affirmabat. Scripſit etiam de re ruſtica: de re militari: item, de arte Rhetorica. Videatur *Stewech. in Veget. pag. 20.*

CELSUS (Minus) librum de Hæreticis, capitali ſupplicio non afficiendis, Anno 1584. imprimi fecit.

CELTES (Conr.) Protucius, poëta & orator, Swinfurti natus eſt, Anno 1459: obiit, An. 1505. Primus Germanorum à Friderico Imp. laurea poëtica exornatus eſt. Inter alia Hiſtoriam reliquit de ſitu Norimbergæ & vita S. Sebaldi. Carmina ejus ex parte habentur *T. 2. Delit. Germ. pag. 245.* Eadem manuſcripta ſervantur Norimbergæ in publica Bibliotheca. Condidit etiam Carmen de ſitu & moribus Germaniæ, quod *Simon Schardius* volumini primo *Germ. Script. pag. 226.* inſeruit. Vid. *Voſſius de Hiſt. Lat. pag. 577. & Lambecius in Bibl. Vienn. c. 34. 35.*

CEMENTARIUS (Joh.) exaravit Mercatorem ſpiritualem, A. 1583.

CENALIS (Robert.) Pariſinus, An. 1560. obiit. De menſuris & ponderibus: item, de coërcenda Hæreticorum petulantia: de cælibatu, &c. ſcripſiſſe legitur. Vid. *Sauſſay, pag. 68.*

CENCIUS (Lud.) ſcripſit de Cenſibus, Anno 1638.

CENEDUS (Pet.) compoſuit collectanea ad Jus Canonicum, Venet. A. 1596.

CENGADANIUS (Andr.) Gallus, Anno 1605. claruit, & linguam Hebraicam apud Bearnenſes docuit. Vid. *Colom... in G. O. pag. 103.*

CENSALIUS (Fr.) Obſervatio[n]es ſi[ngu]lares: item, Additiones ad Pere[grinum] publicavit.

CENSORINUS, tempore Gordiani I... vixit. De die natali librum e... compoſuit & *Q. Cerellio* dedicavit: i[te]m librum de Accentibus, cujus men[tio a]pud *Caſſiodorum*: & *Priſcianum* ... *doctiſſimus artis Grammaticæ* appell... In Cenſorinum *Lindenbrochjus* d... mè commentatus eſt, et Mr. Mor...

CENTENSIS (Steph.) An. 1590. cla... Scripſit de Auxiliis: Item, in ... cam.

CENTINUS (Maurit.) Aſculanus, ... carnatione commentatus eſt, Anno 1637. fol. Meſſanæ. Vid. *Wadding[us in] S. O. M. pag. 256.*

CENTOFLORENUS (Ludov.) ... Clypeum Lauretanum, Romæ, Anno 1643.

de CENTUARIA (Guil.) Cremo[nenſis], An. 1404. obiit. Extat ejus Comm. [in li]bros Sententiarum. Vid. *Waddingus in Scr. O. M. pag. 151.*

CEPARIUS (Virg.) Peruſinus, An. 16.. obiit. Exaravit vitam Aloyſ. Gonzag. Vid. *Alegambe, pag. 444.*

de CEPEDA (Franc.) Toletanus in Eccleſiaſticum commentatus eſſe dicitur. Vid. *Alegambe, pag. 118.*

CEPHALÆON, Κεφαλαίων, Hiſt. & Orator, tempore Adriani claruit. Præter declamationes ſcripſit Compendium Hiſtoricum, à Nino & Semiramide usq; ad Alexandrum magnum. Id opus lingua Jonica erat ſcriptum & conſtabat libris IX. quibus Muſaru[m] nomina fecerat, Herodoti exem[plo]. Tanti autem faſtus erat, ut patriam ... laret, atq; id Homeri exemplo ſ... cere diceret, teſte *Photio.* Cephalæ... cum quendam adducit *Euſebius in Chronico, pag. 30.* Confer *Suidam.*

CEPHALON, Κεφάλων, Ge...Mus... Συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ a ... *Hallicarnaſſ. l. 1. Antiq.* appella[tu]r. A... legatur à *Parthenio* in *Eroticis*, cap 4. & 34 & *Pomp. Feſto* in voce *Roma.*

CEPHALUS, Κέφαλος, rhetor. V... *Tzetzes in chil. pag. 98.* Prim[u]s ex[o]rdia & perorationes compoſuit, teſte *Suida.*

CEPHA

CEPHALUS (Ariop.) emiſit Mercurium triumphantem, An. 1600.

CEPHALUS(Joh.) JCtus, An. 1576. obiit. Conſultationes, quinq; voluminibus diſtinctas, edidit. Vid. *Ghilinus*, *vol. 1. pag. 79.*

CEPHISODORUS, Κηφισόδωρος, Athenienſis, erat veteris Tragœdiæ poeta, teſte *Suida*. Vid. *Jonſius in Script. Hiſt. Phil. 1, 13.* Inter ejus fabulas quidam Ἀμαζόνας, Ἀντιλάϊδα, Τροφώνιον, Ὑῆ, ϗ Ὗν referunt.

CEPHISODORUS, Hiſtoricus, ſcripſit de Bello ſacro ſive Phocico. Ejus librum XII. *Euſtatius in Ariſtotelis Ethica, 3, 8.* allegat.

CEPHISODOTUS, Κηφισόδοτος, Iſocratis diſcipulus & Ariſtotelis obtrectator, compoſuit opus Παροιμιῶν vel proverbiorum, teſte *Athenæo, l. 2.* Videatur *Caſaub. in Athen. pag. 123.*

CEPIO (Coriolanus) Dalmata, floruit tempore Friderici III. Imp. Extant tres ejus libri de geſtis Petri Mocenici.

CEPONIUS, Epiſcopus Hiſpanus, A. 450. claruit. Extat ad eum Turibii, Aſturicenſis Epiſcopi, epiſtola apud *Baronium ſub A. 447.* de radicibus Priſcillianiſtarum per Hiſpaniam exſcindendis. Expreſſit Geneſin carmine. Vid. *Reineſ. ad Daum. pag. 212. 213.*

CEPORINUS (Jac.) Tigurinus, A. 1525. obiit. Reliquit Compendium Græcæ Grammaticæ, & Heſiodi Georgica illuſtravit ſcholiis. Extant etiam ejus ſcholia in Dionyſii deſcriptionem orbis, & in Arati Aſtronomica.

CERADIUS (Conr.) Meliſſopolitanus, collegit Conſtructiones Græcolatinas principaliores Latinisq; diſpares. Vid. *Simlerus.*

CERAMEUS (Theoph.) Κεραμεὺς, Archiepiſcopus Tauromitanus, condidit Homilias, qvas edidit & vertit *Fr. Scorſus*, An. 1644. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 450.*

CERATINUS(Jac.) Hornanus, An. 1530. obiit. Scripſit libellum de ſono literarum Græcarum, teſte *Sweertio*. *Hadr. Junius, in Adag.* iſthic vellus non carpitur, ſequentem *Hiſtoriam* memorat: Facetum eſt (inquit) & dignum, quod in hoc loco recenſeatur, qvod de *Jac: Ceratino*, viro incomparabili modeſtia & utriusque literaturæ ad miraculum uſq; peritiſſimo, cive meo (quem honoris cauſa nomino, quippe quo glorietur communis illi mecum patria *Horna*, maritimum Hollandiæ opidum) olim audiſſe memini, ab aurito teſte, viro ſimiliter literatiſſimo. Is cùm duro parentis imperio immorigerus eſſe nollet, Trajectum (quæ ſedes eſt Epiſcopalis) profectus, ut ſacerdotali dignitati inaugurandus nomen daret, cùm priſci ſeculi ac proinde barbari more (quem veluti per manus traditum ita mordicus obſervant, ut piaculum ſit vel latum unguem diſcedere) ab officialium collegio, examinandis Presbyterii tironibus deputato, in quæſtione haberetur interrogatus, ut Grammaticalis regulæ autoritatem recitaret homo doctiſſimus, ſpurcæque barbariei proculcator ſtrenuus, ingenuè negavit, ſe ſcire: ad quod reſponſum è veſtigio ex adyto illo ſanctiore ut profanus juſſus eſt excedere, Grammaticamque felicius & diligentius evolvere. Poterat ille cum *Xenocrate* dixiſſe: *Equidem ego vellus non carpo.* Sed rara modeſtia ac propè unica illum continuit, quo minus vel ſe excuſaret, vel errorem illorum caſtigaret, contentus ſolum viro ejusdem ordinis candido (cujus eruditionem multis jam annis Lovanienſis Academia ſuſpicit) repulſæ ſuæ cauſam detegere: qui mox introductus in ſacratius illud penetrale, erroris ſuos illos magiſtros admonuit, qui inſignis calumniæ maculam ipſis eſſet aſperſurus, ni oportunè illi mederentur. Nihil enim illo viro Lovanium habere doctius vel *Eraſmi* teſtimonio, documentoq; eſſe *Chryſoſtomi libros* de ſacerdotali dignitate, caſtiſſimè ab eo in Lat. linguam converſos. Ea caſtigatione factum eſt, ut agnito errore *Ceratinum* revocarent, injuriamq; deprecarentur, priſci moris excuſatione, non eſſe integrum ſibi à Ritualium librorum ductu ac recepto more diſcedere. His aliisque lenociniis delibutus ſacerdotio inauguratur. Nimirum ille puritati Lat. linguæ innutritus quodammodo trivialia Grammatices præcepta vel omninò non audierat, vel neglexerat dedidiceratq;, vellus illud deglubere non doctus. Hæc *ille.*

CERBIDIUS Scævola, JCtus, ſub Marco Antonino Imp. floruit. *Legum Coryphæus* à *nonnullis* dicitur. Hujus ſententia erat, *Jus civile vigilantibus eſſe ſcriptum.* Compoſuit 40. libros digeſtorum, 20. quæſtionum, ſex reſponſorum. Vid. *Guido Panzirolus, in JCtis, l. 1. c. 48. Bertrandus, pag. 104.*

CERCIDAS, Κερκιδης, Megapolitanus, ab *Athenæo, l. 10.* Jambographus vocatur. Meminit ejus *Ælianus, in Var. hiſt. 13, 20. Diogenianus, in Cercida: Stobæus, ſerm. 14. Stephanus, in* Μεγάλη πόλις.

CERCOPS, Κέρκωψ, Mileſius, Hiſtoriam fabularem contexuit. Eidem nonnulli poëma, qvod Αἰγίμιος vocabatur, tribuunt. Memoratur & *alius* CERCOPS, isque Pythagoricus, qui Λόγον ἱερὸν, & τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν ſcripſiſſe *Clementi Alexandrino, l. 1. Stromat.* dicitur.

de CERDA (Gondiſalv.) Hiſp. edidit Commentarium in Epiſtolam ad Romanos, An. 1583.

de la CERDA (Joh.) ſcripſit de excellentia cœleſtium ſpirituum, An. 1631.

de la CERDA (Joh. Lud.) Toletanus, vulgavit Adverſaria ſacra, & Commentarium in Tertullianum: item, Notas in Virgilium, fol. Vid. *Barth. in Theb. Stat. pag. 718. & Alegambe, pag. 254.*

de la CERDA (Melchior) Ciſernentenſis, Anno 1617. obiit. Condidit Campum eloquentiæ. Vid. *Alegambe, pag. 340.*

CEREALIS, Caſtulenſis Epiſcopus, circa A. C. 490. vixit, uti *Bellarminus* tradit. Reliquit librum contra Maximinum, Arianorum Epiſcopum, qui extat. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 105.*

CEREALIS (Julius) poëta, *Martiali Epigrammatum l. 11.* memoratur. Struxit bellum Giganteum, quemadmodum ex dicto *Martiali* colligere licet.

CEREALIS, Κερεάλιος, inter Græcos poëtas numeratur. Vid. *Anth. Gr. Epigram. l. 2. c. 46.*

CEREOLUS (Florianus) Bononienſis, Medicus, An. 1447. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 69.*

CERESOLA (Flamin.) Bergomas, natus eſt, An. 1562: obiit, An. 1640. Scripſit de S. Maria Virgine tractatum, in ſex Tomos diſtinctum. Vid. *Donatus Calvus, pag. 140.*

CERETUS (Daniel) Brixienſ. Medicus, An. 1470. claruit. Carmina conſcripſit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 741.* Fertur etiam ſcripſiſſe carmine de præcellentibus ſuæ ætatis viris Brixienſibus: item, de Salice.

CERILIANUS (Fabius) teſte *Vopiſco*, tempora Cari, Carini & Numeriani Impp. ſolertiſſime proſecutus eſt.

CERIOLANUS (Fr. Furius) Hiſp. A. 1592. obiit. Edidit 3. libros Rhetoricorum, nec non commentarium de Conſiliis & officio Conſiliarii. Fertur etiam orationem habuiſſe de Bibliis, in vulgarem linguam transferendis, quæ ab inquiſitoribus inter libros prohibitos relata eſt.

CERMELLUS (Auguſt.) exaravit Principem Catholicum, A. 1657. Regularem, An. 1659. Monita Prælatorum, & Catenam in Jobum.

CERMENATUS (Joh. Pet.) de recta regnorum adminiſtratione commentatus eſt, An. 1561.

CERMISONIUS (Ant.) Conſilia medicinalia publicavit, An. 1604. fol.

de CERNITIS (Petr.) JCtus, An. 1308. claruit. Scripſit in libros Feudorum.

CERNITIUS (Joh.) emiſit, An. 1626. catalogum Comitum à Zolleren & Marchionum Brandenburgenſium.

CERQUEIRA (Ludov.) Alvitenſis, An. 1614. Nangalachi obiit, ætatis 72. Reliquit Manuale caſuum conſcientiæ, Japonica linguâ conſcriptum. Vid. *Alegambe, pag. 308.*

CERRATUS (Paulus) Albenſis, carmina compoſuit. De hoc ita *J. C. Scaliger, l. 6. de re poët. pag. 798.* Magniloquo & illuſtri dicendi genere uſus eſt. Non ille, muſcas ſi deſcribat, demittere poſſit animum ad plebejam orationem. Brevis eſt, ſplendidus, numeroſus, plenus, candidus. Carmina ejus leguntur, *T. 1. Delit. Ital. p. 746.*

CERTANUS (Jac.) Bononienſ. A. 1639. floruit. Vid. *Greg. Letus, in Ital. regn. pag. 118.*

CERVANTES (Gonſ.) Comm. in libr. Sapientiæ condidit, Hiſpali, A. 1604. fol.

CERVARIUS (Lud.) ſcripſit de Origine Turcarum, Florent. An. 1590. in 4.

CERUTUS (Bened.) Veronenſ. Anno 1620. obiit. Reliqvit Muſæum. Videatur *Ciocchus, pag. 164.*

CERUTUS (Frid.) Veronenſ. edidit Paraphraſin in Juvenalem, & Horatium, Anno 1585.

de CES-

de CESSOLIS (Jacob.) Lombardus, circa Annum 1295. claruit. Scripſit de ludo Schaccorum ſive de moribus hominum officiisq; Nobilium. Liber impreſſus eſt, Mediolani, An. 1467.

CESTIUS, Epicureus ſecta, patria Smyrnæus, tempore Ciceronis Rhetoricam Romæ docuit, teſte *Euſebio*. Hic, licet Græcus fuerit, Græcè tamen nunquam declamavit, ceu refert *Seneca, controv. 26.*

CESTIUS (Pet.) edidit Synopſin Geographiæ, An. 1588.

CETANNIUS (Valer.) Vicentinus, Galeni librum de exercitio parvæ pilæ Latinè tranſtulit. Vid. *Simlerus*.

de CEVA (Bonif.) Ligur, An. 1507. obiit. Compoſuit Sermones Quadrageſimales, editos Pariſiis, An. 1517. Videatur *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 85.*

CEVALLERIUS (Ant. Rod.) Moncampienſis, An. 1572. obiit. Reliquit Grammaticam Linguæ Hebrææ. Vid. *Colomeſius, in Gall. Orient. pag. 43.*

de CEVALLOS (Hier.) Vide, CAVALLOS.

à CEULEN (Lud.) ſcripſit de circulo & adſcriptis, Lugd. Bat. An. 1619.

CHABIBUS (Samuel) Luſitanus, de Venæſectione, A. 1642. commentatus eſt.

CHABILLAVIUS (Bald.) Vide, CABILLAVIUS.

CHABOTIUS (Pet. Gualt.) compoſuit Comment. in Horatium, An. 1615. fol.

CHABRÆUS (Dominicus) Med. librum de ſtirpibus, An. 1666. edi curavit.

CHABRONUS (Guil.) Jeſ. elaboravit Philoſophiam, per argumenta explicatam tribus Tomis, A. 1650.

CHACHEMIUS (Henr.) ſcripſit de nullitate proceſſuum Joh. XXII. Pontif. contra Ludov. Imperatorem.

CHACON (Dionyſ. Daza) tradidit Chirurgiæ Theoriam & Praxin, duobus Tomis, Madriti, An. 1626. fol.

CHADRUCUS (Lud.) Arvernus, de Gemmarum antiquarum Apoſphragiſmatis literatis commentatus eſt.

CHÆREAS, Χαιρέας, Athenienſis, de Agricultura, à *Varrone, l. 1. c. 1.* allegatur.

CHÆREDAMUS (Joh.) A. 1520. claruit. Scr. Alphabetum myſticum: item, præfationes in Comœdias Ariſtophanis. Vid. *Colomeſius, in G. O. pag. 5.* item, *Simlerus*.

CHÆREMON, Χαιρήμων, Ægyptius ἱερογραμματικὸς, tempore Auguſti vixit. Reliquit Hieroglyphica & res Ægyptias. Ex eo *Joſephus, l. 1. contra Apionem*, quædam adducit, ſimulq; refellit.

CHÆREMON, Comicus, Olympiade XCII. flor. *Ariſtoteles in Rhetoricis* ejus Pentheum celebrat. Vid. *Suidas* & *Cuperus in obſ. pag. 35.* Ex fabulis ejus erant Ἀλφεσίβοια, Διόνυσος, Θερσίτης, Ὀδυσσεὺς, Μινύαι, Οἰνεὺς, ἱερεὺς, Κένταυρος & Τραυματίας.

CHÆREMON, Stoicus. Eum *Porphyr. l. 3.* περὶ Ἀποχῆς, *p. 154.* vocat ἄνδρα φιλαλήθη τε ἀκριβῆ, ἔν τε τοῖς Στωϊκοῖς πραγματικώτατον. Scripſit de Sacerdotibus Ægyptiorum.

CHÆREMON, Græcus poëta, *in Anthol. Epigr. l. 3. c. 5.* adducitur.

CHÆREPHON, Χαιρεφῶν, Athenienſis, Tragicus, Olymp. XCII. clar. Compoſ. Tragœdiam de Heraclidarum deſcenſu.

CHÆRIS, Χαῖρις, à *Tzetz. in Lycoph. p. 8.* & *Scholiaſte Pindari, p. 204. 206. 213.* allegatur.

CHÆRITZIUS (Jac.) edidit Homilias in Evangelia Dominicalia.

CHAI (R.) Haggaon, condidit carmen Hebraicum, à *Jac. Eberto* editum.

CHAIIA, ר׳חייא, ſcripſit תוספות, i. e. additiones in libros Miſnajoth. Vid. *David Ganz, in Zemach. pag. 109.*

CHAILLOU (Fr.) edidit deſcriptionem Inſulæ Tabago, Leydæ, An. 1665.

CHAIIM (R.) ר׳חיים, Ceparius, reliquit librum Cabaliſticum, *Fontes vivarum aquarum*, dictum.

de CHAIMIS (Barth.) Confeſſionale vulgaſſe dicitur, An. 1480.

CHALCIDIUS, Philoſophus Platonicus, Commentarium in Platonis Timæum conſcripſit, quem *Joh. Meurſius* edidit. *Voſſius, l. 2. Theol. Gent. c. 45.* ita ſcribit: Chalcidium *Cæſar Vanninus* in ſuo æternæ Providentiæ amphitheatro, *Exerc. 30.* non aliter unquam quam Chalcidicum nominat: perperam ſanè; ſed gravior culpa, quòd appellet *circumforaneum blateronem*, qui inſignis non Platonicus modo, ſed Chriſtianus quoq; ſcriptor fuit, & benè antiquus: quippe qui ſi non vixerit temporibus Conſtantini M. opusque ſuum Oſio illi ſive Hoſio dicârit, qui Synodo præfuit Nicænæ: ſaltem junior haud fuerit temporibus Theodoſianis. Confer *C. Barthium, in Adv. 48, 8. in Celeſt. pag. 340. ad Claud. pag. 1187.*

CHALCONDYLAS (Laonicus) Χαλκοκονδύλης, Athenienſis, An. 1480. obiit. Hiſtoriam Turcicam Græcè X. libris complexus eſt. Orditur ab A. 1300: & deſinit in Annum 1465. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. diſſert. de S. E. pag. 8. Olearius, pag. 286. Barthius in Claudian. pag. 338.*

CHALCONDYLAS (Baſil.) in Gymnaſio Romano cum ſumma omnium admiratione Græcas literas profeſſus eſt. Juvenis obiit. Vid. *Pierius Valer. de Inf. Lit. pag. 114.*

CHALCONDYLAS (Demetr.) Grammaticus, rudimenta Grammaticæ Græcæ edidit, teſte *Jovio in Elog. numero 29. Voſſius, part. 1. Ariſtarchi, c. 4. pag. 14.* Demetrius Chalcondylas (inquit) Græcæ linguæ poſt Argyropylum Florentiæ profeſſor fuit: ſed Politiani ambitione inde ejectus Mediolanum ſe contulit. Chalcondylæ Erotemata *P. Daneſius* impenſe laudabat, eaq;, *Budæo* autore, primus publici juris fecit Melior Volmarus. Mediolani octogenario major obiit. Filiam ejus *Janus Parrhaſius* in matrimonio habuit. Vid. *Pierius Valerianus, l. c. pag. 112. Puteanus in Orat. pag. 75.*

CHALCONDYLAS (Theoph.) Demetrii filius, Græcis & Lat. literis apprimè eruditus, ex inſidiis interfectus eſt. Vid. *Pierius Valerianus, de Inf. Lit. pag. 113.*

CHALCUS, compoſuit Hiſtoriam Mediolanenſem.

CHALEMOT (Claud.) edidit ſeriem Sanctorum ordinis Ciſtercienſis, Pariſ. Anno 1666.

CHALMETEUS (Ant.) Vergeſacus, ſct. Enchiridion Chirurgicum, An. 1621.

CHALONERIUS (Thomas) Anglus, An. 1550. claruit. Reliquit carmen libris 10. de Republica Anglorum inſtauranda, Londini, An. 1579. in 4.

CHALVETUS (Hyac.) Theologiam ſex voluminibus complexus eſt, An. 1658.

CHAM, Noachi filius, juxta nonnullos magiæ autor fuit. Sunt, qui *Chymiam* à Chamo ortam & inventam eſſe tradere haud dubitent. Sub ejus nomine Prophetia olim circumlata eſt, ex qua Iſidorum, Baſilidis diſcipulum, teſtimonia ſumſiſſe, *Clemens Alexandr. l. 6. Stromat.* tradit. Circumfertur quoque aliud opus, *Scriptura Chami*, dictum, in quo elementa & praxis artis necromanticæ continentur. Meminit hujus voluminis *Xiccus Aſulanus in Comment.* quos edidit in *Sphæram.* Confer *Lambecium in Prodromo, pag. 12.*

CHAMÆLEON, Χαμαιλέων, Heracleota, à *Clemente Alex.* ἐν τῷ περὶ θείων: item, ἐν τῷ περὶ Μέθης allegatur. Ex *Mich. Apoſtolio* cognoſcimus, eundem quoque de Satiris aliquid ediliſſe. Scripſiſſe etiam in Iliadem Homeri, ex *Apollonii Scholiaſte* conſtat. Vid. *Jonſius de Scr. Hiſt. Phil. pag. 92.*

CHAMAILLARDUS (Alex.) Ariſtotelis libellum de virtutibus Latinitate donavit, teſte *Simlero.*

CHAMBERLINUS (Chriſtoph.) Gandavenſis, ſcripſit de Strenarum origine, Bruxell. An. 1631.

CHAMBERLINUS (G.) Gand. reliquit Orationes, teſte *Sandero.*

CHAMBERUS (Joh.) edidit & vertit Barlaami Logiſticam, Paris. An. 1594.

CHAMBERLAQUE (Edoardus) ſcripſit Tract. de Notitia Angliæ, ſive de præſenti Angliæ ſtatu, duabus partibus comprehenſum.

CHAMBLAY (Cæſ. Fr.) Lotharingus, A. 1640. obiit. Extat ejus liber de uſu Horologiorum. Vid. *Alegambe, p. 67.*

CHAMES (Steph.) librum de Hæreſi Janſeniana, An. 1654. publicavit.

CHAMICUS (Joh. Brabus) Tr. confecit de vulneribus capitis, Conimbricæ, An. 1610. fol.

CHAMIER (Daniel) Anno 1621. obiit. Edidit Panſtratiam contra Bellarminum: item, Epiſtolas. Videatur *Gramondus, l. 10.*

CHAMILLARD, ſcripſit de Tonſura & habitu Clericorum, Paris. An. 1659.

CHAMPEGIUS, ἰατρικὴν edidit.

CHAMPERIUS (Symphor.) compoſuit Tract. de triplici diſciplina, Lugdun. Anno 1508.

CHAMPNÆUS (Anton.) de vocatione Miniſtrorum, Paris. Anno 1618. commentatus eſt.

CHANDONIUS (Hier.) carmina reliquit. Vid. *T. 1. Delit. Gall. pag. 799.*

CHANNEVILLE (Jac.) Abrincenſ. edidit Inſtitutionem philoſophiæ Ariſtotelicæ.

CHANUTUS (Anton.) Aureliacenſis, natus eſt, An. 1592. Verſu Panegyricos modulatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 37.*

CHAPEAUVILLIUS (Joh.) Leodic. Anno 1617. obiit. Compoſuit Tractatum, de

de Caſibus reſervandis: item, Geſta Pontificum Tungrenſium, Traject. & Leod. Tomis tribus.
CHAPETIUS (Symph.) edidit Roſam Gallicam, An. 1512.
CHAPPUYS (Gab.) vixit ſuperiori ſeculo. Hiſtoriam ſui temporis confecit.
CHAPUSIUS (Claud.) ſcripſit de infeliciſſimo ſucceſſu cauterii potentialis, brachio appliciti. Vid. *Linden, pag.* 120.
CHARASIUS, de perfecto uſu Virtutum commentatus eſt, Lugd. in 8.
CHARAX, Χάραξ, Pergamenus, Philoſophus, Hiſtoriam Græcam 40. libris complexus eſt, teſte *Suida*. Chronica ejusdem *Stephanus* crebrò allegare ſolet.
CHARAX (Joh.) Grammaticus, ab *Etymologici Magni autore* in verbo ἄνω citatur.
CHARENSIUS (Lud.) Tract. de doctrina reſolutiva & compoſitiva, Venet. A. 1518. publicavit.
CHARES, Χάρης, Mitylenæus, res ab Alexandro M. geſtas expoſuit. *Plutarcho* in *vita Alexandri* Ἰσαγγελ@· dicitur. Citatur etiam ab *Athenæo*, & *Agellio, l.* 5. *c.* 2.
CHARIANDER (Georg.) de Philoſophiæ uſu, ad cognitionem rerum divinarum accommodato, ſcripſit, A. 1574.
CHARICLES, Χαρικλῆς, laudatur *Athenæo*, 8, 19.
CHARIMANDER, librum de Cometis compoſuit. Vid. *Seneca, nat. quæſt. l.* 7. *c.* 5.
CHARINUS (Luc.) Χαρῖν@·, ſcr. periodos Apoſtolorum, teſte *Photio, Cod. CXIV.*
CHARIOT (Pet.) Andegavenſ. A. 1625. obiit. Edidit Exercitia ad vitam piè inſtituendam. Vid. *Alegambe, pag.* 377.
CHARISIUS (Soſipater) Grammaticus. Vide, SOSIPATER.
CHARISIUS, Rhetor, memoratur *Rutilio Lupo*. *Seneca in Suaſoria* vocat Doclem Chariſium. Vid. *Reineſ. ad Daum. pag.* 65. *Barth. in Claud. pag.* 421.
CHARISIUS (A. Arcadius) JCtus, tempore Cari & Carini, Impp. floruit. Libros fecit de Teſtibus, de Officio præfecti Prætorio, de muneribus civilibus, &c. Vid. *Gu. Panzirolus, in JCt.* 1, 64. *Bertrandus, pag.* 179.
CHARITON, Χαρίτων, ἐρωτικὰ tractavit. Fertur extare in Bibliotheca Vaticana.
CHARITONYMUS (Hermonymus) Χαριτώνυμ@·. Vide, HERMONYMUS.
CHARLETON (Gualt.) edidit Exercitationes Pathologicas: Diatriben de Lithiaſi: Onomaſticon Zoicon, An. 1670. librum de Scorbuto, &c.
CHARLETON (Th. Compt.) condidit Prometheum Chriſtianum vel Moralia, Antv. An. 1652.
CHARLIERIUS (Joh.) Vide infrà, GERSON.
CHARMAN (Brun.) Enchiridion pietatis, Colon An. 1661. typis tradidit.
CHARMIDES, Χαρμίδης, Maſſilienſis, citatur ab *Æliano, in hiſt. Anim.* 5, 38.
CHARMUS, Χάρμ@·, Syracuſanus, in ſingula fercula, quæ in conviviis apponebantur, verſiculos & proverbia dicere ſolebat. *Clearchus Solenſis* id poëma Δειπνολογίαν, *Chryſippus* Γαστρονομίαν vocabat. Vid. *Suid. in* χάρμ@·.
CHARON, Χάρων, Carthaginenſis, Hiſt. exaravit vitas Tyrannorum: item, virorum illuſtrium, ut & mulierum. Vid. *Suid.*
CHARON, Lampſacenus, circa Olympiadem LXXV. floruit, & de rebus Perſicis duos libros reliquit. Plura ejus ſcripta *Suidas* enumerat.
CHARON, Naucratita, Hiſtoricus, ſcripſit de Regibus: item, de Sacerdotibus Alexandrinis & Ægyptiis: ut & de Naucrate. Vid. *Suid.*
CHARONDAS, Χαρώνδας, Thuriorum Legiſlator, Olymp. LXXXIII. claruit. Prooemia Legum ejus occurrunt apud *Stobæum*, *ſerm.* 72. *pag.* 289. Confer *Diodorum Sicul. l.* 12.
CHARONDAS (Lud.) Gallus, JCtus, reliquit obſervationes ad LL. antiquas Roman. A. 1597. Extant *T.* 1. *Tract. tract.*
CHARSTADIUS (Val.) vulgavit Synopſin medicinæ dogmaticæ, Anno 1634. Vid. *Linden, pag.* 572.
CHARTARIUS (Flam.) JCt. collegit Deciſiones Rotæ reip. Genevenſis, A. 1608.
CHARTARIUS (Vinc.) comp. Imagines Deorum. Vid. *Dietericus, 3. Ant. Bibl. p.* 21.
CHARTIERIUS (Renatus) Vindocinenſis, A. 1639. claruit. Hippocratis Opera Gr. & Latinè Pariſiis edi curavit, fol.
CHARYBDIUS (Jac.) Mamertinus, Anno 1620. obiit. Habuit orationem de Paſſione Domini. Vid. *Alegambe, pag.* 195.
CHARTIERIUS (Alanus) Poeta fuit & orator ſui temporis nobiliſſimus. Vid. *Wagenſeil in Sota, pag.* 1230. Confer, ALANUS.

CHASDAI (Rabbi) A. M. 5156 obiit. Reliquit librum Or Adonai. Vid. *Ganz. pag. 146.*

CHASSAING (Bruno) edidit Prælatum Regularem, Pariſ. An. 1655.

CHASSANÆUS (Alex.) compoſ. Enchiridion Juris civilis, Pariſ. An. 1632.

CHASSANÆUS (Barth.) Heduus, JCtus, condidit Catalogum gloriæ mundi. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. 2, 150. Thomaſius de Plagio, §. 385.*

CHASSINUS (Gothofr.) ſcripſit de Natura ſeu mundo, An. 1625.

CHAVASSIUS (Barth.) Vid. CAVASSIUS.

CHAUCERUS (Galfr.) Anglus, A. 1400. obiit. Vid. *Gbilinus, vol. 2. pag. 102. Quenſt. pag. 84.*

CHAUMLERUS (Carol.) Apparatum magnum poëticum, Pariſ. Anno 1666. in 4. publicavit.

CHECUS (Hercul.) Bononienſ. Anno 1618. floruit. Extant ejus Lucubrationes in Virgilium.

CHECUS (Joh.) Cantabrigienſis, Anno 1557. obiit. Argentinæ Græcas literas docuit. Compoſuit librum de pronunciatione linguæ Græcæ. Idem moralia quædam Plutarchi, Demoſthenis Olynthiacas, Joſephum, &c. Latinè interpretatus eſt. Vid. *Loticbius, Tom. 4. B. P. pag. 96.*

CHEFNEUX (Matth.) edidit Speculum Chronologicum Eccleſiæ Catholicæ ab origine mundi, An. 1666. Leod. fol.

CHEIRONIUS (Iſaac) ſcripſit de ignorantia Jeſuitarum, Genev. An. 1613.

CHEITOMÆUS (Mart. Pet.) emiſit libellum de dictionibus Græcobarbaris Nov. Teſt. An. 1640.

CHELIBI (Samuel) Hebræus Venetus, Med. de Venæſectione commentatus eſt.

CHELIDONIUS (Bened.) Monachus, Ægid. Norimb. poëta fuit. Vid. *Bruſcbius de Monaſt. pag. 47.*

CHELOPOEUS (Pet.) Chronicon Pomeraniæ edi fecit.

CHEMNITIUS (Chriſt.) Theol. Doct. & Profeſſor Jenenſis, natus eſt, An. 1615: obiit, An. 1666. Exaravit Defenſionem veritatis religionis Lutheranæ, Anno 1655. Comment. in Epiſtolam S. Pauli ad Galatas, &c.

CHEMNITIUS (Mart.) magni nominis Theologus, natus eſt, An. 1522: obiit, An. 1586. Eccleſiæ Brunſwicenſi XXX annis magna cum laude præfuit. Elaboravit Locos communes Theologicos Refutationem Concilii Tridentini: Tr. de duabus naturis in Chriſto, &c. *Th[illegible]*
l. 84. ejus honorificam mentionem facit. Confer *Verbeiden, pag. 175. Spizelium in Templo Honoris, pag. 1. Gaſmarus in vita Cb.* memorat, Cardinalem quendam Tridenti ad Legatum Erici, Ducis Brunſwic. & Luneburg. dixiſſe, neminem inter Germaniæ Theologos hactenus fuiſſe, qui Eccleſiæ Rom. poſt Lutheri obitum plus nocuerit, quàm Chemnitius iſto ſuo ſcripto (Exam. Conc. Trid.) Hoc ſe ingenuè confiteri, virum admirari, ei eruditionis palmam præ omnibus Theologis Germ. tribuere, nihil magis optare, quàm ut illum videre aliquando, & cum ipſo de toto religionis negotio conferre poſſit. Confer *Reiſeri Epiſtolam ad Spizel. pag. 399.*

CHEMNITIUS (Mart.) Brunſwicenſis JCtus, Martini Theologi filius, Anno 1561. natus eſt: obiit, A. 1627. Juvenis orationem ſtruxit de Veſperis Siculis: item, de Navigatione in Indiam orientalem ſuſcepta, carmine heroico. Vid. *H. Witte, in JCtis, pag. 118.*

à CHEMNITZ (Bog. Phil.) edidit Bellum Sueco-Germanicum, An. 1650.

CHENU (Joh.) confecit Chronologiam Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Galliæ, Paris. An. 1621.

CHEREDAMUS (Joh.) Vide ſuprà, CHÆREDAMUS.

CHERICIUS (Guilh.) Iprenſis, carminibus inclaruit.

CHERLERUS (Paul.) Eſterburgenſis, An. 1574. floruit. Poëmata edidit. Vid. *T. 2. Delit. Germ. pag. 271.* Baſileæ urbis Encomium contexuit.

CHERSIAS, *Χερσίας*, Orchomenius, Poëta, Olympiade XLVI. claruit. Ejus verſus *Pauſanias in Bœoticis* adducit.

CHERUBINUS, Spoletanus, ordinis Minorum Monachus, ſermones Quadrageſimales compoſuit.

CHERUBINUS (Laërt.) Nurſinus, Bullarium Magnum, 4. voluminibus, An. 1655. complexus eſt.

CHESIUS (Barth.) Piſanus, ſcripſit Interpretationes Juris, Piſis, An. 1665. fol. Vid. *Gregorius Letus, in ital. regn. pag. 477. Chimentell. pag. 97.*

Du CHESNE (Andr.) Vide, DUCHESNIUS.

de CHESNE (Franc.) edidit quinq; Tomos Scriptorum Franciſcæ Hiſtoriæ, Paris. An. 1641.

duCHESNE(Nic.Foreſt.)conſtruxitFlorilegium univerſale Artium liberalium, Paris. An. 1650.

CHEVALIER (Joh.) Perticenſis, Gallus, An. 1640. claruit. Reliquit omnis generis Carmina. Videatur *Alegambe*, *pag. 233*.

CHEYNELIUS, Vindicias S. Trinitatis in lucem dedit.

CHIABRERA (Gabr.) Ligur, natus eſt, An. 1552: obiit, An. 1638. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 98*.

CHICOTIUS (Joh.) exaravit Epiſtolas Medicas, Paris. An. 1656.

CHIESIUS (Auguſt.) An. 1672. obiit. Reliquit Conſilia: item, Tract. de Privilegiis militum. Vid. *Ghilinus*, *vol. 2. pag. 7*.

CHIFLETIUS (Claud.) An. 1580. obiit. Expolivit librum de antiquis numiſmatibus.

CHIFLETIUS (Henr. Thom.) dedit lib. de Othonibus æreis, An. 1656. Item, ſeriem omnium Imperatorum.

CHIFLETIUS (Joh. Jac.) Veſontinus, natus eſt, An. 1588. Scripſit de Pulvere febriſugo orbis Americani: de portu Iccio apud. Jul. Cæſarem: de Acia: de linteis ſepulcralibus Chriſti: Anaſtaſin Childerici regis: Stemma Auſtriacum: librum, de ampulla Rhemenſi, &c. Vid. *Sweertius*, *pag. 109*. *Thomaſius de plagio*, *§. 387*.

CHIFLETIUS (Joh.) Joh. Jacobi filius, habuit diſſertationem de Abraxa, Anno 1657.

CHIFLETIUS (Julius) confecit Breviarium ordinis aurei Velleris, An. 1652.

CHIFLETIUS (Laurent.) Biſuntinus Gallus, An. 1640. claruit. *Alegambe*, *pag. 295*. multiplicem eruditionem ei tribuit.

CHIFLETIUS (Pet. Franc.) Biſuntinus, edidit conſilium de Sacramento Euchariſtiæ, Bruxell. An. 1664. Vid. *Alegambe*, *pag. 381*.

CHIJUG, Feſſanus, aliàs R. Jehuda Ben David dictus, ſcr. Hebr. Grammaticam. De eo ita *Elias* ad *Michlal Kimchi*, *pag. 62*. הוא היה המדקדק הראשון, hic fuit Grammaticus primus.

CHILIANUS, in 3. & 4. Sententiarum commentatus eſt.

CHILIUS (Adrianus) Flander, An. 1533. floruit. Quædam Ariſtophanis & Luciani Latine tranſtulit.

CHILON, Χείλων, unus è ſeptem Græciæ Sapientibus, Olymp. XLVI. floruit. Reliquit elegiam ducentorum verſuum. Vid. *Meurſius*, *in Miſcell. Lacon. IV*, *17*.

CHIMENTELLIUS (Valer.) peculiari opere Marmor Piſanum de honore Biſellii, An. 1666. in 4. pulcerrimè illuſtravit. *Spanheimius de Uſu Numiſm. pag. 825.* aff. eum quoque luculentum opus de re Donatica veterum edere voluiſſe.

CHINELLUS (Mich. Ang.) Cremonenſis, ſcrutinium, An. 1618. imprimi fecit.

CHIOCCOCELLUS (Barth.) condidit Catalogum Antiſtitum Neapolit. Eccleſiæ, ab Apoſtolorum temporibus usque ad An. 1643. Neap. fol.

CHIOCCUS (Andr.) Veronenſis, Muſeum edidit, An. 1622. Item, duos libros Pſoricon vel de Scabie, An. 1593. carmine.

CHIONIDES, Χιωνίδης, Athenienſis, Olymp. LXX. vixit. Ex quorundam ſententia primus veteris Comœdiæ poëta fuiſſe dicitur. Vid. *Suidas*. Fabulæ ejus ſunt Ἥρωες, πτωχοὶ, πέρσαι ἢ Ἀσσύριοι.

CHIRINUS (Pet.) Oſunenſis, An. 1634. mortuus eſt, æt. 68. Extat ejus Hiſtoria de Luſoniis inſulis. Vid. *Alegambe*, *p. 377*.

CHIRODOTUS (Joh.) JCtus, reliquit Paratitla in 4. libros Inſtitutionum.

CHIROLUS (Amad.) diſputavit de Fide divina, Lugd. An. 1671.

CHISIUS (Fabius) poſteà Alexander VII. dictus, ſub nomine *Philomathi* Muſas juveniles publicavit.

CHLICHTOVEUS (Jodoc.) Flander, A. 1513. claruit. Vulgavit Elucidatorium Eccleſiaſticum. Videatur *Sweertius*, *pag. 490*.

CHOCKIER (Eraſm.) JCtus, An. 1625. obiit. De Juriſdictione ordinaria in exemtos: Item, de Advocatiis feudalibus commentatus eſt. Videatur *Sweertius*, *pag. 229*.

CHOCKIER (Joh.) Leodic. Anno 1624. floruit. Collegit Theſaurum Aphoriſmorum Politicorum; Notas ad Onoſandrum: Tract. de Legationibus: Notas in Senecam de tranquillitate animi, &c. *Vid. Sweertius*, *pag. 410*.

CHOERILUS, χοιρίλ☉, Athenienſis, Tragicus, Olympiade LXIV. floruit, ſcripſitque CL. Fabulas. A quibusdam traditur primus laruarum & veſtitus ſcenici autor fuiſſe. Teſtis *Suidas*.

CHOERILUS, Samius, poëta, tempore belli Peloponneſiaci, Olymp. LXXV. claruit. Victoriam, quam Græci à Xerxe retulerant, carmine deſcripſit, eoq; nomine ab Archelao, Macedoniæ Rege, pro quôq; ejus poëmatis verſu aureum ſtaterem accepit, quemadmodum *Heſychius Mileſius* refert. *Suidas* autor eſt, antiquos ſtatuiſſe, ut Chærili verſus cum Homericis recitarentur. Verſus quosdam *Ariſtoteles in Rhetoricis, Strabo, l. 7. & Joſephus, lib. 1. contra Apionem* allegant, qui certè, Chœrilum præſtantiſſimum poëtam fuiſſe, arguunt. Malè igitur ab *Horatio* factum, quod verſus ipſius *incultos & malè natos* dixerit *l. 2. Epiſt. 1.* qui etiam in eo errat, quando Alexandro tribuit, quod Archelao tribuere debuiſſet. *Bonifacius in ludicra Hiſt. 18, 9.* tres Chœrilos fuiſſe, oſtendit.

CHOEROBOSCUS (Georg.) Χοιροβοσκός, ſcripſit περὶ ποιότητ☉, teſte *Etymol. M.* autore, in Αἰδοῖ☉.

CHOLINUS (Ern.) in Pſalmum LI. Anno 1612. commentatus eſt.

CHOLINUS (Pet.) Tugienſis Patricius, An. 1540. floruit. In urbe Tigurina bonas literas profeſſus eſt. Dicitur quinq; calluiſſe linguas. Libros, quos vocant Apocryphos, è Græco Latinè tranſtulit.

CHONÆUS (Thomas) Collectiones Theologicas, An. 1635. edidiſſe fertur.

CHONIATES (Nicetas.) Vide, NICETAS.

CHOPIUS (Fr. Jul.) ſcripſit de Proteſtatione & obligatione, An. 1655. fol.

CHOPPINUS (Renatus) celebris JCtus, An. 1606. obiit. Edidit ſacram Politiam: librum de Privilegiis ruſticorum: alium, de Jure Cœnobitarum: Tractatum de Domanio, quem Henrico III obtulit, à quo muneris loco mille aureos Solares reportavit. Vid. *Lundorpius, l. 12. Hiſt. pag. 711. & Sauſſay, pag. 133.*

CHOQUETIUS (Hyacinth.) Inſulenſis, An. 1616. claruit. Scripſit de Confeſſione per nuncium facienda, teſte *Sandero*: item, de Sanctis Belgii ex ordine Prædicatorum. Vide, COQUETIUS.

CHOREA (Thom.) Hiſp. An. 1570. [illegible] ruit. Fertur Græcè fuiſſe doctiſſimus.

CHORICIUS, χορίκι☉, Sophiſta, vixit tempore Juſtiniani Auguſti. Reliquit Declamationes, teſte *Photio, Cod. CLX.*

CHOVERONIUS (Bermondus) JCtus, de publicis Concubinariis, Anno 1598. commentatus eſt. Extat ille liber *T. XI. Tract. tract.*

de CHOUL (Guil.) ſcripſit de Religione veterum Romanorum.

de CHOUL (Joh.) An. 1555. floruit. Edidit variam Quercus hiſtoriam: item, Montis Pilati deſcriptionem: ut & Dialogum formicæ, muſcæ & papilionis.

CHRASTOVIUS (Andr.) bellum Jeſuiticum condidit, An. 1594.

CHREGGENIUS (Æmil.) exaravit quatuor libros de ſeptem Imperii Officialibus, Col. An. 1623.

CHRESTODEMUS, Χρηςόδημ☉, θρῆνικὰ compoſuit. Laudatur à *Mich. Apoſtolio, cent. 18. proverb.*

CHRESTUS, Χρηςὸς, Athenienſis, ſcripſit de Agricultura, teſte *Columella* [illegible] Apud *Ter. Varronem* Chæreſteus vitiosè ſcribitur.

CHRESTUS, Byzantius, fuit Sop[illegible] Vid. *Philoſtratus in Vit. Soph. pag.* [illegible]

CHRISTENIUS (Joh.) reliquit Diſſ[illegible]ones de cauſis matrimonialibus, A. [illegible]

CHRISTIANOVICIUS (Stanisl.) [illegible] cem dedit Examen Catholicum, [illegible] An. 1607. in 8.

CHRISTIANUS, Χριςιανὸς, Græcus autor, Chymicus fuiſſe fertur. Scri[illegible] de Aqua divina. Vid. *Borrichius de H*[illegible] *pag. 80.*

CHRISTIANUS (Andr.) Ripenſis, Medicus, Anno 1606. obiit. Fecit Enchiridion medicum de cogno[illegible] s curandisq; externis & internis humani corporis morbis. Vid. *Vindingius in R. B. Haſn. pag. 154.*

CHRISTIANUS (David) ſcripſit de Meſſia, An. 1657.

CHRISTIANUS (Florens.) Vide, FLORENS.

CHRISTIANUS (Joh.) Speculum Harmonicum, An. 1642. edi curavit.

CHRISTINÆUS (Paulus) Machlini[illegible]ſis, JCtus, A. 1625. floruit. Extant ejus ſex volumina Practicarum quæſtionum. Videatur *Sweertius, pag. 593.*

CHRI-

CHRISTMANNUS (Jacobus) natus eſt, An. 1554: obiit, An. 1613. Heidelbergæ per 30. fermè annos linguam Hebraicam & Arabicam cum Logica docuit. Linguarum, præter vernaculam, novem peritus fuiſſe fertur, Arab. videlicet, Syriacæ, Chaldaicæ, Hebraicæ, Græcæ, Lat. Gallicæ, Italicæ, Hiſpanicæ. Alfragani Arabis Chronologica & Aſtronomica elementa vertit & ſcholiis illuſtravit. In nonnullis etiam *Joſepho Scaligero* ſeſe oppoſuit: &, cùm Scaliger Cyclometrica edidiſſet, & quadraturam circuli poſſibilem eſſe oſtendiſſet; Chriſtmannus contrà libro, de quadratura circuli edito, nullo modo circulum quadrari poſſe demonſtravit.

à CHRISTO (Fr.) Luſitanus, ſcripſit in 3. Sententiarum, Conimbr. An. 1586.

CHRISTODORUS, Χριστόδωρος, Thebanus, Græcus poeta, ſub Anaſtaſio Imp. claruit. Condidit poëma de Aucupio, teſte *Suida*. Sex libris Ἰσαυρικῆς ἁλώσεως, ab Anaſtaſio factam, complexus eſt. Eidem *Suidas*, in *voce* Ζεύξιππος, Ἔκφρασιν ἀγαλμάτων τοῦ Ζευξίππου, i. e. explicationem Statuarum Zeuxippi tribuit. Ea Ecphraſis *libro quinto Anthologiæ Epigrammatum Græcorum* continetur, ubi Χριστόδωρος ποιητὴς Θηβαῖος Κοπτίτης indigitatur.

CHRISTONYMUS (Charitonymus) Χριστώνυμος, pro divinitate Chriſti ſtilo pugnavit. Eum *Joh. Wegelinus*, Auguſtæ, An. 1611. edidit.

CHRISTOPHORSONUS (Joh.) Epiſcopus Ciceſtrenſis, Anglus, Euſebii Hiſtoriam Eccleſiaſticam Latinè vertit. De Hiſtoricis Græcis Eccleſiaſticis etiam ſcripſiſſe dicitur.

CHRISTOPHORUS, Χριστοφόρος, Patricius, Menologium condidit.

CHRISTOPHORI (Joh.) natus eſt, An. 1604: obiit, A. 1648. Extant ejus Quæſtiones Philologicæ Græcæ. Vid. *Vindingius, in Rect. Hafn. pag. 325.*

CHRISTOPHORUS (Mart.) Turonenſis, An. 1615. mortuus eſt. Reliquit libellum de controverſiis. Vid. *Alegambe, pag. 326.*

CHRISTYN (Lib. Fr.) JCtus, Tractatum de Legibus abrogatis, An. 1666. compoſuit.

CHROMATIUS, juxta *Bellarminum* An. Chriſti 390. floruit. Fuit autem Aquilegienſis Epiſcopus. Hinc eſt, ut in quibusdam editionibus *Romanus* appelletur pro *Romanicianus*, i. e. Aquilegienſis. Aquilegia enim dicebatur civitas Romaniciana, notante *Baronio*. Scr. in Matthæum. Meminit ejus *S. Hieronymus, in præfat. ad Paralipomena.* Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſert. pag. 222. Olearius, pag. 107.*

CHRYSANTHIUS, Χρυσάνθιος, Philoſophus, tempore Juliani Imp. claruit. Hic octogenario major propria manu tantum librorum exaravit, quantum vix alii juventa florentes legunt. Quo factum, ut extremi digitorum articuli ob juge & indefeſſum ſtudium curvati contractiq; fuerint. Vid. *Eunapius, p. 144.*

CHRYSERMUS, Χρύσερμος, Corinthius, exaravit Indica: librum de fluminibus: item, Peloponneſiaca. Ejus teſtimoniis *Plutarchus* aliquoties uſus eſt. *Stobæus* ejusdem Hiſtoriam Perſicam allegat, *ſerm. 37. pag. 228.*

CHRYSEROS, Χρυσέρως, Hiſtoricus, ſervi calatoris officio aliquando apud Imperat. Marcum Verum functus eſt; idq; elogium illi tribuit *Theophilus Antiochenus, l. 3. ad Autolycum*, ut dicat, manifeſtè & exactè annotaſſe cùm nomina, tum tempus. Confer *Scalig. in Excerpt. Græcorum, pag. 400.* Vid. *Chr. Ad. Rupertus, in Hiſt. Univerſ. pag. 317.*

CHRYSIPPUS, Χρύσιππος, Solenſis, Philoſophus, Cleanthis diſcipulus, in Dialectica adeò inſignis fuit, ut pleriq; dicerent: Si apud Deos uſus eſſet Dialecticæ, non futuram aliam, quàm Chryſippeam. De ſcriptis ejus *Diogenes Laërtius* agit, *lib. 7.* Reliquit etiam librum περὶ Νόμου, ex quo *Marcianus, Lege ſecunda D. de Legg.* quædam profert. Confer *Suidam, Meurſium in præfat. ad Chalcidium, pag. 30. Voſſium de Nat. Log. pag. 35. 39. Jonſium de Scr. H. Ph. 2, 8. Thomaſium de Plagio, §. 388.*

CHRYSIPPUS quidam Γεωργικὰ ſcripſiſſe dicitur. Teſtis eſt *Laërtius*. Hujus librum περὶ λαχάνων, *Scholiaſtes Nicandri, pag. 56.* absq; dubio allegare voluit.

CHRYSIPPUS, Cnidius, Medicus, Eraſiſtrati præceptor audit. Videatur *Jonſius, pag. 154.*

CHRYSIPPUS, Hieroſolymitanus Presbyter, de martyrio Nicodemi Hiſtoriam

riam literis conſignavit, aſſerente *Photio, Codice LXXI.*

CHRYSIPPUS, Tyaneus, Ἀρτοκοπικὸν, teſte *Athenæo*, elucubravit. Vid. *Caſaub. in Athen. pag. 217.*

CHRYSOCEPHALUS (Macarius) habuit Orationem Græcam in exaltationem Crucis.

CHRYSOCOCCAS (Georg.) Χρυσοκόκκας, ſcripſit expoſitionem in conſtructionem Perſarum, ad Joh. Charſioten. *Leo Allatius* manuſcriptum habuit. Vide ejus *librum de Menſura Temporis.*

CHRYSOGONUS, edidit Mundum Marianum, Patav. An. 1651. fol.

CHRYSOLOGUS (Pet.) Forocorneliensis, An. Chr. 440. claruit. Reliquit CXXII. Homilias, breves quidem, ſed ſenſus gravitate admirandas. Mortuus eſt, teſte *Sixto Senenſe*, Anno 449. cum 16. annis Eccleſiæ Ravennati præfuiſſet. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. Diſſ. pag. 191. Olearius, pag. 368. Alb. Gentilis de Verſ. Vulg. pag. 85.*

CHRYSOLORAS (Emanuel) Χρυσολώρας, primus Græcas literas, variis Barbarorum irruptionibus expulſas, poſt ſeptingentos annos denuò in Italiam importavit. Venetiis, Florentiæ, Romæ, ac Ticini Græcam Linguam profeſſus eſt. Condidit artis Grammaticæ regulas: reliquit etiam varias epiſtolas Græcas. *Fr. Spanbeimius* eas in Bibliotheca Leidenſi manuſcriptas ſervari affirmat. Tempore Concilii Conſtantienſis extinctus eſt, An. 1415. In docendo nunquam feſſus: in ſcribendo deſidioſus videri poterat. De Chryſolora prolixè agit *Paul. Jovius, in Elog. numero 23.* Chryſoloras (*inquit*) Byzantio emiſſus à Johanne Imp. ut totius Europæ reges adeundo, pereunti Græciæ maturam operam imploraret, officium quidem laborioſa peregrinatione ita implevit, ut in Italia ſubſiſteret, Græcia ſcil. præſenti metu liberata, cum Tamerlanes, terror Orientis, Bajazetem Othomannum, à terribili celeritate *Fulguris* cognomen adeptum, ad Stellam montem, vivum cepiſſet. Itaq; Chryſoloras, diro Græciæ hoſte ſublato lætus, Venetiis primum, mox Florentiæ, Romæque, ac demum Ticini, evocante ingentibus præmiis Joh. Galeatio Principe, Græcarum literarum ſtudium excitavit, tanta felicitate, ut ex ejus ſchola ſummæ nec ideò interituræ laudis ingenia prodierint: in queis fuère *Leonb. Aretinus, Fr. Barbarus, Philephus, Guarinus & Poggius.* Poſtremò, cùm ad tollendam Pſeudo-Pontificum controverſiam indicta Synodus tanti ſpectaculi cupidum exciviſſet, exauctorato Balthaſare Coſſa, Conſtantiæ interiit. Hactenus *Jovius*, loco citato. *Caſp. Bruſchius, de Monaſteriis, pag. 99.* ſequentia habet: Ex Petridomenſis Cœnobii adverſo, eſt intra mœnia Conſtantienſis civitatis ad Lacum Acronium, aut in ipſo potius lacu ordinis Prædicatorum ampliſſimum Cœnobium quod An. 1537. à S. P. Q. urbis in Xenodochium converſum eſt. In hujus Cœnobii Conſtantienſis ampliſſimo templo ſepultus eſt doctiſſimus vir, Manuel Chryſoloras, qui magnæ Synodo Conſtantienſi interfuit, & illic ex mortali vita evocatus eſt. Huic ab *Æn. Silvio*, poëta Laureato & Oratore Imperatorio, tandem ad Pontificatum evecto, tale *monumentum* illic poſitum eſt:

Ante aram hanc ſitus eſt Dominus Manuel Chryſoloras, miles Conſtantinopolitanus ex vetuſto genere Romanorum, qui cum Conſtantino Imperatore migrarunt: Vir doctiſſimus, prudentiſſimus, optimus, qui tempore generalis Concilii Conſtantienſis diem obiit: ea exiſtimatione, ut ab omnibus ſummo inter mortales ſacerdotio dignus haberetur: die 15. April. conditus eſt, An. 1415.

Ille ego, qui Latium priſcas imitarier artes
Exploſis docui ſermonum ambagibus & qui
Eloquium magni Demoſthenis & Ciceronis
In lucem retuli, Chryſoloras *nomine notus,*
Hic ſum poſt vitam: & peregrina in ſede quieſco.
Huc me Concilii deduxit cura, trium dum
Pontificum Eccleſiam vexaret ſæva Tyrannis.
Roma meos genuit majores, me bona tellus
Byzantina tulit: cinerem Conſtantia ſervat.
Quomoriare loco. nil refert: undique cœlum,
Pœnarumq; domus menſura diſtat eadem.

J. G. Voſſius, part. 1. Ariſtarchi, cap. 4. p. 14. Emanuel Chryſoloras (*inquit*) idoneus,

unde

unde diſcantur principia linguæ Græcæ, niſi quod verborum formationes omittit. *Guarinus Veronenſis* exſcripſit Chryſoloram. Confer etiam *Cruſium in Germano-Græcia, pag. 234.*

CHRYSORUS, χρυσωρὺς, compoſuit Faſtos. Citat *Theophilus Antiochenus, l. 3. ad Autolycum.* Videtur idem eſſe cum eo, qui *Chryſeros* ab aliis vocatur; de quo ſuprà, in CHRYSEROS.

CHRYSOSTOMUS (Johann.) Χρυσόστομος, Conſtantinopolitanus Epiſcopus, An. 398. floruit. Juxta *Bellarm.* Anno 407: juxta *Senenſem* verò, An. 405. in exilio obiit. Scripta ejus *Sixtus & Bellarm.* enumerant. Vid. *Rivetus, T. 2. Oper. pag. 1127. Olearius in Abaco, pag. 244.*

CHRYTILLIUS (Jul.) in Apocalypſin, An 1672. commentátus eſt.

CHUMNUS (Nathanaël) Χοῦμνος, Græcus, confutationem dogmatis de proceſſione Spiritus Sancti adornavit. Manuſcriptum ſervatur in Bibliotheca Lutetiana.

CHUNO (Henr. Dav.) Marp JCtus, natus eſt, Anno 1604. Heidelbergæ Juriſprudentiam profeſſus eſt.

CHURCHEUS (Henr.) edidit Miſcellanea, Epiſtolas, Theſaurum.

CHURCHEUS (Nath.) ſcripſit Socium Inficientem.

CHWALKOWSKI (Nic.) Jus publicum regni Poloniæ, Anno 1676. edi curavit.

CHYLINSKI (Sam. Boguſl.) Lithuanus, An. 1668. obiit. Tranſtulit S. Biblia in linguam Lithuanicam.

CHYNEUS (Jac.) de Arnage, compoſuit 2. libros de Geographia, An. 1576. item, Analyſin in 14. libros Ariſtotelis de prima Philoſophia. Extant ejusdam Scholæ duæ. 1. de perfecto Philoſopho. 2. de prædictionibus Aſtrologorum.

CHYTRÆUS (David) Ingelfingenſis, Suevus, natus eſt, An. 1530: obiit, Anno 1601. Roſtochii Theologiam & bonas literas docuit. Condidit vitæ & ſtudiorum regulas: item, Chronologiam, & alia. Vid. *Thuanus, l. 126.*

CHYTRÆUS (Nathan) Menzingenſis Palatinus, natus eſt, An. 1543: obiit, Anno 1598. Edidit Delitias variorum itinerum: 12. libros faſtorum Eccleſiaſticorum. Confeſſionem fidei, ſummam & præcipua doctrinæ Chriſtianæ capita complectentem carmine Epico expreſſit & hæredibus teſtamenti loco reliquit. Septendecim libros variorum poëmatum elaboravit. Carmina ejus ex parte leguntur, *T. 2. Del. Germ. pag. 284.* Vid. *Lotichius, part. 3. B. P. pag. 141.*

CIACCONIUS (Alf.) Anno 1599. obiit. De vitis & geſtis Pontificum Rom. commentatus eſt. Concinnavit etiam Hiſtoriam utriusq; belli Dacici, à Trajano geſti, & vindicias hiſt. de anima Trajani, fol. ut & librum de S. Hieronymi Cardinalitia dignitate. Vid. *Thuanus, l. 122. Sauſſay, pag. 120. Ghilinus, vol. 2. pag. 12.*

CIACCONIUS (Pet.) Toletanus, natus eſt, An. 1527: obiit, An. 1581. Fuit in omni antiquitate verſatiſſimus, quemadmodum id notæ ejus in Cæſarem, Saluſtium, Varronem, Plinium, Tertullianum, Iſidorum, &c. ſatis teſtantur. Tractavit etiam de ponderibus & menſuris: item, de triclinio. Vid. *Hanckius, pag. 1. de Scr. rerum Rom. pag. 237. Ghilinus, vol. 2. part. 214.*

CIAFFUS (Andr.) ſcripſit de Gerundiis.

CIAMPOLUS (Joh.) Florentinus, Anno 1643. obiit. Scripta ſua Regi Poloniæ teſtamento legavit. Magnifica ejus oratio, nitida, collimata, redundans, & quæ exurgit in veteris grandiloquentiæ ſpeciem, judice *Imperiali, pag. 201.* M. Tullium & P. Virgilium, tanquam nullius homines ingenii, nullius ponderis, inopes rerum ac ſententiarum, irridere ſolebat. Vid. *Niclus Eryth. in Epiſt. ad Tyrrhenum, pag. 115.*

CIARLINUS (Joh. Bapt.) Carpenſis, JCtus, reliquit controverſias forenſium Judiciorum, An. 1671.

CICALA (Joh.) Cyprius, h. t. claret. Videatur *Greg. Letus, in Ital. regnante, pag. 544.*

CICARELLA (Ant.) ſcripſit de Pontificibus Romanis, An. 1600.

CICARELLUS (Alf.) An. 1564. vixit. De tuberibus: item, de fluvio Clitumno commentatus eſt.

CICERO (M. Tullius) natus eſt, A. U. R. 647: occiſus, An. 710. Ex veteribus ejus vitam *Plutarchus:* è recentioribus *Franc. Fabricius* literis mandavit. Scripta ejus partim extant, partim amiſſa ſunt. Ciceronis ſcriptorum, inquit *M. Ant. Mure-*

riam literis conſignavit, aſſerente *Photio, Codice LXXI.*

CHRYSIPPUS, Tyaneus, Ἀρτοκοπικὸν, teſte *Athenæo*, elucubravit. Vid. *Caſaub. in Athen. pag. 217.*

CHRYSOCEPHALUS (Macarius) habuit Orationem Græcam in exaltationem Crucis.

CHRYSOCOCCAS (Georg.) Χρυσοκόκκας, ſcripſit expoſitionem in conſtructionem Perſarum, ad Joh. Charſioten. *Leo Allatius* manuſcriptum habuit. Vide ejus *librum de Menſura Temporis.*

CHRYSOGONUS, edidit Mundum Marianum, Patav. An. 1651. fol.

CHRYSOLOGUS (Pet.) Forocornelienſis, An. Chr. 440. claruit. Reliquit CXXII. Homilias, breves quidem, ſed ſenſus gravitate admirandas. Mortuus eſt, teſte *Sixto Senenſe*, Anno 449. cum 16. annis Eccleſiæ Ravennati præfuiſſet. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. Diſſ. pag. 191. Olearius, pag. 368. Alb. Gentilis de Verſ. Vulg. pag 85.*

CHRYSOLORAS (Emanuel) Χρυσολώρας, primus Græcas literas, variis Barbarorum irruptionibus expulſas, poſt ſeptingentos annos denuò in Italiam importavit. Venetiis, Florentiæ, Romæ, ac Ticini Græcam Linguam profeſſus eſt. Condidit artis Grammaticæ regulas: reliquit etiam varias epiſtolas Græcas. *Fr. Spanheimius* eas in Bibliotheca Leidenſi manuſcriptas ſervari affirmat. Tempore Concilii Conſtantienſis extinctus eſt, An. 1415. In docendo nunquam feſſus: in ſcribendo deſidioſus videri poterat. De Chryſolora prolixè agit *Paul. Jovius, in Elog. numero 23.* Chryſoloras (*inquit*) Byzantio emiſſus à Johanne Imp. ut totius Europæ reges adeundo, pereunti Græciæ maturam operam imploraret, officium quidem laborioſa peregrinatione ita implevit, ut in Italia ſubſiſteret, Græcia ſcil. præſenti metu liberata, cum Tamerlanes, terror Orientis, Bajazetem Othomannum, à terribili celeritate *Fulguris* cognomen adeptum, ad Stellam montem, vivum cepiſſet. Itaq; Chryſoloras, diro Græciæ hoſte ſublato lætus, Venetiis primum, mox Florentiæ, Romæque, ac demum Ticini, evocante ingentibus præmiis Joh. Galeatio Principe, Græcarum literarum ſtudium excitavit, tanta felicitate, ut ex ejus ſchola ſummæ nec ideò interituræ laudis ingenia prodierint: in queis fuére *Leonh. Aretinus, Fr. Barbarus, Philephus, Guarinus & Poggius.* Poſtremò, cùm ad tollendam Pſeudo-Pontificum controverſiam indicta Synodus tanti ſpectaculi cupidum excitaſſet, exauctorato Balthaſare Coſſa, Conſtantiæ interiit. Hactenus *Jovius*, loco citato. *Caſp. Bruſchius, de Monaſteriis, pag. 99.* ſequentia habet: Ex Petridomenſis Cœnobii adverſo, eſt intra mœnia Conſtantienſis civitatis ad Lacum Acronium, aut in ipſo potius lacu ordinis Prædicatorum ampliſſimum Cœnobium: quod An. 1537. à S. P. Q. urbis in Xenodochium converſum eſt. In hujus Cœnobii Conſtantienſis ampliſſimo templo ſepultus eſt doctiſſimus vir, Manuel Chryſoloras, qui magnæ Synodo Conſtantienſi interfuit, & illic ex mortali vita evocatus eſt. Huic ab *Æn. Silvio*, poëta Laureato & Oratore Imperatorio, tandem ad Pontificatum evecto, tale *monumentum* illic poſitum eſt:

Ante aram hanc ſitus eſt Dominus Manuel Chryſoloras, miles Conſtantinopolitanus, ex vetuſto genere Romanorum, qui cum Conſtantino Imperatore migrarunt: Vir doctiſſimus, prudentiſſimus, optimus, qui tempore generalis Concilii Conſtantienſis diem obiit: ea exiſtimatione, ut ab omnibus ſummo inter mortales ſacerdotio dignus haberetur: die 15. April. conditus eſt, An. 1415.

Ille ego, qui Latium priſcas imitarier artes
Exploſis docui ſermonum ambagibus, & qui
Eloquium magni Demoſthenis & Ciceronis
In lucem retuli, Chryſoloras *nomine notus*,
Hic ſum poſt vitam: & peregrina in ſede quieſco.
Huc me Concilii deduxit cura, trium dum
Pontificum Eccleſiam vexaret ſæva Tyrannis.
Roma meos genuit majores, me bona tellus
Byzantina tulit: cinerem Conſtantia ſervat.
Quo moriare loco nil refert: undiq; cælum,
Pœnarumq; domus menſura diſtat eadem:

J. G. Voſſius, part. 1. Ariſtarchi, cap. 4. p. 14. Emanuel Chryſoloras (*inquit*) idoneus, unde

unde diſcantur principia linguæ Græcæ, niſi quod verborum formationes omittit. *Guarinus Veronenſis* exſcripſit Chryſoloram. Confer etiam *Cruſium in Germano-Græcia, pag. 234.*

CHRYSORUS, Χρυσορὸς, compoſuit Faſtos. Citat *Theophilus Antiochenus, l. 3. ad Autolycum.* Videtur idem eſſe cum eo, qui *Chryſeros* ab aliis vocatur; de quo ſuprà, in CHRYSEROS.

CHRYSOSTOMUS (Johann.) Χρυσόστομος, Conſtantinopolitanus Epiſcopus, An. 398. floruit. Juxta *Bellarm.* Anno 407: juxta *Senenſem* verò, An. 405. in exilio obiit. Scripta ejus *Sixtus & Bellarm.* enumerant. Vid. *Rivetus, T. 2. Oper. pag. 1127. Olearius in Abaco, pag. 244.*

CHRYTILLIUS (Jul.) in Apocalypſin, An 1672. commentatus eſt.

CHUMNUS (Nathanaël) Χοῦμνος, Græcus, confutationem dogmatis de proceſſione Spiritus Sancti adornavit. Manuſcriptum ſervatur in Bibliotheca Lutetiana.

CHUNO (Henr. Dav.) Marp. JCtus, natus eſt, Anno 1604. Heidelbergæ Jurisprudentiam profeſſus eſt.

CHURCHEUS (Henr.) edidit Miſcellanea, Epiſtolas, Theſaurum.

CHURCHEUS (Nath.) ſcripſit Socium Inficientem.

CHWALKOWSKI (Nic.) Jus publicum regni Poloniæ, Anno 1676. edi curavit.

CHYLINSKI (Sam. Boguſl.) Lithuanus, An. 1668. obiit. Tranſtulit S. Biblia in linguam Lithuanicam.

CHYNEUS (Jac.) de Arnage, compoſuit 2. libros de Geographia, An. 1576. item, Analyſin in 14. libros Ariſtotelis de prima Philoſophia. Extant ejusdem Scholæ duæ. 1. de perfecto Philoſopho. 2. de prædictionibus Aſtrologorum.

CHYTRÆUS (David) Ingelfingenſis, Suevus, natus eſt, An. 1530: obiit, Anno 1601. Roſtochii Theologiam & bonas literas docuit. Condidit vitæ & ſtudiorum regulas: item, Chronologiam, & alia. Vid. *Thuanus, l. 126.*

CHYTRÆUS (Nathan) Menzingenſis Palatinus, natus eſt, An. 1543: obiit, Anno 1598. Edidit Delitias variorum itinerum: 12. libros faſtorum Eccleſiaſticorum. Confeſſionem fidei, ſummam & præcipua doctrinæ Chriſtianæ capita complectentem carmine Epico expreſſit & hæredibus teſtamenti loco reliquit. Septendecim libros variorum poëmatum elaboravit. Carmina ejus ex parte leguntur, *T. 2. Del. Germ. pag. 284.* Vid. *Loticbius, part. 3. B. P. pag. 141.*

CIACCONIUS (Alf.) Anno 1599. obiit. De vitis & geſtis Pontificum Rom. commentatus eſt. Concinnavit etiam Hiſtoriam utriusq; belli Dacici, á Trajano geſti, & vindicias hiſt. de anima Trajani, fol. ut & librum de S. Hieronymi Cardinalitia dignitate. Vid. *Thuanus, l. 122. Sauſſay, pag. 120. Ghilinus, vol. 2. pag. 12.*

CIACCONIUS (Pet.) Toletanus, natus eſt, An. 1527: obiit, An. 1581. Fuit in omni antiquitate verſatiſſimus, quemadmodum id notæ ejus in Cæſarem, Saluſtium, Varronem, Plinium, Tertullianum, Iſidorum, &c. ſatis reſtantur. Tractavit etiam de ponderibus & menſuris: item, de triclinio. Vid. *Hanckius, pag. 1. de Scr. rerum Rom. pag. 237. Ghilinus, vol. 2. part. 214.*

CIAFFUS (Andr.) ſcripſit de Gerundiis.

CIAMPOLUS (Joh.) Florentinus, Anno 1643. obiit. Scripta ſua Regi Poloniæ teſtamento legavit. Magnifica ejus oratio, nitida, collimata, redundans, & quæ exurgit in veteris grandiloquentiæ ſpeciem, judice *Imperiali, pag. 201.* M. Tullium & P. Virgilium, tanquam nullius hominis ingenii, nullius ponderis, inopes rerum ac ſententiarum, irridere ſolebat. Vid. *Nicius Eryth. in Epiſt. ad Tyrrhenum, pag. 115.*

CIARLINUS (Joh. Bapt.) Carpenſis, JCtus, reliquit controverſias forenſium Judiciorum, An. 1671.

CICALA (Joh.) Cyprius, h. t. claret. Videatur *Greg. Letus, in Ital. regnante, pag. 544.*

CICARELLA (Ant.) ſcripſit de Pontificibus Romanis, An. 1600.

CICARELLUS (Alf.) An. 1564. vixit. De tuberibus: item, de fluvio Clitumno commentatus eſt.

CICERO (M. Tullius) natus eſt, A. U. R. 647: occiſus, An. 710. Ex veteribus ejus vitam *Plutarchus:* è recentioribus *Franc. Fabricius* literis mandavit. Scripta ejus partim extant, partim amiſſa ſunt. Ciceronis ſcriptorum, inquit *M. Ant. Mure-*

Muretus l. 15. Var. lect. c. 1. vix decimam partem reliquam habemus, eamque multis partibus mancam & mutilam. Inter amiſſos libros refero libros de Republica, quos viri Eruditi magnopere deſiderant: item, Hortenſium, de qvo *Auguſtinus 3. de Conf. c. 4.* Librum de Gloria ſuperiori ſeculo *Petrus Alcyonius* ſurripuiſſe & aboleviſſe creditur. [Vide ALCYONIUS.] Librum de Conſolatione ſub Ciceronis nomine *Car. Sigonius* aliqvando vulgavit: verum, qui naſum Criticum habent, eum per fœtu Ciceroniano agnoſcere recuſant. Scripſit etiam Cicero de Conſulatu ſuo tres libros, carmine. Cùm adhuc juri operam daret, carmine tractavit res geſtas municipis ſui Marii, ſepties Conſulis: de quo opere *Scævola* JCtus dicere ſolebat: *Caneſcet ſeclis innumerabilibus.* Vid. *Voſſius de Hiſt. Lat. l. 1. cap. 11.* Præclarè de Cicerone *Quintilianus* ſentit, quando ſcribit *l. X. c. 1.* Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit.

CICHOCIUS (Caſp.) Tarnovienſis, An. 1570. floruit. Scripſit Anatomiam, in qua Torunenſium objectiones in Ieſuitas refellit: item, Alloqvia Oſeciana, in quibus Heterodoxorum errores refutare conatur. Vid. *Starovolſc. p. 99.*

CICIERCIUS (Franc.) Patricius Mediolanenſ. Hiſtoriam Mediolanenſem conſcripſiſſe dicitur.

CICOGNA (Strozius) conſtruxit Theatrum omnifariæ Magiæ, An. 1617.

CICONIA (Flaminius) edidit Quæſtiones Naturales, An. 1603.

CICONIA (Vinc.) ſcripſit de Euchariſtia, Venet. An. 1556.

CICUTA (Aurelius) de re militari commentatus eſt.

CIEGLERUS (Georg.) librum de Incertitudine rerum humanarum reliquit.

CIERMAN (Joh.) Diſciplinas Mathematicas, A. 1650. fol. edidit. Vid. *Alegambe, pag. 552.*

CIEZA (Pet.) Hiſp. res Indicas ſtilo expreſſit.

CIGALINUS (Fr.) Comenſis, An. 1530. obiit. Extant ejus 2. Epiſtolæ de Oxymelitis uſu. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 88.*

CIGALINUS (Paulus) Comenſis; Anno 1598. vivis exceſſit. Scripſit de Patria C. Plinii Secundi, ejusdemq; fide & auctoritate. Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 209.*

CIGNINUS (Nicol.) ſcripto tractavit Quæſtionem: Utrum Adam in ſtatu innocentiæ fuiſſet immortalis? An. 1620.

CILICIUS (Chriſt.) Danus, ſcripſit de Bello Dithmarſico. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 24.*

CIMARELLUS (Barth.) Italus, A. 1621. claruit, et Chronicorum Ordinis Minorum tribus partibus, à Marco Olyſſiponenſi compoſitis, quartam addidit. Videatur *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 49.*

CIMBRIACUS (Æmil.) inter poëtas referri ſolet. *Autor Dialogi de Ling. Lat. reparat. ap. Gif. pag. 404.* Elegia nihil his (Pontano & Stroza) inferior, ac neſcio an major etiam habendus Æmilianus Cimbriacus, cujus Elegiæ & Epigrammata ſparſim leguntur. Multus *in* eo viro lepor, ſed major adhuc gravitas. Probatur à multis, qui carmen videtunt, ejus *Aſteris.* Sic enim audio ab eo Rhodiacum bellum inſcribi, pariq; laude extollunt *Encomiaſticon*, ex eadem officina ad Federicum Imperatorem depromtum. *Hæc ille.*

CIMON, Κίμων, Athenienſis, teſte *Arrhiano l. 7. Exped. Alex.* Athenienſium & Amazonum pugnam compoſuit. Juxta *Suidam* Cimon qvidam Athenienſis Ἱπποσκοπικὸν, i. e. librum de inſpiciendis eqvis edidit; incertum, an idem autor fuerit.

CINÆTHON, Κιναίθων, Lacedæmonius, vetus Poëta, ſi *Euſebio* credimus, Olympiade V. floruit. Scripſit Τηλεγονίαν, i. e. de Telegono, Ulyſſis filio. Hujus Cinæthonis *Pauſanias* aliqvoties meminit. Vid. *Meurſius in Miſcell. Lacon. 4, 17.*

CINCINNIUS (Joh.) Lippienſis, A. 1515. claruit. Vitam *S. Ludgeri* exaravit.

CINCIUS (L.) Alimentus. Vide ſupra, ALIMENTUS.

CINEAS, Κινέας, Theſſalus, Pyrrhi Epirotæ legatus, tempore Ptolemæi Philadelphi claruit. Teſte *Æliano l. Τακτικῶν, cap. 1.* Æneæ libros de re militari in epitomen redegit. Meminit ejus etiam *Cicero l. 9. Epiſt. 25. ad Papyrium.* Vid. *Berckelius ad Fragm. Stephani, pag 28.*

CINELLUS (Joh.) Medicus, hoc tempore clarere dicitur. Edidit Delicias Florentinas. Vid. *Gr. Letus, in Ital. regn. pag. 512.*

de CINGULO (Angelus) Clarenus, An. 1317. claruit. Macarii dialogos è Græco Latinè tranſtulit. Vid. *Waddingus in Scr. O. M. pag. 22.*

CINNA (C. Helvius) interfectus eſt in funere Julii Cæſaris à plebe per errorem nominis, cùm Cornelium Cinnam prætorem eſſe exiſtimaret. Scripſit Smyrnam, poëma obſcurum & difficile, quod interpretatus eſt *L. Craſſitius*, Grammaticus. In hoc carmine elaborando 9. annos conſumſiſſe fertur, teſte *Servio in 9. Eclogam Virgilii.* Confer *Catullum carm. 94.* Egit in eo de nefandis & inceſtis amoribus Myrrhæ, quo patrem ſuum Cinyram deperiit, ceu conſtat ex verſu, apud *Priſcianum l. 6.* allegato: *At ſcelus inceſto Cinyræ creſcebat in alvo.* Extat etiam ejus Tetraſtichon de Arati poëmate, deſcripto in malua, apud *Iſidorum.*

CINNA (Cn.) JCtus, tempore Auguſti claruit. Commentatus eſt de Jure civili. Vid. *Bertrandus in JCtis, pag. 241.*

CINNAMUS (Joh.) Κίνναμος, A. 1180. claruit. Scripſit de Manuele Comneno Imp. Prodiit Græcè & Latinè, curâ *Corn. Tollii*, An. 1652. in 4. Item, curante *Pet. Poſſino*, Paris. An. 1670. fol. Vid. *Hanck. in Byz. Scr. pag. 516.*

CINQUANTA (Benedictus) Mediolanenſis, Reſurrectionis Chriſti repræſentationem, Anno 1617. item, Sermones 40. horarum, Anno 1632. edi curavit. Vid. *Waddingus, in Scr. O. M. pag. 53.*

CINUS, JCtus, An. 1336. obiit. *Epitaphium* ejus ſic ſonat: Cino, eximio JCto, Bartolo Præceptore digniſſimo, Populus Piſtorienſis B. M. poſuit Vid. CYNUS.

CIOFANUS (Hercul.) edidit Ovidium cum notis, An. 1583.

CIOFFIUS (Pet.) à *Leone Allatio in Ap. Urb. pag. 222.* inter viros doctos & claros numeratur.

CIPICUS (Coriolanus) ſcripſit opuſculum non inelegans de rebus in Aſia geſtis. Vid. *Giſanius in Obſerv. Lat. L. pag. 404.* item, *Statilius in Apolog. pro fragmento Petronii, pag. 39.*

CIRONIUS (Innocent.) Academ. Toloſanæ Cancellarius, edidit Collectionem Canonum Honorianam, An. 1645. fol.

CIRVELLUS (Pet.) Theol. & Mathematicus, A. 1520. floruit. Compoſuit Notas in Euclidem: item, compendium quatuor diſciplinarum Mathematicarum. Ejus tale *Apophthegma* circumfertur Nullum ſe diem ſuavius tranſigere, quam cum populus tauroboliis aliisq; ludis diſtentus, ſtudia minimè impediret. Vid. *Biblioth. Hiſp. pag 591. Voſſ. de Scient. Math. pag. 64.*

CISNERUS (Nicol.) Mosbachio Palatinus, natus eſt, An. 1529: obiit Anno 1583. Heidelbergæ Jura docuit: tandem Projudicis officio in Curia Palatina functus eſt. Fecit Hymnum in natalem Chriſti: Idyllium de comparatione Veris & Autumni, utra pars anni plus commodi afferat: encomium Conjugii, in nuptiis Chytræi: Comment. in ἠθικὰ Ariſtotelis: item, 4. libros de ratione exercendi ſtili. Carmina ejus apparent, *T. 2. Delit. Germ. pag. 411.* Vid. *I. P. Lotichius, part. 4. B. P. pag. 71.*

CISSÆUS (Uſpius) Franckerenſ. A. 1540. floruit. Scripſit Collectanea Proverbiorum, ab Eraſmo prætermiſſorum, teſte *Swertio.*

CITESIUS (Franc.) edidit varia opuſcula Medica, An. 1639.

CITTADINUS (Celſus) à *Nicio Erythr. part. 2. Pinacoth. pag. 175.* tanquam Græcè & Hebraicè doctus plurimum commendatur.

CITTADINUS (Henr.) ſcripſit de Homæomeria maſſæ ſanguineæ, Paris. A. 1658.

de CITTADINIS (Paul.) Mediolan. de Jure Patronatus, Venet. An. 1584. commentatus eſt.

CITTOLINUS (Alex.) Saravallenſis, A. 1559. claruit. Fertur Commentarios adornaſſe in Hori Hieroglyphica, teſte *Simlero.*

CIXILLA, Toletanus Epiſcopus, An. 752. vixit. Vitam Ildefonſi compoſuit. Vid. *Hallerv. in Hiſt. pag. 50.*

de CLAF (Cyr. Luc.) An. 1590. claruit. Scripſit de Coronei ligni natura: de lapide Chriſtoſophico: de ſectis Medicorum: item, de Medicina Philoſophica.

CLAGIUS (Thomas) Prutenus, A. 1633. claruit. Adornavit Anticyras Prutenopædicanticas. Vid. *Alegambe, pag. 433.*

CLAJUS (Joh.) Herzbergenſis, An. 1523. obiit. Eccleſiaſtem Salomonis Latino carmine expreſſit. Vid. *T. 2. Del. Germ p. 477.*

CLAMMERUS (Balth.) edidit Promtuarium Juris civilis & feudalis, An. 1620.

CLAMORGANIUS (Joh.) ſcripſit de Lupis, teſte *Barth. T. 3. in Papin. pag. 1124.*

de CLAPERIIS (Fr.) JCtus, ſcripſit de Juriſdictione & Imperio.

CLAPMARIUS (Arnold.) Bremenſ. Anno 1604. obiit, ætatis 31. Docuit Altdorfii Politicam. Reliquit Arcana Politica. *Epitaphium* ejus tale erat: D. M. S. Sub hoc tumulo reſervatur, ſed parte minore ſui, *Arn. Clapmarius, Bremenſis*, Chriſtophori filius, Arnoldi nepos, Juvenis magno ingenio, triginta annorum, ſed inſigni ſupra ætatem doctrina, à patre honeſtiſſimo natus, & à prima pueritia liberaliter educatus. A qua cum literis ſuper omnium expectationem vacaſſet, cum Germaniam, Angliam, Belgium, aliasq; regiones perluſtraſſet, cum res militares miles ipſe didiciſſet, & jam maturos fructus ſuos oſtenderet, operamq; ſuam primam magnis Principibus, dein florentiſſimæ Reip. Norimb. devoviſſet: cum eruditionem ſuam publicis ingenii monumentis ad invidiam usq; teſtatam feciſſet, cum deniq; in hac mundi fabula laudabiliter perſonam ſuam ageret: morbo, proh dolor! correptus, quem febrim vocant continuam, & menſes aliquot æger, idq; ex decidentia varioq; morbi ſtatu, tandem verò viribus paullatim collabentibus cum ingenti fortitudine & pia animi devotione Kal. Junii 1. moritur. *Tantum fuit, Viator*, cujus ne neſcius eſſes, voluerunt Pater mœſtiſſimus, & luctuoſiſſimi fratres, qui, quòd chariſſimi filii & præſtantiſſimi fratris immaturum obitum ſenili & volentiſſima ſua morte naturæ jus antevertere nequiverunt, hunc lapidem L. M. P. C. tanquam æternum ſummi mœroris & pietatis monumentum, Anno M DC IV.

à S. CLARA (Franc.) ſcripſit de DEO, natura, & Gratia, Lugd. An. 1634. Item, defenſionem Epiſcoporum, An. 1640.

CLARAMONTIUS (Sam.) de Univerſo, Colon. An. 1644. commentatus eſt.

CLARAMONTIUS (Scipio) Cæſenas, ſcripſit de altitudine Caucaſi, A. 1649. de ſede ſublunari Cometarum: Comm. in Ariſtotelem de Iride, Corona, Pareliis: Hiſtoriam Cæſenæ Urbis: Tract. de conjecturandis moribus & affectibus. *Naudæus* vocat hominem ſolidæ eruditionis, & plerumq; pertinacis in compoſitionibus diligentiæ.

CLARAVACÆUS (Hier.) Cremonenſis, edidit duodecim libros Faſtorum ſacrorum, Mediol. An. 1554.

CLARCKE (Guil.) texuit naturalem hiſtoriam Nitri, An. 1675.

CLARCKE (Joh.) ſcripſit formulas Oratorias, ducem poëticum & poëmata, Anno 1663.

CLARCKE (Sam.) Martyrologium compoſuit: item, vitam Tamerlanis: ut & vitas virorum eminentium inter Chriſtianos.

CLARCKIUS (G.) de ſeptem plagis Ægypti, An. 1647. commentari cœpit.

CLARENTIUS (Laur.) emiſit Inſtitutiones Grammaticas, Florent. An. 1596.

CLARITTUS (Conſt.) Bonon. Medicus, An. 1594. claruit. Luciani Philopſeuden Latine tranſtulit.

CLARIUS (Hier.) compilationem Decretalium Gregorii IX. comportavit, Ven. An. 1491. fol.

CLARIUS (Joh.) Tungrenſis, An. 1611. obiit. Hic primus, relicto Sententiarum Magiſtro, ſummam Theologiæ Thomæ Aquinatis, A. 1695. prælegere cœpit. Fecit etiam Satiram in Guilh. Naſſovium, carmine Jambico. Vid. *Val. Andreæ in Faſt. Lovan. pag. 128.*

CLARIUS (Iſidorus) An. 1555. obiit. Vide infra, ISIDORUS Clarius.

CLAROMONTANUS (Carolus) Lotharingus, Medicus, ſcripſit de Aëre, locis, & aquis terræ Angliæ, An. 1672.

CLARIUS (Ant.) Silvius, ad leges Regias & XII. Tabb. commentatus eſt, Paris. An. 1603.

CLARUS (Julius) Alexandrinus JCtus, An. 1566. obiit. Reliquit libros receptarum ſententiarum. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 181. Ghilinus, vol. 1. p.* 131.

CLASEN (Dan.) JCtus, ſcripſit de Religione Politica: item, Comment. in Paſſionem Chriſti: Tractatum de Oraculis & Sibyllis, An. 1673. ut & de Jure aggratiandi, An. 1660.

CLASENIUS (Pet.) Lovan. JCt. An. 1635. obiit, teſte *Val. Andreæ*. Extat ejus Tractatus de Servitutibus. Vid. *Sweertius.*

CLAVA (Ant.) Brugenſis, *Eraſmus Roterod.* perquam familiaris fuit. Compoſuit 4. libros Atticarum Lectionem.

CLAVÆUS (Gaſto Dulco) edidit Apologiam Chryſopœjæ, contra Eraſtum, An. 1598. item, Philoſophiam Chymicam, An. 1612.

á CLAVARIIS (Joſ. Phavor.) Fabrianenſis, A. 1606. claruit. Reliquit librum de hominis excellentia, varia & multiplici doctrinâ refertum. Videatur *Linden, pag. 403.*

CLAVARONUS (Hyacinthus) ſcripſit Clavem in peſtem, Neapoli, An. 1659.

CLAVASIUS (Angelus) Ligur, A. C. 1496. obiit. Compoſuit Summam caſuum conſcientiæ, quæ *Angelica* dicta eſt, teſte *Bellarmino.* Vid. *Waddingus in Scr. O. M. pag. 22. Olearius in Abaco, pag. 36.*

CLAUBERGIUS (Joh.) edidit Logicam veterem & novam, Anno 1654. item, Tractatum de cognitione DEI & noſtri, An. 1656 Ontologiam: Artem etymologicam Teutonum, A. 1663. &c.

CLAUDERUS (Joſ.) natus eſt, An. 1586.

CLAUDERUS (Iſrael) ſtruxit Epiſtolographiam, An. 1664.

CLAUDIANUS, Alexandrinus, magni ſpiritus Poëta, ſub Arcadio & Honorio Impp. floruit, á quibus etiam ſtatuam in foro Trajani meruit, cum hac *ſubſcriptione:*

Εἰν ἑνὶ Βιργιλίοιο νόον ϗ μοῦσαν Ὁμήρου,
Κλαυδιανὸν Ῥώμη ϗ Βασιλεῖς ἔθεσαν.

Quidam Chriſtianum factum affirmant: alii, *Auguſtinum & Oroſium* ſecuti, negant. Scripſit duos libros in Rufinum: duos in Eutropium: tertium, quartum & ſextum conſulatum Honorii: bellum Gildonicum: bellum Geticum: Epithalamium in nuptias Honorii: tres libros de raptu Proſerpinæ: Gigantomachiam, &c. Commentarios luculentos in eum ediderunt *Caſp. Barthius,* An. 1650. & *Nic. Heinſius,* An. 1665. In veteri Inſcriptione audit POETARUM PRÆGLORIOSISSIMUS.

CLAUDIANUS Mamertus, Viennenſis Epiſcopus, Zenone imperante, A. 560. claruit. Reliquit præclarum opus de ſtatu Animæ: item, carmen contra vanos Poëtas. Vid. *Ph. Labbe T. 1. Diſſert. pag. 224. Barthius in Claudian. pag. 602. Olearius, pag. 108.*

CLAUDINUS (Jul. Cæſ.) Bononienſ. Medicus, An. 1574. claruit. Condidit librum de diebus Criticis: item, Defenſionem Galenicorum Medicorum adverſus A. Salam: Conſilia Medica: Empiricam rationalem, &c. Vid. *Bumaldus, pag. 141.*

CLAUDIUS Cæſar, teſte *Suetonio* in *ejus vita, cap. 42.* ſcr. *Τυρρηνικὰ & Καρχηδόνια,* Græce.

CLAUDIUS Julius, *Κλαύδιος, ἐν ταῖς Φοινίκης ἱστορίαις* laudatur ab *Etymologici M. autore* in *Γάδειρα*: & á *Stephano* in *Ἄκη, Λάμπη.* Apud *Eundem* in *Ἰουδαία,* vocatur *Κλαύδιος Ἰόλαος,* mendosè, ni fallor. Vid. *Tennulius in Steph. Fragm. pag. 13.*

CLAUDIUS Theo, Hiſtoricus, à S. *Hieronymo præfat in Danielem* memoratur.

CLAVENNA (Nicol.) texuit Hiſtoriam abſinthii umbelliferi, Venetiis, Anno 1610.

CLAVERIUS (Steph.) Annotationes in Perſium elaboravit, Anno 1607. quibus additus eſt Hippocratis libellus *περὶ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων.* Vid. *Caſp. Barth. in Papin. T. 1. pag. 432.*

de CLAVES (Steph.) An. 1624. claruit. Vid. *Sorellus de Perfect. Hom. pag. 499.*

CLAVIUS (Chriſtoph.) Bambergenſis, Jeſuita, celebris Mathematicus, A. 1612. obiit. Conſcripſit Commentarium in Euclidem, & Johannem de Sacroboſco. *Sixtus Senens. l. 4.* eum magno adjumento fuiſſe ad reſtituendum Calendarium Gregorianum memorat. Vid. *Alegambe, pag. 74.*

CLAUSEN (Matth.) Practicus Kilonienſium á multis laudatur.

CLAUSERUS (Conr.) Helvetius, A. 1555. floruit. Cornuti (aliis Phornuti) Comment. de natura Deorum Gentilium: item, Leonicum de orig. & geſtis Turcarum Latinè tranſtulit.

CLEANTHES, *Κλεάνθης,* Aſſius, Stoicus Philoſophus, Olympiade CXXIX. claruit. Quod noctu aquas è puteis hauriret, ut de die haberet, quo ſtudiis vacare poſſet, *φρεάντλης* dictus eſt, teſte *Laërtio.* Verſus ejus heroici, XXXVII. numero, apud *Stobæum in Eclogis Phyſicis* leguntur. *Tullius l. 4. quæſt. Academ.* ipſum majorum gentium Stoicum, & *l. 3. de Nat. Deor.* Stoicorum patrem appellat. Eidem Aſſi in Æolide, ubi natus erat, Senatus Romanus ſtatuam poni curavit, ut memorat *Simplicius, Comment. in Epict. Enchiridion. Lucianus* in *Longævis,* Cleanthem ad centum fermè annos perveniſſe refert.

CLEANTHUS, Κλέανθος, à *Scholiaste Nicandri, pag. 30.* adducitur.

CLEARCHUS, Κλέαρχος, Solenſis, Peripateticus, Ariſtotelis diſcipulus, tempore Alexandri Magni floruit. Scripſit librum de ſomno, quem *Joſephus, l. 1. contra Apionem* allegat. Item, περὶ Παιδείας. *Scholiaſtes Ariſtophanis* eundem citat de Griphis. Ex *Athenæo* patet, Clearchum quoq; περὶ Βίων ſcripſiſſe. *Ælianus* ejusdem Τακτικὰ laudat. Vid. *Jonſius de Sc. H. Ph. 1, 8. pag. 97.*

CLEARCHUS, Comicus, ab *Athenæo, l. 14.* allegatur. Fabulæ ejus erant, Κιθαρῳδὸς, Κορίνθιοι, Πάν.

de CLEMANGIS (Nicol.) Gallus, Gerſonis diſcipulus, An. 1416. floruit. Opera ejus à *Martino Lydio* cum Notis & Gloſſario edita ſunt, Lugd. Batav. Anno 1613. in 4. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 324. Barth. in Claud. pag. 1042.*

CLEDONIUS, vocatur nec ineruditus nec malæ frugis Grammaticus à *Barthio in Adv. 34, 6.*

CLEMENS, Hiſtoricus, ſcripſit de figuris Iſocraticis: item, de Regibus & Imperatoribus Romanorum. Videatur *Suidas.*

CLEMENS (Tit. Flavius) Κλήμης, Alexandrinus, Pantæni martyris & Philoſophi diſcipulus, Anno Chriſti 200. claruit. Multa ſcripſit, quorum *Euſebius, l. 5. Hiſt. Eccl. & S. Hieronymus in Catalogo* meminêre. Hodiè libri octo Stromatum, Pædagogi libri tres, & Oratio Parænetica ad Gentes ſuperſunt. Vid. *Rivetus, T. 2. Oper. pag. 1091. Olearius in Abaco, pag. 110.*

CLEMENS, Romanus Epiſcopus, An. Chr. 103. martyrio coronatus eſt. Ante paucos annos epiſtola hujus Clementis ad Corinthios inventa, & in lucem emiſſa eſt. Quidam ipſi translationem epiſtolæ ad Hebræos quoque tribuunt, ut *Euſebius, l. 4. H. E. c. 38.* De libris Recognitionum, Clementi Rom. adſcriptis, *G. J. Voſſius, l. 2. de Hiſt. Gr. c. 9.* legi poterit. Adde *Senenſem, l. 2. pag. 52. & Rivetum, T. 2. Operum, pag. 1075.*

CLEMENS IV. Pontifex, An. 1268. obiit. Reliquit Epiſtolas. Videatur *Ph. Labbe, Tomo 1. Diſſert. pag. 232. Olearius, pag. 112.*

CLEMENS (Claudius) Scotus, A. 824. obiit. Scripſit in Epiſtolam ad Galatas. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 109.*

CLEMENS (Cl.) Sequanus, An. 1640. claruit. Emiſit Prodromum ſcientiarum & artium, Venet. A. 1651. in 4. Molitus etiam eſt vaſtum opus de Gentilitiis ſymbolis ac teſſeris, ac re ſcutaria. Vid. *Alegambe, pag. 80.*

CLEMENS (Wencesl.) edidit novem libros Guſtavidos, Lugd. Bat. A. 1632.

CLEMENTINUS (Aſcan.) JCtus, de patria poteſtate commentatus eſt, A. 1571.

CLEMENTINUS (Clementius) Medicus, lucubrationes, An. 1512. publicavit.

CLENARDUS (Nic.) Dieſtemius Belga, An. 1542. Granatæ obiit. Lovanii & Salmanticæ Græcas & Hebr. literas docuit. Tandem in Africam abiit, & in Academia Feſſana Arabicam linguam addidicit. Edidit Inſtitutiones Græcas, quæ à multis commendantur. Notis easdem illuſtrarunt *Anteſignanus, Silburgius, Scotus, Guillonius.* Extant quoq; epiſtolarum ejus libri duo. Vid. *Sweertius, in Ath. Belg. pag. 574.*

CLEOBULUS, Κλεόβουλος, Lindius, unus è ſeptem Sapientibus, Olympiade XLVI. claruit. Scripſit Cantica & Griphos. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 93.* Confer *Suidam.*

CLEOBULUS, Græcus, tractavit de Agricultura, teſte *Columella 1, 1.* Apud *Varronem 1, 1.* Eubolus editur.

CLEOCHARES, Κλεοχάρης, Myrleanus, à *Photio, Cod. CLXXVI.* memoratur.

CLEODAMAS, Κλεοδάμας, ſcripſit περὶ Ἱππικῆς καὶ Πωλοδαμαστικῆς, teſte *Stephano in ἄχνη.*

CLEODEMUS Malchus, Κλεόδημος, Hiſtoriam ad imitationem Moſis contexuit. Vid. *Joſephus, l. 1. Antiq. Jud. c. 16.*

CLEOMEDES, Κλεομήδης, condidit duos libros de Mundo, quos *Laur. Valla* Latinè tranſtulit. Impreſſi ſunt, Antverp. An. 1553.

CLEOMENES, Κλεομένης, Lindius, Medicus fuit. Vid. *Meurſ. in Cypro, pag. 94.* Cleomenes quidam, *Clemente Alex. 1. Strom.* affirmante, librum de Heſiodo compoſuit. Vid. *Jonſius, de Scr. Hiſt. Phil. pag. 332.*

CLEOMENES, Rheginus, Dithyrambicus poëta, carmen de Meleagro ſtruxit, teſte *Athenæo.*

CLEON,

CLEON, κλέων, Curienſis, à *Scholiaſte Apollonii*, *pag.* 136. allogatur. Videatur *Meurſius in Cypro, pag.* 163.

CLEON, Magneſius, de rebus portentoſis libros edidit.

CLEON, Syracuſius, περὶ λιμένων commentatus eſt, teſtante *Stephano* in Ἀσπίς.

CLEOPHANES, κλεοφάνης, Myrleanus, Rhetor. Ejus meminit *Strabo*, *l.* 12. *pag.* 566.

CLEOPHILUS, κλεόφιλος, Samius, de geſtis Hereulis ſcripſiſſe dicitur. Vid. *Clem. Alex.* 6. *Strom.*

CLEOPHILUS (Octavius) Fanenſis, An. 1490. veneno periit. Conſcripſit Epiſtolas, Hiſtoriam Ariminenſem, bellum Fanenſe; libros de dictis & factis memorabilibus: Anthropotheomachiam: item, Carmen Elegiacum de Cœtu poëtarum. Lilius Giraldus vocar ſuavem amatorem nec illepidum. Vid. *Pierius Valerianus de Inf. Literat. pag.* 156. *Zeillerus in hiſt. part.* 2. *pag.* 54.

CLEOPHON, κλεοφῶν, Athenienſis, Tragicus, *Suidæ* commemoratur. Ex ejus fabulis erant Ἀκταίων, Ἀμφιάραος, Ἀχιλλεὺς, Βάκχαι, Δεξαμενὸς, Ἠριγόνη, Θυέστης, Λεύκιππος, Περσὶς, Τήλεφος.

CLEOXENUS, κλεόξενος, Hiſtoricus, de rebus Perſicis egiſſe fertur. Vid. *Suidas.*

CLERCK (Gilb.) ſcripſit de plenitudine mundi, Londini, An. 1660.

CLERCQ (Livinus) Flander, natus eſt, Anno 1597. Exaravit vitam S. Livini. Vid *Alegambe*, *pag.* 554.

CLERICUS (Hugo) poëta, Anno 1120. claruit & S. Norberto, Præmonſtratenſium Patriarchæ, An. 1134. ſucceſſit. Vid. *Reineſius ad Daum. pag.* 195.

CLERICUS (Simon) ſcripſit de Proſodia Arabica, Oxon. An. 1661.

CLERICUS (Ubertinus) Inſulenſis, Anno 1615. obiit. Compoſuit Sacram Poëſin, hymnos. Vid. *T. s. Del. Belg. p.* 971. Idem Epiſtolas Ovidii commentario illuſtravit.

CLERUS (Hermes) Tornacenſis, condidit Faſtos Sanctorum verſibus Elegiacis. Vid. *Alegambe*, *pag.* 181.

CLERUS (Mich.) Ultonienſis Hibernus, An. 1643. obiit. Edidit ſacros & profanos Hiberniæ Annales: item, Dictionarium vocum Hibernicarum. Vid. *Wadding. in S. O M pag.* 259.

CLESSIUS (Val.) An. 1618. vixit. Extat ejus Elenchus Scriptorum unius ſeculi, An. 1602.

CLETUS (Aëtius) Signinus, de Chalcantho, An. 1623. item, de morbo ſtrangulatorio commentatus eſt, Romæ, Anno 1636.

CLETZELIUS (Joh. Melch.) JCtus, ſcripſit de Appellationibus, An. 1614.

CLICHTOVÆUS (Jod.) Vide ſupra, CHLICHTOVÆUS.

CLIDEMUS, κλείδημος, compoſ. Ἀτθίδα, Νόστους, Πρωτογονίαν, καὶ Ἐξηγητικὸν, quemadmodum ex Athenæo patet. Vid. *Meurſ. de Theophr. pag.* 87.

CLIMACUS (Joh.) κλίμακος, An. Chr. 580. floruit. Ab *Antonio* ἀνθολόγῳ aliquoties allegatur. *Ph. Labbe*, *T.* 1. *Diſſert. pag.* 552. vult, eum aliter Johannem Sinaitam Scholaſticum dictum eſſe. Confer *eundem*, *pag.* 808. Edidit eum *Matth. Raderus*. Vid. *Olearius in Abaco*, *pag.* 246.

CLINGERIUS (Henr.) obiit Pragæ, An. 1608. Cecinit Martinalia verſu.

CLINGIUS (Conr.) Lutheromaſtix acerrimus, edi curavit Locos communes Theologicos, Paris. Anno 1567. Vid. *Waddingus in Scr. O. M. pag.* 93.

CLINGIUS (Melch.) JCt. An. 1571. obiit. Reliquit Conſilia.

CLINIAS, κλεινίας, Pythagoricus, à *Stobæo ſerm.* 1. *pag.* 8. allegatur.

CLINODEMUS, κλεινόδημος, memoratur *Plutarcho in libro*, bello an pace clariores fuerint Athenienſes.

CLITARCHUS, κλείταρχος, Ægineta, celebris λεξικογράφος fuit. Aliquando vocatur Clitarchus Gloſſographus. Vid. *Harpocration*, in ἐπιβλῆτας, *Etymologici M. autor*, in ἀνέστιος, γάργαρος. *Item, Tzetzes in Chiliad. pag.* 120. 173. 220.

CLITARCHUS, erat unus ex comitibus Alexandri. Hiſtoria ejus de rebus Alexandri à *Plutarcho* allegatur. Confer *Scholiaſtem Apollonii*, *pag.* 193. Vid. *Langbainius ad Longin. pag.* 18. *Reineſius in Epiſtolis*, *pag.* 313.

CLITODEMUS, κλειτόδημος, à *Pauſania in Phocicis* inter antiquiſſimos autores, qui res Atticas tractarunt, refertur. Confer *Heſychium*, in βοῦς ἕβδομος & παροιμίαις.

CLITOMACHUS, Κλειτόμαχος, Carthaginenſis Philoſophus; Olympiade CLXII. claruit. *Diogenes Laërtius, lib 4. in fine* hunc Clitomachum ultra quadringenta volumina ſcripſiſſe memorat. *Idem in Ariſtippo* librum ejus de Sectis allegat. Vid. *Jonſius de Scr. Hiſt. Ph. 2, 14. Voſſ. de natura Log. pag. 29.*

CLITONYMUS, Κλειτώνυμος, Italica & Sybaritica edidit, quæ à *Plutarcho in Parallelis minoribus* laudantur. Idem *Plutarchus, lib. de fluminibus*, ejusdem Tragica adducit.

CLITOPHON, Κλειτοφῶν, Rhodius, Indica & Italica compoſuit. Illa *Plutarchus, libro de Fluviis*: hæc *Stobæus, ſerm. 98. pag. 545.* allegat. *Plutarchus l. c.* ejusdem Κτίσεων vel Originum meminit. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 94.*

CLITUS, Κλεῖτος, Ariſtotelicus, condidit librum de Mileto, teſte *Athenæo, l. 12.*

CLIVATUS (Joh. Ant.) Bergomas, Anno 1662. obiit. Habuit Panegyricum in laudem S. Catharinæ.

à CLIVOLO (Barth.) Taurinenſ edidit Hiſtoriam Balneorum Aquentium.

CLOATIUS (Verrius) Grammaticus, librum de verbis à Græcis tractis concinnavit. Allegatur ab *Agellio, Macrobio & Sexto Pompejo.*

CLOBUCIUS (Joh.) Philoſophus Cracovienſis, A. 1609. obiit. Reliquit Orationes: item, libellum de exercitio ſtili. Vid. *Starovolſcius, pag. 98.*

CLODIUS, Κλώδιος, Neapolitanus, πρὸς τοὺς ἀπεχομένους τῶν σαρκῶν βιβλίον καταβάλετο, inquit *Porphyrius περὶ Ἀποχῆς, l. 1. pag. 4. & 13.*

CLODIUS, Romanus, contexuit Ἔλεγχον χρόνων, i. e. indicem temporum, uti refert *Plutarchus, in vita Numæ. Arnobius, lib. 5.* & *Lactantius l. 1. de falſa relig. c. 22.* cujusdam Sexti Clodii mentionem faciunt, qui de Diis Græce ſcripſerit. Vid. *Glandorp. pag. 241.*

CLODIUS Sabinus Vide, SABINUS.

CLODIUS Turrinus, inter Rhetoras à *Seneca* refertur. Sententias dicebat excitatas: nihil probabat niſi tutum: cauſas nemo proponebat diligentius: nemo reſpondebat paratius. In declamando Apollodorum ſequebatur & ſummam legem dicendi eum putabat. Vid *Seneca, in Controv. l. 5. pag. 224.*

CLONAS, Κλονᾶς, Tegeates, poëta Elegiographus, primus Νόμους ſive leges Muſicas reperiſſe dicitur: quanquam alii ab *Ardalo* repertas putent. Quidam à *Clona* Apothetum ſolùm & Schœniona repertos produnt.

CLOPPENBURGIUS (Johann.) A. 1632. vixit. Scriptis pugnavit contra Smalcium. Idem de Sacrificiis commentatus eſt.

CLOSNERUS (Frid.) res urbis Argentinenſis ſtilo expreſſit.

CLOSTERBAUERUS (Adamus) Hydrographicam emiſit, An. 1664.

CLOTTONUS (Anan.) Thymiama devotionis compoſuit, Colon. An. 1675.

CLOTZIUS (Steph.) ſcripſit Tract. de Sudore Chriſti, ejusq; animæ doloribus, An. 1670. de Angelolatria, Anno 1636. de Magis, An. 1672.

CLUDIUS (Andr.) JCt. de Conditionibus commentatus eſt, An. 1630.

CLUDIUS (J. Th.) lib. de Imperatore Rom. Germ. & Statibus Imp. vulgavit.

CLUNIACENSIS (Petrus) S. Bernhardi æqualis, An. 1157. obiit. Fuit nobilis Aquitanus, primò miles, deinde Monachus. Condidit librum contra errores *Petri de Bruis*: item, duos alios de miraculis ſui temporis. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. diſſert. p. 193. Olearius in Abaco, p. 369.*

CLUSIUS (Carol.) Atrebas, celebris Medicus, natus eſt, An. 1516: obiit, An. 1609. Ajunt, eum ſeptem linguarum exactam habuiſſe notitiam. Unde factum, ut multa ex Hiſpanico, Italico & Gallico idiomate in Latinum ſermonem transtulerit. Maximiliano II. & Rudolpho II. percharus fuit: & à Maximiliano nobilitatis privilegia obtinuit. Collegit Hiſtoriam ſtirpium rariorum, quas ipſe obſervavit. Vid. *Swertius, pag. 166. Ghilinus, vol. 2. pag. 54. Henn. Witte, in Medicis, pag. 6.*

CLUTENIUS (Joach.) Parchimienſis, JCt. natus eſt, An. 1582: obiit, A. 1636. Argentinæ Jura docuit. Edidit Tract. de expeditione Romana.

CLUTINIUS (Reginald.) Flaviniacus, An. 1574. obiit. *Thuanus, l. 59.* eum in poëtica excelluiſſe memorat.

CLUTIUS (Augerius) ſcripſit de Nuce Medica:

Medica: de Ephemero inſecto: de verme Majali, An. 1634 Amſterd.
CLUTIUS (Rod.) edidit ſermones Dominicales, An. 1612.
CLUTO (Joh.) Ideam totius Theologiæ, Franeckeræ, An. 1656 exaravit.
CLUVERIUS (Phil.) Boruſſus, natus eſt, An. 1580: An. 1624. Italiam, Germaniam & Siciliam antiqvam ampliſſimo commentario illuſtravit. Vid. *Meurſius, in A.B. p. 261. Hanckius pag. 1. de Scr. Rer. Rom. pag. 277.*
CLUVERUS (Joh.) Stormarus, Theologus, natus eſt, An. 1593.: obiit A. 1633. Scripſit Angelolatriam: Tract. de Baptiſmo: Epitomen Hiſtoriarum totius mundi. Vid. *Spizelius, in Temp. Hon pag. 116. Witte, in Theol. p. 356.*
CLYN (Joh.) Kilkennienſis Hibernus, An. 1349. obiiſſe creditur. Res Hibernicas copioſè deſcripſit. Vid. *Waddingus in Scr. O. M. pag. 199.*
CNOGLERUS (Qvirinus) edidit tria Symbola, Catholicum, Calvinianum, Lutheranum, Colon. An. 1612.
CNAPIUS (Greg.) Polonus, A. 1639 obiit. Concinnavit Theſaurum Polono-Latino-Græcum, A. 1643. Vid. *Alegambe, pag. 164.*
CNAUSTINUS (H.) JCtus, reliquit artem Notariatus.
CNEUFELIUS (Andr.) Uladislai IV. Poloniæ Regis archiater, Antipodagriſta celeberrimus, de Podagra curata, Anno 1643. ſcripſiſſe dicitur.
CNIFIUS (Joh.) Ultrajectinus, primus Groningenſis Epiſcopus, An. 1578. obiit. In Pſ. LI. & CX. commentatus eſt.
CNOPIUS (Alb. Frid.) ſcripſit de Inſtrumenti univerſalis novi fabrica, A. 1633.
CNOSSUS, Κνωσσὸς, conſtruxit Γεωγραφούμενα, quæ citantur ap. *Scholiaſten Apollonii, l. 4.*
CNOXUS (Joh.) Scotus, An. 1572. Edinburgi obiit. Scripta contra Miſſam Papiſticam emiſit. Vid. *Jac. Verheiden. in Elog. Preſt. Theol. pag. 92.*
CNUTIUS (Juſtus) ſtruxit compendium univerſæ Medicinæ juxta doctrinam Hippocratis & Galeni, An. 1608.
COAGIUS (Andr.) Anno. 1578, claruit Scripſit de quatuor anni partibus. Vid. *Vindingius, in Hafn. Rect. pag. 114.*
COBABUS (Mich.) edidit Sphærographiam, An. 1644.
COBAVIUS (Andr.) Carniolus, A. 1629. vixit. Vitam Johannis fundatoris fratrum miſericordiæ ex Italico in Lat. transtulit. Vid. *Alegambe, pag. 26.*
COBBAUTIUS (N.) Aloſtanus, Pharetram amoris confecit.
COBELLUTIUS (Scipio) Cardin. Anno 1595. claruit. Vid. *Sauſſay, pag. 173.*
COBENZI (Joh. Raph.) Carnus, A. 1627. obiit. Extat ejus libellus de norma fidei & religionis. Vid. *Alegambe, pag. 267.*
COBERUS (Tob.) Med. D. concinnavit decades obſervationum Caſtrenſium & Ungaricarum, An. 1606. Item Tragœdias, ut Trojam, Palinurum, Curtium.
COBILINIUS (Jac.) Copernici condiſcipulus, Aſtrolabii declarationem edidiſſe fertur. Videatur *Starovolſc. pag. 88.*
COBOLDUS (Joh.) Aldenburgenſ. narrationes aliquot epiſtolicas de puero Ecſtatico Aldenb An. 1604. publicavit.
COCAJUS (Merlinus) edidit opus Macaronicorum, Venet. An. 1613.
COCANARIUS (Fabr.) Tiburtinus, Theonoſton ſive Dialogum de vita producenda exaravit, An. 1620. in 4.
COCCEIANUS (Aug.) Brixienſis, carminibus inclaruit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 762.*
COCCEIUS Nerva, pater, JCtus, An. C. 34. floruit. Vid. *Guido Panzirolus, in JCtis 1, 25.*
COCCEJUS Nerva, filius, itidem JCtus, Nervæ Imperatoris pater exiſtimatus eſt. Reliquit libros de uſucapionibus. Videatur *Guido Panzirolus, in JCt. 1, 26.*
COCCEJUS (Gerh.) librum de origine Juris, An. 1660 elaboravit.
COCCEJUS (Henr.) de lege Salica commentatus eſt.
COCCIUS (Joh.) Theologus Reformatus, ſcripſit Comment. in Jobum: in Prophetas minores: In Epiſtolam ad Hebræos, &c. Item, de potentia Sacræ Scripturæ, An. 1655.
COCCINIUS (Mich.) Tubing. An. 1540. claruit. Scripſit de Bellis Italicis: Item de translatione Imperii à Græcis ad Germanos.
COCCINUS (J. Bapt.) Venetus, JCtus An. 1641. obiit. Extant ejus Deciſiones Rotæ Romanæ.
COCCIUS (Jodocus) texuit Theſau-

ſaurum Catholicum, ex Patrum ſcriptis collectum, duobus voluminibus, An. 1600. Vid. *Sweertius*, *pag. 491. Alegambe*, *pag. 280.*

COCCUS, Κόκκος, Athenienſis Orator, Socratis diſcipulus, orationes habuit, teſte *Suida.*

COCH (Joh.) Latinè vertit geminum Tractatum Talmudicum, Sanhedrin & Maccoth dictum, An. 1629. in 4. Idem eſt, qui Joh. COCCEJUS, de quo paulo ante.

COCHANOVIUS (Joh.) Polonus, natus eſt, An. 1532: obiit, An. 1582. Fertur liberiori ingenio fuiſſe, & privatæ vitæ, quam publicæ ſtudioſior. Latinis poëmatibus pangendis ad veteres illos, qui terſioris notæ gloriam conſecuti ſunt, proximè acceſſit. Reliquit M. Ciceronis Aratum, Orpheum Sarmaticum, libros Elegiarum, Epithalamiorum Lyricorum, Foricœniorum, & carmen de expugnatione Polettei. Vid. *Starovolſcius in Hecatontade*, *pag. 44. Ghilinus*, *vol. 2. pag. 123.*

COCHANOVIUS (Pet.) ſtruxit Godofredam ſive Hieroſolymæ expugnationem.

COCHELLIUS (Jac.) edidit notitiam Cardinalatus, Romæ, An. 1653.

COCHLÆUS (Joh.) Wendelſteinenſis, Lutheri hoſtis acerrimus, An. 1552. obiit. Librum compoſuit de actis & ſcriptis Lutheri, qui totus ex mendaciis conſutus eſt. *Thuanus l. XI.* Norimbergenſem facit. Vid. *Labbe in B. B. pag. 87. Olearius in Abaco*, *pag. 247.*

COCHLETIUS (Anaſt.) ſcripſit Cœmiterium Inferni Calvini, Antv. An. 1608.

COCKBURNE (Patric.) Scotus, edidit duos libros de vulgari S. Scripturæ phraſi, Paris. An. 1552. Item, de utilitate & excellentia Verbi DEI.

COCKIUS (Giſeb.) Vindicias pro Lege & Imperio, contra *Hobbes*, Anno 1661. compoſuit.

COCLES (Barth.) Bononienſis, à Copono, quem homicidam futurum eſſe dixerat, ex inſidiis interfectus eſt. Scripſit compendium Phyſiologiæ, A. 1597. item, compendium Phyſiognomiæ & Chiromantiæ. *Bumaldus* vocat Metopoſcopum & Chiromantem toto orbe celebrem. Vid. *Jovius in Elog. numero 54. Tollius de Inf. Lit. pag. 15.*

COCLICUS (Adrianus Petit) edidit Compendium Muſices.

COCQUÆUS (Leonh.) Vide, COQUÆUS.

COCQUETIUS (Joh.) Inſulenſ. ſcripſit de mixtione aquæ in Calice Euchariſtico. Vid. *Sweertius*, *pag. 354* Vide ſupra, CHOQUETIUS.

COCQUIUS (Adrianus) texuit Hiſtoriam ſacram Herbarum & Plantarum, A 1664.

COCUS (Robert.) Cenſuram S. Scriptorum literis mandavit, Lond. An. 1623.

COCUS (Samuel) emiſit AntiVorſtium, An. 1664.

CODA (Marc. Ant.) concinnavit Compendium judiciarii ordinis Civilis, An. 1654.

CODDÆUS (Guil.) Leydenſis, natus eſt, An. 1575. Reliquit Notas in Grammat. Hebr. Martinii, An. 1612. Vid. *Meurſius in Ath. Bat. pag. 282.*

CODECHA (Boſchus) ſcripſit in rubricam de judiciis.

CODIBUNDUS (Georg.) confecit Comment. in I. ad Timoth. An. 1599.

CODICIUS (Joſ.) Siculus, An. 1545. obiit. In Logicam Ariſtotelis commentatus eſt. Videatur *Waddingus in Scr. O. M. pag. 231.*

CODICIUS (Lact. Joh.) Slucnavienſis, verſibus nomen ſibi peperit. Vid. *T. 2. Delit. Germ. pag. 625.*

CODINUS (Georg.) Κωδῖνος, Curopalates, collegit Excerpta de Originibus Conſtantinopolitanis: item, librum de officiis Palatii & Magnæ Eccleſiæ. Prius opus prodiit beneficio *G. Douſæ*, A. 1596. alterum ſtudio & opera *Fr. Junii*, Anno 1588. Notas in Codinum ſcripſit *Gretſerus*, quas *Moretus* evulgavit. Vid. *Zeilerus part. 2. Hiſt. pag. 38.*

CODOMANNUS (Laur.) Curia Variſcus, An. 1590. obiit. Extant ejus Annales S. Scripturæ.

CODOMANNUS (Salomo) Byruthinus, An. 1626. floruit. Edidit Pervigilium Pacis, in quo Threnos Jeremiæ & Canticum Canticorum Trochaicis verſibus expreſſit.

CODRETUS (Annib.) Allobrox, A. 1599. obiit. Reliquit inſtitutiones Grammaticas. *Alegambe*, *pag. 33.* vocat virum in omni politioris literaturæ genere, tribus linguis, Lat. Græca & Hebraica, admirandum.

CODRO-

CODRONCHUS (Bapt.) Medicus & Philoſophus Imolenſis, ſcripſit de rabie, helleboro & abſinthio, Anno 1610: de vitiis vocis: de annis climactericis, &c.

CODRUS, antiquus poëta, Virgilio *σύγχρον@* fuit. Laudat eum *Virgilius, Ecloga 7.*

Nymphæ, noſter amor, Libethrides, aut mihi carmen,
Quale meo Codro, concedite. Proxima Phœbo
Verſibus ille facit.

Ab hoc diverſus eſt alter CODRUS, poëta infelix ſub Domitiano Imperatore, qui Theſeida ſcripſit: unde *Juvenalis, ſat. 1. Vexatus toties rauci Theſeide Codri.*

CODRUS (Ant.) Urceus, Ravennas, inter Italos poëtas claruit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 766. Eraſmus in Ciceroniano, pag. 159.* ità de eo judicat: Codro nec Lat. linguæ facultas deerat nec urbanitas: verum homo non diſſentiens ab Epicuro neglexit hanc laudem, ut non vulgarem, ita nec parvo parabilem. Confer *Richterum in Axiom. Oecon. pag. 13. Spitzelium de Vitiis Doct. pag. 11. & ſeqq.*

de CODT (Jac.) Ipreniſis, An. 1621. obiit. Poëmata varii generis emiſit, teſte *Swertio.* Item, carmen Leoninum, cui Titulus, Norma miniſtrorum, teſte *Sandero.* Vid. *Alegambe, pag. 195.*

CODURCUS (Phil.) in Jobum: item, in epiſtolam ad Hebræos commentatus eſt, Paris. An. 1632. Ex Reformato factus eſt Catholico-Romanus.

COECKE (Pet.) Aloſtanus, Anno 1550. obiit. Extat ejus Tr. de Architectura & Geometria.

COECUS (Vent.) JCtus, ſcripſit de Origine Juris.

COEFFETEAU (Nic.) Cenomanenſis, An. 1623. obiit. Stilo pugnavit contra Jacobum, Angliæ Regem, Mornæum, & Antonium de Dominis. Vid. *Sausſay, pag. 229. Tribecchov. pag. 26. Caſaub. in Epiſt. 784.*

COELESTINUS, Hiſt. tempore Valeriani & Galieni Impp. vixit atq; in literas vitam eorum retulit, ceu ex *Pollione* diſcimus.

COELESTINUS (Angel.) An. 1620. claruit. Condidit 4. Tomos ſermonum & diſcurſuum prædicabilium. Vid. *Waddingus, in Scr. O. M. pag. 21.*

COELESTINUS (Claud.) ſcripſit de Influentiis cœli, An. 1542.

COELESTINUS (Georg.) Hiſtoriam Comitiorum, Auguſtæ Anno 1530. celebratorum, 4. voluminibus, Anno 1597. complexus eſt.

COELESTINUS (Henr.) JCtus, ſcripſit de Jure perſonarum, An. 1643. in 4.

COELESTINUS (P.) edidit Clavem Davidis vel arcana Scripturæ, Lugd. Anno 1659. fol.

COELESTINUS (Steph.) Bononienſis, An. 1448. floruit. De Intellectus humani ultima functione commentatus eſt.

COELESTINUS, Pelagii diſcipulus, nonnulla in literas retulit. Vid. *G. J. Voſſius in hiſt. Pelag. pag. 21.*

COELHASIUS (Caſp.) Theologus, natus eſt, An. 1536. Docuit Leydæ. Edidit varia opuſcula de Jure Chriſtiani Magiſtratus circa diſciplinam & regimen Eccleſiæ.

COENRADINUS (Gam.) compoſuit examen Theſium extraordinariarum *Ant. Hülſii*, An. 1674. in 4.

COENSIUS (Joh.) edidit Polemicon adv. apiarium *Ph. Marnixii*, teſte *Swertio*

COERBERUS (Frid.) concinnavit Tract. de Melchiſedeco, An. 1672.

COFFINUS (Edoard.) Exonienſis Anglus, An. 1626. obiit. Scripſit de Cœlibatu ſacerdotum. Vid. *Alegambe, pag. 98.*

COGELERUS (Joh.) Quedlinburgenſis, autor imaginum Biblicarum & Catecheticarum, An. 1564. vixit. In Epiſtolam S. Pauli ad Romanos, & ad Galatas commentatus eſt.

COGITOSUS, Hibernus, An. Chr. 523. floruit. Exaravit vitam S. Brigittæ. Vid. *Olearius, pag. 113.*

COGLIONUS (Cœleſt.) Bergomas, Anno 1622. claruit. Contexuit Hiſtoriam quadripartitam rerum Bergomenſium.

COGNATUS (Gilbertus) Nozerenus, An. 1567. floruit. E Luciano vertit Demonactis vitam. Compoſuit annorationes in omnes Luciani dialogos. Philoſophorum quoq;, Regum atq; Ducum epiſtolas ex Græca lingua in Latinam tranſtulit. Carmina etiam elaboravit. Vid. *T. 1. Delit. Gall. pag. 815.* Edidit præterea deſcriptionem Burgundiæ ſuperioris: ſilvam narrationum: obſervationes in Allegorias Origenis, & de Tro-

pis

pis Scripturæ. Vid. *Thomaſius, de Plagio, §. 395.*

COGNATUS (Joh.) Tornacenſis, ſcripſit de Salomonis proſperitate & exitio: item, de fundamentis Religionis: ut & quatuor Tomos rerum Tornacenſium.

COJET (W. J.) de rebus geſtis Philippi, Amyntæ F. Regis Macedonum, commentatus eſt, Heidelbergæ; Anno 1664. in 4.

COIGNETUS (Mich.) Antv. Anno 1623. obiit. Compoſuit Epitomen Theatri Orteliani: item, Arithmetica: Geometrica: Aſtronomica. Vid. *Sweertius, pag. 566.*

le COINTE (Carolus) Annales Eccleſiaſticos Francorum, 4. Tomis, Paris. A. 1665. fol. complexus eſt.

COINTUS, Κόϊντος, Smyrnæus, poëta, ſcripſit 14. libros τῶν παραλειπομένων, eorum videlicet, quæ Homerus non abſolverat. *Dausqueius* eum vertit Notisq; illuſtravit. *Reineſius in Epiſt. ad Hofm. & Rup.* verum ejus nomen *Corinthi* eſſe exiſtimat. Cointum tamen *Tzetzes in Chiliad. pag. 29. & Comment. in Lycophr.* conſtanter appellat. *Barthius, in Not. Major. ad Claudian. pag. 960.* Mileſium Smyrnæum eſſe arbitratur, antiquæ poëſeos reſtauratorem, ab *Eunapio* laudatum. Vide, CALABER.

COITERUS (Volcherus.) Vide infrà, COYTERUS.

COLANELLUS (Lid.) Setinus, habuit panegyricum de laudibus urbis Florentiæ. Vid. *Alegambe, pag. 305.*

COLARUS (Ant.) Luſitanus, An. 1620. claruit. Hiſtoriam Æthiopicam Fr. Lud. de Urreta additione locupletavit. Vid. *Alegambe, pag. 37.*

COLBIUS (Chriſt.) edidit Agnoëtiſmum, Anno 1654.

COLBIUS (G.) ſcripſit Presbyterologiam in Pruſſia Regiomontana, ab An. 1620. usq; ad An. 1664.

COLBIUS (Joach.) Medicus & poëta, compoſuit miracula Poetica. Ea prodierunt Jenæ, Anno 1668. poſt obitum autoris.

COLDEBACHIUS (Matth.) Nucleum controv. de materia Contractuum edi curavit, An. 1610. in 4.

COLDINGIUS (Paulus) natus eſt, Anno 1581. obiit, An. 1640. Struxit Etymologicon Latinum, fol. item, Hiſtoriam Eccleſiaſticam, de mutatione religionis per Lutherum facta. Vid. *Vindingius in Rect. Hafn. pag. 457.*

COLE (Guilh.) Medicus Anglus, emiſit Cogitata de ſecretione animali, Anno 1674.

COLEMANNUS (Pet.) Proſodiam Græcam, An. 1611. imprimi fecit.

COLEONUS (Joh. Jac.) Italus, JCtus.

COLERUS (Ant.) JCtus, ſcripſit de Jure Imperii Germanici.

COLERUS (Chriſt.) Francus, JCtus, & Philologus, An. 1604. in Auſtria obiit. Antea Altdorfii jura profeſſus erat. Reliquit Parerga. Vid. *Caſp. Conradus, Millen. 1. Proſopogr.*

COLERUS (Jac.) ſcriptum de animarum immortalitate, An. 1587. publicavit.

COLERUS (Joh.) tractavit de *Bombyce*, An. 1665. Eſt Berolinenſis Eccleſiaſtes, & Medicinæ peritiſſimus.

COLERUS (Mart.) Cizenſis, JCtus, An. 1601. Witebergæ obiit. De Alimentis commentatus eſt 3. libris.

COLERUS (Matth.) Anno 1580. floruit. Edidit Deciſiones: item, Tract. de proceſſibus executivis in cauſis civilibus. Videatur *Hadr. Bejerus in Rect. Jenenſ. pag. 546.*

COLETUS (Joh.) Anglus, An. 1519. obiit. Extant ejus 14. libri enarrationum in S. Paulinum. Vid. *Jovius in Britannia, pag. 86.*

COLETUS (Mich.) Paſtor Eccleſiæ Dantiſcanæ, ſtilo pugnavit contra Franc. & Jacobum Adami.

COLGANUS (Joh.) Hibernus, An. *1650.* claruit. Exaravit acta ſanctorum Hiberniæ Vid. *Wadding. in Script. Ord. Min. pag. 199.*

COLIN (Franc.) Barcinonenſis, An. 1630. claruit. Fertur adornaſſe Indiam ſacram. Vid. *Alegambe, pag. 118.*

COLINUS (Matth.) Pragæ Philoſophica problemata Græco idiomate propoſuit ac reſolvit. Ei ob inſignem linguæ hujus peritiam marmorea ſtatua in publico Univerſitatis auditorio erecta pone ſacellum Academicum, teſte *Ad. X. Volckmanno in Elog. Pragenſ. pag. 136.*

COLIUS (Jac.) Antv. vulgavit Syntagma Herbarum: item, Poemata, An. 1606.

COLLE (Joh.) Bellunenſis, Medicus, An. 1620. vixit. Multa & varia edidit, quæ *Ant. de Linden* in *Catal* recenſet.

COLLADON (Nicol.) Bituricenſis, Anno 1581. vixit. Scripſit Jeſum Nazaræum.

COLLADON (Theod.) Aduerſaria Medica, duobus Tomis diſtincta, An. 1615. Colon. Allobr. edi curavit.

COLLADONIUS (Germ.) fecit Notas in epos de Bello civili.

COLLADUS (Didacus) edidit Dictionarium Linguæ Japonicæ, An. 1632. item, Grammaticam Japonicam, in 4. Vid. *Leo Allatius, in A. U. pag. 81.*

COLLADUS (Lud.) Valentinus Hiſp. ſcripſit Iſagogen Medicam ex Hippocrate & Galeno, An. 1565. item, Comment. in Galenum de Oſſibus, Anno 1555. Videatur *Biblioth. Hiſp. pag. 332. Linden, pag. 429.*

COLLANGELUS (Gabr.) Alvernus Turonicus, An. 1561. claruit. Extat ejus Differt. de Cabbala.

COLLATIUS (Pet. Apollonius) An. 1490. claruit, juxta *Voſſium*. Quidam eum antiquiorem faciunt, & ad finem ſeculi VII. vel ad annum 690. referunt, inter quos etiam *Margarinus de la Bigne, in Indice Chronolog. Scriptorum Eccleſiaſt.* Verum, ſi adeo vetus eſſet, ut recte *Voſſius* obſervat, ejus *Sigebertus* vel veterum alius meminiſſet. Scripſit Carmine Heroico 4. libros de excidio Hieroſolymitano. *J.C. Scaliger l. 6. de art. poët. pag. 797.* eidem Collatio Faſtos tribuit. Vid. *Daumius in Epiſt. ad Reineſ. pag. 27. Barthius in Claud. pag. 795. Olearius in Abaco, pag. 45.*

COLLE (Joh.) Bellunenſis, Medicus Patavinus, An. 1631. obiit. Struxit Commentarium in librum Hippocratis de Inſomniis, & alia, de quibus *Thomaſinus, part. 2. Elog. pag. 192*

à COLLEN (Ludolf.) Mathem. natus eſt, An. 1539: obiit, An. 1610. Scripſit de Circulo: de Uſuris: quatuor libros variorum Problematum, &c. Vid. *Meurſius in Ath. Bat. pag. 345.*

COLLENUTIUS (Pandulfus) Piſaurenſis, JCtus, An. 1500. claruit. *Jovius in Elog. numero 96.* ipſum à Johanne Sfortia, Piſaurenſium Tyranno, in carcerem conjectum & tandem crudeliter ſtrangulatum eſſe, memorat. Elogium ejusdem apud *Politianum, l. 7. Epiſt.* præclarum invenies. Scripſit pro Plinio contra Leonicenum: libellum de Vipera: & facetum capitis & pilei dialogum: item, Hiſtoriam Neapolitanam.

COLLETETUS (Guilh.) erat elegantiſſimi homo ingenii & Gallicæ poeſeos laude celebris.

à COLLIBUS (Hipp.) Tigurinus, natus eſt, An. 1561: obiit, An. 1612. Heidelgæ Jurisprudentiam publice docuit. Edidit Comment. ad Tit. ff. de diverſis regulis juris antiqui: item, Aulicum Conſiliarium Principis: ut et libellum de ratione ſilendi, quem Harpocratem inſcripſit, ſine tamen ſuo nomine. Vid. *Placcius, pag. 216.*

COLLIERIUS (Joh.) Melliloquium veritatis S. Auguſtini, Anno 1616. edi curavit.

COLLIMITIUS (Georg.) ſcripſit in 2. librum Plinii, An. 1531. Item, de applicatione Aſtrologiæ ad Medicinam.

COLLIUS (Franc.) de Sanguine Chriſti, A. 1617. item, de animabus Paganorum, Mediolani, Anno 1622. commentatus eſt.

COLLUTIUS (Fr.) Veliternus, tres libellos de Nephriticis ex renum calculo, Venet. 1620. publicavit. Vid. *Linden, pag. 179.*

COLMANNUS (Læv.) Gandav. Anno 1552. floruit. Reliquit carmina.

COLMENERUS (Ant.) de Chocolata Indâ commentatus eſt.

COLMERUS (Clem.) Politiam Athenienſem, An. 1609. exaravit.

COLOGNUS (Nicol.) Bergomas, Anno 1602. obiit. Compoſuit Comment. in in Artem poeticam Horatii: item, in Logicam, Phyſicam & Ethicam Ariſtotelis. Vid. *Donatus Calvus, pag. 413.*

COLOMESIUS (Paulus) Rupellenſis, An. 1669. libellum confecit, in quo Cimelia literaria, Clavis epiſtolarum Scaligeri & Caſauboni continentur: item, Galliam Orientalem, i. e. vitas Gallorum, qui linguas Orientales excoluerunt, Anno 1665. in 4.

COLONÆUS (Alex.) Brugenſ. JCtus, emiſit carmina Latina.

COLONIUS (Dan.) Analyſin Inſtitutionum Calvini, An. 1636. publicavit.

COLONIUS (Nic.) Organum Ariſtotelis, An. 1601. commentario illuſtravit.

COLONIUS (Paul.) ſcripſit epicriſin in defenſionem rei Trapeziticæ, Anno 1663.

COLONNA (Franc.) *Poliphili* Hypnerotomachiam concinnavit. *G. Joh. Voſſius* in ea omnia humana nonniſi ſomnium oſtendi, atq; obiter plurima ſcitu digna commemorari, auctor eſt. *Erneſtius l. 1. Var. Lect.* Franciſcum Colonnam Poliam virginem adamaſſe refert. Hinc *Poliphili* nomen natum. Eum librum Chymices artis arcana continere nonnulli ſibi perſuadent. Liber ipſe cum figuris in fol. editus eſt Tarviſii, An. 1467. Vid. *Rhodius de Scr. Suppoſit. pag. 10.* Item, *Hallerv. in B. C. pag. 344.*

COLORNUS (Abrah.) Mantuanus, Hebræus, tres libros Italicæ Scotographiæ, Pragæ, An. 1593. in lucem protulit.

COLOTIUS (Auguſt.) carmina compoſuit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 769.*

COLPINIUS (Pet.) Duacenus, A. 1577. floruit. Scripſit de modo concionandi: item, Liturgicam Inſtitutionem.

COLTONUS (Joh.) Anglus, An. 1404. obiit. De Schiſmate & ejus remediis commentatus eſt, teſte *Wareo.*

COLVENERIUS (G.) Brabantus, Anno 1617. floruit. Niderum, Flodoardum, & Cantipratanum cum Notis vulgavit. Vid. *Sweertius.*

COLVILLUS, Scotus, ſcripſit de Plenitudine Chriſti quoad Juſtificationem & Sanctificationem.

COLVINUS (Lud.) impugnavit Voëtii Politiam Eccleſiaſticam, Londini, An. 1668. in 4.

COLVIUS (Andr.) doctorum virorum Epiſtolas, manu ipſorum ſcriptas, collegit non paucas, teſte *Riveto, T. 2. Oper. pag. 892.*

COLVIUS (Petrus) Brugenſis, mulæ ictu periit, anno ætatis 27. Fecit Commentarium in Apuleium. Carmina ejus leguntur, *T. 1. Delit. Belg. pag. 978.* Vid. *Sweertius, pag. 608. Caſp. Barthius, part. 1. in Stat. Pap. pag. 450.*

COLUMBA (Ant.) edid. formam procecedendi extraordinariè in controverſiis criminalibus.

COLUMBA (Gerh) Meſſanenſis, ſcripſit de Febri peſtilenti, An. 1596.

COLUMBANUS, Scotus, A. C. 615. obiit. Juxta *Sixtum Senenſem* plura eleganti ſtilo compoſuit. In totum Pſalterium commentatus eſt. Ejus carmina unà cum diſtichis Dionyſii Catonis *Chriſt. Daumius* edidit notisque illuſtravit, Anno 1672. A laudato *Sixto* Pater multorum millium Monachorum & monaſteriorum plurium fundator vocatur. Vid. *Wareus, in Scriptor. Hibernicis, pag. 18. Olearius in Abaco, pag. 114.*

COLUMBANUS (Corn.) Uranxius, An. 1615. obiit. Edidit malleum Calviniſtarum. Vid. *Sweertius, pag. 182.*

de COLUMBARIO (Petrus) Cardinalis, An. 1355. claruit. Aliter *Petrus Bertrandus Junior* appellari ſolet. Cum Avenione ab Innocentio VI. ad coronationem Caroli IV. mitteretur, iter hoc ſuum peculiari libro complexus eſt.

COLUMBETUS (Ant.) JCtus, emiſit Singularia.

COLUMBETUS (Claud.) in Pandectas commentatus eſt, Paris. An. 1657.

COLUMBINUS (Jac.) Regienſis, JCtus, Gloſſas in feuda compoſuit. Vid. Guido *Panzirolus in Iſt. 2, 31.*

COLUMBUS (Bonavent.) Nicienſis, edidit Philoſophicum Curſum Scotiſtarum, Lugd. An. 1669. fol. Vid. *Waddingus in Scr. O. M. pag. 82.*

COLUMBUS (Chriſtoph.) exaravit epiſtolam de Inſulis nuper inventis.

COLUMBUS (Hieron.) ſcripſit de Angelica & humana Hierarchia, An. 1647.

COLUMBUS (Joh.) Commentarium in S. Scripturam edi curavit, Lugd. Anno 1656. fol.

COLUMBUS (Reald.) Cremonenſis, condidit 15. libros de re Anatomica, Anno 1590.

COLUMELLA (L. Junius Moderatus) Gaditanus, tempore Claudii Imp. floruit. Reliquit 12. libros de re ruſtica. Librum decimum, qui eſt de cultu hortorum, verſibus elaboravit. *Caſſiodorus de Div. lect. c. 28.* In agris excolendis (inquit) in apibus, in columbis, nec non piſcibus alendis inter cœteros Columella & Æmilianus autores probabiles extiterunt. Sed Columella ſedecim libris per diverſas agriculturæ ſpecies eloquens ac facundus illabitur, diſertis potius, quam imperitis accommodus, ut operis ejus ſtudioſi non ſolum communi fructu, ſed etiam gratisſimis epulis expleantur. Vid. *Bibliothec. Hiſp. pag. 194. Glandorp. pag. 502. Quenſtad. pag. 11.*

COLUMNA (Ægid.) Romanus, A. 1316. obiit. Vide ſupra, ÆGIDIUS.

COLUMNA (Aſcanius) Romanus, A. 1606. vivere

vivere deſiit. Tulit judicium de iis, quæ *Card. Baronius* de Monarchia Siciliæ ſcripſerat.

COLUMNA (Fab.) Neapol. Anno 1602. claruit. Edidit Phytobaſanum ſeu Hiſtoriam plantarum, Neapol. An. 1592. Item, Tractatum de Purpura.

COLUMNA (Franc.) An. 1430. vixit & ſub *Poliphili* nomine librum exaravit. Vide, COLONNA.

COLUMNA (Guido) Meſſanenſis, ſub Nicolao IV. Pontifice claruit. A quibusdam *Guido de Columnis* vocatur. Compoſuit Hiſtoriam deſtructionis Trojæ. *Barthius ad Claudian. pag. 774.* omnia ex Darete Phrygio & Dicty Cretenſi petita eſſe, aſt.

COLUMNA (Hieron.) Neapolitanus, Anno 1586. obiit. Q. Ennii fragmenta collegit & expoſuit, quæ poſt ejus obitum Johannes filius evulgavit, teſte *Thuano, l. 84. Merula in Ennium, pag. 610.* Hieronymus Columna (inquit) Neapolitanus, opulenta inſtructus omnis eruditionis ſupellectile An. 1590. cuncta Ennii fragmenta non edidit modo, ſed doctiſſimis annotationibus illuſtravit.

COLUMNA (Marc. Ant. Marſilius) Anno 1562. floruit. Struxit 4. libros de eccleſiaſticorum redituum origine & jure.

de COLUMNA (Radulf.) de translatione Imperii, An. 1610. commentatus eſt.

COLUTHUS, Κόλυθ☉, Lycopolitanus, Ægyptius, poeta, tempore Anaſtaſii Imp. claruit. Carmen ejus de raptu Helenæ, in Calabria repertum, hodie ſupereſt. *Suidas*, ipſum Perſica quoq; & Calydonica compoſuiſſe, refert. *Caſp. Barthius, in Achill. Papinii, pag. 1747.* vocat ejus carmen Nonnodes, (*νοννώδες*,) eò quod Nonnum in eo exprimeret. At, *pag. 1668.* Coluthum Muſæo Grammatico, Herus & Leandri amorum conditori, ſimilem facit, & eadem hemiſtithia ponere affirmat. Vid. *Barth. in Claud. pag. 29.*

COLUTIUS (Franc.) Velliternus, tres libros de doloribus Nephriticis ex renum calculo, An. 1629 edi curavit.

COLUTIUS (Phil.) Veliternus, ſcripſit de uteri querimoniis, Romæ, A. 1699.

COMANDER (Joh.) de Antiquitatibus Curiæ in Rhætia prima commentari aggreſſus eſt.

COMANINUS (Greg.) Mantuanus. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 139.*

COMANUS (Jac.) An. 1563. claruit. De communione ſub una, adv. Hamelmannum ſcriptis pugnavit.

COMARINUS (G. C.) Hungarus, edidit Hungariam illuſtratam, A. 1655. Item, diſputationem de bis mortuis.

COMARIUS, Græcus Chymicus, à *Borrichio de Hermet. pag. 69. 80.* allegatur.

COMATINUS (J. Bapt.) ſelectas de Fide controverſias, Anno 1666. conſcripſiſſe dicitur.

de COMBACO (Joh.) librum compoſuit, qui Theologicas conſolationes complectitur, teſte *Sauberto in Orat. de Bibl. pag. 90.* Vide, CAMBACO.

COMBACHIUS (Joh.) ſcripſit Logicam, Phyſicam: item, Tr. de communione Idiomatum & Euchariſtia, An. 1639.

COMBEFIS (Franc.) Gallus, Anno 1648. claruit. Reliquit auctuarium Bibliothecæ Patrum: item, triumphum Martyrum: ut & octo Tomos Bibliothecæ concionatoriæ, fol. An. 1662.

COMBERUS (Seb.) librum de Candore Evangelico, An. 1657. compoſuit.

à COMBIS (Jac.) JCtus, de ultimis voluntatibus commentatus eſt.

de COMBIS (Joh.) A. 1575. clar. Scr. Annotationes & declarationes ad terminos theologales D. Bonaventuræ: it. Compendium Theologicæ veritatis, non tamen tanquam ſuum, ſed uti alienum. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 200.*

COMBONUS (Hier.) Salodienſis, Anno 1616. claruit. Compendium artis Linguæ Sanctæ addiſcendæ reliquit. *Waddingus in Sc. O. M. pag. 170.* Hebraicæ linguæ profeſſorem vocat.

COMENIUS (Joh. Amos) An. 1670. Amſtelrodami mortuus eſt. Edidit Januam Linguæ Latinæ: fabrum fortunæ: vitæ ſapientis regulas: de caloris & frigoris natura, &c. Vid. *Placcius, pag. 20.*

COMES (Bertinus) fertur in Hebraicis fuiſſe verſatiſſimus. Vid. *Colomeſius in O. O. pag. 12.*

COMES (Hieron.) Alexandrinus, reliquit Hiſtoriam rerum, à Turcis in inſula Melitæ geſtarum. Vid. *Simon Schardius, vol. 4. Script. Germ. pag. 1.*

COMES (Natalis) Venetus, Anno 1580. claruit. Texuit Mythologiam: Carmen de venatione: Myrmecomyomachiam,

chiam, libellum de Horis, &c. Athenæi 15. libros *δειπνοσοφιςῶν* primus Latinos reddidit. Fertur etiam ſcripſiſſe 30. libros hiſtoriarum ſui temporis. Vid *Hieronymus Magius, l. 2. var. lect. c. 10. Zeill. part. 2. de hiſt. pag. 40.*

COMESTOR (Pet.) Trecenſis, An. 1198. obiit. Compoſuit Hiſtoriam ſacram. Unde vulgò *Magiſter hiſtoriæ Scholaſticæ* dictus eſt. Sacræ Scripturæ dicta adeò in promtu habuit, ut ea veluti comediſſe videretur. Vulgaris fabula eſt, *Petrum* hunc, et *Lombardum*, & *Gratianum* fuiſſe fratres uterinos: quod commentum tamen inde reſellunt, quòd Comeſtor patria Trecenſis, Lombardus Novarienſis, Gratianus verò Hetruſcus fuerit. Vid. *Phil. Labbe, Tom. 2. Diſſert. pag. 198. Olearius, pag. 370.*

COMETAS, *Κωμητᾶς*, Scholaſticus, inter Græcos poetas occurrit in *Antholog. l. 4. c. 6.* Vocatur etiam Chartularius, *l. 4. c. 30.*

COMINÆUS (Philipp.) Flander, Anno 1509. obiit, ætatis 63. Stilo expreſſit res geſtas Ludovici XI Regis Galliæ, cui, cum viveret, gratiſſimus fuit. Hiſtoriam ejus *Joh. Sleidanus* (erat enim Gallicè exarata) Latinam fecit. Cominæo *Juſt. Lipſius, Not. ad l. 1. Polit. c. 9.* tale elogium tribuit: Scripſit Hiſtoriam ita laudabiliter Phil. Cominæus, ut nihil verear componere eum cum quovis antiquorum. Incredibile eſt, quam ille omnia videat, penetret, arcana conſiliorum eruat, & ſubinde inſtruat nos ſalutaribus rarisq; præceptis, & id diffuſè, Polybiano quodam exemplo. Quanquam reverà Polybium, aut talem aliquem ille nec vidit: & hoc quoq; laudem ejus auget, quod tanta præſtitit, literarum omnium rudis, ſolo uſu rerum peritus, & naturali quadam judicii bonitate. Ite nunc ſcioli, & linguarum aliqua cognitiuncula vobis placete! At princeps noſter hunc legito, & enchiridion Cominæus illi eſto. Dignus Alexandris omnibus hic Philippus. Hæc *ille*. Vid. *Sweertius, pag. 640. Imperialis in Muſeo, pag. 30.*

de COMITIBUS (Lud.) edidit Elucidationem metallorum. An. 1665.

de COMITIBUS (Oddo) Romanus, Ducis Polenſis filius, An. 1634. claruit. Romæ Philoſophiam & ſacras literas profeſſus eſt. Condidit Philoſophiam, 4 partibus diſtinctam in quæſtiones & articulos, methodo S. Thomæ. Vid *Alegambe, pag. 360.*

de COMITIBUS (Proſdocimus) Patav. JCtus, compoſuit arborem Conſanguinitatis. Extat *T. 9. Tract. tract*

COMITOLUS (Paulus) Peruſinus, Anno 1626. obiit, ætatis 80. Edidit Reſponſa Moralia: librum de officiis Chriſtianis: Catenam in Jobum. Vid. *Alegambe, pag. 362.*

COMMANDINUS (Frid.) Urbinas, celebris Mathematicus, A. 1575. obiit. Pappi Alexandrini verſionem adornavit, aliaq; Græcorum ſcriptorum monumenta primus in lucem protulit. Vid. *Thuan. 61.*

COMMAZZIUS (Barth.) Bononienſ. An. 1476. claruit. S. Lucæ Evangelium Notis illuſtravit.

COMMELINUS (Hieron.) An. 1597. obiit. Inter doctos referri meretur, licet typographus eſſet. Rem literariam multum juvit, editis tum Vett. Græcorum plurimis nunquam antea publicatis monumentis; tum Athanaſio imprimis, & B. Chryſoſtomi magna operarum parte: in quibus & propriâ induſtria multum contulit. Vid. *Thuanus, l. 119.*

COMMENDONUS (Joh. Franc.) Venetus, Cardin. An. 1584. ad plures abiit. Vid. *Thuanus, l. 80.*

COMMERSTADIUS (Georg.) JCtus, An. 1560. obiit. Vid. *Albinus in Chron. Miſnenſi, pag. 346.*

COMMINTIUS (Andr.) reliquit Epiſtolam de Acidulis Swalbacenſibus.

COMMODIANUS, tempore Conſtantini Magni vixit. Compoſuit Inſtructiones adv. Gentium DEOS. Excuſæ ſunt Paris. An. 1650. in 4.

COMPIEGNUS (Lud.) fecit Tractatum de Connubiis Hebræorum: de Paſchate: de Conſecratione Calendarum, Paris. An. 1669.

COMPLANUS (Baſſianus) ſcripſit de Agrimonia, An. 1611.

COMPOSTELLANUS (Bernh.) in 1. decretalium commentatus eſt, An. 1516.

COMPOTISTA (Roger.) peculiari libro expoſuit vocabula, quæ continentur in S. Bibliis.

COMPTÆUS (Rob.) edidit Origines gentium Americanarum, An. 1644.

COMPTONUS, Theol. emiſit Philoſophiam

phiam univerſam, Anno 1650: item, Theologiam 2. voluminibus.
CONÆUS (G.) Scotus, vixit tempore Pauli IV. & Urbani IIX. Exaravit vitam Mariæ, Scotiæ reginæ: item, demonſtrationem Catholicæ religionis. Vid. *Sauſſay, pag. 201.*
CONARIUS (Joh.) Polonus, A. 1614. obiit, ætatis 74. Reliquit conciones funebres.
CONCENATIUS (Jacobus) JCtus, edidit 4. libros quæſtionum Juris ſingularium, An. 1610.
de CONCEPTIONE (Anton.) Senenſis, Summam Thomæ Aquinatis citationibus illuſtravit. Vid. *Val. Andreæ in Faſt. Lov. pag. 122.*
de CONCHIS (Guil.) ſcripſit 33. libros ſuper opere ſex dierum. Vid. *Wadding. in Sc. O. M. pag. 151.*
CONCIUS (A.) compoſuit Geographiam Hiſtorico-Mathematicam, A. 1656. in 4.
CONCKI (Chriſtoph.) ſcripſit vitas Archiepiſcoporum Gneſenſium & Epiſcoporum Cracovienſium, teſte *Starovolſcio, pag. 49.*
CONCORREGGIUS (Joh.) Mediolanenſ. An. 1438. obiit. De febribus commentatus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 2. p. 124.*
CONDEESYANUS (Herm.) edidit Decadem primam Philoſophorum conſentientium, ſed nondum in lucem emiſſorum, An. 1625.
CONDIT (Reinh.) vulgavit ſpeculum fidei Politicæ, An. 1661.
CONDRONCHUS (Bapt.) Imolenſis, ſcripſit de veneficiis, An. 1595. item, de vitiis vocis: ut & de annis climactericis, Bonon. An. 1620.
CONESTAGIUS (Hieron.) elaboravit librum de unione Portugalliæ cum regno Caſtellæ. Vid. *Thuanus, l. 75.*
CONFALONERIUS (Joh. Aloyſ.) Mediolanenſis, promiſit ſe editurum eſſe Arithmeticam ſpecioſam. Vid. *Alegambe, pag. 218.*
CONFALONERIUS (Joh. Aug.) Mediol. An. 1639. obiit, relicta poſt ſe hiſtoria morali. Vid. *Alegambe, pag. 221.*
CONFALONERIUS (Joh. Bapt.) Veronenſis, Medicus, ſcripſit de Vini natura, An. 1538. item, de mundi efficientia & æternitate, ſecundum Philoſophos. Vid. *Chioccus, pag. 38.*
CONFETTIUS (Joh. Bapt.) edidit collectionem Privilegiorum Ordinum fratrum mendicantium & non mendicantium, Venet. An. 1604.
de CONFLENTIA (Pantaleon) fertur ſcripſiſſe Pilularium.
CONFORTIUS (Hier.) Brixianus, compoſ. libellum de vino mordaci, An. 1570.
CONFUTIUS, celebris Chinenſium Philoſophus, DLI. annis ante natum Chriſtum flor. Compoſ. librum de adultorum diſciplina: item, de medio ſempiterno. Scripta ejus apud Chinenſes eam autoritatem obtinent, qualem olim apud ſuos ſectatores Pythagoræ. Nihil eis certius, nihil melius arbitrantur excogitari poſſe. Notanter *Mart. Martinius, l. 6. hiſt. Chin. p. 211.* Tanta eſt (inquit) Confutii librorum æſtimatio, ut aliquid in iis etiam apertè mutilatum emendare putent eſſe nefas. Vix enim reverentiam præſtant minorem Confutii libris, quàm nos Sac. Scripturæ; niſi etiam forte majorem. Plura habet dictus *Martinius l. 4. pag. 120.* Adde *Spizelium, de Vitiis Eruditor. p. 1074. & ſeq.* item, *Funccium, part. 1. Orb. p. 295.*
CONINCK (Ægid.) Flander, A. 1633. obiit. Scripſit de Actibus ſupernaturalibus, Paris. An. 1624. Vid. *Alegambe, pag. 7.*
à CONINCK (P. Damaſus) Burgenſ. natus eſt An. 1600. Edidit Ægidii Romani Quodlibetica cum Scholiis.
CONNANUS (Franc.) Gallus, JCtus, Anno 1530. floruit. Condidit Commentarium Juris civilis libris X. Vid. *Sammarthanus, pag. 119.*
CONNOVIUS (Rog.) ſcripſit de Chriſti paupertate & dominio temporali. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 312.*
CONO (Joh.) Norimbergenſis, Ord. Dominicani Monachus, vertit Orationem Greg. Nazianzeni in Greg. Nyſſenum, & Baſilii M. libellum de differentia uſiæ & hypoſtaſis, teſte *Simlero.* Obiit, A. 1513.
CONON, Κόνων, Mathematicus, Olymp. CXX. & deinceps clar. Collegit obſervationes defectuum Solis & Lunæ, comamq; Berenices Reginæ ſideribus intulit. Mentio ejus apud *Catullum, de Coma Berenices.* Cononis etiam *Archimedes, præf. libri de Sphæra* ut æqualis meminit.
CONON, alius à priori, tempore Julii Cæſ. floruit. Texuit libellum 40. narrationum, teſte *Photio.* Conon quidam librum de Italia conſtruxit, citante *Servio ad 7. Æneid. Scholiaſtes Apollonii, pag. 158.* Cononem etiam

ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ : item, ἐν τρίτῳ περὶ Νηστειάδος allegat.

CONRADI (Alſ.) Mantuanus, in Apocalypſin commentatus eſt. Prodiit Baſileæ, An. 1560.

CONRADINUS (Balth.) Swacenſis, ſcripſit de cura febris Hungaricæ.

CONRADUS (Balth.) Niſſenſis, emiſit Propoſitiones Phyſico-mathematicas de flamma viridi, & de ortu ac interitu flammæ; in quibus multa ſunt curioſè obſervata, A. 1639. in 4. Vid. *Alegambe, p. 52.*

CONRADUS (Bernh.) edidit Tabernaculum Moſaicum, An. 1612.

CONRADUS (Caſp.) Sileſius, natus eſt, An. 1571. Erat Medicus & poëta. Scripſit tres Millenarios Proſopographiæ melicæ, A. 1621. Item, Paraphraſin Pſalmorum, carmine. Carmina ejus ex parte leguntur *T. 2. Delit. Germ. pag. 996.* Vid. *Lotichius, pag. 3. B. P. pag. 201.*

CONRADUS (Lancellot.) ſtruxit Templum Judicum, An. 1600.

CONRADUS à Mure, Cantor Eccleſiæ Tigurinæ, Anno 1273. vixit. Condidit carmen de paſſione Felicis, Regulæ & Exuperantii. *G. Styrsellius ὁ μακαρίτης* manuſcriptum habuit, à quo *Chriſt. Daumius* dono accepit.

CONRINGIUS (Herm.) Friſius, magni nominis Medicus, An. 1605. natus eſt. Helmſtadii Medicinam docet magno cum applauſu. Scripta ejus multa ſunt & varia. Ex iis ſeqq. mihi innotuere: Nova editio Politicorum Ariſtotelis cum Introductione & emendationib. L. de Civili Prudentia: Propolitica ſive brevis Introductio in Civilem Philoſophiam: Nova editio Pædiæ Politices Scioppii & Bibliographiæ Politicæ Naudæi: Animadverſiones Politicæ in Machiavelli L. de Principe: L. de Germanorum Imperio Romano: Annotata ad Jac. Lampadii librum de Rep. Romano-Germanica: L. de Origine Juris Germanici: Libri 2. de finibus Imperii Germanici: Cenſura Diplomatis, quod Ludovico Imp. fert acceptum Cœnob. Lindavienſe: Aſſertio Juris Moguntini in coronandis Regib. Rom. Caſtigatio L. cui tit. AntiConringiana defenſio Juris Colonienſis: Examen iteratarum Vindiciarum Juris coronandi pro Archidiœceſi Colonienſi: Libri 2. de pace perpetua inter Imperii Germ. Ordines religione diſſidentes: Leonis III. epiſtolæ ad Carolum M. cum notis: Introductio in naturalem Philoſophiam & naturalium Inſtitutionum liber I. Introductio in univerſam artem Medicam ſingulasq; ejus partes: L. de Hermetica Ægyptiorum vetere & Paracelſicorum nova Medicina: Opus de Sanguinis generatione & motu naturali: L. de Calido innato ſeu Igne animali: Adverſaria Chronologica de antiquiſſimis Aſiæ & Ægypti Dynaſtiis: De nummis Ebræorum Paradoxa: L. Taciti de Moribus Germanorum recenſitus: De antiquiſſimo ſtatu Helmſtadii & viciniæ Conjecturæ: Epiſtolæ de variis Doctrina: Diſſertationes de Antiquitatibus Academicis: Ariſtotelis laudatio, Orationes duæ: Diſſ. ad Legem l. Codicis Theodoſiani de ſtudiis liberalibus, &c. Epiſtola de Bibliotheca Auguſta, quæ eſt in arce Wolffenbuttelenſi: Ep. Gratulatoria Natalis 88vi ad Sereniſſ. Auguſtum, Ducem B. & L. Vindicatio in Epiſtola Gratulatoria ad ſuorum de S. Ebræo Codice dictorum ab iniquiſſimis calumniis Matth. Waſmuth. Actio injuriarum inſtituta coram Illuſtri tribunali Gottorffienſi in Matthiam Waſmuth, &c. Concuſſio fundamentorum fidei Pontificiæ: Reſponſio ad Valerianum M. pro ſua Concuſſione: Animadverſiones in Chr. Haunoldi libellum, Concuſſioni oppoſitum: Examen libelli à Vito Erbermanno Concuſſioni oppoſiti: Reſponſio altera ad Valeriani M. epiſtolam: Animadverſiones in FF. Walenburchiorum partem priorem Conringii laudati & correcti: Hiſtoria electionis Alexandri VII cum Opuſculis variis: De electione Urbani IIX. & Innocentii X. Defenſio Eccleſiæ Proteſtantium adverſum duo Pontificiorum argumenta, &c. Via Regia Wicelii cum variis, in unum volumen redactis, &c. Ge. Caſſandri & Ge. Wicelii de ſacris noſtri temporis Controverſiis libri 2. Animadverſio in libellum, Germanica Lingua tituloq; hoc Latino præfixo: Novena S. Antonii de Padua, Hannoveræ editum. Abſq; dubio multa adhuc alia habet ad prelum parata, digna omninò, ut Orbi literato brevi communicentur.

CONRIUS (Flor.) Conacienſis, Hibernus, obiit, An. 1631. Scripſit integrum volumen de Gratia Chriſti, ad mentem S. Auguſtini: quod poſt obitum ejus Pariſiis prodiit, Anno 1646. item de ſtatu parvulorum ſine Baptiſmo mortuorum Vid. *Waddingus in Sc. Ord. Min. pag. 109.*

CONSALVUS (Reginald.) de Inquiſitione Hiſpanica commentatus eſt, A. 1603.

CONSENTINUS (Th. Corn.) edidit Progymnaſmata Phyſica, An. 1665.

CONSOBRINUS (Joh.) Hiſp. de Juſtitia commutativa, cambio & alea ſcripſiſſe memoratur. Vid. *Bibl. Hiſp. pag. 226. 260.*

CONSTANTINUS quidam Apollonii Tyrii hiſtoriam verſibus expreſſit.

CONSTANTINUS, Κωνςαντῖν☉-, Porphyrogenneta, X. ſeculo claruit, & Conſtantinopoli imperavit. Cum videret Hiſtoricorum magnum numerum & Conſiliariorum in iis legendis negligentiam, quò malo illi occurreret, flores ex omnibus Hiſtoricis excerpſit, & in LIII. partes, quaſi locos quoſdam, digeſſit. Titulum de virtutibus & vitiis *Henr. Valeſius*, Anno 1634. primus edidit notisq; doctiſſimis illuſtravit. *Job Meurſius* ejusdem librum de adminiſtratione Imperii publicavit: cui *Bonavent. Vulcanius* alium de Thematibus Imperii Orientis adjecit. Γεωπονικὰ, quæ vulgò Conſtantino tribuuntur, *Schoockius de Butyro, pag. 20. & 59.* Caſſiano adſcribit. *Alii* Dionyſium Uticenſem eorum autorem faciunt.

CONSTANTINUS Africanus, Medicus, An. 1070. floruit. Vir fuit Latinè, Græcè & Arabicè doctiſſimus. Multa & varia ſcripſit in re Medica. *Leo Oſtienſis l. 3. Chron. Caſinenſ. c. 34.* plurima ejus ſcripta recitat. Extat ipſius Viaticum, in cujus procemio vocat ſe montis Caſinenſis monachum.

CONSTANTINUS (Boniſ.) confecit Epitomen Hiſtoriæ S. Angelorum, Lugd. An. 1651.

CONSTANTINUS (Robert.) Cadomenſis, vir Græcè & Latinè doctiſſimus, A. 1605. obiit. Vitam, teſte *Thuano, l. 134.* uſque ad annum 103. integris corporis & mentis ſenſibus memoriaque valida produxit. *Julii Cæſaris Scaligeri* domeſticus fuit, cujus etiam Comment. in Theophraſtum publicavit, atque ſic a d plagii crimine, cujus aliquando inſimulatus erat, ſeſe liberavit. Vid. *Colomeſius, in Gall. Orient. pag. 103.*

CONSTANTIUS (Ant.) Fanenſis, in Faſtos Ovidii commentatus eſt.

CONSTANTIUS (Camillus) Calaber, A. 1622. in Japonia occiſus eſt. Compoſ. Apologiam fidei Chriſtianæ contra calumnias gentilium, Japonicè. Vid. *Alegambe, pag. 67.*

CONSTANTIUS (Jac.) Fanenſis, Piſauri bonas literas docuit. *Pierius Valerianus de Inf. Liter. pag. 160.* vocat virum & literatura & integerrima probitate inſignem.

CONSTANTIUS (M. Ant.) edidit Confutationem cavillationum Capernaiticarum de Sacramento Euchariſtiæ, Pariſ. An. 1552.

CONTALGENUS (Hoſtilius) Academicus, Apatiſta, Florentiæ, An. 1651. publici juris fecit 3. libros Inſtitutionum anatomicarum, metro Hetruſco conceptos. Videatur *Barthol. in Med. poët. pag. 133.*

CONTARDUS (Cæſar) JCtus, ſtruxit Comment. in Legem Diffamari, de Ingen. & manumiſſ.

CONTARENUS (Ambroſ.) Venetus, An. 1477. floruit. Compoſuit Itinerarium in Perſiam, quod *Jac. Geuderus* ex Italico in Latinum tranſtulit.

CONTARENUS (Caſp.) Venetus, Anno 1542. obiit. Scripſit de Rep. Veneta: item, de officio optimi Antiſtitis. *Jovius in Elog. numero 100.* ipſum contra *Pomponatium*, qui animas noſtras cum corpore interire contendebat, ſuppreſſo tamen nomine, ſcripto pugnaſſe memorat.

CONTARENUS (Franc.) Venetus, reliquit tres libros de rebus, à Venetis contra Florentinos geſtis.

CONTARENUS (Joh. Bapt.) Venetus, edidit quæſtiones Peripateticas de rebus naturalibus, ad mentem Ariſtotelis examinatas, Venet. Anno 1617. item, de DEO & iis, quæ effluxerunt à DEO, libros 3. An. 1594. Vid. *Imperialis in Muſeo, pag. 205.*

CONTARENUS (Lud.) inter viros doctos refertur. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 157.*

CONTARENUS (Nic.) de perfectione rerum 6. libros condidit, An. 1588.

CONTARENUS (Thom.) ſcr. de humanâ tranquillitate, Venet. An. 1572.

CONTARENUS (Vincent.) An. 1617. obiit. Reliquit varias lectiones; item, Tractatum de re frumentaria, contra Lipſium. Vid. *Hanckius, part. 2. de Sc. R. R. pag. 171.*

de CONTECILLIS (Joh. Ang.) condidit Practicam rationalem de medendis morbis, Anno 1590. Videatur *Linden, pag. 312.*

CONTELORIUS (Felix) compoſuit Elenchum Cardinalium. Scripſit etiam contra fabulam de Alexandro III. teſte *Lud. Aurelio in Epitom. Baronii, pag. 819.* Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 154.*

CONTIUS (Ant.) JCtus & Philologus, in Aurelianenſi Academia Jus magna frequentia interpretatus eſt. Teſte *Cujacio*, certi judicii & exactæ diligentiæ JCtus erat. Obiit, A. 1577. Monumento ejus *quidam* carbone inſcripſerat: *Hic jacet æternis victurus Contius annis.* Varia conſcripſit, quæ ſparſim edita in unum corpus aliquando colligi, publici boni intereſſe, *Thuanus l. 64.* judicat. Videatur *Mart. Hanckius, part. 1. de Sc. R. R. pag. 235.*

CONTIUS (Florent.) Archiepiſcopus Tuamenſis, An. 1624. edidit librum, quo demonſtravit, parvulos irregenitos pœnis non tantum damni, ſed ſenſibilibus, & quidem æterni ignis ſecundum *Auguſtinum* plecti. Vid. *Mareſ. T. 1. contra Tirin. pag. 540.*

CONTIUS (Nicol.) exaravit Itinerarium in Bandas inſulas.

CONTONIUS (Rob.) Anglus, An. 1340. floruit. Erat vir acuti ingenii & ſolidi judicii. Vulgò *Doctor amœnus* vocabatur. Compoſuit diſceptationes magiſtrales, Sermones, &c. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 308.*

CONTRACTUS (Herman.) Suevus, An. 1054. obiit. Contractus dictus eſt, quòd membris totius corporis contractus eſſet. *Tritbemius* refert, eum non Latinè modò & Græcè, ſed & Arabicè doctum fuiſſe. Condidit Chronicon de ſex mundi ætatibus usque ad Annum 1050. Extat Tomo Scriptorum Germanicorum, qui ſtudio *Chriſtiani Urſtiſii* prodiit. Videatur *Olearius in Abaco, pag. 207.*

CONTRERAS (Chriſt.) Hiſp. in Sophoniam Prophetam commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 74.*

CONTRI (Joh.) Lucenſis, celebris concionator, An. 1632. claruit. Vid. *Alegambe, pag. 233.*

CONTRIUS (Anton.) JCtus. varios Tractatus in Jure conſcripſiſſe dicitur.

CONTRIUS (Gratius) JCtus, edidit diſceptationes forenſes, Ferrariæ, Anno 1663. fol.

CONTZEN (Adamus) Juliacenſis, Jeſ. Anno 1635. obiit, ſexagenario major. Scripſit in quatuor Evangeliſtas. Edidit Politicam, fol. item, Danielem, vel Tr. de ſtatu Aulicorum. *Alegambe, pag. 3.* vocat virum acri ingenio & calamo promtum.

de CONVELT (Mart. Phil.) Theatrum excellentiarum S. Deiparæ, *Antv. An.* 1655. publicavit.

CONVERSANUS, de ritibus Siciliæ, fol. commentatus eſt.

COOCK (Alex.) edidit Papiſſam manifeſtatam.

COOPERUS (Guil.) Edinburgenſ. Scotus, An. 1619. obiit. Scripſit in cap. 12. Epiſtolæ ad Romanos.

COOPERUS (Joſeph.) Anglus, condidit clavem domus Moſaicæ de Punctis & accentibus, An. 1673.

COOPERUS (Thomas) Magdalenenſis, An. 1594. obiit. Prodiit ejus Theſaurus Latinar. & Britannicarum vocum, Anno 1578. fol.

COORENHUSIUS (Guil.) Belliolanus, JCtus, partitionem & methodum Pandectarum vulgavit.

COPERNICUS (Nicol.) Torunienſis Boruſſus, celebris Mathematicus, natus eſt, An. 1473: obiit, Anno 1548. Edidit ſex libros de Revolutionibus orbium cœleſtium. Cum veteribus nonnullis, *Philolao* videl. *Heraclide Pontico*, *Ariſtarcho Samio*, terram moveri, Solem verò ſtare, aſſerere auſus eſt. Vitam ejus exaravit *P. Gaſſendus.* Vid. *Sorellus, de perfect. Hom. pag. 450. Quenſtad. pag. 257.*

COPHO, Anatomiam Porci exaraſſe dicitur.

COPIUS (Bernhard.) JCtus, An. 1588. claruit. Orationem habuit de ſtudio Juris rectè inſtituendo. Edidit Judicium de controverſiis Logicarum artium tollendis.

COPPELIUS (Leonh.) JCtus, ſcripſit de Teſtamento, An. 1601.

COPPEN (Barth.) Theologus, An. 1617. obiit. Reliquit Notas in Pſalmos, Anno 1619. editas.

COPPEN (Joh.) JCtus, obſervationes Practicabiles duobus Tomis complexus eſt, An. 1621. fol.

COPPENSTEINIUS (J. A.) ſcripſit Auroram concionatoriam: nucleum concionum Beſſæl, An. 1676. Item, Tract. de Controverſiis inter Pontificios & Evangelicos, An. 1643.

COPROGENEUS, Κοπρογένης, Græcus Grammaticus, à *Suida* in voce Ἀπάγαγον laudatur, ubi eum λέξεων θηρατὴν καὶ ἀντιστοίχων ἀκριβῆ ὀρθογράφον, i. e. vocum venatorem & accuratum recté ſcribendi artificem in recta literarum permutandarum ratione nominat.

COPTIUS (Conſt.) ſcripſit in C. licet ratione de foro compet.

COPUS (Alanus) Londinenſis, An. 1580. obiit. De Unitate Hiſtoriæ Evangelicæ commentatus eſt.

COPUS (Guilh.) Baſilienſis, Medicus, nonnulla Galeni opuſcula Latinè tranſtulit. *Jovius in Elog. pag. 292.* eum commendat ab exacta doctrina, feliciq; artis induſtria.

COPUS (Joh.) JCtus, de Fructibus quatuor libros elaboraſſe fertur.

de COQ (Paſchalis) Pictavienſis, habuit Orationem de Galli gallinacei natura & proprietatibus, An. 1614. Vid. *Linden, pag. 482.*

COQUÆUS (Leonh.) edidit Anti-Mornæum, Anno 1616. fol. item, Notas in Auguſtinum de Civ. Dei: ut & Apologiam pro Pontificibus Romanis, Anno 1619.

COQUELLUS (Ant.) poëmata fecit, quæ manuſcripta extant Leydæ, in Bibliotheca.

COQUILLATUS (Sebaſt.) An. 1553. claruit. Libellum Galeni, quos, quibus, & quando purgare oporteat, Latinè vertit & commentariis illuſtravit.

COQUIUS (Adrian.) texuit Hiſtoriam ſacrarum plantarum, Anno 1664. in 4.

CORANUS (Andr.) Anno 1485. obiit. Extat ejus Tr. de laudibus urbis Romæ.

CORASIUS (Joh.) Toloſas, JCtus, Anno 1572. interfectus eſt. Compoſuit Tract. de Officiis Eccleſiaſticis: 6. libros Miſcellaneorum juris civilis. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. l. 2. c. 185. Thomaſius de plagio, §. 396. Tollius de Infel. Literat. pag. 69.*

CORATIUS (Ant. Maria) Cortunenſis, JCtus, ſcripſit de communi Doctorum opinione conſtituenda. Extat *Tom. 18. Tract. tract.*

CORAX, Κόραξ, Siculus, Rhetoricæ inventor fuit, juxta *Hermogenem. Cicero in Bruto* Coracem & Tiſiam artis hujus præcepta conſcripſiſſe memorat.

CORBACHIUS (Joh.) ſcriptis pugnavit contra Anabaptiſtas.

CORBEJUS (Theod.) Hervordianus, elucubravit Pathologiam, An. 1616. Vid. *Linden, pag. 554.*

CORBELLINUS (Aurel.) edidit reginam ſcientiarum. Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 33.*

CORBERUS (Joh.) Francus, An. 1622. floruit. Compoſuitq; libros Tragematum Melicorum, Norimbergæ impreſſos. Cunas Chriſti carmine Phaleucio eleganter expreſſit. Publicavit etiam 2. Pentadecades variarum quæſtionum.

CORBEUS (Herman.) reliquit 2. libros de præcipuis mulierum affectibus. Vid. *Linden, pag. 241.*

CORBINUS (Jac.) Bituricenſis, Catalogum Bibliothecæ Corbinianæ, An. 1654. concinnavit.

CORBULO (Cn. Domitius) aliquoties à *Plinio* allegatur.

CORBULUS (Aurel.) JCtus, de Jure Emphyteutico, Anno 1588. commentatus eſt.

CORDÆUS (Maurit.) Rhemus, confecit Commentarium in l. 1. Hippocratis, de morbis mulierum.

CORDATUS (Pet.) ſcripſit præludia, Flor. An. 1583.

CORDERIUS (Balth.) Antverp. Anno 1592. natus eſt. Græcas literas Bruxellis & alibi cum laude docuit. Edidit Joh. Philoponum in c. 1. Geneſ. cum diſputatione de Paſchate: item, Catenam in Pſalmos, Matthæum, Lucam & Johannem. Vid. *Alegambe, pag. 53.*

CORDERUS (Eman.) Auratenſis Luſitanus, de obligationibus Clericorum tractaſſe fertur. Videatur *Alegambe, pag. 100.*

CONTARENUS (Vincent.) An. 1617. obiit. Reliquit varias lectiones: item, Tractatum de re frumentaria, contra Lipſium. Vid. *Hanckius, part. 2. de Sc. R. R. pag. 171.*

de CONTECILLIS (Joh. Ang.) condidit Practicam rationalem de medendis morbis, Anno 1590. Videatur *Linden, pag. 312.*

CONTELORIUS (Felix) compoſuit Elenchum Cardinalium. Scripſit etiam contra fabulam de Alexandro III. teſte *Lud. Aurelio in Epitom. Baronii, pag. 819.* Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 154.*

CONTIUS (Ant.) JCtus & Philologus, in Aurelianenſi Academia Jus magna frequentia interpretatus eſt. Teſte *Cujacio*, certi judicii & exactæ diligentiæ JCtus erat. Obiit, A. 1577. Monumento ejus *quidam* carbone inſcripſerat: *Hic jacet æternis victurus Contius annis.* Varia conſcripſit, quæ ſparſim edita in unum corpus aliquando colligi, publici boni intereſſe, *Thuanus l. 64.* judicat. Videatur *Mart. Hanckius, part. 1. de Sc. R. R. pag. 235.*

CONTIUS (Florent.) Archiepiſcopus Tuamenſis, An. 1624. edidit librum, quo demonſtravit, parvulos irregenitos pœnis non tantum damni, ſed ſenſibilibus, & quidem æterni ignis ſecundum *Auguſtinum* plecti. Vid. *Mareſ. T. 1. contra Tirin. pag. 540.*

CONTIUS (Nicol.) exaravit Itinerarium in Bandas inſulas.

CONTONIUS (Rob.) Anglus, An. 1340. floruit. Erat vir acuti ingenii & ſolidi judicii. Vulgò *Doctor amœnus* vocabatur. Compoſuit diſceptationes magiſtrales, Sermones, &c. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 308.*

CONTRACTUS (Herman.) Suevus, An. 1054. obiit. Contractus dictus eſt, quòd membris totius corporis contractus eſſet. *Tritbemius* refert, eum non Latinè modò & Græcè, ſed & Arabicè doctum fuiſſe. Condidit Chronicon de ſex mundi ætatibus usque ad Annum 1050. Extat Tomo Scriptorum Germanicorum, qui ſtudio *Chriſtiani Urſtiſii* prodiit. Videatur *Olearius in Abaco, pag. 207.*

CONTRERAS (Chriſt.) Hiſp. in Sophoniam Prophetam commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 74.*

CONTRI (Joh.) Lucenſis, celebris concionator, An. 1632. claruit. Vid. *Alegambe, pag. 233.*

CONTRIUS (Anton.) JCtus. varios Tractatus in Jure conſcripſiſſe dicitur.

CONTRIUS (Gratius) JCtus, edidit diſceptationes forenſes, Ferrariæ, Anno 1663. fol.

CONTZEN (Adamus) Jullacenſis, Jeſ. Anno 1635. obiit, ſexagenario major. Scripſit In quatuor Evangeliſtas. Edidit Politicam, fol. Item, Danielem, vel Tr. de ſtatu Aulicorum. *Alegambe, pag. 3.* vocat virum acri ingenio & calamo promtum.

de CONVELT (Mart. Phil.) Theatrum excellentiarum S. Deiparæ, Antv. *An. 1655.* publicavit.

CONVERSANUS, de ritibus Siciliæ, fol. commentatus eſt.

COOCK (Alex.) edidit Papiſſam manifeſtatam.

COOPERUS (Guil.) Edinburgenſ. Scotus, An. 1619. obiit. Scripſit in cap. 12. Epiſtolæ ad Romanos.

COOPERUS (Joſeph.) Anglus, condidit clavem domus Moſaicæ de Punctis & accentibus, An. 1673.

COOPERUS (Thomas) Magdalenenſis, An. 1594. obiit. Prodiit ejus Theſaurus Latinar. & Britannicarum vocum, Anno 1578. fol.

COORENHUSIUS (Guil.) Belliolanus, JCtus, partitionem & methodum Pandectarum vulgavit.

COPERNICUS (Nicol.) Torunienſis Boruſſus, celebris Mathematicus, natus eſt, An. 1473: obiit, Anno 1548. Edidit ſex libros de Revolutionibus orbium cœleſtium. Cum veteribus nonnullis, *Philolao* videl. *Heraclide Pontico, Ariſtarcho Samio*, terram moveri, Solem verò ſtare, aſſerere auſus eſt. Vitam ejus exaravit *P. Gaſſendus.* Vid. *Sorellus, de perfect. Hom. pag. 450. Quenſtad. pag. 257.*

COPHO, Anatomiam Porci exaraſſe dicitur.

COPIUS (Bernhard.) JCtus, An. 1588. claruit. Orationem habuit de ſtudio Juris rectè inſtituendo. Edidit Judicium de controverſiis Logicarum artium tollendis.

COP-

COPPELIUS (Leonh.) JCtus, ſcripſit de Teſtamento, An. 1601.
COPPEN (Barth.) Theologus, An. 1617. obiit. Reliquit Notas in Pſalmos, Anno 1619. editas.
COPPEN (Joh.) JCtus, obſervationes Practicabiles duobus Tomis complexus eſt, An. 1621. fol.
COPPENSTEINIUS (J. A.) ſcripſit Auroram concionatotiam: nucleum concionum Beſſæi, An. 1676. Item, Tract. de Controverſiis inter Pontificios & Evangelicos, An. 1643.
COPROGENEUS, Κοπρογένης, Græcus Grammaticus, à *Suida* in voce Ἀνάγνον laudatur, ubi eum λέξεων θηρατὴν καὶ ἀντισοίχων ἀκριβῆ ὀρθογράφον, i. e. vocum venatorem & accuratum recte ſcribendi artificem in recta literarum permutandarum ratione nominat.
COPTIUS (Conſt.) ſcripſit in C. licet ratione de foro compet.
COPUS (Alanus) Londinenſis, An. 1580. obiit. De Unitate Hiſtoriæ Evangelicæ commentatus eſt.
COPUS (Guilh.) Baſilienſis, Medicus, nonnulla Galeni opuſcula Latinè tranſtulit. *Jovius in Elog. pag. 292.* eum commendat ab exacta doctrina, feliciq; artis induſtria.
COPUS (Joh.) JCtus, de Fructibus quatuor libros elaboraſſe fertur.
de COQ (Paſchalis) Pictavienſis, habuit Orationem de Galli gallinacei natura & proprietatibus, An. 1614. Vid. *Linden, pag. 482.*
COQUÆUS (Leonh.) edidit Anti-Mornæum, Anno 1616. fol. item, Notas in Auguſtinum de Civ. Dei: ut & Apologiam pro Pontificibus Romanis, Anno 1619.
COQUELLUS (Ant.) poëmata fecit, quæ manuſcripta extant Leydæ, in Bibliotheca.
COQUILLATUS (Sebaſt.) An. 1553. claruit. Libellum Galeni, quos, quibus, & quando purgare oporteat, Latinè vertit & commentariis illuſtravit.
COQUIUS (Adrian.) texuit Hiſtoriam ſacrarum plantarum, Anno 1664. in 4.
CORANUS (Andr.) Anno 1485. obiit. Extat ejus Tr. de laudibus urbis Romæ.
CORASIUS (Joh.) Toloſas, JCtus, Anno 1572. interfectus eſt. Compoſuit Tract. de Officiis Eccleſiaſticis: 6. libros Miſcellaneorum juris civilis. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. l. 2. c. 185. Thomaſius de plagio, §. 396. Tollius de Infel. Literat. pag. 60.*
CORATIUS (Ant. Maria) Cortunenſis, JCtus, ſcripſit de communi Doctorum opinione conſtituenda. Extat *Tom. 18. Tract. tract.*
CORAX, Κόραξ, Siculus, Rhetoricæ inventor fuit, juxta *Hermogenem. Cicero in Bruto* Coracem & Tiſiam artis hujus præcepta conſcripſiſſe memorat.
CORBACHIUS (Joh.) ſcriptis pugnavit contra Anabaptiſtas.
CORBEJUS (Theod.) Hervordianus, elucubravit Pathologiam, An. 1616. Vid. *Linden, pag. 554.*
CORBELLINUS (Aurel.) edidit reginam ſcientiarum. Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 33.*
CORBERUS (Joh.) Francus, An. 1622. floruit. Compoſuit 8. libros Tragematum Melicorum, Norimbergæ impreſſos. Cunas Chriſti carmine Phaleucio eleganter expreſſit. Publicavit etiam 2. Pentadecades variarum quæſtionum.
CORBEUS (Herman.) reliquit 2. libros de præcipuis mulierum affectibus. Vid. *Linden, pag. 241.*
CORBINUS (Jac.) Bituricenſis, Catalogum Bibliothecæ Corbinianæ, An. 1654. concinnavit.
CORBULO (Cn. Domitius) aliquoties à *Plinio* allegatur.
CORBULUS (Aurel.) JCtus, de Jure Emphyteutico, Anno 1588. commentatus eſt.
CORDÆUS (Maurit.) Rhemus, confecit Commentarium in L. 1. Hippocratis, de morbis mulierum.
CORDATUS (Pet.) ſcripſit præludia, Flor. An. 1583.
CORDERIUS (Balth.) Antverp. Anno 1592. natus eſt. Græcas literas Bruxellis & alibi cum laude docuit. Edidit Joh. Philoponum in c. 1. Geneſ. cum diſputatione de Paſchate: item, Catenam in Pſalmos, Matthæum, Lucam & Johannem. Vid. *Alegambe, pag. 53.*
CORDERUS (Eman.) Auratenſis Luſitanus, de obligationibus Clericorum tractaſſe fertur. Videatur *Alegambe, pag. 100.*

CORDERUS (Guil.) Lobienſis, carmen de varia fontium natura elaboravit.

de CORDES (Eutych.) Anno 1582. obiit. In omnes S. Pauli Epiſtolas, teſte *Sweertio*, commentatus eſt.

CORDESES (Ant.) Catalaunus, A. 1601. ætatis 82. obiit. Autor eſt Itinerarii perfectionis Chriſtianæ. Vid. *Alegambe, pag. 37.*

CORDESIUS (Dionyſ.) Pariſienſ. vir Græcè & Hebraicè doctus, Anno 1642. obiit. Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 182.*

CORDOVA (Fr. Fern.) edidit librum, titulo, Didaſcalia multiplex, Anno 1615.

à CORDUBA (Alf.) Bæticus, Anno 1542. obiit. Salmanticæ docuit. Scripſit in Log. Ethicam & Politicam Ariſtotelis.

CORDUBA (Ant. Fernandez) An. 1634. obiit, relictâ Summula caſuum conſcientiæ. Vid. *Alegambe, pag. 39.*

à CORDUBA (Didacus) An. 1640. claruit. Vitam Franc. Solani in literas redegit. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 101.*

à CORDUBA (Joh. Rodericus) collegit Catenam in libros Regum, Anno 1652.

CORDUBENSIS (Antonius) An. 1578. vixit. Scripſit Silvam de Caſibus conſcientiæ: item, Tr. de Indulgentiis, &c. *Wadding. in Sc. O. M. pag. 30.*

CORDUBENSIS (Franc.) An. 1553. innotuit. Reliquit Annotationes in Chriſtianæ religionis articulos, Anno 1567. Viennæ editas.

CORDUS (Enric.) Haſſus, Medicus & poëta celebris, An. 1535. obiit. Cordus dictus eſt, quia extremo partu matris ſuæ editus erat. Scripſit de ſudore Anglico: de abuſu Uroſcopiæ: item, Botanologicon ſive Colloquium de Herbis. Nicandrum, Græcum poëtam, Latinis verſibus tranſtulit. Fecit etiam Epigrammata, Eclogas, &c. Carmina ejus uno faſciculo prodierunt. Confer *T. 2. Delit. Germ. pag. 638.* Vid. *P. J. Lotichius, pag. 3. B. P. pag. 41.*

CORDUS (Mauric.) ſcripſit de Gynæceis, An. 1585.

CORDUS (Valerius) Simeſuſius Haſſus, Euricii filius, itidem Medicus, An. 1544. Romæ obiit. Compoſuit Commentarios in Dioſcoridem: librum de ratione componendorum pharmacorum, Diſpenſatorium dictum, & alia. *Epitaphium* ejus ſic habet:

Ingenio ſupereſt Cordus, mens ipſa recepta eſt
Cœlo: quod terræ eſt, maxima Roma tenet.

Additur in ejus *Epitaphio*, ipſum naturæ obſcuritatem & herbarum vires adoleſcentem ſenibus explicaviſſe.

CORELLUS (Franc.) Ravennas, carmina edidit, quæ extant *Tom. 1. Delit. Ital. pag. 770.*

CORENIUS (Jacobus) edidit Clypeum patientiæ, Gandavi, Anno 1643. item, Conſilia, An. 1641. ut & obſervationes in Evangelia Quadrigeſimalia, A. 1653.

CORETUS (Pet.) Tornacenſis, An. 1602. obiit. Defenſionem Veritatis, teſte *Sweertio*, publicari fecit.

CORFINIUS (Frid.) ſcripſit de obitu Alberti Frid. Principis Brandenb.

CORITIUS (Joh.) omnium literatorum carminibus celebratus, & *leporum omnium pater* appellatus eſt. Conventum Romæ & quoddam rei literariæ certamen inſtituit quotannis Divæ Annæ feſto, longaq; annorum ſerie celebravit. Vid. *Pierius Valerianus de Inf. Lit. pag. 170.*

CORINNUS, Κόριννος, Homero antiquior & Palamedis diſcipulus fuiſſe dicitur. *Suidas* primum Iliadem: item, bellum Dardani adverſus Paphlagonas carmine compoſuiſſe tradit. Vid. *Scholiaſtes Nicandri, pag. 3.*

CORINTHUS, Κόρινθος, Grammaticus, ſcripſit librum de Dialectis ad Studium. Eum *Henricus Stephanus* edidit.

CORIOLANUS (Ambroſ.) exaravit orationes.

CORIOLANUS (Fr.) Longus, Capuccinus, Anno 1619. claruit. Extat ejus Summa Theologiæ, ex operibus S. Bonaventuræ compacta, variiſque annotationibus illuſtrata: ut & Tract. de Caſibus reſervatis juxta regulam decreti Clementis IIX. Regularibus præſcriptam: item, Summa Conciliorum. Videatur *Waddingus, in Scr. Ord. Min. pag. 114.*

CORIPPUS (Creſconius) Africanus, Grammaticus, tempore Juſtini II. Imperatoris, An. Chr. 565. claruit. De laudibus Juſtini carmine heroico 4. libros compoſuit. Primus eos edidit notisq; illuſtravit *Mich. Ruizius Aſſagrius* Celtiber. *Caſpar Barthius, Adv.* 55, 2. meminit, Corippum quoque ſcripſiſſe opus Johannidos, Idq; Viennæ ſervari autumat. *Joh. Cuſpinianus in Vitis Cæſarum* ex illo opere aliquot verſus adducere ſolet. Vid. *Olearius in Abaco, pag.* 121. *Barthius in Claud. pag.* 6. 495. 1258.

CORIUS (Bernhardin.) Mediolanenſ. Anno 1499. obiit. Reliquit Chronica rerum Mediolanenſium. Vid. *Jovius in Elog. numero* 58. In ſepulcro ejus tale inſcriptum carmen legitur:

Bernhardine, tibi Inſubres debere fatentur
Non minus ac magno Roma ſuperba Tito.

CORIUS (Haymo) Concordantias morales locorum pugnantium Vet. & Nov. Teſt. Tomis quatuor, Mediolani, An. 1653. fol. complexus eſt.

CORMERIUS (Thom.) edidit Codicem Juris civilis Gallico-Romani, Genev. An. 1602. fol.

CORNACHINUS (Marcus), methodum curandi per pulverem, Anno 1620. typis mandari juſſit.

CORNACHINUS (Thom.) ſtruxit Tabulas Medicas, Patav. An. 1605. Vid. *Linden. pag.* 438.

CORNÆUS (Ant.) JCtus, de Abſolutione forenſi commentatus eſt.

CORNÆUS (Melch.) Anno 1652. vixit. Edidit nonnulla contra Dorſcheum & Seldium.

CORNÆUS (Tit.) Politica reliquit, quæ Urbini cum infinitis aliis codicibus manu exaratis ſtudioſe conſervantur, teſte *Naudæo, in Bibliogr. Polit. pag.* 72.

CORNARIUS (Diom.) An. 1565. claruit. Collegit obſervationes Medicinales.

CORNARIUS (Joh.) Zwiccavienſis, magni nominis Medicus, An. 1558. obiit. Multos Theologos & Medicos Græcos Latinè tranſtulit; ex illis Baſilium, Epiphanium, Chryſoſtomum: ex his Hippocratem, Galenum, Aëtium, Æginetam. Jenæ obiit, ibique ſepultus eſt. Lepidum eſt, quod *Mich. Barthius in Comm. ad Bucol. Virg. in præfat.* refert: Commemoravit (inquit) de ſuo nomine ipſe clariſſimus vir, Janus Cornarius, quid factum ſit, ut hoc Germanico & patrio non reſpondeat. Nomen ei fuit in lingua patria *Hanbot*, vel ut plenius dicamus, *Hagenbot*, quod ſignat & denotat Cynosbati fructum: quem cum non ſatis ea in re peritus neq; diligens Præceptor quidam ejus *Cornorum* appellatione rectè reddi poſſe falsò opinaretur, vertens hoc (ut plurimi ambitiosè ſolent) *Cornarii* nomen ei indidit; ac puero *Corna* eſſe Latinis Cynosbati fructus illos, quos *Hagenboten* nos nominamus, imperito adhuc perſuaſit; in qua opinione cum ille longo tempore deinceps, multum tribuens ſuo Præceptori, manſiſſet; ſero tandem agnovit errorem, & quidem tum demum, cùm jam inclaruerat Cornarii nomine ita, ut retinere etiam tamdiu uſurpatum, quàm ſerò immutare, poſtea videretur conſultius. Hæc *ille*.

CORNARIUS (Aloyſ.) librum de vita ſobria, An. 1561. Patav. luci expoſuit.

CORNARIUS (Jan.) Theol. Vitem viniferam tribus libris concinnavit, Anno 1615.

CORNARIUS (L.) An. 1557. obiit. Vid. *Ghilinus, vol.* 1. *pag.* 158.

CORNAX (Matth.) à Medla, Philoſophus & Medicus, ſcripſit Enchiridion Medicum, Baſ. An. 1564. Videatur *Linden, pag.* 448.

CORNAZANUS (Ant.) Placentinus, An. 1490. claruit. Expreſſit carmine vitam B. Virginis Mariæ. *Hieron. Magius, l.* 1. *Var. lect. c.* 1. eundem de re militari allegat.

CORNAZANUS (Barn.) JCtus, Deciſiones Rotæ Lucenſis, Anno 1600. fol. publicavit.

CORNELIANUS, Κοϱνηλιανὸς, contra Berenic. à *Stobæo, ſerm.* 4. *pag.* 54. allegatur.

CORNELIOLUS, Italus, de Agricultura egregium opus poſt ſe reliquit, teſte *Panzirolo*.

CORNELIUS Celſus, totum corpus rei ruſticæ quinq; libris complexus eſt, teſte *Columella l.* 1. *c.* 1.

CORNELIUS Gallus, Forojulienſis, poëta, tempore Auguſti floruit. Primus Ægypti præfectus ſub Auguſto conſtitutus eſt. Damnatus à Senatu ipſe ſibi manus violentas intulit. *Servius Honora-*

noratus tradit, ipſum quatuor libros Amorum de Cytheride amica compoſuiſſe. Elegiæ, quas nonnulli Cornelio Gallo tribuunt, rectius alii *Maximiano*, barbaro poëtæ, adſcribunt. *Barthius in 2. Theb. Stat. pag. 527.* Cirin quam vulgò Virgilii eſſe ſtatuunt, *Cornelio Gallo* tribuit.

CORNELIUS Longinus, Κορνήλι૭ Λογγῖν૭, inter Græcos poëtas nomen obtinet. Vid. *Anthol. l. 6. cap. 7.*

CORNELIUS Nepos, tempore Julii Cæſ. clar. Scripſit libros illuſtrium virorum, ex quibus habemus XXII. exterarum gentium Imperatores. Eos libros quidam *Æmilio Probo* tribuere malunt, teſte *Voſſio.* Nepotis fragmenta *Andr. Schottus* collegit. Vid. *Jonſius, de Scr. H. Ph. 2, 18. Caſp. Barth. in 2. Theb. Pap. p. 331.*

CORNELIUS Max. vetus JCtus, reſponſa reliquit. Ea *Serv. Sulpitius* citat, *Alfeno* teſte. Vid. *Bertrandus, pag. 183.*

CORNELIUS Severus, inter Epicos poëtas refertur. Vid. *Fabius, lib. 10.*

CORNELIUS, Papa, An. 253. paſſus eſt. Ei epiſtolæ tribuuntur. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſ. pag. 235. Olearius in Abaco, pag. 120.*

CORNELIUS (Andr.) Friſo, Anno 1589. obiit. Condidit Chronicon Friſiæ.

CORNELIUS (Luc.) edidit Monarchiam Solipſorum.

CORNELIUS (Pet.) Hiſp. res Flandricas ſcripto complexus eſt.

CORNELIUS (Thom.) Conſentinus, Progymnaſmata Phyſica, Anno 1665. publicavit.

CORNERUS (Chriſt.) Francus, Theol. D. A. 1594 obiit. Erat unus ex autoribus libri Concordiæ. Scripſit in Pſalmos: in Symb. Athanaſii; in epiſtolam ad Galatas, &c. Vid. *Becmannus in præfat. Bibl. Francof. pag. 49.*

CORNERUS (Dav. Greg.) edidit Promtuarium Catholicæ devotionis, Viennæ, An. 1645.

à CORNETO (Sal. Tib.) JCtus, compoſuit Formularium inſtrumentorum juxta ſtilum Curiæ Romanæ, Bracciani, An. 1645. Item, Practicam judiciariam.

à CORNETO (Tancredus) Anno 1220. floruit. Fertur conſtruxiſſe Provinciale, in quo omnes provinciarum epiſcopi recenſentur. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. 3, 4.*

CORNEUS (Pet.) ſtruxit Theologiam Scholaſticam & Moralem, duobus Tomis, Bambergæ, An. 1671. fol.

CORNEUS (Pet. Phil.) Peruſinus, JCtus, natus eſt, An. 1385: obiit, Anno 1462. Edidit quatuor volumina Conſiliorum. Vulgò *doctor ſubtilis* ſalutatus eſt, inquit *Panzirolus, l. 2. c. 95.* Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 218.*

CORNHERTIUS (Theod. Volcharclus) Theol. Batavus, An. 1599. obiit. Scripſit in Juſtum Lipſium.

CORNHUSIUS (Guilh.) Flander, Pandectarum Juris partitionem, An. 1585. luci tradidit.

CORNIFICIUS Longus, ſcriptor Romanus, in Minervæ mythologia, citatur à *Feſto*: in Nonenſilium dearum, ab *Arnobio, l. 3.* in Jani, à *Macrobio 1. ſat. 9.* qui Etymorum libros ab eo ſcriptos autumat. Longum cognomine citat *Servius in 2. Æn.* Ætas liquere poteſt ex *Philargyrio in Eclogam 3.* qui eum ex Virgilio auditum aliquid literis commendaſſe memorat. Vid. *Caſp. Barthius in 4. Theb. Pap pag. 1115.*

CORNIFICIUS (Lucius) A. U. C. 719. claruit, &, teſte *Fabio lib. 3 c. 1.* Rhetoricam docuit. Huic *Pet. Victorius, Ant. Muretus, Car. Sigonius, & Ant. Riccobonus* libros quatuor Rhetoricorum ad Herennium tribuunt. Vid. *Voſſius de Conſt. Rhet. pag. 92.*

CORNUTUS, Κορνȣ̃τ૭, Philoſophus, Θεωρίαν, quæ vox ſæpius allegoriam denotat, condidit. Vulgo *Phornutus* vocari ſolet, ſed falsò. *Cornutus, verum* ejus ſcriptoris eſt vocabulum: eoq́, eum citat autor Etymologici Græci, in ζως. Vid. *Barth. in 1. Theb. Pap. pag. 29.* Ejus libellum ante ſex ſeptemve hæc ſecula Malarino interprete in Lat. linguam translatum, ſe conſpexiſſe, idem *Barthius in 2. Theb. pag. 401. aff.*

CORNUTUS (Ann.) Stoicus Philoſophus, *Perſii* præceptor, tempore Neronis Imp. claruit. *Suidas*, Lepriten vocat, i. e. Lepti, celebri Africæ urbe, oriundum. Juxta *Euſebium* à Nerone in exilium actus, juxta alios verò interfectus eſt. Scripſit multa Philoſophica & Rhetorica, inquit *Suidas.* Rhetoricorum Cornuti, *Porphyrius interrog. in prædicamenta c. 43.* meminit. *Agellius, l. 9. c. 10.* libros ejus de figuris ſententiarum allegat.

allegat. Commentariorum in Virg. *Macrobius 5, 9.* meminit, ubi eum vocat virum magnum & Græcarum literarum doctiſſimum. Vulgò commentaria priſca in Perſium Cornuto tribui ſolent: *Hornius* tamen *in Hiſt.Phil.4, 6.* autor eſt, in antiquiſſimis Codd. ea Acroni adſcribi. Vid. *Caſaub. in Perſ. pag. 360. Barthius in Claud. pag. 128. Caſſiodorus in Tr. Orthogr. pag. 955.* ex Cnæo Cornuto, Grammatico, multa adducit, quæ ad Orthographiam faciunt.

CORNUTUS (Marcus) in Satira, à *Fulgentio in Mythol. pag. 149.* allegatur.

CORNUTUS (Jac.) edidit Hiſtoriam plantarum Canadenſium, An. 1635.

CORNUTUS (Pet.) Tabulas Hiſtoricas Henrici IV. An. 1615. edi curavit.

à CORONA (Matth.) ſcripſit de poteſtate infallibili ſedis Apoſtolicæ, Anno 1668. Leod.

CORONÆUS (Dionyſ.) Anno 1546. claruit. Erat trium linguarum peritus. Vid. *Colomeſius in Gal. Orient. pag. 7. Eraſmus in Epiſtola quadam* eum Budæi ſimium appellat. *Simlerus* Dionyſ. Corronium vocat, & Actuarii librum de compoſitione medicamentorum recenſuiſſe memorat.

CORONATUS (Melch.) in Ariſtotelem de Gener. & Corruptione, Antv. Anno 1624. commentatus eſt.

CORONELL (Ant.) ſcripſit quæſtiones Logicas, An. 1511. Lugd.

CORRADINUS (Aloyſ.) Patav. JCtus, An. 1618. obiit. Edidit ſeriem Cæſarum ex numiſmatibus.

CORRADUS (Joh. Bapt.) compoſuit Reſponſa ad cujuscunq; generis caſus conſcientiæ, Perus. An. 1596.

CORRADUS (Marius) edidit 13. libros de Latina Lingua, Bonon. Anno 1575. in 4.

CORRADUS (Sebaſt.) profeſſor Bononienſis, An. 1556. obiit. Videatur *Thuanus, l. 17.*

CORRADUTIUS (Rud.) Notas ad Mahomedis Baſſæ Epiſtolam addidit.

CORRANUS (Anton.) Hiſpalenſis, in Eccleſiaſten: item, in Epiſt. Pauli ad Roman. commentatus eſt.

CARREAS (Thomas) carmina condidit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 770. Ghilinus, vol. 2. pag. 233.* Luſitanum facit, & Anno 1595. obiiſſe, tradit. Addit, edidis ſe quinq; libros de Eloquentia: unum de Epigrammate, &c.

CORREGGIAJUS (Marcus) An. 1592. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 162.*

à CORREI (Simon) Neapolitanus, Anno 1554. obiit. Collegit Pandectas Legis Evangelicæ.

CORROZETUS (Ægid.) Apophthegmata Heroica, An. 1631: item, Antiquitates Pariſienſes publicavit.

CORRUNUS (Joh.) ſcripſit in Baptiſtæ Mantuani exhortationem ad Principes Chriſtianos, A. 1507.

CORSELIUS (Gerh.) Leodienſ. JCtus, An. 1636. obiit. Reliquit Indicem legum & capitulorum ſelectiorum: commentarium in Cod. Juſtinianeum: Conſilia & Orationes. Vid. *Vernulæus in Acad. Lovan. pag. 298. Valer. Andreæ in Faſt. Lovan. pag. 202.*

CORSERIUS (Joh.) JCtus, Deciſiones Capellæ Tholoſanæ, A. 1575. edi fecit.

CORSETTUS (Ant.) Siculus, JCtus, Singularia exaravit.

CORSETTUS (Barth.) edidit Praxin S. rituum, Bruxell. An. 1656.

CORSETTUS (Octav.) Conſilia Feudalia cum Annotat. Petri Corſetti, Panormi, fol. An. 1616. typis commiſit.

de CORSINIS (Thom.) ſcripſit Conſilia Matrimon.

CORSINUS (Accurſ.) Bergomas, natus eſt, A. 1549: obiit, A. 1630. Extat ejus opus de aucupio, venatione piſcium, &c.

CORSINUS (Phil.) Bergomas, de quæſtionibus ſcripſiſſe dicitur.

CORSUS (Rein.) An. 1584. obiit. Texuit tres libros Indagationum Juris: item, librum de privata reconciliatione. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 205.*

CORTACIUS (G.) compoſuit Trutinam medicinæ de neglecta ſanguinis miſſione in Febri, Patav. An. 1654.

CORTE (Matth.) Ticinenſis, An. 1544. obiit. Exaravit librum de Prandiis: de modo Cœnæ, &c. Vid. *Ghilinus, vol 2. pag. 195.*

de CORTESIIS (Alb.) Conſilia Matrim. collegit.

CORTESIUS (Alex.) ſcripſit de laudibus Corvini, Hungariæ Regis, An. 1531.

CORTESIUS (Greg.) Mutinenſis, Anno 1548. obiit. Reliquit librum Epiſtolarum, cui additur diſſertatio, quòd Petrus fuerit Romæ. Prodiit Venetiis, Anno

An. 1573. in 4. Scripſit etiam de poteſtate eccleſiaſtica. Vid. *Sauſſay, pag. 74. Marus in Caſinenſib. pag. 97.*

ÇORTESIUS (J.Bapt.) Bonon: Medicus, An. 1634. obiit. Compoſuit 10. decades Med. Miſcellaneorum: tres partes Practicæ Medicæ: Chirurgiæ abſolutam inſtitutionem, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 139.*

CORTESIUS (Paulus) librum de Cardinalatu, An. 1510. publicavit.

CORTESIUS (Pet.) edidit Diſcurſum Aſtronomicum, Panormi, An. 1642.

CORTESIUS (T. Alex.) verſiculis inclaruit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 779.*

CORTHUMMIUS (Juſt.) de morbo Attonito, An. 1672. commentatus eſt.

CORTHYMIUS (Andr.) collegit Florilegium Hiſtoricum ſacro-profanum, Anno 1676. fol.

CORTILIO (Seb.) Ariminenſis, vulgavit quinq; libros Inſtitutionum Chirurgicarum, An. 1610. Videatur *Linden, pag. 537.*

de CORTONA (Auguſt.) ſcripſit librum titulo, Echo divina, An. 1609.

CORTONÆUS (Pet.) erat vir Græcè doctiſſimus. Vid. *Wolfius in Off. Ciceronis, pag. 747.*

CORTHUSIUS (Lud.) Patavinus, JCt. An. 1418. vivis exceſſit. Sine lacrimis, &cum lætitia funus ſuum celebrari juſſit. Pompam funeris *Caſp. Ens in Pauſilypo* refert. Videatur *Guid. Panzirolus, in JCt. 2,79.*

CORTUSIUS (Joh. Andr.) texuit Catalogum Horti Patavini, An. 1591.

CORVELLUS, edidit Inſtitutiones Juris Anglicani, An. 1605.

CORVERUS (Joh.) Ruremondenſ. Anno 1566. floruit. Lamentationes Jeremiæ: item, Philonis libellum de Nobilitate Latino carmine reddidit. Videatur *Swertius, pag. 433.*

CORVILIUS, à *Boccatio, in Gen. Deor. l. 2. c. 12.* allegatur.

CORVINUS (Meſalla) vetus autor, ſcr. de Auguſti progenie. Liber ſupereſt.

CORVINUS (Andreas) ex quatuor ultimis Centuriis Magdeburg. notus eſt.

CORVINUS (Andr.) Lipſiæ Eloquentiam profeſſus eſt. Extat ejus fons Latinitatis. Vocabula propria, quæ in parte ſecunda occurrunt, non à Corvino, ſed à *J. C. Merckio* collecta ſunt. Vid. *Zeillerus, part. 3. de Hiſt. pag. 213.* Edidit etiam Philippicas.

CORVINUS (Ant.) A. 1539. vixit. Scripſit Colloquia Theologica: item, de miſerabili Anabaptiſtarum Monaſterienſium excidio, ad G. Spalatinum. Vid. *Simon Schardius, vol. 2. Germ. Scr. pag. 314.*

CORVINUS (Elias) Joachimicus, Anno 1568. claruit. Reliquit Joſephiados libros quatuor: Chriſti & Joſephi collationem: Summam doctrinæ Chriſtianæ: Venetorum Ducum hiſtoriam: Elegias & Epigrammata. Confer *T. 2. Germ. Delit. pag. 932.*

CORVINUS (Joh. Arn.) Remonſtrans, An. 1616. claruit. Pugnavit ſtilo adv. *Pet. Molinæum.* A Theologis ad JCtos tranſiit, & in Codicem commentatus eſt.

CORVINUS (Laur.) Novoſorenſis, ſtruxit Coſmographiam: item, Carmina. Vid. *T. 2. Delit. Germ. pag. 935.*

CORVINUS (Wolfg.) An. 1614. Lipſiæ obiit.

CORVUS, Rhetor, Scholam Romæ tenuit, & inter alia declamavit, liberos non eſſe tollendos: & ob hoc accuſatus eſt reip. læſæ. Vid. *Seneca in ſuaſoria 2.*

COSCANUS (Oſw.) Tirolenſis, A. 1637. obiit. Edidit opuſc. de conſcientia tractanda. Vid. *Alegambe, pag. 381.*

COSCIUS (Franc.) Senenſis, Anno 1556. obiit. Fecit Comment. in nonnullas Juris Canonici rubricas. Vid *Panzirolus, in JCt. pag. 476.*

COSCONIUS, Grammaticus, à *Varrone, l. 5. de Lat. Ling. & Solino, c. 7.* allegatur.

COSELIUS (Henr.) JCtus, de Seceſſionibus commentatus eſt, An. 1650.

COSINUS (Capitanus) h. t. claret. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 421.*

COSINUS (Richard.) condidit Politiam Eccleſiæ Anglicanæ, Hagæ, An. 1661.

COSMAS, Κοσμᾶς, Hieroſolymitanus, cognomine Hagiopolita, tempore Leonis Iſauri floruit. Ejus Hymni 13. in Bibliotheca Patrum occurrunt. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 120.*

COSMAS (Mechanicus) inter Gr. poëtas collocatur, in *Anthol. l. 4. c. 8.*

COSMAS, Pragenſis, An. 1100. vixit. Res Bohemicas 3. libris complexus eſt.

COSMES, Κόσμης, ἐν πρώτῳ Αἰγυπτιακῶν, à *Scholiaſte Apollonii, pag. 225.* allegatur.

à COSMIN (Bened.) Polonus, ſcripſit

Lat.

Lat. ſermonis obſervationes: ſermones ſacros, &c. Videatur *Starovolſc. pag. 8.*

COSMUS (Megallanus) Joſuam, Anno 1612. notis illuſtravit.

COSMUS (Steph.) Orator Reip. Venetæ, vitam Moriſini Card. An. 1676. literis mandavit.

COSPUS (Barthol.) Bononienſ. An. 1502. claruit. Libellum Johannis Monachi de vita Alexandri Magni interpretatus eſt. Ea vita pleriſq; Curtii editionibus præmitti ſolet. Verum totus ille liber è *Zonara* deſcriptus eſt. Diodori Siculi lib. 16. & 17. è Græco in Lat. quoque tranſtulit.

COSPUS (Jac.) Bononienſ. Anno 1290. vixit. Reliquit quæſtiones in Jus Canonicum.

COSPUS (Joh.) Bonon. teſte *Simlero*, vitam Diocletiani Imp. è *Joh. Zonara* tranſtulit.

COSSARTIUS (Gabriel) Jeſ. Vid. *Valeſius in Euſeb. pag. 59.*

COSSEJUS (Henr.) Anglus, Anno 1336. obiit. In Apocalypſin Joh. triplices Commentarios confeciſſe dicitur. *Waddingus in Scr. O. M. pag. 163.* vocat virum acuti & fervidi ingenii.

à COSTA (Chriſt.) Vide, ACOSTA.

à COSTA (Eman.) JCtus, An. 1560. claruit. Reliquit 2. libros ſelectarum interpretationum circa conditiones & demonſtrationes. Videatur *Bibliotb. Hiſp. pag. 323.*

à COSTA (Gabriel) in Geneſ. cap. 49. item, in Threnos, Ruth, Malachiam & Jonam, An. 1641. commentatus eſt.

COSTA (Joh. Bapt.) compoſuit Tractatum de Quota & Rata, An. 1666. item, Tr. de facti ſcientia & ignorantia, Anno 1661.

à COSTA (Joſ.) ſcripſit de promulgando Evangelio apud Barbaros, An. 1670.

COSTA (Manc.) edidit Conſilium in materia Societatis.

COSTA (Steph.) condidit librũ de Ludo.

COSTABADIUS (Joh.) judicium de ſapientia Salomonis, Anno 1648. item, Epigrammata Anno 1655. Salmurii emiſit.

COSTÆUS (Joh.) Laudenſis, An. 1603. obiit, relictis diſquiſitionibus Phyſiologicis, Anno 1559. editis. Vid *Ghilinus, vol. 1. pag. 80.*

COSTÆUS (Joh. Franc.) Johannis filius, ſcripſit de voluntariis & non voluntariis actibus. Vid. *Ghilinus lib. cit.*

COSTALIUS (Pet.) JCtus, An. 1597. Adverſaria in 25. priores libros ff. exaravit: item, Carmina. Vid. *T. 1. Del. Gall. p. 817.*

COSTANUS (Ant. Guib.) JCtus, ſcripſit de Sponſalibus, dote, &c. Anno 1597.

à COSTE (Hilar.) exaravit vitam Mar. Marſenni: vitam Franc. Picardi: vitas & elogia Reginarum, fœminarumque Principum & nobilium, Pariſiis, A. 1630.

à COSTEN (Matth.) Polonus, vir doctiſſimus dicitur à *Starovolſcio. pag. 26.* Extat ejus cohortatio eccleſiarum Sarmaticarum ad avitam religionem.

COSTERIUS (Henr.) Bruxellenſ. in carcere periit, An. 1619. Reliquit modum orandi Deum. Vid. *Swertius, pag. 325.*

COSTERIUS (Joh.) Lovan. An. 1559. obiit. Supereſt ejus Comm. in Canticum Cant. Vid. *Swertius, pag. 413.*

COSTERIUS (Joh.) Aloſtanus, An. 1580. obiit. Compoſuit Inſtitutionem de exitu ex Ægypto & fuga Babylonis, teſte *Swertio.*

COSTERUS (Abrah.) texuit vindicias loci Gen. 3, 15. An. 1614. Leydæ.

COSTERUS (Franc.) Anno 1609. obiit. Scripſit Enchiridion controverſiarum: item, Meditationes de quatuor noviſſimis. Vid. *Alegambe, pag. 118.*

COSTERUS (Joh.) Theoriam & Praxin affectuum corporis humani, An. 1675. edidit.

COSTUS (Pet.) A. 1544. claruit. Vulgavit paraphraſin Chaldaicam Eccleſiaſtis, Lugd. An. 1534. Vid. *Colomeſius, in G. O. pag. 245.*

COTELERIUS (J. Bapt.) Profeſſor Regius Linguæ Gr. Chryſoſtomi 4. homilias in Pſalmos & interpretationem Danielis, Paris. An. 1661. edi curavit.

COTERÆUS (Claud.) Turonenſis, de Jure & privilegiis militum ſcripſit. Extat *T. 16. Tract. tract.*

COTERUS (Matth.) Apocalypſin Notis illuſtravit, Salmurii, An. 1615.

COTHMANNUS (Erneſt.) JCtus, natus eſt, Anno 1557: obiit, Anno 1624. Reliquit Conſiliorum quinque volumina. Vid. *Witte, in JCtis, pag. 94.*

COTHMANNUS (Joh.) Theol. Doctor Roſtoch. natus eſt, An. 1595: obiit, Anno 1650. Edidit Tract. de S. Cœna: deſcriptionem fundamenti Papatus: librum

de Conjugio comprivignorum , adv. Bohlium. Vid. *Witte, in Theol. pag. 747.*

COTMANNUS (Læv.) Gandenſis, Anno 1592. floruit. Struxit Elegias & Epigrammata.

COTONUS (Anton.) Siculus, ſummam Ant. Dianæ compoſuit.

COTONIUS (Petrus.) Vide, COTTONUS.

COTOVICUS (Johann.) Ultraject. JCt. exaravit Itinerarium in Syriam, Anno 1619.

COTREAU (Joh.) fecit Tractatum de quiete & tranquillitate animæ.

COTTA, ſcripſit de Republ. Romana Latinè. Vid. *Athenæus 6, 8.*

COTTA (Bonavent.) JCtus, de Judiciis commentatus eſt.

COTTA (Cæſ. Aug.) deſcriptionem pagi Caſtrodunenſis, Anno 1604. edi curavit.

COTTA (Cattelianus) Mediolanenſis, ſcripſit de Jurisperitis. Extat. *T. 1. Tract. tract.*

COTTA (Joh.) Veronenſis, carmina compoſuit. Videatur *T. 1. Delit. Ital. pag. 814.* Item, Commentarium in Propertium, An. 1500. Vid. *Pierius Valer. de Inf. Lit. pag. 70. Jovius in Elog. numero 54.*

COTTERIUS (Matth.) Gallus, in Apocalypſin expoſitionem perpetuam adornaſſe dicitur. Edidit etiam exercitationem de Helleniſtis & lingua Helleniſtica, An. 1646.

COTTIGNON (Mich.) Catalogum Epiſcoporum Nivernenſium in lucem emiſit.

COTTON (Rob.) Vid. *Caſaub. in prælegom. Exercit.* adv. Baronium.

COTTONUS (Ant.) Controverſias celebres, Venet. 1661. publicavit.

COTTONUS (Joh.) ſcripſit de Magiſtratu & regimine.

COTTONUS (Petrus) Foreſianus, Anno 1626. obiit. Edidit Inſtitutiones adv Hæreſes. Vid. *Thuanus, l. 132. Gramondus, l. 15. Alegambe, pag. 377. Sauſſay, pag. 231.*

COTTUNIUS (Joh.) Κοττούνιος Beroënſis Græcus, Anno 1653. claruit. Carmina ejus Græca Anno 1653. prodierunt, Ludovico XIV. Galliarum Regi inſcripta. Compoſuit etiam libellum de Epigrammate, An. 1632. In Ariſtotelis quoq; 8. libros de auditu, An. 1648. commentatus eſt. Patavii πρῶτον φιλόσοφον ſeſe appellabat.

COTURIUS (Jul. Cæſ.) Mathematicus Pragenſis, demonſtrationes fidei Catholicæ edidit: item, 18. Spectacula Heroum, Pragæ, An. 1672.

COVARRUVIAS (Ant.) Toletanus JCt. An. 1602. obiit. Salmanticæ jus publicè profeſſus eſt. Græcas literas ſine doctore didicit. Moliebatur Commentarium in 8. libros Politicorum Ariſtotelis, quem hæredes aſſervare dicuntur. Vid. *Biblioth. Hiſp. pag. 306.*

COVARRUVIAS (Didac.) Toletanus, celebris JCtus, An. 1577. ætatis 65. obiit. In Salmanticenſi Academia Jus Canonicum interpretatus eſt. Concilio Tridentino interfuit: inde Segovienſis Epiſcopus creatus eſt. Reliquit 3. libros variarum reſolutionum. Videatur *Thuanus, l. 64. Bibl. Hiſp. pag. 304. Ghilinus, vol 2. pag. 66.*

à COVARRUVIIS (Fr. Valleſius) Philippi II. Hiſp. R. archiater, Compluti Philoſophiam & Medicinam profeſſus eſt. Condidit Sacræ Philoſophiæ libros ad varia Vet. & Nov. Teſtamenti loca: 10. libros controverſiarum tùm Philoſophicarum, tùm Medicarum: Comm. in 4. libros meteorologicorum Ariſtotelis. Methodum medendi, 4 libris comprehenſam, &c. Vid. *Bibl. Hiſp. pag. 327.* Vide, VALLESIUS.

COVELLUS (Joh.) edidit Inſtitutiones Juris Anglicani, An. 1630.

COUDENBERGIUS (Joh.) ſcr. de initio & progreſſu 7. dolorum B. Virginis, *A. 1519.*

COVENTRIENSIS (Gualterus) A. 1226. vixit. Condidit Chronicon Britanniæ.

COVETUS (Jac.) Pariſienſis Theologus, An. 1608. obiit. Reliquit Apologiam de Juſtificatione.

COVILLONIUS (Joh.) Inſulenſis, Anno 1581. obiit. Extant ejus Aſſertiones in epiſtolam S. Pauli ad Corinthios. Vid. *Alegambe, pag. 233. Sanderus in Script. Flandr. pag. 93.*

COULEUS (Abrah.) Anglus, ſtruxit ſex libros Plantarum carmine, An. 1668. Lond.

COULON (Lud.) Gallus, edidit Lexicon Homericum, Paris. An. 1653. Vid. *Alegambe, pag. 309.*

COURBOULET, de prætermінatione phyſica, in 8. ſcripſiſſe dicitur.

COUR-

COURCELLIUS (Franc.) Ambianus, de ſanguinis mittendi ratione commentatus eſt, An. 1593.

COURCIERUS, edidit Cylindrica & Conica, in 4.

COURSIER (Pet.) ſcripſit de Sectione ſuperficiei ſphæricæ, ſuper ſuperficiem Cylindricam, An. 1663.

COURTIN (Germ.) ſtylo adverſus Paracelſum. Paris. An. 1579. uſus eſt.

de la COURVE (Joh. Claud.) Paradoxa de nutritione fœtus in utero, An. 1655. publicari fecit.

COUSINUS (Germ.) JCtus, utriusq; Juris deſcriptionem compoſuit, Paris. Anno 1609.

COUTHONUS (Jac.) Acta colloquii Fontisbellaquei in lucem protulit, Anno 1603.

COUTINO (Joh.) Mariale tribus Tomis complexus eſt, An. 1661.

COUTUS (Sebaſt.) Luſitanus, in Conimbricenſi Academia Philoſophicas diſciplinas profeſſus eſt. Reliquit Logicam, quæ una cum Curſu Conimbicenſi excuſa eſt. Vid. *Alegambe, pag.* 419.

COUUREUR (Matt.) Audomatenſis, An. 1640. claruit. Duaci Philoſophiam docuit. Compoſuit Catechiſmum doctrinæ Chriſtianæ, in tres partes diviſum.

COYET (Guil. J.) Vide COJET.

COYSSARDUS (Mich.) Beſſanus, natus eſt, An. 1547: obiit, An. 1613. Edidit Theſaurum Virgilianum, in locos communes digeſtum: Comment. in Partitiones Ciceronis, &c. Videatur *Alegambe, pag.* 342.

COYTERUS (Volchertus) Groninganus, celebris Medicus, Norimbergæ praxin Medicam exercuit. Vulgavit Tabulas principalium corporis humani partium, & anatomicas exercitationes; A. 1573. Vide, KOYTERUS.

COYTTARUS (Joh.) ſcripſit de Febri purpurea, epidemiali & contagioſa,

CRABBIUS (Pet.) Machlinienſis, Anno 1554. obiit. Extant ejus Concilia, tribus Tomis, teſte *Swertio*, comprehenſa.

CRACENTHORPIUS (Rich.) Anglus, ſcripſit Logicam, Lond. An. 1641. Pugnavit etiam ſcriptis adv. Baronium.

de CRACOVIA (Matth.) texuit Tract. de eo, utrum expediat & deceat Sacerdotes continuare Miſſas vel Laicos frequenter communicare, Anno 1491.

CRACOVIUS (Georg.) JCtus, An. 1525. natus eſt. Vitam *Hier. Schurfii* JCti in literas transmiſit.

CRADOKUS, de libertate Evangelica commentatus eſt.

CRÆSELLIUS (Joh.) Viſſecuenſis, compoſuit Elogia Impp. Regum & Principum: item, virorum eruditione clarorum, An. 1584.

CRAGIUS (Nicol.) Ripenſis, An. 1602. obiit. Struxit librum de Republica Lacedæmoniorum. Vid. *Vindingius, in Reg. Hafn. pag.* 192.

CRAGIUS (Thomas) Jus feudale commentario illuſtravit, Lond. An. 1655.

CRAGIUS (Tilem.) ſcripſit de Imagine DEI, An. 1549.

CRAMERUS (Andr.) de uſu philoſophiæ in Theologia nonnulla meditatus eſt.

CRAMERUS (Dan.) Retzenſis, Hiſtoricus, Philoſophus, poëta, orator & Theologus eximius, Anno 1600. obiit. Extant ejus Apologiæ contra Beurhuſium & Stævartium: Scholæ Propheticæ: Tract. de Prædeſtinatione, regno Chriſti, Decalogo diſtinguendo, deſcenſu Chriſti: Hæreſiologia: Commentarius in univerſa Biblia: Emblemata ſacra, &c. Vid. *Henn. Witte in Theol. pag.* 410.

CRAMERUS (Joh.) JCtus, edidit Compendium Criminale, An. 1675.

CRAMERUS (Joh. Jac.) Danielis filius, ſcripſit Claſſicum pœnitentiæ contra Rathmannum: item, Eccleſiaſten Chriſtianum de vanitate humanæ & Chriſtianæ vitæ.

CRAMMERUS (Thom.) Notinghamienſis, Anno 1556. obiit. Edidit Tract. de Purgatorio: alium, de Juſtificatione, &c. Videatur *Jac. Verheiden, in Elog. præſt. Theol. pag.* 84.

CRANEFELDIUS (Franc.) Noviomagus, JCtus, An. 1564. vivere deſiit. Sexagenario major literas Græcas exemplo Marci Catonis diſcere cœpit ſine doctore, quas ità feliciter tractavit, ut non tantùm Græcè ſcribere, ſed & Græcè ſcriptos autores in Latinum transferre potuerit. Teſtis Procopius, cujus ſex libros de Juſtiniani Imp. ædificiis latinè reddidit. Vid. *Sweert. pag.* 242. Confer *Lud. Vivem in Auguſt. de Civ. DEI, l.* 19. *c.* 21.

a CRANICHFELD (Ad. Piſetzky) JCtus, ſcripſit de caſtigationibus & pœnis temporalibus & æternis, lapſum hominis concomitantibus, An. 1676.

CRANTOR, Κράντωρ, Solenſis, Philoſophus, Olymp. CXVI. claruit. Crantoris liber περὶ πένθους, i. e. de luctu *Ciceroni in Lucullo* laudatur. Meminit & *Plutarchus*, *in Conſolatione ad Apollonium. Proclus l. 1. in Timæum*, ipſum primum omnium in Platonem commentatum eſſe memorat. Vitam ejusdem *Diogenes Laërtius l. 4* exaravit.

à CRANTZBERG (Joh. Aug.) Aſtronomiam & Geographiam Practicam, Anno 1668. excudi curavit.

CRANTZIUS (Alb.) Vide, KRANTZIUS.

CRAPPIUS (Andreas) Preces carmine exprimere ſtuduit.

CRASBEQUIUS (Joh.) Arſcotanus Brabantus, An. 1610. obiit. In Regulam S. Benedicti commentatus eſt.

CRASIUS (Lud.) Profeſſor Pragenſis, edidit Speculum Paſſionis: prodromum vitæ: librum vitæ.

CRASSOTIUS (Joh.) corpus Philoſophiæ Peripateticæ 2. voluminibus, Paris. An. 1630. complexus eſt.

CRASSUS (Hieron.) Utinenſis, Tract. de tumoribus præter naturam, An. 1562. compoſuit.

CRASSUS (Jac.) de arte gladiatoria ſcripſiſſe dicitur.

CRASSUS (Junius Paulus) reliquit quæſtiones naturales & Medicas. Vid. *Simlerus.*

CRASSUS (Nicolaus) elogia Patriciorum Venetorum illuſtrium, Venet. Anno 1622. contexuit. Vid. *Imperialis in Muſeo, pag. 205. Rhodius, de Script. ſuppoſit. pag. 23.* eidem Satiram, Neſcimus quid ſerus veſper vehat, tribuit.

CRASSUS (Paris) Bononienſ. duos libros de Cerimoniis Cardinal. & Epiſcop. in ſuis diœceſibus, Romæ, Anno 1564. edi curavit.

CRASTOVIUS (Andr.) Bellum Jeſuiticum, An. 1594. publicavit.

CRATEPOLIUS (Pet.) Juliacenſis, ſcripſit de Academiis, Anno 1593. Videatur *Swertius, pag. 610. Sanſſay, pag. 184.*

CRATERUS, Κρατερὸς, Medicus, Olymp. CLXXXII. floruit. Meminit ejus *Cicero, in Epiſt. ad Attic. & Horat. l. 2. ſat. 3.*

CRATES, Κράτης, Athenienſis, Comicus, Olymp. LXXXII. claruit. Ex ejus Fabulis ſequentes mihi obſervatæ ſunt, Ἀντιφάνης, Γείτονες, Ἑορτὴ, Ἐπιστολαὶ, Εὐνεῖδαι, Ἥρωες, Θηρία, Λαμία, Πεδῆται, Παιδιαὶ, Παραχρηματοθήκη, Πλοῦτος, Ῥήτορες, Σάμιοι, Συναριστῶσαι, Τολμαὶ, Χάρωνες, Φόνιοσται. Laudatur *Ariſtoteli* etiam in *libro de Poetica*. Fuit & alius CRATES Comicus, cui ſequentes fabulas Θησαυρὸν, Ὄρνιθας, Φιλάργυρον *Suidas* tribuit.

CRATES, Mallotes, tempore Ptolomæi Philometoris vixit. *Suetonius libro de Claris Grammat.* eum Ariſtarchi æqualem fecit, & primum ſtudium Grammaticæ in urbem Romam intuliſſe affirmat. Teſte *Suida* Διόρθωσιν Iliadis & Odyſſeæ novem libris perſecutus eſt.

CRATES, Pergamenus, res mirandas variarum gentium literis prodidit. Vid. *Plinius 7, 21.*

CRATES, Thebanus, Cynicus Philoſophus, circa Olympiadem CXIII. claruit. Vulgò Θυρεπανοίκτης, id eſt, januarum apertor dictus eſt, quemadmodum *Plutarchus in Sympoſ. 8, 1.* refert. Nimirum Crates ille Athenis inſtar laris familiaris, ut loquitur *Apulejus 4. Floridor.* cultus eſt. Nulla domus ei unquam clauſa erat: nec erat patrifamilias tam abditum ſecretum, quin eo tempeſtivè Crates interveniret. *Suidas*, ipſum Philoſophica ſcripſiſſe perhibet.

CRATES, Thriaſius, à pago ſic dictus, tempore Alexandri M. vixit. Reliquit librum de Comœdia, teſte *Laërtio.*

CRATEUAS, Κρατεύας, ἐν Ῥιζοτομικῷ à *Dioſcoride, pag. 1. & Scholiaſte Nicandri, pag. 45.* allegatur.

CRATINUS, Κρατῖνος, Athenienſis, veteris Comœdiæ poëta, Olymp. LXXXI. claruit. *Suida* teſte, 21. Fabulas habuit, novies vicit. Ex fabulis ejus ſequentes Ἀρχίλοχοι, Βούσιρις, Βουκόλοι, Δηλιάδες, Διδασκαλίαι, Διονυσαλέξανδρος, Δραπέτιδες, Θρᾷτται, Κλεοβουλίνη, Κρῆσσαι, Μαλθακοὶ, Νέμεσις, Νόμοι, Ὀδυσσεῖς,

Ὀδυσσῆς, Πανόπται, Πυλαῖαι, Πυτίνη, Πυθαγορίζουσα ἢ Ταραντῖνοι, Σερίφιοι, Τροφώνιος, Ὧραι, mihi innotuerunt. *Lucianus* eum inter longævos numerat. Sic enim ille *in Macrobiis*, *pag. 832.* Cratinus, poëta Comicus, ſeptem ſupra xc. annos vixit, atq; ſub finem vitæ cùm docuiſſet fabulam *Pitynen*, eaq; victor evaſiſſet, haud ita multò poſt mortuus eſt.

CRATINUS, Junior, itidem Comicus, Dramata conſcripſit. Inter ea Γίγαντες, Θηραμένης, Ὀμφάλη, Τιτᾶνες, Ὑποβολιμαῖος, Χείρων occurrunt.

CRATINUS, JCtus, tempore Juſtiniani Imp. vixit, & unà cum aliis Pandectas in ordinem redegit.

CRATIPPUS, Κράτιππος, Hiſtoricus, Thucydidis æqualis, quæ à Thucydide omiſſa erant, teſte *Dionyſio Halicarnaſſeo*, ſupplevit.

CRATO (Joh.) à Crafftheim, celebris Medicus, natus eſt, An. 1519: obiit, Anno 1586. Tribus Imperatoribus, Ferdinando I. Maximiliano II. & Rudolfo II. ordine nunquam intermiſſo à conſiliis Medicis fuit. Reliquit methodum Therapeuticam, & alia. Vid. *Thuanus, l. 82.*

CRAVEL (Alf.) Hiſp. de antiquitate religionis & regulæ Baſilii Magni ſcripſiſſe dicitur.

CRAVETTA (Aym.) Savilianenſis, JCt. An. 1569. obiit. Edidit ſex Tomos Conſiliorum. Vid. *Guido Panzirolus, de JCt. 2, 180. Ghilinus, vol. 2. pag. 9.*

CRAUSERUS (Georg.) emiſit Phosphorum Novi Teſtamenti, An. 1676. item, corollas Poëticas.

CREBSIUS (Andr.) Tirocinium Juris, Anno 1613. publicavit.

CRECCELIUS (Joh.) ſcripſit de origine & fundatione omnium ferè Monaſticorum Ordinum, An. 1614.

CREDONIUS (Claud.) Annotationes in Græcas Budæi Epiſtolas, An. 1579. compoſuit.

CREGELIUS (Erneſt.) Ulzenſis, JCtus, A. 1628. natus eſt: obiit, A. 1674. Altdorffii Jura docuit. Diſputationes varias habuit de variis materiis, ex. gr. de Juſtitia & jure: de lege regia Romanor. de Juris retorſione: de Juriſdictione foreſtali: de differentiis Juris Civ. & municipalis, &c. Vid. *Henning. Witte, in JCt. pag. 541.*

CREGUTUS (Anton.) edidit diſſertationes in difficiliora S. Scripturæ Oracula, An. 1660. Item, Tractatum de ſufficientia mortis Chriſti.

CREIDIUS (Hart.) compoſuit Meditationes in Epiſt. Apoſtol. An. 1665.

CRELLIUS (Fortunatus) Philoſophus, An. 1590. obiit. Scripſit Iſagogen Logicam: item, librum de Euchariſtia.

CRELLIUS (Jac.) argumenta in omnes Vet. & Nov. Teſtamenti libros Græco carmine conſtruxit, teſte *Simlero*.

CRELLIUS (Johannes) Francus, natus eſt, An. 1599; obiit, An. 1642. In Matthæum: item in epiſtolam Pauli ad Galatas & Theſſalonicenſ. commentatus eſt. Reliquit etiam Ethicam Chriſtianam. In Photinianiſmum turpiter lapſus eſt. Vid. *Hoornbeck, T. 1. Socinianiſm, pag. 65.*

CRELLIUS (Mich.) emiſit Syllabum Græco-Biblicum, An. 1646.

CRELLIUS (Paulus) Islebienſis, Theologus, natus eſt, An. 1531: obiit, Anno 1579. Concinnavit Harmoniam quatuor Evangeliſtarum; opus Concordantiarum: item, Tract. de Juſtificatione. Vid. *Micrælius, pag. 366.*

CRELLIUS (Wolf.) ſcripſit de Pane vitæ vero.

CREMCOVIUS (Valent.) condidit Citharam Davidicam, An. 1617.

CREMENSIS (Fr.) JCtus, Singularia compoſuit.

CREMONINUS (Cæſar) Centenſis, Philoſophus, Anno 1620. claruit. Reliquit Apologiam Ariſtotelis, de Origine & Principatu membrorum, adverſus Galenum: item, Tr. de Calido innato & ſemine. Extat & ejus liber de Cœlo: *Caſp. Bartholinus in Præfat. Log.* Cremoninum vocat virum incomparabilem, & primarium Philoſophum Patavinum, imò Europæum; ſolo tempore, neutiquam verò eruditionis acumine anteceſſoribus ſuis *Zabarella* & *Piccolomineo* poſteriorem. Vid. *Imperialis in Muſeo, pag. 173. Rhodius in Scr. ſuppoſ. pag. 25.*

CREMUTIUS Cordus, Hiſt. tempore Auguſti & Tiberii claruit. Scripſit de rebus Auguſti: item, de bellis Civilibus. Vitam abſtinentiâ finivit, iram Tiberii veritus, quòd C. Caſſium Romanorum ultimum dixiſſet, uti *Tacitus*, *4. Annal.* refert.

Mortem ipſius graphicè deſcribit *Seneca in Conſol. ad Marciam, cap. 62.* Libri ejus igni adjudicati, qui tamen à Marcia filia occultati & poſtmodum editi ſunt.

CRENDELIUS (Ferd.) Germanus, Anno 1614. obiit. Edidit deſcriptiones floris Granadillæ.

CREON, κρέων, Tragicus, ἐν οἰδίποδι, à *Suida* in θυμὸς memoratur.

CREOPHYLUS, Κρεώφυλος, Aſtyclis F. juxta quoſdam Homeri præceptor fuiſſe dicitur. Alii eum Homeri generum faciunt. *Callimachus* ei carmen de capta Oechalia adſcribit. Vid. *Suidas. Pauſanias* Creophylum ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ quoq; adducit. Diverſus eſt CREOPHYLUS, quem de finibus Samiorum *Athenæus* teſtem laudat *l. 8.*

de CRESCENTIIS vel CRESCENTIENSIS (Pet.) Bonon. An. 1280. floruit. De Agricultura commentatus eſt. Vid. *Queuſtad. pag. 297.*

CRESCENTINAS (Ubertinus) A. 1470. claruit. Extant ejus Commentarii in Val. Max. & epiſtolas Cic. ad familiares. Vid. *autor Dialogi de reparat. L. L.* apud *Gif. in obſ. Lat. L. pag. 413.*

CRESCENTIUS (Deſid.) Ultrajectinus, ſcripſit de artibus reconditis regendi reſp. & dominandi, An. 1657.

CRESCENTIUS (Jul. Bernh.) JCtus, edidit Tr. de Judæorum privilegiis.

CRESCENTIUS (Marc.) JCt. Deciſiones Rotæ Rom. A. 1602. publici juris fecit.

CRESCIMBENIUS (Franc.) Bonon. An. 1608. floruit. Struxit librum Epigrammatum.

CRESCIMBENIUS (Hercul.) Bonon. An. 1596. claruit. Vid. *Bumaldus.*

CRESCONIUS, Epiſcopus Africanus, tempore Leontii Imp. floruit. Hiſtoriam eorum, quæ Johannes Patricius in Africa geſſerat, hexametris verſibus expoſuit. Idem Concordiam Canonum in CCC. capita digeſſit. Breviarium Canonum Lutetiæ, An. 1609. prodiit.

CRESOLLIUS (Lud.) Aremoricus, Anno 1634. obiit. Condidit Anthologiam ſacram: Vacationes autumnales: Myſtagogum: Theatrum Rhetorum, &c. Vid. *Alegambe, pag. 309. Leo Allatius in A. U. pag. 184.*

CRESPETIUS (Pet.) Summam Fidei Catholicæ, Romæ, An. 1602. vulgavit.

CRESPINUS (Lud.) à Borgia, edidit quæſtiones morales ſelectas, Lugd. A. 1660.

CRESPUS (Chriſt.) compoſuit Obſervationes, illuſtratas deciſionibus, Antv. An. 1667.

CRESTONUS (Joh.) Anno 1480. vixit. *Simlerus* Carmelitam vocat, & Græcum Lexicon concinnaſſe memorat.

CRESWELLUS (Joſ.) Jeſ. ſcripſit ſub nomine Philopatri contra edictum Eliſabetæ. Vid. *Braſchius in Labyrintho Apoſtat. Alegambe, pag. 285.*

CREUXIUS (Franc.) exaravit Hiſtoriam Canadenſem, An. 1625.

CREYGTO (Rob.) Anglus, Latinè tranſtulit Silv. Scuropulum de Concilio Florentino, An. 1660. fol.

CRIBELLUS (Leodriſius) Argonaurica Orphei Latinis verſibus expreſſit. Verſionem iſtam *Aldus* Valerio Flacco accudit, & Cribelli cujuſdam eſſe ait, cujus tamen ſe nomen neſcire fatetur. Ego eum An. 1481. vixiſſe & Philelpho συγχρόνον fuiſſe invenio. Meminit ejus cum honore *Æneas Silvius, c. 49. de Europ.* Vid. *Voſſ. de hiſt. Lat. pag. 537. Reineſius in Epiſt. ad Daumium, pag. 176. Barth. in 3. Theb. Pap. pag. 773.*

CRICIUS (Andr.) Polonus, Anno 1537. obiit. Ligato ſcriptionis genere impenſè oblectabatur. Elegias, epigrammata & librum epiſtolarum, ad imitationem Ovidii ad amicos conſcripſit. *Eraſmus in Ciceroniano, pag. 184.* ita ac eo cenſet: Andreas Cricius, Placenſis Epiſcopus, prorſus ingenium habet, ut ille air, *in numerato,* carmina pangit feliciter, *felicior etiam* in oratione ſoluta, præſto eſt ex tempore ſcribenti docta felicitas, ſermo perpetua quadam orationis feſtivitate jucundus. Vid. *Starovolſc. pag. 10.*

CRINESIUS (Chriſtoph.) Schlaccowald. An. 1584. natus eſt: obiit, Anno 1629. Altdorfi Theologiam docuit. Edidit Lexicon Syriacum: item, Exercitationes Hebraicas. Vid. *Hem. Witte in Theol. pag. 331.*

CRINITUS (Petrus) Florentinus, tempore Maximiliani, Anno 1505. floruit. Reliquit libros de honeſta diſciplina: item, vitas poëtarum Latinorum. *Jovius in Elog. numero 55.* memorat, eum familiarius cum nobilibus adoleſcentibus verſatum eſſe, idq; cauſam morti ipſius præbuiſſe. Nam aliquando poſt cœnam, dum

jocosè

jocosè rixatur, cantharo frigidæ à petulanti conviva perfuſus obriguit, doloreq; contumeliæ in ἀκμῇ ætatis deceſſit. Carmina ejus leguntur *T. 1. Delit. Ital. pag. 823.* Crinitus dici voluit, cum antea *Riccius* à criſpa patris coma dictus eſſet. Judicium *Scaligeri* de hoc homine vid. in *Notis* ad *Manil. pag. 34.* Confer *Oiſan. in Obſ. L. L. pag. 478. 481. 491. Salmuth. in Pancir. part. 1. pag. 77.*

CRIPIUS (Guil.) Hagienſis, carmina fecit. Vid. *T. 1. Delit. Belg. pag. 986.*

CRIPPÆUS (Bernh.) de animalium motu, Venet. An. 1566. ſcripſiſſe fertur.

CRISOLANUS, Mediolanenſis Epiſcopus, vir Græcè doctus & Latinè, ſcripſit de Trinitate: item, de Spiritu Sancto contra Græcos, teſte *Simlero.*

CRISPINUS in Heraclea, à *Fulgentio in Mythologia, pag. 150.* allegatur.

CRISPINUS (Joh.) Atrebas, JCtus, edidit Lexicon Græco-Latinum, In 4. A. 1595. Item, Commentarium de Apoſtatis.

CRISPOLDUS (Tull.) in paſſionem Chriſti, Venet. An. 1547. commentatus eſt.

CRISPUS (Joh. Bapt.) Monopolitanus, (alii faciunt Gallipolitanum.) ſcripſit de ethnicis Philoſophis caute legendis, Romæ, An. 1594. fol. Vid. *Dietericus, pag. 1. Bibl. Ant. pag. 117.*

CRISPUS (Jul. Cæſ.) Sanctamauras, Patritius Cyprius, gratulationem ad Nicol. Troillum à Leſſoth, Romæ, Anno 1606. habuit.

CRISTECUS (Theoph.) Bieczenſis, Polonus, An. 1624. obiit. Edidit ſuppreſſo nomine librum carminum. Vid. *Alegambe, pag. 431.*

CRITHEUS, Κριθεὺς, *Plutarcho lib. de ſolert. animal.* memoratur.

CRITIAS, Κριτίας, Athenienſis, Elegiam ad Alcibiadem compoſuit. Fuit etiam CRITIAS Athenienſis Sophiſta, de quo *Philoſtratus, in vit. Sophiſt. pag. 535.*

CRITIAS, de variis Rebuspublicis commentatus eſt. Meminit ejus *Clemens Alex. l. 1. Stromatum*: item, *Athenæus, l. 11.* Confer *Meurſium in Miſc. Lacon. 4, 19.*

CRIDODEMUS, Κριτόδημος, à *Plinio, hiſt. nat. 7, 56.* allegatur.

CRITOLAUS, Κριτόλαος, Peripateticus, regnante Ptolemæo Philometore, floruit. Ejus *Agellius 7, 14.* mentionem facit. Ab hoc diverſus eſt CRITOLAUS Hiſtoricus, qui Epirotica ſcripſit: item, libros Φαινομένων, quos *Plutarchus in Parallel.* allegat: *Etymologici magni Autor* etiam CRITOLAI Grammatici meminit.

CRITON, Κρίτων, Athenienſis, Socratis diſcipulus, ἔγραψε Σωκράτους ἀπολογίαν, *Suida* teſte.

CRITON, Medicus, tempore Artaxerxis Longimani claruit. Docuit artem κοσμητικὴν vel comtoriam. Ἀνακεφαλαίωσιν librorum ejus exhibet *Galenus, l. 1,* τῶν κατὰ τόπους.

CRITON, Naxius, Hiſtoricus, Octaeteridem, qua res per octennium geſtæ continentur, compoſuiſſe dicitur. Quidam *Eudoxii* eſſe autumant. Vid. *Suidas.*

CRITON, Pieriotes Macedo, Hiſtoricus, ſcripſit Παλληνιακὰ, Περσικὰ, Σικελικὰ, Συρακουσῶν κτίσιν: item, περὶ ἀρχῆς τῶν Μακεδόνων, quemadmodum *Suidas* refert. *Idem* annotat, CRITONEM quendam Γετικὰ, i. e. res Getarum ſcripſiſſe. Dictus Κρίτων allegatur ab *eodem in* ἄρη & δεισιδαιμονία. Ejus nomen quoq; *Suidæ* reſtituendum in Βοιωτίαις, ubi vulgo Κρότων legitur. Confer *Stephanum Ethnographum*, in Γετία.

CRITONIUS (Jac.) Scotus, Anno 1583. ætatis 22. gladio transverberatus eſt. Fertur Philoſophus & Theologus fuiſſe inſignis, qui de omnibus rebus promtiſſimè diſſerere potuit. *Imperialis in Muſeo, pag. 141.* ſeculi tranſacti monſtrum appellat, & 10. linguarum peritia inſignem fuiſſe memorat.

CROCARTIUS (Pet.) Bruxell. An. 1553. obiit. Extat ejus Comm. in Logicam & Phyſicam Ariſtotelis: item, in Thomam de Ente.

CROCHET (Carol.) Ethicam Paris. An. 1646. typis excudi fecit.

CROCIUS (Joh.) in Epiſtolas Paulinas commentatus eſt tribus Tomis, Anno 1663. fol.

CROCIUS (Joh. Lud.) compoſuit Antiweigelium: item, Anti-Becanum.

CROCIUS (Lud.) An. 1621. claruit. Edidit Apodixin Paræneticam de Meſſia: Tr. de perſeverantia Sanctorum: ut & tract. de vera religione & Cath. Eccleſia.

CROCIUS (Lud. Mich.) Obadiam An. 1674. notis illuſtravit.

CROCIUS (Paulus) An. 1606. Martyrologium conſcripſit, fol.
CROCQUETIUS (Andr.) Duacenas, An. 1580. obiit. Epiſtolam ad Romanos, & ad Hebræos commentariis illuſtravit. Vid. *Swertius, pag. 119.*
CROCUS (Corn.) Amſtelodamus, Anno 1550. mortuus eſt. Fecit Joſephum Comœdiam. Partem Grammaticæ Græcæ Theod. Gazæ Latinè tranſtulit. Vid. *Swertius, pag. 183. Alegambe, pag. 84. Quenſt. pag. 121.*
CROGERUS (Nicol.) ſtruxit Amphitheatrum mortis, An. 1610.: item, Monomachiam Silvani & Opidani, An. 1608.
CROISSANT (Alb.) Leodienſis, A 1638. claruit. Compoſuit 2. Satiras: quarum prior Studioſus non Studioſus: altera, puer malè moratus, vapulans à ſene, inſcribitur. Vid. *Alegambe, pag. 548.*
CROIUS (Joh.) Uticenſis, Anno 1650. floruit. Sacras Obſervationes in Novum Teſtamentum: item, Specimen conjecturarum in quædam Origenis & Tertulliani loca emiſit. Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 184.*
de la CROIX (Carolus) Montepeſſulanus, An. 1630. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 68.*
de la CROIX (Guih.) collegit Acta Epiſcoporum Carducenſium, A. 1623.
de CROIX (Petrus) Paulinas, condidit tres libros de uſu, miraculis & ſignis S. Crucis, An. 1604.
CROLACHIUS (Henr.) Gothanus, peculiarem libellum de Cultura herbæ Iſatidis elaboravit, An. 1555.
CROLLIUS (Oſw.) Wetteravus Haſſus, An. 1609. vivere deſiit. Adornavit Baſilicam Chymicam.
CROMBACHIUS (Herm.) de cultu & iconibus trium Regum, An. 1672. fol. commentatus eſt.
CROMBECIUS (Joh.) Duacenas, A. 1626. vivere deſiit. Extant ejus duo libri de Perfectionis ſtudio. Vid. *Alegambe, pag. 234.*
CROMERUS (Martinus) Warmiæ in Boruſſia Epiſcopus, A. 1589. obiit. Compoſuit 30. libros rerum Polonicarum. Chriſti reſurgentis etiam Triumphum carmine heroico celebravit. Vid. *Gbilinus, vol. 2. pag. 194. Starovolſcius, pag. 25. Funcius, part. 1. Orb. 717.*
CROMERIUS (Thomas) quinq; libros de rebus geſtis Henrici Regis, An. 1584. contexuit.
CROMMIUS (Adr.) Orſchotanus, Anno 1631. claruit. Commentatus eſt in Geneſin, Jobum, &c. Vid. *Alegambe, pag. 5.*
CRONEIN (Ciſfrancus) de merito S. Mariæ, Anno 1646. Barcinone, ſcripſiſſe dicitur.
CRONENBURGIUS (Bernh. Deſſenius) Colonienſis, Medicus, An. 1574. obiit. Reliquit libros de Medicamentorum compoſitione: item, de Peſte. Vid. *Linden, pag. 100.*
CRONIUS, Κρόνιος, *Arnobio contra Gentes* allegatur. Vid. *Scheferus de Ital. Philoſoph. pag. 180. Valeſius* in *Euſebium, pag. 121.*
CROPACIUS (Caſp.) Pelſinenſis Bohemus, A. 1680. defunctus eſt. Condidit 2. libros Cunarum Chriſti: Enconium Viennæ Auſtriæ: Duces & Reges Bohemiæ, &c. Carmina ejus edita ſunt Norimbergæ, An. 1581. curante *Meliſſo.* Confer *T. 2. Delit. Germ. pag. 945.*
CROPERTIUS (Rob.) Atrebas, Med. Regimen ſanitatis conſtruxit, A. 1539.
CROSSEN (Rich.) ſcripſit de inſipientia rationis humanæ, Gratia Chriſti deſtitutæ, in rebus fidei.
CROTTUS (Aet. Jul.) Cremonenſis, Idyllia ſeptem, Farraginum libros quatuor, Stromatum libros tres, Ferrariæ, Anno 1564. edi curavit. Confer *Tom. 1. Delit. Ital. pag. 846.*
CROTTUS (Barth.) edidit libellum Epigrammatum & Elegiarum, A. 1600.
CROTTUS (Joh.) Monteferrat. JCtus, tres libros Conſiliorum, & Tract. de Teſt. compoſuit. Vid. *Tomus 4. Tract. tract.* De ipſo Crotto *Guilb. Panzirolus, in JCt. 2. 144. Gbilinus, vol. 2. pag. 124.* legi poterunt.
CROWÆUS (Guil.) emiſit Elenchum Scriptorum in S. Scripturam, An. 1672. in 8.
à vera CRUCE (Alf.) ſcripſit Speculum conjugat. Mediolani, An. 1599.
à CRUCE (Edmund.) Trecenſis, A. 1604. obiit. Valuit carmine & verſu. Reliquit epiſtolas & orationes: item, Tract. de officio divino quotidie celebrando. Vid. *Carolus Viſch. in Ciſt. Bibl. pag. 87.*
à CRUCE (Jacobus) Vide paulo poſt, Jacobus CRUCIUS, Bonon.
à CRUCE (Joh. Andr.) Venetus, Chirurgiæ univerſalis opus abſolutum, An. 1596. publicari curavit.

CRUCÆUS (Emer.) Pariſinus, conatus eſt in novo ſuo *Cinea* modum aperire, quo principes omnes inter ſe convenire poſſent; & pacem univerſalem ſtabilire, animi potius exercēdi gratia, quàm quod rem unquam ita fieri poſſe arbitraretur; inquit *Naudæus* in *Bibliogr. polit. pag. 79.*

CRUCEJUS (Annibal) Mediolanenſ. vir raris ingenii & doctrinæ ornamentis excultus, An. 1577. obiit. Achillem Tatium de amoribus Clitoph. & Leucippes latinitate donavit. Carmina ejusdem habentur *T. 1. Delit. Ital. pag. 860.* Vid. *Thuanus, l. 64. Ghilinus; vol. 2. pag. 19.*

CRUCEMANIUS (Fr.) BibliothecamGallicam congeſſit.

CRUCIGER (Caſp.) Miſnenſis, celebris Theologus, natus eſt, An. 1504: obiit, An. 1548. In translatione Bibliorum Lutherum plurimùm adiuviſſe dicitur: erat enim Græce & Hebraicè doctus. Scripſit in Pſalmos, in Johannem, & in Symbolum Nicænum. Vid. *Albinus in Chron. Miſnenſ. pag. 352. Verheiden, pag. 4. Quenſtad. pag. 230.*

CRUCIGER (Joh.) Harmoniam 4. linguarum Cardinalium magno ſtudio & labore contexuit, An. 1616.

CRUCIUS (Jac.) Bononienſis, An. 1480. floruit. Elaboravit centum annotationes in varios Autores: quæ habentur, *T. 1. Lamp. Crit. pag. 649.* item, Annotationes in Ovidium. Vid. *Franc. Floridus, in Subciſ. lect. 3. ult.*

CRUCIUS (Jacobus) Nucerinus, A. 1637. mortuus eſt. Scripſit de optima ratione gubernandi. Vid. *Alegambe, pag. 195.*

CRUCIUS (Joh.) Belga, An. 1650. claruit. Extant ejus Mercurius Batavus, & Suada Delphica.

CRUCIUS (Joh.) condidit carmen Heroicum in horum temporum calamitatem, An. 1604.

CRUCIUS (Jul. Cæſ.) de Lira nuncupatus, Bononienſis, A. 1600. floruit.

CRUCIUS (Læv.) Aldenardinus, Anno 1548. vixit. Reliquit Florilegium Procerum Lat. Linguæ: Threnodiam in Criticos: Paræneſin ad Chriſtianos principes. Vid. *Sweert. pag. 505.*

CRUCIUS (Lud.) Olyſſiponenſis, Jeſ. An. 1604 obiit. Compoſuit poëticam Pſalmorum interpretationem: item, Tragicocomœdias ſacras, ex. gr. Prodigum, vitam humanam, Sedekiam, Monaſſem, Joſephum, Polychronium. Vid. *Alegambe, pag. 310.*

CRUCIUS (Vinc. Alſarius) Genuenſ. edidit Veſuvium ardentem, Romæ, Anno 1632. item, Conſultationem Medicam, An. 1629.

CRUDELIUS (Arſ.) ſcripſit in prædicabilia Prophyrii, An. 1599.

CRUDERUS (Georg.) notis Inſtitutiones illuſtravit, An. 1562.

CRUGERIUS (Joh.) An. 1616. obiit. Heptologium in Cruce: item, Meditationes ſacras luci publicæ donavit.

CRUGERIUS (Pancratius) An. 1546. natus eſt. Francofurti Græcam linguam docuit, Ann. 1600. Fecit Orationes, Diſp. & Carmina: item, Reſcriptum ad Nagelii Aſtronomiam novam.

CRUGIUS (Joh. Dan.) ſermones Theologicos miſcellaneos, An. 1668. emiſit.

CRUGOTIUS (Pet.) in Apocalypſin, An. 1625. commentatus eſt.

CRUMPA (Henr.) A. 1382. claruit. Reliquit determinationes Scholaſticas. Hæreſeos accuſatus eſt, quod docuiſſet, corpus Chriſti in altaris ſacramento eſſe ſolum ſpeculum ad corpus Chriſti in cœlo. Vid. *Waræus, de ſcript. Hibernic. pag. 73.*

CRUQUIUS (Jac.) An. 1578. vixit. Horatium Notis illuſtravit. Carmina etiam ſtruxit. Vid. *Sweert. pag. 300.*

CRUSENIUS (Nicol.) Moſæ Traject. Anno 1629. Viennæ obiit. Extat ejus Monaſticon Auguſtinianorum. Vid. *Sweertius.*

CRUSERIUS (Herm.) Medicus, A. 1563. vivis exceſſit. In Hippocratem præclaros Commentarios edidit. Galeni quædam & Plutarchi omnia multo fidelius, ut Critici exiſtimant, quam *Guil. Xylander*, Latine reddidit. Vid. *Thuanus, l. 59. Sweertius, pag. 341.*

CRUSIUS (Balth.) Exodum, Tragœdiam An. 1605. publicavit.

CRUSIUS (Chriſtoph.) JCtus, ſcripſit de Indiciis delictorum, An. 1668. fol.

CRUSIUS (David) Crimnizenſis, Theatrum Hermetico-Hippocraticum, Anno 1616. fabricavit.

CRUSIUS (Jac.) Bambergenſ. An. 1617. obiit. Lutheranos ſcriptis ſubinde oppugnare in more habuit. Vid. *Alegambe, pag. 195.*

CRUSIUS (Jac. Andr.) de nocte & officiis noctur-

nocturnis, Anno 1660. de eminenti dominio Principis & Reip. An. 1666. de Jure detractionis & emigrationis: ut & de Κυνοφορίᾳ, i. e. canum portatione An. eodem commentatus eſt.

CRUSIUS (Joh.) Bremenſis, Anno 1639. claruit. Edidit Deliquium Aſtri inextincti, adverſus Fr. Rom. Haiium. Vid. *Alegambe, pag. 234.*

CRUSIUS (Joh. Paul.) Argentoratenſ. natus eſt, An 1588: obiit, Anno 1629. Struxit Epigrammata: item, Drama de Crœſo: & aliud, quod Heliodorum vocavit.

CRUSIUS (Martinus) A. 1526. natus eſt: obiit, An. 1607. Tubingæ Græcas literas docuit magnâ frequentia, ita ut ob auditorum numerum, cùm aliquando Homerum legeret, auditorio acceſſionem adjungere neceſſe fuerit. Ob eruditionem ſummis viris per Germaniam, Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Sueciam, Daniam, Hungariam, Græciam, Turciam, Ægyptum & Palæſtinam paſſim innotuit. Multa conſcripſit, adeò ut ſint, qui eum 79. volumina reliquiſſe affirment. Ex his præcipuè laudantur ejus Annales Sueviæ, quos ſcripſit ἐν καλάμῳ, δημοτικῇ ἐν τῷ χάρτῃ στίχῳ, οὐ καθίσας. His adde Turco-Græciam Græcobarbaro ſtilo ſcriptam: item, Germano-Græciam. Jac. Herbrandi Compendium Theologiæ à Cruſio etiam in linguam Græcam converſum eſt. Videatur *Thuanus l. 73.*

CRUSIUS (Paulus) ſcripſit de Epochis ſeu æris temporum & imperiorum. Vid. *Adrianus Beierus, in Rect. Jenenſ. pag. 982.*

CRUTSIUS (Joh.) Directorium Conſcientiæ, Col. An. 1630. publicaſſe dicitur.

à CRUYCE (J. B.) Genealogiam Chriſti, per mundi ætates deductam, verſibus, Antv. An. 1654. expreſſit.

à CRUZAMONTE (Lud.) geſta impiorum per Francos, Rhenopoli, An. 1643. literis mandavit.

CSIPKES (G.) Hungariam illuſtratam, An. 1655. imprimi curavit.

CTESIAS, Κτησίας, Cnidius, Medicus & Hiſtoricus, tempore Artaxerxis Memorioſi claruit, circa XCIX. Olympiadem. In Perſia 17. annis verſatus eſt. Perſica 23. libris perſecutus eſt: item, Indica, ex quibus *Photius* nonnulla decerpſit. *Harpocration* ei etiam Periplum Aſiæ tribuit. Cteſiam *Plutarchus* vanitatis arguit. *Strabo* ait, tutius eſſe Homero & Heſiodo fidem adhibere, cum de Heroibus verba faciunt, quàm Cteſiæ. De ejus ſcriptis *Meurſius in Apollon. Dyſcolum, pag. 120.* item, *in Cypro, pag. 163.* legi poterit. Confer *Thomaſium, de plagio, §. 397.*

CTESIAS, Epheſius, quando vixerit, incertum eſt. Ei *Plutarchus* Περσικὰ tribuit.

CTESIBIUS, Κτησίβιος, Hiſtoricus, tempore Ptolemæi Philadelphi R. floruit. Eum citat *Plutarchus* in vita Demoſthenis. Meminit ejus etiam *Lucianus in Macrobiis, pag. 830.* Ex ſcriptoribus Hiſtoricis, inquit, Cteſibius centum & viginti quatuor annos egreſſus inter deambulandum mortuus eſt, ſicut narrat Apollodorus in Chronicis. *Phlegon Trallianus* tamen CIV. annos vixiſſe aſſerit.

CTESIBIUS, Alexandrinus, tempore Ptolemæi Evergetæ II. qui aliter Phyſcon dicebatur, claruit. Juxta *Plinium* l. 7. c. 37. Pnevmaticam rationem & Hydraulica organa reperit. Scripſit de arte machinali. Vide, quæ de eo referant *Vitruvius l. 9. c. 9. & Athenæus, l. 4.*

CTESICLES, Κτησικλῆς, compoſuit Chronica, teſte *Athenæo 6, 7.*

CTESIPHON, Κτησιφῶν, Βοιωτικά, i. e. de rebus Bœoticis: item, de arboribus & plantis, teſte *Plutarcho in Parall. & lib. de fluminib.* commentatus eſt.

CTESIPPUS, Κτήσιππος, ἐν Σκυθικοῖς à *Plutarcho de flum.* allegatur.

CUBACHIUS (Quirinus) JCtus, condidit librum generalem Brocardicorum Dd.

de CUBITO (Wenc. Payer) ſcripſit conſilium de peſte: item, Tr. de Thermis Caroli IV. Vid. *Linden, pag. 583.*

CUCCHUS (Barthol.) Bergomas, reliquit Summam rerum Theologicarum juxta doctrinam Thomæ: item, Comm. in Danielem, Zachariam, Epiſtolas Canonicas & Apocalypſin.

CUCCHUS (Joh. Bapt.) Medicus, natus eſt, An. 1558: obiit, An. 1639. Abſtemius fuit & cælebs. Scripta ejus, tribus voluminibus contenta, omnimodam erudi-

eruditionem teſtantur. Vid. *Don. Calvus, pag. 222.*

CUCCHIUS (M. Ant.) Bergomas, JCtus, 4. libros Inſtitutionum Juris Canonici: item, Juris Canonici Pentateuchum edidit.

CUCHLERUS (Fl.) diſſertationem habuit de quæſtione, utrum mundus vere, an autumno creatus fuerit, A. 1612.

CUDWORTH, Cantabrigiæ literas Hebraicas docuit. Scripſiſſe fertur contra Judæos.

CUELLAR (Henr.) edidit Comment. in Hippocratis Prognoſtica, A. 1543. fol. Vid. *Linden, pag. 235.*

CUELLAR (Joh.) Hiſp. An. 1635. obiit. Scripſit in priora 4. capita Johannis. Vid. *Alegambe, pag. 234.*

CUGNERIUS (Pet.) de Juriſdictione Eccleſiaſtica & Politica, Anno 1614. commentari cœpit.

de CUGNO (Guil.) inter JCtos refertur.

CUJACIUS (Jac.) magni nominis JCtus, An. 1590. ætatis 68. obiit. Mortuum laudavit *Claud. Mareſcalcus*, Senator Pariſienſis. A *Pithæo* vocatur primus & ultimus Juris interpres, cui, quicquid puræ nativæque lucis ei ſcientiæ undecunq; acceſſit, ætas hæc debet & poſtera debitura eſt, teſte *Thuano, l. 99.* Confer *Imperialem in Muſéo, pag.* 101. *Tollium de Inf. lit. pag. 77.* Reliquit divinum Obſervationum opus, cujus ſinguli libri 40. capitibus abſolvuntur.

CULEN (Henr.) Cortenbergenſis, edidit collationem Jubilei vet. Hebræorum, & novi Chriſtianorum, An. 1618. item, Tractatum de Decalogo.

CULMANNUS (Leonh.) An. 1548. vixit. Scripſit de ſola fide juſtificante, Baſil. item, Notas in epiſt. ad Titum.

CULPISIUS, Diſcurſus mentis Theolog. An. 1669. edi curavit.

CULTELLINUS (Auguſtinus) Florentinus, An. 1651. claruit. Vid. *Aſpaſius in Bibliotheca Aproſiana, pag. 280. Gregorius Letus in Ital. regnante, pag. 377.*

CULTELLUS (Franc.) Bononienſ. JCtus, An. 1592. floruit. Reliquit Conſilia.

CULTELLUS (Maur.) compoſuit Tract. de Donationibus.

de la CULTRE (Jul. Cæſ.) Bruxellenſis, edidit demonſtrationes Catholicas, quòd Luth. Eccleſia in eſſentialibus fidei articulis à primitiva Eccleſia diſſentiat. Videatur *Alegambe, pag. 288.*

CULVERWELLUS, ſcripſit de Lumine naturæ.

CUMANUS (Raphaël) ſuper Infortiatum ff. novum commentatus eſt.

CUMARINUS (Seraph.) Feltrenſis, Anno 1566. vixit. Conciliationes locorum S. Scripturæ collegit.

CUMBERLAND (Richard.) librum de legibus naturæ, Londini, An. 1672. in 4. typis commiſit.

CUMDIUS (Laurent.) Bibliothecam homiliarum & ſermonum priſcorum Eccleſiæ Patrum in Evangelia Dominic. & Feſt. totius anni adornavit, quam poſt ejus obitum *Gerardus Moſanus* ad finem perduxit, An. 1588 fol.

CUMEL (Franc.) Diſpp. in Thomam condidit, An. 1609.

CUMIA (Joſeph.) JCt. ſcripſit de ſucceſſione Feudali, An. 1609. Panormi.

CUNÆUS (Gabr.) Mediolan. examen Apologiæ Fr. Pultei pro Galeno, Anno 1584. publicavit.

CUNÆUS (Petrus) Fliſſingenſis, celebris JCtus, natus eſt, An. 1586: obiit, Anno 1638. Fuit Latinè, Græcè & Hebraice doctiſſimus. Conſcripſit animadverſiones in Nonni Dionyſiaca: Satiram Menippeam: & elegantiſſimum libellum de republ. Hebræorum. Vid. *Witte, in JCt pag. 199.*

CUNDISIUS (Gothofr.) Theol. Jenenſis, ſcripſit de Lege & Evangelio, An. 1649.

CUNELIUS (G.) edidit opuſculum Aſtrologicum, An. 1590.

de CUNEO (Guilh.) JCtus, ſcripſit de Muneribus. Extat *Tom. 12. Tract. tract.* Item, de materia Securitatis.

CUNERUS, reliquit ſeptem libros de Sanctis.

de CUNIGA (Franc.) Cantaber, A. 1614. obiit. Extat ejus Tract. de Trinitate. Vid. *Alegambe, pag. 104.*

CUNO (Jac.) edidit deſcriptionem automati Horologii aſtronomici.

CUNO (Matth.) JCtus, emiſit Tr. de Pactis, An. 1592. Vid. *Becm. in Proleg. de Bibl. Francof. pag. 51.*

CUNRADINUS (Henning.) Hamburgenſis, carmina exaravit. Vid. *T. 2. Delit. Germ. pag. 949.*

CUNO (Seb.) ſcripſit de Inveſtitura feudi: item, de jure dotium.

CUP (Guilh.) Not. in Inſtitutiones Juſtiniani:

ani edidit: item, Tr. de ſucceſſionibus, Franeck. Anno 1651.

CUPELLINUS (Jul.) Bononienſ. texuit Poëticum quadripartitum. Vid *Gr. Letusin Ital. regn. pag. 179.*

CUPERUS (Franc.) calamo pugnavit contra Atheos, Roterod. A. 1676. in 4.

CUPERUS (Gisbertus) Conſul Dauentrienſis, An. 1670. claruit. Edidit tres libros Obſervationum Philologicarum. Promiſit etiam Crepundia, teſte *Spanheimio de Numiſm. pag. 358.*

CUPERUS (Rod.) ſcr. de unitate Eccleſiæ & Sacramentorum, Venet. A. 1588.

CUPERUS (Laurent.) Gerardimontenſis, Anno 1594. obiit. Compoſuit libellum de dignitate hominis: & alium de quatuor noviſſimis. Extat & ejus Commentarius in Eſther.

CUPPENERIUS (Chr.) Prutenus, JCtus A. 1500. floruit. Scr. in Authent. habita, Cod. ne filius pro patre: item, de uſuris, montibus pietatis, & mercatura.

de CUPPIS (Torquatus) Romanus, Anno 1640. claruit. Habuit orationem de Paſſione Domini. Vid. *Alegambe, p. 439.*

CURÆUS (Joach.) Sileſius, Medicus, natus eſt, An. 1532: obiit, Anno 1573. Condidit gentis Sileſiæ Annales gravi judicio & ſermone luculento: item, Tract. de ſenſibus & ſenſili. Mortuum *Ferinarius* laudavit. Videatur *Zeillerus, part. 2. pag. 45.*

CURCELLÆUS (Pet.) Candenſis, Anno 1561. floruit. Vid. *Colomeſ. in Gall. Orient. pag. 28.*

CURCELLÆUS (Steph.) Genuenſis, natus eſt, Anno 1586: obiit, Anno 1657. Mortuo parentavit *Arn. Pœlenburgius.* Scripſit contra Amyraldum: item, Quaternionem diſſertationum Theologicarum. Opera ejus ſimul prodierunt, Amſt. An. 1675. fol.

de nova CURIA (Fr.) Brugenſis, An. 1562. obiit. Struxit tres Tomos ſermonum. Vid. *Wadding. in Scr. O. M. pag. 125.*

CURIANDER (Abel) edidit vitam *Joh. Druſii* unà cum titulis ſcriptorum Anno 1616.

CURIATIUS Maternus, poeta, reliquit Medeam & Thyeſten, quemadmodum ex *Scriptore de Cauſis corruptæ Eloquentiæ* apparet. Vid. *Glandorpius in O. R. p. 289.*

CURIEL (Joh. Alf.) in 1. 2. Thomæ, An. 1621. commentatus eſt.

CURIKE (Reinold.) JCtus, ſcripſit de jure maritimo Hanſeatico, An 1666.

CURIO (Cæl. Aug.) deſcriptionem belli Meſitenſis, Anno 1568. typis mandavit.

CURIO (Cæſ. Secundus) Taurinalpinus, natus eſt, An. 1503: obiit, Anno 1569. ætatis 67. Philoſophiæ & eloquentiæ ſtudia per 23. annos Baſileæ publicè profeſſus eſt. Condidit Forum Romanum. Vid. *Thuanus, l. 46. Cruſius in Germano-Græcia, pag 302.*

CURIO (Jac.) natus eſt, Anno 1497: obiit, Anno 1572. Heidelbergæ Medicinam docuit. Conſtruxit Chronicon à C. O. usq; ad Annum Domini 1558.

CURIUS Fortunatianus, vitam Maximi Pupieni Imp. in literas redegit, teſte *Capitolino.* Extant ejusdem Curii artis Rhetoricæ libri tres, opus eruditum, in quo Hermagoræorum doctrinam pl.. nè expreſſit. *Voſſ. de Nat. Rhet. pag. 94.*

CURIUS (Pet.) edita Gramm. Gr. & Latinâ, An. 1530. innotuit.

CUROPALATES (Joh.) Κυρωπαλάτης, aliàs *Scylitzes* dictus, circa finem ſeculi xi. claruit. Supereſt ejus Compendium Hiſtoricum, quod ab Anno 811. incipit, & in Nicephoro Botoniate vel in A 1078. deſinit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 247. Thomaſius, de plagio, §. 400.* Vide, SCYLITZES.

CURSIUS (Pet.) carmina elaboravit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 864.*

de CURTE (Luchus) JCtus, allegationes in materiam confinium edidit.

de CURTE (Rochus) JCtus, ſcripſit de Jure Patronatus, Venet. An. 1584. Vide, CURTIUS.

CURTERIUS (Joh.) Anno 1583. claruit. Hieroclis Philoſophi Comment. in aurea Pythagoræ carmina Latinè interpretatus eſt.

de CURTILI (Bonus) Brixienſis, JCtus, ſcripſit de Nobilitate. Extat *Tom. 16. Tract. tract.*

CURTIUS (Quint.) Rufus, ſcr. X. libros de rebus Alexandri Magni, quorum duo priores periere. Quando vixerit, variant eruditi. Quidam ſub Auguſto vixiſſe exiſtimant, ut *Pithœus* & *Bongarſius.* *Lipſius* eum Claudio coævum judicat. *Rutgerſius l. 1. Var. lect. c. 19.* tempore Veſpaſiani vixiſſe, aſſerit. Alii ad tempora Trajani eum referunt. Cum Rutger-

Rutgerſio *G. Joh. Voſſius* facit *l. 1. de Hiſt. Lat. c. 28.* Diſſentit ab his omnibus *Caſp. Barthius, in Notis majoribus ad Claudianum, pag. 1164.* ubi ita ſcribit: Ego Curtium cum toto flore eloquentiæ ſuæ non multo antiquiorem Claudiano noſtro arbitror, utpote cujus dictio declamatorium acumen ad Panegyriſtarum affectiones jam dum inclinet, ſiquidem veritati præjudicia prævalere non ſuſtineamus. Certè tam veterem eſſe, quam volunt pleriq;, minimè credidero, cum tot Grammaticorum nemo ullus ejus mentionem faciat, præcipuè non paucis in eo apparentibus dignis nota & obſervatione. Et quæ frons *Quintiliano* fuerit inter hiſtoricos iſtum non referenti; ſi ante eum vixiſſet? Minimè omnium eo eloquentiæ magiſtro antiquior eſt Curtius. Me ſi quis audiet, hæc verba (ex libro 10. Curtii: *Proinde jure meritoq; Pop. Romanus ſalutem ſe principi ſuo debere profitetur &c.*) de Theodoſio exaudiet. *Novum* enim *ſidus* novam domum innuit; duo filii *firmitatem ejus*: at antiquum jam imperium, imo penè exoletum verba illa, *non ergò revireſcit ſolum, ſed etiam floret.* Contritum enim quodammodo tot tyrannorum incurſibus & innumeris ante hunc principem tumultibus ab eo demum auctoritatem reſumſit. Hæc *ille*. Alfonſus, Aragoniæ Rex, cum aliquando graviter ægrotaret, Curtii hiſtoria lecta, ſubito convaluit, miſſisq; Medicis Curtium pro ſuo ſoſpitatore agnovit, teſte *Antonio Panormitano.*

CURTIUS Valerianus, Orthographus, à *Caſſiodoro de Orthogr. pag. 962.* allegatur.

CURTIUS (Albertus) Monacenſis, natus eſt, An. 1600. Conjurationem Alb. Fridlandi Latinè expreſſit, An. 1635.

CURTIUS (Bened.) Symphorianus, conſcripſit 30. libros hortorum, An. 1560. fol.

CURTIUS (Corn.) Bruxellenſ. Elogia virorum illuſtrium ex ordine Eremitarum S. Auguſtini, An. 1636 edidit: item, librum e Clavis Dominicis, An. 1622.

CURTIUS (Franc.) ſenior, Papienſis, JCt. An. 1495. obiit. Scripſit de Transactionibus. *Epitaphium* ejus tale occurrit:

Sacrarum interpres legum ſanctiſſimus olim
Franciſcus, patriæ gloria magna ſuæ,
Quem Probitas, quem cana Fides, pietasq; deorũ
Fecerat, hoc poſitum marmore corpus habet.

Vid. *Guido Panzirolus in JCt. l. 2. c. 119.*

CURTIUS (Franc.) junior, itidem JCtus, A. 1533. obiit. Reliquit opus de Feudis. Vid. iterum *Panzirolus, l. 4. c. 154.*

CURTIUS (Jacobus) Brugenſis, JCtus, edidit tres libros Εἰκαςῶν, Anno 1554. Vid. *Sweertius, pag. 360.*

CURTIUS (Jacobus) librum de Matheſ. & Aſtronomiæ certitudine, An. 1616. exaravit.

CURTIUS (Lancinus) Mediolanenſ. An. 1490. claruit. Græcis & Latinis literis ſatis inſtructus fuit. Stilo utroq; ſcaber & obſcurus *Jovio in Elog. numero 60.* viſus eſt. Elaboravit ſilvas. Epigrammata ejus prodierunt Mediolani, An. 1521. fol. In libris Epigrammatum videre eſt (inquit *Jovius*) in multa duritie nonnunquam molles facetias, quæ riſum falsè permoveant. Vid. *Reineſius in Epiſt. ad Daum. pag. 15. & 26.*

CURTIUS (Matth.) Papienſis, Medicus, An. 1544. ætatis 70. obiit. In *Epitaphio* dicitur Hippocratis & Galeni vindex, qui ſalutis augurium egit, medicinamq; excercendo & docendo ipſe valens ſemper excoluit. Edidit in Mundini Anatomen explicationem: item, Methodum doſandi.

CURTIUS (Nicol.) libellum ſcripſit de Medicamentis lenientibus, præparantibus & purgantibus, An. 1575.

CURTIUS (Nic.) Encomium urbis & univerſitatis Lovanienſis carmine elegiaco compoſuit.

CURTIUS (Rochus) Tigirienſis, JCtus, An. 1515. floruit. De conſuetudine & Jure patronatus commentatus eſt. Vide, CURTE.

CURTIUS (Seb.) Theol. texuit faſciculum demonſtrationum Theologicarum, An. 1672. item, libellum de fundamento ſalutis & articulis fundamentalibus, An. 1664.

CURTZIUS (Joh. Jac.) Pragenſis, Anno 1638. claruit. Virtutes Ferdinandi II. Italicè expreſſit. Vid. *Alegambe, pag. 251.*

CUSANUS, vel, de CUSA, (Nicol.) Cardinalis, vir in omni literarum genere doctiſſimus, Mathematicus, Philoſophus, Theologus, A. 1464. ætatis 63. obiit. Reliquit Cribrationem Alcorani: librum de docta ignorantia: Dialogum in principiũ Geneſ. tantæ obſcuritatis, ut vix à doctiſſimis poſſit intelligi. Vid. *Ph. Labbe, T. 2.*

Diſſ. pag. 116. Ghilinus, vol. 2. pag. 199. Olearius, pag. 326.

de CUSENTIA (Theoph.) in Apocalypſin de recidivo ſtatu Eccleſiæ & triplici Væ commentari aggreſſus eſt.

CUSPINIANUS (Joh.) alias *Spiesbammer*, Sweinfurtenſis, Philoſophus, Medicus, Poëta, Orator, Hiſtoricus, An. 1529. quo Solimannus Viennam obſidere cœpit, obiit. Scripſit de Conſulibus & Imperatoribus Romanorum: item, Hiſtoriam Auſtriæ. Vid. *Lambecius in Bibl. Vienn. l. 1. c. 36. & l. 2. pag. 1011. Ghilinus, vol. 1. pag. 81. Hanckius, part. 2. pag. 126.*

CUSTOS (Dom.) A. 1611. Stemmata Chriſtianorum Principum in lucem emiſit.

CUSTOS (Guil.) Lov. JCt. A. 1454. obiit. Tr. de uſuris & annuis reditibus elaboravit.

CUSTOS (Joh.) Brechtanus, Anno 1526. obiit. Extat ejus Grammatica Lat.

CUTHENUS (Mart.) Hiſtoriam Bohemicam conſcripſiſſe fertur.

CUTSEMIUS (Pet.) Clivo Veſalienſis, An. 1610. vixit. Edidit Apologiam pro Saxonia Catholica, Col. A. 1620. item, Tractatum de Calvini cauſa deſperata.

CUVELIER (Mich.) annonam ſpiritualem condidit.

CUYCKIUS (Henr.) Culenburgenſis, Epiſcopus Rurenus, Anno 1609. obiit. Extat ejus liber de anno Jubilæo: item, Speculum Concubinariorum. Vid. *Vernulæus in Acad. Lovan. pag. 280. & Val. Andr. in Faſt. Lov. pag. 127.*

CYDIAS, Κυδίας, in oratione de dividendo agro Samio, ab *Ariſtotele in Rhetor, 2, 6.* allegatur.

CYDIPPUS, Κύδιππος, Mantinenſis, ἐγράψε περὶ τῶν Εὑρημάτων, i. e. de inventione rerum, teſte *Clem. Alex. lib. 1. Strom.*

CYDONIUS (Baſ. Zancharolus) Cretenſis, Orationem de laudibus Thomæ Aquinatis, An. 1650. habuit.

CYDONIUS (Demetrius) Κυδώνιος, Theſſalonicenſis, ſeculo 14. circiter obiit. Scripſit de Proceſſione Spiritus Sancti: item, de divinitate Filii, contra Eunomium. Vertit quoq; nonnulla Græcè, ut Thomæ Aquinatis Summam contra Gentes, ejusdemq; Summæ Theologicæ primam & ſecundam partem: ut & Richardi confutationem legis Mahumetanæ, & ipſummet Alcoranum. Vid. *Olearius, pag. 130.*

de CYGNE (Mart.) ſcripſit de arte Poëtica: item, librum de explanatione Rhetoricæ, Colon. An. 1670.

CYLLENIUS Petianus, Κυλλήνιος Πετιανὸς, Græcus poëta, epigramma reliquit. Extat in *Anthologia, l. 1. c. 57.*

CYLLENIUS (Bernhardinus) Veronenſis, compoſuit Comment. in Tibullum. *Caſp. Barthius in 4. lib. Theb. Statii Papinii* ita annotat: *Cyllenii* labor multis locis illuſtrat clarius optimum poëtam (Tibullum) quàm ex ejus ævo ſperari penè poterat. Edidit enim ſua Commentaria Romæ, An. 1475. Pollicetur in fine longiora hypomnemata in Catullum & Propertium, Peregrinationum nomine inſcribenda, ſi rectè mentem hominis capio. Vellem præſtitiſſet. Delectant enim illi literarum renaſcentium athletæ, magnis viribus barbariem domare aggreſſi, etſi non faventibus ſemper ſucceſſibus. Labor ſanè talium multa pro his temporibus plana fecit. Quo cùm carere delicati noſtri andabatæ volunt, ſubmittere priſtinis tenebris vexilla incipiunt brevi tempore amittenda. *Hæc ille.*

CYLLENIUS (Raph.) edidit Tabulas Rhetoricas, Venet. An. 1571.

CYNÆTHUS, Κύναιθος, Chius, Olymp. LXIX. vixit, & primus Syracuſis carmina Homeri conſarcinavit, publicéque recitavit, ut eſt apud *Anonymum in Deſcriptione Olympiadum.* Vid. *Scholiaſtes Pindari in Nem. pag. 256: item, Meurſius de Archont. Athen. 2, 1.*

CYNNAMUS, Hiſt. Græcus. Vide, CINNAMUS.

CYNTHIUS, Cemetenſis, poëſi celebris factus eſt. *Autor Dialogi de Linguæ Lat. reparatione, p. 404.* Nec Cynthius Cemetenſis (Æmiliano) Cimbriaco minor: ac neſcio, an majorem etiam laudem in utroq; genere carminis adeptus. Fortaſſis idem eſt cum Cynthio Anconitano, de quo *Pierius Val. in lib. de J. L. pag. 154.*

CYNTHIUS (J. Bapt.) Ferrarienſ. Anno 1573. obiit, annos 69. natus. Reliquit prælectiones in Codicem, quæ prodierunt Lugd. Anno 1547. Videatur *Thuanus, l. 56.*

CYNTHOLZ (Joh.) Germ. JCtus, de conſanguinitate commentatus eſt. Extat *T. 9. Tract. tract.*

CYNUS, Piſtorienſis, JCtus, reliquit prælectiones in Codicem, quæ prodierunt Lugd. An. 1547. Vide, CINUS: item, SIGISBULDUS.

CYPARISSIOTA (Joh.) Κυπαρισσιώτης, cognomine Sapiens, ſeculo XI. vixit. Compoſuit Expoſitionem eorum, quæ de DEO dicuntur, 10. decadibus conſtantem. Eam primus edidit *Fr. Turrianus*, cum Scholiis, Romæ, An. 1581. Confer *Olearium in Abaco, pag. 265.*

CYPRÆUS (Joh. Adolphus) condidit Annales Eccleſiaſticos Sleſw. & Holſatiæ.

CYPRÆUS (Paul.) JCtus, A. 1600. floruit. De Jure Connubiorum, ſcripto tractavit. *C. Barth. in Claud. pag. 1287.* vocat non inhumanum, ſed doctiſſimum JCtum.

CYPRÆUS (Stephanus) A. 1587. floruit. Texuit Genealogias Gallicas.

CYPRIANUS (Cæcilius) A. C. 250. Carthaginienſis Epiſcopus factus eſt. An. C. 260. martyrii corona decoratus fuit. Judicium de Cypriano honorificum apud *Lactantium l. 5. Div. Inſt. c. 1.* occurrit, ubi eum ornatum in eloquendo, facilem in explicando, potentem in perſuadendo fuiſſe tradidit. *Alſtedius* Cyprianum vocat Chriſtianorum Cæſarem. Scripta Cypriani *Bellarm. l. de Scr. Eccl pag. 42.* enumerat, ſimulq; dubia ab indubitatis diſcernit. Vid. *Rivetus, T. 2. Oper. p. 1093. Olearius in Abaco, pag. 123.*

CYPRIANUS, Huergenſis, A. 1560. obiit. Vulgò *Hiſpaniæ Phœnix* dictus eſt. Commentatus eſt in Jobum, Eſaiam, Jeremiam, Nahum, Matthæum, Johannem & Apocalypſin. Vid. *Carolus Viſch, in Ciſterc. pag. 73.*

CYRIACUS, cognomine Antiquarius, Anconitanus, vixit tempore Friderici III. Vitas Imperatorum ſtilo expreſſit.

CYRIACUS, JCtus, quatuor Tomos controverſiarum Juris edolavit.

CYRIANDER (Uranoph.) edidit Hiſtoriam meteorologicam, An. 1657. Eſt nomen fictum. Verus autor eſt *Hermannus*, Princeps Haſſiæ.

CYRILLUS, Κύριλλος, Alexandrinus Epiſcopus, tempore Concilii Epheſini, A. C. 432. claruit. Opera ejus Pariſiis, A. 1605. duobus Tomis incluſa, impreſſa ſunt. Vid. *Rivetus, Tom. 2. Operum, pag. 1141. Olearius, pag. 124.*

CYRILLUS quidam Gloſſarium Græco-Latinum condidit, quod extat. De quo ita *Barthius ad 2. Theb. Pap pag. 579.* In Cyrilli Gloſſario Græco-lat. multæ ſunt Latinæ voces, ab autore ad explanandas preſſius Græcas confictæ. Quia tamen & ad Græcas, Horatii monitu, compoſitæ, & non abhorrent pleræq; Romæ genium, non dedigner eas vel iſto auctore recipere, augendæ linguæ quæ ad transmarinam ſanè paupercula eſt. *Hæc ille.*

CYRILLUS, Hieroſolymitanus Epiſcopus, juxta *Bignæum*, A. 385. obiit. Compoſuit Orationes Catecheticas, teſte *S. Hieronymo.* Vid. *Ph. Labbe, T. 1. diſſert. pag. 247. Rivet. T. 2. Oper. pag 1104. Olearius, pag. 126.*

CYRILLUS, Scythopolitanus. Vid. *Mallincrot. pag. 18.*

à S. CYRILLO (Thomas) Luſitanus, Anno 1637. claruit. Gloriam matris Eccleſiæ, An. 1638. fol. ſtilo celebravit.

CYRILLUS (Decius) ſcr. de iis, quæ Confeſſionario ſcitu ſunt neceſſaria, A. 1642.

CYRINUS, Κυρῖνος, Nicomedienſis, Sophiſta, à *Philoſtrato, in Vitis Sophiſt. pag. pag. 569.* commendatur.

CYRSILUS, Κύρσιλος, Pharſalius, *Straboni, l. 11. pag. 530.* memoratur.

CYRUS, Κῦρος, Panopolita, poëta, tempore Theodoſii Junioris claruit. Epigrammata ejus nonnulla in *Anthologia Gr. Epigr.* occurrunt. Tandem Epiſcopus Cotyæi in Phrygia creatus eſt. Vid. *Suidas* in Κῦρος. Confer *Reineſium in Var. lect. 3, 14.*

CYRUS Theodorus Prodromus. Vide, PRODROMUS.

CYRUS (Matth.) artem moriendi, Anno 1613. excogitavit.

CYSATUS (Joh. Bapt.) Lucernenſis, Helvetius, Matheſin Ingolſtadii docuit. Edidit Mathemata anatomica de Cometa Anni 1618. Videatur *Alegambe, p. 223.*

CZANACIUS (Matth. Mart.) ſcripſit de Controverſiis inter Jac. Martini & Keckermannum, An. 1625.

CZARADZKI (Greg.) compoſ. Syntagma Proceſſus Judiciarii, Cracoviæ, An. 1612. Vid. *Starovolſc. pag. 117.*

CZECANOVIUS (Silv.) ſcr. de corruptis moribus Pontificiorum & Evangelicorū.

CZERNOVICIUS (Joh.) ſex libros de bello Pannonico, An. 1619. publicavit.

CZOCHIUS (Andr.) JCtus, A. 1580. obiit, ætatis 62. Vid. *Juſtus in Chron. Franc. p. 31.*

D.

DABELUS (Marcus) Perſa, Romæ Arabicæ linguæ profeſſor, verſionem in 6. Canonis Avicennæ librum, textui Arabico parallellam, orbi literato communicavit.

DABERCUFIUS (Matth. Marc.) 2. libros quæſtionũ Gramm. Gr. A. 1577. exaravit.

DACA (Alf.) Hiſp. Medicus, edidit 3. libros de ratione cognoſcendi cauſas & ſigna tam in proſpera, quam in adverſa valetudine urinarum, earumq; veris judiciis & prænunciatibus, Hiſpali, An. 1577. in 4.

DACA (Didacus) Colmenarienſis, Hiſp. in 2. caput Jacobi, An. 1626. commentatus eſt. Vide, DAZA.

DACHERIUS (Lucas) Quintinopolitanus, Spicilegium veterum Scriptorum, qui in Galliæ Bibliothecis, maxime Benedictinorum, latuerant, 4. Tomis, Pariſiis, Anno 1665. in 4. edi curavit.

DACHIUS (Sim.) Memelenſis, poëta, natus eſt, A 1605: obiit, A. 1659. In alma Regiomontana Univ. Poëſeos profeſſor fuit.

DACHRÖDEN (Caſp.) emiſit Ingenii luſum tempore luctus, An. 1621.

DACIER (Nic.) Trecenſis, Synopſin Methodicam omnium pharmacorum, Anno 1614. adornavit.

DACIUS, Mediolanenſis Archiepiſcopus, A. C. 1074. obiit. Reliquit Chronicon. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſ. de Scr. Eccleſ. pag. 249. Olearius in Abaco, pag. 128.*

DACQUETUS (P.) Medicus, in Cornel. Celſum commentatus eſt.

DACRIANUS (Pet.) Abbas, ſeculo IIX. claruit. Condidit ſpeculum Monachorum. Vid. *Olearius, pag. 128.*

DACTIUS (Andr.) Florent. A. 1540. flor. Æluromyomachiam ſcr. Carmina ejus ex parte leguntur *T. 1. Del. Ital. p. 875.*

DADINUS (Ant.) de Ducibus & Comitibus Prov Galliar. A. 1643. egiſſe dicitur.

DADIS, Δάδις, Græcus autor, Geörgica compoſuit. Videatur *Varro l. 1. c. 1. & Columella 1, 1.*

DADIUS (Andr.) Medic. D. & inſignis Philoſophus, A. 1557. Viennæ clar. ibiq; primus Quotlibetarius fuit, teſte *Edero, p. 91.*

DADRÆUS (Joh.) Locos communes ſimilium & diſſimilium congeſſit, A. 1594.

DAELHEMIUS (Mich.) Haſſelenſis Eburo, Lipſii familiaris, conſcripſiſſe fertur 36. Comœdias ac Tragœdias. Videatur *Sweertius in Ath. Belg. pag. 564.*

DAES, Δάης, Coloneus, Hiſt. à *Strabone l. 13. pag. 612.* allegatur.

DAGONEAU (Joh.) Suſannam Danielicam, Paris. An. 1612. publicavit.

DAGONELUS (Pet.) edidit Regulas Saleſianas, Colon. An. 1660.

DAIMACHUS, Δαΐμαχος, Platæenſis, tempore Regis, Ptolemæi Lagi, floruit. Fuit unus é Comitibus Alexandri Magni, &, teſte *Strab. l. 1.* legatione ad Allotrachardem, Indiæ regem, functus eſt. Indica, teſte *Athenæo l. 9. & Harpocratione* in ἐγγυθήκῃ, compoſ. *Strabo* Daimacho in pleriſq; fidem derogandam eſſe aſſerit. *Euſtathius in 2. Iliad.* eundem ἐν πολυϊστορικοῖς ὑπομνήμασιν allegat. *Hier. Magius l. 2. Var. lect. c. 8.* hæc hypomnemata manuſcripta ex Creta Venetias advecta vidiſſe ſe memorat.

DAINEFFUS (Greg.) Leodius, de triplici mundo, Divino, Angelico & Humano, An. 1639. fol. commentatus eſt.

DAJUS (Joh.) de Britannicarum Eccleſiarum antiquitate librum reliquit.

DALBITIUS (Chriſt.) ſcripſit de Exorciſmo in Baptiſmo Infantum, An. 1602.

DALBURGIUS (Joh. Camerarius) Anno 1603. obiit. Erat Epiſcopus Wormacienſis. Collegit, teſte *Trithemio*, aliquot millia dictionum Græcarum, quæ in utraq; lingua, Græca & Germanica, idem *ſignificant.* Vid. *Simlerus.*

DALECHAMPIUS (Jac.) Cadomenſis Medicus, An. 1600. claruit. Plinii Hiſtoriam Naturalem recenſuit, & perpetuis notis illuſtravit. *Scaliger in Primis, pag. 47.* ejus audaciam in corrigendis ſcriptoribus reprehendit. *Caſp. Barthius in 1. Achill. Pap. p. 1639.* Plinianas ejus notas & doctrinæ & ingenui candoris non admodum uberem hominem arguere obſervat.

de DALEN (Mich.) ſcr. Caſus ſummarios librorum Decretalium, An. 1476. fol.

DALESIUS, Analyſin in Epiſtolas ſacras confecit.

DALGARNO (Georg.) Artem ſignorum ſive Characterem univerſalem, & Lexicon Grammatico-Philoſophicum, Londini, A. 1661. typis mandavit.

DALION, Medicus & Herbarius, à *Plinio*, *l. 20. c. 27.* citatur. Videatur *Mallincrot. pag. 20.*

DALLÆUS (Joh.) Gallus, An. 1655. claruit. Scripſit de uſu Patrum in Theologia: item, ſeptem libros de pœnis & ſatisfactionibus humanis. Vid. *Tom. 2. Ephemerid. Hedovill. pag. 444.*

DALLERIUS (Leobinus) Aurelianus, JCtus, de Apoſtolicis mandatis commentatus eſt. Vid. *T. 15. Tract. tract.*

DALMATA (Hermann.) Chronicon Saracenorum evulgavit.

DALMATA (Julius) An. 1460. vixit, & Tr. de animæ potentiis conſcripſit.

DALMATA (Trypho) ob ſurreptos quingentos aureos, mœrore obiit. Erat Philoſophus & poëta acutus, ingenioſus & terſus. *Pierius Valer. de Inſ. Lit. pag. 161.* aff. ſuam ætatem rariſſimos habuiſſe, quos Latinarum Græcarumque cognitione Tryphoni conferre poſſet. Addit, ipſum Timonico fuiſſe ingenio, adeò ut humanum genus omne evitaret, nulliusque contubernium ultra triduum ferret.

DALMATIUS, Epiſc. Cyzicenus, *Photio*, *Cod.* xcirx memoratur. Vid. *Mallincr. p. 18.*

DALMAYDA (Eman.) Luſitanus, Hiſtoriam generalem Æthiopiæ Luſitanico idiomate exaravit. Eam Balth. Tellez, Conimbricæ, An. 1660. fol. edi fecit.

DALMEIDA (Georg.) texuit Indicem librorum prohibitorum, An. 1581.

DALNERUS (Andr.) JCtus, de Renunciationibus, Anno 1608: item, de Jure hominis, An. 1614. commentari cœpit.

DALVINUS, ſcripſit de poteſtate Epiſcoporum, Paris.

DALUS (Iſid.) librum de actibus humanis, Paris. An. 1671. fol. publicavit.

DAMAGETUS, Δαμάγητος, inter Gr. Poetas occurrit, in *Anthol. L. 1. c. 1. l. 3. c. 5.*

DAMAS, Δάμας, vitam Eudemi Peripatetici ſcripſit, notante *Simplicio in præfat. ad l. 2. περὶ φυσ. ἀκροασ.* Vid. *Jonſius, de Scr. Hiſt. Ph. pag. 333.*

DAMASCENUS (Joh.) Δαμασκηνὸς, Anno 735. tempore Leonis Iſauri & Conſtantini Copronymi claruit. *Cedrenus & P. Diaconus* tradunt, eum *Manſor* dictum eſſe, quod ille per Λύτρωθεν, hic per redemptum exponit. *Seldenus de Succeſſ. pag. 26.* vocem Λύτρωτος ex λυτρώμενος corruptam eſſe autumat. *Manſur* Arabibus vindicatum, ſervatum denotat. Compoſuit autem inter alia quatuor libros de Fide Orthodoxa, quibus ipſe primus Theologiam ordine complexus eſt. Ejus ductum poſtea *Petrus Lombardus* & Scholaſtici ſecuti ſunt. Damaſceni opera, Syriacè ſcripta, *Guil. Poſtellus* ex Oriente attulit, & Ottoni Henrico, Electori Palatino, unà cum aliis manuſcriptis oppignoravit. Vid. *Hornius in Hiſt. Phil. l. 6. c. 2. Olearius in Abaco, pag. 248.*

DAMASCIUS, Δαμάσκιος, Damaſcenus, Stoicus Philoſophus, Simplicii diſcipulus, tempore Imp. Juſtiniani vixit. Condidit Commentarios in Platonem: librum de Principiis, & hiſtoriam Philoſophicam, uti *Suidas* obſervat. *Photius* autor eſt, Damaſcium ſtruxiſſe quatuor libros Παραδόξων, in quibus agat de Dæmoniis, & de Animis à morte apparentibus. Vid. *Jonſius de Scr. Hiſt. Ph. 3, 19. pag. 306. Voſſ. de Nat. Rhet. pag. 64.*

DAMASTES, Δαμάστης, Sigeenſis, Hellanici diſcipulus & æqualis, reliquit duos libros de parentibus & majoribus eorum, qui ad Trojam militarunt, teſte *Suida*. Citatur etiam à *Valerio Max. 8, 13.* Videatur *Jonſius 1, 4. pag. 25.*

DAMASTIUS (Joh.) Gandenſis, vulgavit Elegias, Epigrammata, &c.

DAMASUS, Romanæ urbis Epiſcopus, tempore Valentiniani & Valentis floruit, & ſub Theodoſio penè octogenarius obiit, A. C. 384. Vid. *Suidas*. Reliquit Carmina & hymnos. Quidam huic Damaſo *Pontificale* (librum ita dictum) tribuunt, refragantibus *Bellarmino & Baronio*. *Voſſius* mavult id Anaſtaſio adſcribere. Certe *S. Hieronymus*, cùm de Damaſo ageret, Pontificalis nullam mentionem facit: & in ipſo opere nonnulla occurrunt, quæ Damaſo indigna ſunt. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. diſſ. pag. 251. Salmaſius in Apparatu, pag. 11. Rivetus, Tom. 2. Oper. pag. 1112. Olearius in Abaco, pag. 128.*

DAMASUS (Wilh.) ſcripſit pro religionis Catholicæ pace & concordia, ad Germ. An. 1568.

DAMHOUDERIUS (Jodocus) JCt. natus eſt, A. 1507: obiit, A. 1581. Extat ejus Enchiridion rerum criminalium: Exegeſis ſubhaſtationũ, & alia. Vid. *Sweert p. 492.*

DAMCKEN (Bernh.) Hamburgenſ. fecit

Notas in Agapetum & Baſilium, Anno 1633. Eas *Caſp. Barthius in Silv. Statii, pag. 377.* magnoperè commendat.

DAMIANI (Joh.) inter Græcè doctos hujus temporis refertur. Vid. *Greg. Letus in Ital. regnante, pag. 177.*

DAMIANI (Petrus) à fratris nomine ita dictus, A. C. 1072. obiit. Reliquit Epiſtolas & Sermones. In epiſtola quadam ad Dominicum ſcribit, animas defunctorum die Dominico refrigerium pœnarum habere & in avicularum figura de l.cu Averni exire; id quod ipſi Pontificii ſine riſu legere nequeunt. Vid. *Phil. Labbe, T. 2. Diſſ. pag. 201. Olearius, pag. 370. Caſp. Barthius in Claud. pag. 528.* vocat doctum & eloquentem autorem.

DAMIANUS, Δαμιανὸς, Epheſius, Sophiſta, tempore Severi Imp claruit, teſte *Suida*. Vid. *Philoſtratus, in Vitis Sophiſt. pag. 564.*

DAMIANUS (Coſmas) Perpinianenſis, An. 1566. obiit. Extat ejus Comm. in Cant. Cant.

DAMIANUS (Jac.) Synopſin primi ſeculi Societatis Jesu, Tornaci, An. 1641. edidit. Vid. *Alegambe, pag. 195.*

DAMIANUS (Tertius) Viſſenacus, ſcripſit de Hydronoſo.

DAMIPPUS, Δάμιππος, Pythagoricus, de Prudentia & bona fortuna, à *Stob. ſerm. 3. pag. 43.* allegatur.

DAMIS, Δᾶμις, Aſſyrius, tempore Domitiani Imp. vixit, & Apollonium Tyaneum ſectatus erat, cujus etiam acta literis perſecutus eſt, quemadmodum *Philoſtratus l. 1. de Apollonio* teſtatur. Meminit ejus quoq; *Suidas.*

DAMMANNUS (Adrianus) Gandavenſ. An. 1578. floruit. Bartaſii Septimanam verſibus heroicis expreſſit. Reliqua ejus carmina *T. 2. Delit. Belg. pag. 1.* occurrunt. Vid. *Sweertius in Ath. Belg. pag. 94. Sanderus in Gandavenſibus Script. pag. 13.* Hadr. Damantium vocare videtur.

DAMOCHARIS, Δαμόχαρις, Gramm. inter Græcos poetas locum occupat. Vid. *Anthol. l 3. c. 24. l. 4. c. 19.*

DAMOCRATES, Δαμοκράτης, Medicus, de arte Medica carmine modulatus eſt, quemadmodum ex Galeno & Plinio cognoſcere licet. *Quidam* Servilium Damocratem vocant & Plinii æqualem faciunt.

DAMOCRITUS, Δαμόκριτος, vetus autor, librum de inſtruendis aciebus compoſuit. *Suidas* refert, ipſum etiam de Judæis ſcripſiſſe, & inter alia affirmaſſe, Judæos ſolitos adorare caput aſini; quod gentilium fabulis merito accenſendum, qui, dum de Judæis agunt, indigna & nefanda iis affingere ſolent. Confer *eundem, in voce* Ἰούδας.

DAMON, Δάμων, Cyrenæus, teſte *Laërtio in Thalete*, de Philoſophis librum conſtruxit.

DAMON, Periclis præceptor, ἄκρος σοφιστὴς à *Plutarcho in vita Periclis* appellatur. Ipſe tamen *Muſicus* dici maluit. Ob excellentem animi vim oſtraciſmo Athenis ejectus eſt. Vid. *Voſſ. de Conſt. Rhet. pag. 67.*

DAMOPHILUS, Δαμόφιλος, Philoſophus & Sophiſta, tempore Marci Imp. claruit. Exaravit Φιλόβιβλον ad Lollium Maximum, in quo agit de libris comparatu dignis, uti *Suidas* refert.

DAMOSTRATUS, Δαμόστρατος, Senator Romanus, 20. libros Ἁλιευτικῶν ſive de re Piſcatoria collegit. *Ælianus in hiſt. animal. 15, 19.* ait, ipſum exquiſitam rei piſcatoriæ notitiam ſibi comparaſſe, ac, quæcunq; ſciret, oratione pulcrè extuliſſe. Vid. idem, *l. 13. c. 21. l. 15. c. 4. & 9.* Confer *Suidam.*

DAMOXENUS, Δαμόξενος, Comicus Athenienſis, tempore Regis Ptolemæi Philadelphi floruit. Ejus 60. *verſus Athenæus, l. 3.* nobis conſervavit. *Suidas* duas ejus Fabulas Ἑαυτὸν πενθῶν & Σύντροφος enumerat.

DAMPETRUS (Joh.) Gallus, carmina edidit, quæ inveniuntur *T. 1. Delit. Gall. pag. 833.* De ejus poëmatibus ita *Jul. Cæſ. Scaliger, l. 6. de re poët. pag. 789.* cenſet: In iis nullum clauſtrum, nullam invenias cucullam. Tanta eſt dictionis facilitas, vix ut admittere numeros: tantum numerorum, vix ut lenitatem ullam poſſe admittere videantur. Sententiarum verò plena omnia: ſed earum, quæ auditorem ducant, non angant: ſaturent, non afficiant faſtidio: alliciant, non rapiant: deniq; ſuum faciant volentem, non invitum. Confer *Sammarthanum, pag. 24.*

DANÆUS

DANÆUS (Lambertus) Aurelianenſis An. 1596. obiit. Genevæ & Lugduni Theologiam docuit. Scripſit Ethicam, Phyſicam, & Politicam Chriſtianam: item, Commentarium in Matthæum. Celebravit etiam ludum Schaccorum commentario. Videatur *Meurſius in Athen. Batav. pag. 127. Verbeiden in Elog. pag. 179.*

DANCANUS (Mart.) refutationem hæreſeos Anabapt. Antverp. Anno 1549. edi curavit.

DANCK (Joh.) de Saxonia, Anno 1330. claruit. Pariſiis Aſtrologiam docuit. *Trithemius* vocat virum undecunq; doctiſſimum, Philoſophum & Aſtronomum omnium ſui temporis eruditiſſimum, ingenio & eloquio clarum.

DANCKWERT (Caſp.) edidit Deſcriptionem Ducatus Slesw. & Holſatiæ, teſte *Zeillero, part. 3. pag. 63.*

DANDINUS (Ant.) res Aquitanicas quinque libris complexus eſt, Toloſæ, Anno 1648.

DANDINUS (Hieron.) Cæſenas, A. 1634. obiit. Reliquit Ethicam ſacram: item, 7. libros de corpore animato. Videatur *Alegambe, pag 182.*

DANESIUS (Joh.) exaravit Paralipomena Orthographiæ, Etymolog. & Proſodiæ, Lond. An. 1638.

DANISIUS (Pet.) An. 1577. obiit, octogenario major. *Thuanus; l. 64.* vocat virum in omni ſcientiarum genere doctiſſimum. Vid. *Colomeſius, in Gall. Orient. pag. 266.*

DANGLIARES (Ant.) Canones Græcorum accentuum, Lugd Bat. An. 1655. emiſit.

DANHAWERUS (Joh. Conr.) magni nominis Theologus, Anno 1603. natus eſt: obiit, An. 1666. Argentinæ Theologi & Profeſſoris munere multis annis perfunctus eſt. Scripſit Collegium Pſychologicum: Ideam boni diſputatoris: diſputationes Decalogicas: Chriſtoſophiam: Antichriſtoſophiam: Chriſteidem, &c. Mortuum laudavit Dn. Doctor *Balth. Bebelius.* Vid. *Spizelius in Templo Honoris, pag. 284.* item, *Reiſerus in epiſt. ad Spiz. pag. 413.*

DANIEL, Propheta, tempore Nebucadnezaris vixit. An inter prophetas referri debeat, Judæi diſputant. Vid. *Hornbeck. de Converſ. Jud. pag. 41.*

DANIEL, Δανιὴλ, Monachus Raythenſis, vitam Climaci ſtilo expreſſit.

DANIEL (Daniel) ſcripſit de morſu canis rabidi.

DANIEL (Pet.) Juridicus Floriacenſis, à *Turnebo in Adv. 26, 21.* ita commendatur: Egregius eſt adoleſcens Petrus Daniel, Aurelianus, & bonis literis ita deditus, ut nihil aliud in deliciis habere videatur: librorum autem veterum tam cupidus, ut bibliothecas omnes perveſtiget, & aliquid ſemper in lucem proferat, & libros vetuſtate ſepultos velut redivivos hominum lectioni reddat. Confer *Merulam in Ennium, pag. 100.*

DANIELLUS (Bernh.) condidit Commentar. in Georgica Virgilii. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 32.*

à DANS (Adolf.) ſcripſit poëmata, Anno 1636. item, de laudibus Eliſabetæ, Anno 1619.

DANTES Aligerius, Florentinus, natus eſt, An. 1265: obiit, An. 1325. Triplicem Comœdiam Hetruſco ſermone expresſit. *Epitaphium* ejus tale circumfertur:

Jura Monarchiæ, Superos, Phlegethonta, lacusq;
Luſtrando cecini, voluerunt fata quousq;
Sed quia pars ceſſit melioribus hoſpita caſtris
Actoremq; ſuum petiit feliciter aſtris,
Hic claudor Dantes patriis extorris ab oris,
Quem genuit parvi Florentia mater amoris.

Plura de Dante invenies apud *Giraldum, pag. 667. Jovium in Elog. num. 4. Pierium Val. de J. L. pag. 71. Zwingerum, vol. 2. Theatr. l. 7. pag. 474. Olearium in Abaco, pag. 129.*

DANTES (Egnat.) An. 1586. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 46.*

DANTISCUS (Joh.) Polonus, An. 1546. floruit & epiſcopatum Warmienſem obtinuit. Extant ejus Phaleuci. Vid. *J. P. Lotichius, pag. 3. B. P. pag. 48.*

DANTZIUS (Joh.) Aſtenſis, edidit Tabulas ſimplicium medicamentorum, Baſil. An. 1543. Vid. *Linden, pag. 339.*

DANUS (Jac.) reliquit Hodœporicon Ruthenicum, An. 1608.

DAPHIDAS, Δαφίδας, Telmiſſenſis, Grammaticus, tempore Attali R. Pergameni floruit. Scr. περὶ Ὁμήρου καὶ τῆς αὐτοῦ ποιήσεως,

ποιητας, ὅτι ἐψεύσατο, teſtante *Suida*. De morte ejus *Valer. Max. 1, 8.* legi poteſt.

DARCEUS (Joh.) librum de Canibus, Anno 1582. imprimi curavit.

DARCHIUS (Joh.) Venuſinus, poëſi celebris evaſit. Videatur *T. 1. Delit. Ital. pag. 893.*

DARDANUS (Aloyſ.) Senatus Veneti Cancellarius, compoſuit defenſionem mulierum adverſus ſexus fœminini accuſatores, Venet. An. 1554.

DARES, Δάρης, Phrygius, tempore belli Trojani vixit. Ejus Phrygiam Iliadem ſua adhuc ætate extitiſſe, *Ælianus in Var. Hiſt. XI, 2.* affirmat. *Iſidorus Hiſpalenſ. l. 1. Orig. c. 41.* ita ſcribit: Apud gentiles primus Dares Phrygius de Græcis & Trojanis hiſtoriam edidit: quam in foliis palmarum ab eo conſcriptam eſſe ferunt. Hiſtoria, quæ hodie ejus nomine circumfertur, ſuppoſititia eſt. Vid. *Ch. Ad. Rupertus in hiſt. univ. pag. 72.*

DARIOTUS (Claud.) Pomarcenſis, ſcripſit Introductionem ad aſtrologiam judiciariam, Anno 1557. item, librum de morbis & diebus criticis. Vid. *Linden, pag. 120.*

DARIUS (Joh. Ant.) deſcriptionem civitatis Neapolis, & Provinciæ Terræ Laboris literis conſignavit.

DARNALTUS (Joh.) Anno 1606. Antiquitates urbis Aginni collegit.

DARRESIUS (Albericus) JCtus, Erotemata in Codicem, An. 1617. Leow. publicavit.

DARTES (Joh.) Prof. Pariſ. edidit 3. libros de ordinibus & dignitatibus Eccleſiaſticis, contra Salmaſium, Paris. An. 1649. in 4. Scripſit etiam de ſtatu Eccleſiarum tempore Apoſtolorum, Paris. An. 1634. Opera ejus Canonica prodierunt, Anno 1656.

DARUIEU (Hoſeas) Theologus Nemauſenſis, An. 1665. claruit. Nemauſi linguam ſanctam docuit. Vid. *Colomeſ. in O. O. pag. 243.*

à DASSEL (Hardw.) JCtus, Conſultationes deciſivas compoſuit. Idem in Conſuetudines Reip. Luneb. An. 1591. commentatus eſt.

DASSELIUS (Val. Andreas.) Vide, ANDREAS.

DASSOVIUS (Theod.) excuſſit ſententias Rabbinorum de reſurrectione mortuorum, An. 1673.

DASTIN (Joh.) de Lapide Philoſophico librum condidit.

DASYPODIUS (Conr.) Argentinenſis, An. 1600. obiit, ætatis 68. Euclidis Catoptrica: item ex Herone & Hieronymo Alexandrino nonnulla Latinè tranſtulit. Deſcriptionem Horologii, quod Argentinæ in Templo maximo ſpectatur, & cujus inventio ipſi tribuitur, ſuo nomine vulgavit. Integrum corpus Græcorum Mathematicorum Scriptorum publicare in animo habuit. Vid. *Thuanus, l. 123.*

DASYPODIUS (Pet.) Francofeldenſis, Anno 1559. obiit. Argentinæ Græcas literas docuit. Lexicon Græco-Latinum & Latino-Germ. edidit.

DATHENUS (Pet.) Theologus, ob colloquium Franckenthalenſe, cum Anabaptiſtis habitum, inclaruit. Librum, Protocolli nomine, ea de re ſcriptum, evulgavit.

DATHUS (Auguſtinus) Senenſ. tempore Pii II. Pontificis claruit. Res Senenſium & Plumbinorum ſtilo expreſſit.

DATTICHIUS, flores hiſtoriarum Cardinal. tribus voluminibus, fol. edi curavit.

DATUS (Carol.) Florentinus, An. 1657. claruit. Vitas veterum Pictorum: item, Vigilias Thuſcas adornavit. Vid. *Chimentell. pag. 86. Placcius, pag. 149. Greg. Letus in Ital. Regn. pag. 170.*

DAUBDANUS (Joh.) Itinerarium terræ ſanctæ Gallicè exaravit. Vid. *Wagenſeil in Sota, pag. 221.*

DAUBERUS (Joh. Henr.) JCtus, librum de Rom. Imperio confecit. Idem Friderico Henrico, Arauſ. Principi, Anno 1647. parentavit.

DAUBERUS (Joh. Paul.) ſcripſit de origine gentis Auſtriæ, An. 1658. in 4.

DAUDERSTADIUS (Chriſt.) An. 1649. obiit. Compoſuit Doctorem epiſtolicum, i. e. diſpoſitiones epiſtolarum Dominicalium & feſtivalium: item, Apodixin Meſſiæ.

DAVE (Ant.) Chinacenſis, Anno 1625. claruit. Extat ejus Ethica & Dialectica.

DAVENANTIUS (Joh.) Londinenſ. Anno 1640. obiit. Scripſit exhortationem ad fraternam communionem inter Eccleſias: Notas in Epiſt. Pauli ad Coloſſ. librum

librum de Servitutibus, ut & de Sponſalibus & Matrimoniis.

a DAVENTRIA (Joh.) Tranſiſelanus, Anno 1535. vixit. Contra Lutherum varia ſcripta publicavit.

DAVEROULTIUS (Ant.) Flores Exemplorum collegit. Vide ſuprà, AVEROULT.

DAVESIUS, de Orthographia, Lond. in 4. commentatus eſſe dicitur.

DAUFFAIUS (Joh.) Bethunienſis, Conſuetudines Arteſiæ & Bethuniæ, teſte *Sweertio*, in lucem protulit.

DAVID, Rex & Propheta, Pſalmos reliquit. *Athanaſius in Synopſi* affirmat, Davidem ſcripſiſſe tria millia Pſalmorum, ex quibus amici Regis Hiskiæ ſolos CL. collegere, cæteris abſconditis, ne ad vulgi notitiam pervenirent.

DAVID Abidraham, An. 1361. סדר העיבור, i. e. ordinem intercalationis compoſuit. Vid. *Gans in Zemach, pag. 145.*

DAVID (Rabbi) autor *Laſon Lamade*, A. M. 5269. vixit. Vid. *Ganz, pag. 151.*

DAVID de Auguſta vel Auguſtanus, ſeculo XIII. vixiſſe putatur. A nonnullis *David Teutonicus* dicitur. Formulam novitiorum: item, formulam interioris hominis exaravit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 130. Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 99.*

DAVID Cohen de Lara, celebris Rabbinus, ſcripſit de convenientia vocabulorum Rabbinicorum cum Græcis, Anno 1648. Vide, LARA.

DAVID (Franc.) Arianus, virus ſuum in Tranſilvania ſpargere cœpit. Chriſtoph. Batoreus id minimè ferendum ratus, indictis Comitiis Arii doctrinam damnari curavit, ipſumq; Davidem capitali ſupplicio dignum judicavit. David nil motatus ad Cevæ arcem perfugium habuit, in qua conſcientiæ morſu ir. amentiam incidens, inter aſſidua ſpectrorum terriculamenta excarnificatus miſerabili exitu anxiam vitam finivit. Vid. *Thuanus cuucl. part. 3. pag. 56.*

DAVID (Joh.) Cortracenſis, Jeſ. Anno 1613. obiit. Pleraq; ſua ſcripta iconibus illuſtravit. Struxit Paradiſum Sponſi & Sponſæ; Pancarpium Marianum: Veridicum Chriſtianum: duodecim ſpecula, &c. teſte *Sweertio.* Vid. *Alegambe, pag. 234. Placcius, pag. 186.*

DAVID (Nicetas) Paphlago, Philoſophus, ſeculo IX. floruit. Scripſit Hiſtoriam ſuccinctam de hæreſi Barlaami & Acindyni: Expoſitionem quinq; Prædicabilium Porphyrii & 10. Categotiarum Ariſtotelis: Quæſtiones & ſolutiones in Logicam ejusdem: Paraphraſin in Nazianzeni Tetraſticha. Vid. *Olearius, pag. 322. Hanckius in Byzant. Script. pag. 258.*

DAVID (Pet.) librum de Adoptione filiorum DEI, Paris A. 1663. elaboravit.

DAVILA (Ægid. Gonſalez) Toletanus, An. 1532. natus eſt: obiit, Anno 1596. Concilia generalia omnia in locos communes redegiſſe dicitur. Vid. *Alegambe, pag. 8.*

DAVILA (Franc.) Cyprius, fuit Epiſc. Aſculanus. Extant ejus Conciones in Quadrageſimam, Venet. An. 1591. editæ.

DAVILA (Henr. Catherinus) Hiſtoriam bellorum civilium in Gallia, An. 1598. literis tradidit. Vid. *Imperialis in Muſeo, pag. 197.*

DAVIS (Rich.) duas epiſtolas exaravit, unam de moribus Turcarum: alteram, de 7. Eccleſiis Aſiæ.

DAVISSONIUS (Wilh.) Scotus, emiſit Prodromum Comment. in Ideam Medicinæ Philoſophicæ P. Severini, Anno 1660.

DAVIUS (Jac.) Evangelium Romanum, Genevæ, An. 1600. promulgavit.

DAUMIUS (Chriſtianus) celebris Philologus & Poëta inſignis, natus eſt, Anno 1612. Cygneæ bonas literas profitetur. Edidit Vertumnum Poëticum, ad ſcitum illud Imperatorium, *Fiat juſtitia aut pereat mundus*, bis millies transformatum: item, Tr. de radicibus amiſſis. Confecit etiam Notas *in Catonem*, ut & *Bernb. Geyſtenſem.* Vivit etiamnum, & de literis humanioribus docendo & ſcribendo indies benè mereti haud intermittit.

DAVOLOS (Joh. Segu.) JCtus, compoſuit Directorium judicum eccleſiaſtici fori.

DAUSQUEJUS (Claud.) Audomaropolitanus, natus eſt, An. 1566. Erat rara Græcarum literarum cognitione præditus. Quicquid in Annalibus fidele, quicquid apud Grammaticos eruditum, quicquid in Poëtis varium, unus hauſit juſtus hæres veterum literarum, inquit *Scribanius in Amphitb. Hon.* Vid. *Alegambe.* Condidit Notas in Silium Italicum, &

Coin-

Cointum Smyrnæum. Vid. *Sweertius, pag. 178. Salmaſius, l. 1. Epiſt. 66.*

DAUTH (Joh.) JCtus, de Teſtamentis: item, de Pactis, An. 1611. commentatus eſt. Extat etiam ejus Tr. de reſurrectione mortuorum.

DAUXIRON (Joh.) Palmenſis, Gallus, An. 1630. vixit. Edidit Philoſophiam moralem ſub hiſtoria Liderici, teſte *Alegambe, pag. 235.*

DAYUS (Jac.) Card. Perronius. Vide, PERRONIUS.

DAZA (Ant.) Hiſp. Anno 1628. innotuit. Scripſit de Stigmatibus S. Franciſci.

DAZA (Did.) Colmenarenſis Hiſpanus, A. 1623. obiit. Prodiit, eo mortuo, commentatio ejus in epiſtolam B. Jacobi Apoſtoli. Vid. *Alegambe, pag. 90.*

DEBESIUS (Lucas) edidit Deſcriptionem Feroëam.

DEBRICIUS, Hungarus, epiſtolas exaraſſe dicitur.

DEBUGIS (Pet.) Tr. de myſterio Incarnationis, An. 1668. elaboravit.

DECANALIS (Paulus) Linguæ Latinæ, Græcæ & Hebraicæ abſolutiſſimam cognitionem habuit. Ptolemæi Geographiam, miſerè depravatam, incolumitati priſtinæ reddere in animo habuit: quam ejus intentionem mors irritam fecit, dum 25. ætatis anno ipſum rebus humanis excedere juſſit. Vid. *Pierius Valerianus, de Inf. Lit. pag. 58.*

DECEMBER (Pet. Candidus) *Vallæ* teſtimonio Grammaticus exactiſſimæ cenſuræ, Mediolani Græcas Latinasq; literas docuit. Extat ejus Appianus Alexandrinus, è Græco in Latinum verſus. Vid. *Jovius, in Elog. numero 14.* Poſt mortem arca marmorea honoratus eſt, teſte *Puteano in Orat pag. 73.*

DECEMBRIUS (Ang.) reliquit ſeptem libros de Politia literaria, An. 1562. Vid. *C. Barthius in Adv. 1, 2.*

DECEMBRIUS (Uber.) Mediolanenſ. Angeli pater, compoſuit 4. libros de Republica. Demoſthenis, Lyſiæ & Platonis orationes latinè tranſtulit. Vid. *Simlerus.*

DECHAMPIUS (Steph.) ſcripſit de hæreſi Janſeniana, Paris An. 1654.

DECIANUS (J. Fr.) JCtus, condidit Dictionarium Juris Civilis & Canonici.

DECIANUS (Tib.) Utinenſis, JCt. A. 1581. ætatis 73. obiit. Prodierunt ejus 5. volumina conſultationum: item, 2. volumina tractatuum criminalium. Vid. *Guido Panzirolus, de JCtis 2, 170. Ghilinus, vol. 2. pag. 214.*

DECIMATOR (Henr.) Giffhornenſis, edidit An. 1587. libellum de ſtellis fixis & erraticis: item, Lexicon Latinum, fol. Poëmata ejus occurrunt, *T. 2. Del. Germ. pag. 1080.*

DECIUS, Luculli, viri Conſularis, filius, poëta Satiricus, floruit Theodoſii & filiorum ætate. Laudatur à *Claudio Rutilio, in Itinerario.* Vid. *Glandorp. pag. 297.*

DECIUS Eculeo allegatur à *Plinio l. 35. cap. 10.*

DECIUS (Jod. Lud.) ſcripſit de vetuſtate Polonorum, An. 1551.

DECIUS (Lancellotus) JCtus, An. 1500. obiit. Vid. *Panzirolus, pag. 299.*

DECIUS (Phil.) vel à *Dexio*, Mediolanenſis, JCtus, Jaſonis æqualis, natus eſt, An. 1454: obiit, An. 1535. octogenario major. Partim in Italia, partim in Gallia jus docuit. *Jovius in Elog. numero, 88.* eum acerrimum diſputatorem fuiſſe memorat. A Florentinis tandem ſtipendium mille quingentorum aureorum pro lectura conſecutus eſt, uti patet ex epitaphio. Vid. *Gu. Panzirolus, in JCt. 2, 135.*

DECKERIUS (Joh.) Flander) An. 1619. obiit. Scripſit de anno ortus & mortis Chriſti: item, Sacram Chronologiam. Videatur *Alegambe, pag. 235*: item, *Sweertius.*

DECKERUS (Conr.) lib. de Staurolatria Roman. An. 1617. exaravit.

DECKERUS (Wilh.) de Jure aperturæ commentatus eſt, An. 1670.

DECKERUS (Joh.) JCtus, An. 1640. claruit. Edidit 2. libros Diſſertationum Juris, fol. An. 1631: item, Tr. de rebus Cameralibus.

DECKERUS (Thom.) condidit Trojam novam triumphantem, Lond. A. 1612.

DECTADES, Δεκτάδης, à *Parthenio in Eroticis, cap. 13.* allegatur.

DECULEO (Juſt. Jodoc.) Cortracenſis, JCtus, reliquit orationes, epiſtolas & carmina.

DEDEKENNUS (Georg.) 2. volumina Conſiliorum Theologicorum & Politicorum, ut & Praxin conſcientiarum publicari fecit.

DEDEKINDUS, Neoſtadianus, An. 1584. claruit

claruit. Compoſuit librum ſatiricum de morum ſimplicitate, tit. Grobianum. Extat ille *T. 2. Delit. Germ. pag. 1087.*

DEDINGERUS (Joh.) Panopliam Sanctorum, Monach. Anno 1673. in 4. publicavit.

DEE (Joh.) Londinenſis, ſcripſit Nucleum Paralleticum, Londini, An. 1573.

DEGGESIUS (Th.) edidit alas vel Scalas Mathematicas, Lond. An. 1673.

DEHNIUS (Reinold.) Syntagma Hiſtoricum de tribus Sanctorum Anargyrorum Damiani & Coſmæ paribus, duabus partibus conſtans, cum interpretatione *Sim. Wagnereckii*, poſt obitum ejusdem edidit notisq; illuſtravit, Viennæ, Anno 1660. in 4.

DEICHORUS, Δηΐχορος, Cyzicenus, à *Stephano in Λαμψακὸς* memoratur.

DEILLIUS exaravit epiſtolas laſcivas ad Cleopatram. Hunc Deillium Meſſalla Corvinus deſultorem bellorum civilium vocare ſolebat. Nam à Dolabella ad Caſſium: à Caſſio ad Antonium: noviſſimè ab Antonio transfugit ad Cæſarem, teſte *Seneca in Suaſ. 1.* Vide, DELLIUS.

DEILOCHUS, Δηΐλοχος, ſcripſit de Cyzico. Crebra ejus mentio apud *Scholiaſten Apollonii* occurrit.

DEIOCHUS, Δηΐοχος, Proconneſius, ſecundum *Dionyſ. Halicarnaſſ.* ante bellum Peloponneſiacum vixit.

DEIRUS (Hunebert.) Anglus, An. 730. vixit vitamque Ceolfridi literis mandavit.

de DEIS (Joh.) Mediolanenſis, An. 1584. claruit. Librum de ſucceſſoribus S. Barnabæ condidit.

DELAMINEZ (Raphaël) edidit Paradiſum concionatorum: item, Theologiam myſticam, An. 1662.

DELBENEUS (Alf.) Anno 1602. claruit. Scripſit de gente & familia Hugonis Capeti. Vide ſuprà, BENE.

DELBENIUS (Pet.) An. 1590. obiit. *Thuanus, l. 99.* vocat virum ingenii elegantia ac doctrina imprimis ornatum, magnoq; rerum agendarum uſu expertum.

DELGADUS (Ant.) Terremira, docuit modum proprias vincendi paſſiones, edito libro, quem inſcripſerat, Victoria ſui ipſius, Madriti, An. 1595.

DELIUS (Matth.) Hamburgenſis, carmen de arte jocandi compoſuit. Extat *T. 2. Delit. Germ. pag. 1150.*

DELLIUS, Δέλλιος, Hiſtoricus, *Plutarcho in vita Marci Antonii* memoratur. Ejus nomen etiam *Straboni l. 11. Caſaubonus* reſtituit; ubi alii legunt, Ἀδέλφιος.

DELMINIUS (Jul. Cam.) Forolivienſis, *Ghilino, vol. 1. pag. 130.* memoratur.

DELOINUS (Franc.) JCtus, epiſtolas reliquiſſe dicitur. De eo ita *Eraſmus in Ciceroniano, pag. 169.* Utinam Fr. Deloinus ſe talem præſtare potuiſſet in oratione librove, qualem ſe præſtitit in epiſtolis ex tempore ſcriptis ad amicos. Quod ſanè prodigii ſimile videri poſſit in homine, qui ſeculo non admodum felici totam penè ætatem in Accurſiis, Bartolis & Baldis contriviſſet. In literis politioribus & ſenex & feliciter repubuerat. Hunc nuper mors terris eripuit, ipſi quidem matura (ſenex enim mortuus eſt) ſtudiis verò, quibus evehendis ornandisq; vir optimus natus videbatur, præpropera. *Hæc ille.*

DELONIUS (Timoth.) An. 1644. claruit, & Montalbani linguam Hebræam docuit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 183.*

DELPHINUS (Frid.) Medicus & Mathematicus Patavinus, Anno 1559. claruit. Scripſit de fluxu & refluxu maris, ut & de motu octavæ Sphæræ.

DELPHINUS (Joh. Ant.) à Caſali majo. Mediolanenſ. Anno 1560. obiit. Vulgò *media nox* dictus eſt, quod ſub mediam noctem, poſt brevem ſomnum, ad ſtudendum ſurgere ſoleret. Edidit Comment. in Johannem: item, ad Hebræos; ut & 3. libros de divina Providentia. Vid. *Wadding. in Script. Ord. Min. pag. 91. & 190.*

DELPHINUS (Jul.) Mantuanus, quæſtiones Medicinales, Anno 1559. in lucem dedit.

DELPHIUS (Ægid.) epiſtolam Pauli ad Romanos carmine expreſſit. *Eraſmus* ſcribit, eum totum fermè S. Scripturæ corpus carmine tranſtuliſſe. *Idem in Ciceron. pag. 178.* ita de eo memorat: Ægidius Delphius, vir eruditionis variæ, verſificator non malus, ſi facilitati nervos addidiſſet. Videatur *Sweertius, pag. 106.*

DELPHIUS (Joh.) de poteſtate Papæ & Notis Eccleſiæ, A. 1580. ſcribere cœpit.

DELRIO (Joh.) Brugenſis, JCtus, Anno 1624. obiit. Compoſuit expoſitionem in ſeptem Pſalmos pœnitentiales.

DEL-

DELRIO (Marcus Ant.) edidit 2. libros de principiis Juris: item, repetitionem L. tranſigere C. de Tranſactionibus, Anno 1589.

DELRIO (Martinus Ant.) Antverp. natus eſt, A. 1550: obiit, An. 1608. Reliquit Adagia ſacra Vet. & Novi Teſtam. Disquiſitiones Magicas: Notas in Geneſin, Canticum, Threnos: Commentarium in Senecam Tragicum, &c. Vitam ejus exaravit *Herm. Langeveltius*, Antverp. Anno 1609. Vid. *Alegambe*, *pag.* 323. *Sweertius*, *pag.* 551.

DELVANUS (Steph.) JCtus, Selecta Juris, An. 1626. publicavit.

DEMADES, Δημάδης, Athenienſis Orator, tempore Philippi Macedonis floruit. Ex nauta orator factus eſt, & nauticos ſales, teſte *Cicerone in Oratore*, in forum tranſtulit. Attica ejus ſuavitate tantoperè afficiebatur Philippus, ut non ipſum tantùm, ſed etiam bis mille Athenienſes, ad Chæroneam captos, gratis dimiſerit, ceu *Plutarchus* refert: ac ſuper iſto gloriatur ipſe Demades in oratione περὶ Δωδεκαετίας, quæ ſola extat, edita à *Grutero* Hanoviæ, An. 1619. Confer *Suidam*. Vid. *Voſſ. de Nat. Rhet. pag.* 82.

DEMAGETUS, Δημάγητος, allegatur à *Stephano* in Ἀκτῇ.

DEMAGORAS, Δημαγόρας, à *Dionyſio Halicarn. l.* 1. *Antiq.* laudatur. Ejus etiam *Apoſtolius*, *cent.* 2. *prov.* meminit.

DEMARATUS, Δημάρατος, (de ejus ætate nondum certo conſtat) Τραγῳδούμενα reliquit. Ea erant hiſtoriæ temporis heroici, ut de Bello Trojano, Thebano, & ſimilibus, unde Tragœdiarum argumenta ab antiquis ſumi ſolebant. Laudatur à *Clem. Alex. in Protrept.* item, à *Stobæo*, *ſermone de Patria.* Ἀρκαδικὰ ejusdem citat *Plutarchus in Parallelis minoribus*, & *Stobæus*, *ſerm.* 38. *pag.* 228.

DEMARCHETUS (Jac.) judicium Revolutionum Anni 1554. edidit.

DEMARCHUS, Δήμαρχος, ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων à *Scholiaſte Ariſtophanis* allegatur. Confer *Mallincrot. pag.* 19.

DEMERARDT (Pet. Rod.) collegit differentias juris communis & Franconici, Herbipol. An. 1661.

DEMERLIERIUS (Joh.) ſcripſit de uſu Quadrati Geometrici, Paris. An. 1579.

DEMETRIUS, Δημήτριος, Adramyttenus, Grammaticus, cognomine *Ixion* dictus eſt, ὅτι ἀποσύλησαι Εὐριπίδειον φιλότιμον τὸ δρᾶμα, ἔχει τὸν Ἰξίονα, i. e. quod Euripidis Tragœdiam, quæ inſcribitur Ixion, clam ſublegiſſet ſibi, adſcripſiſſet, teſte *Suida*. Alii tamen alias cognominis hujus cauſas reddere ſolent. Vid. *Laërtius* & *Athenæus*. Vixit tempore Auguſti Octaviani. Scripſit de dictionibus Atticis. Confer *Palmerium in Emendat. pag.* 457.

DEMETRIUS, Βιθυνὸς, Epigrammata reliquit. Vid. *Antholog. l.* 4. *c.* 9.

DEMETRIUS, Byzantinus, Peripateticus Philoſophus, *Diogeni Laërtio* memoratur. Vid. *Jonſius*, *de Scr. Hiſt. lib.* 2, 18.

DEMETRIUS, Byzantius, Hiſtoricus, tredecim libris tranſitum Gallorum ex Europa in Aſiam complexus eſt. Videatur *Laërt. in Socrate.*

DEMETRIUS, Calantianus (rectius Calatianus) 20. libros de Aſia & Europa compoſuit. Vid. *Schol. Theocriti*, *pag.* 96. Apud *Lucianum* in *Longævis*, *T.* 2. *pag.* 822. malè *Calliſtianus* vocatur. Vid. *Palmerius in Emend. pag.* 563.

DEMETRIUS Chlorus, à *Scholiaſte Nicandri*, *pag.* 26. 35. 38. allegatur.

DEMETRIUS, Cnidius, *Scholiaſtæ Apollonii*, *pag.* 158. laudatur.

DEMETRIUS, Comicus, ἐν Σικελίᾳ ab *Æliano in Hiſt. anim. l.* 12. *c.* 10. adducitur.

DEMETRIUS, Conſtantinopolitanus, ſcripſit de canum & accipitrum medicina libros duos, quos *Petrus Gillius* Latinè tranſtuliſſe dicitur.

DEMETRIUS, Cydonius. Vide ſuprà, CYDONIUS.

DEMETRIUS, Cyzicenus, à *Mallincrot*, *pag.* 20. inter eos refertur, qui ab aliis omiſſi ſunt.

DEMETRIUS, Lacon, à *Sexto Empirico l.* 2. *contra Mathem.* inter Epicureos numeratur. Vid. *Meurſius*, *in Miſcell. Laconicis*, 4, 17.

DEMETRIUS, Erythræus, πολυγράφος ἄνθρωπος à *Laërtio l.* 5. dictus, Ἱστορικὰ καὶ Ῥητορικὰ ſcripſiſſe fertur.

DEMETRIUS, Halicarnaſſeus, *Zenobio in Prov. pag.* 159. allegatur.

DEMETRIUS, Ixion, Grammaticus. De

hoc ſuprà in DEMETRIO Adramytteno actum eſt.

DEMETRIUS, Magneſius, tempore Pompeii Magni claruit. Scripſit περὶ Ὁμωνύμων, i. e. de iis, qui idem nomen habuerunt, teſte *Athenæo & Dionyſ. Halicarn.* Vid. *Meurſius in Creta, l. 1. c. 1.*

DEMETRIUS, Odeſſeus, librum de patria Odeſſo compoſ. Vid. *Stephan.* in Ὀδησσὸς.

DEMETRIUS, Phalereus, Olymp. CXV. floruit. Athenis decem annis præfecturam geſſit: unde ab Athenienſibus tot ſtatuis fuit ornatus, quot dies annus habere credebatur, hoc eſt, CCCLX. Inde ad Ptolemæum Soterem ſeſe contulit, apud quem primò in honore habitus fuit: eo mortuo, à Ptolemæo Philadelpho in carcerem conjectus eſt, ubi aſpidis morſu periiſſe dicitur. Ita *Hermippus* apud *Laërtium.* Confer *Suidam. Quidam* ex veteribus tradunt, procurante hoc Demetrio S. Biblia ex Hebræo fonte in Græcum ſermonem translata eſſe. Scripſit Hiſtorica, Rhetorica, Poëtica, Politica. Librum περὶ Ἑρμηνείας, qui vulgò Demetrio Phalereo inſcribitur, alterius eſſe & quidem *Demetrii Alexandrini, Gerb. Joh. Voſſius de nat. Rhet. c. 9. pag. 64. & 84.* exiſtimat. Vid. *Jonſius, de Scr. H. Ph. 1, 8. pag. 100.*

DEMETRIUS, Salaminius, à *Stephano* in Καρπασία allegatur. Vid. *Meurſ. in Cypro.*

DEMETRIUS, Scepſius, Grammaticus, tempore Ptolemæi Phyſconis vixit. Condidit Διάκοσμον Τρωϊκὸν, qui eſt commentarius in eam partem Iliadis, qua recenſentur copiæ Trojanæ. Videatur *Harpocration* in Θυργωνίδαι. *Stephanus* in Σελίνδιον undecimum librum ejus operis allegat.

DEMETRIUS Triclinius. Vide, TRICLINIUS.

DEMIUS, Δήμιος, Colophonius, περὶ μηχανῶν allegatur. Videatur *Caſaubonus in Athen. pag. 185.*

DEMOCEDES, Δημοκήδης, Crotoniata, Medicus, tempore Cambyſis Perſæ & Darii Hyſtaſpidis floruit. Meminit ejus *Herodotus, l. 3.* item, *Suidas.*

DEMOCHARES, Δημοχάρης, Demoſthenis ſororis filius, Rhetor, Sophoclem oratione defendit, cùm omnes Philoſophi Atticâ excedere juſſi eſſent. Struxit Hiſtoriam ſui temporis. Meminit ejus *Tullius in Bruto.* Videatur *Jonſius, de Scr. H. Ph. 1, 7. pag. 94.*

DEMOCHARES (Ant.) edidit Tractatum de ſacrificio Miſſæ, An. 1563: Item, catalogum Burdigalenſium Epiſcoporum.

DEMOCLES, Δημοκλῆς, Phygaleus, Hiſtoricus, vixit ante bellum Peloponneſiacum, teſte *Dionyſio Halicarn.*

DEMOCRITUS, Δημόκριτος, Abderitanus, celebris Philoſophus, Olympiade XCIV. obiit, teſte *Diodoro.* Vulgò Γελαστῖνος dictus erat, quòd inania hominum ſtudia rideret. Cùm centum talenta & amplius poſſideret, omnia præ Philoſophiæ ſtudio contemſit, paucisq; reſervatis, patriæ donavit. Apud *Euſeb. l. 10.* Προπαρασκευῆς *c. 2.* fatetur, ſe 80. annos à patriâ diſciplinarum amore abfuiſſe. Adiit Chaldæos, Ægyptios, Perſas, Indos, & à ſingulis proficere non erubuit. Reliquit epiſtolas, μικρὸν Διάκοσμον, Διαιτητικὸν & Γνώμην Ἰατρικήν. Confer *Suidam.* De Herbis etiam nonnulla reliquiſſe, *Plinius 21, 11.* autor eſt. *Columella, l. 11. c. 3.* Democritum etiam librum Georgicon ſcripſiſſe tradit. Credidit Democritus, primordia omnium eſſe ab atomis & inani, Solem, Lunam, & ipſam animam. *Atomi* ipſi erant corpuſcula, nulla naturæ vi ſecabilia, ſolida tamen. Juxta *Lucianum in Macrobiis,* centum & quatuor annos natus cibi abſtinentia periit. Vid. *Jonſius, de Scr. Hiſt. Phil. 1, 4. Borrichius de Hermet. pag. 67. & ſeq.*

DEMOCRITUS, Chius, Muſicus, vixit tempore Democriti Abderitæ, Phyſici, teſte *Laërtio.* Ejus meminit etiam *Ariſtoteles 3. Rhet. c. 9.* ubi jocum ejus in Melanippiden poëtam profert. Vid. *Jonſius, loco allegato.*

DEMOCRITUS, Epheſius, ſcripſit de templo Dianæ Epheſiæ, teſte *Athenæo, l. 12.*

DEMOCRITUS, Trœzenius, de Sophiſtis, teſte *Laërtio l. 8.* commentatus eſt.

DEMODAMAS, Δημοδάμας, Mileſius, à *Stephano* in Ἄντισσα memoratur.

DEMOLDICIUS (Fr.) Foroliv. ordinis Eremitarum S. Auguſt. Monachus, Quadrageſimale condidit.

DEMON, Δήμων, res Athenienſium

 ſtilo

ſtilo conſignavit, operiq; Ἀτθίδ@ nomen impoſuit. Vid. *Schol. Pindari, pag.* 307. item *Suidas*, in Φοινίκων συνθήκας. Περὶ Βυζαντίου etiam quædam ſcripſiſſe memoratur. Videatur *Caſaubonus in Athen. pag.* 185.

DEMONAX, Δημώναξ, Hiſt. de quo *Mallincrot. pag.* 20. & 64. Fuit etiam hoc nomine celebris Philoſophus, de quo *Lucianus in Dialogis, T.* 2. *pag.* 560. & *ſeqq.*

DEMONTIOSIUS (Lud.) edidit Gallum Romæ hoſpitem, ubi multa antiquorum monumenta explicantur, An. 1585. Romæ. Vid. *Thuanus, l.* 78.

DEMOPHILUS, Δημόφιλ@, Ephori Hiſtorici filius, tempore Alexandri Magni vixit & de ſacro Bello hiſtoriam compoſuit. Teſtis *Diodorus Siculus, l.* 16.

DEMOPHILUS, Conſtantinopolitanus Epiſcopus, orationem reliquit. *Suidas* in ea ordinem & decorem deſiderat.

DEMOPHON, Δημοφῶν, inter Etymologos refertur. Vid. *Autor Etymologici Magni*, in Δαφύκιον.

DEMOPHYLAX (Joh.) Flander, A. 1528. obiit. Chriſtomachiam carmine acroſtichide & laborioſo, ut loquitur *Sweertius, pag.* 418. expreſſit. *Sandero* Diophylax vocatur.

DEMOSTHENES, Δημοσθένης, Athenienſis Orator, natus eſt Olympiadis XCIX. anno quarto. Periit Olympiadis CXV. anno ſecundo, & quidem hauſto veneno. *Cicero in Bruto* judicat, unum Demoſthenem inter omnes in omni dicendi genere eminere. Confer *Suidam in Demoſthene*. Extat ejus editio, ab *Hier. Wolfio* adornata, unà cum Græco *Ulpiani* Rhetoris commentario. Placet adſcribere *Viri docti cujusdam* judicium: Non ſatis (inquit) reprehendi poteſt inſignis illorum error, qui pueris aut adoleſcentulis orationes tanti viri legendas proponunt, cum tamen propter argumenti difficultatem à pauciſſimis viris eruditis intelligi queant. Pleræq; enim earum forenſes ſunt, ubi præter ipſam, ut dictum, materiæ difficultatem, multa ex Vet. jure Attico occurrunt, & ſæpè orationis ſeries interpellatur aliis verbis, quæ forte protulit, ubi teſtes interpellavere, adverſarius reſpondit, aut tumultus aliquis cœpit oriri, aut etiam judex iratum ſe oſtendit. Ne dicam de infinitis rebus aliis, quæ virorum erudítiſſimorum conjecturis ſuppleri vix poſſunt. Faciliores ſunt orationes Philippicæ, quæ ſuaſoriæ & argumenti politici ſunt, cum exordiis & epiſtolis. Harum lectio facilius in gymnaſiis tolerari poteſt. Hæc *ille*. Vid. *Voſſ. de Nat. Rhet. pag.* 81.

DEMOSTHENES, Bithynus, ſtruxit κτίσεις vel origines Urbium: item, res Bithynorum. *Stephanus*, in ἀρτάκη, ἠραίαι, πυμησός, *Demoſthenem poëtam* in Βιθυνιακοῖς allegat.

DEMOSTHENES, Medicus, Alexandri Philalethis præceptor, tempore initii monarchiæ Romanæ floruit. Reliquit tres libros de Oculis, teſte *Galeno l.* 4. *de Diff. pulſ. c.* 5. *Gerbertus*, poſtea Silveſter II. dictus, *Epiſt.* 9. ejus meminit, quando ſcribit: Demoſthenes Philoſophus librum edidit, qui inſcribitur Ophthalmicus. Hunc librum ante 4. ſecula adhuc in manibus Studioſorum fuiſſe, *Reineſius in Var. lect.* 1, 2. *pag.* 9. affirmat.

DEMOSTHENES, Thrax, Grammaticus, teſte *Suida*, præter ea, quibus Iliadem Homeri & Theogoniam Heſiodi illuſtrare conatus eſt, etiam περὶ Διονυσίου librum condidit.

DEMOSTRATUS, Δημόστρατ@, Apamenſis, *Plutarcho lib. de fluminibus, in Meandro* videlicet & *Scamandro*, memoratur.

DEMOTELES, Δημοτέλης, de Pyramidibus Ægyptiis ſcripſit. Videatur *Plinius* 36, 12.

DEMPSTERUS (Thomas) Scotus, Anno 1625. obiit. Pariſiis, Piſis, & Bononiæ, ubi etiam tandem obiit, literas humaniores magno cum plauſu docuit. *Nicius Erythræus, part.* 1. *Pinacoth. pag.* 24. refert, hominem admodum contentioſum fuiſſe, & leviter re vel verbo laceſſitum, continuo ad arma rixaſq; decurriſſe: unde factum, ut omnibus formidabilis fieret. Res Scoticas triginta quinque libris perſecutus eſt. Scripſit etiam Commentarios in Claudianum: item, in Roſinum de Antiquitatibus Romanis. Videatur *Ghilinus, vol.* 2. *pag.* 235. *Hanckius, part.* 2. de *Scr. R. R. pag.* 174.

DENAISIUS (Petrus) JCtus, natus eſt, An. 1560: obiit, An. 1610. Edidit Jus Camerale, & tractatus aliquot de jure meri Imperii. Elaboravit etiam Diſſertationem de Idolo Hallenſi, contra Lipſium. Depingi ſe nunquam paſſus eſt: epitaphium etiam ſibi poni prohibuit. Vid. *Placcius, pag. 18.*

DENARIUS (Odofr.) Benev. JCtus, An. 1200. floruit. Scripſit de form. libellis: item, de ordine judiciario.

DENIS (Car.) edidit fontem ſinceræ pietatis, Herbip. An. 1670.

DENISONIUS, de vanitate auricularis Confeſſionis, Anno 1626. commentatus eſt.

DENISOTUS (Nicol.) Cænomanus, carmina reliquit. Videatur *T. 1. Dellt. Gall. pag. 862.*

DENORES (Jaſon) Cyprius, An. 1590. obiit. Patavii 13. annis Philoſophiam moralem profeſſus eſt. Controverſia ei fuit cum *Bapt. Guarino*, Ferrarienſi, de Tragicomœdiis, in Italia uſitatis, quas inconvenientes prorſus & monſtroſas eſſe, edita diſputatione de Poëſi, oſtendere conatus eſt. Guarinus contrarium defendebat, ſententiamq; ſuam ſub nomine *Verati* edebat. Huic libro cum Jaſon reſpondiſſet, Guarinus emiſit alterum Veratum, idq; tanta cum facundia & animi acerbitate, ut credatur Jaſonem, niſi fato eſſet præreptus, ad laqueum fuiſſe redacturus, haud aliter ac Lycambem olim Archilochus, ceu refert *Ant. Riccobonus, l. 4. de Gymn. Patav. c. 7.* Confer *Thuanum, l. 99. & Ghilinum, vol. 1. pag. 76.*

D[illegible]TIUS (Arth.) Anglus, ſcripſit in Apocalypſin, A. 1644: Item, Semitam [illegible]um, An. 1633.

D[illegible]ALDUS (Robertus) Rollonem [illegible]o-Britannicum, An. 1660. fol. [illegible]vit.

DE[illegible]LUS (Joh. Jac.) clavem Linguæ La[illegible] 1666. publicavit.

de D[illegible] (Joh.) Hiſp. JCtus, Anno 1256. [illegible] Compoſuit librum de Abuſi[illegible] Canones: Apparatum: Breviarium decretorum: Summam caſuum De[illegible]m, &c. Vid. *Guido Panzirolus, l. [illegible] 2, [illegible] enſt. pag. 32.*

DEODA[illegible] (Alex.) edidit Valetudinarium, An. 1660.

DEODATUS (Claud.) Alſata, exaravit libellum de vero & legitimo aquæ cordialis Herculis Saxoniæ concinnandi modo & utendi ratione: item, Pantheum Hygiaſticum de vita ad CXX. annos propaganda, An. 1628.

DERCYLLUS, Δέρκυλλ☉, ſcripſit Italica & Ætolica: item, de lapidibus & montibus, ſi credimus *Plutarcho*, qui ejus teſtimonio uſus eſt in *Parallel. minoribus & libello de Fluviis.*

DEREDON (David) Arauſionenſis Philoſophus, pluſcula edidit, inter quæ eſt Logica reſtituta, Anno 1659. Tractatus in Atheos, Anno 1672. liber de Atomis, &c.

DERKENNIS (Ignat.) Antverpienſis, de DEO unitrino creatore, Brux. A. 1655. commentatus eſt. Videatur *Alegambe, pag. 216.*

DERNOJUS, vel DERNOYE (Bonav.) emiſit Medullam S. Evangelii, Antverp. Anno 1658: item, Exercitia virtutum Chriſtianarum, Col. An. 1645.

DERRERUS (Sebaſt.) Friburgi Briſgojæ jura docuit. Jus civile per axiomata in artem contrahere exorſus eſt.

DESBANS (Jac.) An. 1633. vixit. Extat ejus libellus de 10. beatitudinibus. Vide, BANS.

DESBARRES (Anatol.) immortalitatem Caroli V. Imp. A. 1559. in lucem protulit.

DESBOIS (Joh. Bapt.) Epitomen diſp. Bellarmini quatuor Tomis edi curavit, An. 1603. Paris.

DESCHÆUS (Barth.) collationem prophetiæ Apocalypticæ cum Hiſtoria Eccleſiæ, Anno 1629. Franeck. publicavit.

DESIDERIUS, Cadurcenſis, An. C. 660. obiit. Exaravit epiſtolas ad diverſos. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. diſſert. pag. 254. Olearius in Abaco, pag. 131.*

DESIDERIUS (Hieron.) inter viros doctos refertur. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 124.*

DESPAGNEUS, de erroribus popularibus ſcribere aggreſſus eſt.

DESPAUTERIUS (Joh.) Ninivita, Flander, Anno 1514. obiit. Fertur fuiſſe unoculus. Reliquit Commentarios Grammaticos. Videatur *Sweertius in Ath. Belg. pag. 418. Voſſ. de Scr. Math. pag. 220.*

DESPIERES Calendarium Romanum, Duaci,

Duaci, Anno 1657. in lucem prodire juſſit.

DESSENNIUS (Bernh.) Croneburgius, An. 1573. floruit. Edidit Defenſionem veteris & rationalis medicinæ: item, librum de Peſte.

DESTITUTUS (Jul. Cæſ.) Satrianenſis Italus, A. 1632. claruit. Promiſit Polyhiſtorem vel 10. libros Electorum ex omni Philologia: item, Faſtos ſeculares Soc. Jeſu. Vid. *Alegambe, pag. 288.*

DETHICK (Henr.) ferias ſacras libris 8. Lond. An. 1577. complexus eſt.

DETUS (Hermannoctius) edidit varias repetitiones in Jure civili.

DEVARIUS (Matth.) ſcripſit de Particulis linguæ Græcæ, Romæ, An. 1588.

DEUCERUS (Joh.) compoſuit Theſaurum Theologiæ, An. 1619: item, Comment. in Pſalmos, fol.

DEVONIUS (Bald.) Anglus, Anno 1193. in obſidione Ptolemaidis occubuiſſe dicitur. Reliquit 2. libros de ſectis Hæreticorum: librum de ſacerdotio Joh. Hyrcani: alium, de eruditione Giraldi. Vid. *Carolus Viſch, in Ciſtert. pag. 30.*

DEVONIUS (Joſephus) Iſcanus vel Exceſtrienſis, A. 1200. et deinceps claruit. Compoſuit ſex libros de bello Trojano, Antiocheidem, Panegyricum, & alia. Libri de bello Trojano vulgò *Cornelio Nepoti* tribuuntur. Voſſius, poëtarum Britannicorum ſuo ævo principem appellat. Vid. *G. Langbainius ad Longinum, pag. 94. Barth. in 2. Theb. Pap. p. 101.*

DEUSINGIUS (Ant.) Meurſenſis, A. 1612. natus eſt. In Acad. Groningana profeſſionem Medicam obtinuit. Erat Arabicæ, Perſicæ & Turcicæ linguæ callentiſſimus ceu patet ex Erpenii Gramm. Arabica, quam ſuis obſervationibus locupletatam edidit. Pentateuchum Perſicum quoq; Latinè tranſtulit. Emiſit etiam Geneſin microcoſmi, An. 1653. item, univerſale naturæ Theatrum, Anno 1644. librum de motu cordis & ſanguinis, An. 1655. Ideam fabricæ corporis humani, A. 1659. faſciculum 14. ſelectarum diſſertationum, An 1660. Vid. *Autor vitarum Profeſſ. Groningenſ. pag. 213.* qui plurima alia ejus ſcripta enumerat.

DEUTSCHMAN (Joh.) Theologus, hoc tempore claret. Struxit Apologiam Aug. Confeſſ. AntiCrocianam, An. 1667.

DEXICRATES, Δεξικράτης, Athenienſis Comicus, *Suidæ & Athenæo* memoratur. Drama ejus, erant ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι.

DEXIPPUS, Δέξιππος, Erennius, Athenienſis Philoſophus & hiſtoricus, tempore Aureliani & Probi Impp. floruit. Vid. *Suidas. Eunapio* ἀνὴρ ἁπάσης παιδείας τε καὶ δυνάμεως λογικῆς ἀνάπλεως, i. e. vir in liberalibus diſciplinis & facultate logica verſatiſſimus vocatur. Scripſit contra *Plotinum* pro libro Ariſtotelis de Categoriis, teſte *Tzetze in Chil. pag. 172.* Item, χρονικὰ vel Hiſtoriam Macedonum. Fragmentum [illegible] adducit *Euſebius in Chronico, pag. 47.* [illegible]us nomen apud *eundem, pag. 32.* reſtitui debet, & pro Ζεύξιππος legendum Δέξιππος. Vid. *Mart. Hanckius, part. 1. de Scr. R. R. pag. 131. Voſſ. de Natura Logices, pag. 21 & 62.*

DEXIPPUS, Cous, Medicus, Hippocratis diſcipulus, condidit librum de re Medica: & duos alios περὶ προγνώσεων, i. e. de præcognitionibus, teſte *Suida.*

DEXTER (Flav.) tempore Theodoſii Magni vixit. *Voſſius*, præfectum prætorio fuiſſe, ex *Sophronio* oſtendit. Compoſuit Hiſtoriam, eamq; S. Hieronymo inſcripſit: *Hieronymus* contrà ipſi libellum de viris Illuſtribus dedicavit. Dextri Chronicon, quod à Chriſto nato ad Annum 430. usq; progreditur, primus è tenebris eruit & commentariis illuſtravit *Franciſcus Bivarius*, A. 1627. Vid. *Zeillerus, part. 3. pag. 65. Olearius in Abaco, p. 162.*

DEZA (Alf.) Complutenſis, A. [illegible] obiit. *Alegambe pag. 18.* vocat [illegible] D. Thomæ curioſum indagat[illegible] illuſtrem interpretem, & acerrim[illegible] propugnatorem. Fecit libellum de [illegible]tione mentali.

DEZA (Didacus) Hiſpanus, An. [illegible] extinctus eſt. Reliquit Monoteſſa[illegible] in 4 Evangeliſtas: Doctrinæ Thomæ Aquinatis defenſionem: Commentar[illegible] libros Sententiarum: Homilias, &c. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 134.*

DHOLLANDERUS (Engelb.) va[illegible] ſcripſit tum metro, tum proſa. Dramata quoq; multa exhibuit, teſte *Sander.*

DHOLLANDERUS (Joh.) compoſuit ingens volumen de Flandrica nobilitate.

DHUMBERT (Joh.) JCtus, in Codicem An. 1558. commentatus eſt.

DIACONUS (Paulus.) Vide, PAULUS.

DIACONUS (Petrus) Græcus, A.C. 520. claruit. Struxit librum de Incarnatione & gratia Dn. noſtri Jesu Christi. Vid. *Olearius*, *pag. 371.*

DIACONUS (Petrus) Oſtienſis, Anno 1137. floruit. Scripſit de viris illuſtribus Caſſinenſibus. Prodiit hic liber Romæ, Anno 1655. Videatur *Phil. Labbe*, *T. 2. Diſſ. pag. 206.*

DIADOCHUS, Διάδοχος, Photices in Illyrico Epiſcopus, circa A. C. 390. floruit. Condidit centum capita de perfectione, quæ habentur *T. 5. Bibl. ſanct.* Vid. *Olearius*, *pag. 133.*

DIAGORAS, Διαγόρας, Medicus, Philoſophus, Olymp. XCI. vixit. *Athenagoras* ſcribit, eum apertè ſtatuiſſe, μὴ ὅλως εἶναι Θεούς. Quidam tamen gentilium Deos tantùm ipſum irriſiſſe exiſtimant. *Suidas* ait, eum compoſuiſſe Λόγους ἀποπυργίζοντας, in quibus cauſa defectionis à communi de Diis opinione continebatur. Athenis ἀθεότητος accuſatus & capitis damnatus eſt. Verùm iſte periculum fuga evaſit. *Tatianus* eidem Λόγους Φρυγίους tribuit. Vid. *Thomaſius, de Plagio*, *§. 405.*

DIAGORAS, Medicus, *Dioſcoridi*, *pag. 267.* memoratur.

DIANA (Antoninus) Panormitanus, hoc ſeculo claruit. Opera ejus omnia novem Tomis prodierunt, An. 1667. fol.

DIAS, Δίας, Epheſius, Sophiſta, tempore Philippi, Regis Maced. claruit. Vid. *Philoſtratus, in vitis Soph. pag. 531.*

DIASIUS (Joh.) Hiſp. An. 1546. à fratre JCto nefariè interfectus eſt. Vid. *Verheiden, in Elog. præſt. Theolog. pag. 71.*

DIAZ (J. Bern.) Deciſiones Criminales, An. 1544. edi curavit.

DIAZ (Eman.) Luſitanus, An. 1618. claruit. Alter Emanuel DIAZ, itidem Luſitanus, ad Chinas usq; penetravit, & volumen de modo catechizandi gentiles elaboravit: item, Tract. de Cometis. Vid. *Alegambe*, *pag. 100.*

DIBUADIUS (Chriſt.) Medicus & Mathematicus, Anno 1605. demonſtrationem in arithmeticam Euclidis exaravit. Videatur *Barthol. in Danis Script. pag. 31.*

DIBUADIUS (Georg.) Prof. Hafn. Theologus, A. 1603. claruit. Scripſit comm. in priorem epiſtolam ad Timotheum. Extat etiam ejus Tract. de Juramento & ſanctificando Sabbato. Vid. *Vindingius in Rect. Hafn. pag. 141.* item, *Barthol. in Scr. Dan. pag. 46.*

DICÆARCHUS, Δικαίαρχος, Meſſenius, Ariſtotelis diſcipulus, de rep. Spartanorum librum compoſuit, qui quotannis Spartæ in Ephororum prætorio recitari meruit, teſte *Suida*: item, lib. de Muſica, nec non de divinatione & ſomniis. Deſcriptio Græciæ Dicæarchi hodiè extat. *Cicero & Tertullianus* tradunt, Dicæarchum iſtum, nihil omninò animum eſſe, cenſuiſſe. *Suidas* ei laudem Philoſophi, Oratoris, & Geometræ tribuit. Vid. *Reineſius in Var. lect. 3, 3.* item, *in Epiſt. pag. 609. Jonſius, de Scr. Hiſt. Phil. 1. 16.*

DICÆOGENES, Δικαιογένης, Tragicus & Dithyrambicus poëta *Harpocrationi & Suidæ* memoratur.

à DICASTILLO (Joh.) edidit 3. Tomos de Sacramento, fol. item, 2. Tomos de Juramento. Vid. *Alegambe*, *pag. 237.*

DICKENSONIUS (Joh.) reliquit Speculum Tragicum.

DICKINSONUS (Edmund.) compoſuit Delphos Phœniciſſantes, An. 1669.

DICKIUS (Leop.) JCtus, Oeconomiam conſtituendi Judicii publicavit.

DICKSONUS (Alex.) ſcripſit de virtute Memoriæ, Lugd. An. 1583.

DICKSONUS (David) Scotus, A. 1650. vixit. Extant ejus notæ in Epiſtolas Pauli, & Canonicas: item, ejus Therapeutica ſacra.

DICTYS, Δίκτυς, Cretenſis, belli Trojani tempore vixit, iſtiusq; belli Hiſtoriam novem libris complexus eſt. Vid. *Suidas & Tzetzes in Chil. 5. pag. 95.* Hiſtoriam, quæ hodie Dictyis nomine circumfertur, alicujus impoſtoris figmentum eſſe *Ludov. Vives* exiſtimat. Vid. *Borrich. in Cogit. ad Voſſ. pag. 12. Meurſius in Creta*, *pag. 235.*

DIDACUS (Franc.) edidit Annales regni Valentini.

DIDYMARCHUS, Διδύμαρχος, ἐν Μεταμορφώσεσι, ab *Antonino Liberali, narratione 23.* allegatur.

DIDYMUS, Δίδυμος, Alexandrinus, cognomine *Chalcenterus*, ab aſſiduo labore & indefeſſo ſcribendi ſtudio ità dictus, tempore Auguſti Imperatoris floruit.

Duaci, Anno 1657. in lucem prodire juſſit.

DESSENNIUS (Bernh.) Croneburgins, An. 1573. floruit. Edidit Defenſionem veteris & rationalis medicinæ: item, librum de Peſte.

DESTITUTUS (Jul. Cæſ.) Satrianenſis Italus, A. 1632. claruit. Promiſit Polyhiſtorem vel 10. libros Electorum ex omni Philologia: item, Faſtos ſeculares Soc. Jeſu. Vid. *Alegambe, pag. 288.*

DETHICK (Henr.) ferias ſacras libris 8. Lond. An. 1577. complexus eſt.

DETUS (Hermannoctius) edidit varias repetitiones in Jure civili.

DEVARIUS (Matth.) ſcripſit de Particulis linguæ Græcæ, Romæ, An. 1588.

DEUCERUS (Joh.) compoſuit Theſaurum Theologiæ, An. 1619: item, Comment. in Pſalmos, fol.

DEVONIUS (Bald.) Anglus, Anno 1193. in obſidione Ptolemaidis occubuiſſe dicitur. Reliquit 2. libros de ſectis Hæreticorum: librum de ſacerdotio Joh. Hyrcani; alium, de eruditione Giraldi. Vid. *Carolus Viſcb, in Ciſtert. pag. 30.*

DEVONIUS (Joſephus) Iſcanus vel Exceſtrienſis, A. 1200. et deinceps claruit. Compoſuit ſex libros de bello Trojano, Antiocheidem, Panegyricum, & alia. Libri de bello Trojano vulgò *Cornelio Nepoti* tribuuntur. Voſſius, poëtarum Britannicorum ſuo ævo principem appellat. Vid. *G. Langbainius ad Longinum, pag. 94. Barth. in 2. Theb. Pap. p. 101.*

DEUSINGIUS (Ant.) Meurſenſis, A. 1612. natus eſt. In Acad. Gröningana profeſſionem Medicam obtinuit. Erat Arabicæ, Perſicæ & Turcicæ linguæ callentiſſimus ceu patet ex Erpenii Gramm. Arabicâ, quam ſuis obſervationibus locupletatam edidit. Pentateuchum Perſicum quoq; Latine tranſtulit. Emiſit etiam Geneſin microcoſmi, An. 1653: item, univerſale naturæ Theatrum, Anno 1644. librum de motu cordis & ſanguinis, An. 1655. Ideam fabricæ corporis humani, A. 1659. faſciculum 14. ſelectarum diſſertationum, An 1660. Vid. *Autor vitarum Profeſſ. Gröningenſ. pag. 213.* qui plurima alia ejus ſcripta enumerat.

DEUTSCHMAN (Joh.) Theologus, hoc tempore claret. Struxit Apologiam Aug. Confeſſ. AntiCrocianam, An. 1667.

DEXICRATES, Δεξικράτης, Athenienſis Comicus, *Suidæ & Athenæo* memoratur. Drama ejus, erant ὑφ' ἑαυτ͂ πλανώμενα

DEXIPPUS, Δέξιππος, Erennius, Athenienſis Philoſophus & hiſtoricus, tempore Aureliani & Probi Impp. floruit. Vid. *Suidas. Eunapio* ἀνὴρ ἁπάσης παιδείας τε καὶ δυνάμεως λογικῆς ἀνάπλεως, i. e. vir in liberalibus diſciplinis & facultate logica verſatiſſimus vocatur. Scripſit contra *Plotinum* pro libro Ariſtotelis de Categoriis, teſte *Tzetze in Chil. pag. 172.* Item, χρονικὰ vel Hiſtoriam Macedonum. Fragmentum inde adducit *Euſebius in Chronico, pag. 47.* Ejus nomen apud *eundem, pag. 32.* reſtitui debet, & pro Ζεύξιππος legendum Δέξιππος. Vid. *Mart. Hanckius, part. 1. de Scr. R.R. pag. 131. Voſſ. de Natura Logices, pag. 28. & 62.*

DEXIPPUS, Cous, Medicus, Hippocratis diſcipulus, condidit librum de re Medica: & duos alios περὶ προγνώσεων, i. e. de præcognitionibus, teſte *Suida.*

DEXTER (Flav.) tempore Theodoſii Magni vixit. *Voſſius*, præfectum prætorio fuiſſe, ex *Sophronio* oſtendit. Compoſuit Hiſtoriam, eamq; S. Hieronymo inſcripſit: *Hieronymus* contrà ipſi libellum de viris Illuſtribus dedicavit. Dextri Chronicon, quod a Chriſto nato ad Annum 430. usq; progreditur, primus è tenebris eruit & commentariis illuſtravit *Franciſcus Bivarius*, A. 1627. Vid. *Zeillerus, part. 3. pag. 65. Olearius in Abaco, p. 162.*

DEZA (Alf.) Complutenſis, A. 1589. obiit. *Alegambe pag. 18.* vocat [illegible] D. Thomæ curioſum indagatorem, illuſtrem interpretem, & acerrimum propugnatorem. Fecit libellum de Oratione mentali.

DEZA (Didacus) Hiſpanus, An. 1515. extinctus eſt. Reliquit Monoteſſaron in 4. Evangeliſtas: Doctrinæ Thomæ Aquinatis defenſionem: Commentarium in libros Sententiarum: Homilias, &c. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 134.*

DHOLLANDERUS (Engelb.) varia ſcripſit tum metro, tum proſa. Dramata quoq; multa exhibuit, teſte *Sandero.*

DHOLLANDERUS (Joh.) compoſuit ingens volumen de Flandrica nobilitate.

DHUMBERT (Joh.) JCtus, in Codicem An. 1558. commentatus eſt.

DIACONUS (Paulus.) Vide, PAULUS.

DIACO-

DIACONUS (Petrus) Græcus, A.C. 520. claruit. Struxit librum de Incarnatione & gratia Dn. noſtri Jesu Christi. Vid. *Olearius*, *pag. 371.*

DIACONUS (Petrus) Oſtienſis, Anno 1137. floruit. Scripſit de viris illuſtribus Caſſinenſibus. Prodiit hic liber Romæ, Anno 1655. Videatur *Phil. Labbe*, *T. 2. Diſſ. pag. 206.*

DIADOCHUS, Διάδοχος, Photices in Illyrico Epiſcopus, circa A. C. 390. floruit. Condidit centum capita de perfectione, quæ habentur *T. 5. Bibl. ſanct.* Vid. *Olearius*, *pag. 133.*

DIAGORAS, Διαγόρας, Medicus, Philoſophus, Olymp. XCI. vixit. *Athenagoras* ſcribit, eum apertè ſtatuiſſe, μὴ ὅλως εἶναι Θεούς. Quidam tamen gentilium Deos tantum ipſum irriſiſſe exiſtimant. *Suidas* ait, eum compoſuiſſe Λόγους ἀποπυργίζοντας, in quibus cauſa defectionis à communi de Diis opinione continebatur. Athenis ἀθεότητος accuſatus & capitis damnatus eſt. Verùm iſte periculum fuga evaſit. *Tatianus* eidem Λόγους Φρυγίους tribuit. Vid. *Thomaſius, de Plagio*, §. 405.

DIAGORAS, Medicus, *Dioſcoridi, pag. 267.* memoratur.

DIANA (Antoninus) Panormitanus, hoc ſeculo claruit. Opera ejus omnia novem Tomis prodierunt, An. 1667. fol.

DIAS, Δίας, Epheſius, Sophiſta, tempore Philippi, Regis Maced. claruit. Vid. *Philoſtratus, in vitis Soph. pag. 531.*

DIASIUS (Joh.) Hiſp. An. 1546. à fratre JCto nefariè interfectus eſt. Vid. *Verheiden, in Elog. præſt. Theolog. pag. 71.*

DIAZ (J. Bern.) Deciſiones Criminales, An. 1544. edi curavit.

DIAZ (Eman.) Luſitanus, An. 1618. claruit. Alter Emanuel DIAZ, itidem Luſitanus, ad Chinas usq; penetravit, & volumen de modo catechizandi gentiles elaboravit: item, Tract. de Cometis. Vid. *Alegambe*, *pag. 100.*

DIBUADIUS (Chriſt.) Medicus & Mathematicus, Anno 1605. demonſtrationem in arithmeticam Euclidis exaravit. Videatur *Bartbol. in Danis Script. pag. 31.*

DIBUADIUS (Georg.) Prof. Hafn. Theologus, A. 1603. claruit. Scripſit comm. in priorem epiſtolam ad Timotheum. Extat etiam ejus Tract. de Juramento & ſanctificando Sabbato. Vid. *Vindingius* in *Rect. Hafn. pag. 141.* item, *Bartbol. in Scr. Dan. pag. 46.*

DICÆARCHUS, Δικαίαρχος, Meſſenius, Ariſtotelis diſcipulus, de rep. Spartanorum librum compoſuit, qui quotannis Spartæ in Ephororum prætorio recitari meruit, teſte *Suida*: item, lib. de Muſica, nec non de divinatione & ſomniis. Deſcriptio Græciæ Dicæarchi hodiè extat. *Cicero* & *Tertullianus* tradunt, Dicæarchum iſtum, nihil omninò animum eſſe, cenſuiſſe. *Suidas* ei laudem Philoſophi, Oratoris, & Geometræ tribuit. Vid. *Relneſius in Var. lect. 3, 3.* item, *in Epiſt. pag. 609. Jonſius, de Scr. Hiſt. Phil. 1. 16.*

DICÆOGENES, Δικαιογένης, Tragicus & Dithyrambicus poëta *Harpocrationi* & *Suidæ* memoratur.

à DICASTILLO (Joh.) edidit 3. Tomos de Sacramento, fol. item, 2. Tomos de Juramento. Vid. *Alegambe*, *pag. 237.*

DICKENSONIUS (Joh.) reliquit Speculum Tragicum.

DICKINSONUS (Edmund.) compoſuit Delphos Phœniciſſantes, An. 1669.

DICKIUS (Leop.) JCtus, Oeconomiam conſtituendi Judicii publicavit.

DICKSONUS (Alex.) ſcripſit de virtute Memoriæ, Lugd. An. 1583.

DICKSONUS (David) Scotus, A. 1650. vixit. Extant ejus notæ in Epiſtolas Pauli, & Canonicas: item, ejus Therapeutica ſacra.

DICTYS, Δίκτυς, Cretenſis, belli Trojani tempore vixit, iſtiusq; belli Hiſtoriam novem libris complexus eſt. Vid. *Suidas* & *Tzetzes in Chil. 5. pag. 95.* Hiſtoriam, quæ hodie Dictyis nomine circumfertur, alicujus impoſtoris figmentum eſſe *Ludov. Vives* exiſtimat. Vid. *Borrich. in Cogit. ad Voſſ. pag. 12. Meurſius in Creta*, *pag. 235.*

DIDACUS (Franc.) edidit Annales regni Valentini.

DIDYMARCHUS, Διδύμαρχος, ἐν Μεταμορφώσεων, ab *Antonino Liberali, narratione 23.* allegatur.

DIDYMUS, Δίδυμος, Alexandrinus, cognomine *Chalcenterus*, ab aſſiduo labore & indefeſſo ſcribendi ſtudio ità dictus, tempore Auguſti Imperatoris floruit.

Macrobius Saturn. 5, 12, Grammaticorum omnium, qui ſunt quique fuerint, inſtructiſſimum appellat. A *Demetrio Trœzenio* Βιβλιολάθας dictus eſt, eò quòd ſæpè nec eorum meminiſſet, quæ ipſe ſcripſiſſet. Juxta *Suidam* ter mille & quingentos: juxta *Senecam verò Epiſt. 88.* quater mille libros ediſſe dicitur. *Photius, Cod. CCLXXIX.* memorat, decem libros proverbiorum à Didymo ſcriptos eſſe. Didymi Συμποσιακά *Diogenes Laërtius l. 5. Stephanus Ethnographus, & Clemens Alex. l. 4. Strom.* allegant. *Suidas* plures Didymos enumerat, itidem Grammaticos, inter quos etiam eſt *Claudius* DIDYMUS, quem de Thucydidis in analogia erratis ſcripſiſſe refert. DIDYMUS, Hiſtoricus, ἐν ξένῃ ἱστορίᾳ ab *Euſebio in Chronico, pag. 29.* allegatur.

DIDYMUS, Alexandrinus, S. Hieronymi præceptor, ſeculo IV. circa Annum Domini 380. claruit. Hic, cùm cœcus eſſet, plurima dictavit, teſte *Hieronymo in Catalogo.* Nunc ſolùm extant tres libri de Spiritu Sancto, quos *Hieronymus* latinitate donavit, ſuisq; operibus inſeruit: item, Expoſitio in epiſtolas Canonicas. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 134. Jonſius de Scr. H. Ph. 3, 2.*

DIDYMUS Areus, Philoſophus Academicus, quando vixerit, non certò conſtat. *Suidas* 'Ατῆιον vocat, corruptè. Scripſit Syntagma περὶ τῶν ἀρεσκόντων Πλάτωνι, i. e. de Platonis placitis: item, de Pythagorica Philoſophia. Αὐτὸς quoq; πιθανῶν καὶ σοφισμάτων duobus libris complexus eſt. Vid. *Jonſius de Sc. Hiſt. Phil. 3, 1.*

DIDYMUS (Jacobus) Friſius, varia elaboravit poemata.

DIDYMUS (Paulus) edidit octo libros Joſephiados, An. 1580.

DIEDUS (Franc.) Venetus, Anno 1483. obiit. Extant ejus orationes & epiſtolæ: item, Vita S. Rochi.

DIELAI (Euſtach.) Bononienſ. An. 1600. floruit. Scripſit de Auxiliis.

DIEMERBROCK (Isbrandus) ſtruxit Tr. de peſte, Anno 1665: item, Anatomen corporis humani, An. 1672.

DIEMMEIERUS (Joh.) JCt. de Criminibus eorumq; pœnis, Anno 1568. commentatus eſt.

DIENHEIM (Joh. Wolfg.) Medicinam univerſalem, An. 1610. publicavit.

DIEPENBORRIUS (Æg.) Brabantus, Invectivam in malos presbyteros condidit carmine.

DIEPOLDUS (Henr.) Genealogias Impp. & regum, An. 1628. ſtilo expreſſit.

à DIEST (Henr.) edidit Clavem linguæ ſanctæ, Anno 1669: Enchiridion religionis Chriſtianæ, An. 1641. Conciones in quinq; priora capita epiſtolæ ad Rom. An. 1676.

DIEST (Samuel) ſcripſit de controverſiis Evangeliorum, An. 1672.

DIETELIUS (Andr. Guil.) collegit propoſitiones ex univerſa Theologia, fol.

DIETELIUS (Gregorius) Monachus Priflingenſis, edidit Directorium conſcientiæ, Anno 1670. in 4. Ejus opera Theologica prodierunt Ratisbonæ, Anno 1674. in 4.

DIETERICH (J. G.) ſcripſit de Jure & ſtatu Judæorum in rep. Chriſtiana, Anno 1648.

DIETERICUS (Conr.) Theologus Ulmenſis, natus eſt, An. 1575: obiit, An. 1639. Confecit Inſtitutiones Catecheticas, juventuti perutiles, ideoq; ſæpius recuſas: duo volumina concionum in Sapientiam Salomonis, fol. Analyſin evangeliorum Dominicalium, &c. Vid. *Spizelius in Templo Honor. pag. 133. Witte, in Theol. pag. 455.*

DIETERICUS (Helv.) excudendum dedit Elogium planetarum cœleſtium & terreſtrium Macrocoſmi & Microcoſmi, An. 1627.

DIETERICUS (Joh. Conr.) Butisbaco Wetteravus, natus eſt, An. 1612: obiit, An. 1667. Compoſuit Antiquitates Biblicas: Antiquitates Romanas: Jatreum Hippocraticum: Breviarium Pontificum Rom. Breviarium Hæreticorum & Conciliorum: Indicem in Heſiodum: Græciam exulantem: Lexicon Etymologico-Græcum, &c. Mortuum laudavit *Henr. Phaſianus.* Vid. *Mart. Hanckius, part. 2. de Scr. R. R. pag. 191.*

DIETERICUS (Joh.) de privata Abſolutione, deq; Actis colloquii Marpurgenſis commentatus eſt.

DIETERICUS (Vitus) Paſtor Norimbergenſ. An. 1549. obiit. Texuit Summaria in libros Vet. & Nov. Teſtam. Librum de officiis Paſtorum: Inſtitutio-

nem

nem vitæ Chriſtianæ: modum orandi, & ſententias conſolatorias.

DIETERUS (Rich.) JCtus, ſcripſit de ſumma ſummi Imperii poteſtate, quam majeſtatem vocamus.

DIETHERRUS (Andreas) Auguſtanus, An. 1544. vixit. Comœdias, Joſephum & Pauli converſionem, condidit.

DIETHERRUS (Chriſt. Ludov.) Patricius Norimb. celebris JCtus, natus eſt, A. 1619. Edidit Theſaurum practicum *Beſoldi* cum additamentis: *Rebuffum* de Decimis: quinq; Orationes variarum materiarum: Aureum ſeculum: Itinerarium *Mich. Hammerſamii* in Indiam occidentalem: Tr. de amore præmaturo: umbram Stubenbergiacam: Conſilia adoptiva *Klockii*: Orbem novum literatorum detectum ſive continuationem *Beſoldianam* cum augmento *Fritſchii*. Vivit etiamnum & de literis optimè meretur.

á DIEU (Lud.) Fliſſingenſis, natus eſt, An. 1590: obiit, An. 1642. Mortuo *Joh. Polyander* parentavit. Emiſit Hiſtoriam Chriſti, ab *Hier. Xavier* conſcriptam, Perſicè & Latinè, in 4. Compoſuit etiam animadverſiones in Syrum Nov. Teſt. Interpretem.

DIEUTYCHIDAS, Διευτυχίδας, Megarenſis, Hiſtoriam Megaricam literis prodidit. Allegatur ab *Harpocratione*, & *Clemente Alexandr. 1. & 6. Stromat.* Vid. *Palmerius in Emendat. pag. 739.*

DIEZ (Phil.) Luſitanus, An. 1591. claruit. Quatuor Tomos concionum: item, Summam Prædicantium publicavit. Videatur *Wadding. in S. O. M. pag. 292.*

DIGBEJUS (Everh.) condidit artem natandi, A. 1587. Lond. item, duplicem Methodum, Rami methodum refutantem.

DIGBY (Kenelmus) Diſſertationem de Plantarum vegetatione: item, demonſtrationem immortalitatis animæ rationalis, Anno 1664. publicæ luci expoſuit.

DIGESSIUS (Thom.) emiſit Scalas vel alas Mathematicas, Londini, Anno 1673. Vide, DEGESSIUS.

DIGOPIUS (Joh.) ſcripſit Tr. de Alchymia, Pariſ. An. 1573.

DIKE (Jerem.) Conciones ſelectas: item, Archippum edi curavit.

DILHERRUS (Joh. Mich.) Francus, Theologus & Philologus inſignis, natus eſt, Anno 1604: obiit, Anno 1669. Jenæ Philoſophiam & Philologiam profeſſus eſt: inde Norimbergam accitus, concionando & ſcribendo Eccleſiæ Evangelicæ plurimum profuit. Mortuum laudaverunt *Chriſtoph. Molitor & Chriſt. Arnoldus*. Edidit 2. Tomos Diſpp. Philologicarum, Conciones, Electa, &c. Vid. *Adrianus Bejerus in Rect. Jenenſ. pag. 489. 1027. & Spizelius in Templo Hon. pag. 295.*

DILLENIUS (Joh.) JCtus, An. 1623. floruit. Scripſit Panegyricum, cum Notis.

DILLICHIUS (Wilh.) Chronicon Haſſiæ, Hungariæ, & Bremenſe publicavit: item, Peribolologiam ſeu rationem muniendorum locorum, An. 1641. fol.

DILLINGHAM (Fr.) Enchiridion fidei Chriſtianæ, Lond. An. 1617. vulgavit.

DINAMIUS, vitam B. Maximi, Epiſcopi Rhegienſis, ſtilo expreſſit. Extat apud *Surium, T. 6. de Sanctis.*

DINARCHUS, Δείναρχος, Athenienſis Orator, Olympiade CXV. claruit. Demoſthenicum quid habet, ſed eſt inflatior: unde, teſte *Hermogene*, á quibusdam κρίθινος Δημοσθένης, i. e. hordearius Demoſthenes dictus eſt. Orationes ejus tres extant. 1. Eſt κατὰ Δημοσθένους. 2. κατὰ Ἀριστογείτονος. 3. κατὰ Φιλοκλέους. Eas edidit *Janus Gruterus*, An. 1619. in 8. Plures *Suidas* numerat. Vid. *Thomaſius de Plagio, §. 407.* De Dinarchi orationibus *Meurſius in lect. Att. l. 3. c. 5. & 11.* legi meretur. *Voſſ. de Nat. Rhet. pag. 83.*

DINARCHUS, Delius, docuit Fabulas Cretenſes, teſte *Dionyſ. Halicarnaſſ. de antiq. Orat.* Vid. *Meurſius in Creta, l. 1.* ubi Dionyſium corrigit.

DINCKELIUS (Dan.) Argentinenſis, Med. & Philoſoph. natus eſt, An. 1596: obiit, An. 1634.

DINCKELIUS (Joh.) Anno 1601. obiit. Edidit Homilias Catecheticas contra Pontificios.

á DINCKELSPIEL (Nicol.) conſcripſit Sermones de pœnitentia & oratione Dominica.

DINETUS (Jacob.) Molinenſis Gallus, An. 1630. vixit. Reliquit vitas illuſtrium virorum inter ſe comparatas: item, Opera moralia, ad imitationem Plutarchi. Vid. *Alegambe, pag. 195.*

DINGLEUS Obſervationes Philoſophi-

cas, Hiſtoricas & Theologicas de Tonitru compoſuit.

DINIAS, *Δινίας*, ſcriptis ſuis res Argolicas complexus eſt. Citatur à *Schol. Apollonii*.

DINNERUS (And.) Herbipolenſis, Conradi filius, JCtus, natus eſt, A. 1579: obiit, A. 1633. Mortuo parentavit *Frid. Tucherus*, Patricius Norimb. Altdorffii Jurisprudentiam magna cum laude interpretatus eſt. Scripſit de juſto rerum precio. Oratio ejus de milite veſpertilione Theſauro Politico *Beſoldi*, *pag. 508.* inſerta eſt. Vid. *Henning. Witte*, *in JCt. pag. 145.*

DINNERUS (Beatus) Uberlingenſis, poëta, à *Bruſchio de Monaſter. pag. 140. 152.* allegatur.

DINNERUS (Conradus) Acronianus, vir Græcè & Latinè doctiſſimus, An. 1580. claruit. Epitheta Græca magno ſtudio & labore collegit. Librum etiam de vita & geſtis Georgii Ludovici à Sensheim ſub nomine *Thraſybuli Leptæ* publicavit.

DINOLOCHUS, *Δινόλοχος*, Comicus poëta, Dorica dialecto 14. Fabulas compoſuit. *Suidas* eum ad Olymp. LXXIII. refert; *Voſſius* mavult ad Olymp. XCII. referre. Vid. *Suidas*, *in ὗς τὴν ῥόπαλον*. Confer *Ælian. hiſt. anim. 6, 51.*

DINON, *Δίνων*, pater Clitarchi Hiſtorici, tempore Artaxerxis Memorioſi floruit. Scripſit *Περσικὴν πραγματείαν*, i.e. opus de rebus Perſarum, teſte *Athenæo*, *l. 2.* Confer *Corn. Nepotem in vita Cononis. Diogenes Laërtius in proœm.* Dinonem in l. 5. hiſt. allegat.

DINOTHUS (Rich.) Normannus, Hiſtorica adverſaria & Centuriam de Viris illuſtribus: item, librum de Gallico civili bello, An. 1582. emiſit.

DINTERUS (Emundus) Brabantus, Hiſt. An. 1448. obiit. Chronicon Brabantiæ & alia reliquit. Videatur *Sweertius*, *pag. 229.*

DIO, Caſſius Coccejanus, *Δίων*, ſub Alexandro Mammeæ Imp. floruit. Hiſtoriam ab U. C. orſus eſt, quam usque ad dictum Alexandrum LXXX. libris perduxit. Ex his primi XXXIV. libri perierunt: exſtant verò ſequentes XXV. qui incipiunt à Luculli geſtis ac deſinunt in morte Claudii Cæſaris. Qui inde ſequebantur, itidem interciderunt. Judice *Photio*, grandi ſtilo utitur, atq; in concionibus Thucydidem imitatur. Confer *Suidam*. Vid. *Mart. Hanckius*, *part. 1. de Scr. R. R. pag. 121. Jonſius de Scr. Hiſt. Phil. 3, 14. Glandorpius pag. 250. Thomaſius de Plagio, §. 408.*

DIO, Colophonius, de agricultura, teſte *Varrone*, *l. 1. c. 1.* commentatus eſt.

DIO, Pruſæenſis, cui facundia *Chryſoſtomi* nomen peperit, tempore Nervæ & Trajani claruit. Condidit Orationes, quæ extant: item, 8. libros de Alexandri virtutibus: ut & librum, an mundus ſit corruptioni obnoxius. *Suidas* tradit, eum magnificentiam adeò affectaſſe, ut leoninam pellem ferens in publicum prodierit. Confer *Philoſtratum*, *in Vitis Soph. pag. 531. Tzetzem in Chil. pag. 218. Mallincrot. pag. 21. 89.*

DIO Syracuſanus, Hipparini filius, Epiſtolas ad Platonem exaravit. Videatur *Suidas*.

DIOCLES, *Διοκλῆς*, Athenienſis, veteris Comœdiæ poëta, Olymp. LXXVIII. innotuit. Ejus *Βάκχας*, *Θάλατταν*, *Κύκλωπας*, *Μελίσσας* & *Ὀνείρους* *Athenæus*, *Pollux* & *Suidas* allegant.

DIOCLES, Caryſtius, celebris Medicus, ſecundus ab Hippocrate fama & ætate fuit, teſte *Plinio*, *l. 26. c. 2.* Mentionem ejus paſſim faciunt *Dioſcorides*, *Galenus* & *alii*. Extat ejus Tr. de morborum præſagiis.

DIOCLES, Magneſius, librum *περὶ βίων φιλοσόφων*, id eſt, de vitis Philoſophorum compoſuit. A *Diogene Laërtio* plus vice ſimplici allegatur. Vid. *Jonſius de Scr. Hiſt. Phil. pag. 333.*

DIOCLES, Peparethius, ſcripſit de origine Urbis Romæ, teſte *Plutarcho in vita Romuli*: ubi addit, eum in plurimis Fabium Pictorem ſecutum eſſe.

DIOCLES, Rhodius, *Αἰτωλικὰ* condidit, allegata à *Plutarcho*, *lib. de fluviis*. Vid. *Meurſius in Rhodo*, *pag. 94.* Dioclem, Hiſtoricum, *Joſephus*, *l. 10. Ant. Jud. c. 7.* allegat.

DIODOCLAVIUS. Vide ſuprà, CALDERWODUS.

DIODORUS, *Διόδωρος*, Alexandrinus, cognomine *Valerius*, ſub Adriano Imp. claruit. Scripſit, teſte *Suida*, de dictione Attica.

DIODO-

DIODORUS, Eleates, Elegias compoſuit, teſte *Parthenio in Eroticis*.

DIODORUS, Epheſius, περὶ Ἀναξιμάνδρου à *Laërtio*, *l. 9.* allegatur. Vitas Philoſophorum, ni fallor, deſcripſit.

DIODORUS, Periegetes, περὶ Μνημάτων nonnulla reliquit, ceu colligere eſt è *Plutarcho in Themiſtocle*.

DIODORUS, Prienæus, ſcripſit de re ruſtica. Teſtis, *Varro l. 1. c. 1.*

DIODORUS Siculus, hiſtoricus, tempore Jul. Cæſaris & Auguſti Octaviani floruit. Bibliothecam Hiſtoricam exſtruxit, in qua agebat de rebus Ægyptiis, Aſſyriis, Medis, Perſicis, Punicis, Romanis, &c. Conſtabat hoc opus 40. libris, ex qvibus hodie 15. ſuperſunt, & pauca apud *Photium & alios* excerpta. In hoc opus 30. annos ſeſe impendiſſe in præfatione ipſe Diodorus affirmat. *Plinius in præf.* eum primum Græcorum nugari deſiiſſe judicat. *Photius* uſum ait φράσει σαφεῖ καὶ ἀκόμψῳ καὶ ἱστορίᾳ μάλα πρεπούσῃ, i. e. dictione perſpicua, nec nimium ornata & hiſtoriæ maxime convenienti.

DIODORUS, Sardianus, cognomine *Zonas*, Orator fuiſſe dicitur. Meminit ejus *Strabo l. 17. pag. 627.*

DIODORUS, Junior, ἔγραψεν ἱστορικὰ συγγράμματα, καὶ μέλη, καὶ ποιήματα, τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἐμφαίνοντα, teſte *Strab. lib. 11. pag. 628.* Hujus epigramma aliquid in *Anthol. l. 1. c. 26.* legitur.

DIODORUS, Sinopenſis, Comœdias docuit, ex quibus Ἐπίκληρον, Αὐλητρίδα, & Παννυχίστὰς partim *Athenæus*, partim *Suidas* allegant.

DIODORUS, Syracuſanus, Hiſt. à *Malincrotio, pag. 65.* relatus eſt inter eos, qui ab aliis omiſſi erant.

DIODORUS, Tarſenſis, Grammaticus, cujus Gloſſas item ὑπομνημονεύματα. Vid. *Meurſius in Notis* ad *Chalcidium*, pag. 1.

DIODORUS, Tarſenſis Epiſcopus, tempore Juliani & Valentis Impp. claruit. Teſte Suida, Euſebii Chronicon, ſicubi erratum erat, correxit. Idem *Suidas* multa ejus ſcripta recenſet.

DIODOTUS, Διόδοτος, Medicus, *Dioſcoridi, pag. 1.* laudatur.

DIOGENES, Διογένης, Amiſi Epiſcopus, carmina compoſuit. Unum ex illis occurrit in *Anthologia, l. 3. c. 23.*

DIOGENES, Apolloniates, Phyſicus, Anaxagoræ æqualis fuiſſe ſcribitur. De eo *Clemens Alexandrinus*, *Heſychius in vitis Philoſophorum*, *Suidas*, &c. conſuli poterunt.

DIOGENES, Babylonius, Seleucienſis dictus, Chryſippi diſcipulus, teſte *Cicerone in Lucullo & 6. de Finibus*, tempore belli Punici II. ab Athenienſibus, unà cum Carneade Academico & Critolao Peripatetico Romam miſſus eſt, quemadmodum ex *Agellio, 7, 14.* conſtat. Ejus libros de Nobilitate *Athenæus, l. 4.* allegat. *Lucianus in Longævis*: Diogenes (inquit) Seleucienſis, Stoicæ ſectæ philoſophus, 88. annos vixit.

DIOGENES, Cyzicenus, ſeptem libros de Cyzico, patria ſua, compoſuit, teſte *Stephano*.

DIOGENES, Laërtius, tempore Antonini Pii claruit. Habemus 10. ejus libros de vitis Philoſophorum. Scripſit etiam librum Epigrammatum omni metrorum genere, quem idcircò Πάμμετρον vocavit. Timonis quoq; Sillos commentario illuſtravit. *Tzetzes, Chil. 3. hiſt. pag. 61.* ἐπιγραμματογράφον eum appellat. Notanter *Barthius ad Claudianum, pag. 102.* Extat magno commodo omnium literarum Diogenes Laërtius; cujus rhapſodiæ, licet diligentiſſimæ exactisſimæq; non ſint, ſumma tamen utilitate & voluptate leguntur, ut multis vegrandibus carere pro iſto velle ſapientia ſit. Videatur *Voſſ.* de *Nat. Rhet. pag. 65.* *Jonſius* de *Scr. Hiſt. Ph. 3, 12.*

DIOGENES, Sicyonius, teſte *Laërtio*, res Peloponneſiacas literis mandavit.

DIOGENES, Sinopenſis, Philoſophus, vulgò Canis dictus, Olympiade CXIV. obiit. Vitam ejus *Laërtius* deſcripſit. Vid. etiam *Suidas*.

DIOGENES, Smyrnæus, Philoſophus, Anaxarchi præceptor fuit, teſte *Clemente lib. 1. Stromat.*

DIOGENES, Tarſenſis, quæſtiones poëticas peculiari libello proponere, ſimulque ſoluere conatus eſt.

DIOGENES, Tragicus, *Suidæ* commemoratur. Ex ejus Fabulis erant Ἀχιλλεὺς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Μήδεια, Οἰδίπους, Σεμέλη, Χρύσιππος.

DIO-

DIOGENES quidam ἐν Παλληνιακοῖς, à *Parthenio in Eroticis c. 6.* allegatur.

DIOGENETES, Διογενέτης, Erythræus, ab *Hygino* in *Aſtronomico*, ubi de *piſcibus* agit, adducitur.

DIOGENIANUS, Διογενιανὸς, Heracleota, temporibus Adriani Cæſaris claruit. Collegit Adagia Græcorum ordine Alphabetico. Ea primus *Andr. Schottus* è Codice Electoralis Bibliothecæ publici juris fecit. Ex hoc Diogeniano adagia ſe in lexicon ſuum tranſtuliſſe, ipſe *Heſychius in præfatione* refert. *Reineſius* in *Variis*, *l. 2. cap. 1. pag. 127.* librum, titulo κέρας Ἀμαλθείας, ipſi quoq; tribuit. Vid. *Suidas.*

DIOMEDES, condidit Grammaticam tripartitam. Extat inter Grammaticos, à *Putſchio* editos.

DIONYSIODORUS, Διονυσιόδωρος, Trœzenius, à *Plutarcho* in *initio Arati* allegatur:

DIONYSIUS, Διονύσιος, Ægeus, Medicus & Philoſophus, centum capita Dictyacorum compoſuit. Quæ in dictis capitibus contineantur, *Photius Cod. CCXI.* evolvit; qui videatur.

DIONYSIUS, Albianus, à *Scholiaſte* ad *l. 2. Argonaut. Apollonii Rhodii pag. 188.* allegatur.

DIONYSIUS, Glauci filius, Alexandrinus Grammaticus, tempore Neronis & deinceps, usq; ad Trajanum claruit. Chæremoni Philoſopho Alexandriæ ſucceſſit. Vid. *Suidas.*

DIONYSIUS, Alexandrinus Epiſcopus, A. C. 265. obiit. Mentio ejus frequens apud *S. Hieronymum* occurrit, maximè in *Comm.* in *Eſaiam*, ubi ait, ipſum contra Irenæum ſcripſiſſe, Apocalypſin nimis carnaliter explicantem. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſ. de S. E. pag. 257. Olearius, pag. 136.* Dionyſius Alexandrinus fecit Commentarium in Salomonem Concionatorem valdè diſertum, inquit *Suidas.*

DIONYSIUS, Areopagita, S. Paull diſcipulus, ceu ex *Actis Apoſt. c. 17.* patet, juxta *quosdem* ſub Domitiano Imp. martyrio coronatus eſt. *Bellarminus* tamen usq; ad Trajanum vixiſſe aſſerit. Confer *Suidam.* Ei vulgò libros de Hierarchia cœleſti tribuunt: item, alium de divinis nominibus; ſed falsò, quemadmodum *Becmannus in Exercit. Theol. pag. 506.* oſtendit. Vid. *Rivetus T. 2. Oper. pag. 1079. Ph. Labbe. T. 1. de S. E. pag. 259. 765. Olearius, pag. 137.* Dionyſii Areopagitæ defenſionem *Martinus Delrio* in *vindiciis Areopagiticis* ſuſcipere conatus eſt. Conf. *Andr. Schottum* in *Scholiis* ad *Photii Bibliothecam, pag. 2.*

DIONYSIUS, Argivus, *Clementi Alexandr. l. 1. Strom.* memoratus eſt. Confer *Scholiaſten Pindari, pag. 266.*

DIONYSIUS, Athenienſis, à *Scholiaſte Apollonii Rhodii ad l. 2. ἀργοναυτ. pag. 176.* citatur.

DIONYSIUS, Byzantius, ſcripſit navigationem per Bosphorum, teſte *Stephano*, in Χρυσόπολις. *Suidas* ἐποποιὸν appellat & addit, eum quoq; poëma ſcripſiſſe plenum Epicediis, indito *Threnorum* titulo.

DIONYSIUS Carthaginenſis, a *Diogene Laërtio in Euclide, pag. 159.* allegatur.

DIONYSIUS Cato. Vide ſupra, CATO.

DIONYSIUS, Chalcidenſis, quinq; libris Κτίσεις vel origines urbium complexus eſt. Ejus teſtimonium *Dionyſius Halicarnaſſ. l. 1. Antiq. Rom.* uſurpat. Confer *Scholiaſten Apollonii, pag. 133. 226*

DIONYSIUS, Characenus, Ixeutica reliquit. Ea *Iſaacus Voſſius* habuit, quemadmodum ad *Melam, pag. 73.* obſervat. Promittit ſe illa aliquando in lucem producturum eſſe.

DIONYSIUS, Carthuſianus, alio nomine *de Lewis*, item *Richerius* dictus, Belga, A. C. 1471. obiit. Ob ſingularem ſanctitatem *Doctor Extaticus* dictus eſt. Scripſit in omnes libros S. Scripturæ [illegible], in quatuor libros Magiſtri Sententiarum. Opera ejus 12. voluminibus continentur. *Olearius in Abaco, pag 138.* Vide [illegible] RICKEL.

DIONYSIUS, Χαλκοῦς, i. e. æneus, in [illegible] elegiis citatur ab *Ariſtotele, in Rhet.* [illegible]

DIONYSIUS, Comicus, Fabulas condidit. Ex his Ἀκοντιζόμενος, Διόνυσος, Θρᾷκες, Ὁμώνυμοι, Σώζων, Ταξίαρχοι, potiores fuerunt.

DIONYSIUS, Corinthius, juxta *Suidam*, Meteorologica: item Commentarium in Heſiodum compoſuit. Ad hæc, Orbem terrarum verſibus expreſſit.

DIONYSIUS, Cyzicenus, inter Epigrammatiſtas reperitur. Vid. *Anthol. l. 3. c. 31.*

DIONYSIUS, Epheſius, τῶν τ' ἰατρῶν ἀνα-

χαφὴν

γραφὴν, i. e. Medicorum deſcriptionem reliquit. Vid. *Jonſius, in Scr. hiſt. Phil. pag. 334.*

DIONYSIUS, Exiguus, natione Scytha, tempore Theodorici, Gothorum Regis Ann. 540. claruit. Condidit Cyclum Paſchalem, & omiſſa numeratione ab imperio Diocletiani, numerare cœpit ab incarnatione Domini JESU CHRISTI, uti ſcribit *Bellarminus* ad An. 525. Dionyſium pluribus commendat *Caſſiodorus in div. lect. cap. 23.* Fuit (inquit) noſtris temporibus Dionyſius, Monachus, Scytha natione, ſed moribus omninò Romanus, in utraq; lingua valdè doctiſſimus, qui Scripturas divinas tanta curioſitate diſcuſſerat atq; intellexerat, ut undecunque interrogatus fuiſſet, paratum haberet competens ſine aliqua dilatione reſponſum. Fuit in illo cum ſapientia magna ſimplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi parcitas: ut in nullo ſe vel extremis famulis anteferret, cum dignus eſſet regum ſine dubitatione colloquiis. Qui petitus à Stephano, Epiſcopo Solonitano, ex Græcis exemplaribus Canones Eccleſiaſticos, moribus ſuis, ut erat planus atq; diſertus, magnæ eloquentiæ luce compoſuit, quos hodiè uſu celeberrimo Eccleſia Romana complectitur. Alia quoq; multa ex Græco tranſtulit in latinum, quæ utilitati Eccleſiæ poſſunt convenire. Qui tanta Latinitatis & Græcitatis peritia fungebatur: ut quoscunq; libros Græcos in manibus acciperet, Latinè ſine offenſione tranſcurreret, iterumq́; Latinos Attico ſermone legeret, ut crederes, hoc eſſe conſcriptum, quod os ejus inoffenſa velocitate fundebat. Hæc ille. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſ. de S. E. pag. 263. Olearius, pag. 138.*

DIONYSIUS, Halicarnaſſeus, Hiſtoricus tempore Auguſti floruit. Exaravit 20. libros Ἀρχαιολογίας Ρωμαϊκῆς, ex quibus hodie nonniſi undecim ſuperant. Res Romanas accuratius tractat, quàm alii: unde in multis ipſi Livio præfertur, Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de Scr. R. R. pag. 52. Jonſius de Scr. hiſt. Rhil. 3, 8.*

DIONYSIUS, Halicarnaſſeus, junior, ſub Hadriano Cæſ. vixit. Scripſit, teſte *Suida*, Hiſtoriæ Muſicæ 36. libros, in quibus tibicinum, citharœdorum & Poëtarum omnis generis meminit.

DIONYSIUS, Heracleota, Μεταθέμενος dictus, ſub Ptolemæo Lagi claruit. Cùm dolorem, in quem inciderat, perferre non poſſet, à Stoicis, qui dolorem inter adiaphora reponunt, ad Cyrenaicos defecit: unde tale cognomentum nactus eſt. Commentatus eſt περὶ ἀρχαίων βασιλέων: Item, περὶ βαρβαρικῶν ἐθῶν, teſte *Laërtio.*

DIONYSIUS Longinus. Vide, LONGINUS.

DIONYSIUS, Mileſius, ſcriptor fuit antiquior Herodoto. Complexus eſt res Darii libris quinq;: κύκλον ἱστορικὸν, ſeptem: & res Trojanas, tribus. *Scholiaſtes Apollonii pag. 205, 173.* ejusdem Argonautica allegat. Confer *Suidam.* Hunc Dionyſium Cyclographum vocari à *Tzetze in Chil. pag. 227.* exiſtimo.

DIONYSIUS, Mileſius, ſophiſta, à *Philoſtrato, in Vitis Sophiſt. p. 541.* depingitur.

DIONYSIUS, Mitylenæus, cognomine Σκυτοβραχίων, Argonautica 6. libris expoſuit. Judice *Voſſio*, Olymp. CLXXIII. claruit. *Suetonius* etiam in *Gramm.* ejus meminit: item, *Suidas.*

DIONYSIUS, Olynthius, ab *Euſebio de præp. Evang. 10, 11.* allegatur. Vid. *Jonſius de Sc. hiſt. Phil. 1, 7.*

DIONYSIUS, Περιηγητὴς, tempore Auguſti celebris factus eſt. Struxit carmen de Situ orbis, quod extat unà cum ſcholiis Euſtathii. *Suidas* eum Byzantium facit. *Alii* Afrum vel Alexandrinum. Eidam Dionyſio *Euſtathius pag. 9.* Λιθιακὰ, i. e. opus de gemmis tribuit. Vid. *Tzetzes in Chil pag. 242.*

DIONYSIUS, Phaſelites, idem qui LONGINUS, de quò infrà. Vid. *Jonſius, pag. 334.*

DIONYSIUS, Philadelphenſis, aliàs Διάκτορος dictus eſt. Ei *Euſtathius* in *Scholiis ad Perieget. pag. 9.* Ὀρνιθιακὰ, i. e. opus de avibus adſcribit.

DIONYSIUS, Rhodius, à *Tertulliano, lib. de anima c. 46.* memoratur. Vid. *Suidas*, & *Meurſius in Rhodo, pag. 95.*

DIONYSIUS, Samius, Βασσαρικὰ reliquit, teſte *Euſtathio ad Perieg. pag. 9.*

DIONYSIUS, Scymnæus, à *Tzetze in Lycophr. pag. 160.* allegatur.

DIONYSIUS, Siciliæ Tyrannus, ſenior, ſcripſit Tragœdias, Comœdias, & hiſtorica. Vid. *Suidas.*

DIONYSIUS, Tyranus, junior, teſte *Suida*, epiſtolas & librum de poëmatibus Epicharmi compoſuit.

DIONYSIUS, Thrax, Pompeii tempore Romæ docuit. *Suidas* eum Grammaticum facit & Grammatica ac Syntagmatica ſcripſiſſe memorat. Μελέτας ipſius citant *Scholia parva in Hom. p.* 253. Dionyſius quidam 33. libros de Diis gentilium compoſuit; de quo *Suidas* in Νύμφαι.

DIONYSIUS (Caſſius) Uticenſis, vertit 20. libris Magonis Pœni 28. libros de re ruſtica, & Græca lingua Sextilio Prætori miſit, uti *Varro l. 1. c. 1.* indicat. Vid. *Placcius, pag. 178.* Alii *Conſtantinum Dionyſium* autorem faciunt. Confer *Rhodium, de Scr. ſuppoſ. pag. 3.* Vide ſuprà, CONSTANTINUS.

DIONYSIUS de Dionyſiis, edidit illuſtrium virorum Elogia, Mediol. An. 1643.

DIONYSIUS (Ant.) Veronenſis, confecit librum, titulo, Bacchus & Pales, i. e. de natura vini & laudibus ruris, An. 1596.

DIONYSIUS (Paulus) Veronenſis, Medicus, Anno 1543. floruit. Hippocratis Aphoriſmos elegiaco carmine expreſſit. De materia oculi & ejus partibus verſu hexametro egit. Vid. *Chioccus, pag. 82.*

DIONYSODOTUS, Διονυσόδοτος, Lacedæmonius, ſcripſit Pæanas. Vid. *Athenæus, l. 15.*

DIOPHANES, Διοφάνης, ἐν πρώτῳ Ποντικῶν Ἱστοριῶν citatur à *Schol. Apollonii, pag. 207.*

DIOPHANES, alius, ni fallor, à priore, tempore Plotini philoſophi vixit. Adornavit defenſionem pro Alcibiade, in Platonis ſympoſio debacchante. Contra eum *Porphyrius* ſcripſit, Plotino ſuadente. Vid. *Porphyrius, in vita Plotini.*

DIOPHANES, Bithynicus, totum Dionyſium Uticenſem, Magonis Pœni interpretem, per multa diffuſum volumina, ſex epitomis circumſcripſit, teſte *Columella 1, 1.* Confer *Varronem 1, 1.* qui addit, eum dictos ſex libros Dejotaro Regi transmiſiſſe.

DIOPHANES, Nicenſis, de Agricultura, teſte *Varrone 1, 1.* commentatus eſt.

DIOPHANTUS, Διόφαντος, Mitylenæus, Olympiade CLVI. claruit. *Cicero in Bruto* vocat Græciæ diſertiſſimum. Eo magiſtro Tib. Gracchus uſus erat. Vid. *Voſſ. de nat. Rhet. pag. 84.*

DIOPHANTUS, Διόφαντος, Alexandrinus, 13. libros Arithmetices compoſuit, quos extare ajunt in Bibliotheca Vaticana. Sex eorum, quos ab *Andr. Dudithio* acceperat, *Xylander* Latinè tranſtulit notisq; illuſtravit. *Quidam*, eum ſub Anton. Imp. claruiſſe, exiſtimant. Huic Diophanto *Johannes Regiomontanus* Algebræ inventionem adſcribit. *Alii* in Gebro Arabe repertam ſtatuunt. Et ſanè ipſe *Diophantus in præfat.* hoc invento gloriatur. Diophantum *Iſmaël Bullialdus* etiam edidit. *Caſp.* quoq; *Bachetus*, An. 1613. profundiſſimis ſpeculationibus eum illuſtravit.

DIOPHANTUS, Arabs, Sophiſta, Proæreſii ſynchronus & æmulus fuit. Orationem funebrem habuit in obitum Proæreſii. Vid. *Eunapius, pag. 127.*

DIOPHANTUS, Laced. ſcripſit de Sacris Deorum, teſte *Fulgentio*: item, 14 libros antiquitatum, *teſte eodem.* Videatur *Meurſius in Miſc. Lacon. 4, 17.*

DIOSCORIDES, Διοσκορίδης, Alexandrinus, Med. ſub Adriano Imp. vixit.

DIOSCORIDES, Græcus poëta, epigrammata Græca reliquit. Vid. *Anthol. l. 1. c. 76. l. 2. c. 24.*

DIOSCORIDES (Pedacius) Anazarbeus, Olymp. CLXXXVI. claruit. Juxta *Suidam* Medicus Cleopatræ & Antonii fuit. Ipſe ait, ſe militiam ſecutum ſedulam tamen rei herbariæ operam impendiſſe, conferendo cum iis, qui hæc maximè intelligerent. Tranſtulere eum *Hermolaus Barbarus, Marcellus Virgilius, Joh. Ruellius*, & poſtremò omnium optimè *J. Anton. Saracenus.* Vid. *Marſ. Cognatus, 2, 28.*

DIOSCORIDES quidam, de Republ. Lacedæmoniorum *Athenæo l. 4.* allegatur. Vid. *Meurſius, in Miſc. Lacon. 4, 19. Jonſius, de Script. hiſt. Phil. 2, 6. pag. 145.*

DIOSCORIDES, Phacas, Herophileus ſecta, alius àb Anazarbeo, tempore Auguſti claruit.

DIOSCORIUS, Διοσκόριος, Myræus, Gram. tempore Leonis Imp. vixit. Erat præfectus urbi & prætorio. Vid. *Suidas.*

DIOSCURIDES, Διοσκουρίδης, ἐν τοῖς ὑπομνημονεύμασιν allegatur à *Diogene Laërtio in Solone, pag. 42.*

DIOTALLEVIUS (Fr.) ſcripſit de concurſu

curſu Dei ad actus liberos voluntatis creatæ, Lugd. An. 1611.

DIOTOGENES, Διωτογένης, Philoſophus, de regno, à *Stobæo*, *ſerm. 46.* item, de Sanctitate, ab *eodem*, *ſerm. 41.* allegatur.

DIOTIMUS, Διότιμος, Athenienſis, ab *Athenæo 10, 9.* adducitur. *Plutarchus* eum facit unum ex decem Oratoribus.

DIOTIMUS, Olympenus, ænigmata ſcripſiſſe fertur. Videatur *Athenæus, l. 10. c. 15.*

DIOTIMUS, Stoicus, teſte *Laërtio, lib. 10. pag. 708.* Epicurum acerrimè inſectatus eſt, quinquaginta circumferens impudicas & laſcivas, veluti ab Epicuro ſcriptas, epiſtolas: cui fraus hæc malè ceſſit, ita ut morte eam luere coactus fuerit. Siquidem Zeno Epicureus ipſum eo nomine accuſavit, remq; eò deduxit, ut capitis damnaretur, teſte *Athenæo 13, 9.* Vid. *Jonſius de Script. Hiſt. Phil. 2, 15.*

DIOTIMUS, Græcus Epigrammatarius, occurrit in *Anth. l. 1. c. 1. l. 3. c. 5.*

DIOTIMUS, ὁ Στρομβίχου, juxta *Strabonem, l. 1.* legationes Athenienſium expoſuit. *Jonſius, pag. 196.* Aſclepiadis Myrleani patrem fuiſſe exiſtimat.

DIOXIPPUS, Διώξιππος, Hippocraticus, vetus & nobilis Medicus, laudatur *Agellio 17, 11.* Fuit etiam DIOXIPPUS, Athenienſis Comicus, cujus fabulas, Ἀντιπορνοβοσκὸν, Διαδικαζομένους, & Φιλάργυρον *Suidas* recenſet.

DIPHILUS, Δίφιλος, Sinopenſis, Comicus, tempore Ptolemæi Lagi claruit. A *Clemente Alexandr.* & *Euſebio Pamphili* κωμικώτατος καὶ γνωμικώτατος, i. e. Comicus inſignis & ſententiis affluens dicitur. Inter *fabulas* ejus, ſequentes potiſſimum mihi obſervatæ ſunt, Ἀδελφοί, Αἱρεσίτειχος, Ἀμαστρὶς, Ἀνασῳζόμενοι, Ἄπληστος, Ἀπολείπουσα, Βαλανεῖον, Βοιωτὸς, Γάμος, Διαμαρτάνουσα, Ἑκάτη, Ἐλαιηφοροῦντες, Ἐμπόριον, Ἐπίκληρος, Ἔμπορος, Ἐναγίζοντες, Ἐπιδικαζόμενος, Εὐνοῦχος ἢ στρατιώτης, Ζωγράφος, Ἡμέραι, Ἡρακλῆς, Ἥρως, Θησαυρὸς, Θησεὺς, Κιθαρῳδὸς, Λήμνιαι, Μνημάτιον, Παράσιτος, Παιδερασταὶ, Πελιάδες, Πολυπράγμων, Πύῤῥα, Σαπφὼ, Συνωρὶς, Τελεσίας, Τιθραύστης, Φρέαρ, &c.

DIPLOVACIUS (Thomas) Conſtantinopolitanus, condidit 12. libros de clariſſimis JCtis. Videatur *Labbe in B. B. pag. 160.*

DISCALTIUS (Ottonellus) JCtus Patavinus, Anno 1607. obiit. Extant ejus Conſilia, variæ Lectiones, &c. Vid. *Thomaſinus, part. 1. Elog. pag. 216.* & *Guido Panzirolus, in JCt. 2, 196.*

DISCALTIUS (Ubertinus) JCtus Patavinus, hoc tempore claret.

DISSALDEUS (Franc.) animadverſiones in Plauti Comœdias, Salmurii, Anno 1611. publicavit.

DISTELL (Conr.) ſcripſit pro moribus Cleri.

DISTELMAIR (Cleophas) Icones Sanctorum in ſingulos anni dies cum elogiis, Auguſtæ, An. 1610. edi curavit.

DITHMARUS, Mersburgenſis Epiſcopus, An. 1027. juxta *nonnullos*, juxta *Calviſ.* verò Anno 1018. obiit. Reliquit ſeptem libros Chronicorum. Videatur *Zeillerus, part. 1. Hiſt. pag. 43.* *Olearius in Abaco, pag. 139.*

DITHMARUS (Joh.) collegit Catalogum Abbatum veteris Campi C. Altfeld.

DIVÆUS (Pet.) Lovanienſ. Anno 1581. obiit. Extat ejus Tract. de antiquitatibus Galliæ Belgicæ, *vol. 1. Germ. Scr. Sim. Schardii, pag. 354.*

DIVERSUS (Pet. Salius) Faventinus, Med. compoſuit Tractatum de febri peſtilenti: item, Commentarium, in *l. 4.* Hippocratis de morbis. Vide, SALIUS.

DIVES (Guilh.) Gandavenſ. reliquit carmen elegiacum de Paſſione Dominica, teſte *Sandero.*

DIVES (Joh.) de eſu carnium, de Indulgentiis anni Jubilæi, &c. commentatus eſt.

DIURIUS (Joh.) Bellovacus, edidit Scrinium Medicinæ, ſive Aphoriſmos & collectiones medicinales, Pariſ. Anno 1536.

DIUS, Δῖος, ſcripſit opus de rebus Phœnicum. Ex eo fragmentum de Salomone & Hiramo nobis conſervavit *Joſephus, l. 1. contra Apionem.* DIUS, Pythagoricus, à *Stobæo*, *ſermone 63.* citatur.

DIYLLUS, Δίυλλος, Athenienſis Hiſtoricus, 27. libros de rebus Græciæ & Siciliæ conſtruxit, teſte *Diodoro, l. 16.* Vid. *Caſaub. in Athen. pag. 281.*

DLUGOSSUS (Johann.) aliter Longinus dictus, res à Polonis geſtas veraci calamo, ut ajunt, depinxit. Vitam ejus deſcripſit *Felix Herbortus*, teſte *Starovolſcio, pag. 30.* Vide infrà, DUGLOSSUS.

DOBBERCINUS (Mart.) Repertorium univerſi Juris concinnavit ordine alphabetico. Prodiit Helmſtadii, fol. Anno 1589.

DOBROCIESCIUS (Nicol.) Polonus, JCtus, An. 1608. obiit. Reliquit tractatum de Decimis. Videatur *Starovolſc. pag. 124.*

DOBROWILSKY (Auguſt.) Semina Paradiſi, in 4. An. 1652. imprimi curavit.

DOBROZENSKI (Joh.) de Nigripont, edidit Philoſophiam de Fontibus, Ferrariæ, An. 1659.

DOCÆUS (Joh.) Laudanenſis Epiſcopus, Anno 1550. claruit. Edidit Enarrationem Dominicæ paſſionis: item, duos libros de æterna Filii DEI generatione & temporali ejusdem nativitate.

DOCCOMENSIS (Hermannus) Friſius, An. 1514. vixit. Compoſuit Comment. in 17. Pſalmos priores: &, cum ad 18. perveniſſet, in mentis alienationem incidit, unde etiam periit, teſte *Sweertio.*

DOCHINGUS (Thom.) Norfolcenſis, An. 1270. claruit. Multa ſcripſit, quæ Oxonii ſervantur maximum partem adhuc inedita. Vid. *Wadding. in Sc. O. Min. pag. 323.*

DOCTIUS (Thomas) Senenſis, JCtus, Anno 1441. obiit. Vulgò *Doctor Veritatis* dictus eſt, teſte *Panzirolo in JCtis, 2, 91.*

à DOCTORIBUS (Ant. Franc.) Patav. An. 1528. obiit. Confecit indicem in Abbatis Siculi commentaria. Vid. *Gu. Panzirolus, l. c. 3, 52.*

de DOCTORIBUS (J. Bapt.) JCtus Patav. hoc tempore claret.

DOCTORIUS (Matth.) ab *Hieron. Magio, l. 2. Var. lect. c. 4.* vir Græcè & Latinè benè doctus, diviniq; & humani juris apprimè conſultus appellatur.

DOD (Joh.) ſcripſit paraphraſin in Proverbia Salomonis.

DODECHINUS, Anno 1200. vixit. Reliquit Hiſtoriam ſanctam de Peregrinatione in Palæſtinam. Chronico Mariani Scoti appendicem adjunxit.

DODONÆUS (Rembertus) Mechlinienſis, natus eſt, Anno 1518: obiit, Anno 1585. Maximiliano II. & Rudolpho II. in medicina operam navavit; Lugduni verò in Batavia medicinam magna cum laude profeſſus eſt. Hiſtoriam ſtirpium triginta libris complexus eſt. Edidit etiam Praxin Medicam: item, hiſtoriam vitis & vini. Vid. *Thuanus, l. 82. Sweertius, pag. 653.*

DOGEN (Matthias) architecturam militarem modernam, Amſt. fol. An. 1647. edi curavit.

DOGLIONI (Nicol.) Bellunenſis, Amphitheatrum Europæ conſtruxit. Prodiit, An. 1623.

DOJONUS (Julius) Bellunenſis, juvenis peſte periit. In medicina quædam ſcribere cœpit, quæ tamen morte præpeditus inabſoluta relinquere coactus eſt. Vid. *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag. 66.*

à DOLA (Lud.) Capuccinus, ſcripſit de concurſu DEI. Sam. *Mareſius Tom. 1. contra Tirin. pag. 605.* vocat Durandiſtarum anteſignanum.

DOLERA (Clemens) Monilianus Ligur, Cardinalis, Anno 1568. ætatis 66. obiit. Compoſuit compendium Catholicarum inſtitutionum. In *Epitaphio* audit vir ſummæ doctrinæ & religionis. Videatur *Waddingus in Script. Ord. Min. pag. 92.*

DOLETUS (Steph.) Aurelius, An. 1530. vixit. Carmina ejus occurrunt *Tom. 1. Delit. Gall. pag. 865.* Scripſit fata Franciſci Vallesii. De eo *J. C. Scaliger, l. 6. de re poët. pag. 791.* ita judicat: Doletus, Muſarum carcinoma aut vomica dici poteſt. Nam præterquam quod in eo tam grandi corpore ne mica quidem ſalis: vult inſanus agere tyrannum in poëſi. Ita ſuo arbitratu Virgilianas gemmas ſuæ inſeritpici, ut videri velit ſua. Dum optimi & maximi regis Franciſci fata canit, ejus nomen ſuo malo fato functum eſt. Quodque tum illi, tum illius verſibus debebatur, ſolus paſſus eſt atheus flammæ ſupplicium. Flamma tamen cum puriorem non effecit: ipſe flammam potius effecit impuriorem, &c.

DOLFUS (Pomp.) inter doctos locum habet. Videatur *Greg. Letus, in Ital. regn. pag. 164.*

DOLINGIUS (Joh.) ſcripſit de Antichriſto, An. 1632.

DOLMERUS (Janus) edidit Jus aulicum antiquum Norwegicum, Anno 1674. Hafniæ.

DOLSCIUS (Paulus) Plavienſis, Medicus Halenſis, An. 1589. obiit. Pſalmos & Siracidem Græco carmine feliciter reddidit. Extat etiam ejus ConfeſſioAuguſtana Græcè ſcripta, quam tamen *Job. Hornbeckius in Summa controverſiarum*, *pag. 979. à Phil. Melanchthone* compoſitam, malè arbitratur.. Confer *Placcium, pag. 186.*

DOLTZ (Joh.) Hiſp de Syllogiſmis, An. 1511. Paris. librum condidiſſe traditur.

DOLUS, Mendeſius, de re ruſtica à *Columella* allegatur. Verùm *Meurſius & Reineſius* Bolus, non Dolus genuinum ejus ſcriptoris nomen eſſe autumant. Nihilominus *Borrichius de Hermet. pag. 164.* Doli nomen retinet. Vide ſuprà, BOLUS.

DOMANINUS (Lact.) Mantuanus, Anno 1590. claruit. Comm. ſuper totam Theologiam, Tomosq́, duos de Providentia compoſuit.

DOMANNUS (Joh.) Apologeticum pro Weſtphalia contra *Lipſium* adornavit, An. 1591.

DOMENECCUS (Hieron.) Valentinus, unus ex Ignatii Lojolæ diſcipulis, Anno 1555. claruit. Reliquit Catechiſmum, in toto Siciliæ regno uſurpatum. Videatur *Alegambe, pag. 182.*

DOMINICI (Abraham) Friſo, Theologus, Anno 1628. vixit. *Barlæus in Epiſt. pag. 231.* vocat virum acri ingenio, rei Theologicæ, quam poeticæ peritiorem. Scripſit Tract. aliquot de fundamentis unitatis & pacis inter Chriſtianos, ſive de Notis, quibus neceſſaria à non neceſſariis in religione dignoſci poſſint. Fateor (inquit *Barlæus*) nihil me in hunc usq; diem legiſſe ſuper iſthoc argumento plenius accuratiusq́; ſcriptum, licet ſtilo minus florido & inconcinna dictione. Conſcripſit etiam hiſtoriam captivitatis *Grotii & Hogerbetii*, quorum ſortem calamitatemq́; verſibus 1500. deplorat. Verſus inculti prorſus ſunt & plus quam triviales, &c. Hæc *ille.*

DOMINICI (Johann.) Raguſinus Archiepiſcopus, Anno 1418. Budæ in Pannonia obiit. Reliquit Commentar. in Matthæum & epiſtolam ad Romanos. In libro, quem Luculam noctis inſcripſit, interpoſito juramento affirmat, ſe in nulla ſcientia præceptorem habuiſſe, ſed exemplo Auguſtini omnes per ſeipſum diſciplinas edidiciſſe. Videatur *Sig. Ferrarius, in Hungar. pag. 443.*

de DOMINICIS (Dominicus) Venetus, librum de ſanguine Chriſti exaravit, Anno 1557.

DOMINICUS (Honorius) Panormitanus, Muſeum Illuſtrium Poetarum, Venetiis, Anno 1651. luci publicæ expoſuit.

DOMINICUS (Lud.) Placentinus, inter doctos nomen habere meruit. Videatur *Ghilinus, vol. 1. pag. 148.*

DOMINICUS (Marcus Ant.) duos libros de ſudario capitis Chriſti condidit, Anno 1640. Item, Tractatum de Treuga & pace.

DOMINIKEL (Guil.) Brugenſis, verſibus celebris evaſit.

de DOMINIS (Marc. Ant.) Spalatenſis Epiſcopus, à Pontificiis in Reformatorum caſtra tranſiit. Edidit X. libros de Rep. Eccleſiaſtica. A Reformatis rurſus ad Pontificios defeciſſe traditur. Romam regreſſus libellum compoſuit, in quo doctrinam Reformatorum deteſtatus eſt. Verùm non potuit religio ei placere pontificia: quare fugam adornavit, & rurſus ſeſe ad Reform. recipere voluit. In fuga comprehenſus & inquiſitorum juſſu in carcerem conjectus eſt, in quo, morbo an veneno incertum, miſerrimè periit. Corpus ipſius, An. 1625. Romæ in campo Floræ igni exuſtum eſt. Videatur *Nicius, l. 3. Pinacoth. pag. 78.* Confer *Biſſelium in 3. Septennio, pag. 292.*

DOMITIANUS, Imperator, à *Fab. Quintiliano* maximus Poëtarum appellatur. *Germanici* nomen à victa gente meruit. *Voſſius* Arateam tranſlationem ei tribuit.

DOMITIUS, Calderinus, Veronenſis, Anno 1477. claruit. Cum Romæ profiteretur & obſcura ſenſa duriorum Poëtarum admirabili reconditæ lectionis teſtimonio dilucidaſſet, teſte *Jovio in Elog. numero 21.* literarii ſplendoris aſſertor ac omnis obſcuritatis illuſtrator

ſtrator acclamatus eſt. *Barthius in l.* 5. *Silv. Stat. pag.* 483. ſequentia habet: Vide Domitii commentaria, admirandæ ſanè eo ævo eruditionis viri & ingenii, tantilla ætate. Obiit enim triginta annis non multo major, & in Papinium ſcripſit A. C. 1475. quo tempore, nondum vigente typographia, pauci libri extabant. Et auſus eſt tamen ſcribere in difficilimæ eruditionis auctores, Suetonium, Papinium, Martialem, Juvenalem, Ovidii Ibin, alioſq; plures, ſucceſſu non ſemper æquali, ut plurimum tamen meliore, quam nunc facile credas. Hæc *ille*.

DOMITIUS (Δομέτιος) Calliſtratus, libros de Heraclea compoſuit, quos *Stephanus Ethnographus* in *ἀιγικόρειοτα* & *μέκατα* allegare ſolet.

DOMITIUS Corbulo, ſub Claudio & Nerone potiſſimum vixit. Loca, in quibus militaverat, literis deſcripſit, teſte *Plinio* 5, 24. & 6, 8.

DOMITIUS, Grammaticus, tempore Hadriani Cæſ. floruit. *Agellius* 18, 7. ait, ei cognomen *Inſani* factum eſſe, quoniam erat naturâ intractibilior & moroſior.

DOMITIUS, Marſus, Poëta, citatur à *Plinio l.* 1. & 33: item, à *Suetonio de Cl. Grammaticis*. Scripſit Epigrammata & & Amazonides. Vid. *Fabius* 6, 4. *Ovidius* cum inter ſui temporis poëtas refert, *eleg. ult. Ponticorum: Cum foret & Marſus, magniq; Rabirius oris.*

DOMNINUS, Δομνῖνος, Syrus, Philoſophus, *Syriani* diſcipulus nonnulla Platonica dogmata ſententiis ſuis convellere conatus eſt. Proclus, id non ferendum ratus, ſcripſit adverſus ipſum librum repurgatorium, teſte *Suida*.

DOMNIZO, Presbyter, An. 1115. floruit. Carmine heroico vitam Mathildis complexus eſt.

DOMYN (Joh.) vitam S. Rumoldi exaravit. Prodiit An. 1569.

DONALDSONIUS (Gualt.) ſynopſin Ethices concinnavit, A. 1631. Conſtruxit etiam Oeconomica. *Barthius in Stat. Tom.* 1. *pag.* 39. vocat hominem ſani judicii.

DONATELLUS (Johan.) Caſtilionenſis, ſcripſit de Febri maligna, An. 1593.

DONATIVS (Joh. Bapt.) edidit Apparatum medicum: item, lib. de aquis Lucenſibus.

DONATUS (Ælius) tempore Conſtantii Imp in pretio fuit. *S. Hieronymus, l.* 1. contra *Rufinum*, eum Præceptorem ſuum vocat, & in Virgilium commentarios compoſuiſſe, affirmat.

DONATUS (Tib.) antiquus autor, vitam Virgilii Maronis ſtilo expreſſit. Extant etiam ejus nomine Commentaria in Virgilium, à *G. Fabricio* edita, cujus tamen fidem nonnulli ſuſpectam habent, ſed immerito. Nulla enim cauſa erat illi fingendi aut incidendi hunc Virgilianum Interpretem. *Barthius in* 11. *Theb. Papin. pag.* 1386. Fuere (inquit) non unius generis Maroniani olim interpretes; utq; ex veris Criticis & Philologis doctiſſimis corraſa ſunt commentaria, quæ *Servii* nunc titulo proſtant: ita ex paraphraſte non uno videntur conſtipata, quæ *Donati* nomen præferunt, etſi Donatum ad Donatianum filium hæc commentatum eſſe, ex inſcriptione operis & reipſa minimè dubium eſſe debeat. Utinam verò vel cum jactura horum commentariorum, Donati hujus liber extaret, quo urbium, fluviorum, Deorum Dearumq;, &c. Virgilio uſurpatorum nomina, cum hiſtorica exegeſi Æneidos ipſius, comprehendit. Multo utiq; majoris eruditionis famâ nunc eſſet, omnium utiq; poſt S. Scripturam, pretioſiſſimus & omni admiratione digniſſimus auctor. Hæc *ille*. *Glandorpius, pag.* 234. vocat Tiberium Claudium Donatum, & ad Tib. Claudium Maximum interpretationes in Virg. ſcripſiſſe affirmat. *G. Joh. Voſſius l.* 6. *Inſt. Orat. c.* 2. *pag.* 432. aſſerit, hunc Donatum vix *Lucilianum* illud elogium commeruiſſe, *Sarcinatorem eſſe ſummum, fuere centonem optimè.*

DONATUS (Alex.) Senenſ. Anno 1640. obiit. Condidit Artem poëticam tribus libris: item, Sueviam, Tragœdiam. Extat & ejus Conſtantinus verſu heroico: ut & Roma vetus & recens. Vid. *Alegambe, pag.* 11.

DONATUS (Bernh.) ſcripſit de differentia Platonicæ & Ariſtotelicæ Philoſophiæ, Pariſ. Anno 1541. Videatur *Simlerus*.

DONATUS (Hieron.) Venetus, ob majeſtatem ſermonis cum Græcis & Latinis comparari poteſt. Eum Græcè Latineq;

tineq; dicentem omnes cum ſtupore admirati ſunt, inquit *Reuſnerus*. *Pierius Valerianus de J. L. pag. 73.* vocat Oratorem, Poëtam, Philoſophum, Theologum & Mathematicum peregregium. Edidit librum adv. Græcos, de ſacrorum principatu cum Rom. Pont. contendentes: item, epiſtolas multa ſtili gravitate conſcriptas. Alexandri Aphrodiſienſis quoq; libellum de Intellectu, é Græco in Lat. puritér ac appoſité traduxit. Vid. *Jovius in Elog. numero 56.* De Epiſtolis Donati ita *Eraſmus in Ciceroniano, pag. 163.* Hieronymi Donati epiſtolæ, quod pené ſolum illius habemus, declarant, illum quidvis præſtare potuiſſe, ſi voluiſſet huc animum intendere, ſed reip. negotia diſtraxerunt hominem ab otio literario.

DONATUS (Hyacinthus) elaboravit Praxin rerum regularium reſolutoriam, 4 Tomis, fol. An. 1673.

DONATUS (Joh.) JCtus, Enchiridion regularum Juris, A. 1574. promulgavit.

DONATUS (Joh. Paul.) ſcripſit de Contradictionibus in Ariſtotele & Thoma Aquinate, Mantuæ, An. 1578.

DONATUS (Marcell.) Mantuanus, de radice purgante, quam Mechoacan vocant, An. 1591. commentatus eſt. Compoſuit etiam ſex libros de Medica hiſtoria mirabili, An. 1597.

DONATUS (Marcell.) Ponzanus Comes & S. Stephani Eques, Dilucidationes in hiſtoricos Vet. Latinos, Livium, Tacitum, Suetonium, Ammianum Marcell. & Auguſtæ hiſt. Scriptores conſcripſit. Extant ex *T. 6. Lamp. Crit. Gruteriana*. De eo ita *Caſp. Barthius ad lib. 2. Silvar. Papinii, pag. 171.* Eum hominem fuiſſe plurimarum literarum, & in Romana antiquitate bené verſatum, judicium eſt *Iſaaci Caſauboni*, ultima editione Suetonii, ubi de Tropæi orthographia ſermo eſt. Nos nihil inde detrahimus. Tamen exſcriptorem ſtrenuum recentium & quidem vulgatorum, rapſodorum, ipſorum adeo Lexicographorum agnoſcimus. Editæ ſunt ejus lucubrationes, Venetiis, An. 1604. ut mirum ſit, tot paginis in Suetonium ſcriptis non meminiſſe præclari Caſauboni commentarii, qui toto decennio ante prodiit. Ipſe ſe in comitatu Principis Mantuani fuiſſe memorat, &c. Et paulo poſt; Quamvis autem hoc, quod modo de exſcriptione neotericorum dixi, verum ſit, etiam illud, quod de ſumma Græci ſermonis imperitia ipſe fatetur, & notat Caſaubonus; certum tamen, fuiſſe in multis ſani judicii hominem, & qui Juventutis commodo beneſecerit. Nos iſta ea de cauſa huc adnotavimus, ut ſtudioſa juventus melius ejus dilucidatoris meritum agnoſcere & cautius omnia arbitrari poſſit. Hæc *ille*.

DONCK (Adrianus vander) edidit Seraphim Choralem, An. 1661. Antv.

DONDINUS (Guilh.) Bononienſ. collegit ſelecta Heroum ſpectacula, A. 1669. Vid. *Alegambe, pag. 169.*

de DONDIS (Jacobus) Patav. Medicus, ſeculo XIV. claruit. Reliquit Opus, quod vocatur *Aggregator*: unde *Aggregator Patavinus* vulgó dictus eſt.

DONELLUS (Hugo) celebris JCtus, An. 1591. Altdorfii obiit. Jura in 4. Academiis, Bituricenſi, Heldelbergenſi, Lugdunenſi & Altdorfina profeſſus eſt. Strage lanienæ Pariſienſis, Anno 1572. territus, ex Gallia in Germaniam ignota veſte ſeſe recepit. *Voſſius in præfat. ad lect. de Hiſt. Lat.* memorat, Donellum in conſpiratione quorundam adv. illuſtres Hollandiæ Ordines, An. 1587. nefariorum conſiliorum conſcium fuiſſe, atq; eapropter auctoritate Procerum ſolum vertere coactum eſſe. *Thuanus* clariſſimum Juris interpretem appellat, & per totam vitam Cujacii famæ voce & ſcriptis obſtrepere pro ludo habuiſſe. Vid. *Meurſius in Ath. Batav. pag. 131.* Hugonis Donelli *Epitaphium* tale eſt: D. O. M. S. Hugo Donellus, Heduus, nulli JCtorum noſtri ſeculi ſecundus, in Galliis initio, mox inde civili bello flagrante ſecedere coactus, Eidelbergæ, dein Lugduni Batavorum, deniq; Altdorfii magna cum admiratione omnium & concurſu exterorum jura facundo ore docuit, obq; pietatem, candorem & humanitatem Deo & hominibus æq; charus, ſenio tandem confectus, vitæ & moleſtiarum ſatur, pie & placidé animam Creatori reddidit, anno R. S. H. 1591. menſe Majó, ætatis ſuæ anno 64. cui bené merito de Academia Altdorfina Scholarchæ perennis memoriæ ergo H. M. P. C. Scripſit de Actionibus; item, de Pignoribus & Hypothecis.

DONELLUS (Hyacinthus) Bononienſ.

An. 1631. claruit. Edidit Felſineæ virtutis triumphum.

DONESMUNDUS (Hipp.) Mantuanus, An. 1630. Romæ Theol. docuit. Exaravit hiſtoriam Eccleſiaſticam ſuæ patriæ, in 2. partes & decem libros diſtinctam. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 176.*

DONETUS (Franc.) poma aurea Hebrææ Linguæ, Romæ, An. 1618. publicavit.

DONGOIS (Joh.) Morinus, Anno 1576. floruit. Reliquit Promtuarium rerum memorabilium.

DONIUS (Aug.) Conſentinus, ſcripſit duos libros de natura hominis, A. 1581.

DONIUS (Ant. Franc.) Florentinus, compoſuit Bibliothecam Italicam, A. 1580: item, libellum de utraq; pænula.

DONIUS (Joh. Bapt.) à *Leone Allatio in Apibus Urbanis, pag. 149.* celebratur. *Chimentellius de J. B. cap. 29.* ejus diſſertationem de Scabellis allegat.

DONIUS (Lud.) Epiſcopus Rhegienſis, ſcripſit de vita & geſtis P. Berulli, Pariſ. An. 1649. item, Flores hiſtoriæ Cardinalium Tomis 3. fol. Pariſ. An. 1660.

DONNERUS (Joh.) emiſit Jeſuitam nodoſum reſolutum, An. 1614.

DONUS (Joh.) Anglus, de *αὐτοχειρίᾳ* ſcripſiſſe fertur.

DONZELLINUS (Hieron.) Brixienſis, de peſte, An. 1597: item, de ira commentatus eſt. Edidit etiam methodum linguæ Græcæ quatuor libris comprehenſam, cum breviſſimo Grammaticæ compendio.

DONZELLUS (Joſeph) Neapol. de Opobalſamo orientali, An. 1640. ſcripſit.

DORBELLUS (Nicol.) Andegavenſis, An 1455. claruit. Vide, ORBELLIS.

DORBELLUS (Pet.) Sermones hortuli conſcientiæ in epiſtolas quadrageſimales reliquit. Prodierunt, Anno 1491.

DORCATIUS, Larinus poëta, *Iſidoro, l. 18, Orig. c. 69.* memoratur.

DORCKER (Jac.) de clauſulæ codicillaris tacitæ ſpecie, An. 1673. ſcribere aggreſſus eſt.

DORDONUS (Georg.) Placentinus, reliquit 4. Tractatus de curatione mali Gallici: item, centum annotationes in materiam ſimplicium, An. 1568.

DORFFELIUS (G. Sam.) emiſit Tirocinium Accentuationis, ad lectionem Biblicam accommodatum, An. 1673. in 4.

DORFNERUS (Steph.) JCtus, peculiari ſcripto tractavit de Jure competente, Saliſb. An. 1663.

DORHOFF (Bernh.) ſpeculum Juventutis, Monaſt. A. 1615. expolivit.

DORING (Dav.) JCtus, Bibliothecam Juridicam, An. 1629. adornavit.

DORING (Matth.) An. 1440. claruit, & Nic. Liranum ab objectionibus *Pauli Burgenſis* defendere conatus eſt.

DORINGIUS (Mich.) Medicus ſex libros de medicina: item, *μυθεἰδαπεωντίας* An. 1620. edi curavit.

DORINGK (Bernh.) Conſilia in Jure reliquit.

DORION, *Δωρίων*, ſcripſit de Piſcibus, teſte *Athenæo 8, 5.*

DORISIUS, de origine ventorum, Paris. in 8. commentatus eſt.

DORLANDUS (Pet.) Dieſtenſis, obiit An. 1507. Extat ejus Chronicon Carthuſianum, à Theodoro Petrejo editum An. 1608. Vid. *Swertius, pag. 613.*

DORMIUS, Bononienſ. An. 1564. floruit. Carmine laudavit Lucretiam Gonzagam.

DORN (G. Melch.) ſpecimen Inſt. Polit. Liv. An. 1657. in lucem miſit.

DORNA (Bernh.) Azonis diſcipulus, condidit tractatum de libellorum, quibus in judicio actores experiuntur, conceptione. Videatur *Guido Panzirolus, in JCt. l. 2. c. 36.*

DORNÆUS (Gerh.) clavem *Philoſophiæ* Chymicæ An. 1594. & alia plura compoſuit. Vid. *Linden, pag. 213.*

DORNAVIUS (Caſp.) Medicus, Orator & poëta, Anno 1608. claruit. Struxit Amphitheatrum ſapientiæ Socraticæ. Carmina ejus extant *T. 2, Delit. Germ. pag. 1213.* Videatur *Zeillerus, part. 3. biſt. pag. 68.*

DORNBERG (Thom.) Memmingenſis, Decretorum Doctor & Conſulatus Spirenſis advocatus, An. 1473. compendium Theologicæ veritatis, in 7. libellos diſtinctum, edi curavit, teſte *Reiſero.*

DORNCREILIUS (Tob.) Medicus, edidit Diſpenſatorium, An. 1604; item, medullam Praxeos medicæ.

DORNSPERGERUS (Joh. And.) JCtus, Synta-

Syntagma Juris exaravit: item, tract. de Probationibus, An. 1606.

DORNSPERGERUS (J. Chr.) JCtus, ſcripſit de Exceptionibus, An. 1626.

DORON, Anglus, de Fide librum excudendum dedit.

DOROTHEUS, Δωρόθεος, Archimandrita, 24. ſermones de vita rectè & piè inſtituenda habuit. Bellarminus eum in annum Chriſti 560. collocat. Videatur *Phil. Labbe, Tom. 1. Diſſ. de S. E. pag. 265.*

DOROTHEUS, Aſcalonita, ſcripſit *Αἰξων συναγωγὴν*, teſte *Athenæo, l. 7. fin.* Vid. *Jonſius de Scr. Hiſt. Phil. 3, 7.*

DOROTHEUS, JCtus, in Berytienſium civitate Jura docuit, tempore Juſtiniani Imp. Theophilum & alios in colligendis Juris inſtitutionibus adjuvit.

DOROTHEUS, Medicus, Hypomnemata exaravit. Eum *Phlegon in Mirabil. cap. 26.* allegat.

DOROTHEUS, Sidonius, Apoteleſmata verſibus expreſſit, teſte *Athenæo, lib. 11.*

DOROTHEUS, Tyrius, ſub Conſtantino Magno vixiſſe dicitur. Extat ejus nomine Synopſis de vita & morte Prophetarum, & 70. diſcipulorum Chriſti. *Baronius in Martyrologio* pro Dorothei fœtu non agnoſcit, aitq; eam alterius cujusdam autoris eſſe. *Bellarminus de Scr. Eccl.* hanc Synopſin fabulis plenam affirmat. Confer *Rivetum, Tom. 2. Oper. pag. 1112.* item, *Olearium in Abaco, pag. 141.*

DOROTHEUS (Guil.) Venet. An. 1541. *claruit.* Tranſtulit è Græco in Lat. ſermonem Comment. Simplicii in 10. Categorias Ariſtotelis: item, Alexandri Aphrodiſiens. Comm. in Topica Ariſtotelis: ut & Philoponi expoſitionem in 4. libros Ariſtotelis de Phyſico auditu. Hæc *Simlerus.*

DORPIUS (Mart.) Naeldvicanus, A. 1525. obiit. *Eraſmus in Ciceroniano, pag. 177.* Mart. Dorpii, inquit, ingenium felix & ad quidvis verſatile, nec infeſtivum: ſed alienis judiciis, quam ſuo duci maluit. Tandem Theologiæ ſtudium retraxit hominem à Muſis. Hæc *ille.* Lovanii primò eloquentiam, deinde Theologiam docuit. Græcis & Lat. literis ſufficienter inſtructus fuit. Parænesin Iſocratis, à R. Agricola verſam, recognovit: orationem etiam de linguarum peritia & S. Codicum ad Græcorum exemplarium fidem caſtigatione edidit. Scripſit etiam epiſtolam de Hollandorum moribus. Videatur *Swertius in Ath. Bat. pag. 528.*

DORRIUS (Joh.) Daventrienſis, condidit encomium Ducatus Geldriæ carmine Elegiaco, An. 1567.

DORSCHEUS (J. Georg.) Argentoratenſis, magni nominis Theologus, natus eſt, Anno 1579: obiit, Anno 1659. Theologiam Argentinæ profeſſus eſt: item, Roſtochii. Mortuo parentavit *Thomas Stegerus.* Edidit *Muσεῖον* Miſſæ: Tract. contra Triglandium, &c. Vid. *Spizelius in Templo Honoris, pag. 234:* item, *Reiſerus in Epiſt. ad Spizel. pag. 411.*

DORSENNUS (Q. Fabius) poëta Comicus, *Horatio Epiſt. lib. 4. & Plinio 14, 13.* memoratur. Citat eum *Feſtus*, in voce *Temetum. Tumulo* hic titulus inſcriptus fuiſſe dicitur: *Hoſpes reſiſte & Philoſophiam Dorſenni lege*, teſte *Seneca, Ep. 89.*

DORSTENIUS (Theod.) Botanicon, An. 1540. publicavit.

DORTOMANUS (Nic.) Monſpelienſis, compoſuit 2. libros de cauſis & effectibus Thermarum Belilucanarum, Anno 1579.

DOSIADES, Δωσιάδης, libros de rebus Creticis conſcripſit, quorum quartum *Athenæus, lib. 4.* allegat.

DOSIADES, Rhodius, Aram Græcis verſibus ſtruxit, quam *Claud. Salmaſius*, unà cum Inſcriptione Herodis Attici prolixè exponere conatus eſt. Meminit ejus Aræ *Lucianus in Lexiphane, T. 2. pag. 553.* Confer *Meurſium in lect. Att. 3, 17.* Clariſſimus *Iſaacus Voſſius in Comm. ad Pomp. Melam, pag. 213.* oſtendit, *Salmaſium Holoboli Rhetoris* opera in explicatione illius Aræ uſum, mentem tamen autoris non aſſecutum eſſe.

DOSITHEUS, Δωσίθεος, quidam à *Plutarcho in Parall. Minor.* aliquoties allegatur, modo in rebus Siculis, modò in Italicis. Diverſus eſt ab hoc DOSITHEUS, Aſtrologus, cujus mentio habetur apud *Plinium l. 18. c. 31.*

DOTTUS (Paulus) JCtus, Patavinus, hoc tempore claret.

DOVANIUS (Corn.) Ultonienſis, Hibernus, Epiſcopus Dunenſis & Conrethenſis, Synopſin Martyrum Hibernorum,

qui ſuo tempore occubuerunt, conſcripſit, teſte *Waddingo in Scr. Ord. Minor. pag. 94.*

DOVETUS (Joh.) Dinnanicus, Profeſſor Theologiæ Pariſ. An. 1590. vixit. Formalitates Scoti, Syreti, Trombetæ & Bruliteri, Minoritarum, in unum volumen redegit. Vid. *Wadding. l. c. p. 200.*

DOUGHTEJUS (Joh.) Anglobritannus, edidit Analecta ſacra, ſive excurſus Philologicos in varia S. Scripturæ loca, Anno 1658.

DUIAT (Joh.) ſpecimen Juris Eccleſiaſtici apud Gallos, A. 1671. Paris. publicavit.

DOUNÆUS (Ant.) ſcripſit notas in Demoſthenis Philippicam de Pace: item, in Chryſoſtomi homilias in Acta. Vid. DUNÆUS.

DOUYNETUS (Jac.) Tricaſſinus, edidit Apologiam, 4. libris comprehenſam, de cauſa Arthritidis & ejus curatione, Paris. An. 1582.

DOUNHAMUS (G.) Anglus, Anno 1608. vixit. Compoſuit Summam Theologiæ.

DOUNHAMUS (Joh.) emiſit militiam Chriſtianam, fol.

DOUSA (Franc.) Jani Filius, Batavus, collegit *Lucilii* fragmenta & Notis illuſtravit.

DOUSA (Georg.) An. 1599. Itinerarium Conſtantinopolitanum luci publicæ expoſuit.

DOUSA (Janus) Nordovicus, natus eſt, An. 1546; obiit, An. 1604. Lugdunenſis Academiæ condendæ autor & ejusdem per 29. annos curator fuit. Poëſi admodum deditus erat, ingeniumq; varii generis carminibus exercuit. Annales etiam Patriæ conſcripſit, multiplicíq; lectione & admirabili memoria, ut Bataviæ Varro & Academiæ commune oraculum vocaretur, promeruit. Mortuum inſigni carmine *Joſephus Scaliger* laudavit. Vid. *Swertius, pag. 379. Merula in Ennium, pag. 83. Lotichius, pag. 3. B. P. pag. 164.* maximopere commendat operoſiſſimum illud poëma, quod in vocalem illam nympham, quæ *Echo* dicitur, magno ſpiritu luſerat: cui eo in genere ſimile aut ita copioſum literæ aut iſthæc ſecula nondum aſpexerant.

DOUSA (Joh.) filius, natus eſt, A. 1572: obiit, An. 1596. Reliquit carmina, quæ habentur, *T. 2. Del. Belg. pag. 160.* item, orationem in laudem Umbræ. Videatur *Swertius, pag. 379. Lotichius, l. c. pag. 194. Ghilinus, vol. 2. pag. 113.*

DOUSA (Theod.) conuidit luſus imaginis jocoſæ, An. 1638.

DOUTE (Phil.) Tract. de ſucco Cyrenaico, Pariſ. An. 1649. in lucem emiſit.

DOWNAMUS (G.) de Antichriſto contra *Leſſium*, Lond. 1620. ſcripſiſſe dicitur.

DOYZA (Mart.) conciones Dominicales, An. 1610. vulgavit.

DRABITIUS (Laur.) edidit volumen Lutherano-Propheticum volans, ex Zach. cap. V. An. 1583. in 8.

DRACHTERUS (Joh.) compoſuit concionatorem extemporaneum, Colon. Anno 1663.

DRACO, Δράκων, Athenienſium legislator, Olymp. XXXVI. & deinceps claruit. Hypothecas ſeu præcepta vitæ tribus verſuum millibus expreſſiſſe dicitur. Ejus leges, quia leviora etiam delicta morte punirent, non atramento, ſed ſanguine ſcriptæ, nec hominis, ſed Draconis eſſe dictæ ſunt. Vid. *Meurſius in Solone, cap. 13.* Confer *Suidam:* item, *Marſamum in Chronolog. pag. 630.*

DRACO, Stratoniceus, Gramm. varia ſcripſit, orthographiam puta, librum de conjugatis nominibus, de pronominibus, de ſatyris; item, de Pindari, Alcæi & Sapphus carminibus. Teſtis *Suidas.*

DRACO (Joh. Jacob.) Lora Francus, JCt. de origine & jure Patriciorum, A. 1627. in 4. commentatus eſt.

DRACONITES (Joh.) Caroloſtadius, Græce & Hebraice doctus, Anno 1566. obiit. Opera ejus extant 2. Tomis. Videatur *Thuanus, l. 38. Micrælius, pag. 368.*

DRACONTIUS, Presbyter Hiſp. & Poëta, ſub Juſtiniano, Anno 540. floruit. Expreſſit verſibus heroicis Hexaëmeron, ſeu opus ſex dierum. Extat una cum notis Weitzii. Vid. *Phil. Labbe, T. 1. Diſſert. de S. E. pag. 267. Barthius in Claudian. pag. 507.* non Dracontio, ſed *Eugenio* id opus mavult tribuere.

DRAGONETUS (Caſp.) Leontinus, centum annorum literas docere cœpit, teſte *Carolo à S. Antonio.*

DRAKE (Fr.) deſcriptionem itinerum per totum terrarum orbem, Anno 1599. evulgavit.

DRAKE (Rog.) pro motu ſanguinis

nis circulari ſcripto pugnavit, Anno 1647.

à DRANSE (Dan.) fertur ſcripſiſſe Tract. de ratione ſtatus in Imperio Rom. German. ſub nomine Hippolithi à Lapide, An. 1647. Vid. *Burgoldenſ. de Notit. Imp. part. 1. Diſc. 3. & 12.*

DRAUDIUS (Georg.) Ortenburgenſ. An. 1615. Theatrum urbium edidit: item, Officinam Claſſicam omnium librorum, quotquot hactenus impreſſi ſunt, usq; ad Annum 1624. Tomis duobus, in 4.

DRAXUS (Thomas) Anglus, Anno 1616. obiit. Compoſ. Clavem cœli, vel comment. ad Rom. An. 1615: item, Tubam extremi judicii: ut & Pandectas Vet. & Nov. Teſtamenti.

DRAYTON (Mich.) edidit Πολυόλβιον, Lugd.

DREBBELIUS (Corn.) Alcmarienſis, celebris Mathematicus, An 1628. claruit. Motum perpetuum, à temporibus Archimedis incognitum, adinveniſſe traditur. Scripſit de Elementis. Notanda ſunt, quæ *ipſe de ſe ad amicum quendam* perſcripſerat: Ego (inquit) in camera manifeſte ſedeo ſolus, nemine mihi aſſiſtente. Et primò veſtitum meum transformo in præſentia & aſpectu illorum omnium, qui in cubiculo ſunt. Nunc induor totus nigro holoſerico, & momenti ſpatio holoſerico viridi ac rubro amictus ſum, in colores omnes mundi me transmutans. Nec ſolum hoc, ſed commuto meam veſtem cum qualibet ſpecie pannorum, qua ipſemet volo: nunc bombycina ſeu ſericea colorum omnium, tum ex villis texta omnium colorum: nunc argento, nunc auro variegatis veſtibus utor: nunc regio ornatu, & adamante, ac omni gemmarum ſpecie ſum ſplendidus, at in momento poſtea mendici habitum aſſumo, pannis obſitus ac deformis: cum in illo actu unicam duntaxat veſtem habeam, quam abs me non depono. Præterea converto me in arborem naturalem. Poſteà formam mutuor cujuslibet rei creatæ, quamcunque cupio, & jam mutor in leonem, urſum, equum, vaccam, ovem, porcum, &c. Et præter hæc apparere facio, quaſi terra aperiretur, & ſpiritus ex ea provenirent: primum in forma nubis, & poſteà ſe vertentes in aliam ſpeciem, quam illis impero, ut in perſonam Alexandri M. vel alterius Principis aut Regis. Quin & hoc exhibeo, ut gigantes ex terra prodire videantur 20. aut 30. pedum longitudinem exæquantes, &c. Atq; hæc omnia in medium produco nova inventione, quam beneficio Opticæ excogitavi, cujus vi res mirabiles ac pulcerrimæ præſtari poſſunt. Hæc *ille*. Vid. *C. Pellerus, in Polit. ſceler. impugn. cap. 4, pag. 33. Sweertius, pag. 184.*

DRECHSLERUS (J. Gabr.) manuductionem ad Poëſin Hebraicam, Anno 1672: item, Moſis deſcriptionem, Anno 1675. edi curavit.

DRECHSLERUS (Wolfg.) ſcripſit de Turcarum & Saracenorum origine.

DREIERUS (Chriſt.) Theologus & Philoſophus celebris, Primam Philoſophiam bono publico vulgavit.

DRELINCURTIUS (Ant. Car.) de partu octimeſtri vivaci, An. 1664. commentatus eſt.

DREPANIUS (Lat. Pacatus) Panegyricum ad Theodoſium Imp. habuit.

DREPANIUS Florus, Gallus, poëta Chriſtianus, juxta quosdam quinto, juxta alios 7. ſeculo floruit. Scripſit Pſalmos, hymnos, & alia poëmata. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 142.*

DRESCHERUS (Joſeph.) edidit Tractatum de Votis, An. 1676: item, Praxin adminiſtrandorum Sacramentorum.

DRESINGIUS (Bernh.) Archelogiam Ariſtotelicam, An. 1659. in 4. condidit.

DRESNERUS (Thom.) Leopolitanus, librum fecit collationum Juris Polonici & Romani: Inſtitutionum Juris Polonici libros quatuor: Proceſſum judiciarium, &c. Videatur *Starovolſc. pag. 69.*

DRESSEMIUS (Sam.) Diethmarſus, compoſuit Notas in ſex libros Joſephi Iſcani de bello Trojano, An. 1620. in 4.

DRESSERUS (Matthæus) Erfurtenſis, natus eſt, An. 1536: obiit, Anno 1607. Jenæ & Lipſiæ bonas literas profeſſus eſt. Reliquit Rhetoricam: Gymnaſmata literaturæ Græcæ: Iſagogen hiſtoricam, per millenarios diſtributam: varias orationes: tract. de Feſtis, &c.

DREW (Herm.) de Fortitudine Chriſtiana, Lugd commentatus eſt.

DREXELIUS (Jeremias) Auguſtanus, An. 1638. obiit. A quibusdam *Seneca bujus ſeculi* dictus eſt. In Jer. Drexelii operi-

operibus eximiam ſemper deprehendimus moderationem; inquit *Scheurelius* in *Biblioth. morali.* Opera ejus omnia 2. Tomis comprehenduntur, in 4. Vid. *Alegambe, pag. 181.*

DRIEDO (Joh.) alias Nyſs, Tornhutenſis, in Lovanienſi Academia Theologus, An. 1535. obiit. Scripſit facili & non prorſus inculto ſtilo ad Johannem Luſitaniæ Regem, de eccleſiaſticis Scripturis 4. libros Iſagogicos, quemadmodum *Sixtus Senenſis* refert. Vid. *Valerius Andreæ in Faſtis Lov. pag. 100. Labbe, T. 1. Diſſert. pag. 558. Olearius in Abaco, pag. 249.*

à DRIEL (Gothofr.) Hyperaſpiſtem Roſarii, An. 1588. commentus eſt.

DRIESCHUS (Joh.) edidit Fragmentum Vett. Interpretum in Pſalmos, Anno 1585. Antv.

à DRIP (Laurent.) Antidecalogum Theologico-politico-reformatum, A. 1672. publicari fecit.

DROETUS (P.) Pariſ. conſilium de Peſtilentia, An. 1576. formavit. Videatur *Linden. pag. 495.*

DROGO, S. Bernhardi æqualis, ſeculo XII. floruit. Condidit librum de creatione & redemtione primi hominis: & alium de ſeptemformi gratia Spiritus Sancti. Ab hoc *alius* eſt DROGO, Flander, qui Anno 1036. vixit, & vitam Godolevæ virginis nec non S. Oswaldi, Northumbriæ Regis, compoſuit, teſte *Sandero.* Videatur *Olearius in Abaco, pag. 143.*

DROMOCYDES, Δρομοκύδης, ſcripſit de Diis gentilium, teſte *Fulgentio in Mythologia.*

DROPIDES, Δρωπίδης, frater Solonis, Olymp. XLVI. claruit. Verſus fecit.

DROSSÆUS (Joh.) Sammarianus, JCtus, An. 1545. claruit. Reliquit methodum univerſi juris. Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 7.*

DRUDO (Hilar.) Practicam artis amandi, An. 1597 excogitavit.

DRUMÆUS (Nicol.) Brugenſ. Poëmata Græca & Latina elaboravit.

DRUNÆUS (Gerh.) An. 1601. obiit. Extat ejus Calendarium Hiſtoricum & Politicum: item, lib. de ortu & occaſu. Vid. *Sweertius, pag. 279.*

DRURÆUS (Guil.) Dramatica poëmata, Antv. An. 1641. edi curavit.

DRUSIANUS, Medicus, plusquam commentator dictus, in artem Galeni commentatus eſt. Alii *Truſianum* vocant.

DRUSIANUS (Joh. Bapt.) univerſalem totius Europæ deſcriptionem edidit. Vid *Ghilinus, vol. 2. pag. 96.*

DRUSIUS (Joh.) Aldenardenſis, natus eſt, An. 1550: obiit, Anno 1616. Scripſit Præterita in Novum Teſtamentum: Notas in Siracidem: Comment. in loca difficiliora Pentateuchi: Obſervationes ſacras: Quæſita per epiſtolas, &c. *Joſephus Scalig. in Excerpt. pag. 98.* vocat Lipſii ſimium: item, doctum in Grammaticis & in textu Hebræo. Addit: Druſius noluit unquam ſubſcribere Confeſſioni Belgicæ, & ideo malè illi volunt ſui Collegæ. Hæc *ille.* Videatur *Sweertius, pag. 420. Meurſius in Ath. Batav. pag. 253:* item, *H. Witte in Philoſoph. pag. 106.*

DRUSIVS (Joh.) junior, fudit lacrimas in obitum Scaligeri.

DRUSUS, JCtus, allegatur à Celſo. Vid. *Bertrandus in vitis JCt. pag. 305.*

DRUTHMARUS (Chriſtianus) Grammaticus, Monachus Corbejenſis, circa medium ſeculi IX. floruit. Texuit comment. in Matthæum, Lucam & Johannem. Videatur *Olearius in Abaco, pag. 106.*

DRUZBICKIUS (Caſp.) in paſſionem Chriſti, A. 1652. quædam meditatus eſt.

DRYANDER (Joh.) Medicus & Mathematicus, An. 1560. obiit. In Aſtronomicis multa, fabricatis novis inſtrumentis, adinveniſſe dicitur, teſte *Thuano, l. 26.* Edidit anatomiam capitis humani, Anno 1536: item, anatomiam porci & infantis.

DUARDUS (Leonh.) ſcripſit de Cenſibus, Genevæ, An. 1635.

DUARENUS (Franc.) JCtus, Anno 1559. ex hac vita migravit. Scripta ejus in magno precio habentur: eaq; *Cujacius* plurimi ſemper fecit, cùm ex quatuor Franciſcis, qui eadem ætate eandem ſcientiam profitebantur, unum Duarenum ſibi placere, cæteros jus tantum deligurire diceret, quemadmodum *Thuanus, lib. 23.* refert. Vid. *Sammarthanus, p. 37.* Opera ejus ſimul prodierunt, A. 1592.

DUARTE (Franc.) Hiſpalenſis, Cordubæ Theologiam docuit. Scripſit de Incarnatione verbi, teſte *Alegambe, pag. 120.*

DUBE-

DUBENUS (Bened.) catalogum prodigiorum circa nativitatem Chriſti confecit, An. 1591.

DUBLIVIUS (Joh.) Nervius, edidit Hodœporicon Hieroſolymitanæ peregrinationis, ſeptem dialogorum libris explicatum, teſte *Sweertio*.

DUBOIS (Nicol.) in Acta Apoſtolor. Anno 1666. commentatus eſt.

DUBRAVIUS (Joh.) Epiſcopus Olmüzenſis, A. 1553. obiit. Condidit hiſtoriam Bohemicam. Dubravium de piſcinis *Conringius* edidit. Vid. *Thuanus*, *l.* 12.

DUBRELIUS (Claud.) ſcripſit de laude regiæ dignitatis.

DUBTACHUS, Hibernus, vixit, An. C. 520. Reliquit poëmata in laudem Dei omnipotentis & ſanctorum ejus præconum, teſte *Wareo*.

DUCÆUS (Fronto) Burdegalenſis, Anno 1624. obiit. *Scaliger in Excerptis* vocat honeſtiſſimum Jeſuitam. Confer *Caſaubonum, in epiſt.* 488. Multa S. Patrum opera recenſuit notisq; illuſtravit, ut Gregorii Nazianzeni, Nyſſeni, Baſilii, Chryſoſtomi. Scr. præterea Collectanea in Clementem Alex. Deniq; etiam edi curavit Bibliothecam Græcorum Patrum. Vid. *Alegambe*, *pag.* 144.

DUCAS, Michaëlis Nepos, Hiſt. An. 1455. vixit. Reliquit Hiſtoriam Byzantinam, quæ prodiit Græcè & Latinè, interprete *Iſm. Bullialdo*, Paris. Anno 1649. fol. Vid. *Hanckius in Scr. Byz. pag.* 640.

DUCATIUS (Luc.) carminibus innotuit. Vid. *T.* 1. *Delit. Gall. pag.* 870.

DUCATIUS (Tim.) emiſit Tract. de Imagine Dei in homine, An. 1625.

DUCCHUS (Cæſar) Brixianus, inter poëtas numerari ſolet. Vid. *Tom.* 1. *Delit. Ital. pag.* 901.

DUCCIUS (Laur.) ſcripſit artem hiſtoricam: item, lib. de inventione medii, An. 1550.

DUCHESNE (Nic. For.) edidit Florilegium univerſale, An. 1650. Paris. Vide, CHESNE.

DUCHESNIUS (Andr.) Anno 1640. interiit. A *nonnullis* Quercetanus vocatur. Vitas Rom. Pontificum duobus Tomis illuſtravit. Paravit etiam editionem omnium autorum, qui de rebus Francicis ſcripſerunt. Vid. *J. L. à Carolo in Biblioth. Pontif. pag.* 250. Adde *Saraviam in Epiſt. ad Gronov.*

DUCK (Arturus) de autoritate Juris civilis, Londini, An. 1653. ſcribere cœpit.

DUCRETUS (Tuſſanus) de Arthritide commentatus eſt, Anno 1575: item, de Febrium curatione.

à DUDINCK (Jod.) ſtruxit mundum Marianum, i. e. ſpecificationem omnium locorum, in quibus Maria religiosè colitur. Vid. *Labbe in B. B. pag.* 109.

DUDITHIUS (Andr.) Budæ in Pannonia natus eſt, An. 1533: obiit, Anno 1589. Trium Imperatorum, Ferdinandi I. Maximiliani II. & Rudolfi II. conſiliarius & orator fuit, magnasq; legationes ſumma prudentiæ laude obivit. Cùm Pontificius & quidem Epiſcopus eſſet, tandem ad Proteſtantes tranſiit: unde Romam citatus, cùm non comparuiſſet, à Pontifice proſcriptus eſt. Antequam pontificiæ religioni valediceret, Tridentino Concilio interfuit, in quo varias orationes habuit, quarum una erat de communione ſub utraq;, altera de ſacerdotum conjugio. Mathematica ſtudia feliciter excoluit, & cum *Joh. Prætorio*, celebri hujus Lycei Profeſſore, arctam amicitiam fovit: cui etiam diem mortis ſuæ in literis ſignificavit. Cæterum eloquentiæ Tullianæ tantus admirator fuit, ut totum Ciceronem ter manu propria deſcripſerit. Hæc & plura *Thuanus, lib.* 96. *circa finem.*

DUDLEUS (Rob.) Anglus, Comes Leiceſtriæ. An. 1588. obiit. Arcana maris duobus Tomis complexus eſt.

DUDO, Sanquintinius, Hiſtorias contexuit. *Barthius ad Britonem*, *pag.* 742. ineptum grandiloquentiæ in utroque ſtilo auctorem appellat.

DUENNAS (Joh.) Hiſp. Speculi conſolationis afflictorum quinq; Tomos, Barcinone, An. 1580. edi curavit.

DUENNAS (Pet.) fallentias regularum Juris, Lugduni, Anno 1565. publicavit.

DUETUS (Ant.) Hanno, Anno 1567. obiit. Vitam Tobiæ majoris verſu elegiaco expreſſit. Videatur *Sweertius*, *pag.* 131.

DUGDALUS (Guilh.) Warwicenſis, Anglus, 4. volumina Monaſtici Anglicani edidit, Anno 1655. Lond. *Edoardus Biſſæus ad Uptonum* vocat doctiſſimum ſolertiſſimumque antiquitatis indagatorem & acerrimi judicii virum.

DUGLAS.

DUGLASSIUS (Gav.) Scotus, An. 1510. floruit. Texuit Commentariolum de rebus Scoticis.

DUGLOSSUS (Joh. Longinus) Leopolienſis Epiſcopus, An. 1480. obiit. Vitam S. Stanislai tribus tractatibus complexus eſt. Conſulatur *Zeillerus, part. 2. Hiſt. pag. 50.* Vide, DLUGOSSUS.

DUGO (Joh. Philonius) ſtruxit 4. libros Inſtitutionum Chriſtianarum, qui impreſſi ſunt Auguſtæ, An. 1538.

DUHAMEL (J. B.) ſcripſit de conſenſu veteris & novæ Philoſophiæ. Vide, HAMEL.

DUICKIUS (Franco) edidit comparationem amatoris & venatoris.

DUIZIUS (Paulus) Leodius, Anno 1621. claruit. Commentarium in aliquot Tibulli & Propertii Elegias, Auſonii Moſellam, & ſelecta veterum Epigrammata compoſuit, An. 1615. Vid. *Alegambe, pag. 363.*

DULCETUS (Aug.) JCtus, de Syndicatu commentatus eſt. Extat *Tom. 7. Tract. tract.*

DULCINUS (Barthol.) Bononien. JCtus, Anno 1590. floruit. Scripſit de vario Bononiæ ſtatu.

DULCKENIUS (Ant.) An. 1608. claruit. Franciſci Bonaldi ſtellam myſticam Latinè tranſtulit. Videatur *Sweertius, pag. 132.*

DULCIS (Lud.) Venetus, An. 1568. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 148.*

DULCO (Gaſtonus) edidit apologiam Argyropœjæ & Chryſopœjæ, An. 1611. Vid. *Linden, pag. 202.*

DULETIUS (Guil.) condidit Tr. de prudentia & Juſtitia, Venet. An. 1562.

DULLARDUS (Joh.) Gandavenſis, Anno 1378. obiit. Reliquit quæſtiones in Ariſtotelem περὶ ἑρμηνείας: item, Comment. in Phyſicam & Metaphyſicam Ariſtotelis, teſte *Sandero.* Hic eſt ille Dullardus, qui ſuis inſtillare conſueverat: *Quanto eris melior Grammaticus, tanto eris pejor Theologus.* Tanta erat quorundam olim ſancta inſcitia.

DULLENDIUS (Gabr.) emiſit Tabb. Ambianenſes, Paris. An. 1658.

DULMAN (Theod.) Oratorem Chriſtianum, Colon. An. 1651. formavit.

DULPHUS (Camill.) Bonon. JCtus, Anno 1502. floruit. Exaravit Conſilia.

DULPHUS (Florianus) Bonon. An. 1623. claruit. Edidit controverſias Juris civilis: item, lib. de ſepulturis & epitaphiis, Bonon. in 4.

DUMBELEJUS (Joh.) de Anglia, compoſuit Hortum amoris, in quo docetur creatio arboris philoſophicæ: item, Practicam Alchymiæ, &c.

DUNÆUS (Joh.) Ivelli ex ſorore nepos, vir gravitatis verendæ vitæq; integerrimæ, Theologus acutiſſimus pariter atq; ſolidiſſimus apud Cantabrigienſes ſuos ſemper habitus, Sortis uſum adverſus Innominatum quendam ſcripto peculiari tutatus eſt, inquit *Thom. Gatakerus in Antitheſi, Ameſii & Voëtii de Sorte theſibus oppoſita, pag. 116.* Vide, DOUNÆUS.

DUNBARUS (Joh.) edidit ſex centurias Epigrammatum, Lugduni, An. 1616.

DUNCANUS (Guil.) Phyſiologiam, Toloſæ, An. 1651. typis mandavit.

DUNCANUS (Marcus) Inſtitutiones Logicas, An. 1612. compoſuit.

DUNCANUS (Mart.) natus eſt, A. 1505: obiit, An. 1590. Scripſit de ſacrificio Miſſæ. Impugnavit etiam Anabaptiſtas. Vid. *Sweertius, pag. 549.*

DUNGALUS, Diaconus, ævo Caroli Magni & ejus filii, Ludovici Pii, claruit. Extat liber reſponſionum pro Imaginum cultu, adv. Claudii Taurin. Epiſcopi ſententias, ad Ludovicum Pium & filium Lotharium à Dungalo exaratus. Videatur *Olearius, pag. 143.*

DUNGANUS (Corn.) edidit Theſium Junii de Prædeſtinatione repetitionem, An. 1616.

DUNOZETUS (Guilh.) Seleucienſis Epiſcopus, Deciſiones Rotæ Romanæ collegit. Prodiere Romæ, fol. An. 1673. Tomis tribus.

DUNS (Joh.) Scotus, An. C. 1308. juxta *Bellarminum* obiit. Is tertiæ Scholaſticorum ſectæ, quæ *Scotiſtarum* vocatur, nomen & auſpicium fecit. Thomam Aquinatem præcipuè ſibi oppugnandum ſumſit. Ob ſubtilitatem in diſputando *Doctor ſubtilis* dici meruit. Quidam *Tenebricoſum*: alii *Limam veritatis* appellant. In libros Sententiarum commentatus eſt. *Jovius, in Elog. numero 3.* refert, eum apoplexia correptum, nimis feſtinato funere pro mortuo tumulatum miſerabili mugitu edito, pulſatoq; diu ſepulcri lapide, eliſo tandem capite periiſſe.

riiſſe. Plura ſcire ſi deſideras, ſuadeo, ut *Waddingum in Script. Ord. Min pag 201. Waræum in Script. Hibernicis, pag. 63. Olearium in Abaco, pag. 149.* adeas, & erit, unde deſiderio ſatisfacias.

DUNTE (Lud.) Revaliâ Livonus, natus eſt, An. 1597: obiit, An. 1639. In Patria eccleſiaſtico officio ſunctus eſt. De ipſius doctrina & pietate ſingulares tractatus, quos nervoſè conſcripſit, ſatis teſtari poterunt, quales ſunt: de Praxi pietatis: Buccina evangelii, de verbi divini uſu: Libellus Catecheticus, & aureum illud planè opus hoc inſignitum titulo: Deciſiones Caſuum conſcientiæ. Videatur *Witte, in Theolog. pag. 481.*

DUNUS (Thadæus) Locarnenſis, ob religionem ex Italia profugus, in Helvetia ſedem poſuit. Tractavit de reſpiratione, An. 1588. de morbis mulierum: de curandi ratione.

DUODUS (Ant.) ſcripſit de habitibus Intellectus, Baſil. An. 1603.

DUODUS (Pet.) edidit ſeptem libros de Anima, An. 1575.

DUPASIUS (Guilh.) Gemblacenſis, An. 1578. obiit. Reliquit poëmata ſacra.

DUPORTUS (Jac.) Cantabrigienſis, S. Theologiæ Doctor, Anno 1660. claruit. Erat Collegii S. Magdalenæ apud Cantabrigienſes Profeſſor. Salomonis Proverbia, Eccleſiaſten, Cant. Canticorum & Jobi hiſtoriam Græco carmine expreſſit. Sententias etiam Homericas doctiſſimo commentario illuſtravit.

DURÆUS (Joh.) Anglus, Prodromum Irenicorum, Anno 1661. promulgavit. Plura de *Duræo in epiſtolis ſelectis G. Richteri, pag. 494.* invenies, Videatur *Martinus Kempius in Bibliotheca Angl. Theol. pag. 429.*

DURÆUS (Joh.) Scotus, Anno 1581, vixit. Reſponſionem *W. Witakeri* ad 10. rationes, quibus fretus Edm. Campianus certamen eccleſiæ Anglicanæ miniſtris in cauſa fidei obtulit, confutavit. Vid. *Alegambe, pag. 237.*

DURANDUS, à S. Porciano, Gallus, Anno 1333. obiit. Vulgò *Doctor reſolutiſſimus* dictus eſt. Scripſit in quatuor libros Sententiarum, in quibus nonnulla ſunt (inquit *Bellarminus*) quæ à communi doctorum ſententia abhorrent & ab eccleſia Rom. improbantur. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 144.*

DURANDUS, vel DURANTES (Guil.) Epiſcopus Mimatenſis, Anno 1296. obiit. Struxit Speculum, in tria volumina diſtinctum, ad Ottobonum, poſtea Hadrianum V. dictum: unde *Speculator* vocari ſolet. Rationale etiam divinorum officiorum octo libris complexus eſt. Vid. *Thomaſinus in Bibl. Patav. pag. 14.* Hujus de re ſacramentaria talis circumfertur ſententia; *Verbum audimus, modum neſcimus, motum ſentimus, præſentiam credimus.* Vid. *Quenſtadius, pag. 37.* Sunt, qui plagii eum inſimulent; qua de re *Thomaſius in diſſ. de Plagio, §. 414.* legi poterit. Vid. etiam *Olearius in Abaco, pag. 192.*

DURANDUS (Jac. Hon.) Bruxellenſis, Anno 1638. claruit. Græcii Styrorum Philoſophiam & Matheſin docuit. Edidit brevem Trigonometriam planorum: item, problema ex architectonica militari de mœnibus inferioribus ſive falſabraga, an ea infra horizontem, an ſuprà collocanda ſit. Videatur *Alegambe, pag. 203.*

DURANDUS (Nicol.) Eques de Villagaignon, Anno 1564. claruit. Ex Calviniano Pontificius factus eſt. Scripſit de Euchariſtiæ ſacramento: de duplici oblatione: de poculo ſanguinis Chriſti: de introitu in ſancta ſanctorum: de bello Melitenſi, &c. Vid. *Sauſſay, pag. 107.*

DURANTE (Propheto) Rabbi, vulgò אפודי, i. e. *Ephodæus* dictus, circa, A. C. 1390. vixit. Vide, EPHODÆUS.

DURANTES (Caſtor) Medicus Romanus, vulgavit Herbarium, Romæ, An. 1585. fol.

DURANTES (Guil.) idem eſt cum Guil. DURANDO, de quo paulo ante.

DURANTES (Joh. Dilect.) Gualdenſis, JCtus, de arte teſtandi, An. 1572. commentatus eſt.

DURANTIUS (Jacob.) Arvernus, inter poëtas locum occupat, ceu videre eſt, *Tom. 1. Delit. Gall. pag. 893.*

DURANTIUS (Janus) Vide, CASELLIUS.

DURANTIUS (Sam.) à *Samuel. Mareſio, Tom. 2. controverſ. contra Tirin. pag. 545.* vir ſanctiſſimus & eccleſiaſtes Pariſienſis facundiſſimus appellatur.

DURANTIUS (Steph.) JCtus, Senatus Tholoſani præſes (quem cives ſui tumultuantes interfecere, Anno 1579.) reliquit libros de ritibus eccleſiaſticis. Videatur *Tollius in Tr. de Infel. Literat. pag. 84*: Item, *Voſſius, l. 3. de Vitiis Lat. ſerm. c. 42.*

DURANTUS (Conſalv.) annotationes in Brigittæ revelationes compoſuiſſe dicitur.

DURANUS (Nic.) ſcripſit literas annuas ſocietatis Paraquariæ, Antv.

DURANUS (Paul.) Deciſiones Rotæ Romanæ, Interamnæ, An. 1637. fol. edi curavit.

DURASTANES (Joh. Matth.) Medicus Sanctojuſtanus, An. 1567. claruit. Edidit Problemata de dæmonibus. Struxit etiam librum de aceto Scillino & aloe.

DURATIUS (Joh. Franc.) in ſex libros Galeni de locis affectis, An. 1557. commentatus eſt.

DURELLÆUS (Joh.) Dialecticam ſupranaturalem, Anno 1626. typis mandavit.

DURELLUS (Joh.) reliquit vindicias Eccleſiæ Anglicanæ, Lond. in 4.

DÜRERUS (Alb.) Norimb. natus eſt, An. 1471: obiit, Anno 1527. Libellum de ſymmetria partium in rectis formis corporum humanorum: item, Inſtitutiones Geometricas elaboravit. Vid. *Voſſ. de ſcient. Math. pag. 423.*

DURETUS (Lud.) Seguſianus, Medicus, Hollerii diſcipulus, An. 1560. claruit. Prænotiones in Coacas Hippocratis: obſervationes in *Hollerii* librum de malis internis, &c. evulgavit. Primus hic extitit, qui barbariei mandragora ſopitum Hippocratis genium acri & incitato ſuo ingenio reſuſcitavit, & ex tenebricoſo tricarum ergaſtulo in illuſtre theatrum orbis terrarum protraxit. Unde *Hippocratis Genius* nonnullis dictus eſt. Vid. *Sammarthanus, pag. 8. Queccius de præſt. hom. pag. 184.*

DURFELDIUS (Jac.) edidit myſteriologiam regni Chriſti, Anno 1629: Item, normam invocationis divinæ.

DURIS, Δοῦρις, Elaita, poëta, à *Stephano Ethnographo, in* Ἔφεσος memoratur.

DURIS, Samius, tempore Ptolemæi Philadelphi Regis claruit. Scripſit librum de Tragœdia, Hiſtoriam Agathoclis, & Macedonica. Citat eum *Athenæus. Ciceroni in epiſt. ad Att. 1, 6.* homo in hiſtoria diligens appellatur. Vid. *Jonſius de Scr. Hiſt. Ph. 2, 2.*

DURPLATZ (Conr.) Oeconomiam Biblicam, An. 1563. contexuit.

DÜRRERUS (Adam) ſcripſit de particulis Lat. Linguæ, An. 1624.

DURRETUS (Nat.) Foreſianus, Ephemerides, Paris. Anno 1641. edi fecit: item, Admiranda religioſorum, A. 1647. Videatur *Wadding. in Script. Ord. Mu. pag. 262.*

DÜRRIUS (Jo. Conr.) Norimb. natus eſt, A. 1625: obiit, A. 1677. relicto magno omnium luctu & deſiderio. Altdorfii Theologiam & Philoſophiam moralem publicè docuit. Ethicam Paradigmaticam & Problematicam: Compendium Theologiæ moralis; 14. Diſſertationes de everſione Chriſtianiſmi per hypotheſes & dogmata Socinianorum: animadverſiones in libros Normales Norimberg. &c. publicæ luci expoſuit. Morte ejus multa doctiſſima ſcripta intercepta ſunt.

DUSIUS (Æmil.) Medicus Braidenſis, compoſuit librum de valetudine tuenda, Anno 1582.

DUTEMPLÆUS (Steph.) tabulas fecit in Galeni libros de morbis & ſymptomatibus, An. 1576. in 8.

DUTRIEU (Phil.) manuductionem ad Logicam, An. 1617. adornavit. Vide, TRIEU.

DUVALLIUS (Andr.) Gallus, An. 1638. obiit. Conſcripſit Summam Theologicam.

DUVALLIUS (Guil.) Pontiſaranus, catalogum & elogia Regiorum Profeſſorum, An. 1644. confecit.

DUYSENDFELDER (Nicol.) reliquit obſervationes ad leges & conſuetudines Amſteldamenſes, in 4. An. 1662.

DYCKERIUS (Ignatius) Gandenſis, Tragœdiam de Theodoro Alexandrino: item, duos libros epigrammatum, teſte *Swertio*, exaravit. Ejus poëmata prodiere Coloniæ, An. 1646.

DYEMENUS (Guilh.) Roterodam. JCtus, natus eſt, Anno 1583. Scripſit de Formulis quibusdam copulatis & disjunctis. Vid. *Swertius, pag. 304.*

DYCKE

DYKE (Dan.) libellum compoſuit, titulo, NOSCE TEIPSUM, An. 1616.

DYNAMIUS, Patricius, idem, qui DINAMIUS, de quo ſupra. Vid. *C. Barth. Adv. 59, 12.*

DYNATERUS (Eubulus) in quaſdam Ciceronis orationes commentatus eſt.

DYNUS, JCtus. Vide, MUGELLANUS.

DYSIDÆUS (Proſp.) diſputationem de quæſt. quænam ſit in Chriſtum fides, qua juſtificamur, An. 1502. edidit.

DYSSELDORPIUS (Joh.) An. 1494. obiit. Compoſuit itinerarium Terræ ſanctæ.

DYSSEUS (Gualter.) fecit rythmos verbis quidem barbaros, ſed ſenſu mire cordatos, teſte *Barthio ad Claudianum.*

E.

EADMERUS, Anglus, A. 1120. claruit. Exaravit hiſtor. rerum ſuo ſeculo in Anglia geſtarum. Prodiit cum notis *Seldeni*, Lond. An. 1623.

EBARTUS (Joh.) enchiridion Theologiæ poſitivo-polemicum, Anno 1665. edi curavit.

EBED JESU, Metropolita Sobenſis, ſub Julio III. Pontifice claruit. Erat religione Neſtorianus: poſtmodum ad Pontificios defecit. Collegit catalogum Chaldæorum librorum, quem *Abraham Echellenſis* Latinè tranſtulit. Editus eſt ille catalogus Moguntiæ, An. 1655. à *Bartholdo Nihuſio*, in 8. Vid. *Hottingerus in Biblioth. quadripart. pag. 229.*

EBELIUS (Caſp.) apologiam primæ Philoſophiæ contra *Ameſium* publicavit, An. 1640.

EBELIUS (J. Fr.) librum adornavit, cui titulus eſt Hermes Logicus, An. 1637.

ab EBERBACH (Nic.) edidit Tr. Feudalem.

EBERHARDUS, Archidiaconus Ratisbonenſis, An. 1305. vixit. Annales exaravit, incipiens ab An. 1273. & progrediens usque ad An. 1305. Extant apud *Henr. Caniſ. T. 1. Antiq. lect. pag. 305.* Videatur *Olearius in Abaco, pag. 145.*

EBERHARDUS (Caſp.) Theolog. Anno 1576. obiit. Docuit Witebergæ & reliquit homilias.

EBERHARDUS (Georg.) Bavarus, obiit, An. 1621. ætatis 65. Condidit Tract. de voluntate DEI. Videatur *Alegambe*, *pag. 155.*

EBERLINUS (Georg.) JCtus, de origine Juris commentatus eſt, Anno 1613. in 4.

EBERTUS (Jac.) edidit hiſtoriam Juramentorum, An. 1588.

EBERTUS (Theod.) ſcripſit de Poëſi Hebræorum: item, elogia centum JCtorum & Politicorum, qui linguas orientales feliciter excoluerunt, An. 1628.

EBERUS (Paul.) Kizingenſis, natus eſt, An. 1511: obiit, An. 1569. Witebergæ docuit annis 38. Compoſuit aſſertionem de S. Cœna: item, expoſitionem Evangeliorum Dominicalium. Vid. *Thuanus, l. 46.*

EBORENSIS (Andreas) Hiſp. collegit ſententias & exempla ex ſacris & prophanis autoribus. Liber prodiit, Anno 1569.

ECCARDUS (Juſtus) JCtus, explicationem legis Regiæ, Anno 1603. imprimi fecit.

ECCIUS (Joh.) Suevus, natus eſt, Anno 1486: obiit, Anno 1543. Erat propugnator Pontificiæ religionis acerrimus. Struxit Enchiridion controverſiarum: item, librum de Miſſa, &c. Vid. *Sauſſay, pag. 32. Olearius, pag. 250.*

ab ECCLESIA (Franc. Auguſt.) Epiſcopus Salutienſis, claruit Anno 1614. Edidit catalogum Scriptorum Pedemontanorum & Sabaudienſium: Theatrum mulierum literatarum: & hiſtoriam Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcop. & Abbatum Pedemontanæ regionis & Sabaudiæ.

ECCLESTONUS (Thomas) Anglus, librum de adventu Minorum in Angliam elaboravit, abſolutumq; Simoni Eſſebio amico ſuo dedicavit. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 324.*

ECHARTUS (Zach.) Suidnicenſis Sileſius, An. 1615. claruit. Edidit faſciculum poëmatum.

ECHEMENES, Ἐχεμένης, ſcripſit Cretica, teſte *Athenæo, l. 13.*

ECHEPHYLIDES, Ἐχεφυλίδης, à *Stephano* in Σφαττείᾳ memoratur.

ECHINUS (Seb.) Venetus, Anno 1585.

obiit. In Ethicam Ariſtotelis commentarium fecit. Tractavit etiam de Nummis antiquis. Vid. *Thuanus*, *lib. 82*.

ECHLINUS (Dav.) Scotus, carmen de Paſchalibus ovis concinnavit. Extat *T. 1. Delit. Scot. pag. 355*.

ECHOLTUS (Amadeus) ſtruxit Pandectarum compendiariam tractationem, An. 1670. in 4.

ECHOLTUS (Mich.) Norwegus, Anno 1648. floruit. Exaravit Stephanologiam Danicam: item, Geologiam Norwegicam, teſte *Bartholino in Scr. Dan. pag. 102*.

ECK (Paulus) à Sulzbach, condidit clavem Philoſophorum.

ECKARDUS (Henr.) Vetterâ Haſſus, natus eſt, An. 1582: obiit, An. 1624. Edidit Theologiam Patrum: Faſciculum & Pandectas controverſiarum: confutationem Piſcatoris: commentarium in Pſalmos, & Tract. de deſcenſu ad inferos, &c. Altenburgi Superintendentis generalis munere functus eſt. Vid. *Henningus Witte, in Theol. pag. 549*.

ECKARDI (Henr. Mart.) de incarnatione Filii Dei, Anno 1657. commentatus eſt.

ECKEBERTUS, Abbas Schônaugienſis, An. 1160. floruit. Compoſuit 13. ſermones in Catharos: item, duos libros de ænigmatibus ruſticanis, *Trithemio* teſte.

ECKEHARTUS Minimus, ſtilo expreſſit vitam S. Notkeri.

ECKHARDUS (Melch. Silveſt.) Kirchheimenſis, An. 1601. natus: An. 1650. iterum denatus eſt. Eccleſiæ Bibarachenſi, item Stettenſi cum laude præfuit. Emiſit Theologiæ Studioſum: Paſtorem conſcientioſum: Chriſtianum genuinum: & tandem Chriſtianum religioſum. Videatur *H. Witte, libro cit. pag. 754*.

ECKSTORMIUS (Henr.) Chronicon Walckenriedenſe elaboraſſe dicitur: item, ſpecum Bumanni.

ECPHANTES, Ἐκφάντης, citatur de regno, à *Stobæo ſerm. 46*.

ECPHANTIDES, Ἐκφαντίδης, Comicus, *Satyros* docuiſſe fertur.

EDÆUS (Joh.) Herefordenſis Anglus, An. 1406. obiit. Scripſit in librum Sententiarum, teſte *Waddingo in Scr. Ord. Min. pag. 204*.

EDEMUS (Burch.) JCtus, de damnorum culpa, A. 1646. commentatus eſt.

EDENIUS (Jord.) edidit varia opuſcula Theologica, Upſaliæ, An. 1664.

EDERUS (Georg.) Friſingenſis, exaravit catalogum virorum illuſtrium gymnaſii Viennenſis in Auſtria: item, Oeconomiam Bibliorum, An. 1568.

EDINERUS, vitam Anshelmi Cantuarienſis (erat enim ejus familiaris) duobus libris perſecutus eſt.

EDINGERUS (Laurent.) Prolegomena ad quatuor Evangeliſtas, A. 1666. concinnavit. Vid. *Alb. Bartholinus in Danis, pag. 96*.

EDINUS (Cyr.) librum de origine & ſtatu familiæ Alvenslebenſis, An. 1581. reliquit.

EDMUNDUS, Cantuarienſis Epiſcopus, cognomine *Virgo*, An. 1240. vivis exceſſit. Confecit Speculum Eccleſiæ, ad Monachos Ciſtercienſes. Ab Innocentio IV. Pontifice, inter Sanctos relatus eſt, teſte *Vincentio*.

EDOARDUS, VI. Rex Angliæ, natus eſt, An. 1538: obiit, An. 1583. Compoſuit Comœdiam de meretrice Babylonica.

EDRICUS (Georg.) edidit obſervationes medicamentorum, quæ hodie in uſu ſunt, Lond. An. 1588.

EDUUARDUS (Thom.) exaravit librum, titulo Gangrænæ.

EDZARDUS (Eſdras) ſcripſit de controverſiis Judæorum, Socinianorum & Calvinianorum, An. 1656. fol.

de EECOUTE (Joh.) Angianus, A. 1471. obiit. Scripſit contra *Bonetum & Franc. Maronis*, aſſerentes, Johannem Evangeliſtam verum fuiſſe & naturalem Mariæ Deiparæ filium, idq; per transſubſtantiationem corporis S. Johannis in corpus Chriſti. Videatur *Sertertius, pag. 422*.

EFFERARIUS, Monachus, de Lapide Philoſophorum commentatus eſt.

de EFFEREN (W. Ferd.) exaravit Manuale politicum de ratione ſtatus, Anno 1639.

EGARDUS (Paulus) Paſtor Nortorpianus, edidit Medullam Theologiæ: Salomonem Eccleſiaſten: hominem microcoſmum ſecundum naturam & Gratiam: Vindicias Arndianas: theſaurum Sapientiæ, ex epiſtola ad Romanos, &c. Vixit, An. 1622.

EGBER-

EGBERTUS (Sebaſt.) elaboravit ſcholia in praxin artis medicæ *Dodonæi*, Anno 1640.

EGENOLFUS (Chr. Laur.) Eccleſiaſten Salomonis, An. 1595. paraphraſi expreſſit.

EGESIPPUS. Vide, HEGESIPPUS.

EGGENFELD (Chryſoſt.) J. U. D. & Conſiliarius Ducis Megapolitani, autor putatur libelli, qui inſcribitur, Nova detecta Veritas, ſive animadverſio in veterem ratiocinandi artem Ariſtotelis. Vid. *Placcius, pag. 142.*

EGIDIUS (Paul.) Medullam Theologiæ: Agoniam Chriſti: ut & Theologiam practicam edidiſſe dicitur.

EGINHARTUS, Caroli M. gener & Cancellarius, Anno 844. obiit. Extat ejus liber de vita Caroli, quam judice *Sigeberto* tantò meliore fide retulit, quantò familiarius Carolo adhæſit. Ad extremum monachus Benedictinus & Abbas Selingſtadienſis factus eſt. Vid. *Zeillerus, part. 1. Hiſt. pag. 46. Olearius in Abaco, pag. 146.*

EGINO, texuit epiſtolas, quæ impreſſæ ſunt, An. 1602.

EGLINUS (Raph.) Iconius, Anno 1611. claruit. Epilyſin in Apocalypſin, ut & tract. de Genealogia Chriſti compoſuit. Autor etiam Helianæ diſquiſitionis eſſe dicitur.

de EGMUNDA (Nicol.) An. 1526. obiit. Compoſuit carmen de ignorantia & imperitia Scholarium. Erat Eraſmi antagoniſta: unde in ejus mortem *Eraſmus* tali carmine luſiſſe fertur:

Hic jacet Egmundus, telluris inutile pondus;
Dilexit rabiem: non habeat requiem!

Videatur *Valer. Andreæ in Faſt. Lovan. pag. 98.*

EGNATIUS, antiquus poëta, à *Macrobio* allegatur, qui addit, Virgilium multa ex eo mutuatum eſſe. Tractavit de rerum natura. Videatur *Merula in Ennium, pag. 201.*

EGNATIUS (Marcus) Calvinus. Vide, CALVINUS.

EGNATIUS (J. Bapt.) Venetus, A. 1553. octogenarius obiit. Bonas literas 40. annorum profeſſione non parum illuſtravit: unde ab illuſtriſſimo Senatu Veneto eam gratiam conſecutus eſt, ut rude donatus eodem ſtipendio, quod profitendo meruerat, frueretur, & ejus bona publico cenſu redimerentur, uti *Thuanus* refert *l. 21.* Reliquit hiſtoriam Cæſarum. Ejus Racemationes *Tomo 1. Lamp. Crit. à Grutero* inſertæ ſunt. *Eraſmus in Ciceron. pag. 164.* B. Egnatius, Inquit, vir non minus probus & integer, quàm eruditus & eloquens, doctè loqui maluit, quàm Ciceronianè, &, quod voluit, aſſecutus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 96.*

EGUINUS, tempore Juſtiniani junioris vixit. Exaravit vitam S. Althelmi.

EHEMIUS (Chriſt.) Auguſtanus, JCtus, natus eſt, Anno 1528: obiit, An. 1592. Primò Tubingæ, deinde Heidelbergæ leges profeſſus eſt. Edidit ſeptem libros verè aureos de principiis Juris.

EHINGERUS (Elias) Auguſtanus, natus eſt, An. 1573: obiit, An. 1653. Collegit canones Conciliorum, in 4. Emiſit etiam velitationes epiſtolicas, in 8. Vid. *Spizelius in Templ. Hon. pag. 364.*

de EHRENBACH (Mylerus) egit de Principibus & Statibus imperii, in 8.

ab EHRENBERG (Warem.) ſcripſit de fœderibus, An. 1601. item, veriſimilia Theologica, Juridica & Politica: de regni ſubſidiis & oneribus ſubditorum, 1. *Sam. 8.* Verum autoris nomen eſt *Eberhardus à Weibe.* Vid. *Placcius* in *Pſeudonym. pag. 187.*

EHRENHAUSEN (Chriſt.) compoſuit Herculem Chriſtianum in bivio, A. 1672.

EIBYSCH (Matth.) ſtruxit carmen de effoſſione & præparatione metallorum, An. 1574.

EICHELIUS (Joh.) JCtus Helmſtadienſis, edidit Arcanam Procopii hiſtoriam, cum refutatione: item, Regulas Juris, An. 1652.

EICHOVIUS (Cypr.) indicem deliciarum Germaniæ, An. 1604. publicavit.

EICHRODIUS (Joh.) Rintelium amœnum, An. 1655. in 4. emiſit.

EICHSFELDIUS (Chriſt.) ſcripſit orthodoxiam Caſualem, Lipſiæ, Anno 1655. in 4.

EICHSTADIUS (Laur.) Med. & Mathematicus celebris, An. 1649. inclaruit. Struxit Planorum Geometriam: librum de Camphora: Collegium anatomicum: diſſertationem de confectione Alkermes.

EILBRACHTIUS (Phil.) Epanorthoſin viæ compendiariæ, Anno 1633. edi curavit.

EILSCHEMIUS (Abrah.) Vide, EYLSHEMIUS.

ab EINSIDEL (Conr.) ſcripſit de Regalibus, An. 1619.

EISELINUS (Mich.) Germ. An. 1613. obiit. De Gratia divina theſes condidit. Vid. *Alegambe, pag. 843.*

EISENBERGIUS (Elias) Danus, A. 1635. mortuus eſt. Scripſit de unione animæ cum corpore.

EISENBERGIUS (Pet.) Itinerarium Anglicum & Italicum elaboravit.

EISENGREINIUS (Guil.) An. 1565. claruit. Texuit Catalogum teſtium veritatis: item, duos Centenarios adv. Hiſt. Magdeburgenſ.

EISENGREINIUS (Mart.) ſcripſit de certitudine Gratiæ: item, hiſtoriam Mariæ veteris Oetingenſis.

EISENHART (Joh.) JCtus, de uſu principiorum moralis Philoſophiæ in Jure civili, Helmſt. A. 1676. commentatus eſt.

ab EITZEN (Paulus) condidit Poſtillam: item, doctrinam Ethicam, An. 1588.

EITZINGERUS (Mich.) collegit theſaurum Principum Europæ. Vid. *Zeillerus part. 2. pag. 164.*

EKKEHARDUS, ſcripſit librum de caſibus monaſterii S. Galli.

de ELEAZARIIS (Paulus) varias repetitiones in Jure Canonico congeſſit.

ab ELEEMOSYNA (Phil.) S. Bernhardi familiaris, de damnatione Salomonis tract. reliquit: item, carmina & epiſtolas. Opera ejus omnia lucem aſpexerunt, An. 1620. fol.

ELENUS (Hieron.) Brabantus, JCtus, An. 1576. vita exceſſit. Compoſuit tres libros exercitationum ad Jus civile: item carmen de Jure prætorii Antverpienſis, teſte *Sweertio, pag. 345.*

ELEPHANTUCCIUS (J. Bapt.) in Categorias Ariſtotelis, A. 1526. Bonon. commentatus eſt.

ELERIUS, Cambricus, A. C. 660. claruit. S. Wenefredæ vitam literis tradidit.

ELEUSIUS, Diaconus; inter omiſſos ab aliis autores, à *Mallincrotio, pag. 23.* obſervatus eſt.

ELEUTHERIUS, Dorceſtinus, A. C. 678. obiit. Scripſit de origine monaſterii Malmeshurienſis in Anglia.

ELEUTHERIUS (Auguſt.) librum de arbore ſcientiæ boni & mali, Anno 1561. edi curavit.

ELFFEN (Nic.) edidit librum, titulo, Panis vitæ, Colon. An. 1667.

ELIÆ (Paulus) An. 1620. in Dania vixit. Initio Lutheranus erat: mox, accepto Canonicatu, ad Pontificios tranſiit; unde *Vertumni* nomen accepit. Exaravit Principis Chriſtiani inſtitutionem. Vid. *Vindingius in Rect. Hafn. pag. 60.*

ELIAS, Thesbites, tempore Achabi, Regis Iſraëlis, prophetico munere functus eſt. Ejus nomine liber olim qvidam circumlatus eſt, qui *Secreta Eliæ* inſcribebatur. Ex eo *Origenes, tract. 35. in Matth.* Sanctum Paulum qvædam allegaſſe putabat, 1. *Cor. II, 9.* In *Synopſi Athanaſii* inter libros rejectæ autoritatis apocryphi Eliæ libri referuntur. De epiſtola Eliæ ad Joramum ſcripta, *B. Hackſpanius, in Notis* ad 2. *Paral. 21, 12.* legi poterit.

ELIAS, Levita, Germanus, Anno 1517. floruit. Reliquit Grammaticam Hebraicam, מסורת המסורת, Thisbi, Pirke, שמות דברים, &c. quæ partim à *Paulo Fagio*, partim à *Sebaſt. Münſtero* in Lat. ſermonem converſa ſunt. *Alſtedius in Chronolog. pag. 443.* eum paulo ante mortem, adductis ſecum 30. Judæis, Chriſto nomen dediſſe memorat. Vid. *Quenſtadius, pag. 179.*

ELIAS, Miſrachi, i. e. orientalis, A. 1490. vixit. Scripſit Arithmeticam ad formam noſtrarum arithmeticarum: item, Sphæram mundi. Utrumq; librum *Oswaldus Schreckenfuchſius* Latinè edidit.

ELIAS, Cretenſis, Judæus, quæſtiones Phyſicas conſtruxiſſe fertur.

ELIAS (Pet.) ſcripſit Summam in Priſcianum majorem, teſte *Reiſero.*

ELICHIUS (Ph. Lud.) condidit Dæmonomachiam, A. 1607. Item, libros tres de miſeria hominis.

ELICHMANNUS (Joh.) Sileſius, A. 1639. obiit. Edidit Tabulam Cebetis Græcè, Arabice & Latinè. Scripſit etiam epiſtolam Arabicam, de uſu linguæ Arabicæ in medicina ad *Zechendorfium*, Jenæ impreſſam, An. 1636. Vid. *Bartholinus Cent. 1. epiſt. Med. numero 5.*

ELIESER, Hyrcani filius, cognomine Magnus, paulò poſt templum II. destructum claruit. Ei liber, פרקי אליעזר dictus, vulgò tribuitur. Complectitur ille liber hiſtoriam mundi usq; ad tempora Gamalielis. Verum non deſunt, qui ſ-

liese-

lieſerem autorem eſſe inficientur. Nec hoc Rabbinis novum eſt, appellare libros ab alieno autore. Vid. *Buxtorfius in Abbrev. pag. 167.* Pirke Elieſeris *Guilb. Henr. Vorſtius*, An. 1644. Latinè reddidit.

ELIESER, Ben Jacob, Elieſeris Magni σύγχρονος, fertur fuiſſe eximius ſapiens in Geometria, atq; ex ejus ſuggeſtu tractatus *Middoth* confectus eſt. Vid. *R. Gans, in Zemach, pag. 98.*

ELIESER, Ben Joſi, A. M. 3881. vixit. Compoſuit *Leb Middoth Lethora.*

ELIESER, Germanus, A. M. 5346. claruit. Scripſit librum *Joſeph Lekach*, & librum *Mahaſe Adonai.*

ELIESER, Germalienſis, autor libri Arokeh, A. M. 4998. floruit. Vid. *Gans, pag. 141.*

ELIGIUS, Noviocomenſis Epiſcopus, A. C. 665. teſte *Sigeberto*, obiit. Reliquit 16. homilias, quæ extant in Bibliotheca ſancta. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 147.*

ELLEBODIUS (Nicaſ.) Flander, Medicus, An. 1565. floruit. Nemeſium, de natura hominis, à Græco Latinum fecit, teſte *Sweertio.* Vid. *Barthius in Adv. 60, 10.*

ELLINGERUS (Andr.) Thuringus, An. 1581. obiit. Jenæ medicinam docuit. Poëſi imprimis ſtuduit. Evangelia Dominicalia carmine expreſſit: Hippocratis quoq; aphoriſmos paraphraſi poëtica illuſtravit. Carmina ejus habentur, *T. 1. Delit. Germ. pag. 1226.* Vid. *Adr. Bejer in Jenenſ. Rect. pag. 867.* item, *Reineſius in Epiſt. ad Daum. pag. 184.*

ELMACINUS (Georg.) Arabs Chriſtianus, Hiſtoriam Saracenicam Arabicè exaravit. Eam Latinè verſam *Thomas Erpenius*, An. 1615. edi curavit. *Hottingerus in Bibliothecario, lib. 2. cap. 3.* eam, partem ſolùm poſteriorem eſſe ait: priorem, ab initio mundi, ſe poſſidere adhuc ineditam affirmat.

ELMENHORSTIUS (Geth.) Anno 1621. obiit. Arnobium & Apulejum notis illuſtrare conatus eſt.

ELMUHAIED Ettoſi, Medicus Arabs, A.C. 1301. obiit. Vid. *Hottingerus in Bibl. quadripart. pag. 279.*

ELPHINSTON (Guil.) Scotus, Aberdonenſis Epiſcopus, Anno 1480. claruit. Præter Conciliorum ſtatuta, etiam Scotorum Chronicon reliquit.

à S. ELPIDIO (Alexand.) Italus, An. C. 1330. vixit. In quosdam Ariſtotelis libros commentatus eſt, & cum *Alexandro Aphrodiſienſi* nonnunquam confunditur.

ELPIDIUS (Ruſticus) tempore Zenonis Imp. claruit, & Theodorici, Gothorum Regis, medicus fuit. Scripſit carmine hexametro hiſtoriam Vet. & Nov. Teſt. item, de Beneficiis Chriſti. Videatur *Voſſius de Nat. Rhet. pag. 93:* item, *Olearius in Abaco, pag. 419.*

ELSHOLTIUS (Joh. Sig.) An. 1660. & deinceps floruit. Edidit Clyſmaticam novam: Anthropometriam: Floram Marchicam: tract. de Phoſphoris.

ELSSIUS (Phil.) Bruxellenſis, Encomiaſticon Auguſtinianum, de autoribus Ordinis Auguſtin. Anno 1654. fol. edi curavit. Videatur *Labbe in B. B. pag. 142.*

ELTONUS (Edu.) Anglus, Decalogum & epiſtolam ad Coloſſ. notis illuſtrare cœpit, An. 1637.

ELVERICH (Henr.) Embricenſis, Anno 1582. natus eſt. Radices Lat. & Græcæ linguæ aliquoties imprimi curavit. Vid. *Alegambe, pag. 531.*

ab ELVERVELT (Jonas) compoſuit deſcriptionem Nobilitatis Holſaticæ.

ELVERUS (Hieron.) ſcripſit de Philoſophia rurali, An. 1622: item, Tract. de conſiliis, titulo, Conſualia.

ELYSIUS (Joh.) de balneis totius Campaniæ commentatus eſt.

ELYSIUS (Thom.) aliter *Illyricus* dictus, Auximitanus, An. 1523. vixit. Struxit Clypeum adverſus Hæreticos. Videatur *Waddingus de S. O. M. pag. 325.*

de EMBDEN (Laur.) reliquit Conſilia in jure.

EMBDENIUS (Joach.) edidit caſus Tragicos, An. 1634.

EMERICUS (Joh.) librum conſcripſit de comparatione Juris civilis & Canonici, An. 1601.

EMMELIUS (Helfricus) ſilvam quinque linguarum compoſuiſſe fertur.

EMMIUS (Ubbo) Grethanus Friſius, natus eſt, An. 1547: obiit, An. 1625. In Groningana & Omlandica Academia Hiſtorias & Græcam linguam profeſſus eſt. Erat in omni omnium populorum ac gentium hiſtoria verſatiſſimus: de cujusq; gentis ac cujuslibet temporis hi-

ſtoria rogatus ex tempore diſſerebat, recitatis omnium locorum, temporis & perſonarum circumſtantiis, haud ſecus, ac ſi præmeditatus & paratus accederet. In rerum narrationibus & orationum textura crederes eſſe Livium redivivum: in Gnomnis politicis arcanisq; Principû conſiliis rimandis, eſſe alterum Tacitum. In *Epitaphio* audit Theologus ſincerus, Philologus eximius, Hiſtoricus abſolutus. Scripſit hiſtoriam Friſiæ: Græciam veterem illuſtratam: Chronologiam omnium temporum, &c. Videatur *Hanckius, part. 2. Script. Rer. Rom. pag. 175. Autor vitarum Proff. Gröningenſium, pag. 39.*

EMONERIUS (S.) confecit librum, titulo, Splendor veritatis moralis.

EMOTTE (Pet.) profeſſionem fidei Catholicæ, Pariſiis, Anno 1578. promulgavit.

EMPEDOCLES, Ἐμπεδοκλῆς, Agrigentinus, Philoſophus, Olymp. LXXXIV. claruit. Studio immortalis famæ omnia poſthabuit. Nam non tantum apud ſuos, cum viveret, coli & ſuſpici, ſed etiam mortuus adorari voluit. Quod ut ſuccederet, ſeipſum in crateras Ætnæ præcipitavit, ut, cùm non amplius appareret, ad ſuperos abiiſſe putaretur. Vid. *Horatius in arte, Lactantius 3, 18. Barthius ad Claudian. pag. 93.* Phyſica verſibus complexus eſt, teſte *Suida.* Καθαρμὸς ejusdem *Athenæus, l. 14.* allegat. Empedoclis nomine Sphæra hodiè circumfertur; quam *Voſſius* potiùs *Demetrii Triclinii* eſſe cenſet. Vid. *Voſſius de ſcient. Math. pag. 150:* item, *de nat. Rhet. pag. 61.*

EMPEDOCLES, Empedoclis ex filia nepos, Tragicus, 24. Tragœdias docuit. Videatur *Suidas.*

EMPEDOTIMUS, Ἐμπεδότιμος, autore *Suida,* περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως libros condidit. Meminit ejus *Julianus.*

L'EMPEREUR (Conſtant.) ab Oppyck, ſcripſit clavem Thalmudicam: item, comment. in Middoth & Bava Bathra. *Bochartus in Geograph. part. 1. pag. 286* eum vocat virum doctum inter paucos, cuiq; Hebrææ literæ plurimum debeant.

EMPHANES, Ἐμφανὴς, ἐν Πυθαγόρᾳ, allegatur à *Stephano* in Παίρης.

EMPORICUS (Sim. Lemnius) Rhætus Curienſis, Odyſſeam Homeri heroico Latino carmine expreſſit, An. 1549.

EMPORIUS, Rhetor Latinus, de Ethopœja & genere demonſtrativo & deliberativo præcepta tradidit. *Voſſius de Nat. Rhet. c. 13.* eum vixiſſe, quo tempore in Italia Reges barbari dominabantur, & *Caſſiodoro* juniorem fuiſſe exiſtimat.

EMPSYCHOVIUS (Herm.) ſtruxit Apologiam orthodoxæ doctrinæ contra Pontificios, An. 1612.

EMPYLIUS, Ἐμπύλιος, ſcripſit de Cæſaris nece, teſte *Plutarcho in Bruto.*

EMRAM, Arabs, Anno Chriſti 1009. obiit. Vid. *Hottingerus in Bibl. quadripart. pag. 287.*

EMSERUS (Hier.) Suevus, An. 1530. vixit. Exaravit vitam & miracula Bennonis: item, aſſertionem Miſſæ. Novum Teſt. Germanicè transferre conatus eſt. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 211.*

ENCELIUS (Chriſt.) Salveldenſis, de re metallica commentatus eſt, An. 1557.

ENCKEVORTIUS (Guil.) Brabantus, Anno 1534. obiit. Reliquit orationem. Vid. *Swertius, pag. 304.*

ENCOLPIUS, vitam Alexandri Mammææ compoſuit, teſte *Lampridio.* Videatur *Hallervordius in Biblioth. Curioſa, pag. 68.*

ENDELECHIUS, (ſic mavult ſcribere *Reineſius,* cùm *aliis Endeleichus* dicatur) rhetor & poëta Chriſtianus, Paulino æqualis & familiaris fuit. Paulinus autem Anno 394 floruit. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 23.* Carmen de mortibus boum compoſuit. Eſt autem carmen Bucolicum & continet querimoniam hominis gentilis de peſtilentia tota armenta tollente: & conſilium hominis Chriſtiani de agnoſcendo Chriſto, cujus crux & hominibus medeatur & mutis animantibus. Alii *Severo* Rhetori tribuunt.

ENENCKELIUS (G. Achat.) Baro ab Hoheneck, edidit Sejanum. Thucydidem notis illuſtravit. Scripſit etiam de privilegiis parentum & liberorum: militum & militiæ, An. 1607.

ENGEL (Lud.) doctrinam Juris Canonici univerſi, Anno 1671. tribus partibus complexus eſt.

ENGELBERMEUS (P.) JCtus, in Conſuetudines Bituricenſes commentatus eſt.

ENGEL-

ENGELBERTUS, An. 1280. vixit. A *Gerardo Noviomago* verſificator & Grammaticus dicitur. Juxta *quoſdam* Engelbertus Abbas Admontenſis fuit, & ingenioſum librum de ortu & fine Romani imperii reliquit. Vid. *Olearius*, *in Abaco*, *pag. 147.*

ENGELBERTUS (Georg.) JCtus, ſermones ſolennes conſcripſit, An. 1666.

ENGELBERTUS (Phil.) Engentinus, Friburgi deſcriptionem, A. 1515. publicavit.

ENGELBRECHT (Arn.) JCtus, ſcripſit de Jurisdictione veteris reip. Romanæ.

ENGELGRAVE (J. Bapt.) meditationes in Evangelia & vitas Sanctorum An. 1658. Antv. confecit.

ENGELGRAVIUS (Henr.) de luce Evangelica, duabus partibus. An. 1655. commentatus eſt. Condidit etiam cœlum Empyreum, An. 1667.

ENGELHARTUS, Abbas in Lanchaim, exaravit vitam S. Mechtildis. Vid. *Caniſius l. 5. Antiq. lect. part. 2. pag. 1.* Item, *Olearius in Abaco*, *pag. 147.*

ENGELHARTUS (Leonh.) texuit exercitationes poëticas, Tubingæ, A. 1565. *Cruſio* perfamiliaris fuit, ejusq; Græca poëmata verſibus latinis expreſſit.

ENGELHART (Valent.) ſcripſit de mundo & tempore, An. 1562.

ENGELHUSIUS (Theod.) Anno 1426. floruit. Condidit Chronicon ab orbe condito usq; ad A. C. 1420. Id primus edidit *Joach. Joh. Maderus*, An. 1671. Reliqvit etiam Gloſſarium Latinum, adhuc *ἀνέκδοτον*, in quo multa continentur, quæ ad amplificationem Lat. Linguæ faciunt. Vid. *Olearius in Abaco*, *pag. 445.*

ENGELSUSS (G.) Francus, librum de expeditione Ducis Bernhardi Vinarienſis, An. 1648. in lucem dare aggreſſus eſt.

ENGERTUS (Joh.) Oriolanus, Thuringus, poëtices Profeſſor Ingolſtadii, An. 1582. claruit. Scripſit Paraphraſin in Pſal. 90. Extat etiam carmen ejusdem, cujus voces à litera S. incipiunt.

ENIEDINUS (G.) An. 1597. obiit. Sanctiſſimæ Trinitati admodum infenſus fuit; & peculiari tractatu omnia Vet. & Nov. Teſtam. dicta, ex quibus Trinitatis dogma ſtabiliri poteſt, pervertere conatus eſt. Enjedino tamen *Ben. Szentkirali & Juſtus Fewerbornius* fortiter ſeſe oppoſuerunt.

ENNIUS (Quintus) unus ex antiquiſſimis Lat. poetis A. U. R. 516. natus eſt: obiit, An. 586. ſeptuagenario major. Periit morbo articulari, ceu *S. Hieronymus* refert. Res Romanorum 18. libris complexus eſt, qui Annales inſcribuntur, quòd ſingulorum ferè annorum actus continerent, ut loquitur *Diomedes*. Teſte *Lactantio 1, 11.* etiam *Euhemeri* Hiſtoriam de Diis Latinè tranſtulit. Confer *eundem cap. 12. & 14.* Elaboravit quoque Tragœdias. Ab *autore Panegyrici Maximiano Imp. dicti* primus Romani carminis autor appellatus eſt. Ex ejus ſtercore *Virgilius* aurum ſeſe colligere jactitabat. Fragmenta Ennii à *Paulo Merula* collecta & notis illuſtrata ſunt. Vid. *Caſp. Sagittarius in Vitis Vet. Rom. pag. 14.* & *Hanckius part. 2. de Scr. R. R. pag. 1.*

ENNIUS, Grammaticus, alius à ſuperiore, tractavit de augurandi ſcientia: item, de literis, ſyllabis & metris; uti tradit *Suetonius.*

ENNODIUS, (quem *Arnulfus Lexovienſ.* Innodium vocat) Ticinenſis Epiſcopus, An. 521. obiit. Hormisdas Papa eo legato ad Anaſtaſium Imp. A. 515. uſus eſt. Scr. epiſtolarum libros 12. Orationes 30. Panegyricum, Theodorico Gothorum Regi dictum: Apologeticum, alia. Scripta ejus *Andr. Schottus* edidit, emendavit, illuſtravit. Vid. *Ph. Labbe T. 1. Diſſ. de S. E. pag. 275. Olearius in Abaco*, *pag. 148. Caſp. Barthius in Claud. pag. 885.* In Ennodio (Inquit) inexhauſta novè & detortè loquendi fuit cupiditas: ingenium verò non vulgare, cujus objecto faſcino multum & ſuo ille & ſequentibus aliquot ſeculis detrimenti dedit, conſectantibus ejus veſtigia ſcriptoribus, qui tum demum benè locutos & ſcripſiſſe ſe autumabant, cum tanta eſſet eloquii innodatio, ut diceret ſermo alia omnia, quàm verba oſtenderent. Confer *eundem*, *pag. 1170.*

ENOCH, ſeptimus ab Adamo fuit & inter Prophetas numerari ſolet. *Joſephus Ant. Jud. 1, 7.* refert, Enochum ſcriptis ſideralem ſcientiam prodidiſſe. Ajunt, libros ejus hodieq; extare in regno Reginæ Sabæ. In iis de nominibus & numeris ſtellarum, de deſcenſu filiorum Dei, de Gigantibus, de extremo Judicio, de Salvatore actum fuiſſe, quidam memorant. Ab *Apoſtolo Juda*, *v. 14.* Enochi Prophetiam allegari multi exiſtimant.

ſtimant. Legit etiam eam *Tertullianus*, qui nonnulla inde citat, *lib. de Idololatria*, &, *de cultu fæm.* ut & *lib. de habitu mulierum*. Interim *Auguſtinus de C.D.* 15, 23. negat prophetiam iſtam eſſe Enochi: & *l.* 18. nec apud Judæos nec apud Chriſtianos eam in autoritate eſſe tradit. *Hieronymus* etiam in *Catalogo Scr. Eccleſ.* docet, epiſtolam Judæ ob hoc teſtimonium olim à quibusdam fuiſſe rejectam. Vid. *Sixtus Senenſ. l. 2. B. S. pag. 68. Thom. Bangius in Cœlo Orient. pag. 25. Caſpar. Schottus in Technica Curioſa, pag. 553. 574. Lambecius in Prodromo, pag. 8.*

ENRIQUEZ (Pet.) JCtus, edidit Conſilia Venet. An. 1605. fol.

ENS (Caſp.) Lorchenſis, ſcripſit Pauſilypum: item, 9. libros rerum Hungaricatum, An. 1604. *Caſp. Enſii* carmina extant, *T. 2. Delit. Germ. pag. 1236.*

ENT (G.) compoſuit apologiam pro circulatione ſanguinis, Lond. An. 1641. Vid. *Linden*, *pag. 206.*

ENTÆON, Ἐνταίων, de feris in Samo inſula à *Suida* in Νῆϊς allegatur. *Samuel Bochartus*, *in Geograph. ſacr. part. 2. l. 1. c. 8.* Εὐφορίων, pro Ἐνταίων, apud *Suidam* legendum eſſe autumat. Confer *Ælian. l. 7. hiſt. anim. c. 28.* & *Apoſtolium, cent. 11. prov. 12.*

ENUSTINUS (Henr.) Hamburg. Genealogiam Muhammedicam exaravit, Anno 1596.

de ENZINAS (Ferd.) tractavit de Syllogiſmis, An. 1528.

d'ENZINAS (Fr.) Abulenſis. Anno 1632. obiit. Reliquit Grammaticam & Confeſſionarium lingua Biſayenſi, cujus in Philippinis inſulis uſus eſt. Vid. *Alegambe*, *pag. 120.*

EOBANUS (Helius) Heſſus, natus eſt, An. 1588: obiit, An. 1540. Eobani nomen Græcum eſſe, nonnulli exiſtimant. *Crauſerus in Phoſphoro*, *pag. 272.* Eobanus (inquit) Haſſorum poëta originem trahere dicitur ab ἠοῖς *aurora*, & βαίνω *vado*, quaſi dicas, ὀρθροφοίτης, *qui manè ambulat.* Primò Norimbergæ, & quidem ſeptem annos bonas literas docuit: inde Erfordiam migravit: tandem Marpurgum ſeſe contulit. Theocriti Bucolica & Homeri Iliadem in verſus Latinos tranſtulit. Coluthi quoq; carmen de raptu Helenæ & judicio Paridis Latinis verſibus expreſſit. Pſalmos etiam Davidicos elegiaco carmine feliciter reddidit. Ferunt, eum torvo & bellatorio fuiſſe vultu, animo nihilominus placido moribusq; humanis. Carmina quædam habentur *T. 2. Delit. Germ. pag. 1283.* Confer *P. Lotich. part. 3. B. P. pag. 13.* *Epitaphium* ejus ita ſe habebat:

Ducite Theſpiades fletus, Elegeja luge.
Hoc Heſſus ſaxo gloria veſtra jacet.

EPÆNETUS, Ἐπαινετὸς, ſcripſit περὶ λαχάνων, teſte *Scholiaſte Nicandri*, *pag. 38.*

EPAPHRODITUS, Ἐπαφρόδιτος, Chæronenſis Grammaticus, ſub Nerone Imp. & deinceps claruit. Librorum ſtudioſiſſimus erat. Juxta *Suidam* tres librorum myriades poſſedit. Reliquit multa à ſe ſcripta volumina. *Etymologici M. Autor* in ἄωροι, Epaphroditum ἐν ὑπομνήμασιν ὀδυσσείας: in Γάργαρος verò, ἐν ὑπομνήμασιν Ἰλιάδος allegat.

EPAPHUS, Ἔπαφος, à *Servio in l. 4. Æneid.* adducitur. Conf. *Macrobium*, *Sat. 3, 6.* ubi vir plurimæ lectionis appellatur.

EPHIPPUS, Ἔφιππος, Athenienſis, mediæ Comœdiæ poeta, circa tempora Platonis & Ariſtotelis claruit. Ejus Κύδωνα, Φιλύρην & Ὀβελιαφόρους *Athenæus*: alii Ἄρτεμιν, Βούσιριν, Γηρύονα, Ἐμπολὴν, Ἔφηβον, Κίρκην, Ναυαγὸν, Πελταστὴν, Σαπφὼ allegant.

EPHIPPUS, Cumanus, Hiſt. Olymp. XCIII. claruit. Condidit hiſtoriarum 30. de bonis & malis 24. rerum admirabilium 15: rerum inventarum libros duos. Videatur *Suidas*.

EPHIPPUS, Olynthius, Alexandri Magni tempore & poſteà vixit. Scripſit περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος μεταλλαγῆς, ut eſt apud *Athenæum*, *l. 4.*

EPHODÆUS, אפודי, aliàs *Propheto Durante* dictus, circa A. C. 1390. vixit. Reliquit librum מעשה אפוד. Vid. *Buxtorf. in Diſſp. pag. 182.*

EPHORUS, Ἔφορος, Cumanus, Orator & Hiſtoricus, tempore Philippi Macedonis claruit. Condidit Hiſtoriam 750. annorum. Orſus eſt à reditu Heraclidarum: deſiit verò in 20. Philippi anno, teſte *Diodoro Siculo*, *l. 20.* Fides hujus hiſtorici multis ſuſpecta eſſe ſolet. Unde *Seneca*, *l. 7. nat. quæſt.* Ephorus

(in-

(inquit) non religioſiſſimæ fidei: ſæpè decipitur, ſæpè decipit. *Joſephus 1. contra Apion.* tradit, eum Geographiæ exiguam admodum habuiſſe notitiam. Argumento eſt, quòd Hiſpanos (Iberos ipſe vocat) putaverit unam eſſe civitatem. *Strabo, l. 10.* Ephorum quoque ἐν τῇ τῆς Εὐρώπης πολιτείᾳ: item, ἐν τῇ τῶν Κρητῶν πολιτείᾳ: *libro 13.* verò περὶ Εὑρημάτων allegat. Vid. *Jonſius de Scr. H. Ph. 1, 9. Thomaſius de Plagio, §. 416.*

EPHORUS, Junior, itidem Cumanus, reliquit Κορινθιακὰ: ut & Galeni Hiſtorias, libris 27. teſte *Suida.*

EPHRAEM, initio ſeculi XIV. claruit, & vitas Principum Conſtantinopolitanorum jambico carmine expreſſit. *Volaterranus* hoc opus in Bibliotheca Vaticana extare tradit.

EPHREM, Syrus, Diaconus Edeſſenus, ſub Valente Imp. A. C. 378. obiit. Scripſit complura, quæ teſte *Hieronymo in Catal. Scr. Eccl.* in Eccleſiis poſt lectionem S. Scripturarum publicè legi ſolebant. Edita ſunt ejus opera Romæ, Anno 1589. & 1593. magis pia, quam docta, judice *Bellarmino.* Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſ. pag. 277. Rivetus, l. 3. Crit. ſacr. c. 21. Olearius in Abaco, pag. 148.*

EPHREM, Theopolitanus vel Antiochenus Patriarcha, Anno 546. obiit. Ejus aliquot lucubrationes, quas ſcripſit pro defenſione Concilii Chalcedonenſis & epiſtolæ Leonis Romani, *Photius* recenſet, *Cod. CCXXIIX & CCXXIX.* Vid. *Rivetus, l. cit. cap. 26.*

EPIBECHIUS, celebris Chymicus, memoratur *Borrichio de Hermet. pag. 80.*

EPICADUS (Corn.) Cornelii Syllæ libertus, commentariis Syllæ de rebus ſuis ultimam manum impoſuit, teſte *Suetonio in Grammaticis.* De metris etiam & cognominibus libros confecit. Videatur *Mar. Victorinus & Chariſius Grammaticus.*

EPICELEUSTUS, Ἐπικέλευστος, Medicus, laudatur à *Meurſio in Creta, pag. 236.*

EPICHARMUS, Ἐπίχαρμος, poëta & Philoſophus, Olymp. LXXXIV. claruit. Vitam ejus *Laërtius Diogenes* deſcripſit. Duas ab eo literas, θ & χ repertas, *Ariſtoteles & Plinius* prodidère. In epithetis excelluiſſe, *Demetrius* περὶ Ἑρμηνείας memorat. Vixit 97. annos, teſte *Luciano in Macrobiis.* Fabulæ ejus multæ celebrantur. Mihi ſequentes innotuere, Ἀγρωστῖνοι videlicet, Ἀλκυὼν, Ἄμυκος, Ἁρπαγαὶ, Ἀπελαύτης, Αὐτόμολος, Βούσιρις, Γῆ, Βάκχαι, Θεωροὶ, Διόνυσοι, Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος, Ἑορτὴ, Ἥβας γάμος, Θάλασσα, Δηΐφιλος, Κύκλωψ, Κωμασταὶ ἢ Ἥφαιστος, Λόγος ἢ Λογικὴ, Μέγαρις, Μοῦσαι, Ναυαγὸς, Νῆσοι, Νιόβης γάμος, Ὀδυσσεὺς αὐτόμολος, Ὀδυσσεὺς ναυαγὸς, Περίαλλος, Πέρσαι, Προμηθεὺς πυρκαεὺς, Πύῤῥα, Σειρῆνες, Σκίρων, Σφίγξ, Τρῶες, Φιλοκτήτης. Epicharmi Comœdias *Apollodorum Athenienſem* in decem volumina digeſſiſſe, *Porphyrius in vita Plotini autor eſt.*

EPICHARMUS, Syracuſanus, pecudum medicinas diligentiſſimè compoſuit. Teſtis *Columella 7, 3.*

EPICRATES, Ἐπικράτης, Ambraciota, mediæ Comœdiæ poëta, Olympiade CV. floruit. Docuit Ἀμαζόνας, Ἀντιλαΐδα, Δυσαπόρευκτον, Ἔμπορον, & Χορόν. In fabulis ſuis Platonem & Speuſippum exagitare ſolebat.

EPICRATES, Balaneota, condidit encomium patriæ ſuæ. Vid. *Stephanus, in* Βαλανέαι.

EPICTETUS, Ἐπίκτητος, Stoicus Philoſophus, tempore Domitiani & Hadriani claruit. Diſſertationes ejus *Arrbianus* collegit. In enchiridion Epicteti *Simplicius* Græcè commentatus eſt.

EPICURUS, Ἐπίκουρος, Epicureæ ſectæ conditor, Anno 2. Olympiadis CXXVII. obiit, ætatis 72. Epicuro in Phyſicis *quidam* multum tribuere ſolent. Cum *Democrito,* cujus fontibus hortulos ſuos rigabat, atomorum παναυτοσπερμίαν aſſeruit. Providentiam divinam, *Cicerone 1. de nat. Deor.* teſte, negabat: *animas* ſimul cum corpore interire ſtatuebat: in voluptate ſummum Bonum collocabat. Qui ejus ſectam amplexi ſunt, ajunt fuiſſe admodùm pium in Deos, patriam & parentes. Diſcipuli tanta ejus admiratione capti erant, ut quolibet menſe, natali illius ſacrificarent, ceu *Plinius 35, 11.* memorat. Reliquit 300. volumina, in quibus nullum foris teſtimonium accerſivit. De Natura triginta libros compoſuit, quos *Lucretius* poſtmodum ſex

libris

libris conſtrinxit. Ex omnibus ejus ſcriptis nonniſi tres epiſtolæ ſuperant, quas *Diogenes Laërtius, lib. 10.* conſervavit. Reliqua ejus ſcripta *Joh. Meurſius in Notis ad Chalcidium, pag. 27.* recenſet Vid. *Hornius in Hiſt. Phil. pag. 202. Jonſius de Scr. H. Ph. 1, 20.*

EPIDIUS (C.) ſcripſit commentarios, in quibus paradoxa & prodigioſa conſignavit, quemadmodum colligitur ex *Plinio, l. 17. c. 25.*

EPIGENES, Ἐπιγένης, Aſtrologus, *Plinio l. 7. c. 56.* memoratur, ubi eum gravem auctorem appellat. Is tradit, Babylonios 520. annorum obſervationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas habuiſſe.

EPIGENES, Rhodius, ſcripſit de re ruſtica, teſte *Varrone 1, 1.* Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 97.*

EPIGENES, Sicyonius, Tragicus, Tragœdias compoſ. *Suidas* tamen eum Comicum facit. Dramata ejus erant Βάκχαι, Βεγγχία, Ἡρωίνη, Μνημάτιον, Πορνοβοσκός. Vid. *Suidas:* item, *Apoſtolius, cent. 15. prov. 13.*

EPIGONUS, Ἐπίγονος, Theſſalonicenſis, poeta, epigrammata ſtruxit. Vid. *Anthol. l. 1. c. 16. c. 59. & 75.*

EPILYCUS, Ἐπίλυκος, Chius, poeta, à *Suida & Athenæo* laudatur. Condidit Κωραλίσκον. Videatur *Caſaub. in Athen. pag. 252.*

EPIMENIDES, Ἐπιμενίδης, Gnoſſius, Olymp. XLIV. floruit. Si *Pauſaniæ* credimus, 40. annis in ſpelunca quadam dormivit. Teſte *Suida* carmine Myſteria complexus eſt. Argonautica etiam verſibus ſexies millenis & quingentis expreſſiſſe dicitur. Telchiniacæ quoq; hiſtoriæ autor, *Athenæo* teſte, habitus fuit. In epiſtola *Sancti Pauli ad Titum, cap. 1, 22.* Cretenſium propheta dicitur. *Cicero l. 1. de Divinat.* cum inter eos numerat, qui per furorem vaticinati ſunt. Vid. *Meurſius in Creta, pag. 236:* item, *in Solone, cap. 9. Marſamus in Chronolog. pag. 642.*

EPIMENIDES, Phæſtius, memoratur *Meurſio in Rhodo, pag. 1.*

ab EPINGEN (Herm.) JCtus, edidit obſervationes Practicas, An. 1570.

EPINICUS, Ἐπίνικος, inter Comicos reponitur. Duo ejus dramata invenio, Μνησιπτολεμος & Ὑποβαλλόμεναι. Videatur *Suidas.*

EPIPHANIUS, Ἐπιφάνιος, Salaminis in Cypro Epiſc. A. C. 403. obiit. Ob quinq; linguarum notitiam Πεντάγλωσσος à *S. Hieronymo* appellatus eſt. Reliquit Panarium, Ancoratum, hiſtoriam Prophetarum. Scripta Epiphanii noviſſimè à *Dionyſ. Petavio* edita & correcta ſunt. *Sanctus Hieronymus ad Pammach.* vocat ſummum Antiſtitem, quo nec ætate, nec ſcientia, nec vitæ merito, nec totius orbis teſtimonio major extitit. *Auguſtinus in præf. lib. de Hæreſ.* Epiphanium doctius, quàm Philaſtrium, de hæreſibus ſcripſiſſe affirmat. Videatur *Niceph. Calliſt. H. E. l. 12. cap. 46 Rivetus in Crit. ſacro, l. 3. c. 28. Olearius in Abaco, pag. 149.*

EPIPHANIUS, Scholaſticus, tempore Anaſtaſii Imp. claruit. Rogatu *Caſſiodori* Hiſtoriam Theodoreti, Socratis & Sozomeni Latinè tranſtulit, ex qua poſteà laudatus *Caſſiodorus* hiſtoriam Tripartitam conſarcinavit, ceu fatetur *lib. de Div. lect. c. 17.*

EPIPHANIUS, Petræus, Ulpiani F. Sophiſta, Athenis docuit. Scripſit de communione & differentia ſtatuum: Progymnaſmata: Demarchos: Polemarchicum: orationes demonſtrativas, &c. Vid. *Suidas.*

EPIPHANIUS, Selybriæ Epiſcopus, compoſuit orationem adv. imaginum cremators, teſte *Suida.*

EPIPHANIUS, Syrus, Sophiſta, Proæreſio ſynchronus fuit. *Eunapius, pag. 127.* in dicendo remiſſum & languidum, in dijudicandis verò quæſtionibus peritiſſimum fuiſſe memorat.

EPIPHANIUS (Nicol.) compoſuit Practicam medicinalem, An. 1626.

EPISCOPIUS (Phil.) Gandenſis, poëmata fecit. Vid. *Sweertius, pag. 641.*

EPISCOPIUS (Simon) Amſterd. Theol. natus eſt, A. 1583: obiit, A. 1643. Arminio ſucceſſit. Opera ejus duobus voluminibus, in fol. impreſſa ſunt. Vulgò *Os Arminianorum vel Remonſtrantium* dictus eſt. Vid. *Hornebeck, T. 1. Socinianiſmi refut. pag. 94.*

EPISCOPIUS (Joh.) edidit curſum Philoſophicum, Pariſ. An. 1654.

EPITHERSES, Ἐπιθέρσης, Grammaticus, ſcripſit

ſcripſit περὶ λέξεων Ἀτικῶν. Vid. *Stephanus* in *Nicaea.*

EPITIMEDES, Ἐπιτιμίδης, ab *Æliano in Var. hiſt. 4, 7.* allegatur.

EPO (Boëthius) Friſius, JCtus, Anno 1599. obiit, major ſeptuagenario. Condidit tractatum de honorum Academicorum uſu & progreſſu: nec non commentarios novem Teſtamentarios. Videatur *Sweertius*, *pag.* 161.

EPPENDORFIUS (Henr.) erat *Eraſmi* magnus antagoniſta. Vid. *Albinus in Chron. Miſn. pag. 344.*

EPPLINUS (Ottomarus) judicia Patrum ad Evangelia Dominicalia comportavit, An. 1560.

EPRIUS, homo acris eloquentiæ, à Tacito notatur. Vid. *Tacitus de Orat. cap.* 5. & 8.

EPSTEINIUS (Achill.) ſcripſit de Amortiſatione: item, Sceleton univerſæ Jurisprudentiæ naturalis, Anno 1671.

EQUES (Æg. Magiſter) JCtus, de Amortiſationibus commentatus eſt. Extat *T. 2. Tract. tract.*

EQUILINUS (Pet.) catalogum ſcriptorum ediſſe dicitur.

EQUINARIUS. Vide, BARO.

ERASISTRATUS, Ἐρασίστρατος, Juliates, Medicus, Olympiade CXVII. claruit. Hic, cum deprehendiſſet, Antiochum Soterem novercæ amore flagrare, Regi Seleuco, Antiochi patri, perſuaſit, ut ſi filium ſalvum vellet, ei uxore cederet: quod etiam factum eſt. Vid. *Valer. Max.* 5, 7. Struxit libros medicos novem, teſte *Suida*. *Dioſcorides* eum citat ἐν τῷ περὶ δυνάμεων. Confer *Schol. Nicandri*, *pag.* 68.

ERASMUS (Deſid.) Roterodamus, Anno 1467. natus eſt: obiit, Anno 1536. Cum antea *Gerardus Gerardi* diceretur, Deſiderius Eraſmi vocari maluit. Scripſit eruditiſſimas notas in Novum Teſtamentum: item, Adagia, Colloquia, Paraphraſin, epiſtolas, alia. Symbolo uſus eſt: Cedo nulli. Vid. *Claud. Minos in Alciat. pag* 562. Pontificii Eraſmo admodum infeſti ſunt. *Bellarminus* eum inter ſemichriſtianos referre non erubuit. *Poſſevinus* nomen ejus ex omnibus catholicorum ſcriptis expungi debere aſſ. *Stapletonus Murem errantem* vocat. *Forerus in Aranea* dignum ait, qui ex omnium hominum memoria eraſus eſſet. Quidam etiam Eraſmo Arianiſmum obiicere non verentur. Occaſio calumniæ inde arrepta, quod in Annot. ad Nov. Teſt. interdum neget, quicquam ad rem facere nonnullos S. Scripturæ locos, unde orthodoxi æternitatem Filii Dei & eandem cum Patre eſſentiam comprobari credebant. Calumniæ hujus *Baudius cent. 2. Epiſt. 2. pag. 248.* ita ſeſe opponit: Quis tam hoſpes eſt in Patrum libris, ut non ſubinde animadverterit manifeſtam in eis ἀπολογίας ζῆλον, ἀλλ᾽ οὐκ ἀεὶ ἀκρίβειαν. Omnibus armis præliabantur adverſus hæreticos, etiam plumbeis mucronibus; &, ut olim augur Fabius Max. dixiſſe fertur, ſalvis auſpiciis ea geri, quæ pro reip. ſalute gererentur: ita boni iſti Patres credebant, rectè & ſapienter inſtitui, quicquid pro defenſione veritatis tentaretur. Non debuit autem ob acrius & accuratius judicium vir optimus venire in tam atrocem ſuſpicionem, à qua ſatis ſuperque eum liberat explicatio primi capitis evangelii ſecundum Johannem. Hæc ille. Confer *Barlæum contra Bogermannum*, *G. Richterum in Epiſt. ſelect. pag.* 472. Plura de Eraſmo, ſi deſideras, invenies apud *Jovium in Elogiis, numero 95. Fr. Floridum Sabinum l. 3. lect. ſubciſ. c. 4. Sweertium in Ath. Batav. pag. 206. Olearium in Abaco, pag.* 132.

ERASMUS (Janus) ſcr. varia opuſcula, duabus partibus comprehenſa, A. 1671.

ERASTUS (Thomas) Aquenſis Helvetius, Medicus, natus eſt, A. 1524: obiit, An. 1582. Edidit quatuor partes diſputationum de nova Ph. Paracelſi medicina: item, volumen diſputationum & epiſtolarum medicinalium: tract. de auro potabili: librum de putredine, & alia. Scripta ejus omnia & ſingula accuratè recenſet *J. Ant. à Linden in lib. de Med. ſcr. p.* 561. Aſtrologiam (inquit *Thuanus l 79.*) quæ ex poſitu aſtrorum de fortunis hominum decernit, validis argumentis confutavit. Ad ultimum etiam humanas ſcientias egreſſus Theologica tractavit, ac quæſtionem de diſciplina & cenſuris non omninò ex ſuorum ſententia agitavit:

vit: unde graves in Helvetiorum eccleſiis exortæ contentiones. Vid. *Seldenus de Synedr. pag. 429.*

ERATOSTHENES, Ἐρατοσθένης, Cyrenæus Philoſophus, natus eſt ſub Ptolemæo II. Olymp. CXXVI. obiit Olympiade CXLVI. A quibusdam *Beta* dictus eſt, eo quòd in omni diſciplinarum genere non quidem primas, ſed ſecundas teneret. *Suidas* tradit, ipſum Platonem alterum, item Πένταθλον vel *quinquertionem* ob multijugam ſcientiam dictum eſſe. A Ptolemæo Evergeta Athenis in Ægyptum accerſitus, ibiq; Bibliothecæ Alexandrinæ præfectus eſt. Vitam usq; ad 80. annos produxit, & inedia ob hebetem oculorum aciem ſeipſum ſuſtulit. *Cardanus l. 16. de Subtil.* ut Archimedi primam, ſic proximam Eratoſtheni laudem ingenii tribuit. Scripſit Geographiam, poemata, hiſtorias, dialogos. *Plutarchus in Themiſtocle* ejus comment. de divitiis allegat. Elegiam ipſius *Eutocius Aſcalonita, Comm. in Archimedem* adducit. Hiſtoriam ejusdem citat *Euſebius in Chronico, pag. 13.* Vid. *Langbainius in Not. ad Longinum, p. 101. Wower. de Polymath. pag. 23. Jonſius de Scr. Hiſt. Ph. 2, 7.*

ERBELLOTTUS (B.) orientalium linguarum rerumq; experientiſſimus vocatur à *Chimentellio* de *Hon. Biſſell. pag. 132.*

ERBERMANNUS (Vitus) Vindicias pro Bellarmino contra Ameſium, An. 1661. item, Parallela veræ & falſæ eccleſiæ, An. 1659. publicavit.

ERCHEMPERTUS, Monachus Caſinenſis, carmen de vita Landulfi, Epiſcopi Capuani, ſtruxit.

ERCILLA (Alf.) bellum Araucanum, inter Chilenſes & Hiſpanos geſtum, eleganter deſcripſiſſe dicitur.

ERDEMAN (Herm.) edidit AntiCaramuelem, An. 1647: item, diſſertationem de *Vict. Strigelii* Synergiſmo, Anno 1676.

ERDMANNUS (Erdw.) Anno 1505. obiit. Extat ejus Chronicon Oſnaburgenſe.

EREMITA (Ambroſ.) emiſit librum Concionum quadrageſimalium, Venet. An. 1523.

EREMITA (Daniel) Antverpianus, An. 1613. morbo Gallico periit. Carmina ejus extant *T. 2. Del. Belg. pag. 1134.* Vid. *Sweertius, pag. 203.* & *Zeillerus, part. 3. pag. 74.*

EREMUNDUS (Ern.) tractavit de origine Belgicorum tumultuum, Amſterd. Anno 1641.

ERENIUS Dexippus. Vide, DEXIPPUS.

ERENNIUS Philo. Vide, PHILO.

ERENNIUS Senecio. Vide, HERENNIUS.

de ERFORDIA (Henr.) An. 1355. claruit. Scripſit de factis illuſtribus ab O. C. usq; ad ſua tempora.

ERGIAS, Ἐργίας, Rhodius, *Athenæo* teſtante, de Rhodo patria librum compoſuit. Videatur *Meurſius in Rhodo, pag. 7. & 97.*

ERHARTUS (Joh. Nicol.) Inſtitutiones Imperiales, An. 1673. commentario illuſtrare cœpit.

ERICHIUS (Adel.) Juliacenſe Chronicon, Anno 1611. fol. ſeptem libris abſolvit.

ERICUS, Erici, Danus, tres centurias epigrammatum ſacrorum, Anno 1641. Bucolica ſacra, Anno 1643. Aucupium Selandicum: Aquilam, &c. edi curavit.

ERIGENA (Joh.) id eſt, Hibernus (Erin enim Hiberniam hodieque indigenæ appellant) An. Chr. 880. claruit. Erat vir linguarum orientalium, ut & Philoſophiæ & Theologiæ peritiſſimus, qui primus in Oxonienſi Academia, ab Alfredo M. fundata, bonas literas docuit. A diſcipulis, cum Miſſam taxaret, Anno 884. graphiis confoſſus eſt, teſte Baleo. Dionyſii Areopagitæ opera latinitate donavit. Vid. *Waræus, de Script. Hibern. pag. 43. Olearius in Abaco, pag. 251.*

ERINFRIDUS, Monachus, vixit, A. 806. Carmen ejus iambicum elegantiſſimum & numeroſiſſimum ſervavit *Caſp. Barthius in Adv. 32, 12.*

ERIPHUS, Ἔριφος, Comicus, in fabula Melibæa integros verſus ex *Antiphane*, teſte *Athenæo l. 3.* ſurripuit. Vid. *Thomaſius de Plagio, §. 418.* Præter Melibæam, ſcripſit etiam Αἴολον & Πελταστὴν. Vid. *Suidas.*

ERIZZUS (Seb.) Venetus, Anno 1598. floruit

floruit. Scripſit de Numiſmatibus veterum. *Ez. Spanhemius de Numiſm. pag. 307.* vocat inſignem antiquarium, ſed Græcæ literaturæ haud peritum. Vid. *Chilinus, vol. 1. pag. 207.*

ERLANDUS (Iſr.) exaravit librum de vita S. Erici, Suecorum Regis. Editus eſt ille liber, An. 1675. cum notis *Johann. Scheferi.*

ERMENGARDUS, vixit ſeculo XII. & ſcripſit contra Waldenſes.

ERMINIUS (Franc.) Florent. à *Ghilino, vol. 1. pag. 58.* inter viros doctos & claros refertur.

ERMINIUS (Mich.) Florent. h. t. claret. Videatur *Gr. Letus, in Ital. regn. pag. 383.*

ERMOLDUS, *Nigellus Exul* aliàs dictus, condidit poëma elegiacum de rebus geſtis Ludovici Pii Imp. in quatuor libros diſtributum. Fertur extaro Viennæ in Bibliotheca Auguſta.

ERNDLIN (Ign. M.) de Oratione mentali commentatus eſt, An. 1643.

ERNESTIUS (Henr.) Helmſtad. edidit catalogum Bibliothecæ Mediceæ, Anno 1641: item, duos libellos variarum Lectionum: Sophum aſophum, Anno 1665. Valerium Probum de Siglis: Diſſertationem de vera Philoſophia, &c. Videatur *Bartholinus in Danis, pag. 53.*

ERNESTUS (Jac. Dav.) collegit Apanthiſmata Hiſtorica, An. 1673.

ERNST (Juſtin.) ſcripſit Tr. de Tyrannide, An. 1643.

EROS, Medicus, libertus Juliæ, reliquit Gynæcea. A quibusdam *Trotula* vocatur. Vid. *cap. 70.*

ERPENIUS (Thom.) natus eſt, An. 1584: obiit, Anno 1624. Mortuum laudavit *G. J. Voſſius.* Edidit Grammaticam Arabicam: Proverbia Arabica: Locmanni fabulas: Elmacini hiſtoriam Saracenicam. Vid. *Sweertius, pag. 693. Heming. Witte, in Philoſ. pag. 139.*

ERRICHIUS (Joh.) deſcriptionem Veſalienſis civitatis, Anno 1668. edi curavit.

ERXIAS, Ἐρξίας, teſte *Athenæo*, librum de Colophoniorum rebus contexuit.

ERYCIUS, Ἐρύκιος, Græcus poëta, in *Anth. Epigr. Gr.* occurrit, ut *l. 1. c. 4. & 71:* item, *l. 3. c. 25.*

ERYNACHUS (Paulus) Gratianopolitanus Theologus, ſcripſit de Gratia & lib. arbitrio, in 4. Anno 1648.

ERYTHRÆUS (Nicius.) Vide, ROSSÆUS.

ERYTHRÆUS (Nicol.) Venetus, JCtus, Virgiliano indice inclaruit, An. 1539. In præfatione ad Fr. Contarenum, ſe in univerſos cum Græcæ, tum Latinæ linguæ optimos quosque autores locupletiſſimos ejusmodi indices comparaſſe, affirmat. In *Indice* paſſim Stoicum ſuum allegat, quem de origine linguæ vernaculæ conſcripſit. Condidit etiam libellum de re poëtica; Mithridatem, in quo agit de omnium gentium & nationum vocabulis: tract. de coloribus; tract. de ventis: Equum, &c.

ERYTHRÆUS (Valent.) Lindavienſis, Anno 1521. natus eſt; obiit, An. 1576. Argentinæ bonas literas docuit. Anno 1575. à Senatu Norimbergenſi ad regimen Scholæ Altdorfinæ vocatus eſt, cui paulo ſupra dimidii anni ſpacium præfuit. Compoſuit partitiones orationum Ciceronis.

ERYTHROPILUS (Rupert.) poſtillam methodicam in epiſtolas Dominic. Anno 1596. edi curavit.

ESAIAS, Propheta, tempore Achaſi & Hiskiæ Regum Judæ, floruit. *Quidam* ex Judæis, ipſum præter Prophetiam, Proverbia quoque, Eccleſiaſten & Cant. Canticum, quæ Salomoni alias tribuuntur, conſcripſiſſe affirmant, teſte *Kimchio.* Hæreticorum *nonnulli* Ἀναβατικὸν ſub nomine Eſaiæ commenti ſunt. Vid. *Epiphanius, l. 2. Panarii.* Confer *Sanctum Hieronymum, in cap. 64. Eſaiæ.*

ESAIAS, Abbas, reliquit præcepta de perfectione Monaſtica.

ESAIAS, Eques, literis martyrium Jonæ & Barachiſii conſignavit.

ESAIAS (Hermann.) opus Practicarum forenſium, Anno 1605. publicavit.

de ESBACH (Goswin) addidit Notas ad Definitiones Carpzovianas, Anno 1673.

de ESCALANTE (Ferdinand.) Hiſpanus, Anno 1612. inclaruit. Edidit clypeum concionatorum: item, hiſtoriam Geneſ. ab initio usque ad *caput XI.*

ESCHIVS (Nic.) Oſterwycanus, A. 1578. obiit. Extant ejus pia exercitia.

ESCOBAR (Ant.) Burgenſis, An. 1637. vixit. Srruxit Theologiam moralem: notas in S. Scripturam, duobus voluminibus, &c. Vid. *Alegambe, pag. 38.*

ESCOBAR (Barth.) Hiſpalenſis, Americanis Chriſtianam religionem annunciavit. Sermones ejus de hiſtoriis S. Scripturæ Pariſiis prodierunt, teſte *Alegambe, pag. 56.*

de ESCOBAR (Fr. Munnoz) JCtus, de Ratiociniis commentatus eſt.

ESCOBAR (Joh.) librum de Puritate & nobilitate probanda, An. 1664. fol. luci publicæ commiſit.

ESCRIVA (Fr.) Valentinus, Anno 1617. obiit. Diſcurſus de 4. noviſſimis reliquit. Vid. *Alegambe, pag. 121.*

ESCVLANVS (Eichus) ſcripſit in Sphæram mundi.

ESCULANUS (Gratia Dei) quæſtiones confecit in Phyſicam Ariſtotelis, Anno 1503.

ESDRAS, tempore reverſionis Judæorum è Babylonia claruit. *Judæi* ajunt, Esdram & legem & literas, quibus hodiè utuntur, tradidiſſe. Vid. *Iſidorus, l. 6. c. 3.* Eidem etiam punctationem & accentus tribuunt. Vid. *Placcius, pag. 3. Henr. Otto in Miſn. Doct. pag. 2.*

ESELBERGIUS (Corn.) fertur ſcripſiſſe de Concubinariis.

ESIUS (Rich.) Belga, Anno 1531. ætatis 83. obiit. In Italia per 44. annos literas humaniores egregiè tractavit. Reliquit inſtitutiones linguæ Græcæ. *Simmiæ* Rhodii bipennem (poëma ſic dictum) Latinè interpretatus eſt. Vid. *Alegambè, pag. 407.*

de ESPAGNE (Joh.) concionator Reformatorum apud Londinenſes In Anglia, edidit librum, titulo, *Schiboleth*, ubi varios interpretum, pictorum; item aliorum communes errores notat atque corrigit, Middelburgi, An. 1662.

ESPARZA (Martinus) complexus eſt Curſum Theologicum duobus Tomis, Anno 1662. fol. Vid. *Honoratus Faber in Euphyandro, l. 3. c. 9.*

ESPENCÆUS (Claud.) Anno 1571. obiit. In Pariſienſi Academia Philoſophicis & Theologicis ſtudiis incredibili omnium admiratione operam navavit. Scripſit in utramque ad Timoth. Paraphraſin in Orat. Dominicam: Tr. de efficacia & virtute verbi Dei: librum de Prædeſtinatione: Inſtitutionem Principis Chriſtiani, &c. *Thuanus, l. 50.* à moderatione eum ſummoperè commendat, & de tollenda ex Eccleſia ſciſſura ſeriò ſemper cogitaſſe affirmat. Vid. *Sammarthanus in Elog. pag. 134. Sauſſay, pag. 121.*

ESPICH (Jac. Val.) Wlteberg. An. 1590. natus eſt. Argentinæ Philoſophiam & Medicinam docuit.

de ESPINOSA (Mich.) Accitanus, A. 1619. vivere deſiit. Compoſuit 2. volumina commentariorum in primam partem Summæ Thomæ Aquinatis. Vid. *Alegambe, pag. 343.*

de ESPINOSA (Valer.) Hiſp. edidit Expoſitiones conſtitution. Clementis ııx, Salamanticæ, An. 1602.

de l'ESPINOY (Phil.) Flander, ſcripſit Tract. de Baronatibus: item, de origine & principiis Equitum, &c. Videatur *Swertius, pag. 644.*

ESSENIUS (Andr.) condidit Triumphum Crucis, ſeu Tractatum de ſatisfactione Chriſti, contra *Crellium Photinianum*, An. 1666: item, Syſtema Theologicum, Anno 1659.

ESSERICH Eſſachalli, Medicus Arabs, Anno Chriſti 1138. obiit. Vid. *Hottingerus in Bibliotb. quadripart. pag. 267.*

ESTHIUS (Franco) Gorcomius, decantavit laudem rei herbariæ carmine heroico, An. 1583.

ESTHIUS (Guilh.) Gorcomius, Anno 1613. obiit. Commentatus eſt in omnes Pauli epiſtolas, ut & in loca difficilia S. Scripturæ. Extat etiam ejus Commentarius in 4. libros Sententiarum. Vid. *Swertius, pag. 305. Val. Andreæ in Faſtis Lovan. pag. 126.*

ESTONUS (Adam) Anglus, Anno. 1397. vivere deſiit. Reliquit Defenſorium eccleſiæ.

ab ESTRADA (Lud.) Abbas Hortenſis, Anno 1581. obiit. Scripſit de laudibus S. Eugenii, Toletani Epiſcopi. Vid. *Car. Viſch. in Ciſterc. pag. 232.*

ESTRIX (Ægid.) manuductionem ad fidem divinam adornavit, Antv. A. 1672.

ESTWOLDUS (Joh.) Anglus, Anno 1347. in oratoria, poëſi, & Philoſophia excelluit. Opere aſtronomico, quod *Summa Anglicana* vocatur, maximam

mam laudem ſibi peperit. Scripſit etiam de Conjunctione & ſignis conjunctionum. Præter *Lelandum & alios* valdè eum extollit *Joh. Picus Mirandulanus. Tritbemius* ait, fuiſſe eum in ſecularibus literis facilè omnium ſui temporis doctiſſimum, Philoſophum & aſtrologum nulli ſecundum, dulcem eloquio & ingenio præſtantem.

ESZECKIUS (Steph.) edidit neceſſariam reſponſionem, Anno 1666. Trajecti.

ETHELWERDUS, 4 libros Chronicorum Angl. reliquit.

ETHERIANUS (Hugo) Thuſcus, ſeculo XII. vel An. 1177. floruit. Compoſuit librum de Proceſſione Spiritus Sancti contra errores Græcorum: item, de regreſſu animarum ab inferis. Extat utrumque opus, *T. 9. Bibliotb. Patrum.* Vid. *Olearius in Abaco, pag. 220.*

ETHERIUS, Uxamenſis epiſcopus, ſeculo octavo claruit. Scripſit contra Elipandum de adoptione Chriſti filii DEI. Libri ejus à *Pet. Stevartio*, Anno 1616. Ingolſtadii editi ſunt. Vid. *Olearius, pag. 150.*

ETHMULLERUS (Mich.) medicinam Hippocratis Chymicam, An. 1671. edi curavit.

ETROPIUS (Jac.) Diarium expeditionis Tunetanæ, à Carolo V. An. 1535. ſusceptæ, conſtruxit. Vid. *Simo Scbardius vol. 2. Germ. Script. pag. 320.*

ETRUSCUS (Janus) Italis Poëtis annumeratur. Carmina ejus apparent, *T. 1. Delit. Ital. pag. 986.*

ETSCHENREUTER (G.) Ratispoletanus, ſcripſit de natura, viribus & effectibus balneorum & ſalubrium fontium, qui per Germaniam celebres ſunt, Argent. An. 1571.

ETTABARANI, Medicus Arabs, An. C. 1096. obiit. Vid. *Hotting. in Bibl. quadrip. pag. 261.*

ETTERLINUS (Petterman) Lucernas, exaravit Hiſt. Helvet.

ETZELIUS (Balth.) Bremenſis, Jeſ. Anno 1591. claruit. Edidit Eclogas & excerpta 33. Homiliarum, ex homiliis partim editis, partim non editis, & ex commentariis S. Chryſoſtomi. Vid. *Alegambe, pag. 53.*

ETZLERUS (Aug.) Albimontanus, Iſagogen *Phyſico*-Magico-Medicam, Anno 1631. in lucem prodire juſſit. Vid. *Linden, pag. 64.*

EVAGON, Εὐάγων, Thaſius, ſcripſit de agricultura, teſte *Varrone 1, 1.*

EVAGORAS, Εὐαγόρας, Lindius, Hiſtoriam regni Ægyptiorum: quæſtiones doctorum virorum: artem Rhetoricam Thucydidis, &c. teſte *Suida*, contexuit.

EVAGORAS, Thaſius, de animalibus & plantis ſcripſiſſe legitur. Inde *Plinium* profeciſſe, ex Indice ipſius conſtat.

EVAGRIUS, Εὐάγριος, Ponticus, tempore Theodoſii Magni claruit. *Gennadius* eum valdè commendat. Ex *Hieronymo* patet, ipſum Pelagiani dogmatis ſemina jeciſſe. Compoſuit tùm alia, tum vitas Patrum. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 150. Suidas* Evagrium quendam Comm. in Proverbia Salomonis compoſuiſſe memorat.

EVAGRIUS, Scholaſticus, vixit tempore Tiberii & Mauricii Impp. Reliquit ſex libros Hiſtoriæ eccleſiaſticæ. Incipit in Theodoſio Juniore & deſinit in Mauricio. Stilus ei non ingratus: & in dogmatibus accuratior eſt quam alii, ceu *Photius* judicat. Videatur *Niceph. Calliſtus 11, 42.*

EVALCES, Εὐάλκης, Epheſiaca compoſuit, teſte *Athenæo, l. 13.*

EVANDROPHYLAX, edidit Antapologiam adv. Aceſiam Cacodoxum, Anno 1572. Verum autorem *Vincent. Calzaveliam* Brixianum eſſe *Ant. à Linden, pag. 166.* aſſ.

EVANGELISTA (Joh. Bapt.) carmine excelluit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 916.*

EVANGELUS, Εὐάγγελος, Comicus, ab *Athenæo* allegatur. Drama ejus Ἀνακαλυπτομένη vocatur. Vid. *Suidas.*

EVANGELVS, alius à priori, de re militari ſcripſiſſe dicitur. Vid. *Stewechius in Veget. pag. 21.*

EVANORIDES, Εὐανορίδης, teſte *Pauſania, l. 6.* tractavit de iis, qui in Olympicis ludis ſuperiores evaſerant.

EVANTES, Εὐάνθης, *Plinio, l. 8. c. 22.* laudatur. Evanthis Ἐπῶν vel Epici Poëtæ *Athenæus, l. 7.* meminit. *Evanthis Samii* mentio apud *Plutarchum in Solone: Evanthis Mileſii*, apud *Laërt.* occurrit.

EVANTHIVS, Grammaticorum eruditiſſimus, anno 1. Gratiani Imperatoris Conſtantinopoli obiit, teſte

S. Hieronymo in Chronico. Commentatus eſt in Terentium. Reliquit etiam diſſertationem de Tragœdia & Comœdia. Vid. *Voſſius l. 2. Inſt. poët. cap. 5. pag. 19. Reineſius ad Daum. pag. 140.*

EVANTIUS vel EVANTHUS, Abbas, epiſtolam exaravit contra eos, qui ſanguinem animalium immundum eſſe judicant, carnem verò mundam dicunt. Extat ea apud *Caniſium, T. 5. Ant. lect. pag. 553.* Vid. *Olearius in Abaco, pag. 151.*

EVAX, Rex Arabum, ſcripſit de ſimplicium effectibus ad Neronem Imp. teſte *Plinio, l. 25. c. 1:* item, de lapidibus. Videatur *Reineſius, in Apolog. pag. 75:* item, *ad Daum. pag. 11. 13.*

EUBOLUS. Vide, CLEOBULUS.

EUBULIDES, Εὐβουλίδης, Mileſius, fuit æqualis Ariſtotelis, quem etiam in multis reprehendit. Eubulidis librorum contra Ariſtotelem mentionem facit *Athenæus, l. 8. Diogenes Laërtius* refert, ipſum multa ſophiſmatum genera adinveniſſe, ψευδόμενον puta, διαλανθάνοντα, ἠλέκτραν, ἐγκεκαλυμμένον, σωρίτην & κεράτιναν. Has captiones poſtmodum Stoici ſuas fecerunt. Vid. *Voſſius Nat. Log. pag. 32. 34.*

EUBULUS, Εὔβουλος, hiſtoriam Mithræ aliquot libris complexus eſt. Vid. *Porphyrius, l. 4. περὶ Ἀποχῆς, pag. 165. & Hieronymus 2. contra Jovinian.*

EUBULUS, Cetius, Comicus, Olymp. CI. claruit. Docuit 24. Fabulas, teſte *Suida.* Fortè numerus apud *Suidam* corruptus eſt. Mihi enim plures occurrere viſæ, ut Ἀγκύλων, Ἀμαλθεία, Ἀγχίσης, Ἀμφίβολος, Ἀνασωζόμενοι, Ἀντιόπη, Ἀσῶτοι, Αὔγη, Βελλεροφόντης, Βάκχος, Γανυμήδης, Γλαῦκος, Δαίδαλος, Δαμαλίας, Δευκαλίων, Δόλων, Εὐρώπη, Ἠχώ, Ἰάλεμος, Ἰξίων, Ἴων, Καλλίαιχρος, Καμπυλίων, Κατακολλώμενος, Κέρκωπες, Κλεψύδρα, Κυβευταί, Κορυδαλλός, Λάκωνες, Λήδα, Λυδία, Μήδεια, Μυλωθρίς, Μυσοί, Νανvίον, Ναυσικάα, Νεοττίς, Οἰδίπους, Ὀλβία, Ὀρθάννης, Πάμφιλος, Παννυχίς, Παρμενίσκος, Πέλοψ, Πορνοβοσκός, Προκρίς, Σεμέλη ἢ Διόνυσος, Στεφανοπώλιδες, Σφιγγοκαρίων, Τιτθαί, Τιτᾶνες, Τροφοί, Τύραννος, Φοῖνιξ, Χάριτες, Χρυσίλλα, Ψαλτρία.

EUBULUS, Platonicus, ſcripſit quæſtiones Platonicas, teſte *Porphyrio in vita Plotini:* item, expoſitionem in Philebum & Gorgiam Platonis, teſte *eodem.*

EUCHARIUS (Andr.) edidit contemplationes in Pſal. 25. An. 1616.

EUCHARIUS (Eligius) Gandenſis, An. 1564. vixit. Extant ejus Epigrammata.

EUCHERIUS, Lugdunenſis Epiſcopus, An. 454. obiit. *Bellarminus* tamen, Anno 499. adhuc vixiſſe, affirmat. Alii, ut *Voſſius*, duos Eucherios ſtatuunt. *Quidam* Eucherio commentarios in Geneſin & 4. libros Regum tribuunt, quos tamen recentioris alicujus collectoris eſſe *Sixtus Senenſis, l. 4. B. S. pag. 226.* exiſtimat. Vid. *Phil. Labbe, Tom. 1. Diſſ. pag. 282. Voſſius in Theſib. Theol. pag. 354. Rivet. Tom. 2. op. pag. 1143. & Olearius, pag. 152.*

EUCLIDES, Εὐκλείδης, Megarenſis, Socratis diſcipulus, ſectam Megaricam inſtituit. Cùm capitale eſſet Megarenſibus Athenas ingredi, Euclides muliebri veſtitu tectus Athenas ire non exhorruit, ut vel ſic Socratici ſermonis particeps evaderet, teſte *Agellio 6, 10.* Scripſit Dialogos ſex, quemadmodum *Laërtius* & ex eo *Suidas* refert. Vid. *Voſſius de nat. Log. pag. 29.*

EUCLIDES, celebris Geometra, teſte *Proclo Diadocho, l. 2. Comm.* tempore Ptolemæi Lagi R. Alexandriæ docuit. Cave eum cum *Val. Max. 8, 12.* Platoni coævum facias. Rem aliter ſe habere, *Frid. Commandinus & Savilius* ad Euclidem oſtendunt. Struxit Στοιχεῖα vel Elementorum libros 15. niſi quod duos ultimos quidam *Hypſicli Alexandrino* tribuere malint. Ab his στοιχείων libris Στοιχειωτὴς à *Proclo* appellatur. Horum (inquit *Cardanus, l. 16. ſubtil.*) firmitas perfectioq; eſt adeò abſoluta, ut nullum opus jure huic aliud comparare audeas. Quibus fit, ut adeo veritatis lux in eo refulgeat, ut ſoli hi in arduis quæſtionibus videantur poſſe à vero falſum diſcernere, qui Euclidem habent familiarem.

EUCLUS, Εὔκλος, Cyprius, χρησμοὺς condidit. *Pauſanias in Phocicis* bis terque ejus meminit, & inter alia vaticinium quoque, *pag. 341.* de Homero affert. Apud *Tatianum contra Gentes* Eumiclus ſine

ſine dubio depravatè vocatur & inter ſcriptores Homero antiquiores refertur. *Suidas* in Aʼ, Eucli χρησμολόγυ ποίημα allegat. Videatur *Meurſius in Cypro, pag.* 164.

EUCOLLUS (Franc.) Gandenſis, edidit Eſtherem Amphitragœdiam, An. 1548. teſte *Sweertio.*

EUCRATES, Ἐυκράτης, Rhodius, Ῥοδιακὰ compoſuit, teſte *Heſychio* in ἐλατηρ. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag.* 2.

EUCRATIDES, Ἐυκρατίδης, Rhodius, Philoſoph. in antiqua Inſcriptione memoratur: Ἐυκρατίδας Πεισιδάμυ Ῥόδιος φιλόσοφος Ἐπικύριος, teſte *Meurſio.*

EUCTEMON, Rhetor, homo venuſtiſſimi ingenii à *Seneca, Controv.* 19. appellatur.

EUDÆMON, Ἐυδαίμων, Peluſiota, Libanii æqualis, tempore Juliani Imp. claruit. Præter ea, quæ ad artem Gramm. & Rhetoricam pertinent, etiam poëmata condidit, teſte *Suida.* Eudæmon ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ ab *Etymol. Magni autore* in Θύον, item à *Stephano* in Λίλαια allegatur.

EUDÆMON JOHANNES (Andr.) Cydonius, Jeſ. An. 1625. obiit. Compoſuit Caſtigationem Apocalypſeos Th. Brightmanni: Caſtigationem Lamb. Danæi: Confutationem AntiCotoni: Refutationem exercitationum If. Cafauboni: tres libros, adv. Rob. Abbatum de Antichriſto: epiſtolas, &c. Vid. *Alegambe, pag.* 26.

EUDEMUS, Ἐυδημος, ἀστρολογύμενα, confecit. Citat ea *Laërtius in Thalete.* Confer *Clementem Alex.* 1. *Strom.* Idem *Clemens l.* 6. *Strom.* EUDEMI Naxii meminit, quem *Voſſius* eundem putat cum Eudemo Pario, qui ante bellum Peloponneſiacum claruit, teſte *Dionyſio Halicarnaſſeo.*

EUDEMUS, Rhodius, *Straboni, l.* 14. memoratur. Erat Philoſophus. Scripſit περὶ γωνίας, teſte *Proclo*: item, Φυσικά, Ἀναλυτικά, Ἀστρολογικὴν καὶ Γεωμετρικὴν ἱστορίαν. Vid. *Meurſ. in Rhodo, pag.* 97. & *Jonſius de Scr. Hiſt. Ph.* 1, 15. *pag.* 79.

EUDEMUS, Poëta Medicus, à *Galeno, l.* 2. *de Antidotis* allegatur.

EUDICUS, citatur à *Plinio, l.* 31. *c.* 2.

EUDORUS, Ἐυδωρος, Peripateticus, *Straboni, l.* 15. *pag.* 790. memoratur. Videatur *Jonſius de Scr. H. Ph.* 3, 2. *pag.* 220. *Scheferus de Ph. Ital. pag.* 5.

EUDOXUS, Ἐυδοξος, Cnidius, ſenior, celebris aſtrologus, Olymp. CII. claruit. Diſcendi gratia in Ægyptum profectus, &, ſi *Straboni* credimus, 13. annis cum ſacerdotibus converſatus eſt. Sententiam ejus de ſummo Bono, quod in voluptate ponebat, *Ariſtoteles Nicom.* 10, 2. refellit. Aſtrologiam δι᾽ ἐπῶν, vel carmine heroico expoſuit, teſte *Suida.* Ejus Γῆς περίοδον *Athenæus* allegat. Memorabile ejus votum *Plutarchus* adv. Colot. commemorat: Ηὔχετο παραστὰς τῷ ἡλίῳ, καὶ καταμαθὼν τὸ σχῆμα τῦ ἄστρυ καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ εἶδος, ὡς ὁ Φαέθων καταφλεγῆναι. Vid. *Gatakerus in Antonin. l.* 6. *pag.* 252. *Philoſtratus in Sophiſt. pag.* 531. *Meurſius in Not. ad Apollonium Dyſcolum, cap.* 26.

EUDOXUS, Cnidius, junior, Medicus, *Laërtio, l.* 8. *pag.* 625. memoratur.

EUDOXUS, Rhodius, condidit hiſtorias, teſte *Etymologo* in Ἀδρίας. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag.* 98.

EUDOXUS, Siceliota, Comicus, *Laërtio, l.* 8. Agathoclis filius fuiſſe dicitur.

EUDROMUS, Ἐυδρομος, ἐν τῇ ἠθικῇ συγχωσει allegatur à *Laërtio, l.* 7. *in Zenone.*

EUELPIS, Ἐυελπις, Caryſtius, *Porphyrio l.* 2. *de Abſtinent. pag.* 94. memoratur.

EUENUS, Ἐυηνος, Parius, Elegiographus, XCI. Olymp. claruit. Ejus verſum *Ariſtoteles* adducit, ut oſtendat, conſuetudinem eſſe alteram naturam. Superſunt ejusdem duo epigrammata in Cnidiam Venerem, & tertium in Myronis vaccam. Vid. *Anthol. l.* 4. *c.* 7. *Plato in Phædro* vocat ἄνδρα σοφὸν, & primum παρεπαίνυς καὶ ὑποδήλωσιν reperiiſſe refert. *Harpocration* duos Elegiographos hoc nomen habuiſſe annotat.

EUENIUS (Joh. Sigiſm.) An. 1619. obiit.

EVERHARDUS (Bernh.) Flander, Salomonem Comœdiam, A. 1564. in lucem produxit.

EVERHARDUS (Nicol.) Middelburgenſ. Zelandus, JCtus, An. 1462. natus eſt: obiit, An. 1532. Reliquit Topica Juris & centum modos argumentandi, qui poſtea auctiores prodierunt. Videatur *Sweertius, pag.* 576.

EVERHARDUS (Thom.) Suffolcienſis, Anglus,

Anglus, An. 1637. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 433.*

EVERHARTIUS (Mart.) Burgenſ. Anno 1600. claruit. Reliquit Ephemerides meteorologicas.

EVERHARTUS (Ægid.) Medicus Antverpienſis, de tabaco, An. 1583: item, de herba Panacea commentatus eſt. Vid. *Linden, pag. 9.*

EVERHARTUS (Ant.) Medicus Medioburgenſis, ſcripſit de exortu hominis brutiq; animalis, An. 1661.

EVERINGIUS (Herm.) edidit hiſtoriam Paſſionis Dominicæ, An. 1620. in 4.

EUFRENIUS (Alb.) Amſterdamenſ. medicus ac poëta, An. 1601. floruit. Extant ejus erotica, baſia, &c.

EUGÆON, Εὐγαίων, Samius, Hiſtoricus antiquus, ante bellum Peloponneſiacum vixit, teſte *Dionyſio Halicarnaſſ.*

EUGALENUS (Severinus) ſcripſit de Scorbuto.

EUGAMON, Εὐγάμων, Cyrenæus, de Theſprotis librum edidit, quem *Muſæo* ſuffuratus eſſe dicitur, ut *Clemens Alex. l. 6. Strom.* tradit. *Euſebio, l. 10. de præpar. Evang.* Eugrammon Cyrenæus appellatur. Videatur *Thomaſius de Plagio, §. 419.*

EUGENATOR, Εὐγενάτωρ, allegatur à *Suida* in φιλάγγελος.

EUGENICUS (Nicol.) collegit decreta & leges de materia Dominic. Venet. An. 1598.

EUGENIUS, Εὐγένιος, Phryx, Grammaticus, ſub Anaſtaſio Imp. Conſtantinopoli claruit. Elaboravit Colometriam ſive librum de dimenſione verſuum Æſchyli, Sophoclis & Euripidis, teſte *Suida*. Eugenius ἐν συλλογῇ λέξεων, à *Stephano* in Ἀνακτόρειον allegatur, diciturq; ἐν βασιλίδι σχολαῖς διακοσμῆσαι.

EVGENIVS III. Piſanus, Pontifex, Anno 1153. obiit. Condidit varias conſtitutiones. Concilia ejus quatuor habentur, *T. 2. Conciliorum*, cum Notis *Binnii*. Curavit etiam compilari Decretum per Gratianum. Vid. *Carolus Viſch. in Ciſterc. pag. 103.*

EVGENIVS, Toletanus Epiſcopus, Anno 636. obiit. Reliquit varia carmina, cum notis *Sirmondi*, Anno 1619. Paris. edita.

EVGENIVS (Marcus) Archiepiſcopus Epheſinus, librum ſtruxit de hominis imbecillitate.

EVGENIVS (Theoph.) edidit Protocataſtaſin, An. 1615.

EVGIPPIVS, ſub Anaſtaſio Imp. circa An. C. 508. floruit. Compoſuit vitam S. Severini, Noricorum Apoſtoli. De Eugippio ita *Caſſiodorus in lect. div cap. 23.* Convenit etiam, ut Presbyteri Eugippii opera neceſſario legere debeatis, quem nos quoq; vidimus, virum quidem non usq; adeo ſecularibus literis eruditum, ſed Scripturarum divinarum lectione pleniſſimum. Hic ad parentem noſtram Probam, virginem ſacram, ex operibus S. Auguſtini valde beatiſſimis quæſtiones ac ſententias ac diverſas res deflorans, in uno corpore neceſſaria nimis diſpenſatione collegit, & in trecentis triginta octo capitulis collocavit. Qui codex, ut arbitror, utiliter legitur, quando in uno corpore diligentia ſtudioſi viri potuit recondi, quæ in magna Bibliotheca vix prævalet inveniri. Meminit quoq; ejus *Iſidorus*. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſ. pag. 298. 775. Olearius in Abaco, pag. 154.*

EVGRAPHIVS, vixit ſub Othone III. Imp. A. C. 998. In Terentii Comœdias commentatus eſt. Videatur *Cuperus, l. 1. Obſerv. c. 18.*

EVHEMERVS, Εὐήμερος, tempore Ptolemæi Lagi floruit. *Arnobius, l. 4.* Agrigentinum facit: *Plutarchus & alii* Meſſenium. De eo ita *Lactantius l. 1. c. 11.* Antiquus autor Euhemerus, qui fuit ex civitate Meſſana, res geſtas Jovis & cæterorum, qui dii putantur, collegit, hiſtoriamq; contexuit ex titulis & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebantur, maxime in fano Jovis Triphylii, ubi auream columnam poſitam eſſe ab ipſo Jove, titulus indicabat: in qua columna geſta ſua perſcripſit, ut monumentum poſteris eſſet rerum ſuarum. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius & ſecutus. Sic *ille*. Confer *Scip. Gentilem, in Pareg. 2, 19. pag. 164.*

EVLALIVS, Εὐλάλιος, Cynopolitanus Epiſcopus, A. C. 670. juxta *Sixtum Senenſem* claruit. Scripſit expoſitionem Proſocarmineam In Cant. Canticorum Græcè.

EVLALIVS (Theoph.) collegit monita aurea Societ. Jeſu, A. 1670. Placentiæ.

EULARDUS (Pet.) edidit Exercitium pietatis, An. 1622. Videatur *Alegambe*, *pag. 380*.

EULENAU (Joh.) fabricavit Speculum Angelicum, An. 1624.

EULOGIUS, Toletanæ Eccleſiæ Epiſcopus, An. 859. obiit. Vitas & martyria martyrum quorundam ſtylo expreſſit. Opera ejus primus divulgavit & ſcholiis illuſtravit *Ambroſius Morales*. Vid. *Ph. Labbe Tom. 1. diſſert. pag. 300. Olearius*, pag. 154.

EULOGIUS, Εὐλόγιος, Scholaſticus *ἐν δυσκλίτοις ῥήμασιν* allegatur ab *Autore Etymologici magni*, in χέω.

EULOGIUS (Fauonius) reliquit comment. in Somnium Scipionis. Editus eſt ab *Andrea Schotto*. Vid. *Caſp. Barthius in Rutil. pag. 82*.

EUMACHIUS, Εὔμαχος, Neapolitanus, *Athenæo* teſte, hiſtoriam rerum Hannibalicarum compoſuit. Quidam ei Erotica etiam tribuunt. Vide, EUSTATHIUS.

EUMACHIUS, in Περιηγήσει vel deſcriptione orbis à *Phlegonte de reb. admir.* allegatur.

EUMELUS Εὔμηλος, Corinthius, poëta antiquus, Olympiade IV. & deinceps claruit. Condidit Βουγονίαν, i. e. carmen de apum generatione: item, Europam, ut eſt apud *Euſebium* in *Chronico*. Hiſtoricum Poëtam *Scholiaſtes Pindari ad Olymp. Od. 13.* ubi 8. ejus verſus adducit: *ἰσερο-σχάφον* verò *Clemens Alexand l. 6. Stromatum* appellat. Titanomachiam ejusdem citat *Apollonii Scholiaſtés* ad *libr. I. verſ. 1165*. Vid. *Caſp. Barthius* ad *4. Theb. Statii, pag. 1063. Tzetzes in Lycoph. pag 34.*

EUMENES, Εὐμένης, Cardianus, unus è ducibus Alexandri Magni, Ephemerides compoſuit. Meminit ejus *Ælianus* in *Var. hiſt. 3, 23.* Vitam Eumenis *Corn. Nepos* exaravit.

EUMENIUS, Rethor, ſub Conſtantio Imp. Geographiam aliasq; bonas literas docuit. De loco, ubi docuerit, eruditi certant. Quidam in Gallia Belgica apud Clivienſes, ut *Steph. Vign. Pighius in Hercule Prodicio, pag. 5.* alii, ut *Lipſius*, apud Auguſtodunenſes docuiſſe volunt. Statua ejus adhuc Cliviæ in palatio Principum ſpectatur. Stat in veſtitu ſui temporis, uſitato Galliæ Comatæ: tunica videl. talari tectus, & calcei ex aluta pedem ac talos cingunt & ſupra pedem exſecti & feneſtrati ſunt. Comam in fronte & ceruice decurtatam æqualiter conſtringit vitta; ſicut ventrem latus baltheus atq; bullatus. Dextra maſſam auri vel argenti in patera poſitam præſentare videtur: ſiniſtra tenet ferulam demiſſam, magiſterii inſigne ac veluti gubernaculum adoleſcentiæ.

EUMOLPUS, Εὔμολπος, Muſæi filius, Orphei diſcipulus, teſte *Suida*, ante Homerum claruit & tria millia verſuum compoſuit: item, Χειροτεχνικά. Athenienſem fuiſſe tradunt. Eſt & alius EUMOLPUS Corinthius, qui, teſte *Pindari Scholiaſte*, Νόστον τῶν Ἑλλήνων, i. e. Græcorum reditum ſcripſit. EUMOLPI Grammatici *Athenæus*, *l. 11.* meminit.

EUNAPIUS, Εὐνάπιος, Sardianus, Sophiſta, Medicus & Hiſtoricus, tempore Valentiniani, Valentis & Gratiani floruit. Reliquit de vitis Sophiſtarum opus elegans ac venuſtum, in quo paſſim odium ſuum (erat enim gentilis) erga Chriſtianos prodit. Idem Cæſarum res geſtas, orſus, ubi *Herodianus* deſierat, ad ſua tempora usq; perduxit. Extare dicitur in Bibliotheca Veneta. *Photius* teſtatur, *Zoſimum* Eunapianæ hiſtoriæ compendium ſtruxiſſe. Vid. *Hanckius, part. 2. de S. R. R. pag. 100.*

EUNOMIANUS, Εὐνομιανὸς, Græcus poëta, tempore Juſtiniani Auguſti vixit. Vid. *Suidas*.

EUNOMIUS, Εὐνόμιος, noti nominis hæreticus, ob expilatam *Philonis* lucubrationem manifeſti plagii inſimulatur à *Nyſſeno*. Vid. *Thomaſius de Plagio, §. 420.* Compoſuit etiam 7. libros in epiſtolam ad Romanos, teſte *Suida*.

EVODIANUS, Εὐοδιανὸς, Smyrnæus, inter Sophiſtas collocatur à *Philoſtrato*, *in vitis Soph. pag. 562.*

EVODIUS, Uzalenſis Epiſcopus, ſub Arcadio & Honorio Impp. claruit. Librum de miraculis, per reliquias S. Stephani Protomartyris in Africa factis, *Sigeberto c. 15. in illuſtr. Script.* compoſuiſſe dicitur. Verùm librum illum ad Evodium, non ab Evodio conſcriptum eſſe, alii aff. Vid. *Varenius, part. 1. Ration. de Scr. Eccl. pag. 142. Olearius, in Abaco. pag. 155.*

EVODUS, Εὔοδος, Rhodius, verſificator

tor heroicus, Neronis tempore fuit. In Romana poëſi (inquit *Suidas*) admirabilis erat. Videatur *Anthol. l. 4. c. 8.* & *10.*

EUPHANTUS, Εὔφαντος, Olynthius, tempore Antigoni I. Macedoniæ Regis floruit, cujus etiam præceptor fuiſſe dicitur. Fecit Tragœdias plurimas: item, librum de Regno, quem Antigono Regi transmiſit. Deniq; ſui temporis hiſtoriam compoſuit, teſte *Laërtio, l. 2.* Meminit ejus & *Porphyrius, l. 4.* περὶ Ἀποχῆς, *pag. 157.*

EUPHEMIUS, Εὐφήμιος, ἐν τῷ περὶ Πατρίδος allegatur à *Stephano*, in Ἀφέρμιον.

EUPHEMIUS, illuſtris Grammaticus à *Conſt. Porphyrog. in Them. pag. 94.* appellatus eſt.

EUPHEMUS, Εὔφημος, citatur à *Polluce* ἐν στεφανοπλόκοισιν. Ejusdem *Ammonius Gramm. lib. de vocum different.* in ἴδη mentionem facit.

EUPHORBUS, celebris Medicus, Artorii Muſæ frater, tempore Auguſti claruit. Ab hoc *Jubas*, Rex Mauritaniæ, herbam Euphorbiam denominavit, teſte *Plinio, 25, 1.*

EUPHORBUS, Εὔφορβος, Phryx, teſte Callimacho apud *Laërtium in Thalete*, εὗρεν παλαιὰ καὶ τρίγωνα, καὶ ὅσα γραμμικῆς ἔχεται θεωρίας.

EUPHORION, Εὐφορίων, Chalcidenſis, Olymp. CXXVI natus eſt. Ad Antiochum Magnum profectus, ab eo Regiæ Bibliothecæ præfectus eſt. Varia carmine heroico compoſuit. *Ciceroni, l. 2. de Divin.* obſcurus poëta vocatur. Carmina tamen ejus plurimum amavit Tiberius Imp. teſte *Suetonio, in Tib. c. 70.* Inter alia Μοψοπίας, in qua de rebus Atticis agebat, condidit. Scripſit etiam περὶ Μελοποιῶν: uti & περὶ Ἰσθμίων. *Athenæus* eum Ἐποποιοῦ nomine ab aliis diſtinguere ſolet.

EUPHORION, Æſchyli filius, Tragicus, Dramata vel Fabulas docuit. Videatur *Suidas. Parthenius, cap. 12.* & *36.* ejus Θρᾷκα, & *c. 28.* ejusdem Ἀπολλόδωρον citat.

EUPHORION, alius à prioribus, de re ruſtica commentatus eſt. Vid. *Varro* & *Columella 1, 1.*

EUPHORUS, Εὔφορος, teſte *Athenæo*, περὶ Εὑρημάτων, i. e. de rerum inventionibus librum edidit. Meminit ejus *Clemens, l. 1. Strom.* Vide, EPHORUS

à S. EUPHRASIA (Bonif.) collegit 2. centurias Menologii. Vid. *Hallerv. in Bibl. Cur. pag. 38.*

EUPHRATES, Εὐφράτης, Philoſophus, memoratur *Stephano*, in Ἐπιφάνεια.

EUPHRON, Εὔφρων, Comicus, Dramata docuit. Ex iis Ἀδελφὰς, Διδύμους, Θυρὰς, Μούσας, Παραδιδομένην, Συνεφήβους, Ὑπομνήματα, *Athenæus, Stobæus, Suidas* allegare ſolent.

EUPHRONIUS, Εὐφρόνιος, poëta, *Straboni* laudatur, qui refert, eum ſcripſiſſe de Priapo. *Varro, l. 1. c. 1. de re ruſt.* duos Euphronios memorat, unum Athenienſem, alterum Amphipolitam, & utrumque Georgica ſcripſiſſe affirmat. Et forte hoc nomen *Columellæ l. 9. c. 4* reſtitui debet.

EUPHYTON, Εὐφύτων, à *Columella 1, 1.* inter Scriptores rei ruſticæ refertur. Apud *Varronem 1, 1.* Euphiton male editum legitur.

EUPITHIUS, Εὐπείθιος, poëta, Epigramma fecit, quod habetur *l. 1. Anthol. c. 7.*

EUPOLEMUS, Εὐπόλεμος, hiſtoricus, non ſemel à *Joſepho, l. 1. contra Apionem* allegatur. Tractavit de Judæorum Regibus, quemadmodum colligitur ex *Clem. Alex. l. 1. Strom.* Confer *Euſebium, l. 9. de Præpar. Evang.* Eupolemi Tactica *Ælianus in Tact. c. 1.* celebrat.

EUPOLIS, Εὔπολις, celebris Comicus, Olymp. LXXXV. claruit. Docuit Fabulas quamplurimas, quarum catalogum attexere placet. Eæ vero ſunt Αἶγες, Ἀλιεῖς, Ἀστράτευτοι ἢ Ἀνδρόγυνοι, Αὐτόλυκος, Αὐτόλυκος δεύτερος, Βάπται, Δῆμοι, Δυνάς, Εἵλωτες, Κόλακες, Μαρικᾶς, Πόλεις, Προσπάλτιοι, Στφανοπώλιδες, Σφίγγες, Ταξίαρχοι, Φίλοι, Χρυσοῦν γένος. Confer *Voſſium, l. 1. de Poët. Græc. pag. 38.* Quidam ajunt, ab Alcibiade, in quem Baptas ſcripſerat, in mare dejectum eſſe: quos *Eratoſthenes* redarguit. Vid. *Cicero, l. 4. ad Att. Epiſt. 1.* Alii volunt, in bello Laconico militantem naufragio periiſſe in Helleſponto: unde, ut *Suidas* nos docet, decretum, ne poſtea poëtæ militarent. *Ælianus de hiſt. anim. 10, 41.* in Ægina mortuum & ſepultum refert,

refert, addens, locum vocari *κυνὸς θρῆνον*, eò quòd canis dominum ſuum lugens ibidem ſit extinctus.

EURIPIDES, Εὐριπίδης, Athen. Tragicus antiquior, XII. Fabulas edidit, teſte *Suida*.

EURIPIDES, prioris ex fratre nepos, ſtruxit Homericam editionem: item, 3. fabulas, Oreſtem, Medeam, Polyxenam. Vid. *Suidas*.

EURIPIDES, Mneſarchi filius, Tragicus, natus eſt Anno primo Olympiadis LXXV. obiit, Anno 3. Olympiadis XCIII. Eum eſſe Poëtarum *τραγικώτατον*, *Ariſtoteles in arte Poëtica* judicat. Auditor Anaxagoræ Phyſici fuit: in Rhetoricis Prodicum Ceum audivit: in moralibus Socrate doctore uſus eſt. *Agellius. l. 15. c. 20.* refert, Euripidem, cum in Macedonia apud Archelaum Regem eſſet, noctu a cœna redeuntem à canibus, per æmulum immiſſis, dilaceratum eſſe. Confer *Val. Max. l. 9. c. 12.* Æmulum illum *Promerum* dictum fuiſſe, *Suidas* obſervat; unde *proverbium*, Προμέρου κύνες. *Athenis* tale ei *Cenotaphium* erectum eſt, teſte Thoma Magiſtro:

> Μνῆμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου, ὀστέα δ' ἴσχει
> Γῆ Μακεδών· ᾗ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.
> Πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλὰς Ἀθῆναι. Πλεῖστα δὲ Μούσας
> Τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει.

Vid. *Meurſius in Athenis Atticis, l. 1, c. 2.* Tragœdiarum Euripidis catalogum memoratus *Meurſius* ſingulari libro complexus eſt, Anno 1619. in 4.

EURIPUS, Εὔριπος, teſte *Harpocratione* in Ἰσαῖος, librum de Iſocratis Rhetoris diſcipulis compoſuit. *Jonſius de Scr. Hiſt. Phil. 1, 3.* eundem facit cum Hermippo.

de EUROMODIO (Rob.) Monachus Claravallenſis, commentarium in Catonis diſticha exaravit & Petro de Salutiis dedicavit, An. 1485.

EUROTELES (Theod.) Friſius, Judicium Paridis in modum Tragœdiæ, Anno 1574. publicè præſentavit.

EURYMACHÆRA (Caſp.) edidit Parva Biblia, An. 1615.

EURYPHAMUS, Εὐρύφαμος, Pythagoricus, à *Stobæo, Serm. 101. pag. 555.* περὶ βίου allegatur.

EURYSUS, ΕΥΡΥΣΟΣ, in libro de Fortuna, à *Stobæo in Eclog. Phyſ. pag. 16.* adducitur.

EUSCHEMUS, Εὐσχήμος, Comicus, Dramata docuit, ex quibus Ἐμπελῆ *Athenæo* laudatur. Vid. *Suidas*

EUSEBIUS Pamphili, Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου dictus (ob amicitiam cum *Pamphilo* martyre cultam, teſte *Hieronymo*) Cæſarienſis in Palæſtina Epiſcopus, tempore Conſtantini Magni & Conſtantii floruit. Obiit An. Chr. 340. Condidit *Hiſtoriam eccleſiaſticam* 10. libris, in quibus initium facit à nato Chriſto, & progreditur usq; ad ſua tempora. Addidit etiam quatuor libros de vita Conſtantini. Præterea *Chronicon* edidit, in quo propoſitum ipſi fuit oſtendere, Moſaicas origines initiis omnium gentium & regnorum longè fuiſſe antiquiores. Hoc Chronicon *Joſ. Scaliger* notis illuſtravit, quibus nihil eruditius, judice *Voſſio*, ſub Sole viſum eſt. Idem *Euſebius* veritatem religionis Chriſtianæ aureis *commentariis de Præparatione Evangel.* tueri auſus eſt: in quo opere omnes Philoſophorum, Hiſtoricorum, Theologorum non Græcorum modò, ſed etiam Ægyptiorum & Phœnicum arcas librarias reſeraſſe exiſtimatus eſt. Arianum fuiſſe, *Billius l. 1. Obſ. ſacr. c. 27.* oſtendit. De Euſebio, *Rivetus, Tom. 2. Oper. pag. 1101. Phil. Labbe, Tom. 1. diſſert. pag. 301. Zimmerman. in Analect. Menſtr. pag. 2. Olearius in Abaco, pag. 155.* conſuli poterunt. Confer *Suidam*: item, *Hanckium in Byz. Scr. pag. 1. & ſeqq.*

EUSEBIUS, Arabius Sophiſta, Ulpiani æmulus fuiſſe traditur. Vid. *Suidas*.

EUSEBIUS, Aſiaticus, Novatianæ ſectæ addictus, *Caſſiodoro* familiaris fuit. Cum quinq; annorum puer eſſet, videndi facultate privatus eſt: in literis tamen & ſacris ſcripturis mirificè profecit. Hic (inquit *Caſſiodorus l. de Div. lect. c. 5. pag. 869.*) tantos autores, tantos libros in memoriæ ſuæ bibliotheca condiderat, ut legentes probabiliter admoneret, in qua parte codicis, quod prædixerat, invenirent: diſciplinas omnes & animo retinebat & expoſitione planiſſima lucidabat, &c. Quid plura? fecit credi

de

de Didymo, quæ ſuo præſentabat exemplo. Hæc *ille*.

EUSEBIUS, Cappadox, Rhetor, ſub Conſtantio Imp. floruit. Hic facundia ſua Sapori, Perſarum Regi, propè perſuaſerat; ut abjecta tiara privatus fieret. Sic *Voſſius de nat. Rhet. pag. 88.* Alii tamen *Euſtathio Cappodoci* hoc tribuunt. Vide infrà.

EUSEBIUS, Emiſenus, tempore Conſtantii Imp. claruit. Meminit ejus S. *Hieronymus in Catalogo Vir. Illuſtr.* Quidam ei Homilias in Evangelia totius anni, & rurſus quinquaginta varii generis Homilias tribuunt. Sed recte *Bell.* & *Sixtus Senenſ.* eas Latini alicujus rapſodi eſſe exiſtimant. Vid. *Ph. Labbe, l. c. pag. 310. Rivet. T. 2. Oper pag. 1100.*

EUSEBIUS, Scholaſticus, tempore Arcadii & Theodoſii Junioris vixit. Teſte *Nicephoro, l. 13. hiſt. Eccleſ. c. 6.* bellum contra Gainam, Gothorum Regem, quatuor libellis heroïco verſu luculenter expoſuit.

EUSEBIUS, Vercellenſis Epiſcopus, Anno 380. juxta Sixtum *Senenſ.* obiit. Scripſit Comm. in Pſalmos, quem ex Comment. *Euſebii Cæſarienſis*, in Lat. à ſe converſo, collegit, rejectis iis, quæ ad Arianam hæreſin facere videbantur. Ejus encomium *S. Ambroſius* duobus ſermonibus complexus eſt.

EUSEBIUS (Joh.) compoſuit Sigalionem ſive ſapientiam Myſticam, Madriti, Anno 1629.

EUSTACHIUS (Barthol.) Sanctoſeverinas, emiſit Tractatum de dentibus, Anno 1563: item, varia opuſcula anatomica.

EUSTACHIUS (Fr.) edidit Ethicam, in tres partes diviſam.

EUSTACHIUS (Joh. Mart.) Gambateſanus, Med. vitam Galeni, Anno 1577. ſtilo expreſſit.

EUSTATHIUS, Εὐστάθιος, Antiochenus, An. 330. claruit. Reliquit Comm. in Hexaëmeron: item, diſſertationem de Engaſtrimytho, adverſus Originem. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 158.*

EUSTATHIUS, Cappadox, Rhetor, tempore Conſtantii Imp. vixit. Tanta erat in ejus ore ſuavitas, ut, qui vocem hominis audirent, obliti ſui, tanquam qui lotum deguſtaſſent, à verbis illius penderent. Hunc aliquando Imperator in Perſidem ad Saporem, hominem tyrannicum & adeuntibus difficilem, miſit, à quo Euſtachius ad epulum vocatus, tanta eloquentia animum Saporis percellere cœpit, ut parùm abfuerit, quin tiaram rectam cum purpureo paludamento & gemmatis monilibus depoſuerit & cum Euſtathii penula commutarit. Hæc *Eunapius in Ædeſio pag. 46.* qui addit, eum conjugem habuiſſe, *Soſipatram* nomine, quæ præſtanti doctrina tanta præluxerit marito, ut præ illa hujus gloria penè obſoleverit.

EUSTATHIUS, Epiphanienſis, Anaſtaſio imperante floruit. Compendium Annalium, *Suida* teſte, novem libris abſolvit, progrediens ab Ænea uſq; ad Anaſtaſium. *Nicephorus, l. 14. Hiſt. Eccl. c. 57.* teſtatur, Amidæ expugnationem ab eodem literis conſignatam eſſe.

EUSTATHIUS, Theſſalonicenſis Epiſcopus, tempore Manuelis Comneni Imp. item, Alexii Comneni & Andronici floruit. *Nicetas Choniates* eum πολὺν ϰαὶ μέγαν ἐν λόγοις: item, ἀρετῇ διαβεβοημένον ἀποστολικῇ appellat. Edidit ubertimum comment. in Homerum: ſimiliter Expoſ. in περιήγησιν Dionyſii. Habetur etiam vulgo pro autore ſex librorum de amoribus Iſmeniæ & Iſmenes, quos *Gaulminus* Latinè tranſtulit. Sunt tamen, qui *Eumathium* Macrembolitam Protonobeliſarium pro vero autore agnoſcere malint. Vid. *Voſſius, l. 4. de hiſt. Gr. c. 19.*

EUSTATHIUS, vir diſertiſſimus à *Caſſiodoro in lect. div. cap. 1.* vocatur, & *Baſilii Hexaëmeron* ita Latinè tranſtuliſſe dicitur, ut ingenium doctiſſimi Patris facundiæ ſuæ viribus æquiparaſſe viſus fuerit.

EUSTHENIUS (Claud.) tempore Diocletiani Imp. vixit, & quatuor Impp. Diocletiani videl. Maximiani, Galerii & Conſtantii vitas ſtilo expreſſit. Vid. *Vopiſcus in vita Carini.*

EUSTEPHIUS, Εὐστέφιος, Aphrodiſienſis Sophiſta, declamationes habuit, teſte *Suida.*

EUSTOCHIUS, Εὐστόχιος, Cappadox, vixit tempore Conſtantis Imp. & de Cappadocia ſcripſiſſe fertur. Videatur *Suidas.*

EUSTRATIUS, Εὐστράτιος, compoſuit

tres

tres libros de animis vita defunctorum. Vid. *Photius*, *Cod. CLXXIII.*

EUSTRATIUS, Nicænus Epiſcopus, judice *Conringio*, ſeculo X. claruit. Libros X. Eth. Nicomach. erudito commentario illuſtravit. Ejus doctrinam egregiè oſtendit doctiſſimus commentarius in 2. ὑστέρων Ἀναλυτικῶν, cujus verſionem *Andreæ Gratiolo* debemus.

EUTECNIUS, Εὐτέκνιος, Sophiſta, paraphraſin Græcam in Nicandri Theriaca & Alexipharmaca; item, in Oppiani Alieutica & Ixeutica ſtruxit. Extare fertur manuſcripta Viennæ in Bibliotheca Auguſta, teſte *Lambecio*, *in Catalogo propriorum operum.*

EUTHALIUS, Εὐθάλιος, Græcus, exaravit Διήγησιν ſive enarrationem de vita & peregrinatione S. Pauli Apoſtoli. Vid. *Olearius in Abaco*, *pag.* 159.

EUTHALIUS, Rhodius, S. Baſilii Monachus, ad imitationem *Hugonis*, A. 1300. opus Concordantiarum Bibl. Græc. collegit. Vid. *Olearius l. c.*

EUTHENARDUS (Arn.) Vaſconiæ deſcriptionem, Pariſ. Anno 1638. edi curavit.

EUTHYCLES, Εὐθυκλῆς, poëta, ſcripſit Ἀσώτους & Ἀταλάντην. Vid. *Suidas* in Εὐθυκλῆς & βοῦς ἕβδομος.

EUTHYDEMUS, Εὐθύδημος, Athenienſis poëta, nonnulla ſub nomine *Heſiodi* edidiſſe dicitur.

EUTHYMENES, Εὐθυμένης, Maſſilienſis, Geographiam compoſuit, teſte *Artemidoro Epheſio.* Meminit ejus etiam *Seneca*, *l.* 4. *nat. quæſt. cap.* 2. Fortaſſis idem eſt, de quo *Clemens Alex. l.* 1. *Strom.* qui Euthymenem Chronica reliquiſſe aſſerit.

EUTHYMIUS, Εὐθύμιος, Zigabenus, ſeculo XII. vixit. Scripſit commentarios ſuccinctos in S. Scripturam, quos primus omnium latinos fecit *Philippus Saulius.* Extant etiam Euthymii commentarii in epiſtolas Paulinas, quos tranſtulit *Joh. Hentenius.* Eidem Panoplia contra hæreticos tribuitur. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſ. de S. E. pag.* 311. *Olearius in Abaco*, *pag.* 159.

EUTHYPHRON, Εὐθύφρων, filius Heraclidæ Pontici, *Diogeni Laërtio*, *l.* 1. memoratur.

EUTOCIUS, Εὐτόκιος, Aſcalonita, ſeculo 6. à Chriſto nato floruit, ſiquidem ſcripta ſua Hermiæ, Ammonii filio, cenſenda tranſmiſit. Ejus commentarius in Archimedem, An. 1544. prodiit.

EUTOLMIUS, Εὐτόλμιος, Illuſtris, epigrammata fecit, ceu patet ex *l.* 6. *Anthol. c.* 25. Confer *l.* 3. *cap.* 12.

EUTROPIUS, Sophiſta, uti à *Suida* appellatur, tempore Juliani, Joviani & Valentis Impp. vixit. Reliquit Breviarium rerum Romanarum, ab Urbe condita usq; ad Valentem, cui & opus illud inſcripſit. Hoc Breviarium primò à *Capitone Lycio*, deinde verò à *Pæanio* Græcè verſum eſt. Pæanii metaphraſin *Silburgius* edidit.

EUTROPIUS, Presbyter, Auguſtini diſcipulus, duas epiſtolas conſolatorias, teſte *Gennadio*, ad duas ſorores, à parentibus ob religionem exhæredatas, exaravit.

EUTROPIUS, Medicus, *Marcello Empirico* celebratur.

EUTROPIUS, Grammaticus, à *Priſciano*, *l.* 1. allegatur.

EUTYCHES, Grammaticus, de orthographia ſcripſiſſe dicitur. *Apud Caſſiodorũ c.* 9. *de orthogr.* ex eo nonnulla adducuntur, quæ ad doctrinam de aſpiratione faciunt. *Caſpar Barthius*, *ad l.* 12. *Theb. Papin. pag.* 1568. literatiſſimum in utraq; lingua literatorem appellat.

EUTYCHIDAS, Εὐτυχίδας, *Plutarcho in vita Lycurgi* adducitur.

EUTYCHIUS Batricides vel Patricides, Alexandrinus Patriarcha, An. C. 937. claruit. Aliàs *Said Ibn Batrik* dicitur. Scripſit hiſtoriam univerſalem à C. M. usq; ad ſua tempora; in qua plurima ad hiſtoriam tum ſacram, tum profanam attinentia occurrunt notatu digniſſima, quæ nuſpiam omnino ſive apud Latinos ſive apud Græcos inveniuntur. Duo ejus exemplaria hodiè in Anglia aſſervari ſcribit *Joh. Seldenus*, quorum alterum Antiochenum, alterum Alepenſe vocat. Confer, quæ ſuprà in BATRICIDES diximus. Vid. *Reineſius in Epiſt. ad Hofm. pag.* 321. 409. & *Hottingerus in Bibl. Arab. pag.* 71.

EUTYCHIUS Proculus, Siccenſis, in Grammaticis præceptor fuit Antonini

Philoſophi. De iis, quæ in peregrinis regionibus miranda inveniuntur, commentatus eſſe dicitur.

EUXENUS, Ἔυξενος, antiquus poëta, à *Dionyſ. Halicarn. l.* 1. laudatur.

Eng. EWICHIUS, Clivius, *Antonini Dianæ* moralium Reſolutionum compendium An. 1637. adornavit. Vid. *Alegambe, p.* 105.

EWICHIUS (Joh.) JCtus, de officio Magiſtratus tempore peſtis, A. 1582: item, de Sagarum viribus & factis ſcripſiſſe traditur.

ab EXEA (Andreas) JCtus, tractavit de Pactis, An. 1581.

EXNERUS (Balthaſ.) de Hirſchberga, An. 1620. inclaruit. Edidit Valerium Maximum Chriſtianum: item, Anchoram utriusq; vitæ, vel, carmina in ſymbolum, SPERO MELIORA. Scripſit etiam libellum de ludo Scacciæ.

EXNOTTIS (Steph.) compoſuit librum de remiſſione à pœna & culpa, Mediolani, An. 1500.

de EXPECTATIONE (Joh. Bapt.) reliquit Minerale concionum, Lugduni, An. 1669.

EXPILLIUS (Claud.) Delphinas, natus eſt, A. 1561: obiit, A. 1636. Carmina fecit.

EXSUPERANTIUS (Julius) Salluſtii hiſtoriam brevioribus gyris conſtrinxit. *Caſp. Barthius in Claud. pag.* 847. Exuperantius is, epitomator, ut volunt, Salluſtii, poteſt ut is ſit, qui à *Rutilio* pater Palladii laudatur *libro priore Itinerarii*, *verſu* 214. cum ea ætate illud decurtandorum auctorum priſcorum ſtudium jam increbuiſſet. Hæc *ille*.

EXTERUS (J. H.) methodum Catecheticam, An. 1620. typis tradidit.

ab EYB (Alb.) J. U. D. Pii II. cubicularius, Bambergenſis & Euſtettenſis eccleſiæ Canonicus, dicta oratorum, poetarum, hiſtoricorum ac Philoſophorum collegit, dedicavitq; Johanni, Monaſterienſi epiſcopo. Opus illud abſolutum eſt, Anno 1493. Kal. Jan. & inſcribitur *Margarita Poëtica*.

EYBENIUS (Huldericus) JCtus, edidit Electa Juris feudalis: item, obſervationes ad 4. libros Inſtitutionum, An. 1669.

EYCKIUS (Arn.) Ultrajectinus, ſcripſit Tabulas in Grammat. Græcam, An. 1582: item, libellum epithalamiorum.

EYCKIUS (Jac.) Antverp. An. 1620. floruit. Vulgavit carmina: item, Centuriam urbium Belgicarum.

EYLSHEMIUS (Abrah.) edidit 10. conciones de S. Cœna, An. 1668.

EYMERICUS (Nicol.) Gerundenſis, Anno 1393. obiit. Reliquit Directorium inquiſitorum: id quod prodiit, A. 1578. cum ſcholiis *Franc. Pegnæ*, fol.

ab EYNATTEN (Maximil.) Anno 1631. obiit. Collegit Manuale exorciſmorum, teſte *Sweertio*.

EYNDIUS (Jac.) Delphius, Anno 1611. floruit. Compoſuit Chronicon Zelandiæ: Hydropyrica: librum nugarum: Martem exulem, teſte *Sweertio*. Vid. *T. 2. Delit. Belg. pag.* 286.

EYRINGIUS, Proverbia tribus voluminibus complexus eſt.

ab EYSSINGA (Thiallingus) JCtus, in Inſtitutiones Juris, Anno 1649. commentatus eſt.

EYSENGREIN (Guilh.) Vide, EISENGREIN.

EYSSONIUS (Henr.) condidit Tract. anatomicum de oſſibus infantis cognoſcendis, conſervandis & curandis, An. 1659.

EYTZWERTIUS (Jac.) ſtruxit verſu heroico librum, cui titulus, Aldenardias, teſte *Sandero*: item, elegias.

EZARHARAGUI, Medicus Arabs, A. C. 1026. obiit. Vid. *Hottingerus in Bibl. quadrip. pag.* 256.

EZECHIEL, Ἐζεκιὴλ, poëta Judæus, juxta *Sixtum Senenſ.* 40. annis ante Chriſtum claruit. Scripſit Tragœdiam de Moſe, quam ἐξαγωγὴν, i. e. eductionem ſive liberationem Hebræorum appellavit. Meminit ejus *Clemens Alex. l.* 1. *Strom.* & *Euſebius Pamphili, l.* 1. *de præp. Evang.* Prodiit Græcè cum tralatione *Frid. Morelli*, An. 1590.

EZGUERRA (Alf.) Altaranus, Hiſp. Anno 1637. obiit. Librum edidit, titulo, Greſſus ſanctiſſimæ Virginis. Videatur *Alegambe, pag.* 18.

FABA

F.

FABA (Auguſt.) in Ariſtotelem, de anima, Anno 1596. commentatus eſt.

de FABARIA (Conr.) ſcr. de caſibus monaſterii S. Galli. Editus eſt à *Goldaſto*.

FABER (Ægid.) Bruxellenſis, Carmelita, Anno 1506. obiit. Condidit hiſtoriam Brabantiæ: Comm. in Ruth: item, in Evangelia & libros Sententiarum. Vid. *Swertius in Ath. Bat. pag. 106. Ghilinus, vol. 2. pag. 70.*

FABER (Anton.) JCt. edidit Rationalia in Pandectas, 4. voluminibus, An. 1616. Vid. *Thomaſius de Plagio*, §. *422.*

FABER (Auguſt.) inter claros Italos habetur. Vid. Gr. *Letus in Ital. regn. pag. 135.*

FABER (Baſil.) ſcripſit de Saxonia: item, Theſaurum Lat. linguæ.

FABER (Claud.) Antonii filius, Vogelaſi dominus, 30. annis verſioni *Q. Curtii* inſudavit. Vid. *Borremanſ. pag. 109.*

FABER (Felix) compoſuit 2. libros hiſtoriæ Suevorum. Habetur inter ſcriptores rerum Suevicarum, à *Goldaſto* editos.

FABER (Fr.) Sileſiam, A. 1592. publicaſſe dicitur.

FABER (Greg.) Morsburgenſis, A. 1640. vixit. Extat ejus libellus, Bivium religionis, inſcriptus. Videatur *Alegambe, pag. 164.*

FABER (Honoratus) Gallus, celebris Theologus & Philoſophus, h. t. claret. Edidit Tract. de Plantis: alium, de Homine, Paris. An. 1666. Extat ejusdem Euphyander: item, Phyſica, in 3. volumina diviſa, An. 1670. in 4.

FABER (Jacob.) Stapulenſis, Anno 1503. claruit. Vixit 101. annos, purus ab omni contagione muliebri. De *infortunio* hujus viri *Hubertus Leodius, l. 11. ad An. 1538.* legi poteſt. *Jovius in Elogiis, numero 121.* ita ſcribit: Ab hoc totius Galliæ juventus ad cultarum literarum ſtudia alacriter excitata eſt. Faber enim ingeniorum appellari volebat, cùm in omni ferè doctrinæ genere ad docendum aptiſſimus haberetur. Scripſit Comm. in Aſtronomic. Juventuti perutiles, & ſcholia in moralem Philoſophiam diſcentibus peropportuna. Ætate autem confectus, cùm S. literas attigiſſet, à Lutherana doctrina non procul abfuit, ita ut in ea ſuſpicione ſenex moreretur. Hæc *ille*. Confer *Jac. Verbeiden, pag. 104. Sauſſay, pag. 25. Olearium, pag. 223.*

FABER (Jac.) emiſit elucidationes in Polit. & Oeconomiam Ariſtotelis, Paris. An. 1611.

FABER (Joh.) Bambergenſis, Pontificis Medicus, in Athenæo Rom. profeſſor, Hiſtoriæ Mexicanarum plantarum *Nardi Ant. Recchi* ſcholia doctiſſima adjecit, Romæ, An. 1651.

FABER (Joh.) Burdigalenſ. JCt. reliquit comment. in Codicem Juſtiniani. Vid. *Panzirolus, in JCt. 2, 61.*

FABER (Joh.) Danus, profeſſor eloquentiæ Soranus, An. 1657. claruit. Edidit Tr. de Inſcriptionibus: item, Infamiam Famiani, *Caſp. Scioppii.*

FABER (Joh.) Halenſis, hiſtoriam Suſannæ, An. 1592. verſibus expreſſit.

FABER (Joh.) Lavignanus, manipulum anagrammatiſmorum, Anno 1608. edidit.

FABER (Joh.) Mechlinienſis, An. 1579. floruit. Progymnaſmata Juris Canonici exaravit.

FABER (Joh.) Viennenſis, Epiſcopus, An. 1541. obiit. A *Bellarmino* refertur inter præcipuos doctores, qui Luthero & Lutheranis reſtitêre. Malleum Hæreticorum 6. libris complexus eſt. Vid. *Olearius, pag 252.*

FABER (Joh. Matth.) ſcripto expoſuit Strychnomaniam, An. 1677.

FABER (Joh. Rudolf.) in Organum Ariſtotelis, Anno 1623. commentatus eſt. Vulgavit etiam Curſum Phyſicum, An. 1625. Genev.

FABER (Matth.) Germanus, ſtruxit ſilvam concionum & in 3. Tomos digeſſit. Vid. *Alegambe, pag. 337.*

FABER (Nicol.) Pariſ. Theologus, Anno 1612. obiit. Vid. *Caſaub. Exerc. p. 551: item, epiſt. 716.*

FABER (Pet.) Arvernus, An. 1615. mortuus eſt, octogenario major. Rupellæ linguam Hebraicam docuit. Scripſit comm. in libros Academ. Ciceronis. Vid. *Colomeſ. in G. O. pag. 148.*

FABER (Pet.) Saniorianus, JCtus, Anno 1600. vivis exceſſit. Compoſuit 3. libros Semeſtrium: tres libros Agoniſticon ſive de

de re athletica Vett. Commentarium in Tit. de Regulis Juris. Semeſtria Fabri *Lipſius* commendat in *Elect. l. 1. c. 22.* Vid. *Thuanus, l. 123. Thomaſius de Plagio, ſ. 423. Hanckius, part. 2. de S. R. R pag. 169.*

FABER (P. J.) ſtruxit anatomiam totius Univerſi.

FABER (Phil.) Faventinus, An. 1630. obiit. Theologiam Patavii per 28. annos docuit. Scripſit in 4. libros Sententiarum: librum contra atheos: Tract. de primatu Petri & Pontificis, contra Marcum Antonium de Dominis. Vid. *Imperialis in Muſeo, pag. 180. Ghilinus, vol. 2. pag. 80.*

FABER (Rudolf.) JCtus, edidit clavem Jurisprudentiæ, An. 1638.

FABER (Salomo) Iprenſis, An. 1563. claruit. Fecit carmina, teſte *Sweertio.*

FABER (Tanaquillus) Cadomenſis, profeſſor Salmurienſis, exaravit epiſtolas Criticas, Salmurii editas, Anno 1659. Notas in Lucianum de morte Peregrini, An. 1653: item, in Ælianum, Anacreontem, Apollodorum, Longinum, Lucretium, Phædrum, &c. Vid. *Bochartus in Hierozoico 2, 18. Hedovill. in Ephem. Tom. 2. pag. 201. Heinſius, part. 1. Not. in Ov. pag. 615,*

FABER (Timæus) Annotationes Juris, An. 1608. edi curavit.

FABER (Ulricus) edidit deſcriptionem quarundam Indiæ regionum, A. 1599.

FABERT (Abr.) Anno 1617. regionem Metenſem deſcripſit.

FABIANUS Maximus, vir nobiliſſimus dicitur à *Seneca, l. 2. controverſ. 12.* & inter Rhetores refertur. Idem ab initio *lib. 2. contr.* vocat eum Philoſophum & Fuſci Arellii diſcipulum Dicebat autem Fabianus ferè dulces ſententias: & quoties incidebat aliqua materia, quæ convicium ſeculi reciperet, inſpirabat magno magis, quam acri animo. Deerat illi oratorium robur & ille pugnatorius mucro: ſplendor verò velut voluntarius non elaboratæ orationi aderat. Suaſoriis aptior erat: locorum habitus, fluminumq; decurſus & urbium ſitus, moresq; populorum nemo deſcripſit abundantius. *Seneca in Epiſt. 100.* C. Fabiani Papirii meminit, quem libros Civilium ſcripſiſſe, aff.

FABIANUS de monte Sabini, JCtus, tractavit de emtione & venditione.

de FABIIS (Fabius) Romanus, An. 1615. à bove cornupeta miſerabiliter extinctus eſt. Vid. *Biſſelius in 3. Septennio, p. 58. 113.*

FABIUS (Q.) Lucullus, citatur in carmine epico, à *Fulgentio.*

FABIUS Pictor, tempore Ptolemæi Epiphanis & Philometoris floruit. Confecit Annales Græcos. *Livius* ſcriptorem antiquiſſimum vocat. Annalium Pictoris *Plinius 10, 24. Quintilianus, 1, 10. Agellius, Feſtus, Nonius & alii* mentionem faciunt. Quæ *Annius Viterbienſis* pro genuinis Fabii ſcriptis obtrudit, πυρῦ κόμματος ſunt. Vid. *Mart. Hanck. in Sc. R. R. pag. 17. Barth. in Claud. p. 125.*

FABIUS Quintilianus. Vide, QUINTILIANUS.

FABIUS Veſtalis, egit de Pictura, teſte *Plinio 7, ult.*

FABIUS (Barth.) edidit Energumenum: item, Alexicacum, Lugd. An. 1571.

FABIUS (Benevolentius) propter carmina nominis celebritatem aſſecutus eſt.

FABIUS (Guil.) Brabantus, An. 1590. obiit. Extat ejus epitome ſyntaxeos Græcç.

FABIUS (Nicol.) Medicus & Philoſophus, An. 1404. vixit. Fuit Philoſophorum ſui temporis princeps: Principe quo erexit Philoſophia caput. Videatur *Bumald. pag. 184.*

FABIUS (Peregr.) JCtus, An. 1529. floruit. Reliquit Conſilia.

FABRI (Felix) A. 1483. claruit. Condidit Itinerarium ſeu Evagatorium: item, hiſtoriam Sueviæ. Vid. *Zeill. pag. 2. Scr. Hiſt. pag. 53. & part. 3. pag. 78.*

de FABRICA (Joh.) Ord. Min. Pariſ. compoſuit Tract. ſuper declaratione Indulgentiarum pro animabus in purgatorio conceſſarum.

FABRICIUS, Bonon. Doctor in poëſi & rhetorica, An. 1210. floruit.

FABRICIUS (Andr.) Leodicenſ.) A. 1581. obiit. Exaravit 3. Tragœdias, Jerobo-amum rebellantem, Samſonem & Religionem patientem. Vid. *Sweert. pag. 120.*

FABRICIUS (Dan.) ſcr. Conciones in paſſionem & reſurrectioné Chriſti, A. 1640.

FABRICIUS (Everh.) edidit Gailium enucleatum, Colon. An. 1661.

FABRICIUS (Franc.) Marcoduranus, An. 1573. obiit. Collegit hiſtoriam Ciceronis: Annotationes in Terentium: ſcholia in Paulum Oroſium. Vid. *Sweertius, pag. 243. Hanck. p. 2. de S. R. R. pag. 144.*

FABRICIUS (Georg.) Chemnicenſis, natus eſt, An. 1516. : obiit, Anno 1571. Scholæ Miſenenſi 26. annis præfuit. A Maximiliano Imp. ſub ipſa fermè morte laurea poëtica & nobilitatis inſigni condecoratus eſt. In carmine elaborando eam ſanctitudinem adhibuit, ut quævis vocabula, ethnicismum poëticum redolentia, penitus ac penitus caveret atq; fugeret. Edidit Romam, quæ ita ad verſus poëtarum aptata eſt, ut ex illis expreſſa & efficta eſſe videatur: item, ſeptem libros rerum Miſnicarum. Marchiones Miſnenſes quoq; elegiaco carmine expreſſit. Meminit hujus Fabricii *Thuanus l. 50.* Vid. *Pet. Lotichius, pag. 3. B. P. pag. 63. Albinus in Chr. Miſn. pag. 362.*

FABRICIUS (G. Andr.) ſcripſit Catenam Apoſtolicam, Lipſ. A. 1634. fol.

FABRICIUS (Guido) Boderianus, Anno 1572. floruit. Rituale Severi, Alexandrini Patriarchæ, Syriacè & Latinè edidit. Editionem operis Regii Hiſpanici omni ſtudio adjuvit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 41. Thomaſius de Plagio, §. 427.*

FABRICIUS (Guilh.) Noviomagus, Anno 1628. obiit. Vulgavit Leonis Magni enarrationem in Paſſionem Dominicam. Videatur *Valer. Andreæ in Faſt. Lovan. pag. 132.*

FABRICIUS (Guilh.) Gallus, An. 1540. claruit. Vid. *Colomeſ. in G. O. pag. 7.*

FABRICIUS (Hieron.) Medicus, ſcripſit de Ovo: de brutorum loquela: de reſpiratione. Condidit etiam Pentateuchú Chirurgicum. Conſ. *Ghilinum, vol. 1. pag. 117.* Vide, ab AQUAPENDENTE.

FABRICIUS (Jac.) Guſtavi Adolphi, Suecorum Regis, concionator caſtrenſis, compoſ. comment. in lib. Judicum: item, Diſpp. in Geneſin, teſte *Micrelio.*

FABRICIUS (Joh.) Dantiſcanus, edidit teſtamentum Muhammedis, An. 1638. item, Specimen Arabicæ linguæ.

FABRICIUS (Jac.) Roſtochienſis, Medicus & Mathematicus, natus eſt, Anno 1577: obiit, An. 1652. Scripſit de Vertigine, Catarrho, Cephalalgia autumnali, &c. Vid. *H. Witte, in Medicis, pag. 144.*

FABRICIUS (Joh.) Montanus. Vide, MONTANUS.

FABRICIUS (Joh.) Norimbergenſis, Theologus, natus eſt, An. 1618: obiit, Anno 1676. Altdorfii Theologiam profeſſus eſt: inde Norimbergam conceſſit, ubi usque ad obitum gregem Dominicum ſibi commiſſum in fide & moribus magno cum fructu fideliter informavit. Reliquit conciones in Aug. Confeſſionem: item, Locos Theologicos, nondum impreſſos.

FABRICIUS (Joh. Lud.) Schaphuſio Helvetius, natus eſt, Anno 1632. Heydelbergæ Theologiam docet. Emiſit Meditationes divinas & humanas, Anno 1663. Item, lib. de ludis Scenicis, Anno 1666.

FABRICIUS (Joh. Seob.) Spiræ Nemetum, An. 1622. natus eſt. Heydelbergæ Logicam & Græcam linguam aliquamdiu profeſſus eſt. Struxit Theatrum Hieroglyphicum, An. 1665: item Manhemium & Lutercam Cæſaream, An. 1656.

FABRICIUS (Laurent.) Dantiſcanus, Anno 1615. claruit. Conſcripſit partitiones codicis Hebræi. Vid. *Henning. Witte, in Philoſoph. pag. 300.*

FABRICIUS (Mich.) exaravit Apologiam pro Frid. Balduino.

FABRICIUS (Steph.) Bernenſis eccleſiæ paſtor, conciones in Prophetas minores, An. 1641. imprimi curavit.

FABRICIUS (Vincent.) fecit poëmata, An. 1638.

FABRONIUS (Herm.) Eclogam de equeſtri certamine, Caſſellis in Haſſia An. 1602. habito, quæ incipit: *Ut tibi luxuriat, Lycida, grex pinguibus herbis?* promulgavit. Vid. *Placcius, pag. 205.*

FABROTTUS (Carol. Annib.) JCtus, ſcr. de vita & honeſtate Clericorum, Paris. Anno 1651. item, de juſto partu & numero puerperii, anno eodem. Βασιλικὰ etiam, Græcè & Latinè, ſeptem voluminibus, A. 1647. fol. complexus eſt.

FABYAN (Rob.) Londinenſis, An. 1512. obiit. Reliquit Concordantias hiſtoriarum.

FACELLIUS (Coſm.) Hetruſcus, A. 1632. vivere deſiit. Collegit Legendarium novum Sanctorum.

FACELLUS (Thomas) Siculus, A. 1555. floruit. Duas decades de rebus Siculis contexuit. *Alii* vocant Fazellum.

FACHENETUS (J. Ant.) JCtus, A. 1544. innotuit. Poſtea Pontifex factus eſt.

S. Hieronymo in Chronico. Commentatus eſt in Terentium. Reliquit etiam diſſertationem de Tragœdia & Comœdia. Vid. *Voſſius l 2. Inſt. poët. cap. 5. pag. 19. Reineſius ad Daum. pag. 140.*

EVANTIUS vel EVANTHUS, Abbas, epiſtolam exaravit contra eos, qui ſanguinem animalium immundum eſſe judicant, carnem verò mundam dicunt. Extat ea apud *Caniſium, T. 5. Ant. lect. pag. 553.* Vid. *Olearius in Abaco, pag. 151.*

EVAX, Rex Arabum, ſcripſit de ſimplicium effectibus ad Neronem Imp. teſte *Plinio, l. 25. c. 1:* item, de lapidibus. Videatur *Reineſius, in Apolog. pag. 75:* item, *ad Daum. pag. 11. 13.*

EUBOLUS. Vide, CLEOBULUS.

EUBULIDES, Εὐϐουλίδης, Mileſius, fuit æqualis Ariſtotelis, quem etiam in multis reprehendit. Eubulidis librorum contra Ariſtotelem mentionem facit *Athenæus, l. 8. Diogenes Laërtius* refert, ipſum multa ſophiſmatum genera adinveniſſe, ψευδόμενον puta, *διαλανθάνοντα, ἠλέκτραν, ἐγκεκαλυμμένον, σωρίτην* & *κερατίνας.* Has captiones poſtmodum Stoici ſuas fecerunt. Vid. *Voſſius Nat. Log. pag. 32. 34.*

EUBULUS, Εὔϐουλος, hiſtoriam Mithræ aliquot libris complexus eſt. Vid. *Porphyrius, l. 4. περὶ Ἀποχῆς, pag. 165.* & *Hieronymus 2. contra Jovinian.*

EUBULUS, Cetlus, Comicus, Olymp. CI. claruit. Docuit 24. Fabulas, teſte *Suida.* Fortè numerus apud *Suidam* corruptus eſt. Mihi enim plures occurrere viſæ; ut Ἀγκύλων, Ἀμαλθεία, Ἀγχίσης, Ἀμφίϐολος, Ἀνασωζόμενοι, Ἀντιόπη, Ἄσωτοι, Αὔγη, Βελλεροφόντης, Βάκχος, Γανυμήδης, Γλαῦκος, Δαίδαλος, Δαμαλία, Δευκαλίων, Δόλων, Εὐρώπη, Ἠχὼ, Ἰάλεμος, Ἰξίων, Ἴων, Κάλλαισχρος, Καμπυλίων, Κατακολλώμενος, Κέρκωπες, Κλεψύδρα, Κυϐευταὶ, Κορυδαλλὸς, Λάκωνες, Λήδα, Λυδία, Μήδεια, Μυλωθρὶς, Μυσοὶ, Ναννίον, Ναυσικάα, Νεοττὶς, Οἰδίπους, Ὀλϐία, Ὀρθάννη, Πάμφιλος, Παννυχὶς, Παρμενίσκος, Πέλοψ, Πορνοϐοσκὸς, Προκρὶς, Σεμέλη ἢ Διόνυσος, Στεφανοπώλιδες, Σφιγγοκαρίων, Τιτθαὶ, Τιτᾶνες, Τροφοὶ, Τύραννος, Φοῖνιξ, Χάριτες, Χρυσίλλα, Ψαλτρία.

EUBULUS, Platonicus, ſcripſit quæſtiones Platonicas, teſte *Porphyrio in vita Plotini:* item, expoſitionem in Philebum & Gorgiam Platonis, teſte *eodem.*

EUCHARIUS (Andr.) edidit contemplationes in Pſal. 25. An. 1616.

EUCHARIUS (Eligius) Gandenſis, An. 1564. vixit. Extant ejus Epigrammata.

EUCHERIUS, Lugdunenſis Epiſcopus, An. 454. obiit. *Bellarminus* tamen, Anno 499. adhuc vixiſſe, affirmat. Alii, ut *Voſſius,* duos Eucherios ſtatuunt. *Quidam* Eucherio commentarios in Geneſin & 4. libros Regum tribuunt, quos tamen recentioris alicujus collectoris eſſe *Sixtus Senenſis, l. 4. B. S. pag. 226.* exiſtimat. Vid. *Phil. Labbe, Tom. 1. Diſſ. pag. 282. Voſſius in Theſib. Theol. pag. 354. Rivet. Tom. 2. op. pag. 1143.* & *Olearius, pag. 152.*

EUCLIDES, Εὐκλείδης, Megarenſis, Socratis diſcipulus, ſectam Megaricam inſtituit. Cùm capitale eſſet Megarenſibus Athenas ingredi, Euclides muliebri veſtitu tectus Athenas ire non exhorruit, ut vel ſic Socratici ſermonis particeps evaderet, teſte *Agellio 6, 10.* Scripſit Dialogos ſex, quemadmodum *Laërtius* & ex eo *Suidas* refert. Vid. *Voſſius de nat. Log. pag. 29.*

EUCLIDES, celebris Geometra, teſte *Proclo Diadocho, l. 2. Comm.* tempore Ptolemæi Lagi R. Alexandriæ docuit. Cave eum cum *Val. Max. 8, 12.* Platoni coævum facias. Rem aliter ſe habere, *Frid. Commandinus* & *Savilius* ad Euclidem oſtendunt. Struxit Στοιχείων vel Elementorum libros 15. niſi quod duos ultimos quidam *Hypſicli Alexandrino* tribuere malint. Ab his στοιχείων libris Στοιχειωτὴς à *Proclo* appellatur. Horum (inquit *Cardanus, l. 16. ſubtil.*) firmitas perfectioq; eſt adeò abſoluta, ut nullum opus jure huic aliud comparare audeas. Quibus fit, ut adeo veritatis lux in eo refulgeat, ut ſoli hi in arduis quæſtionibus videantur poſſe à vero falſum diſcernere, qui Euclidem habent familiarem.

EUCLUS, Εὔκλος, Cyprius, χρησμοὺς condidit. *Pauſanias in Phocicis* bis terq; ejus meminit, & inter alia vaticinium quoque, *pag. 341.* de Homero affert. Apud *Tatianum contra Gentes* Eumiclus ſine

ſine dubio depravatè vocatur & inter ſcriptores Homero antiquiores refertur. *Suidas* in Α', Eucli Χρησμολόγου ποίημα allegat. Videatur *Meurſius in Cypro*, *pag.* 164.

EUCOLLUS (Franc.) Gandenſis, edidit Eſtherem Amphitragœdiam, An. 1548. teſte *Sweertio*.

EUCRATES, Εὐκράτης, Rhodius, Ῥοδιακὰ compoſuit, teſte *Heſychio* in ἐλατῆρ. Vid. *Meurſius in Rhodo*, *pag.* 2.

EUCRATIDES, Εὐκρατίδης, Rhodius, Philoſoph. in antiqua Inſcriptione memoratur: Εὐκρατίδας Ποσιδάμου Ῥόδιος φιλόσοφος Ἐπικούρειος, teſte *Meurſio*.

EUCTEMON, Rhetor, homo venuſtiſſimi ingenii à *Seneca*, *Controv.* 19. appellatur.

EUDÆMON, Εὐδαίμων, Peluſiota, Libanii æqualis, tempore Juliani Imp. claruit. Præter ea, quæ ad artem Gramm. & Rhetoricam pertinent, etiam poëmata condidit, teſte *Suida*. Eudæmon ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ ab *Etymol. Magni autore* in θύον, item à *Stephano* in Αἰλία allegatur.

EUDÆMON JOHANNES (Andr.) Cydonius, Jeſ. An. 1625. obiit. Compoſuit Caſtigationem Apocalypſeos Th. Brightmanni: Caſtigationem Lamb. Danæi: Confutationem AntiCotoni: Refutationem exercitationum Iſ Casauboni: tres libros, adv. Rob. Abbatum de Antichriſto: epiſtolas, &c. Vid. *Alegambe*, *pag.* 26.

EUDEMUS, Εὔδημος, ἀστρολογούμενα confecit. Citat ea *Laërtius in Thalete*. Confer *Clementem Alex.* 1. *Strom.* Idem *Clemens l.* 6. *Strom.* EUDEMI Naxii meminit, quem *Voſſius* eundem putat cum Eudemo Pario, qui ante bellum Peloponneſiacum claruit, teſte *Dionyſio Halicarnaſſeo*.

EUDEMUS, Rhodius, *Straboni*, *l.* 14. memoratur. Erat Philoſophus. Scripſit περὶ γωνίας, teſte *Proclo*: item, Φυσικὰ, Ἀναλυτικὰ, Ἀστρολογικὴν καὶ Γεωμετρικὴν ἱστορίαν. Vid. *Meurſ. in Rhodo*, *pag.* 97. & *Jonſius de Scr. Hiſt. Ph.* 1, 15. *pag.* 79.

EUDEMUS, Poëta Medicus, à *Galeno*, *l.* 2. *de Antidotis* allegatur.

EUDICUS, citatur à *Plinio*, *l.* 31. *c.* 2.

EUDORUS, Εὔδωρος, Peripateticus, *Straboni*, *l.* 15. *pag.* 790. memoratur. Videatur *Jonſius de Scr. H. Ph.* 3, 2. *pag.* 220. *Scheferus de Ph. Ital. pag.* 5.

EUDOXUS, Εὔδοξος, Cnidius, ſenior, celebris aſtrologus, Olymp. CII. claruit. Diſcendi gratiâ in Ægyptum profectus, &, ſi *Straboni* credimus, 13. annis cum ſacerdotibus converſatus eſt. Sententiam ejus de ſummo Bono, quod in voluptate ponebat, *Ariſtoteles Nicom.* 10, 2. refellit. Aſtrologiam δι' ἐπῶν, vel carmine heroico expoſuit, teſte *Suida*. Ejus Γῆς περίοδον *Athenæus* allegat. Memorabile ejus votum *Plutarchus* adv. Colot. commemorat: Ηὔχετο παραστὰς τῷ ἡλίῳ, καὶ καταμαθὼν τὸ σχῆμα τοῦ ἄστρου καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ εἶδος, ὡς ὁ Φαέθων καταφλεγῆναι. Vid. *Gatakerus in Antonin. l.* 6. *pag.* 252. *Philoſtratus in Sophiſt. pag.* 531. *Meurſius in Not. ad Apollonium Dyſcolum*, *cap.* 26.

EUDOXUS, Cnidius, junior, Medicus, *Laërtio*, *l.* 8. *pag.* 625. memoratur.

EUDOXUS, Rhodius, condidit hiſtorias, teſte *Etymologo* in Ἀδρίας. Vid. *Meurſius in Rhodo*, *pag.* 98.

EUDOXUS, Siceliota, Comicus, *Laërtio*, *l.* 8. Agathoclis filius fuiſſe dicitur.

EUDROMUS, Εὔδρομος, ἐν τῇ ἠθικῇ στοιχειώσει allegatur à *Laërtio*, *l.* 7. *in Zenone*.

EUELPIS, Εὔελπις, Caryſtius, *Porphyrio l.* 2. *de Abſtinent. pag.* 94. memoratur.

EUENUS, Εὔηνος, Parius, Elegiographus, XCI. Olymp. claruit. Ejus verſum *Ariſtoteles* adducit, ut oſtendat, conſuetudinem eſſe alteram naturam. Superſunt ejusdem duo epigrammata in Cnidiam Venerem, & tertium in Myronis vaccam. Vid. *Anthol. l.* 4. *c.* 7. *Plato in Phædro* vocat ἄνδρα σοφὸν, & primum παρεπαίνους καὶ ὑποδήλωσιν reperiiſſe refert. *Harpocration* duos Elegiographos hoc nomen habuiſſe annotat.

EUENIUS (Joh. Sigiſm.) An. 1619. obiit.

EVERHARDUS (Bernh.) Flander, Salomonem Comœdiam, A. 1564. in lucem produxit.

EVERHARDUS (Nicol.) Middelburgenſ. Zelandus, JCtus, An. 1462. natus eſt: obiit, An. 1532. Reliquit Topica Juris & centum modos argumentandi, qui poſtea auctiores prodierunt. Videatur *Sweertius*, *pag.* 576.

EVERHARDUS (Thom.) Suffolcienſis,

Anglus, An. 1637. obiit. Vid. *Alegambe. pag. 433.*

EVERHARTIUS (Mart.) Burgenſ. Anno 1600. claruit. Reliquit Ephemerides meteorologicas.

EVERHARTUS (Ægid.) Medicus Antverpienſis, de tabaco, An. 1583: item, de herba Panacea commentatus eſt. Vid. *Linden, pag. 9.*

EVERHARTUS (Ant.) Medicus Medioburgenſis, ſcripſit de exortu hominis brutiq; animalis, An. 1661.

EVERINGIUS (Herm.) edidit hiſtoriam Paſſionis Dominicæ, An. 1620. in 4.

EUFRENIUS (Alb.) Amſterdamenſ. medicus ac poëta, An. 1601. floruit. Extant ejus erotica, baſia, &c.

EUGÆON, Εὐγαίων, Samius, Hiſtoricus antiquus, ante bellum Peloponneſiacum vixit, teſte *Dionyſio Halicarnaſſ.*

EUGALENUS (Severinus) ſcripſit de Scorbuto.

EUGAMON, Εὐγάμων, Cyrenæus, de Theſprotis librum edidit, quem *Muſæo* ſuffuratus eſſe dicitur, ut *Clemens Alex. l. 6. Strom.* tradit. *Euſebio, l. 10. de præpar. Evang.* Eugrammon Cyrenæus appellatur. Videatur *Thomaſius de Plagio, §. 419.*

EUGENATOR, Εὐγενάτωρ, allegatur à *Suida* in Φιλάγριος.

EUGENICUS (Nicol.) collegit decreta & leges de materia Dominic. Venet. An. 1598.

EUGENIUS, Εὐγένιος, Phryx, Grammaticus, ſub Anaſtaſio Imp. Conſtantinopoli claruit. Elaboravit Colometriam ſive librum de dimenſione verſuum Æſchyli, Sophoclis & Euripidis, teſte *Suida.* Eugenius ἐν συλλογῇ λέξεων, à *Stephano* in Ἀνακτόριον allegatur, diciturq; ἐν βασιλίδι σχολῆς διακοσμῆσαι.

EVGENIVS III. Piſanus, Pontifex, Anno 1153. obiit. Condidit varias conſtitutiones. Concilia ejus quatuor habentur, *T. 2. Conciliorum*, cum Notis *Binnii.* Curavit etiam compilari Decretum per Gratianum. Vid. *Carolus Viſch. in Ciſterc. pag. 103.*

EVGENIVS, Toletanus Epiſcopus, Anno 636. obiit. Reliquit varia carmina, cum notis *Sirmondi*, Anno 1619. Paris. edita.

EVGENIVS (Marcus) Archiepiſcopus Epheſinus, librum ſtruxit de hominis imbecillitate.

EVGENIVS (Theoph.) edidit Protocataſtaſin, An. 1615.

EVGIPPIVS, ſub Anaſtaſio Imp. circa An. C. 508. floruit. Compoſuit vitam S. Severini, Noricorum Apoſtoli. De Eugippio ita *Caſſiodorus in lect. div cap. 23.* Convenit etiam, ut Presbyteri Eugippii opera neceſſario legere debeatis, quem nos quoq; vidimus, virum quidem non uſq; adeo ſecularibus literis eruditum, ſed Scripturarum divinarum lectione pleniſſimum. Hic ad parentem noſtram Probam, virginem ſacram, ex operibus S. Auguſtini valde beatiſſimis quæſtiones ac ſententias ac diverſas res deflorans, in uno corpore neceſſaria nimis diſpenſatione collegit, & in trecentis triginta octo capitulis collocavit. Qui codex, ut arbitror, utiliter legitur, quando in uno corpore diligentia ſtudioſi viri potuit recondi, quæ in magna Bibliotheca vix prævalet inveniri. Meminit quoq; ejus *Iſidorus.* Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſ. pag. 298. 775. Olearius in Abaco, pag. 154.*

EVGRAPHIVS, vixit ſub Othone III. Imp. A. C. 998. In Terentii Comœdias commentatus eſt. Videatur *Cuperus, l. 1. Obſerv. c. 18.*

EVHEMERVS, Εὐήμερος, tempore Ptolemæi Lagi floruit. *Arnobius, l. 4.* Agrigentinum facit: *Plutarchus & alii* Meſſenium. De eo ita *Lactantius l. 1. c. 11.* Antiquus autor Euhemerus, qui fuit ex civitate Meſſana, res geſtas Jovis & cæterorum, qui dii putantur, collegit, hiſtoriamq; contexuit ex titulis & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebantur, maximę in fano Jovis Triphylii, ubi auream columnam poſitam eſſe ab ipſo Jove, titulus indicabat: in qua columna geſta ſua perſcripſit, ut monumentum poſteris eſſet rerum ſuarum. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius & ſecutus. Sic *ille.* Confer *Scip. Gentilem, in Pareg. 2, 19. pag. 164.*

EVLALIVS, Εὐλάλιος, Cynopolitanus Epiſcopus, A. C. 670. juxta *Sixtum Senenſem* claruit. Scripſit expoſitionem Proſocarmineam in Cant. Canticorum Græcè.

EVLALIVS (Theoph.) collegit monita aurea Societ. Jeſu, A. 1670. Placentiæ.

EVLAR-

EULARDUS (Pet.) edidit Exercitium pietatis, An. 1622. Videatur *Alegambe*, *pag. 380*.

EULENAU (Joh.) fabricavit Speculum Angelicum, An. 1624.

EULOGIUS, Toletanæ Eccleſiæ Epiſcopus, An. 859. obiit. Vitas & martyria martyrum quorundam ſtylo expreſſit. Opera ejus primus divulgavit & ſcholiis illuſtravit *Ambroſius Morales*. Vid. *Ph. Labbe Tom. 1. diſſert. pag. 300. Olearius*, *pag. 154*.

EULOGIUS, Εὐλόγιος, Scholaſticus *ἐν δυσκλίνοις ῥήμασιν* allegatur ab *Autore Etymologici magni*, in *χίω*.

EULOGIUS (Favonius) reliquit comment. in Somnium Scipionis. Editus eſt ab *Andrea Schotto*. Vid. *Caſp. Barthius in Rutil. pag. 82*.

EUMACHIUS, Εὐμάχιος, Neapolitanus, *Athenæo* teſte, hiſtoriam rerum Hannibalicarum compoſuit. Quidam ei Erotica etiam tribuunt. Vide, EUSTATHIUS.

EUMACHIUS, in Περιηγήσει vel deſcriptione orbis à *Phlegonte* de *reb. admir.* allegatur.

EUMELUS Εὔμηλος, Corinthius, poëta antiquus, Olympiade IV. & deinceps claruit. Condidit Βουγονίαν, i. e. carmen de apum generatione: Item, Europam, ut eſt apud *Euſebium* in *Chronico* Hiſtoricum Poëtam *Scholiaſtes Pindari ad Olymp. Od. 13.* ubi g. ejus verſus adducit: *ἱστορικὸν ποιητὴν* verò *Clemens Alexand. l. 6. Stromatum* appellat. Titanomachiam ejusdem citat *Apollonii Scholiaſtes* ad *libr. I. verſ. 1165*. Vid. *Caſp. Barthius* ad *4. Theb. Statii, pag. 1063. Tzetzes in Lycoph. pag 34*.

EUMENES, Εὐμένης, Cardianus, unus è ducibus Alexandri Magni, Ephemerides compoſuit. Meminit ejus *Ælianus* in *Var. hiſt. 3, 23*. Vitam Eumenis *Corn. Nepos* exaravit.

EUMENIUS, Rethor, ſub Conſtantio Imp. Geographiam aliasq; bonas literas docuit. De loco, ubi docuerit, eruditi certant. Quidam in Gallia Belgica apud Clivienſes, ut *Steph. Vign. Pighius in Hercule Prodicio, pag. 5.* alii, ut *Lipſius*, apud Auguſtodunenſes docuiſſe volunt. Statua ejus adhuc Cliviæ in palatio Principum ſpectatur. Stat in veſtitu ſui temporis, uſitato Galliæ Comatæ: tunica videl. talari tectus, & calcei ex aluta pedem ac talos cingunt & ſupra pedem exſecti & feneſtrati ſunt. Comam in fronte & cervice decurtatam æqualiter conſtringit vitta; ſicut ventrem latus baltheus atq; bullatus. Dextra maſſam auri vel argenti in patera poſitam præſentare videtur: ſiniſtra tenet ferulam demiſſam, magiſterii inſigne ac veluti gubernaculum adoleſcentiæ.

EUMOLPUS, Εὔμολπος, Muſæi filius, Orphei diſcipulus, teſte *Suida*, ante Homerum claruit & tria millia verſuum compoſuit: item, Χειρεστικά. Athenienſem fuiſſe tradunt. Eſt & alius EUMOLPUS Corinthius, qui, teſte *Pindari Scholiaſte*, Νόστον τῶν Ἑλλήνων, i. e. Græcorum reditum ſcripſit. EUMOLPI Grammatici *Athenæus*, *l. 11.* meminit.

EUNAPIUS, Εὐνάπιος, Sardianus, Sophiſta, Medicus & Hiſtoricus, tempore Valentiniani, Valentis & Gratiani floruit. Reliquit de vitis Sophiſtarum opus elegans ac venuſtum, in quo paſſim odium ſuum (erat enim gentilis) erga Chriſtianos prodit. Idem Cæſarum res geſtas, orſus, ubi *Herodianus* deſierat, ad ſua tempora usq; perduxit. Extare dicitur in Bibliotheca Veneta. *Photius* teſtatur, *Zoſimum* Eunapianæ hiſtoriæ compendium ſtruxiſſe. Vid. *Hanckius, part. 2. de S. R. R. pag. 100*.

EUNOMIANUS, Εὐνομιανός, Græcus poëta, tempore Juſtiniani Auguſti vixit. Vid. *Suidas*.

EUNOMIUS, Εὐνόμιος, noti nominis hæreticus, ob expilatam *Philonis* lucubrationem manifeſti plagii inſimulatur à *Nyſſeno*. Vid. *Thomaſius de Plagio*, *§. 420*. Compoſuit etiam 7. libros in epiſtolam ad Romanos, teſte *Suida*.

EVODIANUS, Εὐοδιανός, Smyrnæus, inter Sophiſtas collocatur à *Philoſtrato*, *in vitis Soph. pag. 562*.

EVODIUS, Uzalenſis Epiſcopus, ſub Arcadio & Honorio Impp. claruit. Librum de miraculis, per reliquias S. Stephani Protomartyris in Africa factis, *Sigeberto c. 15. in illuſtr. Script.* compoſuiſſe dicitur. Verum librum illum ad Evodium, non ab Evodio conſcriptum eſſe, alii aff. Vid. *Varenius*, *part. 1. Ration. de Scr. Eccl. pag. 142. Olearius*, *in Abaco. pag. 155*.

EVODUS, Εὔοδος, Rhodius, verſificator

tor heroicus, Neronis tempore fuit. In Romana poëſi (inquit *Suidas*) admirabilis erat. Videatur *Anthol. l. 4. c. 8.* & *10.*

EUPHANTUS, Εὔφαντος, Olynthius, tempore Antigoni I. Macedoniæ Regis floruit, cujus etiam præceptor fuiſſe dicitur. Fecit Tragœdias plurimas: item, librum de Regno, quem Antigono Regi transmiſit. Deniq; ſui temporis hiſtoriam compoſuit, teſte *Laërtio, l. 2.* Meminit ejus & *Porphyrius, l. 4.* περὶ Ἀποχῆς, *pag. 157.*

EUPHEMIUS, Εὐφήμιος, ἐν τῷ περὶ Πατρίδος allegatur à *Stephano*, in Ἀφέρμιον.

EUPHEMIUS, illuſtris Grammaticus à *Conſt. Porphyrog. in Them. pag. 94.* appellatus eſt.

EUPHEMUS, Εὔφημος, citatur à *Polluce* ἐν στεφανοπλόκοις. Ejusdem *Ammonius Gramm. lib. de vocum different.* in ἴδη mentionem facit.

EUPHORBUS, celebris Medicus, Artorii Muſæ frater, tempore Auguſti claruit. Ab hoc *Jubas*, Rex Mauritaniæ, herbam Euphorbiam denominavit, teſte *Plinio, 25, 1.*

EUPHORBUS, Εὔφορβος, Phryx, teſte Callimacho apud *Laërtium in Thalete*, εὗρε σκαληνὰ καὶ τρίγωνα, καὶ ὅσα γραμμικῆς ἔχεται θεωρίας.

EUPHORION, Εὐφορίων, Chalcidenſis, Olymp. CXXVI. natus eſt. Ad Antiochum Magnum profectus, ab eo Regiæ Bibliothecæ præfectus eſt. Varia carmine heroico compoſuit. *Ciceroni, l. 2. de Divin.* obſcurus poëta vocatur. Carmina tamen ejus plurimum amavit Tiberius Imp. teſte *Suetonio, in Tib. c. 70.* Inter alia Μοψοπίας, in qua de rebus Atticis agebat, condidit. Scripſit etiam περὶ Μελοποιῶν: uti & περὶ Ἰσθμίων. *Athenæus* cum Ἐποποιοῦ nomine ab aliis diſtinguere ſolet.

EUPHORION, Æſchyli filius, Tragicus, Dramata vel Fabulas docuit. Videatur *Suidas. Parthenius, cap. 12.* & *36.* ejus Θρᾷκα, & *c. 28.* ejusdem Ἀπολλόδωρον citat.

EUPHORION, alius à prioribus, de re ruſtica commentatus eſt. Vid. *Varro* & *Columella 1, 1.*

EUPHORUS, Εὔφορος, teſte *Athenæo*, περὶ Εὑρημάτων, i. e. de rerum inventionibus librum edidit. Meminit ejus *Clemens, l. 1. Strom.* Vide, EPHORUS.

à S. EUPHRASIA (Bonif.) collegit 2. centurias Menologii. Vid. *Hallero. in Bibl. Cur. pag. 38.*

EUPHRATES, Εὐφράτης, Philoſophus, memoratur *Stephano*, in Ἐπιφάνεια.

EUPHRON, Εὔφρων, Comicus, Dramata docuit. Ex iis Ἀδελφοὺς, Διδύμους, Θεωροὺς, Μούσας, Παραδιδομένην, Συνεφήβους, Ὑπομνήματα, *Athenæus, Stobæus, Suidas* allegare ſolent.

EUPHRONIUS, Εὐφρόνιος, poeta, *Straboni* laudatur, qui refert, eum ſcripſiſſe de Priapo. *Varro, l. 1. c. 1. de re ruſt.* duos Euphronios memorat, unum Athenienſem, alterum Amphipolitam, & utrumque Georgica ſcripſiſſe affirmat. Et forte hoc nomen *Columellæ l. 9. c. 4.* reſtitui debet.

EUPHYTON, Εὐφύτων, à *Columella 1, 1.* inter Scriptores rei ruſticæ refertur. Apud *Varronem 1, 1.* Euphiton malè editum legitur.

EUPITHIUS, Εὐπείθιος, poëta, Epigramma fecit, quod habetur *l. 1. Anthol. c. 7.*

EUPOLEMUS, Εὐπόλεμος, hiſtoricus, non ſemel à *Joſepho, l. 1. contra Apionem* allegatur. Tractavit de Judæorum Regibus, quemadmodum colligitur ex *Clem. Alex. l. 1. Strom.* Confer *Euſebium, l. 9. de Præpar. Evang.* Eupolemi Tactica *Ælianus in Tact. c. 1.* celebrat.

EUPOLIS, Εὔπολις, celebris Comicus, Olymp. LXXXV. claruit. Docuit Fabulas quamplurimas, quarum catalogum attexere placet. Eæ vero ſunt Αἶγες, Ἀλῶες, Ἀστράτευτοι ἢ Ἀνδρόγυνοι, Αὐτόλυκος, Αὐτόλυκος δεύτερος, Βάπται, Δῆμοι, Δυαὶ, Εἵλωτες, Κόλακες, Μαρικᾶ, πόλεις, Προσπάλτιοι, Στρατεῖαι ἢ ἀστράτευτοι, Ταξίαρχοι, Φίλοι, Χρυσοῦν γένος. Confer *Voſſium, l. 1. de Poët. Græc. pag. 38.* Quidam ajunt, ab Alcibiade, in quem Baptas ſcripſerat, in mare dejectum eſſe: quos *Eratoſthenes* redarguit. Vid. *Cicero, l. 4. ad Att. Epiſt. 1.* Alii volunt, in bello Laconico militantem naufragio periiſſe in Helleſponto: unde, ut *Suidas* nos docet, decretum, ne poſtea poëtæ militarent. *Ælianus de hiſt. anim. 10, 41.* in Ægina mortuum & ſepultum refert,

refert, addens, locum vocari *κυνὸς θρῆνον*, eò quòd canis dominum ſuum lugens ibidem ſit extinctus.

EURIPIDES, Εὐριπίδης, Athen. Tragicus antiquior, XII. Fabulas edidit, teſte *Suida*.

EURIPIDES, prioris ex fratre nepos, ſtruxit Homericam editionem: item, 3. fabulas, Oreſtem, Medeam, Polyxenam. Vid. *Suidas*.

EURIPIDES, Mneſarchi filius, Tragicus, natus eſt Anno primo Olympiadis LXXV. obiit, Anno 3. Olympiadis XCII. Eum eſſe Poëtarum *τραγικώτατον*, *Ariſtoteles in arte Poëtica* judicat. Auditor Anaxagoræ Phyſici fuit: in Rhetoricis Prodicum Ceum audivit: in moralibus Socrate doctore uſus eſt. *Agellius, l.* 15. *c.* 20. refert, Euripidem, cum in Macedonia apud Archelaum Regem eſſet, noctu a cœna redeuntem à canibus, per æmulum immiſſis, dilaceratum eſſe. Confer *Val. Max. l.* 9. *c.* 12. Æmulum illum *Promerum* dictum fuiſſe, *Suidas* obſervat; unde *proverbium*, Προμέρου κύνες. *Athenis* tale ei *Cenotaphium* erectum eſt, teſte Thoma Magiſtro:

> Μνῆμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου,
> ὀστέα δ' ἴσχει
> Γῆ Μακεδὼν· ᾗ γὰρ δέξατο τέρμα
> βίου.
> Πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλὰς Ἀθῆναι· πλεῖστα
> δὲ Μούσας
> Τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον
> ἔχει.

Vid. *Meurſius in Athenis Atticis, l.* 1. *c.* 2. Tragœdiarum Euripidis catalogum memoratus *Meurſius* ſingulari libro complexus eſt, Anno 1619. in 4.

EURIPUS, Εὔριπος, teſte *Harpocratione* in Ἰσαῖος, librum de Iſocratis Rhetoris diſcipulis compoſuit. *Jonſius de Scr. Hiſt. Phil.* 1, 3. eundem facit cum Hermippo.

de EUROMODIO (Rob.) Monachus Clarævallenſis, commentarium in Catonis diſticha exaravit & Petro de Salutiis dedicavit, An. 1485.

EUROTELES (Theod.) Friſius, Judicium Paridis in modum Tragœdiæ, Anno 1574. publicè præſentavit.

EURYMACHÆRA (Caſp.) edidit Parva Biblia, An. 1615.

EURYPHAMUS, Εὐρύφαμος, Pythagoricus, à *Stobæo*, *Serm.* 101. *pag.* 555. περὶ βίου allegatur.

EURYSUS, ΕΥΡΥΣΟΣ, in libro de Fortuna, à *Stobæo in Eclog. Phyſ. pag.* 16. adducitur.

EUSCHEMUS, Εὔσχημος, Comicus, Dramata docuit, ex quibus Ἐμπολὴ *Athenæo* laudatur. Vid. *Suidas*.

EUSEBIUS Pamphili, Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου dictus (ob amicitiam cum *Pamphilo* martyre cultam, teſte *Hieronymo*) Cæſarienſis in Palæſtina Epiſcopus, tempore Conſtantini Magni & Conſtantii floruit. Obiit An. Chr. 340. Condidit *Hiſtoriam eccleſiaſticam* 10. libris, in quibus initium facit à nato Chriſto, & progreditur usq; ad ſua tempora. Addidit etiam quatuor libros de vita Conſtantini. Præterea *Chronicon* edidit, in quo propoſitum ipſi fuit oſtendere, Moſaicas origines initiis omnium gentium & regnorum longè fuiſſe antiquiores. Hoc Chronicon *Joſ. Scaliger* notis illuſtravit, quibus nihil eruditius, judice *Voſſio*, ſub Sole viſum eſt. Idem *Euſebius* veritatem religionis Chriſtianæ aureis *commentariis de Præparatione Evangel.* tueri auſus eſt: in quo opere omnes Philoſophorum, Hiſtoricorum, Theologorum non Græcorum modò, ſederiam Ægyptiorum & Phœnicum arcas librarias reſeraſſe exiſtimatus eſt. Arianum fuiſſe, *Billius l.* 1. *Obſ. ſacr. c.* 27. oſtendit. De Euſebio, *Rivetus*, *Tom.* 2. *Oper. pag.* 1101. *Phil. Labbe*, *Tom.* 1. *diſſert. pag.* 301. *Zimmerman. in Analect. Menſtr. pag.* 2. *Olearius in Abaco, pag.* 155. conſuli poterunt. Confer *Suidam*: item, *Hanckium in Byz. Scr. pag.* 1. & *ſeqq.*

EUSEBIUS, Arabius Sophiſta, Ulpiani æmulus fuiſſe traditur. Vid. *Suidas*.

EUSEBIUS, Aſiaticus, Novatianæ ſectæ addictus, *Caſſiodoro* familiaris fuit. Cum quinq; annorum puer eſſet, videndi facultate privatus eſt: in literis tamen & ſacris ſcripturis mirificè profecit. Hic (inquit *Caſſiodorus l. de Div. lect. c.* 5. *pag.* 869.) tantos autores, tantos libros in memoriæ ſuæ bibliotheca condiderat, ut legentes probabiliter admoneret, in qua parte codicis, quod prædixerat, invenirent: diſciplinas omnes & animo retinebat & expoſitione planiſſima lucidabat, &c. Quid plura? fecit credi de

de Didymo, quæ ſuo præſentabat exemplo. Hæc *ille*.

EUSEBIUS, Cappadox, Rhetor, ſub Conſtantio Imp. floruit. Hic facundia ſua Sapori, Perſarum Regi, propè perſuaſerat, ut abjecta tiara privatus fieret. Sic *Voſſius de nat. Rhet. pag. 88.* Alii tamen *Euſtathio Cappodoci* hoc tribuunt. Vide infrà.

EUSEBIUS, Emiſenus, tempore Conſtantii Imp. claruit. Meminit ejus S. *Hieronymus in Catalogo Vir. Illuſtr.* Quidam ei Homilias in Evangelia totius anni, & rurſus quinquaginta varii generis Homilias tribuunt. Sed recte *Bell.* & *Sixtus Senenſ.* eas Latini alicujus rapſodi eſſe exiſtimant. Vid. *Ph. Labbe, l. c. pag. 310. Rivet. T. 2. Oper. pag. 1100.*

EUSEBIUS, Scholaſticus, tempore Arcadii & Theodoſii Junioris vixit. Teſte *Nicephoro, l. 13. hiſt. Eccleſ. c. 6.* bellum contra Gainam, Gothorum Regem, quatuor libellis heroïco verſu luculenter expoſuit.

EUSEBIUS, Vercellenſis Epiſcopus, Anno 380. juxta *Sixtum Senenſ.* obiit. Scripſit Comm. in Pſalmos, quem ex Comment. *Euſebii Cæſarienſis*, in Lat. à ſe converſo, collegit, relectis iis, quæ ad Arianam hæreſin facere videbantur. Ejus encomium *S. Ambroſius* duobus ſermonibus complexus eſt.

EUSEBIUS (Joh.) compoſuit Sigalionem ſive ſapientiam Myſticam, Madriti, Anno 1629.

EUSTACHIUS (Barthol.) Sanctoſeverinas, emiſit Tractatum de dentibus, Anno 1563: item, varia opuſcula anatomica.

EUSTACHIUS (Fr.) edidit Ethicam, in tres partes diviſam.

EUSTACHIUS (Joh. Mart.) Gambateſanus, Med. vitam Galeni, Anno 1577. ſtilo expreſſit.

EUSTATHIUS, Ἐυςάθιος, Antiochenus, An. 330. claruit. Reliquit Comm. in Hexaëmeron: item, diſſertationem de Engaſtrimytho, adverſus Originem. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 158.*

EUSTATHIUS, Cappadox, Rhetor, tempore Conſtantii Imp. vixit. Tanta erat in ejus ore ſuavitas, ut, qui vocem hominis audirent, obliti ſui, tanquam qui lotum deguſtaſſent, à verbis illius penderent. Hunc aliquando Imperator in Perſidem ad Saporem, hominem tyrannicum & adeuntibus difficilem, miſit, à quo Euſtathius ad epulum vocatus, tanta eloquentia animum Saporis percellere cœpit, ut parùm abfuerit, quin tiaram rectam cum purpureo paludamento & gemmatis monilibus depoſuerit & cum Euſtathii penula commutarit. Hæc *Eunapius in Ædeſio pag. 46.* qui addit, eum conjugem habuiſſe, *Soſipatram* nomine, quæ præſtanti doctrina tanta præluxerit marito, ut præ illa hujus gloria penè obſoleverit.

EUSTATHIUS, Epiphanienſis, Anaſtaſio imperante floruit. Compendium Annalium, *Suida* teſte, novem libris abſolvit, progrediens ab Ænea uſq; ad Anaſtaſium. *Nicephorus, l. 14. Hiſt. Eccl. c. 57.* teſtatur, Amidæ expugnationem ab eodem literis conſignatam eſſe.

EUSTATHIUS, Theſſalonicenſis Epiſcopus, tempore Manuelis Comneni Imp. item, Alexii Comneni & Andronici floruit. *Nicetas Choniates* eum πολὺν καὶ μέγαν ἐν λόγοις: item, ἀρετῇ διαβεβοημένον [illegible] appellat. Edidit uberrimum comment. in Homerum ſimiliter Expoſ. in περιήγησιν Dionyſii. Habetur etiam vulgo pro autore ſex librorum de amoribus Iſmeniæ & Iſmenes, quos *Gaulminus* Latinè tranſtulit. Sunt tamen, qui *Eumathium* Macrembolitam Protonobeliſarium pro vero autore agnoſcere malint. Vid. *Voſſius, l. 4. de hiſt. Gr. c. 19.*

EUSTATHIUS, vir diſertiſſimus à *Caſſiodoro in lect. div. cap. 1.* vocatur, & *Baſilii Hexaëmeron* ita Latinè tranſtuliſſe dicitur, ut ingenium doctiſſimi Patris facundiæ ſuæ viribus æquiparaſſe viſus fuerit.

EUSTHENIUS (Claud.) tempore Diocletiani Imp. vixit, & quatuor Impp. Diocletiani videl. Maximiani, Galerii & Conſtantii vitas ſtilo expreſſit. Vid. *Vopiſcus in vita Carini.*

EUSTEPHIUS, Ἐυςέφιος, Aphrodiſienſis Sophiſta, declamationes habuit, teſte *Suida*.

EUSTOCHIUS, Ἐυςόχιος, Cappadox, vixit tempore Conſtantis Imp. & de Cappadocia ſcripſiſſe fertur. Videatur *Suidas*.

EUSTRATIUS, Ἐυςράτιος, compoſuit

tres

tres libros de animis vita deſunctorum. Vid. *Photius*, *Cod. CLXXIII.*

EUSTRATIUS, Nicænus Epiſcopus, judice *Conringio*, ſeculo X. claruit. Libros X. Eth. Nicomach. erudito commentario illuſtravit. Ejus doctrinam egregie oſtendit doctiſſimus commentarius in 2. ὕστερον Ἀναλυτικῶν, cujus verſionem *Andreæ Gratiolo* debemus.

EUTECNIUS, Εὐτέκνιος, Sophiſta, paraphraſin Græcam in Nicandri Theriaca & Alexipharmaca: item, in Oppiani Alieutica & Ixeutica ſtruxit. Extare fertur manuſcripta Viennæ in Bibliotheca Auguſta, teſte *Lambecio*, *in Catalogo propriorum operum.*

EUTHALIUS, Εὐθάλιος, Græcus, exaravit Διήγησιν ſive enarrationem de vita & peregrinatione S. Pauli Apoſtoli. Vid. *Olearius in Abaco*, *pag. 159.*

EUTHALIUS, Rhodius, S. Baſilii Monachus, ad imitationem *Hugonis*, A. 1300. opus Concordantiarum Bibl. Græc. collegit. Vid. *Olearius l. c.*

EUTHENARDUS (Arn.) Vaſconiæ deſcriptionem, Pariſ. Anno 1638. edi curavit.

EUTHYCLES, Εὐθυκλῆς, poëta, ſcripſit Ἀσώτους & Ἀταλάντην. Vid. *Suidas* in Εὐθυκλῆς & βοῦς ἕβδομος.

EUTHYDEMUS, Εὐθύδημος, Athenienſis poëta, nonnulla ſub nomine *Heſiodi* edidiſſe dicitur.

EUTHYMENES, Εὐθυμένης, Maſſilienſis, Geographiam compoſuit, teſte *Artemidoro Epheſio.* Meminit ejus etiam *Seneca*, *l. 4. nat. quæſt. cap. 2.* Fortaſſis idem eſt, de quo *Clemens Alex. l. 5. Strom.* qui Euthymenem Chronica reliquiſſe aſſerit.

EUTHYMIUS, Εὐθύμιος, Zigabenus, ſeculo XII. vixit. Scripſit commentarios ſuccinctos in S. Scripturam, quos primus omnium latinos fecit *Philippus Saulius.* Extant etiam Euthymii commentarii in epiſtolas Paulinas, quos tranſtulit *Joh. Hentenius.* Eidem Panoplia contra hæreticos tribuitur. Vid. *Ph. Labbe*, *T. 1. Diſſ. de S. E. pag. 311. Olearius in Abaco*, *pag. 159.*

EUTHYPHRON, Εὐθύφρων, filius Heraclidæ Pontici, *Diogeni Laërtio*, *l. 1.* memoratur.

EUTOCIUS, Εὐτόκιος, Aſcalonita, ſeculo 6. à Chriſto nato floruit, ſiquidem ſcripta ſua Hermiæ, Ammonii filio, cenſenda tranſmiſit. Ejus commentarius in Archimedem, An. 1544. prodiit.

EUTOLMIUS, Εὐτόλμιος, Illuſtris, epigrammata fecit, ceu patet ex *l. 6. Anthol. c. 25.* Confer *l. 3. cap. 12.*

EUTROPIUS, Sophiſta, uti à *Suida* appellatur, tempore Juliani, Joviani & Valentis Impp. vixit. Reliquit Breviarium rerum Romanarum, ab Urbe condita usq; ad Valentem, cui & opus illud inſcripſit. Hoc Breviarium primò à *Capitone Lycio*, deinde verò à *Pæanio* Græcè verſum eſt. Pæanii metaphraſin *Silburgius* edidit.

EUTROPIUS, Presbyter, Auguſtini diſcipulus, duas epiſtolas conſolatorias, teſte *Gennadio*, ad duas ſorores, à parentibus ob religionem exhæredatas, exaravit.

EUTROPIUS, Medicus, *Marcello Empirico* celebratur.

EUTROPIUS, Grammaticus, à *Priſciano*, *l. 1.* allegatur.

EUTYCHES, Grammaticus, de orthographia ſcripſiſſe dicitur. *Apud Caſſiodorũ c. 9. de orthogr.* ex eo nonnulla adducuntur, quæ ad doctrinam de aſpiratione faciunt. *Caſpar Barthius, ad l. 12. Theb. Papin. pag. 1568.* literatiſſimum in utraq; lingua literatorem appellat.

EUTYCHIDAS, Εὐτυχίδας, *Plutarcho in vita Lycurgi* adducitur.

EUTYCHIUS Batricides vel Patricides, Alexandrinus Patriarcha, An. C. 937. claruit. Aliàs *Said Ibn Batrik* dicitur. Scripſit hiſtoriam univerſalem à C. M. usq; ad ſua tempora; in qua plurima ad hiſtoriam tum ſacram, tum profanam attinentia occurrunt notatu digniſſima, quæ nuſpiam omnino ſive apud Latinos ſive apud Græcos inveniuntur. Duo ejus exemplaria hodiè in Anglia aſſervari ſcribit *Joh. Seldenus*, quorum alterum Antiochenum, alterum Alepenſe vocat. Confer, quæ ſuprà in BATRICIDES diximus. Vid. *Reineſius in Epiſt. ad Hofm. pag. 321. 409. & Hottingerus in Bibl. Arab. pag. 71.*

EUTYCHIUS Proculus, Siccenſis, in Grammaticis præceptor fuit Antonini

Philoſophi. De iis, quæ in peregrinis regionibus miranda inveniuntur, commentatus eſſe dicitur.

EUXENUS, Εὔξενος, antiquus poëta, à *Dionyſ. Halicarn. l.* 1. laudatur.

Eng. EWICHIUS, Clivius, *Antonini Dianæ* moralium Reſolutionum compendium An. 1637. adornavit. Vid. *Alegambe, p.* 105.

EWICHIUS (Joh.) JCtus, de officio Magiſtratus tempore peſtis, A. 1582: item, de Sagarum viribus & factis ſcripſiſſe traditur.

ab EXEA (Andreas) JCtus, tractavit de Pactis, An. 1581.

EXNERUS (Balthaſ.) de Hirſchberga, An. 1620. inclaruit. Edidit Valerium Maximum Chriſtianum: item, Anchoram utriusq; vitæ, vel, carmina in ſymbolum, SPERO MELIORA. Scripſit etiam libellum de ludo Scacciæ.

EXNOTTIS (Steph.) compoſuit librum de remiſſione à pœna & culpa, Mediolani, An. 1500.

de EXPECTATIONE (Joh. Bapt.) reliquit Minerale concionum, Lugduni, An. 1669.

EXPILLIUS (Claud.) Delphinas, natus eſt, A. 1561: obiit, A. 1636. Carmina fecit.

EXSUPERANTIUS (Julius) Salluſtii hiſtoriam brevioribus gyris conſtrinxit. *Caſp. Barthius in Claud. pag.* 847. Exuperantius is, epitomator, ut volunt, Salluſtii, poteſt ut is ſit, qui à *Rutilio* pater Palladii laudatur *libro priore Itinerarii, verſu* 214. cùm ea ætate illud decurtandorum auctorum priſcorum ſtudium jam increbuiſſet. Hæc *ille*.

EXTERUS (J.H.) methodum Catecheticam, An. 1620. typis tradidit.

ab EYB (Alb.) J.U.D. Pii II. cubicularius, Bambergenſis & Euſtettenſis eccleſiæ Canonicus, dicta oratorum, poetarum, hiſtoricorum ac Philoſophorum collegit, dedicavitq; Johanni, Monaſterienſi epiſcopo. Opus illud abſolutum eſt, Anno 1493. Kal. Jan. & inſcribitur *Margarita Poëtica.*

EYBENIUS (Huldericus) JCtus, edidit Electa Juris feudalis: item, obſervationes ad 4. libros Inſtitutionum, An. 1669.

EYCKIUS (Arn.) Ultrajectinus, ſcripſit Tabulas in Grammat. Græcam, An. 1582: item, libellum epithalamiorum.

EYCKIUS (Jac.) Antverp. An. 1620. floruit. Vulgavit carmina: item, Centuriam urbium Belgicarum.

EYLSHEMIUS (Abrah.) edidit 10. conciones de S. Cœna, An. 1668.

EYMERICUS (Nicol.) Gerundenſis, Anno 1393. obiit. Reliquit Directorium inquiſitorum: id quod prodiit, A. 1578. cum ſcholiis *Franc. Pegnæ*, fol.

ab EYNATTEN (Maximil.) Anno 1631. obiit. Collegit Manuale exorciſmorum, teſte *Swertio.*

EYNDIUS (Jac.) Delphius, Anno 1611. floruit. Compoſuit Chronicon Zelandiæ: Hydropyrica: librum nugarum: Martem exulem, teſte *Swertio.* Vid. *T.* 2. *Delit. Belg. pag.* 286.

EYRINGIUS, Proverbia tribus voluminibus complexus eſt.

ab EYSSINGA (Thiallingus) JCtus, in Inſtitutiones Juris, Anno 1649. commentatus eſt.

EYSENGREIN (Guilh.) Vide, EISENGREIN.

EYSSONIUS (Henr.) condidit Tract. anatomicum de oſſibus infantis cognoſcendis, conſervandis & curandis, An. 1659.

EYTZWERTIUS (Jac.) ſtruxit verſu heroico librum, cui titulus, Aldenardias, teſte *Sandero:* item, elegias.

EZARHARAGUI, Medicus Arabs, A. C. 1026. obiit. Vid. *Hottingerus in Bibl. quadrip. pag.* 256.

EZECHIEL, Ἐζεκιὴλ, poëta Judæus, juxta *Sixtum Senenſ.* 40. annis ante Chriſtum claruit. Scripſit Tragœdiam de Moſe, quam ἐξαγωγὴν, i. e. eductionem ſive liberationem Hebræorum appellavit. Meminit ejus *Clemens Alex. l.* 1. *Strom.* & *Euſebius Pamphili, l.* 1. *de præp. Evang.* Prodiit Græcè cum tralatione *Frid. Morelli*, An. 1590.

EZGUERRA (Alf.) Alfaranus, Hiſp. Anno 1637. obiit. Librum edidit, titulò, Greſſus ſanctiſſimæ Virginis. Videatur *Alegambe, pag.* 18.

F.

FABA (Auguſt.) In Ariſtotelem, de anima, Anno 1596. commentatus eſt.

de FABARIA (Conr.) ſcr. de caſibus monaſterii S. Galli. Editus eſt à *Goldaſto*.

FABER (Ægid.) Bruxellenſis, Carmelita, Anno 1506. obiit. Condidit hiſtoriam Brabantiæ: Comm. in Ruth: item, in Evangelia & libros Sententiarum. Vid. *Sweertius in Ath. Bat. pag. 106. Ghilinus, vol. 2. pag. 70.*

FABER (Anton.) JCt. edidit Rationalia in Pandectas, 4. voluminibus, An. 1616. Vid. *Thomaſius de Plagio, §. 422.*

FABER (Auguſt.) Inter claros Italos habetur. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 135.*

FABER (Baſil.) ſcripſit de Saxonia: item, Theſaurum Lat. linguæ.

FABER (Claud.) Antonii filius, Vogelaſi dominus, 30. annis verſioni *Q. Curtii* inſudavit. Vid. *Borremanſ. pag. 109.*

FABER (Felix) compoſuit 2. libros hiſtoriæ Suevorum. Habetur inter ſcriptores rerum Suevicarum, à *Goldaſto* editos.

FABER (Fr.) Sileſiam, A. 1592. publicaſſe dicitur.

FABER (Greg.) Morsburgenſis, A. 1640. vixit. Extat ejus libellus, Bivium religionis, inſcriptus. Videatur *Alegambe, pag. 164.*

FABER (Honoratus) Gallus, celebris Theologus & Philoſophus, h. t. claret. Edidit Tract. de Plantis: alium, de Homine, Paris. An. 1666. Extat ejusdem Euphyander: item, Phyſica, in 3. volumina diviſa, An. 1670. in 4.

FABER (Jacob.) Stapulenſis, Anno 1503. claruit. Vixit 101. annos, purus ab omni contagione muliebri. De εὐθανασίᾳ hujus viri *Hubertus Leodius, l. 11. ad An. 1538.* legi poteſt. *Jovius in Elogiis, numero 121.* ita ſcribit: Ab hoc totius Galliæ juventus ad cultarum literarum ſtudia alacriter excitata eſt. Faber enim ingeniorum appellari volebat, cùm in omni ferè doctrinæ genere ad docendum aptiſſimus haberetur. Scripſit Comm. in Aſtronomic. Juventuti perutiles, & ſcholia in moralem Philoſophiam diſcentibus peroportuna. Ætate autem confectus, cùm S. literas attigiſſet, à Lutherana doctrina non procul abfuit, ita ut in ea ſuſpicione ſenex moreretur. Hæc *ille*. Confer *Jac. Verheiden, pag. 104. Sauſſay, pag. 25. Olearium, pag. 223.*

FABER (Jac.) emiſit elucidationes in Polit. & Oeconomiam Ariſtotelis, Paris. An. 1611.

FABER (Joh.) Bambergenſis, Pontificis Medicus, in Athenæo Rom. profeſſor, Hiſtoriæ Mexicanarum plantarum *Nardi Ant. Recchi* ſcholia doctiſſima adjecit, Romæ, An. 1651.

FABER (Joh.) Burdigalenſ. JCt. reliquit comment. in Codicem Juſtiniani. Vid. *Panzirolus, in JCt. 2, 61.*

FABER (Joh.) Danus, profeſſor eloquentiæ Soranus, An. 1657. claruit. Edidit Tr. de Inſcriptionibus: item, Infamiam Famiani, *Caſp. Scioppii.*

FABER (Joh.) Halenſis, hiſtoriam Suſannæ, An. 1592. verſibus expreſſit.

FABER (Joh.) Lavignanus, manipulum anagrammatiſmorum, Anno 1608. edidit.

FABER (Joh.) Mechlinienſis, An. 1579. floruit. Progymnaſmata Juris Canonici exaravit.

FABER (Joh.) Viennenſis, Epiſcopus, An. 1541. obiit. A *Bellarmino* refertur inter præcipuos doctores, qui Luthero & Lutheranis reſtitère. Malleum Hæreticorum 6. libris complexus eſt. Vid. *Olearius, pag. 252.*

FABER (Joh. Matth.) ſcripto expoſuit Strychnomaniam, An. 1677.

FABER (Joh. Rudolf.) in Organum Ariſtotelis, Anno 1623. commentatus eſt. Vulgavit etiam Curſum Phyſicum, An. 1625. Genev.

FABER (Matth.) Germanus, ſtruxit ſilvam concionum & in 3. Tomos digeſſit. Vid. *Alegambe, pag. 337.*

FABER (Nicol.) Pariſ. Theologus, Anno 1612. obiit. Vid. *Caſaub. Exerc. p. 551: item, epiſt. 716.*

FABER (Pet.) Arvernus, An. 1615. mortuus eſt, octogenario major. Rupellæ linguam Hebraicam docuit. Scripſit comm. in libros Academ. Ciceronis. Vid. *Colomeſ. in G. O. pag. 148.*

FABER (Pet.) Saniorianus, JCtus, Anno 1600. vivis exceſſit. Compoſuit 3. libros Semeſtrium: tres libros Agoniſticon ſive

FABRICIUS (Georg.) Chemnicenſis, natus eſt, An. 1516. : obiit, Anno 1571. Scholæ Miſenenſi 26. annis præfuit. A Maximiliano Imp. ſub ipſa ferme morte laurea poëtica & nobilitatis inſigni condecoratus eſt. In carmine elaborando eam ſanctitudinem adhibuit, ut quævis vocabula, ethnicismum poëticum redolentia, penitus ac penitus caveret atq; fugeret. Edidit Romam, quæ ita ad verſus poëtarum aptata eſt, ut ex illis expreſſa & effecta eſſe videatur: item, ſeptem libros rerum Miſnicarum. Marchiones Miſnenſes quoq; elegiaco carmine expreſſit. Meminit hujus Fabricii *Thuanus l. 50.* Vid. *Pet. Lotichius, pag. 3. B. P. pag. 63. Albinus in Chr. Miſn. pag. 362.*

FABRICIUS (G. Andr.) ſcripſit Catenam Apoſtolicam, Lipſ. A. 1634. fol.

FABRICIUS (Guido) Boderianus, Anno 1572. floruit. Rituale Severi, Alexandrini Patriarchæ, Syriacè & Latinè edidit. Editionem operis Regii Hiſpanici omni ſtudio adjuvit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 41. Thomaſius de Plagio, §. 427.*

FABRICIUS (Guilh.) Noviomagus, Anno 1628. obiit. Vulgavit Leonis Magni enarrationem in Paſſionem Dominicam. Videatur *Valer. Andreæ in Faſt. Lovan. pag. 132.*

FABRICIUS (Guilh.) Gallus, An. 1540. claruit. Vid. *Colomeſ. in G. O. pag. 7.*

FABRICIUS (Hieron.) Medicus, ſcripſit de Ovo: de brutorum loquela: de reſpiratione. Condidit etiam Pentateuchũ Chirurgicum. Conf. *Ghilinum, vol. 1. pag. 117.* Vide, ab AQUAPENDENTE.

FABRICIUS (Jac.) Guſtavi Adolphi, Suecorum Regis, concionator caſtrenſis, compoſ. comment. in lib. Judicum: item, Diſpp. in Geneſin, teſte *Micrelio.*

FABRICIUS (Joh.) Dantiſcanus, edidit teſtamentum Muhammedis, An. 1638. item, Specimen Arabicæ linguæ.

FABRICIUS (Jac.) Roſtochienſis, Medicus & Mathematicus, natus eſt, Anno 1577: obiit, An. 1652. Scripſit de Vertigine, Catarrho, Cephalalgia autumnali, &c. Vid. *H. Witte, in Medicis, pag. 144.*

FABRICIUS (Joh.) Montanus. Vide, MONTANUS.

FABRICIUS (Joh.) Norimbergenſis, Theologus, natus eſt, An. 1618: obiit, Anno 1676. Altdorfii Theologiam profeſſus eſt: inde Norimbergam conceſſit, ubi usque ad obitum gregem Dominicum ſibi commiſſum in fide & moribus magno cum fructu fideliter informavit. Reliquit conciones in Aug. Confeſſionem: item, Locos Theologicos, nondum impreſſos.

FABRICIUS (Joh. Lud.) Schaphuſio Helvetius, natus eſt, Anno 1632. Heydelbergæ Theologiam docet. Emiſit Meditationes divinas & humanas, Anno 1663. Item, lib. de ludis Scenicis, Anno 1666.

FABRICIUS (Joh. Seob.) Spiræ Nemetum, An. 1622. natus eſt. Heydelbergæ Logicam & Græcam linguam aliquamdiu profeſſus eſt. Struxit Theatrum Hieroglyphicum, An. 1665: item Manhemium & Lutercam Cæſaream, An. 1656.

FABRICIUS (Laurent.) Dantiſcanus, Anno 1615. claruit. Conſcripſit partitiones codicis Hebræi. Vid. *Henning. Witte, in Philoſoph. pag. 300.*

FABRICIUS (Mich.) exaravit Apologiam pro Frid. Balduino.

FABRICIUS (Steph.) Bernenſis eccleſiæ paſtor, conciones in Prophetas minores, An. 1641. imprimi curavit.

FABRICIUS (Vincent.) fecit poëmata, An. 1638.

FABRONIUS (Herm.) Eclogam de equeſtri certamine, Caſſellis in Haſſia An. 1602. habito, quæ incipit: *Ut tibi luxuriat, Lycida, grex pinguibus herbis?* promulgavit. Vid. *Placcius, pag. 205.*

FABROTTUS (Carol. Annib.) JCtus, ſcr. de vita & honeſtate Clericorum, Paris. Anno 1651. item, de juſto partu & numero puerperii, anno eodem. *Baſilica* etiam, Græcè & Latinè, ſeptem voluminibus, A. 1647. fol. complexus eſt.

FABYAN (Rob.) Londinenſis, An. 1512. obiit. Reliquit Concordantias hiſtoriarum.

FACELLIUS (Coſm.) Hetruſcus, A. 1632. vivere deſiit. Collegit Legendarium novum Sanctorum.

FACELLUS (Thomas) Siculus, A. 1555. floruit. Duas decades de rebus Siculis contexuit. *Alii* vocant Fazellum.

FACHENETUS (J. Ant.) JCtus, A. 1544. innotuit. Poſtea Pontifex factus eſt.

FACHINÆUS (Andr.) Forolivienſis, JCtus, An. 1600. claruit Piſisq; docuit. Compoſuit juris controverſias.

FACHINCHAMUS (Nicol.) Norfolcienſis, An. 1407. obiit. Scripſit de ſchismatibus eccleſiæ. Vid. *Waddingus in Scr. Od. M. pag. 263.*

FACHSIUS (Lud.) JCtus, de differentiis Juris civ. & Canonici 2. libris commentatus eſt, An. 1595.

FACINUS (Galeat.) Græcis & Latinis literis optimè eruditus erat. *Hermolao Barbaro* laborum ſocium in re literaria ſeſe exhibuit. Vid. *Pierius Val. de Inf. lit. pag. 165.*

FACINUS (Melch.) Conſilia matrimonialia reliquit.

FACIUS (Barth.) Genuenſ. Anno 1430. claruit, & Arrhianum de geſtis Alexandri Magni è Græco in Lat. tranſtulit. De rebus, ab Alfonſo I. Neapolitan. Rege geſtis, 10. libros compoſuit. Cum *Laur. Vallâ* acres inimicitias exercuit. Vid. *Jovius in Elog. numero 109.*

FACIUS (Caſp.) conſtruxit Politicam Livianam. Vid. *Dietericus, pag. 1. Ant. Bibl. pag. 159.*

FACQUÆUS (Joh.) ſcripſit de multipl. hæretic. tentationibus.

FACTOR (Pet. Nic.) Hiſp. natus eſt, Anno 1520: obiit, An. 1583. Ajunt, miras & vehementes ecſtaſes paſſum & ſæpius in aërem elevatum viſum eſſe. Romæ conſilia agitari de referendo inter Sanctos, *Waddingus in Scr. O. M. pag. 286.* autor eſt. Reliquit epiſtolam in laudem Joh. Evangeliſtæ.

de FACUNDEZ (Honor.) tractavit de commodis Patis.

FACUNDEZ (Steph.) Vide, FAGUNDEZ.

FACUNDUS, Epiſcopus Hermianenſis in Africa, tempore Juſtiniani Imp. floruit. Condidit duodecim libros pro defenſione trium capitulorum Concilii Chalcedonenſis. Hos libros diu deſideratos ex codicibus Vaticanis publici juris fecit *Jac. Sirmondus.* Vid. *Rivetus in Critico ſacro, l. 4. c. 26.*

FAERNUS (Gabr.) Cremonenſ. An. 1561. diem obiit. In Veterum ſcriptis ad fidem mſſ. Codicum examinandis exacta diligentia & ſolertia excelluit: id quod Ciceronis nonnulla & Terentius inprimis poſteris teſtabuntur. Non mediocrem etiam à Studioſis gratiam promeruit fabellis Æſopicis, vario carminum genere expreſſis. Carmina ejus habentur *T. 1. Delit. Ital. pag. 920.* Vid. *Thuanus, l. 28. Ghilinus, vol. 2. pag. 100.*

FAES (Ivo) emiſit peculiarem librum de Jubilæis Pontificum Rom. Helmſt. Anno 1676. in 4.

FAETANUS (Matth.) verſibus nomen ſuum celebre reddidit. Vid. *T. 1. Del. Ital. pag. 944.*

FAGELLUS (Sim.) Villaticus, Bohemus, carmina exaravit, ceu videre eſt, *Tom. 3. Delit. Germ. pag. 113.*

FAGIUS (Paul.) natus eſt, An. 1504: obiit, An. 1550. Primò Iſnæ, deinde Argentorati Theologi munere functus eſt: inde in Angliam abiit, ubi etiam deceſſit. Corpus ejus poſt mortem effoſſum & in cineres redactum eſt. Tranſtulit multa ex lingua Hebraica in Latinam, ut פרקי אבות, i. e. capitula Patrum: Lexicon Chald. Eliæ Levitæ: ſententias morales Ben Siræ: Onkeli paraphraſin in quinq; libros Moſis, &c. Vid. *Jac. Verheiden in Elog. Theol. pag. 80.*

de FAGNANO (Lamb.) JCtus, poſtea pontifex factus & Honorius II. dictus eſt. Floruit, An. 1104.

FAGNANUS (Proſp.) ſcripſit in 5. libros Decretalium 5. volumina, A. 1674. fol.

FAGUNDEZ (Steph.) Anno 1645. obiit. De Juſtitia & contractibus commentatus eſt, An. 1641. Fecit etiam apologiam pro ſuo tract. in quinq; præcepta S. matris eccleſiæ, ad quæſtionem, de lacticiniorum ovorumque eſu tempore quadrageſimæ, An. 1631. Vid. *Alegambe, pag. 427.*

FAHRENHORSTIUS (Chriſt.) JCtus, ſcripſit de Bancæruptoribus, An. 1625.

FAJANUS (Nicol.) quæſtionem, An mulier ad ſecunda vota tranſiens dicatur caſtè & honeſtè vivere, diſcuſſit.

FAJARDUS (Did.) Murcianus, condidit Tractatum de ſomniis utriusq; Teſtamenti. Vid. *Alegambe, pag. 91.*

FAJARDUS (Did. Ant.) Madritenſis, edidit allegationes fiſcales, An. 1671.

de la FAILLE (Joh. Carol.) Antv. natus eſt, An. 1597. Prodiit ejus tract. de centro gravitatis, An. 1632. Vid. *Alegambe, pag. 232.*

FAINUS, Cœlum eccleſiæ Brixianæ imprimi curavit.

FAJUS (Jac.) celebris ſeculi præteriti Scævola à quibusdam vocari ſolet. Videatur *Sammartbanus in Elog. pag. 165.*

FALCANDUS (Hugo) tempore Friderici Barbaroſſæ, An. 1156. claruit. Condidit hiſtoriam Siculam, quam primus Gervaſius Tornacenſis publici juris fecit. Vid. *Caſp. Barthius ad 6. Theb. pag. 417. Zeillerus, part. 2. hiſt. pag. 54.*

FALCO, Beneventanus Chronologus, ab Antonio Caracciolo, An. 1626. in lucem editus eſt.

FALCO (Jacob.) Hiſp. ſcripſit de circuli quadratura, An. 1589.

FALCO (Joh.) Magdeburgenſ. obiit Anno 1626. Vid. *Alegambe, pag. 238.*

FALCO (Joſ.) Placentinus, An. 1592. floruit. Extat ejus Chronicon Carmeliticum. Vid. *Obilinus, vol. 1. pag. 135.*

FALCONERIUS (Octav.) Anno 1676. obiit. Edidit Inſcriptiones athleticas, Romæ, A. 1668: item, diſſertationem de nummo Apameenſi, Deucalionæi diluvii typum exhibente. Vid. *Chimentell. pag. 114.*

FALCONEUS (Aymarus) de exhilaratione animi, Anno 1541. commentatus eſt. Vid. *Linden, pag. 89.*

de FALCONIBUS (Æneas) Sabinenſis, JCtus, ſcripſit de Legatis & Papæ reſervatis. Extat *T. 15. Tract. tract.*

de FALCONIBUS (M. Ant.) Græcè doctus fuiſſe & multa Latinè vertiſſe traditur.

FALETUS (Hieronymus) vixit, Anno 1558. Scripſit de dignitate cœlibatus: item, de dignitate matrimonii: item, de bello Sicambrico, Venet. Anno 1557. Carmina ejus leguntur *Tom. 1. Delit. Ital. pag. 944.* Videatur *Obilinus, vol. 1. pag. 118.*

FALKENBURGIUS (Gerh.) Noviomagenſis, Anno 1578. immatura morte extinctus eſt. Fuit Græcè doctiſſimus, id quod tum alia ejus monumenta, tum præcipuè Nonni Panopolitæ editio, ab ipſo procurata, abunde teſtatur. Vid. *Thuanus, l. 60. Swertius, pag. 279.*

FALLERUS (G.) edidit Indicem Breviarii Romani, Frib. An. 1663.

FALLOPIUS (Gabr.) Medicus & Philoſophus, An. 1564. obiit. Compoſuit obſervationes & Inſtitutiones anatomicas: item, opuſcula tria de vulneribus: nec non librum de partibus ſimilaribus corporis humani. Vid. *Obilinus, vol. 1. pag. 67.*

FAMIANUS, de Alchymia nonnulla elaboraſſe legitur.

FANIANUS (Joh. Chryſipp.) tractavit de arte metallicæ metamorphoſeos.

FANENSIS (Johannes) Picenus, obiit An. 1539. Edidit nonnulla contra *Lutherum. Waddingus in Scr. O. M. pag. 205.* vocat virum doctum & religioſum, in dicendo atq; ſcribendo acerrimum.

FANNIANUS (Joh. Marius) ſex libros de bello Arriano, Mediol. An. 1604. publicari fecit.

FANNIUS (C.) A. U. C. 514. floruit. Struxit Hiſtoriam vel Annales. Eorum meminit *Cicero 1. de Legg. & l. 2. de Orat.* item, *ad Attic. 12, 5.* ubi etiam indicat, à *Bruto* fuiſſe in compendium redactos. Vid. *Glandorp. in O. R. pag. 334.*

FANNIUS (Cajus) diverſus à priore, homo elegans & diſertus, reliquit tres libros de iis, qui imperante Nerone aut occiſi aut relegati erant. Vid. *Plinius in Epiſt. l. 5. epiſt. 5. ad Maximum.*

FANNIUS (Rhemnius) Arnobii diſcipulus, Grammaticus & Poëta, imperante Conſtantino Magno floruit. Exaravit elegans carmen de Medicinalibus, ad Lactantium. Ejusdem videtur eſſe liber, carmine hexametro ſtructus, de Ponderibus & menſuris, qui vulgò *Priſciano* tribuitur. Confer *Voſſium de Poët. Lat. pag. 54.* Vide, RHEMNIUS.

FANNIUS Palæmon, vixit tempore Claudii Imp. Vid. *Suet. de Gramm. cap. 23. Voſſius de Poët. Lat. pag. 42.*

de FANO Fortunæ (Mart.) JCt. Tract. de probanda negativa: item, librum de homicidiis edi fecit. Vid. *Guido Panzirolus de J Ct. 2, 40.*

FANOISIUS (Guido) de morbo epidemio, An. 1669. commentatus eſt.

de FANTIS (Ant.) edidit epitomen Scoti in ſententias: item, Speculum rationale, Venet. An. 1504.

FANTONIUS (Phil.) ſcripſit de ratione reducendi annum ad legitimam formam & numerum, Florent. An. 1560.

FANTUCCIUS (Feder.) Bononienſ. Anno 1541. floruit. Extant ejus Deciſiones.

FANTUCCIUS (Joh.) JCtus, An. 1370. claruit. Compoſuit Caſus & Conſilia in Decreta.

FANTUCCIUS (Joh.) Medicus, A. 1604. floruit.

floruit. Egit de univerſi Orbis ſtructura & partium ejus motu.

FANTUCCIUS (J. Bapt.) Medicus, Anno 1513. claruit. Reliquit quæſtiones de Anima.

FANUTIUS (Thomas) Italus, emiſit de comparationibus Poëtarum opuſculum. *Floridus Sabinus, lect. ſubciſ. 3, 4.* vocat garrulam corniculam, inſigni quadam loquacitate omnes aniculas facilè vincentem.

FARA (Joh. Er.) Sardus, JCtus, ſcripſit de eſſentia infantis. Videatur *Tomus 8. Tract. tract.* Item, de rebus Sardinienſium.

FARBÆUS (Thom.) Vellaunus, carmina elucubravit. Videatur *Tom. 1. Delit. Gall. pag. 897.*

FARBIUS (Anthimus) edidit opuſculum Geometricum, Romæ, Anno 1659.

FARELLUS (Guil.) Delphinas, natus eſt, An. 1489: obiit, An. 1565. Eccleſiam Genevenſem unà cum Vireto primus plantavit. A Genevenſibus exactus Metim & tandem Novocomum conceſſit. Diſputationem Bernæ habitam latinè edidit. Videatur *Jac. Verheiden, pag. 116.*

FARINACIUS (Proſp.) JCtus, natus eſt, A. 1544: obiit, A. 1613. Scripſit Praxin & Theoriam criminalem, Concilia, Deciſiones & alia, quæ 13. voluminibus comprehenduntur. De eo ita *Thomaſinus, in Elog. pag. 272.* Vir fuit peracris ingenii, verum ita propenſus ad fallendum & interpretationem in quamcunque partem, ut in ejus ore verum à falſo minimè diſcerneretur. Nam & reos defendere & innoxios impetere & judicum acies tum palam, tum ſcriptis obtundere corradendæ pecuniæ gratia minimè dubitaſſe fertur. Idem *Thomaſinus* etiam luxui deditum fuiſſe memorat. Clemens IIX. de eo dicere ſolebat: Farina iſta bona eſt, vel pollis potius: ſed non ſaccus, cui ille includitur. Confer *Nicium Erythræum, part. 1. Pinacoth. pag. 238. Ghilinum, vol. 1. pag. 201.*

FARINATOR (Matth.) librum conſcripſit 30. annorum labore, titulo, Lumen animæ. Vid. *Dietericus, part. 1. Ant. Bibl. pag. 127.*

FARINERIUS (Guil.) Aquitanus, Anno 1361. obiit. Libellum de mutuatitia negotiatione reliquit. Vid. *Waddingus in Scr. O. M. pag. 152.*

FARNABIUS (Thom.) edidit Annotationes in Martialem & Juvenalem, Anno 1615.

FARNESIUS (Henr.) Leodic. JCtus, Anno 1614. obiit. Scripſit duas appendices ad Ambroſ. Calepinum: diphtheram Jovis: librum de perfecto Principe: epitomen orbis: Tr. de oſtentis. Videatur *Sweertius, pag. 327. Ghilinus, vol. 1. pag. 47.*

FASITELLUS (Honoratus) verſiculis innotuit. Videatur *Tomus 1. Delit. Ital. pag. 952.*

FASOLIUS (Hieron.) Neapolitanus, Anno 1639. obiit, ætatis 72. Emiſit tres Tomos in primam partem Thomæ, Lugd. An. 1623. Videatur *Alegambe, pag. 183.*

FASOLIUS (Joh.) JCtus, An. 1230. floruit. Confecit libellum de ſummariis cognitionibus. Videatur *Guido Panſirolus, in JCt. 2, 33.*

FASSARUS (Vinc.) Panormitanus, edidit trutinam Theologicam, fol. Anno 1666. Scripſit etiam de univerſo genere quantitatis. Videatur *Alegambe, pag. 443.*

FATLUS (Jul.) Neapol. An. 1596. obiit. Struxit librum de juvandis moribundis, cui *Mortorii* nomen indidit. Vid. *Alegambe, pag. 288.*

FAVALIUS (Bettinus) Bononienſ. Anno 1339. floruit. Fecit lecturas in arte Notariæ.

de FAVARONIBUS (Auguſt.) An. 1443. obiit. Vid. *Bellarminus*: item, *Olearius in Abaco, pag. 57.*

FAUCHETUS (Claud.) egit de antiquitatibus Franciæ, An. 1610.

FAVENT (Thom.) condidit librum de modo & forma Parlamenti apud Weſtmonaſterium.

FAVENTINUS (Bened. Vict.) edidit Practicam de curandis morbis, An. 1628.

FAVENTINUS (Leonell.) compoſuit libellum de morbis infantum. Claruit, An. 1553.

FAVENTINUS (Menghus) de omni genere febrium commentatus eſt, Anno 1526.

FAULHABERUS (Joh.) *Martino Schoockio* Algebraicus doctor dictus eſt. Struxit Speculum polytechnum Mathematicum

titum: item, Magiam cœleſtem de Gog & Magog, An. 1612.

FAUNTEUS (Laur. Ant.) Leceſtrenſis Anglus, Anno 1591. obiit. Scripſit de Chriſti interris eccleſia: item, de Sanctorum invocatione. Videatur *Alegambe, pag. 294.*

FAUNUS (Luc.) Italus, An. 1540. Romæ antiquitates quinq; libris expoſuit. Vid. *Hanckius, part. 2. de* S. R. R. *pag. 134.*

FAVOLIUS (Hugo) Middelburgenſis, An. 1585. obiit. Expreſſit hodœporici Byzantini tres libros verſu heroico, teſte *Swertio, pag. 351.*

FAVONIUS Eulogius. Vide, EULOGIUS.

FAVORINUS, Philoſophus. Vide, PHAVORINUS.

FAVORITUS (Aug.) carmina ad Alexandrum VII. Pontificem exaravit.

FAURE (Car.) Palæſtram religioſam, Monachii, An. 1660. imprimi curavit.

FAUSIUS (Joh. Caſp.) Aulæ Electoralis & Athenæi Heidelbergenſis Medicus clariſſimus, An. 1601. natus eſt. *Ez. Spanheimius, diſſ. 4. de Numiſm. pag. 293.* ſingularem in hiſtoria plantarum peritiam ei tribuit.

FAUST (Joh. Salentinus) à Stromberg, reliquit tract. de Criminibus, qui prodiit poſt obitum autoris, A. 1676. in 8.

FAUSTINUS, Diaconus, ſeculo IV. Anno Chr. 367. floruit. Condidit 7. libros contra Arrianos, ad Flacillam Imperatricem. Alii hoc opus *Gregorio Bætico* perperam tribuunt. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. Diſſ. pag. 313. Olearius, pag. 160.*

FAUSTINUS (Joſippus) Brixianus, in Bellunenſi civitate ſupra 34. annos bonas literas profeſſus eſt, multaque ad poſteritatis etiam inſtitutionem elucubraſſe dicitur. *Pierius Valer. de Inf. lit. pag. 54.* vocat hominem eruditione ſumma, & tam prælegendo, quam orando admirabilem.

FAUSTIUS (Joh.) compoſuit examen Theologiæ gentilis, quam docuit Ariſtoteles.

FAUSTIUS (Iſaac) Doctor Theologiæ, edidit Irenen Sirenem, Anno 1663. Argentorati Theologiam docet.

FAUSTUS, Caſinenſis, An. C. 606. floruit. Exaravit vitam S. Mauri. Quidam eum S. Benedicti diſcipulum faciunt. Vid. *Sigebertus, in Catalogo, cap. 32.*

FAUSTUS, Rhegienſis, vel, Rejenſis Epiſcopus, An. 480. vixit. Conſtruxit 2. libros de Gratia & lib. arbitrio, quos Gennadius valde commendat. Verum *Fulgentius, Alcimus Avitus* & alii Fauſto, tanquam Pelagiano, ſtrenuè ſeſe oppoſuerunt. Scripſit etiam librum de creaturis, quòd in illis nihil ſit incorporeum, cui aliud ſcriptum *Claudianus Mamertus* oppoſuit. *Gelaſius Papa* decreto ſcripta hujus Fauſti damnaſſe dicitur. Videatur *Phil. Labbe, Tom. 1. Diſſ. pag. 314. Rivetus, Tom. 2. Oper. pag. 1145. Voſſius in Hiſt. Pelag. 1, 8. Olearius in Abaco, pag. 160.*

FAUSTUS, Romanus, reliquit Gloſſarium. *Caſp. Barthius* manuſcriptum habuit, quemadmodum ipſe fatetur ad *2. Theb. Papin. pag. 273.*

FAUSTUS (Barth.) emiſit ſpeculum Confeſſariorum, An. 1621.

FAUSTUS (Gerh.) diſticha elaboravit in JCtos, Medicos, Hiſtoricos & Poëtas, An. 1546.

FAUSTUS (Laur.) An. 1588. floruit. Edidit anatomiam ſtatuæ Danielis, Anno 1585.

FAUSTUS (Maximil.) ſcripſit Conſilia pro ærario, An. 1641.

FAUSTUS (Pet.) epiſtolas publicavit, Anno 1527.

FAUSTUS (Pub.) de Virtutibus moralibus & intellectualibus commentatus eſt.

FAUSTUS (Reinh.) Principem Chriſtianum Politicum, Herbip. An. 1667. edi curavit.

FAUTSCHIUS (Joh.) Noſomachiam de pugna morborum, Frib. Anno 1619. contexuit.

de la FAYE (Abr.) condidit 2. libros Horarum ſubciſivarum.

FAYN (Alex.) Savonenſis, collegit exempla virtutum & vitiorum, Tomis duobus. Vid. *Alegambe, pag. 12.*

FAYON (Joh.) Sanfloranus Gallus, Anno 1625. claruit. Struxit Panegyricum de capta Rupella. Vid. *Alegambe, pag. 239.*

FAYUS (Ant.) Dunenſis, An. 1616. obiit. Extat ejus comment. in Eccleſiaſten: item, in epiſtolam ad Romanos.

FAZELLUS (Hieron.) Siculus, edidit Sermones quadrageſimales, Panormi, An. 1585.

FAZELLUS (Thomas) Siculus. Vide, FACELLUS.

FEATLÆUS (Dan.) compoſuit Vertumnum Romanum.

le FEBURE (Rob.) Duacenſis, An. 1582. floruit. Extant ejus carmina.

FECHNERUS (Joh.) Sileſius, edidit Elyſiam ſilvam vel delitias Sileſiæ inferioris, Bregæ, An. 1675: item, Poëma de laudibus montis gigantei Sileſiorum.

FECHTIUS (Joh.) de eccleſia Judaica, An. 1671. nonnulla meditatus eſt. Scripſit etiam noctes Chriſtianas, Anno 1677.

FEDERER (Joh. Jac.) brevem methodum Ungaricæ febris curandæ, Anno 1624. evulgavit.

de FEDERICIS (Hieron.) JCtus, collegit 62. reſolutiones criminales, Anno 1616. fol.

FEDERUS (Georg.) Altenweidenſis Suevus, An. 1591. vixit. Vid. *Alegambe, pag. 155.*

FEGUERNEKINUS (Iſaac L.) Hungarus, compoſuit Enchiridion Locorum Communium Theologicorum ordine alphabetico, An. 1586.

FEHLAVIUS (Georg.) Dantiſcanus Theologus, ſcripſit de ſtatu & ritibus eccleſiæ Græcæ, Anno 1668. in 4.

FEHR (J. M.) librum reliquit de Scorzonera & abſinthio, An. 1666.

FEIND (Barth.) edidit antiſophiſticam, An. 1667.

FEIERABEND (Steph.) ſtruxit poëmata.

à FELDEN (Joh.) JCtus, *Hugonis Grotii* Tract. de J. B. & P. notis exornavit doctiſſimis, An. 1663. Laudatur ab *Henelio, in Diſcurſu de legati delinquentis judice competente, pag. 12.* Videatur *Placcius, pag. 57.*

FELICIANUS (Fr.) Anno 1602. Veronæ Arithmeticam & Geometriam edi curavit.

FELICIANUS (Joh. Bernh.) Venetus, An. 1545. claruit. Multa ex Græco in Latinum vertit, eoq; nomine plures ſibi demeruit. Inter alia Oecumenii comm. in Acta Apoſt. latina civitate donavit. Ariſtotelis quoq; Ethica cum interpretibus, *Euſtratio, Michaële Epheſio & Aſpaſio*, tranſtulit. His adde *Porphyrium* περὶ ἀποχῆς.

FELICIUS (Conſt.) hiſtoriam conjurationis Catilinariæ, Baſil. An. 1564. promulgavit. Vid. *Mart. Hanckius, part. 2. de S. R. R. pag. 122.*

FELICIUS (Felix) Montopolitanus Sabinus, edidit Onomaſticum Romanum, An. 1628. Vid. *Alegambe, pag. 108.*

FELICIUS (Hector) JCtus, tractavit de communione, lucro, & damno, Anno 1606.

FELINUS (Aretius) in Pſalmos tribus Tomis commentatus eſt. Eſt autem hic Felinus idem, qui *Bucerus*; qua de re *Croweus, pag. 66.*

FELINUS Sandæus, Ferrarienſis, celebris JCtus, An. 1503. obiit. Scripſit in libros Decretalium: item, Tractatum de Jure Patronatus. Vid. *Gu. Panzirolus, in JCt. 3, 42.*

FELISIUS (Matthias) Zelandus, A. 1576. obiit. Compoſuit elucidationem Decalogi. Vid. *Waddingus in Script. Ordin. Min. pag. 255.*

FELIX (Franc.) Madritenſis, Anno 1642. innotuit. Edidit 2. Tomos Diſputationum Compiutenſium Theologicarum. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 115.*

FELIX (Simon) Monachienſis, An. 1625. vixit. Stilum contra *Jac. Reibingum* ſtringere auſus eſt. Videatur *Alegambe, pag. 422.*

FELIX, Crolandienſis Anglus, An. 730. claruit. Vitam Guthlaci in literas redegit.

FELL (Joh.) Oxonienſis Epiſcopus, fecit Notas in Nemeſium de natura hominis, Anno 1674: item, notas in Clementis Rom. epiſtolam ad Corinthios, An. 1670. Promittit etiam editionem Joſephi.

FELLERUS (L. Joach.) Cygneus, Profeſſor Poëſeos & Bibliothecarius Univerſit. Lipſienſis, h. t. claret. Habuit orationem de Bibliotheca, An. 1676.

FELSERUS (Arrig.) JCtus, edidit deciſionem cauſæ novæ, An. 1623.

FELSTINENSIS (Sebaſt.) texuit libellum de cantu Gregoriano, teſte *Starovolſcio, pag. 76.*

FELTMANN (Gerh.) JCtus, de titulis honorum, Anno 1672. de Jure in re & ad rem, An. 1666. de cadavere inſpiciendo, Anno 1673. item, de Jure Georgico, An. 1677. commentatus eſt.

FELTRIUS (Jul.) ſcripſit de ſenſu compoſito & diviſo, Neapol. An. 1526.

FELTRIUS (Pet.) condidit lectiones & quæſtiones in Metaphyſicam Ariſtotelis, Anno eodem.

FELWINGERUS (Joh. Paulus) Norimbergenſis, natus eſt, An. 1606. Altdorfii Logicam & Politicam docet. Edidit multa tum in Philoſophicis, tũ in Theologicis. In *Philoſophicis* extant tres ejus partes diſputationum Politicarum: Methodus diſputandi: Tract. de Palæſtra rationis ſive doctrina modalium: Diſputationes Metaphyſicæ, &c. In *Theologicis*, Speculi veritatis expolitio: Diſceptatio de ratione in Theologia contra *Florianum Craſium*: Examen methodi Auguſtinianæ, contra *Walenburchios*: Defenſio Divinitatis Chriſti; Diſſertatio de analogia fidei: Examen diſquiſitionis, An & quomodo Evangelici Pontificios & nominatim *Valeriani Magni* de credendi regula judicium ſolide refutare queant: Refutatio *AntiCichovii*: Defenſio Incarnationis Jeſu Chriſti contra *Valent. Baumgart*: Diſcuſſio Collationis religionis Evangel. cum religione Photinianorum, contra eundem: Refutatio epiſtolæ ejusdem. Plurima adhuc habet ad prelum parata, quæ tantum typographum deſiderant.

FENDIUS (Melch.) Medicinæ Doctor, An. 1564. obiit Witebergæ.

FENDIUS (Tob.) collegit monumenta ſepulcralia, An. 1574. fol.

FENESTELLA Martialis citatur à *Fulgentio*.

FENESTELLA (Lucius) teſte *S. Hieronymo*, mortuus eſt ſeptuagenarius, An. ſexto Tiberii Cæſaris. Reliquit Annales. Allegatur ſæpè *a Plinio, Agellio, Nonio & aliis*. *Lactantius de falſ. rel. 1, 6.* diligentiſſimum ſcriptorem nuncupat. Conſ. *Zeiller. part. 3. hiſt. p. 80.* Extat hodie ſub *Feneſtellæ* nomine liber de magiſtratibus Romanis, ſed falsò. Nam verum ejus authorem doctiores *Andr. Dominicum Floccum*, Florentinum, eſſe pronunciant. Vide, FLOCCUS.

FENNERUS (Dudleus) compoſ. Theologiam ſacram, An. 1586.

FENNERUS (Wilh.) emiſit Theologiam Practicam.

FENOITA (Joh. Ant.) ſcripſit apologiam adv. *Joſeph. Quercetanum* pro *Jac. Aubertii* libello, contra Chymicos edito, Anno 1579.

de FERABRICH (Rich.) reliquit Conſequentias cum annotat. *Caietani*, Venetiis, A. 1512.

FERALDUS (Joh.) Cenomanus, de juribus & privilegiis regni Franc. commentatus eſt. Extat *Tomo 16. Tractatus tract.*

FERALLUS (Joh.) Hibernus, geſta Edmundi Geraldini, equitis aurati, carmine elegiaco deſcripſit. Vid. *Waddingus, in Scr. O. M. pag. 205.*

FERAMUSCA (Scipio) An. 1640. claruit. Johannes *Imperialis in Muſeo, pag. 210.* inſigne elogium ei tribuit.

FERAVANTIUS (Valer.) Medicus, An. 1571. floruit. De hoc ſcholares Bononienſes dicere ſolebant:

> *An quòd habes, Valeri, longos valitura per annos*
> *Munera, conveniens hinc tibi nomen habes?*

FERCHIUS (Matth.) Veglenſis, Anno 1650. vixit. Scripſit de ortu Iſtri vel Danubii, An. 1632. Patav. item, de fabulis Palæſtini ſtagni. Vid. *Waddingus in Scr. O. M. pag. 253.*

FERDINANDEZ (Caſp.) Luſitanus, duodecim Tomos concionum reliquiſſe traditur. Vid. *Alegambe, pag. 149.*

FERDINANDEZ (Joh.) Corduhenſis, A. 1567 obiit. In Japonia fidem Chriſtianam annunciavit. Compoſuit Grammaticam Japonicam cum dictionario. Vid. *Alegambe, pag. 240.*

FERDINANDEZ (Tellius) in conſtitutiones Taurinas, An. 1566. commentatus eſt.

FERDINANDUS (Caſp.) Toletanus, An. 1575. deceſſit. De ſtatu & officio Cardinalium ſcribere aggreſſus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 149.*

FERDINANDUS (Epiphanius) Meſſapienſis, collegit centum hiſtorias ſeu caſus medicos, An. 1621: item, Theoremata medica & philoſophica, Venet. An. 1611. Vid. *Linden, pag. 165.*

FERDINANDUS (Joh.) Toletanus, Anno 1595. obiit. Condidit theſaurũ Scripturarum divinarum juxta Patrum ſententias, in quo ordine alphabetico parabolæ, metaphoræ, phraſes, & difficiliora totius Scripturæ loca declarantur, Tomis tribus, Methymnæ. Vid. *Alegambe, pag. 239.*

FERDINANDUS (Wilh.) compoſuit Manuale Politicum Chriſtianum.

FERGIUS (Henr.) ſcripſit de Theologia Platonis, An. 1664.

FERGUSON (Joh. Jac.) emiſit Labyrinthum Algebræ, Hagæ, An. 1667. in 4.

FERINARIUS (Joh.) deſcripſit vitam & obitum *Joach. Curæi*, An. 1601.

FERIUS (Johannes) commentariis illuſtravit S. Matthæum, An. 1559.

FERMATUS, celebris JCtus, An. 1665. obiit. In omnibus matheſeos partibus, cumprimis autem in numerorum ſcientia inq; Geometria excelluit. Scripſit de Maximis & Minimis: Tractatum de contactibus ſphæricis: obſervationes in Athenæum: item, in Theonem Smyrnæum, &c. Vid. *Hedovillius, part. 1. Ephem. pag. 59.*

FERMOSINUS (Nic. Rodriq.) tractavit de Legibus eccleſiaſticis, An. 1672.

FERNANDES (Alf.) Placentinus, compoſuit concertationem Prædicatoriam pro eccleſia catholica contra Hæreticos, Gentiles, Judæos, Muhammedanos, An. 1615. Vid. *Thomaſius, de Plagio, §. 428.*

FERNANDEZ (Ant.) Luſitanus, in lucem protulit examen Theologiæ moralis, Anno 1616. Videatur *Alegambe, pag. 38. 39.*

FERNANDEZ (Franc.) ſcripſit hiſtoriam plantarum, animalium & mineralium Mexicanarum, Romæ, An. 1651.

FERNANDEZ (Fr. Matth.) commentari cœpit in 4. libros meteororum Ariſtotelis, An. 1643. fol.

FERNANDIUS (Ant.) Conimbricenſis, ſtruxit Tract. de Viſionibus veteris Teſtamenti, An. 1617. fol. Videatur *Alegambe, pag. 39.*

FERNANDIUS (Benedictus) Borbenſis, Luſitanus, Anno 1630. vivos deſeruit. Tres Tomos comm. in Geneſin exaravit, qui aliquoties excuſi ſunt. Videatur *Alegambe, pag. 58.*

FERNANDIUS (Fr.) Luſitanus, An 1602. periit. Edidit lingua Bengalanâ Tract. quo catholicæ fidei capita continentur. Vid. *Alegambe, pag. 121.*

FERNANDIUS (Rod.) texuit dictionarium eccleſiaſticum, quod à *Euſt. Moro Cervanteo* locupletatum in lucem prodiit Compluti, An. 1572. fol.

FERNANDUS (Bereng.) JCtus, ſcripſit in Leg. Pacta conventa, ff. de contrahend. emt. Lugd. An. 1617.

FERNANDUS (Carol.) Brugenſis, Anno 1496. obiit. Oculis captus fuit; nihilominus tamen tantos progreſſus fecit, ut orator, poeta, Philoſophus & Theologus evaderet. Compoſuit 2. libros de animæ tranquillitate: item, elegias de contemtu mundi, &c. Vid. *Swertius, pag. 167. Olearius in Abaco, p. 200.*

FERNANDUS (Joh.) Brugenſ. vixit, Anno 1494. Expresſit carmine horas crucis & compaſſionis B. Virginis, teſte *Swertio.*

FERNELIUS (Joh.) Ambianus, Medicus, An. 1558. obiit. De univerſa medicina commentatus eſt. Vid. *Thuanus, l. 21. Imperialis, pag. 72. Ghilinus, vol. 1. pag. 82.*

FEROX (Tir. Aul.) JCtus, Trajano imperante, floruit. Vid. *Gu. Panzirolus in JCt. 1, 37.*

FERRAN (Jac.) Hiſp. Anno 1621. obiit. Extat ejus Tract. de repudio ſynagogæ & eccleſiæ cum Chriſto connubio. Vid. *Alegambe, pag. 196.*

FERRANDUS (Conſalv.) Owienſis, ſcripſit de ligno Guaiacano: item, de ligno ſancto.

FERRANDUS (Fulgent.) Carthaginenſis Diaconus, An. C. 504. floruit. Struxit paræneticum, qualis religioſus eſſe debeat in actibus militaribus: item, epiſtolas. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. de S. E. pag. 318. Olearius, pag. 161.*

FERRANDUS (Joh.) diſquiſitionem reliquiariam, An. 1647. adornavit.

FERRANT (Lud.) edidit Hippocratis Coaca præſagia, Pariſ. An. 1657.

FERRARA (Gabr.) collegit ſilvam Chirurgiæ, Anno 1644.

del FERRARA (Hieron.) triumphum crucis, An. 1524. imprimi fecit.

FERRARIENSIS (Barth.) ſcripſit de Chriſto abſcondito, Venet. An. 1556.

FERRARIENSIS (Franciſc.) An. 1528. obiit. Commentarium fecit in Summam Thomæ Aquinatis contra Gentes. Exaravit etiam vitam S. Oſannæ Mantuanæ ſex libris. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 104.*

FERRARIENSIS (J. Petr.) Papienſis, An. 1400. claruit. Vulgò præſtantiſſimus Juris practicus appellari ſolet. Reliquit Practicam Papienſem. Vid. *Panzirolus in JCt. 2, 75.*

de FERRARIIS (Alb.) librum de horis canonicis contexuit.

FERRARIUS (Ambroſ.) Mediolanenſis, vir Græcè doctus, Anno 1552. claruit.

Origenis commentarios in Johannem Latinos fecit.

FERRARIUS (Bapt.) Anno 1494. floruit. Condidit librum de ruina Imperii Romani: Chronicon Ferrarienſium: ſermonum libros tres: epigrammata vario genere metri. Vid. *Ghilinus*, *vol. 1. pag. 27.*

FERRARIUS (Bernhardinus) ſcr. Comm. de uſitatis in Eccleſia epiſtolis.

FERRARIUS (Franc. Bernh.) reliquit Athenas Mediolanenſes: librum de funere Chriſtiano: de artificioſa manuum loquela: de annulis: de acclamationibus, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 66.*

FERRARIUS (Franc.) Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 131.*

FERRARIUS (Greg.) Ligur, Anno 1638. floruit. Phyſicam duobus Tomis complexus eſt. Videatur *Alegambe, pag. 164.*

FERRARIUS (Guil.) compoſuit 2. libros de Bello Batavico, An. 1672.

FERRARIUS (Hier.) Corrigienſis, Anno 1542. obiit. Scr. commentationes in Philippicas Cic.

FERRARIUS (Jac.) ſtruxit Ideam Theriacæ, Venet. An. 1601.

FERRARIUS (Johannes) Heſſus, JCtus, An. 1558. obiit. Vulgavit comment. in Inſtitutiones Juris: item, in regulas Juris. Scripſit etiam de rep. bene inſtituenda.

FERRARIUS (Joh. Alex.) edidit Euclidem Catholicum ſive demonſtrationem Romanæ fidei.

FERRARIUS (Joh. Bapt.) Senenſis, Anno 1630. claruit. Romæ S. Linguam profeſſus eſt. Compoſuit librum de malorum aureorum cultura, Romæ, A. 1646. item, de florum cultura, A. 1633. Extat ejusdem Nomenclator Syriacus. Vid. *Alegambe, pag. 223.*

FERRARIUS (Joh. Matth.) Anno 1460. obiit. Reliquit Practicam & Conſilia Medica. Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 148.*

FERRARIUS (Lud.) Mathematicus, Anno 1665. floruit.

FERRARIUS (Marcus) de Trinitate commentatus eſt, Venet. A. 1658. fol.

FERRARIUS (Octavianus) Mediolanenſis, Anno 1586. obiit. Tractavit de ſermonibus exotericis: de encyclopædia: de origine Romanorum. Vid. *Thuanus, l. 84. Barth. in Claud. pag. 1325. Ghilinus, vol. 2. pag. 204.*

FERRARIUS (Octavius) Mediolanenſis, natus eſt, Anno 1600. Patavii literas humaniores magna cum laude profeſſus eſt. Vivit adhuc in magna nominis celebritate. Scripſit Tract. de re veſtiaria: de lucernis ſepulcralibus: de literatorum fato: ſeptem libros inſcriptionum: quinq; libros Electorum: notas in Plinium: octo libros hiſtoriarum ſui temporis, &c. Euſtathii quoq; comm. ad Odyſſeam Homeri latinitate donaſſe fertur. Scripta ejus avide deſiderantur á quamplurimis. Videatur *Ghilinus, vol. 1. pag. 180. Hanck. part. 2. de S. R. R. pag. 158. Greg. Letus, in Ital. regn. pag. 215.*

FERRARIUS (Omnibonus) condidit 3. libros de regulis Medicinæ, Anno 1573: item, 4. libros de arte medica infantum.

FERRARIUS (Phil.) Alexandrinus, Anno 1626. obiit. Conſtruxit Lexicon Geographicum: item, novam Theologiam in martyrologium Romanum: catalogum Sanctorum Italiæ: additiones ad Ambroſium Calepinum: topographiam poëticam, &c. teſte *Ghilino, vol. 1. pag. 53.* Vide, BAUTRAND.

FERRARIUS (Seraph.) Bergomas, natus eſt, Anno 1538: obiit, Anno 1599. Edidit 3. Tomos commentar. in Cant. Cantic. item, 2. libros de cuſtodia Angelorum.

FERRARIUS (Vincent.) Valentinus, Monachus ord. prædicat. An. 1418. obiit, & á Calixto III. inter Sanctos relatus eſt. Confecit 3. Tomos concionum in Dominicas & Feſta, quæ prodierunt, An. 1675. item, Tubam extremi judicii.

FERRAROTTUS (Vincent.) de Inimicitiis commentatus eſt, Venet. Anno 1595.

FERRATIUS (Thomas) JCt. exaravit Tr. Cautelarum, An. 1582. fol.

FERRER (Joſeph.) edidit Pharum Evangelicam, Lugd. An. 1661. fol.

FERRERIUS (Arnold.) JCtus, concilio Tridentino interfuit. Vid. *Tollius de Infel. Litt. pag. 73.*

FERRERIUS (Auger.) Toloſanus, Medicus, Anno 1588. deceſſit. *Julius Cæſar Scaliger* præclaré de eo ſentiebat nec facile quicquam eo inconſulto inchoabat. In *Bodinum* acrius, quam literatos decebat, ſtilum exeru-

exeruiſſe dicitur. Condidit 2. libros de Pudendagra. Vid. *Thuanus*, *l. 89. Sammarthanus*. *pag. 157.*

FERRERIUS (Jerem.) Gallus, An. 1625. obiit. De Antichriſto & ejus notis ſcripſiſſe memoratur.

FERRERIUS (Joh.) Pedemontanus, ſcripſit de Cometæ ſignificatione, contra omnium Theologorum vanitatem, Anno 1540.

FERRERIUS (Vincent.) Anno 1419. obiit. Scripta ejus *Ph. Labbe Tomo 2. Diſſertat. de Scr. Eccleſ. pag. 483.* enumerat. Confer *Olearium in Abaco*, *pag. 466.*

FERRETTUS (Æmil.) natus eſt, Anno 1489: obiit, Anno 1552. Struxit librum, titulo, de ſigno & ratione: & alterum, Bartoli Everriculum nuncupatum, in quo ejus errores detegit: notas in Inſtituta: volumen opinionum: Reſponſa, &c. Opera ejus omnia prodierunt, Anno 1598. Videatur *Guido Panzirolus*, in *JCt. lib. 2. cap. 167.*

FERRETTUS (Joh. Bapt.) edidit Muſas Lapidarias, Veronæ, Anno 1672. fol.

FERRETTUS (Jul.) Ravennas, ſcripſit de re & diſciplina militari, Venet. Anno 1575. fol. item, de re & jure navali, Anno 1579.

FERRETUS (J.P.) reliquit tres decades rerum Ravennatum, ſive de Eparchatu.

FERRETUS, Vicentinus, carmine heroico geſta Scaligeri Canis celebravit. Vid. *Zeiller. part. 3. de Hiſt. pag. 81.*

FERRIOLUS (Balth. Ant.) fabricavit Armamentarium Phyſico-Anti-peſticum, An. 1666.

FERRIUS (Alf.) Neapolit. compoſuit 3. libros de vulneribus ſclopetorum, Anno 1553.

FERRIUS (Marcus) elucidationes in Thomam Aquinatem, Venet. An. 1656. fol. edi curavit.

FERRIUS (Paulus) emiſit ſpecimen orthodoxi Scholaſtici, An. 1616.

FERRONUS (Arnold.) Burdigalenſis, JCtus, An. 1562. obiit. Patrias leges doctiſſimis ſcriptis illuſtravit, & hiſtoriam Gallicam poſt Paulum Æmilium usq; ad exceſſum Franciſci I. perſecutus eſt. *Jul. Cæſ. Scaliger* ipſi *Attici* nomen tribuit. Vid. *Thuanus l. 35.*

FERRUS (Don. Ant.) condidit Enchiridion de Podagra, An. 1584.

FERRUS (Mich.) ſcripſit de differentia & concordia utriusq; fori, An. 1657.

FERRUS (Mich.) Bononienſis An. 1496. floruit. Erat ſummus Algebraicus. Vid. *Bumaldus*, *pag. 210.*

FERSIUS (Joh.) Uratislav. compoſuit Tractatum de Præfectura S. Palatii, Anno 1611.

FERUS (Joh.) Moguntinus, Theologus, tempore Caroli V. floruit. Reliquit Poſtillam, Comm. in Biblia, &c. Contra eum ſcripſit *Dominicus Sotus*: at *Mich. Medina* Apologeticum edidit & Feri cauſam defendendam ſuſcepit. *Salmeronem* ex fontibus Feri areolas ſuas ira irrigaſſe, ut pagellas integras in Comm. ſuos ex eo transtulerit, *Gerhardus* alicubi affirmat. Vid. *Quenſt. pag. 245.* O*learius in Abaco*, *pag. 252.*

FESCHIUS (Remigius) JCtus, natus eſt An. 1595. Baſileæ jura docuit. Muſeum Feſchianum, in quo plurima antiquitatis monumenta ſervantur, ibidem inſtituit. Videatur *Hofm. in Lex. Univerſ. part. 1. pag 642.*

FESCHIUS (Seb.) Tr. de Inſignibus exaravit.

FESSELIUS (Dan.) ſcripſit 2. Tomos Adverſariorum ſacrorum, Anno 1650. & 1658. in 4.

FESTASIUS (Nicol.) Mutinenſis, JCtus, tractavit de æſtimio & collectis. Extat *T. 12. Tract. tract.*

FESTUS Pompejus, celebris Grammaticus, Verrium Flaccum de verborum ſignificatione in compendium redegit. Idem poſtea Feſto *Paulus Diaconus* fecit, qui plane Verrium eviravit. *Joſeph. Scaliger* tale de Feſto judicium tulit: Feſto ſcriptorem utiliorem lingua latina non habuit.

FETTERUS (Mich.) collegit è Curtio politicas obſervationes, An. 1668.

FETZERUS (Jacobus) Norimb. JCtus, edidit exercitationes Juſtinianeas.

FEUARDENTIUS (Franc.) Gallus, natus eſt, Anno 1541. In Ruth, Eſther, Jonam, epiſtolas Jacobi, Petri & Judæ commentatus eſt. Reliquit etiam Theomachiam Calviniſticam. *Dalleus de pœna & Satisf. pag. 462.* ſcribit: Feuardentius, homo nomine ſuo digniſſimus, quem cœci irarum, odiorum ac furi-

furiarum ignes ſic exagitabant, ut raro apud ſe eſſet. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 115.*

FEUARDENTIUS (Franc.) junior, prioris ex ſorore nepos, A. 1631. peſte periit. Edidit fidei controverſias, contra Calviniſtas. Vid. *Waddingus l. c. pag. 118.*

FEUERBORNIUS (Juſtus) Hervordienſis, natus eſt, A. 1587.: obiit, A. 1656. Emiſit AntiOſtorodum: tractatum de peccato in Sp. Sanctum, &c. Vid. *Spizelius in Templo Honor. pag. 211.*

à FEUERSHAM (Haymo) Anglus, An. 1244. obiit. Ob virtutum merita, ut ajunt, Speculum honeſtatis nuncupatus eſt. Scripſit de miſſæ ceremoniis. Videatur *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 162.*

FEUGUERÆUS (Guilh.) Anno 1613. obiit. Tractavit de eccleſiæ perpetuitate & notis. Idem *Marlorati* theſauro Loc. Comm. ultimam manum impoſuit. Videatur *Meurſius in Athenis Batav. pag. 250.*

FEVINUS (Rob.) Ambianus, reliquit Tract. de abuſu medicinæ coërcendo, Pariſ. An. 1574.

FEURETUS (Car.) compoſuit Dialogum de claris fori Burgundici oratoribus, An. 1654.

FEYNEUS (Fr.) Medicinam Practicam, in 4. libros diviſam, Anno 1650. publicavit.

FEZASUS (Philib.) Avenionenſis, Theologus in univerſitate Aquiſextienſi, de myſterio Incarnationis, An. 1641. commentatus eſt.

FIÆRA (Bapt.) Vide, FIERA.

FIBIGIUS (Gothofr.) JCtus Jenenſis, edidit Electa Juris publici Romano-Germanici, An. 1663.

FICHARDUS (Joh.) JCtus, natus eſt, An. 1511: obiit, An. 1581. annum agens ſeptuageſimum. Collegit vitas JCtorum ab Irnerio usq; ad Zaſium: indices duos omnium ſcriptorum in jure tam Pontificio, quam civili. Vid. *G. Panzirolus in JCt. l. 2. c. 184.*

FICHETUS (Alex.) Jeſ. Sabaudus, Anno 1630. claruit. Compoſuit methodum arcanam omnium ſtudiorum, & Bibliothecam ſcientiarum. Vid. *Alegambe, pag. 12.*

FICHLAU (Joh.) ſcripſit de ſanct. Trinitate & fide catholica, Regiomonti, Anno 1655. item, de Imperio, Anno 1651.

FICINUS (Marſilius) Florentinus, natus eſt, Anno 1433: obiit, Anno 1499. Magnus omnino vir erat & de Philoſophia Platonica optimè meritus. Reliquit librum de Sole & Lumine: Epiſtolas, in quibus de Platonicis quæſtionibus diſputat: & Apologiam, in qua de aſtrologia medicinæ jungenda agitur. Opera ejus duobus Tomis ſunt excuſa, Baſileæ, Anno 1561. *Jovius in Elog. numero 43.* tradit, eum fuiſſe puſillo admodum corpore, ut vix ſemihominem æquaret, ſpiritus inuſitati. Memorabile eſt, quod *Balth. Bonifacius l. 15. hiſt. Ludicr. cap. 5.* refert. Marſilius Ficinus (inquit) animorum immortalitatis acerrimus defenſor erat, quam tum vivus aſſeruit, tum mortuus etiam demonſtravit. Cum enim inter ipſum & *Mich. Mercatum* arcta eſſet neceſſitudo ſtudiorum conſuetudine, pacti ſunt aliquando, utercunq; ex hac vita prior decederet, ut alterum, ſi liceret, de alterius vitæ ſtatu redderet certiorem. Interlapſo autem haud brevis temporis ſpatio, ſummo mane, dum Michaël philoſophicis ſpeculationibus invigilaret, currentis equitis obiterq; oſtium pulſantis vocem audivit, clamantisq;: *ô Michaël, Michaël, vera, vera ſunt illa!* Agnita voce, feneſtram aperiens prætervectum Marſilium candidatum proſpexit: neq; ita multò poſt nunciatum eſt ei, Ficinum illa ipſa hora mortuum eſſe. Confer *Baronium, T. 5. Annal. pag. 411.* *Epitaphium* ejus tale legitur: Hic ſitus eſt Marſilius, Sophiæ pater, Platonicum qui dogma culpa temporum ſitu obrutum illuſtrans & Atticum decus ſervans Latio dedit, fores primus ſacras divino aperiens mentis actus numine. *Leonhardus Leſſius* male eum inter magos referre auſus eſt, teſte *Dieterico, part. 1. Antiq. Bibl. pag. 119.* Videatur *Ph. Labbe T. 1. Diſſ. de Sc. Eccl. pag. 55. Pignorius*, in *Epiſt. pag. 101.*

FICKLERUS (Johan. Bapt.) Theologiam Juridicam, Anno 1575. item, Tractatum de Jure magiſtratuum typis tradidit.

FIDANSA (Euſtach.) reliquit 4. libros autoritatum Sacræ Scripturæ, Colon. Anno 1542.

FIDATUS (Joh. Bernh.) Italus, edidit Tabulam ſinuum, An. 1636. Vid. *Alegambe, pag. 228.*

de S. FIDE (Hieronymus) ſcripſit Hebræomaſtigem. Vide, HIERONYMUS.

FIDELIS (Bened.) ſtruxit paradiſum Sanctorum, An. 1660.

FIDELIS (Fortun.) Medicinæ patrocinium, Panormi, Anno 1598. ſuſcepit.

FIDELIS (Lud.) Nervius, ſeptem libros de opificio ſex dierum, Anno 1556. conſcripſit.

FIDELISSIMUS (Raynerus) Piſtorienſis, Enchiridion Pharmaceuticum emiſit, Anno 1617.

FIDLERUS (Felix) Boruſſus, poëta, An. 1553. obiit. Extant ejus carmina de fluminibus Germaniæ. Confer *T. 3. Del. Germ. pag. 114.*

FIDLERUS (Joh.) epiſtolam Pauli ad Galatas carmine expreſſit.

FIDLERUS (Valent.) carmina condidit.

FIEGER (Ang.) legationem Germ. ad pacifici Regis magnam Matrem, Col. An. 1648. adornavit.

FIELCHIUS (Olaus) Danus, Gratulationem pro Hafnia à peſtilentia liberata, Anno 1655. compoſuit.

FIENUS (Joh.) Antv. A. 1585. obiit. De Flatibus commentatus eſt. Vid. *Sweertius, pag. 423.*

FIENUS (Thomas) Antverp. natus eſt, Anno 1567: obiit, An. 1631. Scripſit de cauteriis, de cometa, de viribus imaginationis, de formatione fœtus, &c. Videatur *Vernulæus in Acad. Lovan. pag. 364.*

FIERA (Bapt.) Mantuanus, lucem hauſit, Anno 1469: obiit, Anno 1538. *Epitaphium* ipſe ſibi fecit, tale ſcilicet: Baptiſtæ Fieræ, futuro, qui fuit, & propriis hic ſub ædibus, quod curavit, tumulando, nemo invideat quietem, ſolus vult eſſe. Antagoniſta fuit *P. Pomponatii*, contra quem Animarum immortalitatem aſſeruit. Reliquit carmina: item, Cænam, in quam *Carolus Avantius* commentatus eſt. Extant & ejus 4. libri hiſtoriæ Evangelicæ. Vid. *Reineſius, ad Daumium, pag. 191.*

FIGHERA (Caſp.) exaravit Colloquium Sponſi cœleſtis cum anima, Ingolſt. Anno 1663.

FIGRELIUS (Emund.) Suecus, librum edidit eruditum & elegantem de ſtatuis Romanorum, An. 1656. in 8.

de FIGUEIRO (Pet.) Luſitanus, in Jeremiæ threnos, A. 1596: item, in 12. Prophetas minores commentatus eſt.

FIGUEROA (Felicianus) Xerecenſis Hiſpanus, Anno 1640. claruit. Latinè, Græcè & Hebraicè doctus eſſe prædicatur. Vid. *Alegambe, pag. 108.*

à FIGUEROA (Garcias) Philippi III. Hiſp. R. legatus ad Xà Abbas, Perſarum R. A. 1614. claruit. Conſtruxit Breviarium Hiſpanicæ hiſtoriæ.

FIGUEROA (Pet.) publicavit aureas enarrationes in Terentii Andriam & Eunuchum, Valentiæ, An. 1569.

FIGULUS (Bened,) texuit Roſarium Olympiacum, An. 1608.

FIGULUS (Carolus) ſcripſit Ichthyologiam, An. 1540.

FIGULUS (Nigidius) fuit vetus Grammaticus & Mathematicus. Vide, NIGIDIUS.

FILARGI (Pet.) Bononienſ. Anno 1400. floruit. Vulgò *Doctor Refulgens* dici ſolet. Papa factus, Alexander V. ſalutatus eſt. Reliquit commentarium in in 4. libros Sententiarum, teſte *Bumaldo.*

FILATRE (Guil.) Anno 1464. obiit. Edidit duos libros de aureo vellere, teſte *Sweertio, pag. 307.*

FILCHIUS (Ben.) Anglus, Anno 1610. obiit. Initio Puritanus erat: inde ad Pontificios tranſiit. Condidit Tract. de voluntate DEI: item, equitem Chriſtianum. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 53.*

FILESACUS (Joh.) Pariſ. An. 1612. clar. Compoſuit libros ſub juſtæ uxoris titulo. Ejus opera prodierunt, An. 1614. Vid. *Sauſſay, pag. 227.*

FILHOLIUS (Gilb.) Nealphæ veteris in Gallia Abbas, vixit Anno 1560. Hiſtoriam Regum Hebræorum latino carmine deſcribere aggreſſus eſt. Prodiit cum notis & obſervationib. *Æg. Grobini*, Pariſ. An. 1587.

FILITZKIUS (Joh.) Hungarus, poëta, A. 1605. claruit. Fecit carmina Græca & Latina. Ea una cum aliis Hungarorum carminibus *J. Ph. Pareus* An. 1610. edidit. Videatur *Joh. Pet. Lotichius, part. 4. B. P. pag. 142.*

FIL-

FILLIUCCIUS (Franc.) duos Tomos moralium quæſtionum, An. 1623. edi curavit.

FILLIUCCIUS (Vincent.) Senenſis, An. 1622. obiit. Emiſit Synopſin univerſæ Theologiæ, Herbipol. An. 1626. Vid. *Alegambe, pag. 443.*

à FINA (Joh. Don.) JCtus, ad Tit. de diverſis Regulis juris antiqui commentatus eſt.

FINARDUS (Barth) Bergomas, exaravit Herculem in Cerberum, i. e. eccleſiam Catholic. Romanam contra Calvin. & Luth. item, librum de Invidia parvi habenda, teſte *Donato Calvo, in Bergomatibus, part. 2. pag. 16.*

FINCELIUS (Jobus) Vinarienſis. Medicus An. 1560. claruit. Scripſit de Prodigiis. Carmina ejus occurrunt *Tomo 3. Delit. Germ. pag. 153.* Vid. *Hadr. Bejerus*, in *Rect. Jenenſ. pag. 968*

FINCKELIUS (Joh. Vinc.) edidit Enchiridion Dogmatico-Hermeticum, A. 1618.

FINCKELTHAUSIUS (Laur.) Lipſ. Jctus, vixit, An. 1598. Erat Syndicus Lubecenſis. Verſibus ſcribendis operam dedit. Vid. *T. 3. Delit. Germ. pag. 157.* Reliquit etiam Panegyricum de Laurentio Martyre.

FINCKELTHAUSIUS (Sigiſm.) ſcripſit de Jure Patronatus eccleſiaſt. An. 1639. item, controverſias feudales.

FINCKELTHAUSIUS (Wolfg.) poëta, *Crujio in Germano Græcia, pag. 159.* memoratur.

FINCKIUS (Caſp.) Gieſſenſis, celebris Theologus, natus eſt, An. 1578: obiit, Anno 1631. Mortuo parentavit *Andreas Kesleruš.* Reliquit Schediaſmata Philoſophica: Canones Theologicos: Caſus conſcientiæ: Poſtillam, &c. Videatur *Henning. Witte, in Theol. pag. 335.*

FINCKIUS (Jac.) Hafnienſis, natus eſt, An. 1592: obiit, An. 1663. Scripſit de Calore, frigore, Thermoſcopio, &c. Vid. *Vindingius in R.H. pag. 297. Bartbol. in Danis, pag. 59.*

FINCKIUS (Thom.) Flensb. Medicus, natus eſt, An. 1561: obiit, Anno 1656. ætatis 96. Mortuo parentavit *Chr. Oſtenfeldius.* Edidit Horoſcopographiam, de diebus & noctibus, menſibus & annis: 14. libros Geometriæ rotundi, &c. Vid. *Vindingius in R.H. pag. 160. Henning. Witte in Medicis, pag. 189.*

de FINE (Arn.) A. 1662. de legitimis bellicauſis diſputavit. Vid. *Bartbol. in Danis, pag. 13.*

à FINE (Joh. Arn.) An. 1609. Enneadem diſſertationum Phyſiologicarum emiſit. Vid. *Bartbol in Danis, pag. 67.*

FINELLA (Phil.) ſpeculum Aſtronomicum, An. 1649. item, Metopoſcopiam naturalem, An. 1648. edi curavit.

FINELLUS (Lact.) de Maſſa, edidit auream ſelectionem Caſuum ordinarie reſervatorum, Lucæ, An. 1612. in 4.

FINETTUS (Joh.) inter viros doctos relatus eſt à *Ghilino, vol. 2. pag. 125.*

FINEUS (Orontius) Delphinas, A. 1555. obiit. Hic primus, ſecundum Jac. Fab. Stapulenſem, Lutetiæ Pariſiorum magna frequentia Mathematicas ſcientias docuit & ſcriptis eruditiſſimis illuſtravit. Compoſuit de Geometria libros duos: item, Demonſtrationes in ſex libros Euclidis priores. Vid. *Thuanus, l. 16. Sammarthanus, pag. 28.*

FININGHAMUS (Rob.) Norfolcenſis Anglus, An. 1460. claruit. Scripſit librum de ſtatu & dignitate ordinis S. Franciſci: item, de Caſibus Papæ reſervatis. Vid. *Waddingus in S. O. M. p. 308.*

FINUS (Alemanus) Bergomas, An. 1570. claruit. Vid. *Donatus Calvus, pag. 19.*

FINUS (Adrianus) Ferrarienſis, A. 1503. vixit. Confecit Flagellum adverſus Judæos. Vid. *Olearius, in Abaco, pag. 162.* Confer *Caſp. Bartbium, in 3. Theb. Papin. pag. 1110. Quenſtadium, pag. 335.*

FINXIUS (Fr. Guil.) Theatrum Tragicum Sodomiticum, Anno 1662. publicavit.

FIORAVANTA (Leonh.) celebris Chymicus eſſe prædicatur.

FIRMANUS (Seraph.) Italus, in Apocalypſin commentatus eſſe dicitur.

FIRMIANUS (Pet.) Gallus, concinnavit Gygem Gallum, An. 1662.

FIRMICUS (Jul.) Maternus, tempore Conſtantini M. claruit. *Lipſio* juratiſſimus Stoicus vocatur. Exaravit ad Conſtantini filios, Conſtantium & Conſtantem, librum de errore profanarum religionum: item, libros Aſtronomicorum. Vid. *Phil. Labbe T. 1. diſſert. de S. E. pag. 660. Olearius, pag. 279. Glandorp. pag. 487.*

FIRMINUS (Franc.) Notas in Exodum, Pariſ. An. 1579. emiſit.

FISCHART (Joh.) de dæmonomania Magorum, An. 1581. commentatus eſt.

FISCHERUS (Chriſt.) Lunæburg. Superintendens, condidit Comm. in Pſalmos: Harmoniam Evangeliſtarum: Tractatum de Cœna, &c.

FISCHERUS (Joh.) Roffenſis, interfectus eſt, An. 1535. Contra *Oecolampadium* 5. libros de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia elaboravit. Liber, quo Catharinæ Reginæ conjugium tuebatur, ipſi exitialis fuit. Vid. *Jovius in Elog. numero 90. Ph. Labbe, T. 1. diſſert. de S. E. pag. 602. Olearius in Abaco, pag. 263. Sauſſay, pag. 45.*

FISCHERUS (Osw.) Auerſpergenſis, Anno 1565. floruit. Pſalmos pœnitentiales notis & obſervationibus illuſtravit.

FISEN (Barth.) Leodienſis, An. 1591. natus eſt. Edidit Hiſtoriam eccleſiæ Leodienſis, Anno 1642. fol. Item, Tr. de prima origine feſti corporis Chriſti, An. 1628. Vid. *Alegambe, pag. 57.*

FITZERBERTUS (Nic.) deſcriptionem Academiæ Oxonienſis, Romæ, Anno 1602. in lucem protulit.

FITZHERBERTUS (Thomas) Staffordienſis Anglus, An. 1640. ætatis 88. obiit. Pugnavit calamo contra *Macchiavellum* de eo, an ſit utilitas in ſcelere? Vid. *Alegambe, pag. 433.*

FITZRAF (Rich.) An. 1360. obiit. Reliquit 19. libros de quæſtionibus Armenorum: item, Dialogos, epiſtolas, &c. Vid. *Wareus, pag. 70.*

FITZSIMON (Henr.) Dublinienſis, Anno 1644. obiit. Extat ejus Britannomachia miniſtrorum. Vid. *Alegambe, pag. 172.*

FITZSTEPHANI (Joh.) de ſitu & nobilitate Londini, Anno 1603. commentatus eſt.

FIVIZANIUS (Auguſt.) ſcr. de ritu S. crucem Rom. Pontifici præferendi, Romæ, An. 1592.

FLACCUS, Φλάκκος, Geographus, *Ptolemæo in Coſmogr. 5, 10.* memoratur.

FLACCUS (Cajus) JCtus, de Jure Papyriano ſcripſit. Vid. *Bertrandus in JCt. pag. 258.*

FLACCUS (Granius.) Vide, GRANIUS.

FLACCUS (C. Valerius) tempore Veſpaſianorum floruit. Struxit 8. libros Argonauticorum, ſed imperfectos. *Quintilianus* conqueritur, in ejus obitu multum amiſſum eſſe. Vid. *Glandorp.* in *O. R. pag. 875. Caſp. Barthius in 2. Thebaid. Papin. pag. 377.* Noſtrum ævum (inquit) incipit de tanto autore paulo melius ſentire: ſed ſuccedent vere docti cordatique homines, qui abſolutam auctoritatem ei dabunt. Primus *Ang. Politianus* vexillum velut ad protrahendum erexit, licet ante eum nonnemini innotuerit. Certe *Pomponius Sabinus*, Virgilii interpres, eum non ſemel citat in teſtimonium. Et, *pag. 355.* Valerius Flaccus, ſcriptor unicè mihi carus ob inaffectatam, genuinam, Romanam dictionis majeſtatem. Sane ego eum auctorem, Argonautica ſcribentem, legere malo, quàm vel *Ovidium* vel *Papinium*; quorum ille tenuem materiam laſcivia utique violaſſet aut depudicaſſet: hic magniloquentia contriviſſet. Quorum cùm neutrum Valerio objectari poſſit, non video, quid in compoſitione ſermonis deſiderent. Nam de gratiis quod ait *Scaliger*, nequaquam illi ſuæ deeſſe poſſunt, qui alienas non affectavit, neq; ſprevit Romanas neque transmarinas non expreſſit. *Hæc ille. Martialis* illum *Antenorei laris alumnum* appellat. Unde quidam colligunt eum fuiſſe Patavinum.

FLACHIUS (Sigism.) JCtus, natus eſt, An. 1599: obiit, An. 1629. Argentinæ docuit.

FLACIUS (Matthias) aliter *Francowitzius* dictus, Illyricus, natus eſt, Anno 1520: obiit, An. 1575. Docuit Wittebergæ, Magdeburgi, Jenæ, Antverpiæ, &c. Edidit plurimos utiliſſimos libros, ut Hiſtoriæ eccleſiaſticæ commentarios, Centuriarum Magdeburgenſium nomine celebres: Clavem ſacræ Scripturæ: Catalogum teſtium veritatis, &c. Aliàs *Paradoxū* illud, Peccatum Orig. eſſe ſubſtantiam, defendere conatus eſt: Formulam quoq; concordiæ, à *Jacobo Andreæ* editam, oppugnare haud dubitavit. Vid. *Thuanus, l. 61. Jac. Verheiden. in Elog. pag. 157. Hadr. Bejerus in R. I. pag. 453. Quenſtad. pag. 262.*

FLACIUS (Matth.) Tubingæ Græcas literas docuit. Reliquit opus Logicum, An. 1593. Vid. *Simlerus.*

FLADRUNUS (Pet.) collegit Indicem locorum communium.

FLAMINIUS (Ant.) Siculus, mortuus inter libros repertus eſt. Ejus prælectionibus (inquit *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag. 42.*) Roma longa annorum ſerie nihil habuit eruditius. Vitam mirabilem duxit: ſiquidem nullius unquam nec docti nec indocti hominis familiaritate commerciove delectatus eſt: non famulum, non ſervum habuit: neminem unquam ad cœnam adhibuit, nec aliorum ipſe menſas affectavit.

FLAMINIUS (Joh. Ant.) Forocornelienſis, An. 1536. obiit. Compoſuit, teſte *Leandro*, Hiſtoriam de Rom. Imperatoribus: item, duos ſilvarum, epigrammatum verò tres libros. His adde Tragœdiam, Priamum dictam. Vid. *Tom. 1. Delit. Ital. pag. 971.*

FLAMINIUS (Marcus Ant.) Joh. Antonii filius, An. 1550. mortuus eſt. Hic primus inter ſuos Davidicorum Pſalmorum majeſtatem latinis verſibus exprimere conatus eſt. Vid. *Thuanus lib. 8. Ghilinus vol. 2. pag. 192.*

FLAMMA (Gabr.) Venetus, Anno. 1587. obiit. Exaravit Notas in utrumq; Teſtamentum. Videatur *Ghilinus, vol. 1. pag. 67.*

FLAMMA (Galvanus) Mediolanenſis, Anno 1340. vixit. Condidiſſe fertur Chronicon Imperatorum & civitatis Mediolanenſis usque ad ſuam ætatem. Vid. *P. P. Poſca, de æneo ſerpente, pag. 52. & ſeq.* Galuani Flammæ cujusdam poemata (an idem ſit cum noſtro, alii viderint) *T. 1. Delit. Ital. pag. 984.* reperiuntur.

FLAMMELLUS (Nicol.) Pariſ. reliquit annotationes Chymicas. Vid. *Linden. pag. 467.*

de FLANDRIA (Dominicus) Ann. 1470. claruit. In metaphyſicam Ariſtotelis commentatus eſt. Videatur *Sweertius, pag. 222.*

FLAVIANUS quidam texuit librum de veſtigiis Philoſophorum, quem celebrat *Sariſbarienſis l. 2. Nug. Curial. c. 26.* Confer *Eundem, l. 8. c. 12.*

FLAVIANUS, Conſtantinopolitanus Epiſcopus, tempore Marciani Imp. floruit & ad Leonem Papam epiſtolam transmiſit.

FLAVIANUS (Amandus) ſcr. Commonitorium de Fulmine, An. 1651. Verus ejus libri autor fertur eſſe Blondellus.

de FLAVIGNI (Carolus) An. 1504. Reges Franciæ edidit.

FLAVIGNIUS (Valer.) Doctor Sorbonicus, A. 1665. claruit. Extat ejus volumen de Hexaplis Pariſienſibus. Vid. *Colomeſius in Gall. Or. pag. 182.*

FLAVIUS, S. *Hieronymi* æqualis, carmine hexametro de re Medica tractavit. Teſtis *Hieronymus contra Jovinianum.*

FLAVIUS (Barth.) Genevenſis, librum de vitæ humanæ felicitate compoſuit. Prodiit iſte liber è Bibliotheca *Marq. Freheri* cum ejus præfatione & notis, Hanoviæ, An. 1611.

FLAVIUS (Camill.) ſtruxit paraphraſin in Hippocratem, de aëre, aquis, & locis, Venet. An. 1596.

FLAVIUS (Cn.) Appii Claudii cœci ſcriba, Faſtos compilavit, eosq; populo edifcendos propoſuit, quo facto tantam gratiam plebis adeptus eſt, ut ideò ædilis curulis creatus fuerit, teſte *Plinio l. 33. cap. 1.* Vid. *Thomaſius de Plagio, §. 430. & ſeq.*

FLAVIUS (Serg.) nova vocabula adinveniſſe ſcribitur. *Quintilianus 8, 3.* Multa (inquit) ex Græco formata nova, ac plurima à *Sergio Flavio*, quorum dura quædam admodum videntur, ut *ens & eſſentia*: quæ cur tantoperè aſpernemur, nihil video, niſi quod iniqui judices adverſus nos ſumus, ideoq; paupertate ſermonis laboramus. Confer *Muretum in Var. lect. 15, 20.* ubi oſtendit, *eſſentiæ* nomen ab ipſo Cicerone uſurpatum eſſe. Vide, CAPER.

FLAVIUS (J. Bapt.) Faneſtris, in meteora commentatus eſt, An. 1591.

FLAVIUS (Melch.) confecit reſolutiones Scoti in libros Sententiarum, Pariſ. Anno 1600. Item, Tr. de regno DEI, de quo locutus eſt Chriſtus per dies quadraginta.

FLAVIUS (Ptolemæus) collegit Centuriam obſervationum in varios Scriptores, Anno 1602. Extat *Tom. 1. Lamp. Crit. Grut.*

FLAYDERUS (Fr. Herm.) edidit Sal Muſarum vel epigrammata, Tubingæ, Anno 1629. Scripſit etiam de arte volandi.

FLEMMESOLIUS (Pet. Jac.) An. 1591. claruit. Emiſit aſtrologiam elementarem de aëris mutationibus: item, librum de Melancholia. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 117.*

FLEMMINGUS (Joh.) Antv. Anno 1568. obiit, teſte *Sweertio*. Extant ejus epigrammata. Vid. *Tomus* 2. *Delit. Belg. pag.* 403.
FLEMMINGUS (Patric.) edidit Collectanea ſacra, Lovan. A. 1667. fol.
FLEMMINGUS (Paul.) An. 1638. floruit. Scripſit Epigrammata 12. libris: ſilvas 10. libris: & Manes Glogerianos libris octo.
FLESSELIUS (Ph.) Chirurgiam, Pariſ. An. 1553. imprimi curavit.
FLINSBACHIUS (Culman.) Tabernæmontanus, An. 1571. obiit. Compoſuit Chronologiam: item, Genealogiam Chriſti.
de FLISCO (Mauric.) texuit tract. de Fato annisq; fatalibus tam hominibus, quàm regnis, An. 1665. Fato abſolutum in regna imperium tribuit.
FLITNERUS (Joh.) ſcripſit de ſapientia Chriſtiana: item librum, titulo, Nebulo nebulonum, An. 1620.
FLOCCENIUS (Henr.) multa conſcripſiſſe dicitur. Opera ejus prodierunt, Daventriæ, An. 1655.
FLOCCUS (Andr. Dominicus) Florentinus, An. 1440. claruit. Erat diſcipulus *Emanuelis Chryſoloræ* & inter eloquentes ſui ævi viros numeratus eſt, ut eſt apud *Raph. Volaterranum*. Exaravit ad Brandem Card. librum de Rom. magiſtratibus, quem quidam maleferiati antiquo ſcriptori, *Feneſtellæ*, tribuere auſi ſunt. Primus libellum iſtum cum genuino autoris nomine ex manuſc. edi curavit *Æg. Witſius*, JCtus Brugenſis. Videatur *Mart. Hanckius, part.* 1. *de S. R. R. pag* 196. *Dionyſius* tamen *Gothofredus* in *Not.* ad *Varton. de L. L. pag.* 1797. autorem facit *Anton. SCIOCHIUM*, Florentinum. Fortaſſis memoriâ lapſus eſt & Andr. Floccum ſcribere voluit.
FLODOARDUS, Canonicus eccleſiæ Rhemenſis, An. 966. obiit. Hiſtoriam eccleſiæ Rhemenſis quatuor libris complexus eſt, quæ in lucem prodiit curâ Jac. Sirmondi. Vid *Ph. Labbe T.* 1. *diſſ. de Scr. Eccl. pag.* 320. *Olearius, pag.* 162.
FLORAGER (Joh.) Silvæducenſis, Anno 1582. floruit. Scripſit Calvinum, Dialogum poëticum: item, carmina in laudem civitatis Silvæducenſis Græcè & Latinè. Vid. *Sweertius, pag.* 424.
FLORAVANTIUS (Hieron.) Romanus, A. 1630. obiit. Elaboravit tres libros de Trinitate, qui Moguntiæ editi ſunt, An. 1616. Vid. *Leo Allatius in Ap. Urb. pag.* 130. *Alegambe, pag.* 183.
FLORAVANTIUS (Innoc. Maria) inter viros doctos recenſetur. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag.* 131.
FLORAVANTUS (Leonh.) Bonon. Medicus, An. 1560. claruit. Reliquit varia opera medicinalia.
FLOREMBENUS (Pamph.) Forolempronienſis, de Febribus commentatus eſt, Venet. An 1550.
FLORENDUS (Franc.) Inſtitutionem vitæ, Colon. An. 1596. publicavit.
FLORENS (Franc.) ſcripſit de uſu Pallii, Pariſ. An. 1640. item, de Nuptiis, Anno 1643.
FLORENS (Q. Sept.) Chriſtianus, Aurelianenſis, An. 1596. obiit. Erat vir doctiſſimus, & utriusq; linguæ peritia verſuumque iisdem linguis pangendorum laude cum priſcis comparandus. Regi Henrico IV. ab inſtitutione fuit. Fecit Comment. in Ariſtophanis quasdam Comœdias & Euripidis Tragœdias. Carmina ejus occurrunt *T.* 1. *Delit. Gall. pag.* 800. Patrem habuit *Guilielmum*, Medicum, qui *Ocellum Lucanum* latinè tranſtulit. Vid. *Thuanus l.* 117. *Sammarthanus, pag.* 160.
FLORENTIA (Hieron.) Complutenſis, A. 1633. obiit. Extat ejus Mariale, fol. 2. Tomis conſtans. Videatur *Alegambe, pag.* 183.
FLORENTINIUS (Fr. Maria) emiſit martyrologium Rom. An. 1668. fol.
FLORENTINUS (Adrianus) carmina ſtruxit, quæ habentur *Tomo* 1. *Delit. Belg. pag.* 419.
FLORENTINUS (Auguſt.) condidit 3. libros hiſtoriarum Camaldulenſium. Vid. *Ghilinus, vol.* 2. *pag.* 7.
FLORENTINUS (Fr.) cognomine Paduanus, ſub Nicolao V. pontifice claruit. Compoſ. librum de aſtrologorum parvipendendis judiciis: item, de floccipendendo vulgo. Vid. *Waddingus, in S. O. M. pag.* 118.
FLORENTINUS (Hieron.) Tract. de hominibus dubiis baptizandis, Lugd. Anno 1675. typis mandavit.
FLORENTINUS (Laur.) de Elocutione commentatus eſt, Venet. Anno 1516.

FLO-

FLORENTINUS (Nicol) Medicus, habuit ſeptem ſermones de medicina, Venet. Anno 1515.

FLORENTIUS, JCtus, tempore Gordiani Imp. claruit. Reliquit XII. libros inſtitutionum. Vid. *Guid. Panzirolus in JCt. 1, 63. Bertrandus, pag. 108.*

FLORENTIUS, Wigornienſis, An. Chr. 1119. obiit. Extat ejus Chronicon, fol. item, Tr. de regali Anglorum proſapia.

FLORENTIUS (Adrianus) Ultraject natus eſt, An. 1459: obiit, An. 1523. Lovanii Theologiam profeſſus eſt. Inde Epiſcopus Dertuſenſis: mox Cardinalis creatus fuit. Tandem ſatagente Carolo V. cui à ſtudiis aliquando fuerat, ad Pontificatum evectus & *Adrianus VI.* dictus eſt. Compoſuit Computum hominis agonizantis. Vide, ADRIANUS.

FLORENTIUS (Henr.) Medicus, Leydæ Chronologiam & Græcas literas docuit.

de FLORES (Ildef.) Noblexenſis, ſtruxit Comm. in cap 24. Eccleſiaſtici, Antv. An. 1661. fol. Vid. *Alegambe, pag. 18.*

FLORETTUS (Bened.) adornavit apologiam pro Plauto Comico.

FLORIANUS (Joh.) Antverp. An. 1585. obiit. Edidit Grammaticam, ſummo compendio deſcriptam, teſte *Swertio.*

FLORIBELLUS (Ant.) Mutinenſis, vixit tempore Caroli V. De autoritate eccleſiæ commentari cœpit. Vitam etiam Jac. Sodoleti exaravit.

FLORIDUS (Ambroſ.) Patavinus, ſcripſit de natura univerſi maris, Patav. A. 1613. item, de annis Climactericis & diebus Criticis, Anno 1612. dialogiſtico ſermone.

FLORIDUS (Franc.) Sabinus, An. 1540. claruit. *Quenſtadius, pag. 349.* vocat virum, Græcæ Latinæq; linguæ, tum humanitatis totius ac Philoſophiæ peritiſſimum. Octo libros Odyſſeæ carmine transtulit. Lectiones ejus ſubciſivæ *Tomo I. Lamp. Crit.* continentur. *Alciatum* æmulum & adverſarium habuit, à quo *Rancifcus Olidus* dictus eſt. Fertur etiam res geſtas Julii Cæſar. tribus libris deſcripſiſſe. Vid. *Hanckius, part. 2. de Scr. R. R. pag. 135.*

FLORIDUS (Gaudioſus) catholicas explicationes Vet. & Nov. Teſtamenti, Colon. An. 1581. emiſit.

FLORIDUS (Georg.) natus eſt, A. 1510. Edidit Philologica.

FLORIMUNDUS (Joh. Car.) ſcripſit fabulam Joh. Papiſſæ, Colon. An. 1614.

FLORINUS (Clammerus) tractavit de accentuatione divina, An. 1667.

à FLORO (Ant. Jord.) Jeſ. An. 1624. claruit. De Poëſi Hebræorum nonnulla molitus eſt, teſte *Colomeſio.*

FLORONUS (Lucas) de Solarolo, JCtus, ſcripſit de prohibitione duelli, Venet. Anno 1610.

FLORUS (L. Annæus) hiſtoricus, extremis Trajani Imperatoris temporibus floruit, & deinceps. De eo ita *Voſſius:* Stilus ejus in hiſtoria eſt declamatorius ac poëtico proprior, adeò ut etiam Virgilii hemiſtichia profundat. Et tamen ea eſt potiſſima Flori noſtri laus, quod ſcriptor eſt elegans & diſertus, &, ſi paucula exceperis, quæ frigidius dicta videntur, verè floridus. Carminibus certavit cum Hadriano Imp Huic Floro *J. G. Voſſius* Octaviam Tragœdiam, quæ Senecæ Philoſopho alias tribuitur, aſſignat. Error ex eo ortus, quòd Florus iſte *L. Annæus Seneca* diceretur. Vid. *Mart Hanckius in Scr. R. R. part. 1. pag. 101. C. Barthol. in 1. Theb. Pap. pag. 105.*

FLORUS Poëta, Jaſonis & comitum profectionem in Colchos, & Velleris aurei & Medeæ raptum carmine heroico cecinit. *Glandorp. pag. 346.*

FLORUS (Julius) Orator, tempore Tib. Imp. claruit. Meminit ejus *Seneca, Controv. 25.*

FLORUS (Claud.) Pariſinus, Bibliothecam Claromontanam Soc. JESU carmine deſcripſit, An. 1661.

FLORUS (Georg.) Mediolanenſis A. 1613. de bello Italico ſex libros elaboravit.

FLORUS (Marcus) Argentinenſis, natus eſt An. 1567. Argentinæ Græcas literas profeſſus eſt.

FLORUS (Nicol.) Gothanus, natus eſt, A. 1525: obiit, A. 1587. Argentinæ Theologiam docuit.

FLOYDUS (Joſ.) Anglus, An. 1639. claruit. Edidit cenſuram decem librorum de Rep. eccleſiaſtica *Marci Ant. de Dominis*, Colon. An. 1621. nomine *Annoſi Fidelis Verimontani.* Vid. *Alegambe, pag. 242. Mareſius T. 2. contra Tirinum, p. 864. Placcius, pag. 148.*

FLUD (Rob.) aliàs de Fluctibus, Medicus Oxonienſis, Philoſophiam Moſaicam, An. 1638. item, Metaphyſicam utriusq; Coſmi

Coſmi, majoris & minoris, Phyſicam, & Technicam Hiſtoricam, in 2. volumina diviſam, publici juris fecit. Vid. *Sorellus de perf. hom. pag. 587.*

de FLUMARO (Donnus Vincent.) Collyrium mentis, in quo pleraque Chriſti nomina ex Vet. Teſtam. ſcholiis notantur, An. 1563. typis tradidit.

FLUSKE (Franc.) edidit propoſitiones Mathematicas ex ſtatica, de ponderum gravitate, Uratislav. in 4.

FLUSSATES (Fr.) in Euclidem, Pariſ. An. 1566. commentatus eſt.

FOCANUS (Jacobus) de ratione ſtudiorum, Amſterd. An. 1639. in 4. ſcribere aggreſſus eſt.

FOCCO (Joh.) conciones miſcellaneas, An. 1650. edi curavit.

FOCHETIUS (Claud.) antiquitates Gallicas collegit.

FOCHTMAN (Dan.) concinnavit apologiam pro Auguſtana Confeſſione, Anno 1603.

FOEDRUS (Thom.) A. 1490. vixit. Eum antiquitatum Hetruſcarum, quas *Curt. Ingbiramius* Proſpero cuidam tribuit, verum autorem eſſe, *Voſſius l. 1. de hiſt. Lat. cap. 9.* tradit. Videatur *Hallerv. in B. C. pag. 348.*

FOENISECA (Joh.) edidit Phyſicam medicinæ ſubalternam, An. 1515.

FOENUTIUS (Laz.) ſcripſit de Momentis, Venet. An. 1586.

FOESIUS (Anut.) Mediomatricus, Medicus, An. 1596. obiit, ætatis 68. Struxit Oeconomiam Hippocratis: Hippocratem verò ipſum paſſim emendavit, doctiſſimáq; verſione & commentario illuſtravit.

FOGELIUS (Mart.) Phil. & Med. D. hiſtoriam Philoſophicam Lynceorum, Anno 1671. in lucem protulit.

de FOGEROLES (Franc.) de ſenum affectibus, Lugd. A. 1610. commentatus eſt. *Linden. pag. 180.*

FOGLIA, de faucium ulceribus, Neap. A. 1563. tractaſſe fertur.

FOGLIETA (Obert.) ſcripſit duodecim libros hiſtoriæ Genuenſium: clarorum Ligurum elogia: de cauſis magnitudinis imperii Turcici: de Philoſophiæ & Jurisprudentiæ inter ſe comparatione, &c. Vid. *Ghil. v. 1. p. 575.* Vide, FOLIETA.

FOJANUS (Guido) JCtus, exaravit Tr. de ſequeſtro. Prodiit An. 1609.

FOLCARDUS, reliquit Chronicon Beneventanum.

à FOLCKERSHEIM (Herm.) Friſius, Marinum Neapolitanum de vita Procli in latinum ſermonem convertit, teſte *Sweertio.*

FOLENGIUS (J. Bapt.) Anno 1550. obiit. Pſalmos & epiſtolas Canonicas commentario illuſtravit. Vid. *Thuanus, lib. 23.*

FOLIANUS (Fr.) Rhetus, An. 1609. obiit. Prædicatur eximius fuiſſe cultor ſanctiſſimæ Trinitatis. DEI aut divinæ TRIADOS nomen nunquam niſi grandioribus literis expreſſit. Reliquit poſt ſe 7. Tomos ad Angelum tutelarem. Vid. *Alegambe, pag. 122.*

FOLIANUS (Lud.) Muſicam Theoreticam, An. 1529. publicavit.

FOLIETA (Hubert.) Genuenſis, A. 1581. obiit. Teſte *Thuano, l. 74.* novam de nobilium & plebejarum familiarum diſtinctione ſententiam invexit, eaq; de re duos dialogos publicavit. Orſus etiam eſt hiſtoriam ſui temporis; ex qua multa *Thuanus* & plerumq; ipſa verba operi ſuo inſeruit. Vide, FOGLIETA.

FOLIETANUS (Hugo) Corbejenſis Monachus, An. 1120. vixit. Habetur pro genuino authore 4. librorum de clauſtro animæ, *Hugoni de S. Victore* vulgò adſcriptorum. Videatur *Olearius, in Abaco, pag. 221.*

FOLIOT (Gilb.) Anglus, epiſcopus Londinenſis, Anno 1187. obiit. Scripſit in Cant. Canticorum.

FOLIUS (Cæcil.) Fananenſis, edidit novam auris internæ delineationem, *Anno 1645.*

FOLLÆUS (Joh.) leges ſodalitatis Angelicæ condidit. Videatur *Alegambe, pag. 553.*

FOLLERIUS (Pet.) Neapolitanus, JCtus, Practicam cenſualem, Venet. An. 1557. emiſit.

FOLLINUS (Herm.) Medicus, An. 1622. floruit. Scripſit Algebram: Amuletum contra peſtem: libr. de Cauteriis: Speculum naturæ humanæ. Vid. *Sweertius, pag. 342.*

FOLLINUS (Joh.) Triocinium medicinæ practicæ, Colon. An. 1648. compoſuit.

FOLLIUS (Franc.) inventor inſtrumenti, quo humida & ſicca aëris temperies agnoſcitur, de circulatione ſanguinis

guinis, Florent. A. 1665. commentatus eſſe dicitur.

FOLVILLUS (Gu.) Lincolnienſis, An. 1384. obiit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 152.*

FOMANNUS (Orth.) JCtus, ſcr. de jure Repræſentationis: item, de Pignoribus & hypothecis.

FONCIUS (Barthol.) Vide, FONTIUS.

FONS (Pet.) edidit librum Legum ſelectarum, Lugd. An. 1607.

FONSECA (Ant.) Luſitanus, An. 1542. claruit.

FONSECA (Chriſt.) ſtruxit Amphitheatrum amorum, Antv. An. 1661. fol.

FONSECA (Pet.) Luſitanus, Anno 1599. obiit, ætatis 71. Reliquit 4. Tomos commentariorum in Metaphyſicam Ariſtotelis. *Alegambe, pag. 380.* vocat virum eximio ingenio, acri judicio, prudentia ſingulari.

à FONSECA (Rodericus) Luſitanus, duos Tomos Conſultationum medicarum An. 1630. edi curavit. Extant etiam duo ejus Tract. unus de remediis calculorum, alter de venenis & eorum curatione.

de la FONT (Car.) ſcr. de veneno peſtilenti, An. 1671.

FONTANA (Alex.) Mutinenſis, de morbo Gallico tractaſſe legitur.

FONTANA (Publ.) Bergomas, natus eſt, *Anno* 1548: obiit, Anno 1609. Condidit Delphinis tres libros carmine: Formicam ſeu de providentia DEI: carmen in vana mortalium ſtudia, &c. Vid. *Donatus Calvus, pag. 455. Ghilinus, vol. 1. pag. 202. Quenſtad. pag. 303.*

FONTANELLA (J. Pet.) ſcr. de Pactis nuptialibus, An. 1627. Genev. item, Deciſionum 2. Tomos.

FONTANONIUS (Dionyſ.) Montiſpesſulanus, compoſ. 4. libros de morborum internorum curatione, An. 1551.

FONTANUS, poëta, Ovidio coævus, Najadas à Satyris amatas cecinit. *Ovid. de Pont. 4, 16. Najadas à Satyris caneret Fontanus amatas.*

FONTANUS (Gabr.) Maſſalienſis Medicus, Medicinam AntiHermeticam, An*no* 1657. promulgavit.

FONTANUS (Jac.) Brugenſis, JCtus, An. 1538. floruit. Hiſtoriam belli Rhodii tribus libris complexus eſt. Scholia etiam in Juſtiniani codicem confecit.

FONTANUS (Jac.) Sammaximitanus, edidit Practicam Medicam, in 4. partes diſtinctam, An. 1611.

FONTANUS (Nicol.) ſtruxit Syntagma Medicum de morbis mulierum, A. 1649: item, comment. in Seb. Auſtrii libellum de morbis infantum.

FONTANUS (Simon) Senonenſis, reliquit commentarium in librum Ruth, Pariſ. An. 1562. Vid. *Waddingus, pag. 316.*

de FONTE (Caſp.) Vide, FUENTE.

à FONTE (Læl.) Eugubinus, Conſultationes medicinales, An. 1608. publicari juſſit.

FONTECHA (Joh. Alf.) edidit Medicinam medicorum incipientium, ſive Medicinæ Chriſtianæ ſpeculum, tribus luminaribus diſtinctum, Compluti, Anno 1598. in 4.

FONTEJUS, Carthaginenſis, ſcripſit adhuc Paganus de mundanda mente ad videndum Deum. Poſtea baptizatus & Chriſtianus mortuus eſt, teſte *Auguſtino Retract. 1, 26.* Videatur *Glandorpius, pag. 349.*

FONTEJUS, in oratione pro Nucerinis, à *Fulgentio, pag. 150.* allegatur.

FONTEJUS (Claudius) ſcripſit de antiquo Jure Presbyterorum in regimine eccleſiaſtico, Taurini, An. 1676.

FONTEJUS (J. Bapt.) circa annum Chriſti 1572. claruit. De priſca Cæſiorum gente inter Romanos nobili commentatus eſt, An. 1582. Bononiæ, fol. Vid. *Hanckius, part. 2. de S. R. R. pag. 144.*

FONTIANUS, poeta, (teſte *Glandorpio, pag. 349.*) Provincias Romanorum carmine deſcripſit.

de FONTIBUS (Gabr.) librum de infantia S. Edmundi exaravit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 143.*

FONTIDONIUS (Pet.) Segobienſis, Synodo Tridentinæ interfuit. Struxit apologiam ejusdem Concilii adverſus Joh. Fabricium Montanum.

FONTIUS (Barth.) Florentinus, tempore Corvini, Regis Hungariæ, floruit. Reliquit vitam Pauli Chiacceti: orationes: commentarium in Perſii ſatiras. Meminit ejus *Verinus* his verſibus:

> FONTIUS *eſt rhetor, pubis moderator Hetruſcæ,*
> *Judicio & nulli morum pietate ſecundus.*

Autor Dialogi de Lat. Linguæ reparatione, pag. 412. Fontius & ipſe non parum in Perſio meruit: ſed illius orationes majore

jore quodam favore excipiuntur. Vid. *Aſpaſius in Bibliotb. Aproſiana, pag. 3.* item, *Joh. Cinellus in præfat. part. 2. Bibl. Volantis.*

FOORD (Joh.) Theol. Baltonienſis Anglus, A. 1628. obiit. Scripſit in Pſalmos: item in Apocalypſin, An. 1597.

FOPPA (M. Ant.) Bergomas, de reb. Bergomatib. teſte *Calvo*, tractare aggreſſus eſt.

FOQUELINUS (Anton.) edidit prælectiones Aurelianenſes, ad Tit. de Subſtitutione.

FORBESIUS (Guilh.) Aberdonenſis, Epiſcopus Edinburgenſis, A. 1634. obiit. Extant ejus Conſiderationes controverſiarum de Juſtificatione, Purgatorio, Invocatione Sanctorum, Chriſto Mediatore, & Euchariſtia. Ex *Elencho vitæ ejus* ſequentia accipe: Guil. Forbeſius pauca ſcripſit. Scire enim maluit, quàm ſcribere: & hoc dicterium ſcripturienti cuidam & magnos labores ei oſtentanti lepide ſed ſolidè uſurpavit.: *Lege plura & ſcribe pauciora.* Opus poſtumum, *Conſiderationes modeſtæ*, eſt pacati ingenii & moderati animi ingens ſpecimen & indicium: in quo, tanquam alter Caſſander & Catholicus moderator, rigidas & auſteras utriusq; tam Reformatæ quam Pontificiæ partis opiniones in quibusdam religionis controverſiis componere, ſaltem mitigare ſatagit. Quanti moderationem fecerit, oſtendit dicto illo, frequenter ab ipſo uſurpato: *ſi plures fuiſſent Caſſandri & Wicelii, non opus fuiſſet Luthero aut Calvino.* Scripſit etiam elaboratas & nervoſas animadverſiones in quatuor Bellarmini Tomos, quos *Rob. Baronius*, Theol. D. & profeſſor ei ſuccedaneus, tanti fecit, ut omnibus contra Bellarminum ſcriptis prætulerit, &, niſi immatura morte proventus fuiſſet, prelo ſubjicere & publici juris facere propoſuerit. *Quidam* tale ei elogium tribuit: Fuit Forbeſius vir verè Apoſtolicus, antiquitatis catholicæ callentiſſimus, qui nulli primorum ab ævo Apoſtolico doctrinâ, ſanctitate, humilitate, temperantia, modeſtia, gravitate, orationis & jejunii publici & privati frequentia, bonorum operum praxi, induſtria pauperum cura, clinicorum crebra viſitatione & conſolatione, & omnifaria virtute Chriſtiana fuit fecundus.

FORBESIUS (Joh.) à Corſe, edidit Inſtitutiones Hiſtorico-Theologicas, Anno 1645. fol.

FORBESIUS (Patric.) à Corſe, Scotus, An. 1635. obiit, ætatis 71. In Apocalypſin commentari cœpit. Vid *Kempius pag. 257.*

FORBISSERUS (Mart.) exaravit hiſtoriam navigationis ex Anglia in ſeptentrionis & occidentis tractum ſuſceptæ. Prodiit, An. 1675.

FORCATULUS (Steph.) JCtus, Necyomantiam JCti, An. 1549. emiſit: item, 7. libros de Philoſophia. Carmina ejus leguntur, *T. 1. Delit. Gall. pag. 899.*

FORD (Simon) ſcripſit de ambitione ſacra.

FORDONIUS (Joh.) de Scotia commentatus eſt.

FORELLUS (Dominicus) elaboravit Conſilia Medica.

FORERIUS (Fr.) Luſitanus, An. 1580. obiit. Eſaiam commentario inſigni illuſtravit. *Sixtus Senenſis* l. 4. *B. S. p.* 230. eum magnoperè commendat.

FORERUS (Joh. Andr.) JCtus tractavit de Jure Nepotum, An. 1671.

FORERUS (Laur.) Lucernenſis, Helvetius, Jeſ. compoſuit vindicias ſymboli Lutherani: quæſtionem, de eccleſia ante Lutherum: Bellum ubiquitiſticum: Viridarium Philoſophicum: Grammaticum Proteum. Sub nomine Thomæ Viti edidit Defenſionem catholicæ eccleſiæ. Videatur *Alegambe, pag.* 295.

FORERUS (Pet.) Ideam boni parochi & perfecti religioſi, An. 1668. publicavit.

FORESTIUS (Joh.) Hornanus, *idyllia* Græca condidit, teſte *Sweertio.*

FORESTUS (Hector) ſcripſit in Ethicam & Oeconomiam Ariſtotelis, Lugd. Anno 1550.

FORESTUS (Jac. Phil.) Bergomas, natus eſt, Anno 1434: obiit, An. 1520. *Tritbemius* vocat hiſtoriographum celeberrimum: *Paulus Langius* hiſtoriographum & Theologum validum. Compoſuit ſupplementum Chronicorum à M. C. usq; ad Annû 1505: commentarium in Lucam: librum de claris mulieribus. Vid. *Donatus Calvus, pag.* 198. *Olearius in Abaco, pag.* 225.

FORESTUS (Joh.) Anglus, Anno 1538. occiſus eſt. Scripſit de authoritate Eccleſiæ ſummiq; pontificis. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag.* 207.

FORESTUS (Nicol.) Rhemenſis Gallus, ſcripſit de circino proportionis. Vid. *Alegambe, p. 353.*

FORESTUS (Pet.) Alcmarienſis, Medicus, natus eſt An. 1522. obiit An. 1592. Collegit curationum & obſervationum medicinalium 32. libros: item, de Chirurgia libros quinque. Videatur *Sweertius, pag. 614.*

FORESTUS (Theod.) Bergomas, A. 1637. obiit. Tractavit de S. Trinitatis myſterio.

FORGACHIUS (Franc.) epitomen hiſtoriæ ſui temporis contexuit.

de la FORGE (Lud.) Medicus, ſtruxit tract. de mente humana, An. 1670. Amſterd.

FORGET (Joh.) Lotharingus, ſcribere aggreſſus de ſignaturis plantarum, An. 1633.

de FORLIVIO (Reiner.) in 1. & 2. ff. novi commentatus eſt.

FORMAGLINUS (Phil.) JCtus, A. 1325. claruit. Reliquit quæſtiones.

FORMAGLINUS (Th.) JCtus, An. 1317. floruit. Extant ejus lecturæ in Digeſtum vetus & Codicem.

de FORMANOIR (Nicol.) edidit confeſſionem Catholicam, Antv. An. 1605.

FORMICARIUS (Mich.) ſcr. in aliquot Pſalmos, An. 1600.

FORNARIUS (Mart.) Brunduſinus, compoſ. Inſtitutionem confeſſariorum. Vid. *Alegamb. p. 326.*

FORNELIUS (Laur.) Profeſſor Theologiæ & poëſeos, Upſaliæ obiit, An. 1673. Reliquit poëticam. *Epitaphium* ipſe ſibi tale fecit:

Gotthia me genuit: Batavi fecêre magiſtrum:
Upſalia excepit: Porticus hæc ſepelit.
Me melius nemo Gustavi *vulnera Regis*
Vidit, & in ſaxo hoc, Lector, habeto novum.

Ita accepi ex ore Cl. *Joh. Billbergii*, Sueci.

FORNERIUS (Guil.) Aurelianenſis, JCt. ſcripſit de Feudis: item, 2. libros Selectionum. *Barthius* ad *Claud. pag. 1316.* vocat doctiſſimum & elegantiſſimum JCtum, quem noſtrates diſputatores ὡς ἐκ τρεφώνης ineptire pronunciant. Vid. *Merula in Ennium, p. 185. Thomaſius de plagio, §. 342.*

FORNERIUS (Radulf.) JCtus, emiſit ſex libros rerum quotidianarum.

FORNERUS (Andr.) edidit Jubileum quintevangelicum, Ingolſt. Anno 1618.

FORNERUS (Frid.) edidit roſam pentaphyllatam, An. 1630: quatuor libros de malo temulentiæ: & palmam miraculorum triumphalem, An. 1620.

FORNESIUS (Ant.) Perottinus, de peſte An. 1583. commentatus eſt.

FORRERIUS (Franc.) Ulyſſiponenſis, Eſaiam notis illuſtravit. *Hieron. Magius in var. lect. 2, 8.* Theologum præclariſſimum appellat.

FORSANUS (Joh.) ſcripſit in ſententias Joh. Scoti, Pariſ. An. 1601.

FORSTERUS (Gedeon) exaravit epiſtolam de neceſſitate & utilitate Catecheſeos, Colon. An. 1663.

FORSTERUS (Joh.) Auguſtanus, natus eſt Anno 1495. obiit An. 1556. Docuit Wittebergæ. Conſtruxit Hebraicum Dictionarium. Vid. *Thuanus, l. 17.*

FORSTERUS (Joh.) Aurbaco Palatinus, natus eſt An. 1576. obiit An. 1613. Wittebergæ Theologiam profeſſus eſt. Reliquit problemata: Theſaurum Catecheticum: Commentar. in Eſaiam. Vid. *Henning. Witte in Theol. pag. 67.* Carmina ejusdem, ni fallor, leguntur *T. 3. Delit. Germ. pag. 164.*

FORSTERUS (Valent.) JCtus, compoſuit tres libros de hiſtoria Juris Romani. *Chr. Ad. Rupertus in Animadv. ad Pomponium, l. 3. c. 1.* parum ei tribuit, omnesq; ſerio hortatur, ut illum caveant. Et *c. 6. §. 40.* refert, ipſum quoq; comment. de familiis Romanis promiſiſſe. Vid. *Thomaſius de plagio, §. 433.*

FORSTNERUS (Chriſtoph.) JCtus & Politicus celeberrimus, Anno 1640. claruit. Elaboravit notas politicas in Corn. Tacitum: item, epiſtolas. Vid. *Böclerus in Museo, pag. 70.*

FORTHE (Joh.) Anglus, expoſitionem in Apocalypſin, Lond. An. 1597. vulgavit.

FORTIS (Raym. Joh.) Profeſſor Patav. de febribus commentatus eſt, An. 1668.

de FORTI Scuto, (G.) ferias Academicas, Duaci, An. 1630. edi curavit.

FORTIUS (Joach.) Antv. An. 1536. obiit. Confecit 3. libros inſtitutionum aſtronomicarum: Chaos mathematicum: librum de interpretatione ſomniorũ, &c. Videatur *Sweert. pag. 385. Chilinus vol. 2. pag. 110.*

FORTIUS (Joh.) edidit Tr. de nomine DEI tetragrammato, Pragæ, Anno 1570.

FORTOLUS (Ant.) Joſetienſis, An. 1529. claruit. Galeni comment. de diſſectione venarum, arteriarum & nervorum ſtilo ſatis eleganti tranſtulit.

FORTUNATIANUS (Curius) artê Rhetoricam tribus voluminibus complexus eſt. *Caſſiodorus in Rhet. pag. 1029.* vocat doctorem novellum, & monet, ut, qui brevitatis amator ſit, eum legat. Nam, cum opus ſuum in multos libros non tetenderit, plurima tamen acutisſima ratione diſſeruit.

FORTUNATUS (Marcell.) ſcr. de Veritate & Errore, Neap. A. 1595.

FORTUNATUS (Venant.) Pictavienſ. epiſcopus, imperante Juſtino juniore, floruit. Reliquit Hodœporicon: vitam & miracula B. Martini: vitam S. Hilarii, Albini, Medardi, Remigii, &c. *Barthius in Claud pag. 5.* vocat magni ingenii vatem, maximum, ſi in alia tempora incidiſſet. Confer *Glandorpium, pag. 401.* Vide, VENANTIUS.

FORTUNIUS (Aug.) Monachus Camaldulenſ. hiſtoriam Camaldulenſem, Venet. A. 1579. edi fecit.

FORTUNIUS (Franc.) Anconitanus, erat JCtus optimè eruditus, Lat. literis admodum expolitus, ut M. Antonii Sabellici diſcipulum agnoſceres. Periit lapſus è feneſtra, teſte *Pierio Valeriano, pag. 83. de Inf. lit.*

de FOSAMBRUNO (Angel.) de motu locali, Venet. Anno 1492. commentatus eſt.

FOSCHERARIUS (Ægid.) JCtus, A. 1289. floruit. Condidit quinq; libros Practicæ judiciariæ, & unum librum de officio Notariorum.

FOSCHERARIUS (Fr. Æg) A. 1546. vixit. Compoſuit Catechiſmum, Breviarium & Miſſale. Elaboravit etiam multa Philoſophica.

FOSCHERARIUS (Phil.) Bonon. JCtus, A. 1269. floruit. Reliquit quæſtiones.

FOSCHERARIUS, (Tireſias) Bon. JCtus, A. 1518. claruit. Extat ejus volumen de Donatione Conſtantini Magni.

FOSSÆUS (Leonh.) ſcr. de Roſario & Pſalterio S. Mariæ, Frib. in 4. Anno 1676.

FOSSOR (Conr.) Nordlingenſis, A. 1540. obiit. Reliquit poëmata, quæ impreſſa ſunt Auguſtæ, An. 1594. Vid. *Bruſchius de Monaſt. pag. 24.*

FOTHERBÆUS, contra Atheiſmum ſtilo pugnavit, fol.

FOUGEROLÆUS, (Fr.) Medicus Regius, Anno 1612. vixit. Struxit methodum in 7. libros Aphoriſmorum Hippocratis, in 4.

FOUNS (Rich.) Triſagion emiſit, Londini, A. 1613.

de FOUR (Ant.) Dominicanus, An. 1509. obiit. Sacra Biblia, juſſu Annæ Franciæ Reginæ, Gallico ſermone tranſtulit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 42.*

de FOUR (Thom.) Anno 1642. vixit. Edidit Inſtitutiones Hebraicas, teſte *Colomeſio.*

FOURNENCIUS (Jac.) compoſ. ſynopſin Philoſophiæ, An. 1655.

FOURNIER (Georg.) Cadomenſis, Anno 1652. obiit. Scripſit Geographiam, Hydrographiam & Architecturam militarem. Vid. *Alegambe, pag. 551.*

FOURNERIUS (Jac.) Vid. BENEDICTUS XII.

FOXIUS (Paulus) Toloſanus Archiepiſcopus, Anno 1584. obiit. Mortuum laudavit *M. Ant. Muretus.* Vid. *Thuanus* l. 80. & *Muretus, Var. lect. 19, 10.*

FOXIUS (Sebaſt.) Morzillus Hiſpalenſis, in libros Platonis de rep. Anno 1556. commentatus eſt. Vid. *Schottus in B. Hiſp. pag. 453.*

FOXUS (Joh.) Theologus Oxonienſis, Anno 1587. obiit. Extat ejus Martyrologium, 2. voluminibus: item, meditationes in Apocalypſin Johannis.

FRACASSATUS (Car.) epiſtolam anatomicam: item, lib. de lingua & cerebro in lucem protulit.

FRACASTORIUS (Hier.) Veronenſis, Poëta, Philoſophus & Medicus eximius, Anno 1553. obiit. Poëticam, teſte *Thuano l. 12.* ita excoluit, ut ad Virgilianam majeſtatem proximè acceſſiſſe eum faterentur æmuli, & in iis *Jac. Sannazarius*, qui viſa ejus Syphilide non ſolùm alios, ſed ſe quoque ipſum in opere accurato, 20. annorum lima perpolito, victum exclamavit. Defuncto cives Veronenſes, ut ante Catullo & Plinio, ſtatuam marmoream poſuerunt. Carmina ejus ex parte leguntur *Tomo 1. Delit. Ital. pag.*

pag. 1046. Julius Cæſ. Scaliger l. 6. de re poët. vocat præſtantiſſimum poſt Virgilium poëtarum. Syphilidem vocat divinum poëma: in quo tamen nonnulla caſtigat. Inter alia & id reprehendit, quod negaverit, cætera animalia, præter hominem, morbo Gallico tentari. Teſtatur *Scaliger*, vidiſſe ſe canem ea lue captum, cùm heri ſui emplaſtra linxiſſet. Vid. *Imperialis in Muſeo pag. 15. Chioccus, pag. 30. Ghilinus, vol. 1. pag. 119. Bartholinus in Med. poët. pag. 131.*

FRACC[illegible] (Ambroſ. Novidius) ſcr. ad Ovidii exemplum, ſacrorum Faſtorum libros 12. eosq; Paulo III. dedicavit.

FRACH[illegible]TTA (Hier.) de regimine ſtatus & belli ſcripſiſſe dicitur. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 120. Naudæus in Bibl. Pol. pag. 71.*

FRACHETUS (Gerh.) Lemovicenſis, de primis fratribus ord. S. Dominici, Duaci, An. 1619. commentari cœpit.

FRADELIUS (Pet.) προσφώνησιν ad Jacobum Regem, Lond. An. 1616. habuit.

FRAGOSUS (Bapt.) Luſitanus, An. 1639. obiit. Theologiam moralem 3. Tomis complexus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 55.*

FRAGOSUS (Joh.) Hiſtoriam medicamentorum Indicorum congeſſit.

FRAGUIER (Remund.) ſcripſit de Sectis r[illegible]oſis.

FRAM[illegible]ARIUS (Nic. Abrah.) Veroman[illegible]us, edidit Canonum medicinalium tres libros, An. 1595. item, Ambroſiopœ[illegible].

de FRA[illegible]EINSPERG (Rud.) Bavarus, vixit tempore Caroli IV. Imperatoris. Extat [illegible] itinerarium ad Terram Sanctam, ap. *Ca[illegible]ſium T. 6. Ant. lect.*

FRAN[illegible]NCIANUS (Ant.) Vicentinus, de *lue venerea*, A. 1566. commentatus eſt.

FRANCES (Did. Ant.) JCt. emiſit Tract. de Intruſione, An. 1660. fol.

FRANCES (Thom.) edidit certamen Scholaſticum pro Deipara, Lugd. Anno [illegible] fol.

FRANCES (Mich. Ant.) Archidiaconus Cæſarauguſtanus ſcr. de eccleſiis cathe[illegible]us, Lugd. An. 1665. fol. Item, varias practicabiles juris utriusq; reſolu[illegible] An. 1669. fol.

FRANCHINUS (Franc.) Coſentinus, An. 1554. obiit. Carmina, quæ fecit, occurrunt *T. 1. Delit. Ital. pag. 1126.* Vid. *Thuan. L. 13.*

de FRANCHIS (Jac.) JCtus, Præludia in uſus feudorum evulgavit.

de FRANCHIS (Laur.) ſcr. de controverſiis inter epiſcopos & regulares. Prodierunt cum obſervationibus *Zach. Paſqualigi* Romæ, An. 1656. fol.

de FRANCHIS (Phil.) JCtus, in ſextum librum Decretalium commentatus eſt.

de FRANCHIS (Vinc.) JCtus, Deciſiones Neapolitanas, An. 1599. imprimi fecit.

FRANCIDOLIUS (Chriſtian.) habuit orationem ad Chriſtianos, bellum in Turcam parantes.

FRANCIMONTIUS (Nicol.) Profeſſor Pragenſis, h. t. claret.

FRANCIOTUS (Georg.) Lucenſis, ſcr. de balneo Villenſi.

FRANCISCI (Joh.) Ripenſis, Medicus, natus eſt, An. 1532. obiit, An. 1584. Struxit carmen de oculorum fabrica. Vid. *Vindingius in R. H. pag 110. Bartholinus in poët. pag. 145.*

FRANCISCI (Lud S.) Luſitanus, edidit Globum canonum & arcanorum linguæ ſanctæ, Romæ, An. 1586.

à S. FRANCISCO (Joh.) Hiſp. lingua Mexicana, quam divinitus addidiciſſe fertur, ſermones dominicales conſcripſit, teſte *Waddingo in S. O. M. pag. 207.*

de FRANCISCO (Joh. Franc.) Turturenſis, comp. libellum de venæſectione, contra empiricos, An. 1645.

FRANCISCUS, Aretinus, JCtus, textibus inhæſiſſe dicitur, teſte *Spiegelio.*

FRANCISCUS, Aſiſias, natus eſt, Anno 1182. obiit, An. 1226. Secundo poſt obitum anno à Gregorio IX. pontifice ſanctorum numero inſertus eſt. Opera ejus Antv. Anno 1613. tribus libris diſtincta, curante *Waddingo*, prodierunt. In *Epitaphio* audit vir Seraphicus, Catholicus, Apoſtolicus, reparator eccleſiæ & Chriſtiani orbis fulcimentum. Vid. *Wadding. l. c. pag. 112. Olearius in Abaco, pag. 165.*

FRANCISCUS, Ferrarienſis. Vide, FERRARIENSIS.

FRANCISCUS (Hier.) Anno 1667. claruit, Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 509.*

FRANCISCUS (Jac.) Varanæus, Lotharingus, Anno 1574. natus eſt. Scripſit de cauſa ſalutis infantum. Vid. *Alegambe, pag. 196.*

FRANCISCUS (Iſaac) condidi Topographiam ducatus Turonenſis, An. 1592.

FRANCISCUS (Mich.) Profeſſor Colonienſ. ſcr. de ſeptem doloribus virginis Mariæ.

FRANCISCUS (Vincent.) JCtus, Patavii hoc tempore claret.

FRANCK (Joh.) Cuprimontanus, exaravit ſpeculum Botanicum: item, Tabacologiam. Vid. *Scheferus in Upſal. pag. 404.*

FRANCK (Sebaſt.) à Word, compilavit Chronicon, An. 1531.

FRANCKENBERGERUS (Andr.) ſtruxit Inſtitutiones antiquitatis & hiſtoriarum, An. 1597 teſte *Zeillero.*

FRANCKENIUS (Godofr.) Silvæducenſis, Belga, An. 1630. clar. Edidit aſſertiones de univerſa Philoſophia: item, 18. problemata optica de viſu ejusque objecto. Vid. *Alegambe, pag. 162.*

FRANCKIUS (G.) reliquit exercitationes Juridicas.

FRANCLIN (R.) edidit Ὀρθοτονίαν, Anno 1629.

FRANCO, Abbas Affligemenſis, A. 1109. claruit. Duodecim libros de gratia DEI compoſuit, qui prodierunt Friburgi, An. 1620. Item, carmen de ſtatu futuræ gloriæ, teſte *Sweertio.*

de FRANCOFORDIA (Joh.) JCtus, ſcriptis impugnavit Scabinos occulti judicii, *Feymeros* dictos.

FRANCOLINUS (Marcell.) ſcr. tres partes de tempore horarum canonicarum, Romæ, Anno 1581. item, lib. de matrimonio ſpadonis, Venet. An. 1605.

FRANCUS (Antip.) characterum duarum halecum, in litore Norwegico An. 1587. captarum, veram lectionem, An. 1591. eruere conatus eſt. Vid. *Barthol. in Danis pag. 12.*

FRANCUS (Chriſt.) dolium Diogenis emiſit.

FRANCUS (Cyrillus) Bononienſis, Anno 1585. obiit. Fuiſſe dicitur mathematicus eruditiſſimus. Elaboravit comment. de Anno Jubilæi.

FRANCUS (Greg.) Theologus An. 1652. obiit. Scr. de cœlo beatorum, An. 1661. Item, Lexicon Sanctum. Univerſitati Francofurtenſi nobilem & inſignem ſuam bibliothecam legavit. *Becman. in proleg. B. Fr. pag. 51.*

FRANCUS (Guil.) Romanus, edidit Grammaticam Hebræam, Bergomi, An. 1591.

FRANCUS (Hier.) Duacenus, JCtus, Anno 1606. obiit. Reliquit commentarios in regulas Juris civilis.

FRANCUS (Nicol.) Beneventanus, poëta, Anno 1554. periit. Erat ingenio celeri, ſed ſatitico: Claudianum memoriter calluit, ſed in Juvenalem propenſior. Præter epiſtolarum librum, *Philenen* ſatiram edidit in aulam Rom. quæ hodieq; extat. Cum videret, multa crebro humaniter pati Clementem VII Pontif. Pasquillũ ſcripſit, in quo inſeruit illa Johannis: *Verbum caro factum eſt.* Pontifex, poſtquam autorẽ ejus reſciverat, juſſit nonnullis, ut illi genuinû frangerent, eumq; ad Pasquinum extempló ſuſpenderent. Arreptus itaq; Nicol. ae ſtatuæ appenſus, cum ejusmodi inſcriptione. *Et crucifixus eſt pro nobis.* Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 173. Tollius de Infel. Lit. pag. 20.*

FRANCUS (Phil.) in ſextum Decretalium commentatus eſt. Prodiit Baſileæ, Anno 1581.

FRANCUS (Rodulf.) edidit collationem ſymboli Catholici & Lutherani, A. 1626.

FRANCUS (Valent.) ſcripſit de fidejuſſoribus, An. 1660.

FRANGIPANIS (Octav.) publicavit Directorium diſciplinæ eccleſ. Colon. Anno 1597.

FRANGIPANIS (Tarq.) poëſi inclaruit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 1158.*

FRANTZIUS (Thom.) JCtus, edidit commentarium in Pandectas.

FRANTZIUS (Wolfg.) celebris Theologus, Anno 1628. obiit, ætatis 64. Conſcripſit hiſtoriam ſacram animalium: Dispp. in Auguſtanam Confeſſ. Tractatum de Sacrificiis: & alium, de Interpretatione S. Scripturæ. Scripta ejus ipſi adverſarii admirantur. Vid. *Spizel. in Templ. Hon. pag. 102. Henn. Witte, in Theol. pag. 312.*

FRANTZKIUS (Georg.) JCtus, An. 1659. obiit. Mortuo parentavit *Mart. Hanck.* Scripſit de Laudemiis. Videatur *Henning. Witte, pag. 331. in JCtis.*

FRANZANUS (Pet.) Vicentinus, inter viros claros refertur à *Gr. Leto, in Ital. regn. pag. 329.*

FRANZOSIUS (Hier.) Veronenſis, ſcr. de pulvere Viperino, Venet. An. 1598. Vid. *Linden. pag. 252.*

FRANZOSIUS (Paul.) edidit Theologicas reſolutiones, Brixiæ, An. 1595.

FRASCATA (Gabr.) Brixianus, An. 1582. obiit. Reliquit comment. de aquis Returbli Ticinenſibus. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 100.*

FRASQUETUS, Lemovic. Vid. FRACHETUS.

FRASSEN (Claud.) DoctorParisienſ. condidit Philoſophiam Academicam, Anno 1668. in 4.

FRAUENBURGERUS (J. Georg.) Norimbergenſis, natus eſt Anno 1589. obiit Anno 1630. Altdorfii Jurisprudentiam profeſſus eſt. Hiſtoriam Virginii Virginiæq; carmine expreſſit.

FRAUENLOB (Henr.) An. 1313. floruit. Compoſuit nonnulla in laudem fœminei ſexus. Enoch *Hanaam in Proſod. Germ. pag. 162.* ſequentia habet: Henricus Frauenlob, juxta nonnullos, doctor Theologiæ fuiſſe dicitur. Carmina quæ fecit, ad laudem & gloriam fœminini generis retulit, unde etiam Frauenlob dictus eſt. Imprimis carmina de Virgine Maria conſtruxit, quæ cantica Mariana nuncupata ſunt, ceu memorat *Albertus in Chronico*, Anno 1317. Moguntiæ, ubi ſedem collocaverat, mortuus & ibidem in templo Cathedrali ſepultus eſt, matronis feretrum ejus ſuccollantibus & maximam vini copiam circa ſepulcrum ejus profundentibus.

FRAXINELLUS (Paulus) Bonon. Anno 1608. claruit. Scripſit de Sacerdotum obligationibus: item, vitam Johannis à Facundo: ut & vitam Thomæ Villanovani, teſte *Bumaldo*.

FRECCIA (Mar.) JCtus, edidit Commentarios feudales, An. 1575.

FRECHTUS (Mart.) Theologus, Anno 1556. obiit. Ulmæ concionatorem egit, & præter Germanicas, etiam Latinas conciones habuit. Inde Tubingam vocatus eſt, ubi Theologiam feliciter docuit.

FRECULFUS, Lexovienſis epiſcopus, tempore Ludovici Pii, Imp. Anno 846. floruit. Reliquit Chronicon, opere bipertito. Prior pars ſeptem libris conſtat, & hiſtoriam rerum à M. C. usque ad natum Chriſtum continet; altera quinque libros habet, & res geſtas à C. N. usque ad regna Francorum & Longobardorum exponit. Videatur *Olearius in Abaco pag. 169.*

FREDERUS (Joh.) Pomeranus, An. 1572. obiit non ſine veneni ſuſpicione. Condidit carmen in laudem Hamburgenſium, heroico pede concinnatum. Vid. *J.P. Lotichius pag. 4. B.P. pag. 59. Micrælius pag. 373.*

FREDEGARIUS, Scholaſticus, hiſtoricus, tempore Conſtantini Copronymi claruit. Geſta Francorum ad poſteros propagavit. Vid. *Zeil. part. 2. pag. 191. Hadr. Valeſius L. 15. rer. Franc. pag. 443.*

FREDOLIUS (Bereng.) Cardinalis, Anno 1323. obiit. In ſummam Oſtienſem commentatus eſt. Vid. *Olearius l.c. pag. 77*

FREDRO (Andr. Max.) edidit geſta populi Poloni ſub Henrico Valeſio, An. 1660. item, Monita Politico-militaria, A. 1664.

FREGISMONT (Joh. Dict.) ſcr. de Doctorum dignitate, privilegiis, &c. Anno 1673.

de FREGUILLE (Joh.) concinnavit Chronologiam, Pariſ. An. 1582.

FREHERUS (Marquardus) Auguſtanus, celebris JCtus & Philologus, natus eſt Anno 1565. obiit Anno 1614. Plurima conſcripſit, ut 2. libros Parergon: origines Palatinas: comment. in Aulonii Moſellam: librum de electoratu Palatino, ad *Gewoldum*, &c. Edidit etiam aliorū ſcripta non pauca, inter quæ Caroli IV. aurea Bulla, ſcriptores rerum Bohemicarum, ſcriptores rei monetariæ: *Petrus de Andlo, Gregorius de Heimburg, Tritbemius*, & alii. *Caſaubonus* eum Juris & omnis eruditionis peritiſſimum nec non Germaniæ Ocellum: *Douſa* virum nobilem, ac rei literariæ juvandæ natum appellare non dubitavit. Aliquando ſub *Lampugnani* perſona latere voluit, cum Lipſium perſtringere vellet. Vid. *Zeillerus part. 2. pag 58.*

FREIBERGERUS (Sigism.) emiſit Germaniam perturbatam & reſtauratam, Anno 1658.

FREIGIUS (Joh. Thomas) Friburgenſis, JCtus, An. 1583. obiit. Erat *Pet. Rami* diſcipulus & ſectator ſedulus. Mortuo *Valentino Erytbræo*, à Senatu Norimbergenſium ad rectoratum Scholæ Altdorfinæ vocatus eſt, An. 1575. Inde Baſileam conceſſit. Compoſuit quæſtiones Logicas, Ethicas, Politicas, Phyſicas, Geometricas & Stereometricas: item quæſtiones Juſtinianeas & Logicam JCtorum. *Lindenius pag. 395.* eum etiam inter Medicos refert.

FREIMONIUS (J.W.) Bavarus, JCtus, ſtruxit elenchum JCtorum, An. 1579. fol. Vid. *Zeillerus part. 2. pag. 58.*

FREINSHEMIUS (Joh.) Ulmenſis, natus eſt An. 1608. obiit An. 1660. Mortuo parentavit *Abrab. Freinsbemius*. Comm. ſuo in Curtium magnam nominis famam

conſecutus eſt. Extant quoq; ejus Notæ in Florum. Fertur etiam Dispp. in Eth. Ariſtotelis compoſuiſſe, in quibus oſtendere conatur, Ariſtotelem malum & cœcum eſſe ducem: falliq; omnes, qui eum ſequantur. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 296. Scheferus in Upſal. pag. 404. Spizelius in Templo Hon. p. 357.*

FREINSHEMIUS (Abrah.) ſtruxit carmina, Anno 1661.

FREITAGIUS (Arn.) de arte moriendi An. 1614. commentatus eſt.

FREITAGIUS (Gisb.) JCtus, edidit conſilium de Legato dotis.

FREITAGIUS (Joh.) Veſalienſis, Medicus, Anno 1581. natus eſt: obiit Anno 1641. Gröningæ Medicinam profeſſus eſt. Reliquit Tractat. de Opii natura: item, noctes Medicas. Vid. *Autor vitarum profeſſorum Gröning. pag. 117.*

FREIUS (Janus Cæcilius) edidit Phyſignomiam & Chiromantiam, Pariſ. An. 1630. Extat ejusdem omnis homo: item, Amor amicus.

FRENCELIUS (Salomo) Sileſius, A. 1585. vixit Helmſtadii Ethicam docuit. Carminibus ſcribendis operam navavit. Auguſtæ Vindelicorum brevem & ſuccinctam adumbrationem condidit. Carmina ejus habentur, *Tom. 3. Delit. Germ. pag. 326.*

FREROTIUS (Nicol.) JCtus, Paratitla Juris canonici, Pariſ. An. 1603. publicari fecit.

FRESALIUS (Phil.) Avenionenſis, recenſuit illos, qui de myſterio Incarnationis commentati ſunt.

FRESNEUS (Raph. Trichatus) Burdegalenſ. epiſtolam de Charondæ effigie, Anno 1658. exaravit.

à FREUDENBERG (Æthon Joh.) libellum de abuſu & impoſtura medicantium An. 1538. promulgavit.

de FREUDENBERG (Guil. And.) JCtus, de reſcriptis moratoriis, An. 1637. ſcribere aggreſſus eſt.

de FREUNDSBERG (Georg.) JCt. edidit Defenſionem cauſæ hæreditatis.

FREY (Herm. H.) Θηροβιβλια & ἰχθυοβιβλια compoſuit.

FREY (Joan. Cæcil.) Philoſophiam Druidum & cribrum Philoſophicum, Anno 1644. adornavit: item, Viam ad ſcientias. Vide, FREIUS.

FREYERUS (J. Goth.) ſcr. de ſolutionibus, An. 1660. in 4.

FREYHUBIUS (Andr.) ſcr. de DEO uno eſſentia & trino perſonis, A. 1569.

FREYRE (Fr.) Luſitanus, Anno 1640. clar. Compoſuit 5. libros de ſymbolis Heroum: Muſas Chriſtianas: Conſiliorum libros quinque. Adornavit etiam Catenam in 4. libros Regum. Vid. *Alegambe, pag. 123.*

FREYRE (Jon.) Olysſiponenſ. An. 1620. obiit. In ſeptem priora capp. libri Judicum commentatus eſt, An. 1641. in 4. Vid. *Alegambe, pag. 240.*

FREYSTAIN (Ad. Sam.) formavit Conſiliarium è Tacito, An. 1653.

de FRIBURGO (Joh.) reliquit ſummam Confeſſorum, Lugd. An. 1518.

FRICHIUS (Ambr.) Anno 1567. claruit. Edidit Elementarium Hebraicum *Palmonii.*

FRICIUS (Andr.) compoſuit 4. Siluas de 3. perſonis & una DEI eſſentia, An. 1590. Item, libros 2. de Peccato orig. & lib. arbitrio.

FRIDÆVALLIS (Hugo) Sampaulinus, ſtruxit ſex libros de ſanitate tuenda carmine elegiaco, An. 1568. teſte *Swertio, pag. 352.*

FRIDERICUS II. Imperatór, ſcr. de arte venandi cum avibus. Prodiit ille liber Argentorati, An. 1596.

FRIDERICUS (Chriſt.) JCtus, emiſit proceſſum Judiciarium, An. 1655.

FRIDERICUS (Joh.) tractavit de ſucceſſione inteſtata, An. 1593. Item, de *Lycanthropis,* Lipſ. An. 1591.

FRIDERICUS (V.) ſcr. Shapah æchad vel collectionem phraſium è Vet. Teſt. Anno 1663.

FRIEDEBORNIUS (Paulus) Anno 1613. Chronicon Stettinenſe publicavit.

FRIEDENREICH (Zach.) Politicam vulgavit, An. 1609.

FRIEDLIEB (Conr.) JCtus, ſcripſit de cuſtodiendo Jure ſacro levandoque ſtatu eccleſiaſtico, An. 1664.

FRIEDLIEB (Ph. Henr.) Anno 1652. claruit. Extant ejus Obſervationes in V. & N. Teſt. in fol.

FRIES (Ant.) conſtruxit Manuale eccleſiaſticum, Colon. An. 1625.

FRIESSE (Henr.) de Hydrope, An. 1662. commentatus eſt.

FRIGERIDUS (Renatus Profuturus) priſcus Hiſtoricus, laudatur *Gregorio Turon. l. 2. hiſt. Franc.*

FRIGILLANUS (Matth.) ſcr. de Immortalitate animæ in Timæum Platonis, Pariſ. Anno 1560.

FRIMELIUS (Joh.) *Coturium* impugnavit, tract. de verbo DEI edito.

FRISCHLINUS (Nicod.) Balingenſis, natus eſt A. 1547. obiit A. 1590. Literas Tubingæ docere juſſus eſt, cùm adhuc annum ætatis vigeſimum ageret. Diſputationes ibidem ſingulis diebus Dominicis habuit, pro quibus tres bazios accepit. Tubingâ dimiſſus, Labacum in Carniolam diſceſſit, ubi juventuti præfuit. Inde Brunſwic. ſeſe contulit, ubi itidem munere rectoris perfunctus eſt. Tandem literarum quarundam acerbitate odium ſibi attraxit: unde carceri mancipatus eſt, ex quo cùm evadere vellet, miſerrima morte interiit. Carmina non ſcribere, ſed fundere viſus eſt. Reliquit orationes, Elegias, panegyricos, Tragœdias & Comœdias. Callimachum & Ariſtophanem latinè transtulit. Pro Rebecca, Comœdia, Rudolfus Imp. in comitiis Ratisbonenſibus coronam poëticam ipſi ſuis manibus impoſuit. Vid. *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 152. Voſſius de natura Rhet. pag. 3.*

FRISCHMANNUS (Joh.) Conſiliarius Ducis Mompelgartenſis, deinde Gallicus, edidit librum de eligendo Romanorum Imperatore, Anno 1658. item, comm. in Plinii panegyricum ad Trajanum. Vid. *Burgoldenſ. part. 1. Not. Imp. diſc. 9. §. 12.*

FRISCHMUTH (Joh.) Werthemio Francus, h. t. claret. Jenæ Hebraicam linguam profitetur. Scripſit de rege eligendo & deponendo, Anno 1653. Elaboravit etiam varias diſputationes. Vid. *Adrianus Bejerus in Rect. Jen. pag. 1033.*

FRISIUS (Abrah.) An. 1614. claruit. Extat ejus delineatio Chronologiæ.

FRISIUS (Andr.) librum de rep. emendanda, Anno 1559. confecit.

FRISIUS (Claud.) ſtruxit poëma retrogradum de Pace, An. 1629. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 33.*

FRISIUS (Gemma) celebris Medicus, natus eſt Anno 1508. obiit Anno 1555. Lovanii Mathemata profeſſus eſt. Tractavit de uſu Aſtrolabii: de uſu globi Coſmographici: & de uſu annuli Aſtronomici. Vid. *Swertius pag. 268.*

FRISIUS (Joh. Jac.) Tigurinus, Bibliothecam Geſneri, in epitomen redactam, deinde à Joſia Simlero recognitã, plurimis autorum ſcriptis locupletatam, A. 1583. fol. publicari curavit. Edidit etiam Chronologicam autorum claſſicorum Bibliothecam, An. 1592. in 4.

FRISIUS (Laur.) Medicus An. 1536. claruit. Sanitatis regimen per rationem victus ſcripto oſtendere conatus eſt.

FRISIUS (P.) Tractatum confeciſſe dicitur titulo, von der Teufelskappen.

FRITSCHIUS (Asverus) celebris JCtus, hoc tempore claret. Fecit comment. de Monopoliis, &c.

FRITSCHIUS (Joh.) Pſalterium carmine reddidit, Anno 1593.

FRITSCHIUS (Marcus) de locis meteororum, An. 1555. commentari cœpit.

FRITSIUS (Ant. Gunth.) JCtus, edidit conſiderationes ad Maſenii concordiam, A. 1664. item, Paratitla receſſuum Imperii: ut & Tract. de electione Rom. Regis, An. 1656.

FRITZEN (Pet.) conſtruxit Galliam purpuratam, Pariſ. An. 1639. fol. item, Genethliacon Delphini.

FRIZIMELICA (Franc.) Patavinus, de Balneis metallicis: item, de morbo Gallico commentatus eſt.

FRIZIMELICA (Hieron.) Philoſophus & Medicus hoc tempore claret. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 304.*

FRIZOLIUS, reliquit carmina. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 1159.*

FRIZOLIUS (Melch.) Parmenſis, A. 1520. obiit. Struxit comm. In Pſalmos: item, 3. libros de anima. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. p. 257.*

FROBENIUS (G. Lud.) edidit Cyclometriam, An. 1617. item, clavem Trigonometriæ, An. 1634.

FROBENIUS (Joh.) doctus typographus, Anno 1527. obiit.

FROBENIUS (Joh.) Boleslavienſis, emiſit analyſin Pſalmi 34. An. 1591.

FROEBESIUS (Balth.) ſcr. de officio Chriſti proprio, Ingolſt. An. 1583.

FROEREISENIUS (Iſaac) Theologus, natus eſt Anno 1590. obiit Anno 1632. Argentorati Theologi munere functus eſt. Reliquit ſcrutinium Panopliæ Bellarm. Hierogymnaſmata: Anatomiam draconis: facem Cathol. veritatis: diſſertat. contra Weigelianos, &c.

FROES (Lud.) Begienſis, Luſitanus, Anno 1597. obiit. Japonibus fidem Chriſti-

nam annunciavit, & hiſtoricam relationem de rebus Japonicis confecit. Vid. *Alegambe pag. 311.*

FROISSARDUS (Joh.) Valentianus, An. 1400. claruit. Condidit Chronicon ſui temporis. Ex ejus ſcriptis *Joh. Sleidanus* ea, quæ ſunt memorabilia, excerpſit. Vid. *Swertius, pag. 426.*

FRÖLICHIUS (Dav.) emiſit Cynoſuram peregrinantium, An. 1644.

FRÖLICHIUS (Joh.) baculum Ingeniarium, An. 1660. compoſuit.

FRÖLICHIUS (Ulricus) Baſileam deſcripſit.

FRÖLINGIUS (Andr.) de natura & progreſſu Philoſophiæ, An. 1669. commentatus eſt.

FROMMANNUS (Joh. Andr.) edidit delineationem juris furioſorum, An. 1656.

FROMMANNUS (J. Chriſt.) h. t. claret. Scripſit de venæſectione, A. 1668. item, de Faſcinatione, An. 1675.

FROMMEN (Val.) Catenam fidei A. 1646. publicavit.

FROMMIUS (Andr.) emiſit exercitationes Metaphyſicas, An. 1651.

FROMMIUS (G.) natus eſt An. 1605: obiit A. 1651. Scripſit de arithmetica Danica. Vid. *Vindingius in Rect. Hafn. pag. 361. Bartholinus in Danis, pag. 47.*

FROMONDUS (Lib.) Haccurianus, natus eſt An. 1587. Paravit cœnas Saturnalitias: ſex libros meteorologicorum: anatomiam hominis: Labyrinthum de compoſitione continui: diſſertationem de Cometa: tract. de Anima: Antiariſtarchum de orbe terræ immobili: Veſtam ſive Antiariſtarchi vindicem: commentarium in Acta, S. Pauli epiſtolas, & VII. Canonicas. Vid. *Valerius Andreæ in Faſt. Lovan. pag. 141.*

FRONTINUS (Sext. Julius) vir Conſularis, tempore Nervæ & Trajani claruit. Reliquit quatuor libros Stratagematum: item, libellum de aquæductibus. Videatur *Stewech. in Veget. pag. 66. Glanderpius in Onomaſt. pag. 487. Hanckius part. 1. de S.R.R. pag. 104.*

FRONTO, orator, tempore Marci Aurelii Imp. floruit & M. Antoninum Verum latinis literis erudivit, teſte *Hieronymo in Chronico. Macrobius Saturn. 5. 1.* ſiccum ipſi dicendi genus tribuit. *Scipio Gentilis, in Parerg. 2. 7.* etiam JCtum fuiſſe oſtendit. Vid. *Gatakerus in Anton. pag. 19. Glandorp. pag. 278. Voſſius de nat. Rhet. pag. 108.*

FRONTO, Emiſſenus, Rhetor, Romæ docuit, imperante Severo. *V. Suidas in* Φρόντων.

FRONTO (F. J.) elaboravit diſſertationem philologicam de virginitate, Pariſ. Anno 1651.

FRONTO (Hippol.) ſcr. Strigilin adv. anonymum ad difficiliora loca Scripturæ, An. 1640.

FRONTO (Joh.) Andegavenſ. An. 1662. obiit. Edidit volumen variarum epiſtolarum: item, refutationem eorum, quæ contra Thomæ Kempenſis vindicias ſcripſere *Robertus Quatremaire & Johan. Launoy*, Pariſ. An. 1650. Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 259.*

FRONTO (Papyrius) JCtus, tempore Severi Imp. vixit. Compoſuit libros decretorum: item, 3. libros reſponſorum. Vid. *Bertrandus, in JCt. pag. 290.*

FROSCHELIUS (Sebaſt.) conciones in Ev. Matthæi exaravit, An. 1558.

FRUGONUS (Fr. Fulv.) edidit Candiam anguſtatam, Venet. An. 1669.

FRUMENTARIUS (Joh.) collegit catalogum virorum illuſtrium.

à FRUNDECK (Joh. Lud.) ſcr. de Elixir, arbore vitæ, Hagæ, An. 1660.

FRUSIUS (Andr.) Carnutenſis Gallus, An. 1556. obiit. Extant ejus Aſſertiones, collectæ ex interpretatione Geneſeos: *it.* Epigrammata *Alegambe, pag 26.* ait, eum fuiſſe trium linguarum, Lat. Gr. & Hebr. peritiſſimum, Medicinæ, Jurisprudentiæ & Theologiæ cognitione inſignẽ, mathematicis ſcientiis inſtructum, præſtantem muſicum, præclarum oratorem, poëtam ſummum. Fundebat (inquit) verſus ex tempore, elegantes, doctos ac peracutos de quocunq; propoſito argumento, quos, cum voluiſſet, ſic numeris temperabat, ut longo ſpatio colloquentes falleret, nec verſus eſſe, niſi qui accuratius animum intendiſſet, animadverteret.

FRUTERIUS (Lucas) Brugenſis A. 1566. obiit. Reliquit 2. libros Veriſimilium, it. Epiſtolas philologicas, quæ extant in *Lampade Crit. Gruteri.* Vid. *Swertius, pag. 517. Lud. Carrio, in Ant. lect. 1. 4. Gabbema in epiſt. clar. vir. pag. 560.*

FUCHERIUS (Joh.) Aquitanus, primo JCt. deinde Theologus factus Indis Evangelium prædicavit. Compoſ. itineraium Catho-

Catholicorum ad convertendos infideles. Vid. *Wadding. in S.O.M pag. 207.*

FUCHSEN (Paul.) edidit Tabellas Juridicas ſecundum ordinem Inſtitut. Anno 1665.

FUCHSIUS (Joh.) JCtus, ſcr. Tractatum de Inventario, An. 1672.

FUCHSIUS (Joh. Chr.) paraphraſin Pſalmorum, A. 1574. emiſit.

FUCHSIUS (Leonh.) Medicus, natus eſt, Anno 1500: obiit, Anno 1566. Docuit Tubingæ Annis 35. Compoſuit Hiſtoriam ſtirpium: 9. libros de ratione curandi: quinq; libros inſtitutionum Medicinæ, &c. Nicolaum Myrepſum, Alexandrinum, è Græco in Lat. tranſtulit & luculentis annotationibus illuſtravit. Inter alia, morbum eſſe ſubſtantiam, *ἀφιλοσόφως* ſtatuebat. Vid. *Thuanus l. 38.*

FUCHSIUS (Remaclus) Limburg. Medicus, Anno 1587. obiit. De aquis, ſtirpibus & aromatibus commentatus eſt. Vid. *Swertius, pag. 655.*

á FUCHTE (Joh.) concinnavit compendium Synodorum, Helmſt. Anno 1614.

de la FUENTE (Caſp.) Toletanus, Anno 1649. claruit. Quæſtiones dialecticas & Phyſicas, Anno 1631. edi curavit. Vid. *Wadding. pag. 143.*

de la FUENTE (Jac.) Hiſp. An. 1616. obiit. Vulgò *Pater pauperum* dictus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 196.*

de la FUENTE (Joh.) Toletanus, comment. in Marcum, Anno 1582. fol. adornavit.

FUF[illegible] Arpinas, JCtus, tempore Ciceronis floruit. Vid. *Bertrandus in JCt. pag. 305.*

FUHRERUS (Chriſtoph.) ab Haimendorf, Patricius & Duumvir Norimb. Anno 1610. obiit, ætatis 69. Edidit Itinerarium in Orientem, ex quo multorum locorum & regionum Terræ Sanctæ lucul[illegible] cognitio hauriri poteſt. Vid. *Z[illegible]erus, part. 2. pag. 60.*

FUIR[illegible]IUS (Henr.) Medicus. & Prof. Ha[illegible]is, Anno 1614. natus eſt: obiit An. 1[illegible]9. De Aſcite diſputavit. Collegit [illegible]em Bibliothecam, quam Haſn. Academiæ conſecravit. Mortuum laudavit *Thomas Bartholinus.* Vid. *Henningus Witte, in Medicis, pag. 193.*

FUIRENIUS (Thom.) Haſnienſis, edidit catalogum & rariora muſei *Henr. Fuirenii*, Anno 1660. in 4.

FULBERTUS, Carnotenſis epiſcopus, Anno 1028. obiit. Compoſuit epiſtolas & ſermones: item, verſus in laudes Sanctorum. Eidem legenda de nativitate S. Mariæ tribuitur. Hunc primum ajunt feſtum nativitatis virginis Mariæ in Galliis celebraſſe. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 169. Voſſius de Poët. Lat. pag. 71.*

FULCHERIUS, Carnotenſis, res geſtas Balduini, R. Hieroſolymitani, in literas retulit.

FULCINIUS, JCtus, ſcr. nonnulla, quæ ad edicti explicationem pertinent: item, de impenſis in rem dotalem factis. Vid. *Bertrandus, pag. 259.*

FULCO, cognomine Bonus, Andegavorum Comes, ſeculo X. claruit. Vid. *Olearius, pag. 170.*

FULCO (Guilh.) Londinenſis, An. 1589. obiit. Scriptis pugnavit cum Stapletono. Edidit etiam prælectiones in Apocalypſin. Opera ejus Londini, fol. Anno 1617. prodierunt.

FULCUS (Jul.) fructus eorum, qui eleemoſynas erogarunt: item ſententias eorum, qui de eleemoſynis ſcripſerunt, uno in volumine Romæ, Anno 1574. in 4 complexus eſt.

FULGENIUS (Cyrill.) JCtus, condidit Summam criminalium, Venet. A. 1558.

FULGENTIUS (Fab. Cl. Gordianus) Afer, Ruſpæ epiſcopus, Anno 529. obiit. Exaravit libros ad Thraſimundum Regem: unum contra Arianos, &c. Vid. *Andr. Rivetus T. 2. Oper. pag. 1146. Voſſius in hiſt. Pelag. 1, 21. Ph. Labbe, in Diſſ. de S. E. pag. 327. Olearius, pag. 170.*

FULGENTIUS (Fab. Planciades) Grammaticus, texuit libellum de continentia Virgiliana: & alium de antiquarum vocum interpretatione, ad Chalcidium, qui extant. Phyſiologicon ejuſdem nondum apparet. Hunc Fulgentium nonnulli (vid. *Floridus Sabinus, in ſubciſ lect. 2, 24.*) cum Fulgentio Ruſpenſi confundere ſolent. *C. Barthius in 1. Silv. Papinii, pag. 81.* Fulgentius (inquit) omnium ſcriptorum audaciſſimus, corruptus ſermone, confuſus intellectu, & omnino quidvis potius quam ſapientiæ conſultus. *Et iterum in Not. ad 4. Thebaid, pag. 449.* Hæc Fulgentius: quem ſcriptorem legendo miſeratione temporum

rum

rum afficimur; tanta enim jam ruditas à Græca literatura erat, ut ſibi arrogantiæ ſummæ homo omnia ſcribere licere crederet, modo vel autores Græcos vel voces ejuſdem linguæ per caput pedesque attrahere poſſet in medium, & inde ſuum negotium curare. Hæc ille.

FULGENTIUS (Fr.) ſcr. de Interdicto Pauli V. Pontif. Venet. An. 1606.

FULGINAS (Gent.) Medicus, ab induſtria ſua Speculatoris cognomen nactus eſt. Scr. de Proportionibus medicinarum.

FULGINEUS (Fr.) de Jure emphyteutico, A. 1665. commentatus eſt.

de FULGINIO (Auguſt.) edidit Viam, qua Servatorem ſequi poſſimus, Colon. A. 1601.

FULGOSUS (Bapt.) (quem alii *Campo-Julgoſum* appellant) dux Genuenſis, A. 1483. principatu à ſuo patruo dejectus eſt. Quo vero exilii ſui dolorem levaret, totum ſeſe literis tradidit, & ad filium Petrum 9. libros factorum & dictorum memorabilium Italicè compoſuit, quos poſtea *Camillus Ghilinus*, Mediol. latinè tranſtulit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 97.*

FULGOSUS (Raph.) Placentinus, JCtus, Anno 1420. vixit. Scripſit Opera Beuleutica: item, comm. in Codicem. *Epitaphium* ejus tale invenio:

Fulgoſus Raphael, virtutum Jaſpis, utroq;
Jure ſtupor tantus, qui tantus, quantus & orbis:
Scriptis morte vacat, tam parvo clauditur antro.

Vid. *Panzirolus*, in *JCtis*, *l. 2. c. 83.* item, *Ghilinus, vol. 1. pag. 202. Thomaſ. de Plagio, §. 434.*

FULIGATTUS (Jac.) vitam Rob. Bellarmini Italicè exaravit.

FULLERUS (Nicol.) Hantonienſis Anglus, Anno 1626. obiit. Reliquit ſex libros Miſcellaneorum. Vid. *Bochartus in Phaleg. 4, 19.*

FULLERUS (Thomas) Northantonienſis Anglus, Anno 1662. obiit. Commentatus eſt in epiſt. ad Corinthios.

FULLONIUS (Guilh.) Hagienſis, An. 1560. floruit. Publicavit comœdias, ut Acolaſtum, Miſobarbarum, Hypocriſin, &c.

FULLONIUS (J. Erard.) in 1. & 2. libr. Maccabaicorum, A. 1660. comm. condidit.

de FULSTEIN (Joh. Herburtus) Statuta regni Poloniæ, An. 1597. vulgavit.

FULVIUS Nobilior, A. U. C. 561. prætor, in Hiſpania ſtrenuè ſe geſſit. Scripſit Faſtos, quos, teſte *Macrobio*, *Saturn. 1, 12.* in æde Herculis Muſarum collocavit.

FULVIUS, (Andr.) Præneſtinus, Anno 1517. claruit. Antiquitates urbis Romæ quinq; libris complexus eſt. Vid. *Hanckius, part. 1. de S. R. R. pag. 125.*

FULVIUS (P.) Italus, carminibus famam ſibi comparavit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 1164.*

FULVIUS (P.) Picto, verſibus nomen ſuum celebre fecit. Vid. *T. 1. Delit. Gall. pag. 922. Tollius in tract. de Inf. lit. pag. 59.* vocat ſuaviſſimum & argutiſſimum poëtam, & inprimis laudat ejus tragædias, in quibus, magno adhibito judicio, Senecam prudentiſſimè expreſſerat. Natū quandoque inter P. Fulvium, Ant. Muretum & Joach. Bellajum certamen poeticum, *Salmonio Macrino* judice, qui ex tribus epigrammatis Fulviano palmam attribuit. Vid. *Sammarthanus, pag. 42.*

FUMÆUS (Ant.) JCtus, ſcripſit de Fo, quod intereſt. Videatur *Sammarthanus, pag. 146.*

FUMANELLUS (Ant.) Veronenſis, Medicus, multa conſcripſit, quæ junctim impreſſa ſunt, Tiguri, A. 1557. Vid. *Chioccus, pag. 27.*

FUMANUS (Adam.) verſibus inclaruit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 1161.*

FUMUS (Barth.) Placentinus, An. 1545. claruit. Edidit auream Armillam, complectentem omnes caſus ad animarum ſalutem. Lugd. An. 1594.

FUNCCIUS (Chriſt.) condidit Breviarium orbis hodie imperantis quadripartitum, An. 1673.

FUNCCIUS (Theod.) deſcr. Scanderbegum, An. 1606.

FUNCIUS (Joh.) Werdâ Norimbergenſis, An. 1518. natus eſt. Vitam ſuam magnam partem ipſe enarrat in epiſtola ad Albertum Marchionem, quam Chronologiæ ſuæ præmiſit. Triſtem exitum vitæ habuit. Nam à proceribus Boruſſiæ accuſatus, quòd novis rebus ſtuduiſſet, cum aliis duobus, Horſtio & Snellio, capite truncatus eſt, Regiomonte, A. 1566. Ante ſupplicium fertur hoc *diſtichon* pronunciaſſe,

Diſce

Diſce meo exemplo, mandato munere fungi,
Et fuge ceu peſtem τὴν πολυπραγμοσύνην.

Præter Chronologiam, etiam vitam viti Theodori, celebris Theologi, conſcripſiſſe dicitur. Videatur *Thuanus l. b. 38.*

FUNDATIA (Ang.) Bonon. JCtus, Anno 1579. fl. Deciſionibus Rotæ Bononienſis additiones unà cum *Camillo Cyprio* appoſuit.

FUNES (Mart.) Hiſp. ſcripſit Speculum morale & practicum, Anno 1599. Vid. *Alegambe, pag. 326.*

FUNGERUS (Joh.) Leowardienſis, An. 1604. vixit. Etymologicon trilingue concinnavit: item, 4. libros Meſſiados. Carmina ejus ex parte habentur *T. 2. Delit. Belg. pag. 424.* Videatur *Sweertius pag. 426.*

FUHRING (Ernricus) tractavit de Jure Canonico, Anno 1674.

FURICHIUS (Joh. Nic.) Argentoratenſis, edidit poëmata miſcellanea, Anno 1624. item, 4. libros Chryſeidos.

FURIOSUS (Nicol.) JCtus, Gloſſator placitorum feudalium, Anno 1200. floruit.

FURIUS (A.) Antias, A. U. R. 650. floruit. *Agellius* veterem poëtam appellat. Condidit Annales carmine. Vid. *Glandorp. pag. 307. Merula in Enn. pag. 46. & ſeq.*

FURIUS, Antinus, JCtus, Papiniano coævus fuit. Reliquit partis Edicti libros quinque. Vid. *Bertrandus* in *JCt. pag. 182.*

FURIUS (M.) Bibaculus, Cremonenſis, poëta Jambicus, A. U C. 691. claruit. *Agellius l. 18. c. 10.* verſus ex eo perelegantes adducit. *Suetonius & Tacitus* autores ſunt, Bibaculum iſtum contumelioſa carmina in Julium Cæſarem edidiſſe. *Tacitus l. 4. Carmina* Bibaculi & Catulli referta contumeliis Cæſarum leguntur. Sed ipſe D. Julius, ipſe D. Auguſtus & tulere iſta & reliquere: haud facile dixerim, moderatione magis, an ſapientia. Nam ſpreta exoleſcunt: ſi iraſcare, agnita videntur. Vid. *Glandorp. in Onomaſt. pag. 367.*

FURIUS (Frid) Hiſp. tres libros Rhetoricarum inſtitutionū, Lov. A 1554. edidit.

FURLANUS (Dan.) Cretenſis, in libros *Ariſtotelis* de partibus animalium, Venet. A. 1574. item, in Theophraſtum de lapidibus commentatus eſt.

FURNERIUS (Bernh.) Leoward. Anno 1616. obiit. Chronicon Joh. de Beka imprimi curavit. Vid. *Zeiller. part. 3. pag. 87.* Extat etiam ejus carmen de rerum uſu & abuſu.

FURNIUS (Chriſt.) carmina ſcholaſtica, A. 1553. compoſuit.

FURNIUS (Jac.) Genuenſis, JCtus, Anno 1500. teſte *Sixto Senenſi*, floruit. Pſal. CXIX. Græco & Latino carmine tranſtulit, ita ut ſinguli octonarii octo verſus contineant, & ab una litera ſecundum ordinem alphabeti incipiant.

FURNIUS (Joh. Fr.) Mutinenſis, à *Pierio Valeriano* de *Inf. liter. pag. 111.* laudatur, ut Philoſophiæ ſcientiſſimus, qui Græcas & Lat. literas ſeverioribus ſtudiis adjunxerit, adhæc rebus gerendis non ineptus fuerit.

à FURNO (Janus Vitalis) Panormitanus, Anno 1310. claruit. In Pſ. 50. 66. 113. commentatus eſt. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 330.*

FÜRSTENAW (Theoph.) JCtus, ſcr. de mutuo conjugum teſtamento, An. 1653.

à FÜRSTENBERG (Ferdin.) liber Baro, poëmata, An. 1671. imprimenda dedit.

FÜRSTENHOLD (Euſ.) examen judicii de Conſtantini itinerario, Anno 1670. publicè propoſuit.

FURTADUS (Franc.) Luſitanus, promiſit Logicam & libros de cœlo. Cum Chinenſibus plurimis annis verſatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 123.*

FURTENBACH (Joſeph.) Anno 1627. itinerarium Italiæ in lucem emiſit.

FUSARIUS (Vinc.) Conſilia: item, Tr. de Subſtitutionibus reliquit, An. 1628. fol.

FUSCIANUS (Tuſcius) JCtus, ſub Antonino Pio Imp. claruit. Conſule *G. Panzirolum* in *JCt. l. 1. c. 49.* Vide TUSCIANUS.

FUSCHUS (Paul.) epiſcopus Sarnenſis, compoſuit 2. libros de viſitatione & regimine eccleſiarum, Romæ, A. 1581.

FUSCONUS (Auguſt.) Genev. inter doctos collocatur à *Ghilino, vol. 2. pag. 8.*

FUSCUS (Leonh.) carmina elaboravit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 1169.*

FUSCUS (Palladius) Patavinus, fecit comment. in Catullum, Tibullum, Propertium: item, librum de ſitu oræ Illyrici. Vid. *Carrio*, in *Ant. lect. 2, 19. Hallerv.* in *B. C. pag. 302.*

FUSCUS (Paulus) JCtus, reliquit ſingularia, A. 1600. Vide, FUSCHUS.

G. GA-

G.

GABARDUS (Alex.) Turſeſanus, JCtus, reliquit epiſtolam ad *Thomam Plonatatiam*, Patricium Conſtantinopolitanum, teſte *Bertrando, p. 301.*

GABBEMA (Sim. Abbes) edidit Notas in Petronium; item, tres centurias epiſtolarum illuſtrium virorum, Anno 1664.

GABELCHOVERUS (Wolf.) condidit 14. centurias medicarum curationum, A. 1612.

à GABELLA (Phil.) edidit conſiderationem brevem ſecretioris Philoſophiæ, Anno 1615.

GABELMAN (Nic.) militiam Mansfeldianā Hungaricam ſtilo depinxit, A. 1597.

GABIA (Joh. Bapt.) Veronenſis, Sophoclis tragœdias latinè tranſtulit ſcholiiſque illuſtravit, Venet. Anno 1543.

GABINIANUS (Sext. Jul.) tempore Auguſti Imp. in pretio fuit. *Suetonius* eum inter rhetores refert. Meminere etiam *Seneca, Hieronymus*, alii. Vid. *Voſſ.* de *Nat. Rhet. pag. 94. 105.*

GABINIUS, hiſtoricus Romanus, *Straboni l. 17.* memoratur.

GABIUS Baſſus, in Satira citatur à *Fulgentio in Mythol. pag. 150.*

GABLONETA (Hier.) de ſanguinis miſſione commentatus eſt.

GABRIANUS (Guilh.) JCt. Anno 1159. floruit. Reliquit legum caſus.

GABRIEL, Philadelphienſis Metropolita, ſcripſit de fide eccleſiæ Orientalis, Paris. A. 1671.

GABRIEL Sionita, Maronita è monte Libano, ab adoleſcentia Romæ in collegio Maronitarum educatus, Pariſiis Regius orientalium linguarum Profeſſor, Anno 1640. claruit. Edidit Pſalterium Syriacum & Arabicum: Geographum verò Arabem latinâ civitate donavit.

GABRIELIUS, ταβεριήλιος ὕπαρχος, inter Græcos epigrammatarios refertur. Carmen ejus extat *l. 4. Anthol. c. 12.*

GABRIELIUS (Ant.) JCtus, compoſuit communes conſultationes, editas An. 1570. fol.

GABRIELIUS (Caſp.) Patavinus Medicus, inſignis Philoſophus fuiſſe traditur.

GABRIELIUS (Hier.) JCtus, emiſit conſilia, An. 1573.

GABRIELIUS (Julius) Eugubinus, compoſ. orationes & epiſtolas.

GABRIELLUS (Andr.) Senogalienſis, tractavit de peſte, A. 1577.

GABUCINUS (Hier.) Faneſtris, ſcripſ. de lumbricis: item, de morbo comitiali, Anno 1561. ut & de podagra.

GABUTIUS (Joh. Ant.) Novarienſis, vitam Pii V. in quatuor libros diviſam, exaravit, Romæ, A. 1605.

GADALDINUS (Ang.) Medicus inſignis, A. 1540. vixit & in Galeni operibus recognoſcendis vertendiſq; plurimam impendit operam.

GADALDINUS (Beliſarius) carminibus inclaruit. Vid. *Tomus 1. Delitiar. Ital. pag. 1171.*

GADDIUS (Jac.) Florentinus, collegit duos Tomos de ſcriptoribus non eccleſiaſticis, Græcis, Latinis & Italicis, An. 1649. item, elogia omnigena, An. 1638. *Barlæus in Epiſt. 291.* Poëmata Gaddii (inquit) erecta ſunt & minus vulgaria: ſed magis placebant epigrammata Silvas Gaddii magni facio, ſive carmina iſta Pindarico more ſcripta mixtis carminum generibus. Vid. *Gr. Letus in It. regn. pag. 339.*

de GADESDEN (Joh.) Anglus, compendium medicinæ: item, Roſam Anglicam, 4. libris diſtinctam, condidit. Prodiit Papiæ, An. 1492. fol.

GADIGNUS (Nicol.) vitam Silverii in literas redegit.

GADIUS (Hier.) Bononienſis, in quodlibeta Scoti commentatus eſt, Anno 1527. Vid. *Waddingus in Sc. O. M. pag. 170.*

GADOLUS (Bernh.) Camaldulenſis Abbas, in omnes Bibliorum libros commentarios compoſuiſſe dicitur.

GÆLIUS (Joh.) Harlamenſis, JCtus, ſcripſit de teſtamentis & jure codicillorum, A. 1617.

de GAETA (Steph.) in Cod. ad limina quædam annotavit.

GAETANUS, Vicentinus, Medicus, Declarationes in conſequentias *Strodi* edi curavit. Commentatus quoque eſt in Ariſtotelem de cœlo & mundo, Anno 1498.

GÆTULICUS (Cn. Lentulus) à Caligula Imp. occidi juſſus eſt, quòd militum benevolentiam ſibi paraſſet, teſte *Dione, lib.*

ne, *lib.* 59. Condidit hiſtoriam, quam allegat *Suetonius in Calig. c.* 8. Item, poëmata, ceu colligere eſt è *Martialis prefatione l.* 1.& *Probo Grammatico*, *qui ad l. Georg. Virg.* tres ejus hexametros adfert. Vid. *Glandorp. pag.* 270.

GAFFARELLUS (Jac.) Sigonciæ apud Gallos Abbas, ſanctæ linguæ peritiſſimus, Anno 1633. claruit. Reliquit curioſitates, Anno 1629. Ejus errores refellit *C. Sorellus*, addiditque ipſius Gaffarelli retractationem, proprio nomine ac chirographo munitam. Vid. *Ph Labbe T.* 2. *diſſert. de S. E. pag.* 297. *Colomeſius in Gall. Orient. pag.* 153 & 260. Gaffarelli ſcripta enumerat. Adde, ſi placet, *Leonem Allatium*, *in Apib. Urbanis*, *pag* 139.

GAFFERNERUS (Pet Paul.) edidit hiſtoriam legationis Cæſareæ Comitis a Lesle ad portam Turcicam, An. 1672.

GAFFORUS (Cæl.) diſputationem Tiranenſem, inter pontificios & miniſtros *Rhetos*, A. 1596. habitam, evulgavit.

GAFURIUS (Franc.) Laudenſis, de harmonia muſicorum inſtrumentorum opus edidit, Mediolani. Vide, GAPHURIUS.

GAGLIARDUS (Ach.) Patavinus, Anno 1607. obiit apoplexia ictus. Compoſuit tract. de diſciplina hominis interioris, opus eruditiſſimum, nondum editum. Vid. *Alegambe*, *pag.* 2.

GAGNEUS (Joh.) Pariſienſis, An. 1550. claruit & univerſum N. Teſt. ſcholiis illuſtravit.

GAGUINUS (Alex.) edidit deſcriptionem Sarmatiæ Europeæ, Anno 1581. Vide, GUAGNINUS.

GAGUINUS (Rob.) Gallus, JCtus & Hiſtoricus, A. 1501. obiit. Res Francorum undecim libris complexus eſt. In rebus patriis affectui plurimum indulgere dicitur: in rebus externis quoque parum ei [illegible]itur. *Jovius in Elog. numero* 136. it- de eo ſcribit: In rebus, quæ ad Italiam pertinent, inſolenter & pingui ſtilo concutire ſolet. *Eraſmus in Ciceroniano pag.* 1[illegible] Rob. Gaguinus (inquit) non ita pridem habitus eſt magni nominis, dictione tamen quam ſcriptis vendibilior: verum ſuo ſeculo: nunc vix inter latinè loquentes recipietur: Vid. *Sweertius in Ath. Belg. pag.* 638. *Ph. Labbe T.* 2. *diſſ. de S.E. pag.* 297. *Olearius*, *pag.* 411.

GAGUS (Balth.) Luſitanus, Anno 1583. Goæ obiit. In Japoniam Chriſtianam religionem, Anno 1552. Invehere conatus eſt. Extat ejus liber, Japonico idiomate ſcriptus, in quo, quantum inter Japonum ſectam & Chriſtianorum doctrinam intervallum interjectum eſſet, oſtendere voluit. Vid. *Alegambe*, *pag.* 53.

GAJANUS, Γαιανὸς, Sophiſta, tempore Gordiani Imp. Beryti docuit. Scripſ. 5. libros de conſtructione, artem Rhetoricam, & declamationes, teſte *Suida*.

GAJETANUS (Dan.) Cremonenſis, Grammaticus, à *Pierio Valeriano de Inf. lit. pag.* 125. inter viros doctos, ſed infelices refertur.

GAIL (Chriſtoph.) aſſertiones Theologicas in epiſtolam Jacobi, Anno 1565. emiſit.

GAILIUS (Andr.) Colonienſis, JCtus, natus eſt A. 1525: obiit An. 1587. Reliquit quatuor obſervationum Practicarum centurias: librum unum de pignoribus: & Tract. de Arreſtis. Vid. *Sweertius*, *pag.* 170. *Thomaſius*, *de Plagio* §. 435.

GAILLARDUS (Jac.) in lucem produxit logicum collegium, Lugd. An. 1671.

GAJONUS (Bapt.) ſcr. epiſtolam de ſectione venæ, quæ eſt ad annularem digitum, in lienis affectibus, An. 1567.

GAITUS (Joh Domin.) Tract. de credito, fol. A. 1641. publicavit.

GAJUS (Jac.) Flander, ſcripſit dies geniales vel Bacchanalia, Anno 1611. teſte *Sweertio*.

GAIZO (Ant.) compoſ. librum de ſomniis.

GALÆUS (Theoph.) edidit Ideam Theologiæ theoreticæ & practicæ, Anno 1673. Lond.

GALAF, Ilerdenſis, Judæus, profeſſione medicus, reliquit antidotarium excellentiſſimum, teſte *Paſchalio Gallo*.

GALANDUS (Pet.) Aerenſis Arteſius, Anno 1559. obiit. Habuit orationem adverſus *Pet. Ramum* pro Ariſtotele. Extat etiam ejus commentarius de agrorum conditionibus & conſtitutionibus. Vid. *Sweertius. pag.* 615.

GALANTES (Julius) edidit comparationem Theologiæ Chriſtianæ cum Platonica, Bononiæ, Anno 1627. fol.

GALANUS (Clement.) condidit conciliationes eccleſiæ Armenæ cum Latina, Tomis 2. in fol. Romæ A. 1650. & 1661. editas: Item, inſtitutiones linguæ Armenæ, Anno 1645.

GALARZA (Pet. Garc.) Bellonenſis, Inſtitutiones evangelicas, Anno 1579. edi curavit.

GALASIUS (Caſp.) ſcr. de Juſtitia quadripartita.

GALATHEUS (Ant.) Anno 1480. floruit. Reliquit quæſtiones Phyſicas: item, laudationem Podagræ, feſtivum opuſculum. Videatur *Jovius in Elog. numero* 119.

GALATINUS (Pet.) Apulus, An. 1518. claruit. *D. Chr. Wagenſeil, ad Sota, pag.* 202. è Judæo Chriſtianum factum autumat. Arcana Catholicæ Veritatis XII. libris complexus eſt. *Scaliger in epiſt.* 93. cum hoc opus è *Raymundo à Sebunde* compilaſſe exiſtimat. Scaligerum ſequitur *Naudæus in Bibl. Polit. pag.* 76. Verùm errat Scaliger, ſi *Joh. Morino Bleſenſi in Exerc. Bibl.* credimus. Sic enim ille: Ea, quæ Galatinus ſcripſit, apud *Porchetum* reperiuntur omnia, eodem modo & iiſdem verbis, nec plura. A Porcheto igitur ſua Galatinus mutuatus eſt: Porchetus vero à Raymundo Martino, qui ſcripſit Pugionem fidei contra Judæos. Idem tradit *Cl. Damke in Not. ad Baſil. Imp. pag.* 28. Confer *Thomaſium de Plagio*, §. 436. *Waddingus in Scr. Ord. Minor. pag.* 281. memorat, plurima ſe hujus Galatini ſcripta, nondum edita, habere, promittitq; ſe ea aliquando in lucem daturum eſſe. Inter ea erant comment. in Apocalypſin: tract. de recta S. Scripturæ interpretatione: item, opus ſingulare de eccleſia inſtituta, deſtituta & reſtituta. Vid. *Hornbeck, in Tr de Converſione Judæorum, pag.* 8. item, *Hottingerus, part.* 5. *hiſt. Eccl. ſect.* 3.

GALAVERONUS (Joh. Guil.) Pedemontanus, ſub nomine *Fr. Sanbenedicti* Tomum orationum, Mediolani, Anno 1625. collegit ediditque, teſte *Alegambe, pag.* 247.

GALBA (Servius) tempore III. belli Punici claruit. Meminit ejus *Cicero in Bruto* ut excellentis oratoris. Ex *eodem* diſcimus, ut in Lælio elegantia, in Scipione majeſtas; ita in Galba vim fuiſſe. Sed in dicendo quidem hæc ſentiebatur; à ſcriptis verò aberat. Cujus ratio eſt, quod affectus dicentem accendebat. Vid. *Voſſius de nat. Rhet. pag.* 97.

GALDINUS (Pet.) Anno 1465. floruit. Reliquit conciones.

GALE (Thomas) Anglus, edidit uno volumine Palæphatum & Heraclitum περὶ Ἀπίςων: Anonymum de iiſdem: Phornutum de natura Deorum: Salluſtium de Diis: Ocellum Lucanum: Timæum Locrum: Demophili, Democratis & Secundi ſententias: Sextum Pythagoricum: Theophraſti characteres: Pythagoricorum fragmenta: Heliodori Lariſſæi opera, Cantabrigiæ, Anno 1671. in 8.

GALEA (Aug.) à *Ghilino vol.* 2. *p.* 8. inter viros doctos & claros refertur.

GALEA (Pet. Paulus) ſcripſit de pulſibus & medicamentorum uſu, A. 1597.

GALEACIUS (Ant.) Malvaticius, JCtus, reliquit conſilia matrimon.

GALEACIUS de S. Sophia, ſcr. de febribus, An. 1533.

GALENUS (Claudius) Γαληνὸς, Pergamenus, Medicus celeberrimus, tempore M. Aurelii Antonini & deinceps claruit. *Quidam* Bergomatem, Italum fuiſſe, contendunt. Vid. *Donatus Calvus in B[illegible]tibus, pag.* 178. Malè alii eum Chri[illegible]coævum faciunt, & cum Magdalena c[illegible]llocutum eſſe tradunt, quos rectè [illegible] *l.* 3. *Annal. pag.* 323. & *Joh. Tzet[illegible] Chil. pag.* 223. redarguunt. Laudatus T[illegible]etzes præceptorem Galeni Pelopem dictum fuiſſe obſervat. Scripta ejus tribus Tomis continentur. Eorum catalogum prolixum habet *Ant. à Lin[illegible] in Bibl. Medd. pag.* 121. & *ſeqq.* Præ[illegible] medicinalia etiam Grammatica, Rhetorica & Philoſophica compoſuit. [illegible]id. *Jonſius de Scr. hiſt. Ph.* 3, 11. *Valeſius in Euſeb. pag.* 111.

GALENUS (Matth.) Weſtcapel[illegible] Zelandus, Theologus, An. 1573. [illegible]. Scripſit de ſeculi noſtri choreis: de origine monachorum: de votis monaſticis, &c. Vid. *Sweertius, pag.* 555.

GALEOTTUS (Albert.) JCtus, Anno 1260. floruit. Summulam quæſt[illegible]num edidit. Vid. *Guido Panzirolus de JCtis, l.* 2. *c.* 39.

GALEOTTUS (Barth.) Bononienſ. ſcripſit de viris illuſtribus Bononienſibus, Anno 1590.

GALEOTTUS Martius, Narnienſis, Anno 1490. claruit. Extant hujus Galeotti tùm alia, tùm liber de jocosè dictis & factis Matthiæ Corvini, Regis Hung. quem filio ejus Johanni dedicavit: Affirmare auſus

auſus eſt, omnibus gentibus, integre & puriter, veluti ex juſta naturæ lege viventibus, æternos cœleſtis auræ fructus paratos e[illegible]e. Unde accuſatus, & ad palino[illegible]iam faciendam coactus eſt. Ob corporis inſignem pinguedinem theda curuli, qua veheretur, opus habuit. *Jovius in Elog. num. 44* arvina ſuffocatum inte[illegible]ſſe, refert. Confer *Pierium Valerian. de Inf. lit. pag. 56. Autor Dialogi de repar. Ling. Lat. pag. 4[illegible]3.* Extant (inquit) ad[illegible]c aliqua (Galeotti ſcripta) ut de ho[illegible]e opuſculum, & alia quædam parum [illegible]ta, in quibus video nonnullos verbor[illegible] proprietatem deſiderare. Cætera n[illegible]que inluſſa neq; parum perſpicua dixeris.

GALESINIUS (Pet.) Mediolanenſis, Anno 1581. c[illegible]t. Martyrologium Rom. eccleſ[illegible] item Acta eccleſ[illegible] Mediolanenſis el[illegible]boravit. Fertur etiam ſcripſiſſe de ded[illegible]ne Obeliſci: item, de dedicatione [illegible]umnæ Trajani. *A. Rive.us in Iſagoge* [illegible] Galeſinii commentarium de Bib[illegible] Græc. LXXII. Interpretibus, Romæ An. [illegible]58[illegible]. editum allegat. Vid. *S[illegible] Eccl pag. 131.*

GAL[illegible]US (Ant.) Condriaceus, ſcri[illegible]m novæ Academiæ Hetruſco[illegible] contra *Avicennam* & *Meſuem* ap[illegible].

GA[illegible], Monumotenſis, tempore F[illegible]rbaroſſæ Imp. vixit. Edidit hi[illegible] Britannicam: item, vitam M[illegible]ſta regis Arturi. Fides ejus à [illegible] damnatur. *Johannes Tuvinus* eum [illegible]erum Britannicum & mendaciorum [illegible]trem appellat. Vid. *Whear in Re[illegible], pag. 172.*

GAL[illegible]US Vinelauf, A.C. 1200. vixit. Scr[illegible], teſte *Lelando*, opus de arte di[illegible] ad Innocentium III. proſa & carmi[illegible]od incipit: *Neuſtria ſub clipeo re[illegible] Richardi,* &c. Vide, GAU[illegible].

GAL[illegible]TTUS (Leand.) JCtus Col[illegible] de conditionibus commentatus e[illegible]et. A. 1609. Collegit etiam ſynta[illegible] communium opinionum juris vel [illegible]tarum ſententiarum, quod in 4. T[illegible] digeſſit. Prodiit id opus Auguſtæ Taurinorum, A. 1595. in fol. Vid. *Plac[illegible] pag. 33.*

GALIA[illegible]LA (Lancell.) edidit repetitiones in Jure civili.

GALILÆUS Galilæus, Florentinus, celeberrimus Mathematicus, ſuperioribus annis claruit. Patavii diſciplinas mathematicas docuit. Inde Piſas à Magno Hetruriæ duce vocatus eſt, à quo ſingulis menſibus centenos argenteos nummos magnos, quos Laminas vocant, ſalarii loco accepit. Condidit librum, titulo Nuncii ſiderei: item, Dialogum de ſyſtemate mundi, in quo ſententiam ſuam de terræ circa cœli orbes, nullo agitatos motu, converſione aperuit. A quæſitoribus fidei Romam evocatus & palinodiam publicè canere juſſus eſt. Eidem *inventionem* ſtellarum Medicearum tribuunt. Vixit 84. annos, luminibus, ut ajunt, tandem orbatus. Vid. *Nicius, part. 1. Pinacoth. p. 280.* Adde *Leonem Allatium in A. U. pag. 118. Ghilinum, vol. 1. pag. 68. Sorellum, pag 541.*

GALITIUS (M. Ant.) Brixienſis, natus eſt A. 1589. Edidit dialecticam: commentarium in 4. libros ſententiarum: Tractatum de phyſico auditu, de cœlo, de anima, &c. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 248.*

GALITIUS (Ant. Maria) dilucidationem ſpeculi apologetici, A. 1653. publicaſſe dicitur.

GALIUS (Phil.) homilias in Jonam, An. 1616. edi curavit.

la GALLA. *(Jul. Cæſ.)* Vide, LAGALLA.

GALLÆCUS (Caſp. Roder.) JCtus, de annuis & menſtruis reditibus commentatus eſt.

GALLÆUS (Phil.) dedit icones & elogia virorum illuſtrium.

GALLÆUS (Servatius) *Lactantium* notis illuſtravit, A. 1660.

GALLANDIUS (Guilh.) Aërienſis, reliquit orationes & poemata.

GALLANDIUS (Pet.) ſcripſit contra Academiam Rami, Pariſ. An. 1551. Ejus honorificé meminit *Adrianus Turnebus l. 2. adv. cap. 1. & l. 8. c. 12.*

GALLASIUS (Nicol.) in Exodum, Gen. A. 1560. fol. commentari aggreſſus eſt.

GALLAUPIUS (Franc.) Aquenſis, Anno 1633. claruit. Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 156.*

GALLEGUS (Barn.) edidit controverſias logicales, Colon. A. 1632.

GALLEGO (Joh.) de la Serna, Malachenſis, Philippi III. & IV. Archiater, compoſuit opera Phyſica, Medica, Ethica,

quæ prodierunt Lugduni, An. 1634. fol. item, de naturali animarum origine invectivam adverſus *Dan. Sennertum*, Bruxell. An. 1640. in 4.

GALLEGUS (Melch.) Ict, de obligatione ſpirituali.

GALLEMARTIUS (Joh.) edidit deciſiones & declarationes illuſtrium Cardinalium, concilii Tridentini interpretum, A. 1618.

GALLEMARTIUS (Placidus) condidit deſcriptionem provinciæ S. Dionyſii in Francia, An. 1649.

GALLENSIS (Joh.) communiloquium vel Summam collationum collegiſſe fertur. Prodiit An. 1489. fol.

GALLERATUS, de renunciationibus, Mediolani A. 1623. tractavit.

GALLESIUS (Aug.) Philoſophus, A. 1505. vixit. Reliquit librum de Terræmotu.

GALLESIUS (Barth.) Medicus & Philoſophus, A. 1597. floruit. Extat ejus Tr. de Podagra.

GALLESIUS (Dominic.) Finatienſis, vulgavit orationem de aſcenſione Chriſti, A. 1668: item, ſapientiæ prototypon, A. 1658.

GALLETUS (Joh. Car.) auroram Lavenicam, Avenione, An. 1670. in 4. edidit.

GALLETUS (Thomas) ſcripſit Religioſum in Pſ. XXII. An. 1615.

GALLIA (Lanciarottus) Alexandrinus Italus, An. 1595. obiit. Commentatus eſt in conſuetudinem Alexandrinam prohibentem, maritum ultra certum modum relinquere. Vid. *Ghilinus vol. 1, pag. 143*.

GALLICIUS, exaravit ideam divinæ benignitatis.

GALLINIUS (Camill.) JCtus, compoſ decem libros de verborum ſignificatione, Venet. A. 1582.

GALLIO (Junius) Marci Annæi Senecæ Rhetoris filius, temporis Neronis Imp. claruit. Prius M. Annæus Novatus dictus erat: nomen mutavit, cum á Junio Gallione, ad quem *Ovidii* extat *elegia l. 4. de Ponto*, adoptatus eſſet. A *Seneca patre in præfatione l. 5. Controv.* inter præcipuos oratores refertur. Hujus Gallionis mentio habetur in *Actis Apoſt. c. 18. verſ. 12.* Vid. *Voſſius de nat. Rhet. pag. 92. 107. Glandorpius, pag. 500*.

GALLONIUS (Ant.) Romanus, An. 1605. obiit. Scripſit de cruciatibus martyrum: item, de monachatu Gregorii Magni.

GALLUCCIUS (Angelus) Maceratenſis, Bellum Belgicum, ab An. 1593. uſq; ad A. 1609. duobus Tomis complexus eſt. Prodiit hoc opus Romæ, An. 1671. fol. *Alegambe, pag. 33.* vocat oratorem diſertiſſimum, poëtam facundum.

GALLUCIUS (Bonif.) JCtus, Anno 1304. claruit.

GALLUCIUS (Joh. Paul.) condidit Theatrum mundi & temporis, A. 1588. Venet. item, ſpeculum uranicum, A. 1596.

GALLUCIUS (Tarquinius) Sabinus, An. 1649. obiit. Ariſtotelis Ethicam ad Nicomachum de novo tranſtulit, commentarioq; luculento exornavit, Pariſ. A. 1645. fol. Extanr etiam orationum & carminum ejus duo volumina. *Alegambe. pag. 429.* tradit, ipſum etiam vindicationes Virgilianas, & commentarios tres de Tragœdia, de Comœdia, & de Elegia elaboraſſe.

GALLUS, ſcriptor eccleſiaſticus, A. C. 635. obiit. Reliquit ſermones. Vid. *Waræus in Hibern. Scr. pag. 20.*

GALLUS (Corn.) Vide, CORNELIUS.

GALLUS Milo, Elnonenſis, An. [illegible]5. floruit, & ad Carolum Calvum carmen de ſobrietate exaravit. Vid. *Giraldus de poët. pag. 664.* Struxit etiam vitam S. Amandi carmine & proſa. Vid. *Sweertius, pag. 570.*

GALLUS (Andr.) Tridentinus, [illegible] de peſte & febri peſtilentiali, Anno 1606.

GALLUS (Ant.) de ligno ſancto n[illegible] permiſcendo, Pariſ. An. 1540. commentatus eſſe dicitur.

GALLUS (Balth.) contexuit l'br[illegible] de regnis & provinciis, quæ cum [illegible]uando Gallorum fuiſſent, nunc inju[illegible] Hiſpanis detinentur. Gallo viciſſim *Julius Cerius* reſponſum oppoſuit. Vid. *Naudæus in Bibl. Pol. pag. 81.*

GALLUS (Car.) Arnheimius, Theologus Leydenſis, natus eſt An. 1530: obiit An. 1616. Exaravit comm. in Apocalypſin, Vid. *Meurſius in Ath. Bat. pag. 261*

GALLUS (Hier.) Inſuber, An. 1644. obiit. Texuit duos Tomos in 3. l[illegible]rum Scoti. Vid. *Waddingus, in Sc. O. M. pag. 170.*

GALLUS (Jodocus) Rubiacenſis, reliquit opuſculum, titulo, Noſce teipſum, impreſſum Heidelbergæ, An. 1480.

GALLUS (Joh.) Theologus, de Cœna Domini ſcripſit, An. 1584.

GALLUS (Joh.) Tifernas, JCtus, *Hieronymo Magio* perfamiliaris fuit, qui ejus honorificè meminit *l. 3. miſcell. c. 5.*

GALLUS (Nicol.) aliàs *Hahn* dictus, Gothâ Saxo, An. 1570. obiit. Primum Ratisbonenſis eccleſiæ paſtor fuit: inde ejectus Magdeburgenſis eccleſiæ Superintendens factus eſt. Ratisbonam revocatus, non illius ſolùm urbis, ſed totius viciniæ, Auſtriæ & Stiriæ, eccleſias emendatas doctrina & conſiliis ſuis erudiit & gubernavit. *Matthiam Flacium* in concinnandis eccleſiaſticæ hiſtoriæ centuriis, cùm Magdeburgi ſubſiſteret, adjuvit. Scripſit de Adiaphoris & mutatione ſtatus eccleſiarum; item, Notas in epiſt. Pauli ad Galatas.

GALLUS (Paſchalis) Villæfanenſis Pl&o, emiſit Bibliothecam medicam, Anno 1590. Baſileæ.

GALLUS (Phil.) Halenſis, natus eſt An. 1558: obiit A. 1616. Confecit poſtillam apoſtolicam & propheticam; 90. homilias in Jonæ prophetiam: item, Auguſtanam Confeſſionem τετράγλωττον. Fertur hebraicè admodum peritus fuiſſe. Vid. *Henning. Witte in Memoriis Theol. pag. 84.*

GALLUS (Rup.) vixit tempore Henrici V. Imperatoris. Hiſtoriam belli contra Saracenos decem libris complexus eſt.

GALLUS (Vincentius) elaboravit opuſculum de epigrammate: item, de lyrico poëmate, A. 1626.

GALOPINUS (G.) expoſuit hiſtoriam de vidua Sareptana, An. 1634.

GALTERIUS (Joh. Paul.) Praxin tutelarem, Neap. A. 1621. edi curavit.

GALTERIUS (Phil.) à monte Galerio, Franciſcanus, A. 1344. floruit. Extat ejus poſtilla in evangelia Dominicalia, à Jonſelmo Canova in compendium redacta. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 378.*

GALTERUS (Phil.) Liſanus vel Inſulenſis, A. 1133. obiit, ceu refert *Anton. de Verdala*, epiſcopus Magalonenſis. *Valerius Andreæ* vult, eum claruiſſe Anno 1250. *Reineſius in epiſt. ad Daum. pag. 217.* ad A. 1095 refert. Alii vocant *Galterum de Caſtellione*. Unde illud Monoſtichon: *Inſula me genuit, rapuit Caſtellio nomen.* Condidit Alexandreidem carmine. *Caſp. Barthius in Not. majoribus ad Claudian. pag. 1140.* Media barbarie (inquit) non ineptus verſificator Galterus ab Inſula, qui tempore Johannis Sariſberienſis, ut ex hujus ad eum epiſtolis diſcimus, vixit; tam autem poſteà clarus fuit, ut, expulſis quibuſvis bonis auctoribus, ſcholas tenuerit, ut ſcribit in ejus vita *Henricus de Gandavo*. *Alanus* tamen in *Anticlaudiano* eum ſugillat, & *Mevio*, malo poëtæ, comparat. Vid. *Sweertius, pag. 642.*

GALTHIUS (Pet.) ſcr. de nobilitate Gentis & Mentis, Herbip. A. 1602.

GALTIER (Bernh.) Rhutenenſis Gallus, An. 1629. ætatis 65. obiit. *Alegambe, pag. 65.* vocat virum intellectu perſpicacem, judicioq; ſingulari præditum. Edidit librum, titulo, Pſeudoreligionis apocalypſin, in quo præcipue Calvinianos perſtringit.

GALTRUCHIUS (P.) Philoſophiæ & totius mathematicæ inſtitutiones ſex voluminibus complexus eſt. Prodiit hoc opus Cadomi, An. 1661.

GALVANUS (Alex.) collegit Conſilia & Reſponſa, A. 1617.

GALVANUS (Joh.) JCtus, ab eloquentia, juriſperitia & antiquitatis ſtudio plurimum commendatur à *Ferrario, part. 2. de re veſt. pag. 94.*

GALVANUS (M. Aurel.) Ferrarienſis, de Uſufructu commentatus eſt, An. 1650. fol.

GAMACHÆUS (Phil.) doctor Sorbonicus, An. 1625. obiit. Struxit Summam Theologiæ tribus voluminibus, Pariſ. A. 1627. fol.

GAMALIEL, Senior, Simeonis filius, Hillelis nepos, ſynedrii principatū obtinuit, cùm Dominus noſter ſenatui Hieroſolymitano ſiſteretur: & poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem adhuc 22. annos vixit, fuitque juxta communem ſententiam, S. Pauli præceptor, *Act. 22, 3.* Eo mortuo, ablatam eſſe puritatem & rectitudinem Phariſaiſmi, ceſſaſſe etiam gloriam legis, Judæi conqueruntur. *Piſani* altare oſtendere ſolent, ſub quo corpus Gamalielis quieſcat. Vid. *Wagenſeilius in Comm. ad Sota, pag. 992. Chryſippus* quidam apud *Photium, in Biblioth. Cod. CLXXI* Gamalielem Chriſtianum factum baptizatumque eſſe memorat.

GAMALIEL, Junior, Jabhnenſis, Gamalielis nepos, tempore excidii Hieroſolymitani vixit. In Jabhne principatum obtinuit. Vid. *Henr. Otto in Doctoribus Miſnicis, pag. 86.*

GAMANS (Joh.) Juliacenſis, An. 1641. claruit. Vitas Sanctorum paſſim colligere, notiſque hiſtoricis illuſtrare conatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 243.*

GAMBACURTA (Pet.) Panormitanus, An. 1605. obiit. Scripſit de Immunitate eccleſiarum libros octo. Vid. *Alegambe, pag. 382.*

GAMBALUNGA (Joh.) JCtus, An. 999. floruit.

GAMBARA (Laur.) Brixianus, poëta, A. 1586. obiit, cum nonagenarius eſſet. Carmina ejus occurrunt *T. 1. Delit. Ital. p. 1174.* Vid. *Thuanus, l. 84.* Extat ejus Tr. in quo tum de perfecta poëſeos ratione agitur: tum oſtenditur, cur abſtinendum ſit á ſcriptione poëmatum turpium aut falſorum Deorum fabulas continentium. Confer *Barthium in 3. Theb. Pap. pag. 1634.*

GAMBARELLUS (Auguſt.) obſervationes in Terentium, An. 1597. item, antithetorum amicam ſimultatem, A. 1619. edi curavit.

GAMBARUS (Andr.) Julii II. familiaris, ejus conſtitutionem adv. Simoniacam electionem commentariis illuſtravit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 34.*

GAMBARUTUS (Nicol.) An. 1502. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 173.*

GAMBARUTUS (Tib.) A. 1623. mortuus eſt. Vid. *Idem vol. 1. pag. 214.*

de GAMBELLIONIBUS (Angelus) Aretinus, JCtus, An. 1442. floruit. In *epitaphio* perplexarum legum *enodator* appellatur. Extat ejus Tr. de teſtamentis. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, l. 2. c. 102.*

GAMBERLACHIUS (W. R.) edidit ſpongiam lituræ Gallicæ, A. 1646.

GAMERIUS (Hannardus) Moſæus, An. 1570. claruit. In Academia Ingolſtadienſi Græcarum literarum profeſſionem obtinuit. Reliquit viam regiam ad Muſas. Orpheum etiam lat. verſibus expreſſit. Carmina ejus *T. 2. Delit. Belg. pag. 440.* inveniuntur. Vid. *Sweertius, pag. 320.*

de GAMMA (Anton.) JCtus, collegit Deciſiones regni Luſitaniæ, A. 1599.

GAMMARUS (Bernh.) JCtus, An. 1509. floruit. Extat ejus excuſſio in materiam de ſervitute.

GAMMARUS (Jac.) A. 1498. floruit.

GAMMARUS (P. Andr.) Bononienſis JCtus, An. 1505. vixit. Compoſuit 3. libros Topicorum, ad eruenda in legum facultate argumenta: item, librum extenſionum. Vid. *Panzirol. in JCt. pag. 478.*

GAMMARUS (Thomas) Sclaricinus, poëta, Anno 1483. celebris factus eſt. Vid. *Bumaldus, pag. 220.*

GAMPENBURG (Dom.) emiſit clavem conſcientiæ, Ingolſt. A. 1663.

GAMUCCIUS (Bernh.) ſcr. de antiquitate urbis Romæ.

de GAMUNDIA (Joh.) Calendarium conſtruxiſſe dicitur.

GAMURRINUS (Eugen.) Caſinenſis, h. t. claret. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 491.*

à GANDAVO (Henr.) Tornacenſis archidiaconus, Anno 1293. obiit. Vulgò *Doctor ſolemnis* appellari ſolet. Commentatus eſt in Phyſicam & Metaphyſicam Ariſtotelis. Extat & ejus liber de viris illuſtribus. Vid. *Swertius, pag. 328. Olearius in Abaco, pag. 201. Boſius de notit. Script. Eccl. c. 3. pag. 26.*

à GANDAVO (Pet.) Flander, An. 1572. obiit. Mexici gymnaſium exercendis puerorum ingeniis erigendum curavit. Exaravit Catechiſmum pro erudiendis Indorum pueris. Vid. *Wadding. pag. 282.*

GANDAVUS (Guilh.) judice *Eraſmo in Ciceroniano, pag. 178.* Atticus erat in epiſtolis, in carmine bonus.

GANDILLON (Franc.) Aurellanenſis, A. 1631. obiit. Libellum edidit, qui inſcribitur Anima ſancta, omnibus virtutibus naturalibus & ſupernaturalibus cumulata. Vid. *Alegambe, pag. 123.*

GANDINUS (Alb.) Bergomas JCtus, opuſculum de maleficiis confecit, An. 1491. item, de crimine læſæ majeſtatis: de quæſtionibus. Vid. *Guid. Panzirolus in JCt. l. 2. c. 47.* & *Donatus Calvus, pag. 16.*

GANGELT (Theod.) ſtruxit regulam & vitam S. Benedicti, Colon. A. 1649.

GANGERORIUS (Franc.) de Terra nova, methodum pro morbis in particulari curandis ſecundum recentiorum uſum, Romæ, A. 1658. in 8. concinnavit.

GANIVETUS (Joh.) Amicum Medicorum edidit. Vid. *Ant. Linden. pag. 349.*

GANS (Joh.) Herbipolenſis, Ferdinandi III. Imp. aulicus concionator, An. 1638. claruit. Struxit Arboretum Genealogicũ, in quo exhibentur omnes principes, qui linea rectâ ad Rudolfo I. Imp. Auſtriaco deſcendunt. Vid. *Alegambe, pag. 243.*

GANSFORTIUS (Joh. Weſſelus) Groningenſis, aliàs *Baſilius* dictus, natus eſt Anno 1419. obiit A. 1489. A nonnullis *Lux mundi:* ab aliis *Magiſter contradictionum* appellari ſolet. Trium linguarum, Græcæ, Latinæ & Hebraicæ peritus erat. A Sixto IV. Pontifice aliquando beneficium petere juſſus, Græca & Hebræa Biblia ſibi è Vaticana bibliotheca dari petiit. Mirante Pontifice & dicente: *Stulte, quare non petis epiſcopatum aut ſimile quippiam?* Weſſelus reſpondebat: *quia iis non indigeo.* Ariſtoteli Platonē longe antepoſuit. Venit aliquando celebris Doctor Pariſienſis Adwerdiam, & præſente Weſſelo in menſa multa interrogare cœpit. Hic nihil reſpondebat. Putabatur nihil eſſe illi, quod reſponderet. Finito prandio, dicebat Weſſ. *nunc, ſi placet, oppone.* Oppoſuit ille multa: tum noſter talia dedit reſponſa, ut Doctor ille de menſa deſiliret & abjecto bireto ſuo, genibusq; procumbens, admirabundus diceret: *aut tu alter es Alanus, aut angelus de cœlo, aut aliud, quod dicere nolo. Benedictus DEUS! non ſum fraudatus deſiderio meo: non fruſtra te quæſivi.* In religione Pontificia multa improbavit ſcriptis & ore. Plurima ex ejus ſcriptis à monachis exuſta ſunt: nonnulla tamen ignem evaſerunt, ut Tract. de oratione: de ſacramento Euchariſtiæ: de Purgatorio & Indulgentiis, &c. Ea Groningæ poſtea prodierunt, An. 1614. in 4. Videatur *Lutherus Tom. 2. Epiſt. lat. pag. 90. Olearius in Abaco, pag. 270.* quibus adde *autorem vitarum Profeſſ. Gröningenſium, pag. 12. & ſeqq.*

GANSIUS (Joh. Lud.) publicavit hiſtoriam Corallorum, An. 1630.

GANZ (David) Judæus, ſcripſit Chronologiam, cui titulum fecit, צמח דוד, i. e. germen Davidis. Eam *Guil. Henr. Vorſtius* latinè tranſtulit, additisque notis, An. 1644. typis mandavit. Vid. *Boxhorn. in hiſt. Univerſ. pag. 41.*

GAPHURIUS (Franc.) de harmonia muſicorum inſtrumentorum, Mediolani, A. 1508. ſcripſiſſe fertur.

de GARANCIERES (Theoph.) ſcr. de tabe Anglica, Lond. A. 1647.

GARASSUS (Franc.) Engoliſmenſis, An. 1631. obiit. Compoſuit 24. volumina in S. Scripturam: item, ſacra Rhemenſia, carmine heroico. Vid. *Alegambe, pag. 124.* Fertur Lipſium notaſſe ob fatum, tam conſtanter aſſertum. Lipſium tamen *Anonymus Sorboniſta,* cenſurâ edens in doctrinam curioſam Garaſſi, defendere conatus eſt autoritate *Mirandulani & Thomæ*, quorum uterque fatum Chriſtianum aſſeruerat. Vid. *Mareſius part. 1.* contra *Tirinum, pag. 605.* ...

GARATUS (Martinus) (vulgo *Martinus Laudenſis* dictus) JCtus, A. 1444. claruit. Reliquit commentaria ad Feuda: Tract. de bello & duello: item, de Cardinalibus: de primogenitura: de caſtris & caſtellanis: de confœderatis, &c. Vid. *Bumaldus, pag. 162. Panzirolus de JCt. l. 2. c. 96.*

GARAVINUS (Aug.) An. 1618. floruit. Extat ejus opuſculum de viris illuſtribus Caſtri Bonon.

de GARBO (Dinus) Florentinus Medicus, Chirurgiam & alia opuſcula, Ferrariæ, Anno 1485. imprimi curavit. Vid. *Linden, pag. 157.*

GARBUS (Thom.) Dini filius, Medicus & Philoſophus, confecit Summam medicæ ſcientiæ. Meminit ejus *Hier. Magius l. 3. Miſcell. c. 5. ſub fin.* ubi vocat virum infantem, at bene doctum.

GARBUTUS, de Reſurrectione aliquid ſcripſiſſe legitur.

GARCÆUS (Joh.) meteorologiam, An. 1584. luci publicæ exhibuit.

GARCIAS (Dominicus) Hiſp. in Complutenſi Academia linguæ Hebr. Profeſſor primarius, A. 1624. vixit. Contra Judæos propugnacula religionis Chriſtianæ, An. 1606. edere cœpit, in quibus ſæpè pueriles errores & graviſſimas hallucinationes committere non erubuit. Lege doctiſſim. *Wagenſeilium* ad *Sota, pag. 103.* & miraberis.

GARCIA (Franc.) concionatorem evangelicum, A. 1622. fol. publicavit.

GARCIAS (Fortunius) Cantaber, de ultimo fine Juris utriuſque commentatus eſt. Impreſſus eſt liber Coloniæ, Anno 1585.

GARCIA (Hier.) Hiſp. paravit commentarium, conquiſitis undique antiquiſſimis Iconibus, qui propediem in lucem exibit, inquit *Alegambe, pag. 185.*

GARCIAS (Nicol.) ſcripſit de Beneficiis. Liber prodiit Genevæ, An. 1636.

GARCIA (Pet.) Anno 1618. claruit. Extant ejus commentaria in primam Fen

libri primi Avicennæ; item, in omnes Galeni libros de locis affectis.

GARCIAS (Thomas) de Villa nova, natus eſt, An. 1488: obiit An. 1555. Reliquit conciones ſacras. Vid. *Ghilinus, vol. vol. 2. pag. 235.*

GARDER (Henr.) Danus, habuit orationem metricam de Strenis, An. 1623.

du GARDIN (Lud.) adornavit manuductionem per omnes medicinæ partes, An. 1626. item, Tract. de animatione fœtus, Duaci, A. 1623.

GARDINER (Sam.) ſcripſit de efficacia Gratiæ convertentis, Cantabrigiæ, An. 1660.

GARDINER (Steph.) de vera obedientia A. 1553. nonnulla meditatus eſt.

GARETIUS, (Henr.) Lovanienſis, de curatione Arthritidis, A. 1592. ſcribere aggreſſus eſt.

GARETIUS (Joh.) Anno 1571. obiit. Extat ejus conſenſus Patrum de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia.

GARGARIEUS (Bapt.) Anno 1569. floruit. Edidit aureum *Cœlimundium* ſive librum de cœlo & mundo inſeriptum, ubi reperiuntur annotatæ autoritates, traditiones, & adinventiones Magorum, Hiſtoricorum, Philoſophorum, Aſtronomorum, Poëtarum, Hebræorum, Chriſtianorum, Saracenorum, Metaphyſ. Theologorum, &c. teſte *Bumaldo.*

GARGARIEUS (Ferrantes) Anno 1575. claruit. Publicavit patrocinia cauſarum Bononienſium.

GARGARIEUS (Joh. Bapt.) JCtus, Anno 1624. floruit. Reliquit 2. volumina conſiliorum.

GARGARIEUS (Joh. Camillus) Anno 1594. claruit. Emiſit quam plurima conſilia.

GARGILIUS Martialis, vixit tempore Alexandri Mammææ Imp. cujus etiam vitam literis conſignavit. Scripſit de Hortis, *Servio & Palladio* teſtibus. Vid. *Glandorp. pag. 378.*

de GARIBAY (Steph.) Cantaber, ſtruxit 40 libros hiſtoriarũ de regnis Hiſpaniæ.

GARIBUS (Joh.) ſcr. de Phænomenis, Venet. A. 1650.

GARIGLIANUS (Pompejus) condidit libellum de Nobilitate lingua Italica: ut alterum latina, in qua Platonis aliquot dialogos ſua interpretatione illuſtrare conatus eſt, ſed parum feliciter. Hinc *Bellarminum* dixiſſe ajunt, cum librum ab ipſo acceptum perlegeret: ſe quidem Platonis ſi minus omnia, aliquid ſaltem intelligentia arripere: cùm verò ad ejus commentar. ſe conferret, verbum prorſus nullum intelligere. Videatur *Nicius part 1. Pinacoth. pag. 70.*

GARIMPERTUS, Vitas Pontificum exaravit.

GARIOPONTUS, Medicus, judice *Reineſio in Var. lect. l. 3. c. 2.* ante CCCC annos vixit. Merus exſcriptor & deſcriptor veterum fuit. Sanè Priſcianum, cujus tres libri medicinales circumferuntur, penè ad verbum deſcripſit. Vid. *Reineſius in Apolog. pag. 142.* item, *Barthius in Æneam Gazæum, pag. 279.*

GARISENDUS (Joh. Andr.) poëta, An. 1492. floruit.

GARISSOLIUS (Ant.) de Chriſto mediatore: item, de imputatione peccati Adami, An. 1648. commentatus eſt.

de GARLANDIA (Joh.) ſcr. Tr. de Græcis præpoſitionibus, teſte *Reiſero. Linden, pag. 550.* Joh. Garlandium compendium Alchymiæ compoſuiſſe tradit.

GARMANUS (Chriſt. Frid.) edidit librum, cui titulus, Homo ex ovo, Anno 1673. item, librum de miraculis mortuorum, An. 1670.

GARNEFELD (Greg.) texuit librum de imaginibus antiquorum Eremitarum, Col. A. 1671.

GARNERIUS (Joh.) Marii Mercatoris libellos notis ampliſſimis exornavit, quas tamen ad examen revocavit *Henricus à Noris.*

GARNERIUS (Rob.) Cœnomanus, Anno 1590. obiit. Reliquit novem Tragœdias. Vid. *Thuanus l. 99.*

GARNETUS (Henr.) Notingamienſis Anglus, Jeſuita, An. 1606. criminis læſæ majeſtatis accuſatus, ſuſpenſus, eviſceratus, & tandem in quatuor partes ſectus eſt. *Bellarminus* non dubitat eum omni doctrinæ genere & vitæ ſanctitate incomparabilem vocare, teſte *Alegambe, pag. 173.* Fertur ſcripſiſſe epiſtolam de martyrio Godefridi Mauritii.

GARNIER (Ant.) res geſtas Caroli V. Imp. ſtilo expreſſit.

GARONUS (Aug. Steph.) JCtus Ticinenſis, edidit comm. in Tit. de meretricibus & lenonibus, An. 1638.

GAR-

GARRATUS (Mart.) Laudenſis, JCtus. Vide GARATUS.

GARRONIUS (Joh.) JCtus, ſcripſit de origine Juris: item, de Pœnis.

GARSENIUS (Joh.) JCt. edidit ruminationem Juris de mutata confirmatione pontificum, An. 1630.

GARSIAS (Joh.) Gallæcus, JCtus, de expenſis & meliorationibus commentatus eſt.

GARSIAS (Pet.) An. 1490. floruit. Impugnavit theſes cum Philoſophicas, tùm Theologicas *Joh. Pici Mirandulani* (qui Phœnix ævi ſui habitus erat) acutas quidem, ſed lubricas & periculoſas. Quod opus Innocentio IIX. inſcripſit.

GARZONIUS (Joh. G.) Bononienſ. de ſcriptoribus ordinis Dominicani ſcribere inſtituit.

GARTHIUS (Balth.) Lexicon Latino-Græcum compoſuit, quod bina vice auctius atque correctius editum eſt Norimbergæ.

GARTHIUS (Helvicus) ſcripſit de invocatione Sanctorum, An. 1618. item, de Judice controverſiarum.

GARTNERUS (Andr.) Mariæmontanus, *Brunonis Seidelii* ſententias proverbiales, nonnihil mutatas, pro ſuis edere non erubuit. Vid. *Thomaſius de Plagio*, §. 437.

de GARZATORIBUS (Gratianus) collegit legum conciliationem.

GARZIAS (Didacus) edidit ſtimulum fidei, Panormi, An. 1642.

GARZO (Joh.) Bononienſis, Anno 1518. claruit. Reliquit duos libros de rebus Saxoniæ, Thuringiæ, Miſniæ, & Luſatiæ, ad Fridericum Saxoniæ ducem.

GARZOLL (Joh. Bapt.) librum confecit de ... opportunitate, Utini, A. 1655.

GARZONIUS (Fabr.) Medicus, A. 1544. floruit. Scripſit de rebus Ripanis, & alia. Vid. *...ldus*, *pag. 66.*

GARZONIUS (Hier.) librû de fæminis ad feuda recipiendis, vel no, A. 1698. edidit.

GARZONIUS (Joh.) Med. An. 1466. claruit. Extant ejus vitæ Sanctorum. Vid. *B...as*, *pag. 115.*

GARZONIUS (Leonh.) Venetus, Anno 1570. claruit. Librum de Magnetis lapidis natura: item, paraphraſin & comment. in Cant. Canticorum elucubravit. Vid. *Alegambe*, *pag. 301.*

GARZONIUS (Thomas) è balneo Caballi, natus eſt An. 1549: obiit An. 1589. Struxit Theatrû vitæ humanæ duobus Tomis. *Joh. Rhodius de ſuppoſ. ſcript. numero 23.* memorat, Thomam Garzonium Tract. de incantamentis & miraculis ſpirituum, in 45. libros diviſum, conſcripſiſſe, eumque *Strozzum Ciconiam*, Vicentinum, pro ſuo ediſiſſe. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 216.* Plateam univerſalem quoque condidit, quam latinè reddidit *Nicolaus Bellus.*

GASPARINUS, Barzizâ Bergomas, Grammaticus, An. 1428. obiit. *Autor Dialogi de repar. Lat. ling. pag. 391.* Eſt (inquit) in Bergomati agro vicus obſcuri olim nominis, nunc clarus, ſuoq; partu illuſtris: Barzizam vulgo nominant: hic Gaſparinus, Gramm. & Rhetor ſua tempeſtate illuſtris, qui in hac urbe, ut audio, mox Patavii, inde Mediolani multa nominis celebritate literas docuit, primus omnium ad veteris eloquentiæ umbram oculos retorſit: cùm mille & amplius annos, ex quo Gothica illa tempeſtas terram Italiam invaſerat, ſemper omnia in pejus abiiſſent: credo, ea fiducia fretus, quod in tres divinos illos *M. Tullii ad Quintum fratrem libros*, cum diutiſſimè non extitiſſent, primus inciderat: quos ſitu & vetuſtate conſumtos, diligenti curâ & ſtudio emendare adortus tantum intentiore lectione profecit, ut opus non ſolum deſideratum, ſed deploratû etiam, in publicum exhibuerit: multoſque ad eloquentiæ cultum exemplo & hortatione excitarit. Scripſiſſe dicitur commentarios in varia Ciceronis opera, ſed qui nulli hodiè extent: epiſtolæ adhæc & orationes pleræq; adduntur: liber præterea de ratione ſcribendi unus. *Hæc ille. Paulus Merula in Comm. ad Ennium, pag. 466.* vocat *Gaſparinum Pergamenſem*, & mediæ ætatis ſcriptorem autumat. Addit etiam: Summû in epiſtolis oſtendere ſe autorem illum JCtum & planè Plinium exprimere. Confer *Donatum Calvum. pag. 166.* Vide ſuprà, BARZIZIUS.

de GASPARIS (Steph.) emiſit diſſertationem de opobalſamo, An. 1640.

GASSARUS (Joh.) Druydianus, A. 1601. claruit. Comœdiam, *Pomonam* nomine, elaboravit.

GASSARUS (Achill. Pirminius) natus eſt A. 1505: obiit A. 1577. Epitomen Chronicorum adornavit: item, tract. de peſte. Vid. *Zeillerus de hiſt. part. 2. pag. 62.*

GAS-

GASSENDUS (Pet.) Dinienſis eccleſiæ præpoſitus, Anno 1655. ætatis 64. obiit. *Joh. Launoy in epiſtola quadam ita de Gaſſendo*: In eo peracre ingenium & judicium, incredibile ſtudium, labor indefeſſus, ſingularis in aſſerenda veritate methodus, varia eruditio, eaque exquiſitiſſima, terſa & elaborata ſcriptio, bonitas eximia & pietas, vitæ gravitas, morumque integritas ſumma, frugalitas priſca, Theologus inſignis & in Academia Pariſienſi Regius Mathematum Profeſſor. *Hæc ille*. Scripſit 8. exercitationes adverſus Ariſtoteleos: octo libros de vita Epicuri: Inſtitutionem aſtronomicam: vitas Tychonis Brahe, Nicol. Copernici, G. Purbachii & Joh. Regiomontani: vitam Nic. Claud. Peireſcii: Calendarium Rom. &c. Ejus opera omnia in ſex Tomos diſtributa, Lugd. An. 1658. prodierunt. Vid. *Voſſius de Scient. Mathem. pag. 389.* item, *Jonſius de Scr. Hiſt. Phil. pag. 312.*

GASTELIUS (Chriſt.) JCtus, ſcr. de dignitate & præcedentia Impp. Pontificum, Regum, &c. item, de ſtatu publico Europæ.

GASTIUS (Joh.) Briſacenſis, An. 1518. vixit. Collectiones in utrumque Teſtament. ex Auguſtini operibus ſuo nomine publicavit. Si *Sixto Senenſi* ſtandum, genuinus earum auctor Bartholomæus Urbinas erat. Vid. *Thomaſius de Plagio*, §. *438.* Collegit præterea tres Tomos convivalium ſermonum. Vide, BARTHOLOMÆUS URBINAS.

GASTOPARDIES (Ignat.) elementa Geometriæ, Pariſ. Anno 1671. edi curavit.

GASTUS (Auguſt.) inter viros literatos referri ſolet. Vid. *Aſpaſius in Bibl. Aproſiana, pag. 283.*

GATAKERUS (Thomas) Londinenſis, An. 1654. obiit, ætatis 80. Erat Græcæ & Hebraicæ linguæ perquam gnarus. Scripſit de ſtilo Novi Teſtam. contra Pfochenium: notas exquiſitiſſimas in *M. Antoninum*, Imp. notas in Eſaiam, Jeremiam, &c. miſcellanea ſacra: diſſertationem de nomine tetragrammato: tract. de baptiſmo infantium: elenchum de juſtificationis materia & forma, *Fr. Gomaro* oppoſitum, &c. *Axenius in Phædrum, pag. 112.* vocat virum infinitæ lectionis & accurati judicii. *Colomeſius in Cimeliis* tale judicium de eo tulit: E criticis omnibus, qui hoc ſæculo ad politiorum literarum illuſtrationem aliquid ſcripſere, vix ac ne vix quidem ullus invenietur, qui in auctoribus diligenter ac accuratè tractandis Thomæ Gatakero palmam præripiat.

GATENARIA (Marcus) Medicus, de curis ægritudinum particularium commentatus eſt.

GATTICUS (Hier.) edidit praxin Sacramentorum, Mediolani, A. 1641.

GAVANTUS (Barth.) emiſit The[illegible]rum ſacrorum rituum, Venet. A. 1651. Vid. *Leo Allatius in Ap. Urb. pag. 59.*

GAVASSELIUS (Mich.) Novellarienſis, de rebus præter naturam, An. 1586. ſcribere aggreſſus eſt. Vid. *Linden, p[illegible]. 458.*

GAUDARTUS (Sam.) Medullam J[illegible]riſprudentiæ Rom. A. 1651. publicavit.

GAUDENTRIS, Brixienſis, A. C. 427. obiit. Reliquit varios ſermones. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 172.*

GAUDENTIUS quidam (inquit C[illegible]lodorus *lib. de Muſica, pag. 1112.*) de M[illegible]a tractavit, quem vir diſertiſſimus Mu[illegible]ianus tranſtulit in latinum. *Et iterum* [illegible] *1115.* Habetis hic Gaudentium Mu[illegible] latinum, quem ſi ſollicita intentione [illegible]tis, hujus ſcientiæ atria vobis patefac[illegible]ne colligo, Gaudentium Græcum [illegible] Græceq; ſcripſiſſe.

GAUDENTIUS (Paganinus) Hel[illegible] JCtus & Theologus, in Academia [illegible]na eloquentiæ Profeſſor, An. 1643. claruit. Compoſuit velitationes ad[illegible]erſus Panſtratiam *Chamieri*: Salebras T[illegible]llianeas: lib. de dogmatibus & [illegible] veteris eccleſiæ: opus expo[illegible]um Juridicarum: lib. de moribus [illegible]li Juſtinianei: lib. de Philoſophicis [illegible]ibus veterum Patrum: compara[illegible]nem dogmatum Origenis cum Philoſophia Platonica: obſtetricem literar[illegible]um: lib. de Philoſophiæ ap. Romanos ori[illegible]e & progreſſu: librum de prod[illegible]iis: declamationes & poëmata. *Joh. Rhodius in ſupp. ſcr. pag. 29.* obſervationum ad antiquitates Hetruſcas, quas *Henr. Ernſtius*, An 1639. publicaverat, autorem P. Gaudentium exiſtimat.

GAUDIER (Ant.) Caſtellotheodoricenſis Gallus, A. 1622. obiit. Scr. Tractatum de Amore JESU, Colon. A. 1621. & alium, de DEI præſentia. Vid. *Alegambe, pag. 39.*

GAUDINUS (Alexis) ſcr. 2. epiſtolas de iteranda ſæpius phlebotomia.

GAUER (Bonavent.) de Jure retractuum co[illegible]tus eſt.

GAUFERIUS (Bened.) Anno 1060. claruit. Condidit varia opuſcula poëtica, quæ *I. B. Marus*, aliquando ſe editurum eſſe, promiſit.

le GAUFFRE (Ambr.) fecit ſynopſin Decretalium, Pariſ. fol. An. 1655.

GAUFREDUS. tempore Henrici IV. Imp. claruit. Condidit quatuor libros de acquiſitione regni Siciliæ, Calabriæ & Apuliæ per Rob. Guiſcardum. Vid. *Zeill. part 2. hiſt pag 58.*

GAUFREDUS de vino ſalvo, ſcripſit de nova Poetria: ſic enim tum loquebantur. Opus ipſum dedicavit Innocentio III. Pontifici. *Bromton in Chron.* librum de el[o]quentia nominat. In eo pro exemplo carminis lugubris poſuit monodiam [i]n obitum R. Richardi. Hinc patet err[o]r *Balæi*, qui librum de arte dicendi, lib. de nova poetria, & monodiam in obitum R. Richardi tres diverſos fecit. Confer *Reineſ. in epiſt. ad Daum. pag. 162.* Vid[e] [illegible], GALFRIDUS.

GAUFRIDUS (Jac.) Tauroëntius Gallus, edidit Parecbaſin encomiaſticam pro curio[illegible] [illegible]us inauditis *Jac. Gaffarelli*, Parmæ, A 1634.

GAUGERICUS infirmarium conſcripſit, quod [illegible]t Duaci, An. 1617.

GAVI[illegible] [illegible]ſſus, ſcripſit de Diis, teſte *Macrobi[o] [illegible] aturn. l. 1. c. 9* Vide, GABIUS.

GAUKEMA (Gauco) An. 1568. natus eſt. Re[illegible]ia epigrammata Vid. *Sweertius, p[ag]. 2[illegible]6.*

GAULA (Joh.) vel Gaulenſis, celebris in ſchola Pariſ. Theologus, An. 1260. floruit. Ta[nt]æ eruditionis erat, ut ter maxim[illegible]retur, & *Arbor vitæ* diceretur. De re [q]uacu[m]que ex tempore diſſerere potera[t]. Confeciſſe dicitur duodeviginti [illegible] volumina. Vid. *Voſſ. de hiſt. L[illegible]8.*

GA[illegible]RTIUS, Arelatenſem urbem de-[illegible]

GAU[illegible]NUS (Gilb.) Molinenſis, Græcè & H[ebr]aicè doctus, Anno 1665. claruit. *M[illegible]* eum πολύγλωττον vocat. *Euſtathi XI.* libros de Iſmeniæ & Iſmenes am[or]i[b]us eleganter tranſtulit: item, *Cyr[illi] Prodromi* Rhodanthen. Extat etiam e[j]us Tr. de morte Moſis. Edidit præterea *Mich. Pſellum* de operationibus Dæmonum Græcè & Latinè cum notis. Ipſe in *Notis* ad *Euſtath.* citat Iphigeniam, quam Æſchyleo charactere ſcripſerat. Vid. *Colomeſius, in G. O. pag. 230. 263.*

GAULTERIUS (Jac.) Annonæenſis Gallus, An. 1636. obiit, ætatis 73. Condidit tabulas chronologicas, fol. Vid. *Alegambe, pag 196.*

GAURICUS (Lucas) Geofanenſis, celebris mathematicus, An. 1558. obiit, ætatis 82. A Paulo III. pontifice ad epiſcopatum Civitatenſem evectus eſt. Ptolomæi magnam conſtructionem annotationibus illuſtravit. Emiſit quoque diſſertationem de miraculoſa eclipſi in paſſione Domini. *Tollius de Infel. Lit. pag. 16.* memorat, eum, cùm Joh. Bentivolum patria & dominatu exceſſurum prædixiſſet, arreptum ab illo atque ex præalta trochlea ſuſpenſo fune quinquies quaſſatum, nimiæ in vaticinando libertatis pœnas dediſſe. Vid. *Thuanus, lib. 23.*

GAURICUS (Pomponius) Lucæ frater, Neapolitanus, arte poëtica excelluit. Scripſit vitas Græcorum poëtarum: item, de phyſiognomia & architectura: ut & ſculptura. Carmina ejus leguntur *T. 1. Delit. Ital pag. 1206.* Aliquando fœminam illuſtrem amare cœpit: quæ res, ut plerumque apud Italos damnoſa, ſic & Gaurico exitium attulit. Nam cùm Surrentina via Stabias peteret, ſubito nuſquam apparuit, ſine dubio ob ejuſmodi ſuſpicionem ab aliquibus trucidatus & in mare ſubjectum præcipitatus, ne cædis veſtigium extaret. *Jovius in Elog. num. 75.* eum Picentinum facit.

GAURINUS (Pompon.) in artem poëticam Horatii, Romæ, Anno 1641. commentatus eſt.

GAUSSENIUS (Steph.) Theologus Salmurienſis, An. 1670. claruit. Eodem anno de ratione ſtudii Theologici peculiarem Tr. compoſuit.

GAUTERIUS, ſcr. de bellis Antiochenis. Extat *T 1. Geſtorum DEI per Francos.*

GAUTIUS (Frigev.) edidit Palmam Chriſtianam, Londini, An. 1593.

de GAYR (Nic. Magnus) libellum de arte moriendi confecit, teſte *Reiſero.*

GAZA (Theod.) Theſſalonicenſis, Amurathe Græciam occupante, in Italiam venit, ibique Græcas literas feliciter propaga-

pagavit. Ciceronis librum de ſenectute Græcè tranſtulit: contrà, Ariſtotelis hiſtorias de animalibus latinas fecit. Inter alia etiam quatuor libros Grammaticæ Græcæ Græcè exaravit. Unde *Voſſius l. 1. Ariſtarch. c. 4. pag. 14.* Omnium doctiſſime hanc artem libris 4. tractavit Theodorus Gaza: cujus operam ab ingenio & doctrinam ſic commendat *Fr. Robertellius in comm. de re poët.* ut nulli veterum poſtponendam dicat. Nec ei ſe ſimile quicquam legiſſe eo in genere dictitabat *Budæus.* Ex *Simlero* diſcimus, eum etiam ſcripſiſſe de menſibus Græcis. Tranſtulit quoq; problemata Ariſtotelis: Tactica Æliani: Dionyſium Halic. de compoſitione orationis: Theophraſtum de plantis: problemata Alexandri Aphrodiſienſis, &c. Ajunt, hominem in tanta paupertate vixiſſe, ut, niſi eum Dux Ferrarienſis ad ſe vocaſſet, famè ipſi pereundum fuiſſet. Cum aliquando nobiliſſimas lucubrationes ſuas, in membranis accuratè perſcriptas, *Sixto IV. Pontifici* detuliſſet, nec pecunia vel ipſius librarii præmio digna redderetur, indignatus ſubagreſte judicium: *Effugere hinc libet* (inquit) *poſtquam optimæ ſegetes in olfactu præpinguibus aſinis ſordeſcunt*; atque ita in Brutios ad ſacerdotii ſui ſedem contendit. Tandem An. 1478. ex mœrore obiit. Vid. *Jovius in Elog. numero 26.* item, *Pierianus Valer. de J. L. p. 159.* Idem *Jovius l. 1. de piſcibus, cap. 4.* Gazam Plinianorum verborum obſervatorem atque imitatorem diligentiſſimum appellat. *Eraſmi* judicium de Gaza *in Ciceroniano, pag. 160.* tale eſt: Theod. Gaza Ariſtotelem, quam Ciceronem exprimere maluit, quo non alius felicior, ſive vertat Græca latinè, ſive Latina Græcè: cùm ſua loquitur, duo quædam obſtrepunt delicato lectori, philoſophiæ ſtudium, in quo totus erat, & illud γνήσιον Græci ſermonis, quod latinè loquentes ſequi ſolet, ac vix unquam dediſcitur. *Gerh. Joh. Voſſ. l. 4. Inſtit. Rhet. c. 3. §. 6.* ipſum Gregorio Trapezuntio longè præferendum eſſe, contra *Angelum Politianum* ſtatuit. *Autor Dialogi de repar. Ling. JCt. ap. Giſ. pag. 401.* valdè honorificè de eo loquitur.

GAZÆUS (Angelinus) Atrebas, natus eſt Anno 1568. Scripſit pia Hilaria ſtilo acuto & eleganti. Videatur *Alegambe, pag. 32.*

GAZÆUS (Guilh.) Arteſius, Anno 1602. obiit. Vitas Sanctorum duobus Tomis complexus eſt. Condidit etiam Gynæceum ſacrum: item, ſpeculum conſcientiæ. Vid. *Swertius, pag. 308.*

GAZAITA (Joh. Evangel.) Cephalenius inter Græcè doctos à *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 177.* collocatur.

GAZANUS (Joh. Bapt.) reſponſum adornavit ad defenſorium *Joſ. Scalæ,* Venet. Anno 1590.

GAZIUS (Ant.) Patavinus Med. libellum de ratione evacuandi, Anno 1541. Tr. de vino & cereviſia. & libellum de ſomno & vigilia, Anno 1539. edi curavit.

GAZO (Joh.) Catalanus, Anno 1614. claruit. Reliquit duos Tomos Inſtitutionum ſacrarum evangelicarum & moralium pro præcipuis feſtivitatibus & diebus totius anni. *Waddingus in Scr. O. M. pag. 208.* egregii prædicatoris titulum ei tribuit.

GAZZALI, Arabs Medicus, Anno Chr. 1127. obiit. Vid. *Hotting. in Biblioth. quadrip. pag. 262.*

GEBER, Arabs, dux & princeps Chymiæ, quando vixerit, non conſtat. *Hier. Cardanus l. 16. ſubtil.* eum inter XII. ſubtilia orbis ingenia undecimo loco numerat. Fecit librum, quem inſcripſit Summam perfectionis. Vid. *Linden, pag. 203.*

GEBHARDUS (Chriſt.) panſophiam Chriſtianam, Anno 1662. evulgavit.

GEBHARDUS (Janus) Neoburgico-Palatinus, natus eſt Anno 1592: obiit Anno 1632. nondum completo ætatis 40 *Ubbone Emmio* defuncto, Groningæ Hiſtoriarum & Gr. linguæ profeſſio ei demandata eſt, quam grato animo amplexus ſingulari cura maxima cum laude exornare haud omiſit. Scripſit crepundia: antiquas lectiones: comment. in Catullum, Tibullum, Propertium: notas in Cornel. Nepotem: carmina, &c. Vid. *Autor vitarum profeſſ. Groningenſium, pag. 102.* Item, *Henning. Witte in Philoſ. pag. 332.*

GEBHARDUS (Joh.) Sileſius, vir Græcè & Latinè doctus, Uratislaviæ literas elegantiores docet. *Senftlebii* opuſcula quædam, quale eſt de alea: item, notas in parabolas *Alani Inſulenſis* edidit.

GEBU-

GEBULA (Atranus) Tract. de origine Guelforum Comitum confecit.

GEBWEILERUS (Hier.) An. 1507. claruit. Compoſuit librum de libertate Germaniæ, in quo oſtendit, Germanos Gallis, neminem verò Gallum à Chriſto nato Germanis imperaſſe. Fxtat *vol. 1. Scr. Germ. Sim. Schardii, pag. 219.* Vid. *Hertzogius* in *Chron. Alſatiæ, 7, 21.*

GEDALIAS, Judæus, Italus, vixit Anno 1560. Scripſit משלי שלמה, i. e. proverbia Salomonis, in quibus agit de interpretatione ſomniorum: & librum חנוך, in quo agit de chiromantia: item, שלשלת הקבלה, i. e. catenam Cabalæ vel chronologiam, ubi gloriatur, ſe 21. volumina conſcripſiſſe.

GEDICCUS (Sim.) natus eſt Anno 1549. Reliquit Poſtillam evangelicam: refutationem Sal. Finckii: Pelargum apoſtatam: defenſionem ſexus muliebris, &c.

GEERBRANUS (Joh.) Leydenſis, Anno 1417. floruit. Extat ejus Chronicon Hollandiæ Comitum. Vid. *Zeill. part. 2. hiſt. pag. 64.*

GEERE (Joh.) Anglus ſcripſit de poculis ſanitatis.

GEESDALIUS (Joh.) Aldenardenſis, carminibus famam ſibi peperit. Vid. *Tom. 2. Delit. Belg. pag. 446.* Edidit etiam Stichologiam. Claruit Anno 1591. Vide, GHEESDALIUS.

GEHEN, JCtus, ſcr. de privilegiis miſerabilium perſonarum, in 4.

GEIERUS (Mart.) celebris Theologus, edidit notas in Eccleſiaſten & proverbia Salomonis: comm. in Pſalmos, duobus Tomis conſtantem: tract. de luctu Hebræorum, A. 1656.

GEIGERUS (Malach.) compoſuit deſcriptionem herniarum, cum earundem curationibus, Monachii, An. 1631.

GEILERUS (Joh.) aliàs *Kaiſersbergius* dictus, Anno 1445. natus eſt: obiit Anno 1510. Compoſuit Tractatum de 10. præceptis: & alium de 7. peccatis mortalibus: item, Naviculam ſatuorum & pœnitentium. *Joh. Gerſonis* Opera ſummo ſtudio collegit & typographiæ deſtinavit. Monachos nigros ſolitus eſt vocare *diabolos:* albos, *matrem diaboli:* mixtos, *pullos ejus.* Conqueſtus eſt ſæpè de corrupta religione: quin etiam prædixit, venturum aliquem divinitùs excitatum, qui eam inſtauret. Optavit etiam, videre diem illum & eſſe ejus viri diſcipulum. *Epitaphium* ei ſequens *B. Rhenanus* fecit: Deo Trino & Uni. Bene valeas, quiſquis es. Johanni Geilero Cæſaremontano, Theologiæ conſultiſſimo, qui Pericle eloquentior, Socrate continentior, Numaque religioſior, vitæ ſanctimonia & ſacris concionibus Argentor. populum annis 33. non ſine magno profectu erudivit nemini unquam aſſentatus, pauperes patrio affectu ſovit, bonos ac doctos mero ſtudio dilexit; Argentoratenſis inclyta Reſp. æterno decori ac monumento poſuit. Obiit totius Alſatiæ lacrimis defletus, ſub Maximiliano Aug. à quo ob vitæ integritatem plurimùm amatus eſt, An. gratiæ M.D.X. ſext. Id. Martias. Proh, quàm recti exempli homo erat! Sed orta cadunt. Vid. *Olearius, in Abaco, pag. 253.*

GEILFUSIUS (Joh.) edidit ethicam exemplarem, Tubingæ, An. 1653: item, inſtitutiones medicas, A. 1658.

GEILKERKIUS (Arn.) ſtruxit tabulam geographicam terræ ſanctæ, Anno 1631.

GEISELIUS (Joh.) JCtus, de renunclatione ſucceſſionum, An. 1638. commentatus eſt.

GEISIUS (Joh. Guern.) A. 1619. viridarii moralis prodromum problematicum evulgavit. *Thomaſius de plagio §. 439.* eum *Buridanum* vel ejus epitomatorem compilaſſe, autumat.

GEISLERUS (Frid.) Sileſius, JCtus, ſcripſit de nominum mutatione & anonymis ſcriptoribus An. 1669. in 4.

GEISLERUS (J. Tob.) lib. de ſtatu politico, An. 1656. emiſit.

GEISLIZER (Barth.) materiam de Retractu, An. 1664. excuſſit.

GEISSELERUS (Henr.) edidit ſynopſin Logicarum inſtitutionum, A. 1675.

GEITZKOFLERUS (Zach.) adornavit ſingularem calculi veſicæ hiſtoriam, A. 1619.

GELAPINUS quidam Leopolienſis ſcripſit de ordinibus Academ. Cracoviæ, teſte *Starovolſcio, pag. 55.*

GELASIUS, Γελάσι@, Cyzicenus, circa Annum Domini 476. floruit. Condidit

hiſtoriam Synodi Nicenæ. Eidem Gelaſio *Bellarminus, pag. 103.* librum de duabus Chriſti naturis contra Eutychen tribuit. *Phil.* tamen *Labbe T. 1. de S. E. pag. 342.* eundem Gelaſio Papæ adſcribit. Vid. *Rivetus T. 2. oper. pag. 1147.*

GELASIUS primus, Papa fuit Anno 492. Reliquit librum contra Pelagianos: item, decretum de libris Apocryphis. Vid. *Rivetus loc. cit.*

GELASIUS II. Pontifex, A. 1119. obiit. Paſſionem S. Cæſarii verſibus adornavit.

GELDENHAUERIUS (Gerh.) Noviomagus, Anno 1542. occiſus eſt. Octo Satiras conſcripſiſſe fertur. Extat etiam ejus hiſtoria Batavica. Vid. *Swertius, pag. 279.*

GELDENHAUERIUS (Gerh. Eob.) ſcripſit Notas homileticas in Evang. Anno 1652.

GELDOLPHUS (Joſ.) à Ryckel, Brabantus, An. 1642. obiit. Struxit vitam S. Beggæ: item, hiſtoriam Begginaſiorum Belgii. Extat quoq; ejus hiſtoria S. Gertrudis. Vid. *Val. Andr. pag. 596.*

GELDRIUS (Joh.) Ruſſellanus, aliquot epigrammata Græca latine vertit.

GELENIUS (Ægid.) exaravit 4. libros de ſacra & civili magnitudine Coloniæ Agrippinæ, An. 1645. teſte *Zeillero.* Ejus Thaumaturgus phyſicus, Anno 1649. prodiit.

GELENIUS (Sigiſm.) Bohemus, Anno 1554. obiit. Ejus induſtria præcipuè in vertendis Græcis ſcriptoribus & Plinio ad vet. codicum fidem emendando enituit. Evagrium hiſtoricum, Origenem contra Celſum, Philonis opera omnia, Appianum Alexand. Dionyſium Halic. Joſephum, Juſtinum Martyr. &c. latinè tranſtulit. *Thuanus l. 13.* ipſum egeſtate per totam vitam conflictatum eſſe, tradit. Vitam *Gelenii Cæl. Sec. Curio* deſcripſit.

GELENIUS (Victor) Theologiam myſticam, An. 1646. promulgavit.

GELIDA (Joh.) Valentinus, Hiſp. Anno 1556. obiit ſeptuagenario major, in ſumma rei familiaris anguſtia. Græcæ & Lat. linguæ puriorem cognitionem jam grandior natu percepit, Ariſtotelemque magna auditorum frequentia Lutetiæ in ſchola Cardinalitia interpretatus eſt. Inde Burdigalam evocatus, ludo Aquitannico per ſeptennium præfuit. Præter pauculas epiſtolas, quas *Jac. Buſinus* longo tempore poſt Rupellæ publicavit, nihil monumentorum reliquit, cum tamen multa domi affecta, quæ publico daturus eſſet, habere crederetur. Hæc *Thuanus, l. 17.*

GELLIANUS, citatur à *Plinio l. 3. c. 12.*

GELLIOT (Annib.) Gratianopolitanus, An. 1639. obiit. Scripſit librum, cui nomen fecit Galaxia ſeu via lactea, qua heroës ad immortalitatem contendiſſe creduntur. Vid. *Alegambe, pag. 33.*

GELLIUS (Aulus.) Vide, AGELLIUS.

GELLIUS (Cn.) An. U. C. 620. claruit. Struxit grande opus annalium, quod paſſim à *Dionyſio Halicarnaſſeo, Plinio, Chariſio* & *Priſciano* allegatur.

GELLIUS Fuſcus, hiſtoricus, in vita Tetrici Junioris à *Trebellio Pollione* laudatur.

GELLIUS (Caſp.) Brabantus, An. 1600. poëmata ſacra publicavit.

GELLUS (Joh. Bapt.) An. 1568. obiit. *Vid. Ghilinus, vol. 1. pag. 98.*

GELSTRUPIUS (Pet. Nicol.) Danus, natus eſt Anno 1581: obiit An. 1630. Extat ejus trifolium politicum: item, faſciculus quæſtionum philologicarum. Vid. *Vindingius* in *Rect. Hafn. pag. 269. Bartholinus in Danis, pag. 122.*

GEMBERLACHIUS (Wilh. Rud.) Vide, GAMBERLACHIUS.

GEMELLUS (Jul.) edidit duodecim Gyros unà cum 3. quæſtionibus adverſus vett. & recentiores Scholaſticos, Venet. An. 1592.

GEMETICENSIS (Guilh.) tempore Henrici IV. & V. Impp. claruit. *Reliquit* ſeptem libros de geſtis Normannorum.

à S. GEMINIANO (Dominic.) Anno 1407. floruit. Scripſit Reſponſa: item, lecturam ſuper ſextum librum Decretalium.

à S. GEMINIANO (Joh.) condidit Summam de exemplis & rerum ſimilitudinibus, An. 1609.

à GEMINIANO (Nellus) Florentinus, JCtus, An. 1424. vixit. Compoſuit Tr. de banditis & teſtibus.

GEMINIUS (Hulder.) epiſtolam confecit, quæ annexa eſt Pindaro loco epilogi, An. 1526. Geminius ille idem, qui *Huld. Zwinglius*, teſte *Dieterico part. 1. Antiq. Bibl. pag. 95. & 113.*

GEMINUS, Γεμῖνος, Rhodius, Mathematicus, paulo ante Ciceronem claruit. Reliquit Iſagogen ſphæricam, quam *Dionyſ. Petavius* edidit unà cum aliis, Pariſ. An. 1630.

GEMINUS (Thomas) ſcripta *Veſalii* in epitomen contraxit, Londin. Anno 1545.

GEMISTUS (Georgius) Pletho, Γέμιστος, Conſtantinopolitanus, celebris Philoſophus, Anno 1460. claruit. Ejus tractatum de Fato manuſcriptum *Leo Allatius* habuit. *Simlerus* plurima ejus ſcripta edita & inedita enumerat, ut chorographiam Peloponneſi & Theſſaliæ: libros duos de geſtis Græcorum poſt pugnam ad Mantineam: librum de generatione Deorum: recenſionem annorum, menſium & dierum, &c. Vide, PLETHO.

GEMMA (Corn.) Raineri filius, Lovanienſis, natus eſt An. 1534: obiit An. 1579. Exaravit tres Tomos de arte cyclognomica: item, 2. libros de naturæ characteriſmis. Vid. *Swertius, pag. 185. pag. 185. Ghilinus, vol. 2. pag. 220.*

GEMMA (Joh. Bapt.) Venetus, ſcr. de ratione curandi bubones, An. 1599.

GEMMA (Rainerus) Friſius, An. 1508. natus eſt: obiit An. 1555. De uſu aſtrolabii: de orbis diviſione: de principiis aſtronomiæ & coſmographiæ, &c. commentatus eſt. Vid. *Thuan. l. 16. Ghilinus, vol. 2. pag. 220.*

GEMMELIUS (Joh.) JCtus, compendium Juris feudalis, Anno 1657. typis tradidit.

de GEMMINGEN (Jul. Henr.) faſciculum myrrhæ & aromatum ex paſſione, Auguſtæ, An. 1659. collegit.

GEMUSÆUS (Hier.) Helvetius, natus eſt An. 1506: obiit An. 1545. In Analytica poſteriora Ariſtotelis commentatus eſt. Epitomen etiam 17. librorum Strabonis, Græcè ſcriptam ab Incerto autore, non ineleganter tranſtulit. Erat profeſſione medicus & philoſophus.

GENATHIUS (Joh. Jac.) collegit ſeptem decades Diſpp. Medicarum, A. 1622.

GENDRÆUS (Claud.) artem digeſtorum Triboniancam compoſuit.

GENDRE (Ant.) Arvernus, de febri epidemica, Anno 1626. ſcribere aggreſſus eſt.

GENEBRARDUS (Gilb.) Arvernus, An. 1597. obiit. Lutetiæ diu literas Hebraicas magna frequentia docuit. Aliquando Aquenſis archiepiſcopus conſtitutus erat, non interveniente Regii nominis autoritate: id quod in cauſa fuit, ut eadem dignitate iterum exueretur, teſte *Scævola Sammarthano.* Edidit Chronographiæ quatuor libros: cujus operis duos poſteriores libros *Arnoldus Pontacus* locupletavit. Idem Genebrardus Chronologiam Hebræorum majorem, *Seder olam rabba*, Latinè tranſtulit. In Pſalmos etiam commentarium conſcripſit. *Thuano, l. 119.* vitâ quàm ſtilo temperantior audit. *Druſius ap. Thomaſium §. 440.* eum plagii accuſat. *Rivetus* in *Iſagoge ad S. Script. c. 8. §. 15.* petulantiſſimum bonorum omnium inſectatorem & veritatis hoſtem acerrimum appellat. Plura de Genebrardo apud *Andr. du Sauſſay, pag. 162.* & *P. Colomeſium* in *Gall. Orient. pag. 87.* invenies.

GENESIUS, Γενέσιος, Græcus autor, *Theophanis* & *G. Syncelli* chronologias continuavit. Manuſcriptum habuit *J. Andr. Boſius*, Profeſſor Jenenſis, ceu patet ex ejuſdem *diſſertat.* de *teſtimonio Joſephi de Chriſto.*

GENESIUS (Joh.) Cordubenſis, Anno 1572. obiit. Alexandri Aphrodiſienſis comment. in 12. libros Ariſtotelis de prima philoſophia interpretatus eſt. Vide, SEPULVEDA.

GENESIUS (Joh.) Parmenſis, An. 1289. obiit. De civitate Chriſti commentatus eſt. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 208.* Johannem Geneſium Parmenſem & *Johannem Geneſ. de Qualea* unum & eundem eſſe affirmat.

GENESIUS (Joh.) ſcripſit de morte Chriſti pro reprobis, Pariſ. An. 1647.

GENETHLIUS, Γενέθλιος, Petræus, Minuciani diſcipulus & Sophiſta, Athenis docuit. Compoſuit Propempticon, Dadúchum, Aſclepiadem & Panegyricos. Vid. *Suidas.*

GENNADIUS, Maſſilienſis Presbyter, tempore Anaſtaſii Imp. floruit. Ejus duo libri ſuperſunt, unus de dogmatibus eccleſiaſticis: alter de illuſtribus eccleſiæ ſcriptoribus. Vid. *Phil. Labbe T. 1. Diſſ.* de *Scr. eccl. pag. 343. Voſſius in hiſt. Pelag. l. 1. c. 10. Boſius de Not. Eccl. Scr. c. 3. pag. 22.*

GENNADIUS, Γεννάδιος, cognomine Scholarius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Anno 1440. vixit. Confeſſionem de fide Chriſtianorum ad Mahumetem Imp. exaravit. Ea confeſſio in Turcarabicam linguam converſa eſt ab Achmet, Berrhœæ prætore, & habetur in *Turcogræcia Cruſii.* Eandem *Daumius* unà cum dialogo Hieronymi de Trinit. An. 1677. edidit.

GENNADIUS, Medicus, Romæ artem medicam profeſſus eſt. Vixit tempore *S. Auguſtini*, qui ejus meminit in *epiſtol. 100. ad Evodium.*

GENNEPIUS (Andr.) Brabantus, A. 1568. obiit. Scripſit de conſenſu Vulgatæ verſionis cum Hebraica veritate. Vid. *Sweertius, pag. 121.*

GENOVA (Nicol.) de ſcriptura privata, Venet. A. 1616. fol. ſcribere cœpit.

à GENT (Guilh.) Neomagus, Senator & aſſeſſor in Curia Gelrica primùm, deinde Brabantina, An. 1584. Coloniæ librum edidit, cui titulus: Exempla illuſtrium aliquot miraculorum DEI beneficio in SS. Euchariſtia & corporis Dominici hoſtia edita, teſte *Mareſio, Tom. 2. contra Tirin. pag. 660.*

GENTILLETUS (Innoc.) JCtus, confecit tres libros contra Nicol. Machiavellum, An. 1571. Vid. *Pellerus* in *Not.* ad *Polit. ſcelerat. c. 45.* Item, examen concilii Tridentini; de qua re *Placcius, pag. 60.* legi poteſt: ut & apologiam pro eccleſiis Reformatis, in qua omnia capita inter Calvinianos & Pontificios ex ipſo jure canonico in gratiam Reformatorum decidere laborat. Vid. *Mareſius part. 2. Syllog. var. diſſ. pag. 352.*

GENTILIS (Albericus) Anconitanus, JCtus, Anno 1608. obiit Londini. Patrem habuit Matthæum Gentilem: fratrem Scipionem. Reliquit lectiones Virgilianas: diſputationem Parergicam de linguarum mixtura: tractatum de nuptiis: de jure belli: comment. de verborum ſignificatione: de legationibus, &c. *Epitaphium* ejus tale circumfertur: D. O. M. S. Alberico Gentili JCto, clara atque præſtante familia in provinc. Anconitan. nato, Anno ætat. 21. doctoratus ornamenta Peruſii adepto, pauloque pòſt in nobiliſſima Ital. civitate Aſculo judici, aliiſque honoribus magna laude perfuncto; poſtre[mo] Regiæ Academiæ Oxonienſis per 26 annos legum profeſſori, plurimis editis ingenii monumentis celeberri[m]o optimeque de rep. merito, Regiæ Catholicæ Hiſpan. majeſtatis ſubditorum conſtituto (ob eximiam virtutem & doctrinam) advocato in Anglia perpetuo, hoc in loco unà cum optimo & clariſſimo patre, D. Matthæo Genti[li] Carnlolæ ducatus archiarro, fi[lia]que dulciſſima in Chriſto JESU req[uieſ]centi, H. M. P. Eſthera Gentilis de Peigni, mar. opt. chariſſ. & honoratiſſ. Ob[iit] Londini, Anno M DC VIII. d. 19. Junii, ætatis 58.

GENTILIS (Scipio) JCtus, natus eſt An. 1563: obiit Anno 1616. A nobi[liſſimo] Senatu Norimbergenſi in locum [Ern.] *Weſembecii*, celebris JCti, ſurrogatus eſt: cui officio 24. annis ma[gna] cum laude præfuit. Compoſ[uit] tractatum de Juriſdictione: de donatione inter virum & uxorem: de alimentis: orationes variorum Imperatorum: quibus adde libros duos Parergorum, & comment. in Apuleii apologum. Oſſa ejus in templo juxta *Donelli* ſepulta ſunt, addito luculento *elogio*, quod apponere placet & ita habet: D. O. M. S. Scipioni Gentili, JCto, Matthæi medici filio, Alberici JCti fratri, clara nobilique familia in Marchia Anconitana nato: patrem & fratrem, ſola pietate impellente, ex Italia patria in Germaniam ſecuto, inque ea propt[er] ſummam virtutem admirabilemque doctrinam, inprimis autem Juris exactam peritiam ad eam nominis famæque dignitatem evecto, ut cum ſummis Germaniæ JCtis componeretur: ob eamque rem ab incluto Senatu Norimbergenſi Academiæ ſuæ laudatiſſimæ J[C]tis celeberr. piè denatis ſuffecto, atque una in numerum, conſiliariorum cooptato, inque iſtis muneribus ſumma fide [&] laude, dignitate verſato: tandem, cum & conſiliis remp. & doctrina juventutem plurimùm juviſſet: DEO Opt. Max. ici volente, vivis cum damno & luctu publico exemto, & hoc loco, juxta oſſa magni illius & per omnem orbem celeberrimi *Hug. Donelli*, cui vivo vivus omni adfectu conjunctiſſimus ingenio etiá proximus fuerat, in Chriſto Jesu requieſcenti hoc mon

mon. poſ. cum lacrum. Magdalena Gen[illegible]s, domo Calandrina, Cæſ. Calendri[illegible] Patr. Lucenſ. filia, marito chariſſimo, ho[illegible]ratiſſ. Ægidius item Albericus filius unicus, & Eſthera Magdalena filia u[illegible] patri optimo nec non deſideratiſſ. [illegible] Id. Sextil. M DC XVI. ætatis 53. S. [illegible] L. Mortuum *Mich. Piccartus* lauda[illegible]t oratione publicè habita. Vid. *Henn. [illegible] JCt pag. 25.*

GENTILIS (Jacob.) ſcripſit de ordine judi[illegible].

GEN[illegible] Joh.) Valentinus Calaber, [illegible]ertur ex *Mich. Serveti* diſcipu[illegible] tantum ſuas fecit magiſtri blaſ[illegible]s, ſed graviſſimos inſuper erro[illegible]t & ad Tritheitas proximè inclina[illegible]. Comprehenſus Genuæ circa A 1555. & ex ſenatus ſententia ad ignominioſam pœnam damnatus, errorem [illegible]blicè agnitum deteſtatus, ac per [illegible]ta urbis traductus, cùm inde contra [illegible]em aufugiſſet, poſtea ſectarium [illegible] Helvetia denuo ſparſit. Compre[illegible]us igitur Bernæ & accuſatus à *M[illegible]*, Anno 1566. capitis ſupplicio [illegible]s eſt. Auſus eſt ante necem Im[illegible]ari, ſe primum eſſe martyrem, [illegible]tris gloria occumberet, teſte [illegible] Vid. *Ruelius, Tom. 4. Concil.* [illegible]

GE[illegible] Fulginas, Medicus. Vide, FUL[illegible]AS.

GE[illegible] Ant.) Belga, Anno 1542. obiit. [illegible] Sanctorum octo Tomis com[illegible].

GEN[illegible] Georg.) edidit Roſarium poli[illegible] *Perſe*, An. 1651. fol. Extat e[illegible]oria Judaica.

GEN[illegible]A [illegible]rc. Ant.) ſcripſit de intelle[illegible]talitate, A. 1565. *Voſſius* Phi[illegible]pateticum appellat.

GEN[illegible] ([illegible]ieron.) Neapolitanus, [illegible]t quinq; libros anagramma[illegible].

de [illegible]S (Clarus Franc.) Medicus, [illegible]t quæſtionem de animatione ſe[illegible]. Prodiit ejuſdem expoſitio loco[illegible]ciliorum Hippocratis & Galeni, [illegible]7. fol.

GEO[illegible]TRA (Joh.) Γεωμέτρης, Græcus, [illegible]t hymnos, quos vertit & publi[illegible] *Fed. Morellus. Caſp. Barthius ad Claud. pag. 1086.* Joh. Geometra (inquit) ſcriptor recentior quidem, ſed in compoſitione epithetorum mirificè acutus.

GEONA (Joh.) Burgenſis, Hiſpanus, An. 1559. obiit. Ab Eliſabetha regina in Americam miſſus eſt, ut barbaros Chriſto lucrifaceret. Edidit puro & eleganti Mexicano idiomate dialogos ſpirituales, teſte *Waddingo de Scr. Ord. Min. pag. 209*

GEORGIEVITZ (Barth.) ſtruxit libellum de Turcarum moribus, An. 1598.

GEORGIUS, Acropolita, natione Græcus, Logotheta officio, An. 1282. vivis exemtus eſt. Ejus hiſtoriam de rebus in imperio Conſtantinopolitano geſtis ab An. Chr. 1203. uſque ad An. 1261. *Leo Allatius*, An. 1651. edi curavit. Vid. *Mart. Hanckius in Byz. Script pag. 542. & ſeqq.* Vide etiam, ACROPOLITA.

GEORGIUS, Alexandrinus epiſcopus, ſub Heraclio Imp. Anno Chr. 632. obiit. Vitam S. Chryſoſtomi ſtilo expreſſit, quam *Gothofredus Tilmannus* latinè tranſtulit, *Henr.* verò *Savilius* Tomo octavo operum Chryſoſtomi inſeruit. Vid. *Mart. Hanckius, de Byz. Scr. pag. 194.*

GEORGIUS Hamartolus. Vide, HAMARTOLUS.

GEORGIUS (Alex.) Fumenſis Gallus, A. 1621. ætatis 74. obiit. Compoſuit Tr. de ſigno crucis, quæ A. 1593. paſſim in Gallia in linteis extraordinariè apparuit. Vid. *Alegambe, pag. 12.*

GEORGIUS (Franciſc.) Venetus, Anno 1510. claruit. Reliquit problemata in S Scripturam, in quibus tria millia locorum S Scripturæ ſe illuſtraſſe, ipſe in epiſtola præliminari memorat. In ſcriptis ejus Pontificii non pauca improbant. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 119.*

GEORGIUS (Joh. Andr.) JCtus, collegit allegationes, Neapol. A. 1605.

GEORGIUS (Joh. Frid.) compoſuit Tabulas juris univerſi, An. 1665.

à S. GEORGIO (Jacobinus) JCtus, de Homagiis commentatus eſt. Extat *T. 10. Tract. tract.*

de S. GEORGIO (Joh.) JCtus, An. 1320. floruit. Reliquit Conſilia.

à S. GEORGIO (Joh. Antonius) JCtus, fecit comment. in uſus feudorum, An. 1598. fol.

GEPHYRARDUS (Thom.) ſcr. de circuli dimenſione in Archimedem, A. 1609.

GERALDINUS (Ant.) Hiſpanus, Poëta laureatus, Anno 1486 claruit. Reliquit Bucolica ſacra 12 Eclogis, in quarum 9 prioribus vitam Chriſti: in reliquis miſſionem Sp. Sancti, ultimum judicium & vitam beatam deſcribit. Scripſit præterea faſtos, hymnos, geſta martyrum, ut & geſta regum Hiſpaniæ, carmine. Vid. *Simlerus*.

GERALDINUS (Joh.) tractat. de meteoris in 5. partes diſtinctum, Pariſ. Anno 1613. typis mandavit.

GERALDINUS (Onuphr.) *Leoni Allatio in Ap. Urb. pag. 208.* celebratur.

GERALDUS (Fr.) in Ethicam commentatus eſt Brixiæ, An. 1483.

GERARDUS (Arn.) Brugenſis, edolavit librum de fide Catholica, An. 1556.

GERARDUS (Joh.) natus eſt Nantwici in Comitatu Ceſtrenſi: inde Londinum venit, ibiq; chirurg. operam dedit, in qua adeò profecit, ut magiſter in ea facultate creatus fuerit.

GERARDUS (Joh.) Leidenſis, edidit deſcriptionem terræ ſanctæ & urbis Jeruſalem.

GERARDUS (Pet.) Patavinus, An. 1544. floruit. Geſta Ezzelini ſtilo expreſſit.

GERARDUS (Theod.) Gaudanus, Galeni XI. libros de ſimplicium medicamentorum facultatibus latinè vertit.

GERBELIUS (Nicol.) Phorcenſis, JCtus, Anno 1670. mundo vale dixit. Argentinæ vixit. Struxit Iſagogen in Tabulam Græciæ *Nicol. Sophiani* ſeptem libris, quibus, quicquid in tota Græcia memorabile apud optimos auctores occurrit, uno quaſi faſce complexus eſt. Vid. *Thuanus, l. 26.*

GERBERTUS, Arvernus, primò Rhemenſis, deinde Ravennas Archiepiſcopus, tandem ſummus Pontifex factus & Silveſter II. dictus eſt. Magum fuiſſe, *Hiſtoriæ* affirmant. Ex ſudore ſepulchri ipſius, morituri Pontificis præſagium colligi, *Martinus Polonus* & *Albericus Monachus* memorant. Reliquit 149. epiſtolas. Ajunt, ab eo horologium, quod Magdeburgi extat, fabricatum, in quo ſtella Polaris conſpicua erat. Vid. *Hofmannus in lex. Univ. part. 2. pag. 404.*

GERBRANDUS (Joh.) Leidenſ. Anno 1504. obiit. Condidit Chronicon Hollandiæ Comitum & epiſcoporum.

GERDESIUS (Frid.) JCtus, ſcripſit de Doctoribus, An. 1668.

GERHARDUS (Andr.) de Romano teſtamentorum jure, Anno 1660. commentatus eſt.

GERHARDUS (Joh.) Quedlinburgenſis, Theologus celeberrimus, natus eſt An. 1582; obiit An. 1637. Jenæ mult[illegible] annis Theologiam profeſſus eſt. Conſcripſit Locos Theologicos: conf[illegible]onem catholicam: Harmoniam quatuor [illegible]vangeliſt. Commentarium in Geneſ[illegible] Deuteronomium, 1. & 2. Petri, A[illegible]ocalypſin, &c. Scripta ejus *Henningus W[illegible]* *Theol. pag. 401.* recenſet. M[illegible]rtuo *Mich. Schneiderus* parentavit. *Claſſio* Theologorum princeps, *D. Hoë* Arch[illegible]theologus, *Hornbeckio* Theologus do[illegible]ſſimus & diligentiſſimus dictus eſt. *Ant[illegible]n. Reiſerus in epiſt.* ad *Spitzelium, pag.* [illegible] vocat tertium à Luthero & Chem[illegible] orbis evangelici atlantem. Plur[illegible] hardo invenies apud *Adr. B[illegible]* *Rect. Jen. pag. 485.* *Spitzelium in Templo Honor. pag. 123.* *Thomaſium*, de P[illegible] *441.* & *alios.*

GERHARDUS (Joh. Erneſtus [illegible]) filius, Jenenſis, itidem Theolo[illegible] Anno 1621. natus eſt: obiit An. 166[illegible] [illegible] eliquit comment. in Matthæum: ite[illegible] harmoniam 4. linguarum orient.

GERIUS (Ph.) Piſtorienſis, carmi[illegible] Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pa*[illegible]

GERLACHIUS (Melch.) an[illegible] chiſmi Lutheri adornavit. [illegible] 1605. claruit.

GERLACHIUS (Steph.) natus [illegible] Anno 1546: obiit An. 1612. Tubin[illegible] [illegible] gi munere functus eſt. Co[illegible] [illegible]orum contra *Danæum* de S. Cœna [illegible] epitomen hiſtoriæ eccleſiaſticæ [illegible] c Gerlachius, A. 1573. Davidi U[illegible]d'o, legato Cæſareo, ad portam [illegible] manni-cam à concionibus fuit, & per [illegible] annos cum Turcis, Judæis, Græ[illegible] Armeniis, aliiſque humaniſſimè converſatus eſt. Vid. *Spitzelius* in *Templo Honor. pag. 25.*

GERLACHIUS (Steph.) Würtembergenſis, Eliſæi filius, natus eſt Anno 1631. Heidelbergæ hiſtoriam eccleſiaſticam publicè docet.

GERLACHIUS (Theob.) Billicanus, in Michæam, Anno 1524. commentatus eſt.

GERMANICUS, Cæſar, Arati phænomena lat. verſibus expreſſit ſcholiisque illuſtravit. Citat eum *Lactantius* l. 1. c. 11. & 21. item *l.* 5. *c.* 5. Per hunc Germanicum, Domitianum Imp. *Voſſius* intelligit. Confer *Barthium ad Claud. pag.* 4[illegible]. Vide, DOMITIANUS.

G[illegible]R[illegible]ANUS, Patriarcha Conſtantinop[illegible]lit. An. 740. obiit. Reliquit Θεωρίαν rerum eccleſiaſticarum & alia. Vid *P[illegible]l L[illegible], in Diſſ. de S. E. pag.* 350.

GER[illegible]US (Dominic) Sileſius, Anno 16[illegible] [illegible]aruit. Scripſit Antitheſes Arabic[illegible] item, Fabricam linguæ Arabicæ. Vi[illegible] *H[illegible]llerv. in Bibl. Cur. pag.* 63.

G[illegible]R[illegible]NUS (Hier.) Panormitanus, An 16[illegible]2. [illegible]ocabularium Italico-Græco-vernac[illegible]um, Romæ emiſit. Vid. *Alegambe, pag.* 185.

GER[illegible]BERGIUS (Hier.) à nonnullis plagii in[illegible]mulatur ob recuſas ſententias pro[illegible]les. Vid. *Thomaſius* de *plag.* §. 442.

GER[illegible]ONIUS (Anaſtaſ.) Taurinenſis, na[illegible], An. 1551. Struxit 3. libros de reru[illegible] [illegible]crarum immunitatibus, An. 1591: Parati[illegible]a in quinque libros decretalium Gre[illegible]orii IX. Vid. *Guido Panzirolus*, in [illegible]o.

G[illegible]RUS (Lucas) Theologus Baſi[illegible], natus eſt Anno 1625: obiit An. 167[illegible]. Reliquit prælectiones in Dani[illegible]as brevi prodituras eſſe, *Joh. Jac. H[illegible] in lex. Univerſ. pag.* 699. affirmat. [illegible]tat ejuſdem oratio de ortu & pr[illegible] Academiæ Baſileenſis, Anno [illegible]ta.

GER[illegible]US (Frid. Sam.) de Chriſti Nazar[illegible] & pulcritudine, An. 1670. nonnulla [illegible]ed[illegible]tatus eſt.

[illegible]RF (Joh.) Argentinenſis, ſcr. [illegible]ia & anatomia, An. 1551.

[illegible]H[illegible]VIUS (Jac.) An. 1639. floruit. [illegible] Genealogiam Regiam Danicam, & [illegible]-ducalem Holſaticam.

[illegible]IDES. Vide, LEVI.

[illegible]N (Joh.) celebris Theologus, natus [illegible] A. 1363: obiit A. 1421. juxta *Trithemi[illegible]* [illegible]ta *Senenſem* verò A. 1429. A non[illegible] *[illegible]ohannes Charlierius* appellatur. In [illegible] concilio Baſileenſi. Pariſiis, Aca[illegible]æ Cancellarii munere functus eſt. [illegible]dit Monoteſſaron Evangeliorum: [illegible]mment. in Cant. Canticor. item, Tri[illegible]m aſtrologiæ theologizatæ, i. e. ad T[illegible]ologiæ trutinam expenſæ. Vulgò *Doctor Chriſtianiſſimus* audire ſolet. *Wimpfelingus* eum vocat ſempiternam Pariſienſium gloriam & Conſtantienſis concilii columnam. Opera ejus 4. Tomis conſtant. Vid. *Ph. Labbe Tom.* 1. *Diſſ. de S. E. pag.* 564. *Ghilinus vol.* 2. *pag.* 125. *Olearius in Abaco, pag.* 254.

GERSON (Rabbi) doctor captivitatis Gallicæ, autor Thekanot verſionis, præceptor Salomonis Jarchi, A. M. 4830 obiit. Vid *Gans in Zemach, pag.* 132.

GERSTENBERGERUS (Wigandus) cognomine Victor, Anno 1522 obiit. Struxit Chronicon urbis Franckenbergæ in Haſſia. Vid. *Zeillerus, part.* 2. *pag.* 65.

GERVASIUS, Tilberienſis, exaravit Otia Imperialia ad Ottonem IV. Imperatorem. Edidit eum *Joh. Joach. Maderus,* Helmſtadii, A. 1673. Aliquoties eum citat *BerchoriusT.* 1. *Moral.* item, *Boccatius, Geneal. Deor. l.* 2. *cap.* 19. Confer *Iſ. Voſſium, de Nilo, cap.* 4 *pag.* 10. *Naudæum* in *Apolog.* pro *viris Magiæ ſuſpectis, pag.* 559. 611. *Colomeſium* in *Gall. orient pag.* 20. *Zeillerum part.* 3. *biſt. pag.* 92.

GERULPHUS (Joh.) Hulſtanus, Anno 1605. obiit. Scripſit librum ſententiarum verſu elegiaco, Latino & Græco: Eccleſiaſten & proverbia Salomonis, verſu heroico. Vid. *Sanderus in Flandr. pag.* 96.

GERUNDA (Andr.) de epiſcopatu, duob. voluminibus, Anno 1649. fol. commentatus eſt.

GERUNDENSIS (Joh.) Anno 600. floruit. Vide, BICLARIENSIS.

GESENIUS (Frid.) edidit Itenæum Philalethen, Anno 1671.

GESIA (Mart.) JCtus, An. 1079. obiit.

GESIUS, *Tirius*, gente Petræus, Medicus, *Stephano* ἰάτρο-χ... , *in Τία* memoratur. Juxta *Suidam* tempore Zenonis Imp. claruit.

GESLINUS (Paul.) ſtruxit Chorographiam ſanctam. An. 1646.

GESNERUS (Conr.) Medicus, Philologus & Polyhiſtor eximius, natus eſt Anno 1516: obiit Anno 1565. Erat homo ſtupendæ eruditionis. Collegit hiſtoriam animalium: bibliothecam univerſalem: Lexicon Græco-Latinum, &c. Multa etiam ex Græco ſermone in Lat. convertit. Sic verſionem Æliani, Antonini Imp. Stobæi, Xenocratis, Porphyrii

ejus induſtriæ debemus. Sub nomine *Evonymi*, teſte *Voſſio*, theſaurum vulgavit. Ejus opera omnia prodierunt, Francof. An. 1617. Geſneri laudes *Thuanus l. 38.* celebrat. Vid. *Ghilinus*, *vol. 1. pag. 40.*

GESNERUS (Joh.) Roſam Jericho vel conciones de Roſario, Anno 1662. in lucem protulit.

GESNERUS (Salomo) Sileſius, celebris Theologus, natus eſt Anno 1559: obiit Anno 1605. Wittebergæ Theologi officio functus eſt. Edidit comment. in Pſalmos, & quatuor libros de Conciliis.

GESSÆUS (Joh.) inter Poëtas locum occupat. Vid. *T. 1. Delit. Gall. pag. 930.*

GESSELIUS (Timannus) Ultraject. hiſtoriam ſacram & eccleſiaſticā ab O.C. uſq; ad An. Chr. 1625. deduxit. Prodiit Trajecti. An. 1661. Extat etiam ejus ſynopſis locorum S. Scripturæ, ſub nomine *Chriſtiano-Catholici*, An. 1650. Vid. *Placcius*, *pag. 257. Linden*, *pag. 569.*

GESSIUS (Hieron.) Bononienſis, A. 1623. obiit. Exaravit vitam Franc. Xaverii, teſte *Alegambe.*

GESTRINIUS (Mart.) Suecus, ſcripſit notas in Euclidem: item, quatuor libros Uraniæ. Vid. *Scheferus in Upſalia*, *p. 403.*

GETHALDUS (Marc.) edidit Tract. de reſolutione Mathem. Romæ, A. 1630.

GEVARTIUS (Caſp.) JCtus, natus eſt A. 1593. Tres libros Electorum concinnavit. Vid. *Sweertius*, *pag. 173.*

GEVARTIUS (Joh.) Bruxellenſis, Anno 1589. obiit, teſte *Val. Andreæ.*

GEVARTIUS (Joh.) Tornhoutanus, An. 1623. exſpiravit. Vid. *Sweertius*, *pag. 428.*

GEUDERUS (Jacobus) ſcripſit de incremento, conſervatione & occaſu imperiorum, An. 1603.

GEUFRÆUS (Ant.) de rep. Venetorum commentatus eſt. Extat ejuſdem deſcriptio aulæ Turcicæ duobus voluminibus, An. 1577.

GEULINX (Arn.) adornavit Logicam reſtitutam, Lugd. An. 1662: item, Saturnalia, An. 1665.

GEUSS (Wolf.) Norimbergenſ. edidit methodum curandorum morborum mathematicam, qua morborum depellendorum ex concordanti aſtrorum influxu ratio certa oſtenditur, Anno 1613. in 4.

GEWOLDUS (Chriſtoph.) Chronicon monaſterii Reichenſpergenſis in Bavaria condidit. Scripſit etiam de Rom. Imperii Septemviratu, Anno 1616. Adhæc Metropolin Salisburgenſem, à *Wigulejo Hund* editam, præclaro commentario illuſtravit. Vid. *Zeillerus part. 2. pag. 65.*

GEYSIUS (Jac.) exercitationes philoſophicas, Franckeræ, Anno 1665. typis tradidit.

GHEESDALIUS (Joh.) Flander, Stichologiam de ſyllabarum & carminum ratione, vario metri genere explicatam, An. 1591. compoſuit, teſte *Sweertio.* Vide, GEESDALIUS.

GHENARDUS (Ant.) Anno 1595. exſtinctus eſt. Librum de ritu celebrandi miſſam emiſit.

GHENTIUS (Guilh.) Neomagus, Anno 1579. floruit. Collegit adagia è Jure civili.

GHERARDACCIUS (Chern.) An. 1578. claruit.

GHERARDUS (P.) carminibus famam ſibi peperit. Vid. *Tomus 1. Delit. It*[illegible] *pag. 1217.*

GHERARDUS (Virg.) Med. An. 1517. innotuit. Vid. *Bumaldus*, *pag. 2*[illegible].

GHERINUS (Jac.) Med. de præ[illegible]tione & curatione peſtis, A. 1555. [illegible]e aggreſſus eſt.

GHERIUS (Coſm.) *Paulo Manutio* celebratur in *Comm.* ad *Cic. epiſt. a*[illegible] *A*[illegible] *l. 5. epiſt. 10.* Amicus meus Coſmus G[illegible], Fanenſis epiſcopus, doctiſſimus [illegible] ſanctiſſimus adoleſcens, quem, n[illegible] m[illegible]immatura præripuiſſet, veram [illegible]uæ virtutis imaginem habituri ſu[illegible] m[illegible], admonuit, &c.

GHERUS (Ranucius) collegit De[illegible]er-manorum, Italorum, Gallorum [illegible] Belgarum poetarum. Idem eſt, [illegible] *Janus Gruterus.*

GHETALDUS (Bernh.) Ragu[illegible], hiſtoriam virorum illuſtrium pat[illegible]æ Raguſinæ circa An. 1470. compoſ[illegible]it. V[illegible]d. *Sigiſm. Ferrerius*, *in Hung.*

GHETALDUS (Martinus) propoſitiones de Parabola, An. 1630. Romæ, fol. edi curavit.

GHEZZUS (Franc.) Comenſis, nat[illegible] eſt An. 1585. Reliquit Theolo[illegible]æ moralis Tomos duos. Vid. *Ghilin*[illegible]*s*, *vol. 2. pag. 89.*

GHILINUS (Camillus) Medioanenſis, *Bapt. Fulgoſi* librum exemplorum Latinee-

ne edidit. Sunt, qui exiſtiment, *Joh. Jacobum*, patrem Camilli, hujus verſionis genuinum autorem eſſe; qua de re *Jovius in Elog. numero 162.* & *Thomaſius* de *plagio*, §. *443.* legi poterunt. Vid. *Ghili nus in Theatro lit. vol. 1. pag. 35.*

GHILINUS (Hieron.) natus eſt An. 1589 Struxit Theatrum hominum literatorum, Tomis duobus, Venet. An. 1647. Vid. ipſe *Ghilinus, vol 1. pag. 121.*

GHILINUS (Pet.) ſcripſit de identitate rerum & perſonarum, teſte *Ghilino, vol. 1. pag. 194.*

GHINUS (Leonh.) Cortonenſis, inter viros literatos collocatur à *Ghilino, vol. 1. pag. 146.*

GHINUS (Lucas) Med. Anno 1527. floruit. A *Matthiolo* alter Dioſcorides dictus eſt. Rationem curandi morbum Neapolitanum ſcriptò oſtendere conatus eſt. Vid. *Bumaldus, pag. 149.*

GHIRARDELLIUS (Afr.) Fidardenſis, JCtus, hiſtoriam S. Abundii ſtilo expreſſit, An. 1620.

GHIRARDELLUS (Corn.) An. 1630. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 156.*

GHISILLARDUS (Barthol.) Anno 1480. claruit.

GHISILLARDUS (Ludov.) Anno 1510. vixit. *Joh. Bapt. Pius* eum Theſeum ſuum vocare ſolebat.

GHISILLARDUS (Nicol.) JCtus, Anno 1411. innotuit. Reliquit 2. libros in 2. ff. novum.

GHISILLERIUS (Guido) Bononienſ. A. 12.. floruit. Carmina condidit. Vid. *Bumaldus, pag. 82.*

de GHISLANDIS (Ant.) Taurinenſis Theologus, An. 1490. claruit. Extat ejus opus decem millium quæſtionum ſuper evangelia totius anni, Tomis duobus.

GHISLERIUS (Mich.) Romanus, Anno 16.. vixit. Collegit Catenam Vett. Patrum in Jeremiam & Baruch. Habemus ejuſdem comment. in Cant. Cant. ... Vid. *Leo Allatius in A. U. pag. 193.*

GHISTELIUS (Corn.) Antwerp. poëta, Anno 1554. Iphigeniæ immolationem duobus libris expreſſit. Vid. *Sweertius, pag. 186.*

GIACHARES (Hier.) JCtus, ſtruxit conſilia de ſyndicatu & moneta Marchiſana.

GIACHINUS (Leonh.) elaboravit Tract. de non temerè ſubſcribendis aliorum ſcriptis, Lugd. An. 1534.

GIANIUS (Archang.) Florentinus, compoſuit Annales ſervorum ordinis B. Mariæ Virginis, A. 1618. fol.

GIANNINIUS (Thom.) Ferrarienſis, de ſubſtantia cœli & ſtellarum efficientia, An. 1618: item, de mentis humanæ ſtatu poſt hominis obitum, An. 1614. commentatus eſt. Vid. *Linden, pag. 565.*

GIANNOTTUS (Donatus) condidit librum de rep. Venetorum.

GIANOTTUS (Alf.) Heliotropium myſticum Ingolſt. Anno 1658. luci expoſuit.

GIANUTIUS (Horatius) Tract. de ludo Scacchico exaravit, Italicè, An. 1597.

GIARDA (Chriſt.) compoſuit elogia virorum illuſtrium, An. 1626: item, Apem religioſam, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 41.*

GIARDINUS (Claud.) librum de partu dierum ducentorum ſeptuaginta unius, Anconæ, A. 1573. vulgavit.

GIATTINUS (J. Bapt.) Panormitanus, An. 1630. claruit. Cyrilli Alexandrini librum 5. & 6. in evangelium Johannis latinè tranſtulit: quos cùm anteà ineditos pararet prelo, occupavit in lucem emittere alius, teſte *Alegambe, pag. 223.* Extant ejuſdem variæ orationes.

GIAVARINUS (Ant.) ſer. de quarta uxori debit.

GIBALDUS (Hector) In Galenum de febribus commentari cœpit. Vid. *Linden, pag. 231.*

GIBALINUS (Joh.) JCtus, diſquiſitiones de S. juriſdictione, An. 1655: item, de uſuris & commerciis, Anno 1657. edi curavit.

GIBBEAUF (Guilh.) ſcripſit de libertate DEI & creaturæ. *Andr. Rivetus in epiſtola de termino vitæ* Sorbonicum Doctorem appellat.

GIBBON (Aug.) in primam ſecundæ Thomæ Aquinatis, Anno 1669. commentatus eſt. Extat ejuſdem Tract. de Luthero-Calviniſmo reconciliabili, Anno 1663. In plerisque, ut ajunt, *Erbermannum* ſecutus eſt.

GIBBONUS (Joh.) Somerſetenſis, Anglus, A. 1589. obiit. Tractavit de Euchariſtia: de Antichriſto contra *Georg. Sohnium*, Profeſſ. Heidelbergenſ. item, de Sanctis. Vid. *Alegambe, pag. 244.*

GIBBONUS (Rich.) Wintonienſis Anglus, Anno 1632. octogenario major obiit.

obiit. *Alegambe*, *pag.* 407. vocat virum egregiè doctum, qui Philoſophiam, linguam ſacram & Theologiam ſcholaſticam in Hiſpania, Italia, Luſitania, Gallia, Belgio multis annis docuit. Opera S. *Aelredi*, Rhievallenſis Abbatis: homilias *Amadei*, Lauſannæ epiſcopi: item, *Harpsfeldii* hiſtoriam Anglicanam typis excudi curavit.

GIBELIUS (Abr.) An. 1605. ſtrigilim Inſt. Hebr. *Bellarmini* conſtruxit.

GIBETTUS (Ovid.) Med. Anno 1554. floruit. Tract. de febribus elaboravit.

GIBUTIUS (Tuſanus) examen Theologiæ Lond. An. 1578. emiſit.

GIESEKENIUS (Gerh.) ſcr. de veritate corporis Chriſti in S. Cœna, A. 1598.

GIESELBERTUS (Henr.) Pomeranus, Anno 1633. Adolfum Guſtavum regem triumphantem edidit.

GIESWEIN (J. Ph.) vulgavit Hodegum Medicum, An. 1676.

GIFANIUS (Obertus) Burenſis Batavus, JCtus, natus eſt, A. 1534: obiit Pragæ, A. 1609. ſeptuagenario major. Argentorati philoſophiam: Altdorfii & Ingolſtadii juriſprudentiam docuit. Tandem in aulam Cæſaream vocatus & conſiliarii Cæſarei titulo exornatus eſt. Reliquit comm. in ethicam & politicam Ariſtotelis: collectanea & indicem in Lucretium: obſervationes linguæ Lat. comment. in inſtitutiones Juris: antinomias Juris civilis & Juris feudalis: Tract. de renunciationibus: œconomiam juris: notas in Corpus juris civilis: lecturas Altdorfinas, &c. Vid. *Thuanus l.* 131. *Sweertius*, *pag.* 586. *Thomaſius de plagio*, *§.* 445.

GIFFENIUS (Herm.) edidit paradoxum Philoſophum enervatum, Anno 1673.

GIFFORDUS (Guilh.) ſub nomine *Wilh. Reginaldi* Calvino-Turciſmum, Antw. An. 1596. publicavit, teſte *Scavenio*, qui eidem Giffordo alium quoque librum tribuit, *Guil. Roſſei* nomen præferentem, de juſta reip. Chriſtianæ in reges impios & hæreticos animadverſione. Vid. *Placcius in Pſeudonym. pag.* 246. 249.

GIFFORDUS (Joh.) Anglus, ſcripſit de ratione alendi miniſtros.

GIGAS (Hieron.) JCtus, de crimine læſæ majeſtatis, Anno 1587. commentatus eſt.

GIGAS (Joh.) Northuſanus Theologus, Anno 1581. obiit. Edidit poſtillam Germanicam nec non Silvarum libros quatuor.

GIGGÆUS (Ant.) Mediolanenſis, Theſaurum linguæ Arabicæ, in 4 volumina diviſum, An. 1632. fol. edi curavit. Extant etiam commentarii triumRabbinorum in Prov. Salomonis, ejus operâ A. 1620. impreſſi.

GIGLIANUS (Vincent.) verſibus condendis operam dedit. Vid. *Tom.* 1. *delit. Gall. pag.* 945.

GILBERTI (Maturinus) Gallus, lingua Teraſcana, qua utuntur Mechoacani, doctrinam Chriſtianam complexus eſt. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag.* 256.

GILBERTUS, Anglus, Anno 1117. obiit. Erat Anshelmi Cantuarienſis archiepiſcopi diſcipulus, cui diſputationem dialogiſticam de fide eccleſiæ contra Judæos nuncupavit. Vid. *Olearius in Abaco*, *pag.* 179.

GILBERTUS Porretanus. Vide, PORRETANUS.

GILBERTUS, Tornacenſis. Vide, GUIBERTUS.

GILBERTUS (Guilh.) tractatum de magnete: & alium de mundo noſtro ſublunari condidit. *Joſeph. Scaliger epiſtol.* 200. *An.* 1604. *ſcripta:* Conſulendi ſunt, (inquit) qui de magnete ſcripſerunt, præſertim Guil. Gilbertus, Gloceſtrenſis, philoſophus & medicus Londinienſis, qui ante triennium tres ampliſſimos commentarios de eare edidit: quibus magis mihi probavit doctrinam ſuam, quam magnetis naturam. Nam incertior ſum, quàm dudum.

GILBERTUS (Humfredus) varia itineraria collegit.

GILBERTUS (Mart.) Gallus, An. 1563. claruit. Tractavit de literis & punctis Hebræorum, teſte *Colomeſio*.

GILDAS, Sapiens cognomine, Ilduti Morganenſis diſcipulus, Anno 570. obiit. Struxit epiſtolam de excidio & conqueſtu Britanniæ, in qua refert, quàm atrocia Britannia perpeſſa ſit à Saxonibus. Eam primus *Gutbertus Tonſtallus* in lucem protulit. Eidem Gildæ comœdiam, quæ *Querolus* inſcribitur, tribuunt, inter quos etiam eſt *Barthius in Adverſ.* 44, 9. *Petrus* tamen *Daniel* eam *Rutilio Numantiano*, itinerarii ſcriptori, aſſignare mavult. Vid. *Ph. Labbe T.* 1. *diſſert. de S.*

de S. E. pag. 352. Waræus, pag. 107. Olearius, pag. 178.

GILENIUS (Joh.) Germaniam reformatam, An. 1659. publicavit.

GILHAUSEN (Ludov.) JCtus, compoſuit viridarium juridicum, Anno 1610. item, arborem judiciariam, fol. Anno 1614.

GILINUS (Corad.) de morbo Gallico commentari aggreſſus eſt.

GILKENIUS (Pet.) Ruræmundanus, JCt. A. 1606. flor. Ethicam & Politicam Ariſtotelis comment. illuſtravit. Extat quoque ejus commentarius in Codicem. Vid. *Swertius, pag. 616.*

GILL (Alex.) edidit Logonomiam Anglicanam, Lond. A. 1619.

GILLEMANNUS (Joh.) An. 1487. obiit. Collegit Sanctilogium Tomis quatuor, teſte *Sweertio.*

GILLESPY (G.) miniſter Edinburgenſis, diſſertationes contra Colemannum adornavit.

GILLET (Servat.) emiſit Galenum myſticum & moralem, Lovan. An. 1663.

GILLIUS (Chriſtoph.) Luſitanus, Anno 1608. obiit. Confecit duos libros de Deo. Vid. *Alegambe, pag. 75.*

GILLIUS (Pet.) Albienſis, Anno 1555. Romæ obiit. Quadraginta amplius annis in Græcia, Aſia & Africa verſatus eſt, partim ut Græcos libros colligeret, partim ut locorum ſitus deſcriberet. Æliani hiſt. animalium latinè vertit. Extat etiam ejus deſcriptio Boſphori Thracii, ut & topographia Conſtantinopoleos. reliqua à *Petro Bellonio*, Cenomanno, peregrinationum ejus comite, ſurrepta putantur, qui ea poſteà ſuo nomine vulgavit. Vid. *Thuanus, lib. 16. Placcius, pag. 161. Tollius* de *infelic. literat. pag. 53.*

GILLOTIUS (Joh.) Campanus, Trecis multis annis juventutem non ſine laude docuit. Reliquit annotationes in S. Hilarium. Vid. *Carolus Viſch. in Bibl. Ciſtert. pag. 222.*

GILLOTTUS (Joh.) Briennienſis, JCtus, materiam de juriſdictione & imperio excuſſit. Extat *T. 3. Tract. tract.*

GINNARUS (Bernardin.) Neapolitanus, *Anno 1626.* vixit. Xaverium orientalem edere in animo habuit. Vid. *Alegambe, pag. 61.*

GINNASIUS (Dominic.) Cardinal. compoſuit duos Tomos enarrationum in Pſalmos, Romæ, Anno 1636. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 44.*

de GIOCCHIS (Fabian.) ſcr. in authentic. Noviſſima C. de inoff. teſt.

GIOLDUS (Joh. Ronchegallus) JCtus, tract. de duobus reis conſtituendis, An. 1622. confecit.

GIOVANAZUS (Matth.) comm. de Regibus Siculis ex ſtirpe Andegavenſi concinnavit.

GIOVAGNONIUS (Horat.) JCtus, An. 1588. floruit. Extat conſiliorum ejus magnum volumen.

GIOVANUS (Joh.) de Schiſmate, Lovanii, A. 1573. commentatus eſt.

GIPHANIUS (Ob.) Vide, GIFANIUS.

GIRACIUS (Paul. Thom.) vel à Giraco, Engoliſmenſis, An. 1663. obiit. Eum ob trium linguarum cognitionem *Balſaclus in epiſt. pag. 194.* plurimùm deprædicat. Vid. *Colomeſ. in G. O. pag. 227.*

GIRAGUS (Joh. Fr.) tractavit de regimine Regularium, Lugd. An. 1646.

GIRALDUS (Joh. Bapt.) Ferrarienſis, A. 1504. natus eſt: obiit An. 1573. Edidit Epigrammata & Silvas. Carmina ejus habentur *T. 1. Delit. Ital. pag. 1238.* Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 98.*

GIRALDUS (Lilius Gr.) Ferrarienſis, natus eſt An. 1479: obiit An. 1552. Scripſit de numeris Græcorum. Simeonem Sethum, Græcum ſcriptorem, de facultatibus cibariorum latinè tranſtulit. Extat ejuſdem tractatus de Poëtis: item, liber de annis & menſibus, cum calendario Romano & Græco. Carmina ejus leguntur *T. 1. Delit. Ital. pag. 1230.*

GIRALDUS (Silveſt.) Cambrienſis, An. 1191. claruit & topographiam Hiberniæ contexuit. *Caſpar Barthius* in *Claudian. pag. 1298.* vocat doctum & ingenioſum ſuæ ætatis ſcriptorem. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 439.*

GIRALDUS (Zach.) Anno 1601. floruit. De operibus Chriſti imitandis tractaſſe legitur.

GIRARD (Joh.) Delphinas, Gallus, odas & cantica ſpiritualia compoſuit. Vid. *Alegambe, pag. 244.*

GIRARDETUS (Pet.) ſcr. in Hippocratem de humoribus purgandis, Pariſ. An. 1631.

GIRARDUS (Joh.) Divionenſis, carmina modulatus eſt. Vid. *T. 1. Delit. Gall. pag. 946.*

GIRAR-

GIRARDUS (Leonh.) hoc tempore claret. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 495.*

GIRAVA (Hier.) ſitum occidentalium Indiarum depinxit.

GIRBERTUS (Joh.) edidit ſyntagma dictorum S. Scripturæ, A. 1676.

GIRELLUS (Hier.) Brixianus, obiit An. 1583. ætatis 83. Scr. in diſpp. Averrois contra Algazel. Vid. *Wadding. in Scr. O.M. pag. 171.*

GIRO (Ildephonſus) emiſit promtuarium concionum feſtivalium, Col. A. 1612.

à GISBICE (Paulus) Pragenſis, poeta, An. 1607. à rivali interfectus eſt. Reliquit ſchediaſmata.

GISCAFERIUS (Guilh.) Belocarenſis, tractavit de Piſcibus: item, de natura febrium, Pariſ. A. 1581.

GISE (Guil.) Anglus, hodie claret. *Joh. Henr. Otho in præfat. lex. Rabb.* Sequitur (inquit) par amicorum ex Anglia, D. *Bernhardus*, Colleg. D. Johan. Oxon. ſocius & in Academia mathematum Prof. & D. *Guilelmus Giſe*, Colleg. orientalis ſocius: viri ſtupendæ eruditionis, in quibus eleganter habitat omnis literatura orientalis, præcipuè in D. Giſe fermè ad miraculum uſque. Vix enim ullum in univerſo orbe terrarum genus eſt idiomatis, cujus extent monumenta conſecrata perennitati, quod non aſſiduitate laboris, ætate nondum 24. annos ſupergreſſus, perveſtigarit. *Hæc ibi.*

GISEBERTUS (Henr.) JCtus, periculum ſtatutorum Harmon. Practicæ, A. 1652. edi curavit.

GISEBERTUS (Theoph.) JCtus, de reconventione, Col. An. 1603. commentatus eſt.

GISELBERTUS, Anglus. Vide, GILBERTUS.

GISELERUS (Laur.) ſcripſit de peſte Brunſwicenſi, An. 1663.

GISELINUS (Victor) Sanfordianus medicus, natus eſt An. 1543: obiit An. 1591. Reliquit notas in Prudentium: Item, carmina. Vid. *Tomus I. Delit. Belg. pag. 495.* Confer *Sanderum in Brugenſ pag. 73.*

GISENIUS (Johan.) celebris Theologus, compoſ. Calviniſmum, Papiſmum, & Photiniſmum: item, Tomos 2. de hæreſibus: Examen Theologiæ, &c.

GISLANDAS (Anton.) edidit quæſtiones de Paraſceve.

GISLANTIUS (Andr.) habuit orationem de laudibus Senarum, An. 1600.

GISLEBERTUS, vitam S. Medardi ſtilo expreſſit.

GISLEBERTUS (Gilb.) Abbas de Haylandia, Anno 1200. obiit. In Cant. Cant. commentatus eſt.

GISLERIUS (Mich.) Romanus, annotationibus Cant. Cant. An. 1619. Jeremiam verò An. 1623. illuſtravit.

de GISSEY (Odo) Burgundus, An. 1627. vixit. Hiſtoriam Toloſanam in literas redegit. Vid *Alegambe, pag. 560.*

GIUHARI, Arabs, lexico Arabico innotuit.

GIUNIPARUS (F.) edidit tractatum de Jure Pontif. Lugd. A. 1637. in 4.

GIURBA (Marius) Miſſanenſis, JCtus, deciſiones criminales, Anno 1629. publicavit.

GIUVARA (Pet.) Manuale *Aſpilcuetæ* in compendium redegit, Lugd. A. 1591.

GIZZARELLUS (Nicol.) deciſiones Regii Senatus Neapol. Anno 1655. typis mandavit.

GLABER (Raduſus) tempore Conradi II. & Henrici III. floruit. Hiſtorias ſui temporis quinque libris complexus eſt. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſ. de S. E. pag. 353. Olearius in Abac. pag. 179.*

GLACANUS (Nellanus) abſolvit Curſum medicum tribus Tomis, An. 1655.

GLACIANUS (Georg.) Villeccenſis, An. 1553. natus eſt. Altdorfii Græcam linguam docuit. *Epitaphium* ejus tale fuiſſe invenio: Sub hoc tumulo piè defunctus vitam beatiorem expectat olim inſigni eruditione & rerum uſu clarus, *Dn.* M. Georgius Glacianus, Villeccenſis, & Academiæ hujus Altdorfinæ & Græcæ linguæ quondam Profeſſor publicus. Obiit in vera Filii DEI invocatione, 1. Aug. hora XII. meridiana, Anno Chriſti M. DC. VII. ætatis verò 58. cujus memoria jam eſt in benedictione. Hoc monumentum in amoris & honoris teſtimonium & orbitatis ſolatium relicta vidua Catharina Hæltmennin poni & imprimi curavit, anno, menſe, die, &c.

GLAESERUS (Enoch) Sileſius, JCtus, An. 1628. natus eſt: obiit An. 1668. Helmſtadii JCti & Profeſſoris officio functus eſt. Decennii ſpatio plus quam ducentis vicibus publicas diſputationes præſes habuiſſe fertur. Scripſit de gratia delinquen-

quentibus facienda, An. 1667. Vid. *Henning. Witte in memor. JCt. pag. 480.*

GLANDORPIUS (Joh.) Monaſterienſis A. 1563. Erfurti obiit. Collegit onomaſticon Romanum. Carmina ejus habentur *T. 3. Delit. Germ. pag. 411.* Vid. *Mart. Hanckius part. 1 de S. R. R. pag. 216.*

GLANDORPIUS (Matth. Lud.) Colonienſis, reliquit Tract. de polypo narium, An. 1628. Vid. *Linden, pag. 449.*

à GLANO (J. B.) Leodienſ. obiit A. 1613. In Pentateuchum & libros Regum commentatus eſt, teſte *Sweertio.*

GLANVILL (Joſeph) Anglus, A. 1671. philoſophiam piam edidit: item, progreſſum & promotionem ſcientiarum à temporibus Ariſtotelis cum enumeratione quarundam maximè notabilium inventionum novarum.

de GLANVILLA (Ranulf.) JCtus, ſcr. T[illegible]atum de legibus R. Angliæ.

GLAREA[illegible]US (Henr. Loritus) Glaronenſis, natus eſt A. 1488: obiit An. 1563. Friburgi bonas literas docuit. Erat in omnibus diſciplinis verſatiſſimus. Domum ejus optimarum artium officinam dictam [illegible]e memorant, ex qua in omnes Germaniæ angulos viri doctiſſimi prodierint. A Maximiliano I. lauro poëtica & ex[illegible] annulo donatus eſt. Quæ ſcivit, libenter & candidè aliis communicabat. Ci[illegible]onem, Cæſarem, Livium, Salluſtium & alios eruditis commentariis illuſtravit. Scripſit Helvetiam carmine, in quod *O[illegible]. Molitor*, Lucerinus, notas co[illegible]. Vid. *Simon Schardius T. 1. Script. Germ. pag. 316.* Carmina ejus leguntur *T. 3. Delit. Germ. p. 1285. Eraſmus in Ciceron. pag. 183.* Henr. (inquit) Glareanus maluit in philoſophia ac mathematicis diſciplinis conſeneſcere, quàm æmulari phraſin Ciceronianam, cui vix convenit cum ſubtilitatibus mathematicorum. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 216.*

à [illegible]SENAPP (Joach.) emiſit vinde[illegible] novam, An. 1648.

GLASERUS (Arn.) condidit triumphum [illegible]æ, Hagæ, An. 1643.

G[illegible]US (Herm.) analyſin locorum Theologicorũ, A. 1662. adornavit Hagæ.

GLAS[illegible]RUS (Phil.) Argentinenſis, natus eſt A. 1554: obiit A. 1601. Syngramma h[illegible]riæ theoreticæ conſtruxit. Vid. *Zeillerus part. 2. pag. 66.*

GLASSIUS (Salomo) Sonderhuſius, natus eſt A. 1593. obiit A. 1656. Jenæ Theologiam publicè interpretatus eſt. Erat Theologus & philologus inſignis. Edidit Philologiam ſacram: onomatologiam Meſſiæ propheticam: Chriſtologiam Moſaicam & Davidicam: diſpp. in Aug. Confeſſ. exegeſin evangeliorum & epiſtol. &c. *Sixtinus Amama in Antib. Bibl.* Salomonem Glaſſium ob vindicias variorum S. Scripturæ locorum, à Pontificiis pro corruptis habitorum, omnibus aliis, qui in hoc genere ſcribendi quicquam tentarunt, præponere haud dubitavit. Mortuo parentavit *Mich. Waltherus.* Vid. *Spitzelius* in *Templo Honoris, pag. 218.*

GLAVARINUS (Ant.) JCtus, An. 1582. floruit. Reliquit reſponſa.

GLAUBERUS (J. Rud.) medicus, ſcr. de purgatorio philoſophorum, An. 1668. item, quòd tartarum ſit extrahendum è vini fæcibus, An. 1655.

GLAUCH (Andr.) librum exaravit de uſu Concordantiarum Biblicarum, An. 1668.

GLAUCIPPUS, Γλαύκιππος, de ſacris Athenienſium allegatur *Macrobio, Saturn. 1, 13.*

GLAUCUS, Γλαῦκος, Locrenſis, teſte *Athenæo*, de re culinaria ſcripſit. A *Julio Polluce 6, 10.* inter ὀψοποιητικῆς πραγματείας σοφιστὰς recenſetur.

GLAUCUS, Rheginus, Olymp. LXXVII. vixit. Allegatur ejus liber de poëtis. *Plutarchus* Glaucum Italum appellare videtur *lib. de Muſica.* Vid. *Junſius, de Scr. H. Ph. 1, 4.*

GLAUMIUS (Phil.) JCtus, controverſias Juridicas typis mandavit.

GLAUNVILLUS (Barth.) *Anglicus* aliàs dictus, An. 1360. claruit. Compoſuit 19 libros de proprietatibus rerum: librum de rerum accidentibus: alium, de proprietatibus apum: allegorias & tropologias in utrumque Teſt. practicam Juris, &c. teſte *Waddingo in S. O. M. pag. 50.* Vide, ANGLICUS.

de GLEN (Balduinus) Atrebas, monarchiam & ſeriem Regum Hiſpaniæ concinnavit. Vid. *Sweertius, pag. 151.*

à GLINS (Taco) JCtus, ſcripſit de Mora, An. 1647.

GLISCENTIUS (Fab.) Brixianus, medicus & philoſophus, A. 1594. claruit. In Logi-

cam Ariſtotelis commentatus eſt. Compoſuit etiam quinque dialogos adverſus moleſtiam mortis & de animæ immortalitate. Adhæc de lapide philoſophorum tractaſſe fertur. Vid. *Gbilinus, vol. 2. pag. 74.*

GLISSONIUS (Franc.) med. Cantabrigienſis, edidit anatomiam hepatis, Lond. An. 1654. item, Tract. de natura ſubſtantiæ, ſive de vita naturæ, A. 1672. Extat ejuſdem opuſculum de rachitide ſive morbo puerili, An. 1671.

GLITZNERUS (Er.) ſcr. de Trinitate, An. 1565.

GLONERUS (Sam.) natus eſt Argentinæ, An. 1598. Collegit proſodiam latinam. Hiſtoriam paſſionis Dominicæ quinque libris heroico carmine adornavit.

GLORIOSUS (Joh. Camill.) edidit exercitationes mathematicas, Neapoli, Anno 1627.

de GLOUM (Phil.) exercitia in 4. libros Inſtitutionum, An. 1614. babuit.

GLUCKRADIUS (Chriſt.) tirocinium Chymicum *Job. Beguini* notis illuſtravit.

GLUMPERUS (Seb.) emiſit Juriſprudentiam portatilem, A. 1663.

GLUSIANUS (J.C.) JCtus, ſcripſit de bonis in ſolutum dandis, ad haſtam vendendis.

GLYCAS (Mich.) Siculus, tempore Alexii Comneni Imp. Conſt. floruit. Compoſuit annales quadripartitos ab O. C. uſq; ad obitum Alexii. Quæ ſequuntur, *Leunclavius* de ſuo addidit.

GMUNDEN (Joh.) Anno 1400. Viennæ claruit. Scripta ejus aſtrologica Viennæ in Bibliotheca facultatis artium aſſervari dicuntur.

GNAGNOTUS (Joh. Bapt.) JCtus Patavinus, h. t. claret.

GNAPHEUS (Guilh.) exaravit comœdiam, Moroſophum, de vera & perſonata ſapientia, An. 1541. item, Acolaſtum, & Hypocritin.

GNIPHON (M. Anton.) Gallus, Ciceroni familiaris fuit & Romæ Rhetoricam docuit. Reliquit duo volumina de latino ſermone. Vid. *Glandorp. pag. 96.*

GNODALIUS (Pet.) hiſtoriam ruſticanorum tumultuum, in Germania An. 1525. excitatorum, quinque libris complexus eſt. Vid. *Simon Schardius vol. 2. Scr. Germ. pag. 131.*

GOAR (Jac.) Gallus, Anno 1647. claruit. Græcorum euchologium vel rituale ex MSS. edidit notisq; illuſtravit, Pariſ. fol.

GOBAT (G.) emiſit quadruplex alphabetum variorum caſuum: item, narrat ordinem eorum, quæ ſocietas Jeſu in nova Francia paſſa eſt, An. 1650.

GOBELINUS Perſona, tempore Sigismundi Auguſti floruit. Reliquit Coſmodromium. Gobelinum iſtum *Alb Crantzius* in ſua *Metropoli* paſſim, diſſimulato ejus nomine, exſcribere ſolet.

GOBELINUS (Joh.) Friderico III. imperante vixit, & 12. libris res ſui temporis perſecutus eſt.

GOBIUS (Frid.) edidit confeſſionem fidei orthodoxæ, Groningæ, An. 1662.

GOBLERUS (Juſtinus) Anno 1567. obiit. Struxit ſpeculum Juris: item, quatuor libros proſopographiarum illuſtrium perſonarum: ut & hiſtoriam belli Hildesheimenſis, Anno 1519. geſti. Vid. *Simon Schardius, vol. 2. Script. pag. 8*[illegible]

GOCKELIUS (Eberh.) tractavit de peſte, Anno 1669.

GOCKELIUS (Ern.) JCtus, de piis donationibus, Anno 1671. item, de Regibus Europæis, eorumque juribus majeſtaticis, An. 1663. commentatus eſt.

GOCLENIUS (Conr.) Mengerichauſanus, natus eſt Anno 1485: obiit Anno 1539. Viginti annis, quibus publicè profeſſus eſt, auditoribus ſuis adeò gratus fuit, ut eos nec aſſiduitate ſatiarit unquam, nec diuturnitate laſsárit. *Eraſmus in Ciceroniano, pag. 180.* Conr. Goclenius (inquit) Ciceroni multùm eſt diſſimilis. Ciceronem accipimus prælongo & exili fuiſſe collo. Goclenius [illegible] vi & obeſo, & adeò non long[illegible] mentum pectori penè contiguum [illegible] Scripſit ſcholia in officia Ciceronis. Mortuum laudavit *Pet. Nannius.* Videatur *Eraſmus epiſt. 17, 7. Sweertius, pag. 179.*

GOCLENIUS (Rudolf.) Corbacenſis, Philoſophus Marpurgenſis, natus eſt Anno 1547: obiit Anno 1628. Collegit Lexicon philoſophicum Latinum & Græcum. Plura & alia ejus ſcripta *J. P. Lotichius*, qui eum vocat *P*[illegible] *rum Neſtorem, part. 3. Bibl. poët. pa*[illegible] enumerat. Vid. *Thomaſius, de* [illegible] *§. 449.*

GOCLENIUS (Rudolf.) Junior, ſcr. Uranographiam, Uranoſcopiam, Chiroſcopiam,

piam, Metopoſcopiam : item, Tract. de ma[illegible]netica vulneris curatione.

GODARTIUS (Pet.) edidit Summam totius Philoſophiæ, Pariſ. An. 1666.

GODDÆUS (Cont.) encomium Ululæ com[illegible]luit. Vulgò *Curtio Jaeli* tribuitur.

GOD[illegible]ÆUS (Joh.) JCtus, A. 1632. obiit. Scrip[illegible] de feudis: item, de ſequeſtris.

GODDAMUS (Adamus) Anglus, A. 1320. claruit *Job. Pitſeus* vocat hominem inculpatæ vitæ, magnæ gravitatis, acuti ingeni[illegible] profundi judicii. Extant ejus comm[illegible] n Magiſtrum Sententiarum. Vid. *Wadd. in S. O. M. p. 1. Olearius in Abaco, p. 4.*

GOD[illegible]FRIDUS, Viterbienſis, A. 1186. floruit Condidit Chronicon univerſale, quod [illegible]*antheon* inſcribitur.

GODELEVEUS (Guil.) ſcripſit notas in L[illegible]m : i[illegible]em, Abdicationem imperii [illegible]Q[illegible]inti. Vid *Simon Schardius, vol. 2.* [illegible] *pt. pag. 638.*

GOD[illegible]MANNUS (Joh. Georg.) JCtus, na[illegible] A. 1549: obiit A. 1611. Docuit R[illegible]ochii. Reliquit tractatum de Magis, V[illegible]cis & Lamiis, deque his rectè co[illegible]s ac puniendis, In octo libros [illegible].

GOD[illegible] (Nic.) Luſitanus, An. 1616. ob[illegible]t [illegible]ipſit de Abyſſinorum rebus. Vid. *A[illegible]e, pag 353.*

GODO[illegible]R[illegible]US (Pet.) concinnavit tres libr[illegible] amoribus. Lugd. A. 1648.

GODSC[illegible]LCANUS (Marcus Joh.) Antv. A[illegible]. 16[illegible] obiit. In epiſtolas S Pauli com[illegible]e[illegible]t.

GO[illegible]CUS (Joh.) An. 1571. mortuus e[illegible] A[illegible]erpiæ topographiam carmine [illegible] teſte *Swertio.*

GODW[illegible] (Franc.) de Præſulibus Angl[illegible]æ [illegible]re aggreſſus eſt, Lond. Anno 1[illegible].

GO[illegible]IN (Phil.) Myſtericon ſomniorum ty[illegible]n[illegible]avit.

GODWIN (Thom.) antiquitates hebra[illegible]a[illegible]ræcas ſub titulo, Moſes & Aaron, [illegible]d. A. 16[illegible]. in 4. edi fecit.

G[illegible]LIUS (J. C.) JCtus, publicanum [illegible]ntem evulgavit.

G[illegible]US (Severinus) de ſuccino, An. [illegible]tavit.

GO[illegible]RTIUS (Joh.) edidit tres partes m[illegible]morphoſeos naturalis : item, Tr. de [illegible]is, An. 1669.

GO[illegible]EN (Henningus) celebris JCtus, A. 1521. obiit. Docuit Erfordiæ & Wittebergæ. Ferunt, eum ſuo tempore *Monarcham juris* nominatum eſſe. Extant ejus conſilia : item, proceſſus judiciarius.

GOEEUSCHELIUS (Jac.) Vitodurenſis, An. 1546. ſeptem libros de S. literarum elocutione confecit, In quibus agit de tropis & ſchematibus ſacris.

GOEHAUSEN (Herm.) edidit pericula Academica in jure publ. & privato, An. 1647. item, proceſſum juridicum contra ſagas.

GOERICIUS (Barth.) ſcripſit de pace religionis, ſub nomine *Anton. Bembello ac de Godentiis*, teſte *Limnæo*. Vid. *Placcius in Pſeudonym. pag. 162.*

à GOES (Damianus) Luſitanus, An. 1538. floruit. Ulyſſiponem peculiari libello celebravit. Legationem Æthiopicam quoque ſtilo expreſſit. Vid. *Andr. Schottus in Bibl. Hiſp. pag. 491. & ſeq.*

de GOES (Emanuel) Luſitanus, Conimbricæ obiit. Scripſit in Phyſicam Ariſtotelis: in libros de cœlo, in meteora, in ethica: ut & in libros de anima, & generatione. *Alegambe, pag. 101.* memorat, hæc ejus opera *Conimbricenſis Curſus* nomine circumferri.

GOESIUS (Wilhel.) ſcriptores rei agrariæ, An. 1674. recenſuit notiſque illuſtravit. Sub nomine *Lucii Veri* latere voluit, cùm adv. *Salmaſium* de mutuo ſcriberet. Vid. *Placcius in Pſeud. pag. 272.*

GOETHALSIUS (Franc.) alias *Panagathus* dictus, JCtus, Anno 1616. obiit. Commentatus eſt de dominii diſtinctione : item, de felici & infelici reip. ſtatu.

GOEZIUS (Joach.) ſtruxit carmina ſacra, An. 1664.

GOFFA (Bonavent.) medullam Chriſtianæ doctrinæ, Mog. A. 1664. edidit.

GOFFAR (Ant.) Leodienſ. compendium Theologiæ moralis *Mart. Bonacinæ*, An. 1631. adornavit.

GOFREDUS (Hildebr.) Friſius, An. 1500. obiit. Principia artis geometricæ condidit.

GOFRIDUS, Vindocinenſis Abbas, Anno 1130. floruit. Extant epiſtolarum ejus libri quatuor.

GOGAVINUS (Ant. Herm.) Gravienſis, An. 1562. claruit. Erat medicus & mathematicus. Ptolemæi & Ariſtoxeni Harmonica latine interpretatus eſt. Vid. *Swertius, pag. 133.*

GOHORIUS (Jacob.) confecit librum de uſu & myſteriis notarum, An. 1550.

GOLDASTUS (Melch. Haiminſf.) Anno 1635. obiit. Edidit Receſſus Imperii: Conſtitutiones Imper. tribus Tomis: tres Tomos de monarchia S.R.I. octo libros de juribus regni Bohemiæ: tres libros de Majoratu: Scriptores rerum Alemannicarum cum Gloſſis: centuriam epiſtolarum philologicarum: Sibyllam Francicam, &c. Vid. *Zeillerus, part. 3. de hiſt. pag. 95.*

GOLDBECK (Andr.) JCtus, de Gerada Saxonica, An. 1607. commentatus eſt.

GOLDIONI (Leonic.) An. 1624. librum de mirabilibus & notabilibus urbis Venetæ emiſit.

GOLDMANNUS (Nicol.) ſcripſ. de ſtylometris, An. 1661. Lugd.

GOLDONOWSKI (Andr.) Polonus, An. 1640. floruit. Divam Claromontanam ſive Tr. de Imaginis Mariæ Claromontanæ origine, translatione & miraculis, Cracoviæ, An. 1642. edidit.

GOLDSTEIN (Chil.) JCtus, Proceſſum judiciarium elaboravit.

GOLETTUS (Rob.) Gallus, Tetramoron in Evangelia compoſuit.

GOLINIUS (Baſil.) reliquit orationes & carmina tam Græca, quam Lat. varia. Vid. *Starovolſc. pag. 117.*

GOLIUS (Jacobus) Hagenſis, natus eſt A. 1596: obiit An. 1667. Vulgavit catalogum librorum orientalium: Item, Lexicon Arabico-Latinum, Anno 1664. fol. *Voſſius l. 3. Theol. Gent. c. 37.* Linguarum notitia (inquit) non paucos ad peregrinationem impulit: ex quibus unum nominabo, amicum noſtrum & annis aliquot in Lugdunenſi Batavorum Academia collegam, Jacobum Golium, virum pietate, prudentia, doctrina præcellentem: qui non contentus in Arabicis inſtitutione ſummi viri, collegæ itidem noſtri, Thomæ Erpenii, prius Mauritaniam adiit: poſteà etiam Erpenio τῷ μακαρίτῃ à nobiliſſ. Academiæ Curatoribus ſucceſſor datus longinquum in Syriam iter inſtituit; inque ea commoratus, quamdiu, quantum in Arabica literatura proficeret, minimè pœniteret. Hæc ille. Mortuum laudavit *J. Frid. Gronovius.* Vid. *Labbe in B.B. pag. 68.*

GOLIUS (Theophilus) ſenior, Argent. natus eſt An. 1528; obiit An. 1600. Scr. Grammaticam Græcam & epitomen doctrinæ moralis.

GOLIUS (Theoph.) junior, Argent. natus eſt An. 1561: obiit An. 1611.

GOLLUSIUS (Lud.) Anno 1592. vixit. Concinnavit librum de ſuperiori Burgundia.

GOLNERUS (Thom.) Francus, libellum epigrammatum, An. 1488. vulgavit.

GOLNITZIUS (Abrah.) Danus, reliquit Ulyſſem Belgico-Gallicum, Anno 1631. Principem, ex Tacito, An. 1636. Compendium geographicum, An. 1642.

GOLNITZIUS (G. Chr.) de regali vectigalium jure, Anno 1653. commentatus eſt.

GOLTZIUS (Hubert.) Venlonianus, natus eſt An. 1526: obiit An. 1583. Erat antiquarius eximius & numiſmatum indagator acerrimus. Unde gloriari haud dubitavit, à nemine tam multa tamque varia numiſmata conſpecta, att[illegible]ata & delineata eſſe, quàm à ſe. Ed[illegible] imagines omnium Impp. ad vivum [illegible] faſtos magiſtratuum & triumphorum Rom. item, Siciliam magnam & Græciam, i.e. hiſtoriam urbium & popul[illegible] Græciæ ex antiquis numiſmatibus [illegible]tutam. Vid. *Sweertius, pag. 348.* G[illegible]*s, vol. 2. pag. 202. Hanckius part. 1. de S.R.R. pag. 238.*

GOMARUS (Franciſcus) Brugenſis, natus eſt Anno 1562: obiit Anno 1641. Primùm Leidæ: deinde Groningæ Theologiam profeſſus eſt. Vir fuit excellenti ingenio, memoria ſtupenda, diffuſa in philoſophicis & philologicis doctrina, linguarum [illegible], imprimis orientalium (quib[illegible]ra-tiùs perdiſcendis nec Judæos [illegible] iſtros dedignatus erat) peritiſſimus, Theologus ſummus. Commentari[illegible] exegeticis plurimos Novi Teſtam. libros illuſtravit. Scripſit Lyram David[illegible] ſive Tr. de poëſi hebraica S. Scrip[illegible]. *Rivetus in proleg. comm. ad Pſal.* Non ita pridem (inquit) vir clariſſ. & doctiſſimus Fr. Gomarus edidit lyram Davi[illegible] in qua putavit ſe ad metra Horatia[illegible] & ſimilia Davidis pſalmorũ verſus it[illegible] exegiſſe, ut veram poëſeos hebraicæ rationẽ invenerit. Sed *Lud. Capellus animadverſionum libello* totũ illud D. Gomari opus obelo transfigere conatus eſt, ut inde lector diſcat, vix inter doctos de eo poſſe

convenire, neque labore parum utili ſe ultra fatiget. Opera Gomari omnia prodierunt, An. 1664. fol. Vid. *Meurſius in Athen. Batav.pag.* 176. item, *Autor vitar. Profeſſ. Gröning. pag.* 75.

GOMECIUS (Alvarus) Hiſp. Anno 1580. obiit, cùm annum ageret 66. Condidit vitam Ximenii Cardinalis, ejus ſcil qui luculentam Bibliorum editionem ſuo ſumtu procuravit. Proverbia Salomonis quoque verſibus elegiacis expreſſit. Vid. *Thuanus l.* 71. *Schottus in Bibl. Hiſp. pag.* 5⟨illegible⟩4.

GEMECIUS (Bernhardinus) Saguntinus epiſcopus, vitam Jacobi I. Aragonum regis exaravit.

GOMECIUS (Gomecius) Bonon. A. 1400. claruit. Scripſit ſuper legem vectigalia C. nova vectigalia inſtitui non poſſe.

GOMESIUS (Balth.) libr. de poteſtate in ſ[illegible]um, Panormi An. 1604. edi curavit.

GOMESIUS (Eman.) Tract. de curatione peſtilentiæ, An. 1637. publicavit.

GOMESIUS (Ludov.) JCtus, Anno 1528. floruit. Edidit comm. in inſtitut. in ſextum Decretaliũ, & regulas Cancellariæ.

GOMETIUS (Alf.) ſtruxit Polyantheam medicam, Madriti, A. 1625.

GOMETIUS (Franc.) Hiſpanus, A. 1576. vivere deſiit. Cordubæ Theologiam docuit. Lucubrationes ejus in bibliotheca Cordubenſi aſſervati, *Alegambe, pag.* 124 affirmat.

GOMEZ (Alexius) collegit epigraphen locorum S. Scripturæ ex Baſilio, Salamant. A. 1[illegible]6.

GOMEZ (Aloyſ.) Toletanus, Anno 1627. obiit. In Inſulis Philippinis 30. annis verſatus eſt, & ad ſalutem indigenarum promovendam varia opuſcula ſpiritualia lingua Tagallica confecit. Vid. *Alegambe, pag.* 14.

GOMEZ (Ant.) Hiſp. JCtus, collegit varias reſolutiones. Opera ejus omnia prodierunt Tomis tribus, An. 1661.

GOMEZ (Diego) JCtus, fecit Additiones ad *Ant. Gomezii* comment.

GOMEZ (Mich.) Aragonius, Anno 1622. obiit. Commentarios in univerſam ſummam Theologiæ Thomæ Aquinatis 4. Tomis elaboravit. Vid. *Alegambe, p.* 344.

GOMEZ (Pet.) Luſitanus, A. 1600. octogenarius obiit. Librum de excellentia & ⟨illegible⟩tate martyrii lingua & charactere Japonico exaravit, quo plurimùm Chriſtianos ad agonem animavit. Vid. *Alegambe, pag.* 382.

GOMEZ (Sebaſt.) de Figuereido, Theol. in Pſalmum L. Anno 1598. commentari aggreſſus eſt. Extat etiam ejuſdem Homiliarium Dominicale, Anno 1606. impreſſum.

GONCHI (Gerh.) An. 1612. mortuus eſt, relicto lexico eccleſiaſtico. Vid. *Alegambe, pag.* 161.

GONDUS (Matth.) med. Anno 1613. claruit. Vid. *Bumaldus, pag.* 164.

GONETUS (Joh. Bapt.) ſtruxit clypeum Theologiæ Thomiſticæ quinque voluminibus, Pariſ. An. 1670.

GONNEMIUS (Scipio) Cyprius, JCtus Patavinus, h. t. claret.

de GONNY (Remig.) ſcr. de charitativo ſubſidio. Extat *T.* 15. *Tract. tract.*

GONONUS (Bened.) edidit Scholam S. Patrum, An. 1645.

GONSALES (Gaſp.) vel Conſalvus, Luſitanus, An. 1590. obiit. Habuit orationem Romæ, cum Japoniorum legati publicè eſſent excepti.

GONTERIUS (Joh.) Taurinenſis, Anno 1616. obiit. De præſentia Dei, Colon. An. 1621. ſcribere cœpit. Vid. *Alegambe, pag.* 245.

GONTIER (Pet.) reliquit exercitationes Hygiaſticas, An. 1668.

GONZADINUS (Ludov.) JCtus, Bonon. Anno 1536. obiit. Vid. GOZADINUS.

GONZAGA (Franc.) ſcr. de origine Franciſcanæ religionis, Romæ, A. 1587. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag.* 119.

GONZAGA (Aloyſ.) Mantuani principis filius, natus eſt An. 1568: obiit Anno 1591. Vitam ejus exaravit Virgilius Cepatius. Vid. *Alegambe, pag.* 15.

GONZALEZ (Franc.) Hiſp. Anno 1640. claruit. Edidit Logicam tripartitam, id eſt, vocalem, realem & rationalem, Romæ, Anno 1639. teſte *Alegambe, pag.* 124.

GONZALEZ (Hieron.) tractavit de reſervatione menſium, A. 1615. fol.

GONZALEZ (Joſeph. Ant.) in *Petronii* Satiricon commentatus eſt. Prodiit etiam ejus diſſertatio de duplici viventium terra, Leydæ, An. 1650.

GONZALEZ (Marcus) Hiſp. Anno 1628. obiit. Reliquit artem formandi characteres ſeu ſcribendi in æs inciſam. Vid. *Alegambe, pag.* 323.

GONZALEZ (Seb.) Luſitanus, An. 1619. vivere deſiit. Struxit 3. Tomos de rebus à Societate JESU in India orientali præclaré geſtis. Vid. *Alegambe, pag. 419.*

GOOD (Guil.) Glaſconienſis, Anglus, An. 1586. vita exceſſit. Extant ejus eccleſiæ Anglicanæ trophæa. Vid. *Alegambe, pag. 169.*

GOPILUS (Jac.) Picto, inter viros doctos refertur à *Sammarth. pag. 45.*

GORACEUS (Franc.) compoſuit Inſtitutiones vitæ ſpiritualis, An. 1585.

GORCOMIUS (Henr.) Batavus, A. 1460. claruit. Confecit Tract. de ceremoniis eccleſiaſticis. Vid. *Sweertius, pag. 328. Olearius in Abaco, pag. 202.*

GORCOMIUS (Joh.) Silvæducenſ. Anno 1618. obiit. Fecit epitomen ex Eſthii & Cornelii à Lap. commentariis in epiſtolas S. Pauli.

GORCONIUS, Rhetor, Buteonis auditor fuit & ſcholæ poſteà ſucceſſor, vocis obtuſæ, ſed pugnaciſſimæ, cui Baro ſcurra rem venuſtiſſimam dixit: Centum raucorum vocem habes. Hæc *Seneca, rhetor, Controv. 7. ſub finem.*

GORCTIUS (Joh.) Pariſienſis, Chymicos Paracelſiſtas & in ſpecie *Joh. Wierum* ſcripto oppugnavit. Vid. *Placcius, pag. 41.*

GORDANUS (Bernh.) ſcr. de Interdicto Pauli V. Pontificis.

GORDIANUS, Senior, Imp. teſte *Julio Capitolino*, Antoniadem, i. e. Antonini Pii & Marci Antonini vitam, bella & geſta 30. libris, verſibus diſertiſſimis, complexus eſt. Compoſuit & laudes ſoluta oratione omnium Antoninorum, qui ante eum fuerunt.

GORDIANUS, vixit tempore Juſtiniani Imp. & vitam S. Placidi exaravit.

de GORDONIO (Bernh.) per 20. annos in Academia Montiſpeſſulana medicinam profeſſus eſt. Liber ejus, qui *Lilium Medicinæ* inſcribitur, Anno 1498. prodiit. Extat & ejus Tr. de conſervatione vitæ humanæ.

GORDONUS (Jac.) Leſmoræus, Anno 1641. obiit. Condidit chronicon ab O. C. uſque ad Chriſtum: item, Theologiam moralem: ut & comment. in utrumque Teſtamentum.

GORE (Thom.) edidit catalogum eorum, qui de Heraldica ſcripſerunt, Oxonii, An. 1674. in 4.

GORECIUS (Leonh.) contexuit hiſtoriam de Walachia, A. 1578. Vid. *Starovolſc. pag. 65.*

GORGEU (Mich.) de perfectione Chriſtiani, Pariſ. Anno 1651. commentari cœpit.

GORGIAS, Γοργίας, Athenienſis, librum de ſcortis Atticis, teſte *Athenæo*, elaboravit.

GORGIAS, Leontinus, Sophiſta, Empedoclis Philoſophi diſcipulus, Olymp. LXXXIX. claruit. Cenſorinus ei 108. annos vitæ tribuit. *Diodorus Siculus l. 12.* inventionem artis Rhetoricæ ipſi aſſignat. *Philoſtratus in vitis Sophiſt. pag. 533.* author eſt, Gorgiam primum in theatrum progreſſum dixiſſe: προβάλλετε, i. e. proponite: quo verbo auſus eſt depoſcere, de quo quiſq; audire vellet. Habuit orationem Olympicam, cujus *Ariſtoteles* meminit, *Rhet. 3, 14.* item, Pythiam ob quam aurea ei ſtatua in Pythii templo dedicata eſt. Dies, quibus eæ orationes habitæ, ἱερμή: orationes ipſæ λαμπάδες dictæ ſunt. Ab hoc σχήματα, quæ orationi lumen afferre ſolent, Γόργεια dicta, & γοργιάζειν pro ῥητορεύειν poſitum. Vid. *Voſſius de nat. rhet. p. 62. 70. Langbainius, in Longin. pag. 45.*

GORGON, Γόργων, ſcripſit de ſacrificiis, teſte *Heſychio* in καταρκτιάσης. Confer *eumdem*, in ἐπιπόλαιος.

GORICHEMIUS (Henr.) edidit 2. libros propoſitionum de puella mi[illegible]ri in Francia.

GORIONIDES (à nonnullis *Joſephon* dictus) ſtruxit compendium *Joſephi hiſtorici*. *Sebaſt. Münſterus* Latiné tranſtulit notiſque illuſtravit, An. 1529. *Rabbi David Gans in Zemach pag. 85.* eum cum *Joſepho Græco* perperam confundit. *G. H. Voiſtius, pag. 282.* circa tempora Caroli M. vixiſſe autumat. *Conſtantinus L'Empereur in præfat. Tract. Middoth, ad Lect.* mendaciſſimum Cretenſem & ſuppoſititium ſcriptorem appellat. *Libro 6. c. 1.* (Inquit) ubi Julii victoriam, quam de Gallis reportavit, paucis enarrat, itá ſcribit: ויכנע את גוי פרנקים, *& ſubjugavit populum Francorum.* At quis adeo hoſpes in hiſtoria, ut à vero Joſepho ad Francorum in Galliam adventum ſecula aliquot effluxiſſe, ignorare queat? Idem ille Pſeudogorjonides putidam

tidam inſcitiam mendacio manifeſtiſſimo prodit, cum *l. 3. c. 1.* de Ptolemæo Philadelpho, Ægypti R. ſubjicit: *& eo mortuo regnavit ipſius loco* אימפריטור *Imperius; is eſt Cæſar, qui Romæ, in Ægypto, Hieroſolymis, in Babylonia, Media & Perſide rerum potitus eſt.* Judica, lector, annon hoc ſit egregiè nugari, Ægypti regem, Philadelphi ſucceſſorem, Romæ aliisq; memoratis locis rerum dominum facere, eidemque nomen *Imperium* imponere? Huculque ille. Confer *Caſaubonum in Notis ad Polybium, pag. 100.* item, *Snellium in Diſp. ad Obadiam, pag. 49.*

GORIS (Lamb.) ſcripſit Adverſaria Juris, An. 1651. in 4.

GORLÆUS (Abrah.) Antverp. An. 1609. obiit. Collegit theſaurum numiſmatum & dactyliothecam, &c. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de Sc. R. R pag. 275.*

GORLÆUS (Dav.) Ultraject. edidit exercitationes Philoſophicas, An. 1620. item, Ideam Phyſices. Vid. *Sorellus de Perfect. hominis, pag. 479.*

GORLICIUS (Henr.) reliquit dialogum moralem.

GORMERIUS (Thom.) geſta Henrici II. ſtilo expreſſit, Paris. An. 1584.

GORNICIUS (Lucas) JCtus, Græcè & Latine doctus fuiſſe ſcribitur. Ad Senecæ imitationem, librum de beneficiis conſcripſit, opus pulcerrimum (inquit *Starovolſc. pag. 41.*) & ad veterum ſcriptorum invidiam: ſimiliter libros dialogorum, Aulicum, & rhetoricam Polonicam.

GORRÆUS (Joh.) Pariſienſis Medicus, An. 1577 obiit. Nicandrum latinis verſibus expreſſit. Extant etiam ejus definitiones medicæ, 23. libris comprehenſæ. Vid. *Thuanus l. 64. Sorellus, pag. 583.*

GORRÆUS (Pet.) Bituricenſis, edidit formulas remediorum, quibus medici utuntur.

GORRAM (Nicol.) Anglus, Scholaſticus, Anno 1350. claruit. In libros Sententiarum: item, in varios utriuſque Teſtamenti libros commentatus eſt. Vid. *Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. de S. E. pag. 118. Oldoinus, pag. 326.*

GORRETIUS (Andr.) ſcr. de Providentia divina, A. 1585.

GORSCIUS (Jac.) Maſſovienſis Polonus Anno 1581. obiit. Animadverſiones in Theologos Wirtenbergenſes edidit. Fertur etiam ſcripſiſſe epiſtolarum 30: prælectionum vero Phorcenſium 25. libros. Vid. *Starovolſc. pag. 37. Ghilinus, vol. 2. pag. 107.* Confer *Thuanum, lib. 73.*

GORUS (J. Bapt.) Romanus, Evangelia duobus Tomis illuſtravit, Venet. Anno 1612.

GOSIUS (Martinus) JCtus, Anno 1150. floruit. Vulgò Juris civilis illuminator illuſtriſſimus vocari ſolet. Erat Bulgari antagoniſta. Reliquit Gloſſas.

GOSIUS (Ugolinus) JCtus, Anno 1286. vixit. Vid. *Bumaldus, pag. 227.*

GOSLAVIUS (Adam) ſcriptis pugnavit cum *Keckermanno.* Vide, BEBELNO.

GOSLICIUS (Laur.) Poſnanienſis Antiſtes, A. 1607. ſeptuagenario major obiit. Condidit duos libellos, quorum unus eſt de optimo ſenatore: alter de optimo cive. Habuit etiam orationem pro ſtatu ſacerdotali. Carminibus quoque pangendis operam dedit. Vid. *Starovolſc. pag. 22.*

GOSSELINUS (A.) hiſtoriam Gallorum vett. Cadomi, An. 1636. edi curavit.

GOSSELINUS (Joh.) hiſtoriam imaginum cœleſtium, Pariſ. Anno 1577. elaboravit.

GOSSELINUS (Jul.) An. 1587. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 134.*

GOSSENBROT (Sigiſm.) Anno 1483. Chronicon Auguſtanum eccleſiaſticum confecit.

GOSSONUS (Nicol.) Atrebas, JCtus, A. 1588. vivere deſiit. In 25. priores articulos conſuetudinum Atrebatenſium, teſte *Sweertio,* commentatus eſt.

GOSTINIUS (Andr.) Cracovienſis, editis doctiſſimis & diſertiſſimis literarum præſtantia orationibus innotuit.

GOSTINIUS (Jac.) Theologus, reliquit egregia commentaria in Autorem de cauſis. Vid. *Starovolſc. pag. 57.*

GOSWINUS (Carol.) Brugenſis, Anno 1625. obiit. Notas in Tertullianum elucubravit. Vid. *Alegambe, pag. 68.*

GOTHARDUS (Joh. W.) Collyrium præparavit adv. oculos *Stuckii,* Lucernæ, An. 1641.

GOTHFRIDUS (Ludov.) Inventarium Sueciæ confecit.

GOTHOFREDUS (Dionyſ.) Pariſienſis, JCtus, natus eſt An. 1549: obiit Anno 1622. Primo Genevæ, deinde Argentinæ,

tinæ, tandem Heidelbergæ leges publicé interpretatus eſt. Bello gravi ingruente, Palatinatu excedere coactus eſt. Unde Argentinam rediit, hoſpitio uſus viri clariſſimi, Matth. Berneggeri. In ultima ſenecta memoriam adeò tenacem habuit, ut optimorum autorum quorumvis loca tanquam ex ſcripto expeditiſſimè recitaret. Corpus juris, recenſuit, ac maximo omnium applauſu edidit. Duos filios reliquit, *Theodorum* Hiſtoriographum, & *Jacobum* JCtum in Academia Genuenſi celeberrimum. Vid. *Heming. Witte in JCt. pag. 85.*

GOTHOFREDUS (Ernſt.) ſcr. de Jure Conſiſtoriorum, A. 1631.

GOTHOFREDUS (Haloinus) emiſit ſynopſin Logicæ Ariſtoteleæ & Rameæ, An. 1602.

GOTHOFREDUS (Jacobus) Dionyſii filius, JCtus, natus eſt Anno 1587: obiit An. 1652. In Codicem Theodoſianum ſex voluminibus comentatus eſt. Edidit prætereà *Philoſtorgium*, unà cum aliquot diſſertationibus. Extant ejuſdem Tr. de imperio maris ad legem Rhodiam: de velandis mulieribus: de Pontificatu Max. de præcedentia: de regulis juris antiqui: de ſtatu Paganorum: notæ ad legem Juliam & Papiam: notæ in XII. Tabulas, &c. Vid. *Mariſotus*, *Cent. 2. Epiſt.* & *Hedovill. Tom. 2. Ephem. pag. 72.*

GOTHOFREDUS (Theodorus) Jacobi frater, hiſtoriis innotuit. Vid. *Rigaltius in vita P. Puteani.*

GOTHOFREDUS (Joh. Ludov.) ſcripſit Archontologiam, fol. An. 1649: item, hiſtoriam omnium temporum.

GOTHUS Magnus, res Gothorum literis complexus eſt.

GOTHUS (Franc.) ſtruxit compendium Biblicum, ſingula capita ſingulis 4. jambicis dimetris perſtringens, teſte *Waddingo, pag. 120.*

GOTHUS (Matth.) Elrichenſis, ſyntagma Theologicum An. 1622. compoſuit: Catecheſin etiam Græcis verſibus feliciſſimè expreſſit.

GOTHUTIUS (Aug.) Monelianus Ligur, An. 1605. claruit. Gymnaſium ſpeculativum ex variis Philoſophis & Theologis concinnavit, & in 5. claſſes diſtribuit, quarum 1. Logicorum, 2. Phyſicorum, 3. Metaphyſicorum, 4. Formuliſtarum, 5. Theologorum. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 43.*

GOTMANNUS (Fr.) de cœlibatu miniſtrorum, Toledi, An. 1566. ſcribere aggreſſus eſt.

GOTTIFREDI (Bagarottus) JCtus, An. 1210. floruit. Reliquit Gloſſas in jus civile.

GOTTIFREDUS (Alexand.) effata Peripati Chriſtiani, Anno 1632. evulgavit. Vid. *Alegambe, pag. 12.*

GOTTIFREDUS (Franc.) diligentiſſimus antiquitatis vindex & elegantiarum ſpirans Amalthea, dicitur à *Chimentellio de honore Biſellii, pag. 39.*

GOTVISUS (Donat.) fidem Jeſu & Jeſuitarum, Rupellæ, An. 1589. publicavit.

GOVEANUS (Ant.) Luſitanus, A. 1565. ex immodico peponum uſu obiit. Primum Toloſæ, deinde Divonæ Cadurcorum, poſtea Valentiæ & Grationopoli jus civile profeſſus eſt. *Thuanus l. 38.* [illegible]bit, Goveanum communi doctorum ſuffragio hoc aſſecutum eſſe, ut & [illegible] ætate elegantiſſimus & ſumrus philoſophus & præſtantiſſimus juris interpres [illegible] haberetur. Edidit 2. libros de J[illegible]ione contra *Equinarium Baronem* [illegible]num de jure accreſcendi, &c. Vid. *Schottus in Bibl. Hiſp. pag. 475. Ob[illegible]ius, vol. 2. pag. 189.*

GOUBAU (Fr.) edidit quinque lib[illegible] epiſtolarum Pii V. Pontificis, Antv. A[illegible]o 1640.

à GOUDA (Guilh.) Batav. Silvam Odarum: item, hiſtoriam S. Bavonis e[illegible]aravit. Vid. *Sweertius, pag. 308.*

à GOUDA (Joh.) Ulterjectinus, An. 1620. floruit. Scripſit victoriam Tra[illegible]ubſtantiationis. Vid. *Alegambe, pag.* [illegible]

GOUDINIUS (Ant.) Philoſophiam juxta S. Thomæ doctrinam, 4. Tomis comprehenſam, Paris. Anno 1664. edi curavit.

GOUGE (Guil.) Midleſexienſis, Anno 1653. obiit. Epiſtolam ad Hebræos luculento comment. illuſtravit, fol.

GOULARTIUS (Simon) Silvanecti[illegible]s, A. 1594. claruit. Collegit apophte[illegible]ata ſacra: item, hiſtoricam morum Philoſophiam.

GOULLETTUS (Rob.) de ſex ætatibus mundi commentatus eſſe dicitur.

GOURMELENUS (Steph.) Curioſolita, medi-

medicus, ſex libros chirurgiæ Lutet. A. 1566. edi fecit. Vid. *Linden, pag. 545.*

GOURRÆUS (Jac.) JCtus, ſcripſit in Conſt. 2. C. de reſcindendis vendit. A. 1595.

GOUSSETTUS (Jac.) Bleſenſis, A. 1665. floruit. Inter hebraicè doctos refertur à *Colomeſio in Gall. orient. pag. 244.*

GOUTOULAS (Jac.) univerſam hiſtoriam profanam duobus voluminibus complexus eſt, Pariſ. An. 1653.

GOYEN (Fraim.) vitam S. Gerlaci, Anno 1600 [illegible] literas redegit.

GOYN[illegible]S (Joh. Bapt.) Pyranenſis Iſtrius, ench[illegible]idion medendi, & dialogum, quod Philoſophi & Medici dogmatici JCtos dignitate præcedant, Venetiis, A. 15[illegible]2. edi curavit.

GOZADINUS (Joh.) An. 1501. floruit. Scripſit in primam Infortiati.

GOZADINUS (Lud.) Bonon. JCtus, natus eſt An. 1479: obiit An. 1536. Reliquit vo[illegible]n conſiliorum & alia. Vid. *Gu[illegible] Pan[illegible]irolus in JCt. 2, 161. Bumaldus,* pag. 115.

de G[illegible]DINIS (Scipio Gabionis) Anno 1[illegible]2. claruit. Correxit ſtatuta civilia B[illegible]enſ.

GOZAR (Laur.) Valentinus, medicus, A. 154[illegible]alogum de medicinæ fonte conſ[illegible]ci[illegible]. *Schottus in Bibl. Hiſp. pag. 329.* Para[illegible] ſectatorem facit.

GOZZE[illegible] (Ambroſ.) Raguſinus, catalogum virorum, ex familia Prædicatorum [illegible]ris inſignium, Venet. An. 1605. v[illegible]

GO[illegible] (Nic. Vit.) in ſerm. Averrois de ſub[illegible]antia orbis, Venet. Anno 1580. commen[illegible]tari inſtituit.

GRABBA (J. A.) Erfortenſis medicus, Elapho[illegible]raphiam curioſam, An. 1667. in lu[illegible] emiſit.

GR[illegible] (Matth. Silv.) tabulas monarchiarum regnorumque parallelorum conſ[illegible]t, A. 1672.

G[illegible]US (Joſeph.) contra *Hunnium* de [illegible]na Chriſti, Anno 1587. ſtilo pug[illegible]t.

GRA[illegible]VIUS (Pet.) ſcr. de linguæ Hebr. c[illegible] literarum antiquitate, Anno 16[illegible]4.

GRA[illegible]HANUS (Junius.) Vide, JUNIUS.

GRA[illegible]C[illegible]US (C.) Tib. Gracchi frater, Ora[illegible]r, a *Cicerone in Bruto* valdè commendatur, Grandis erat verbis, ſapiens ſententiis, genere toto gravis. Hoc dicente, populus Rom. præ gaudio videbatur ἐνθουσιᾶν ϗ βακχεύειν, i. e. divino afflari furore & bacchari, *Plutarcho* teſte in *Gracchis*: præ hoc Graccho oratores alii nihil à pueris differre videbantur. Vid. *Voſſ. de nat. rhet. pag. 98.*

GRACCHUS (Tib.) Caii frater, orationes, nondum ſatis ſplendidas verbis, ſed acutas prudentiæq; pleniſſimas habuit. *Plutarchus in Gracchis* ait, eum fuiſſe ſedatum ac mitem, egregium ciendæ miſericodiæ artificem, dictione ſuavem, purum ac exquiſitè elaboratum.

GRADENICUS (Aloyſius) Bibliothecarius S. Marci, vir Græcè & latinè doctiſſimus, hoc tempore claret. *Stephanum Ethnographum* emendare, emendatumq; edere in animo habere fertur. Pſalmum 51. latinis elegis eleganter expreſſit. Extat ea verſio in myrothecio morali *Fr. Macedi*, An. 1675. edito.

de GRADI (Anton.) Mediolanenſ. de febribus commentatus eſt.

de GRADI (Joh. Matth.) magni nominis medicus, Practicam, Venet. An. 1502. typis mandavit.

GRADIUS (Steph.) Raguſinus, habuit orationem de eligendo pontifice, Anno 1667. item, aliam in funere Cæſ. Raſponi, An. 1676.

à GRAEF (Jac.) JCtus, compoſuit ſyntagma Juris publici, An. 1644.

de GRAEF (Regnerus) medicus Delphenſis, ſcripſit de materia & uſu ſucci pancreatici, Anno 1664: item, de virorum & mulierum organis, generationis inſervientibus, ubi demonſtrat, tam homines & reliqua animalia omnia vivipara haud minus, quàm ovipara, ab ovo originem ducere.

GRÆVIUS (Joh.) JCtus, de tortura quædam meditatus eſt, An. 1635.

GRÆVIUS (Joh. Georg.) Notas in *Solœciſtam Luciani*, A. 1668. elucubravit. Habuit etiam orationem in obitum *Joh. de Bruyn*, phyſici & mathematici Trajectini, A. 1675. Ejus doctiſſimæ notæ in Heſiodum, An. 1667. prodierunt.

GRAFF (Elias) Monacenſis Bavarus, An. 1632. ſexagenarius obiit. Emiſit varia opuſcula contra *Georg. Zeemannum*, Theologum Lutheranum. Vid. *Alegambe, pag. 100.*

de GRAFFIIS (Jac.) Capuanus, aureas

caſuum

caſuum conſcientiæ deciſiones duobus Tomis complexus eſt, A. 1593.

GRAFFIUS (Joh.) edidit Theologiam polemicam, Tubingæ, An. 1673.

GRAFUNDERUS (Dav.) condidit Grammaticam Chaldaicam, An. 1666. & calligraphiam Hebraicam, An. 1670. Promiſit etiam ærarium poëticum Græcum.

GRAIAR (Caſp.) Theologiæ in Salamanticenſi Academia Profeſſor, in Michæam commentatus eſt, An. 1570.

GRAKE (Joh.) JCtus, ſcripſit de autoritate privata, An. 1652.

GRAMBSIUS (Joh.) Mœno-Francofurtenſis Theologus, *Dorſchæi* Biblia numerata edi curavit, fol. An. 1675.

GRAMINEA (Dominic.) librum de ſacramento Euchariſtiæ, Col. An. 1575. contexuit.

GRAMINEUS (Theod.) Ruremundanus, exaravit Aquilonem myſticum vel declarationem vaticinii *Jeremiæ: ab aquilone pandetur malum*, An. 1571: item, enarrationem in Johannem de Sacroboſco. Vid. *Swertius, pag. 689.*

GRAMMANUS (N. H.) mellificium Juſtinianeum, An. 1613. congeſſit.

GRAMMATICUS (Thom.) JCtus, Deciſiones Venet. A. 1555. publicavit.

GRAMMAYE (J. Bapt.) Antverp. Annô 1606. claruit. Extant varia ejus opera, ut Africa illuſtrata: hiſtoria Aſiaticarum gentium: Lexicon Mauricum: Tract. de jure Regalium: item, Comœdiæ, Tragœdiæ & orationes. Vid. *Sweertius, pag. 390.*

GRAMMIUS (Cæſo) Chilonium, A. 1665. ſtilo ſuo illuſtravit.

GRAMMONDUS (Gabr. Barth.) præſes Parlamenti Tholoſani, An. 1672. obiit. Texuit hiſtoriam rerum Gallicarum, ab A. 1610. uſque ad An. 1629. *Chr. Funccius T. 1. Orb. Imper pag. 443.* lectio Gramondi (inquit) eſt confuſa & contorta & affectatæ brevitatis. Æmulatus quippe dictionem eſt *Corn. Taciti*. In eo tamen *Thuano* par: quòd intrepidè dicat, quid ſentiat, non diſſimulans graviſſima aulæ & magnatum peccata, indeque idem, quod Thuanus, fatum expertus. Simul enim ac prima pars hiſtoriæ prodiit, multorum incurrit odia: ita ut vix Tholoſæ tuto vivere potuerit. Quare non prodiit tenus hac, niſi pars prima: ſi altera ſuccederet, opus eſſet incomparabile, vel non niſi cum ipſa anti[illegible]tate comparandum. Arcaniſſima [illegible] reip. Gallicæ autor penetraverat. *Hæ: ille.*

GRAMONTIUS (Scipio) Nummum Regium Gallicè edidit, unde plurima depromi poſſunt, quæ doctrinam politi[illegible] illuſtrent, ſimulq; legentium animo[illegible] pabulo variæ lectionis & gratiſſima diverſarum obſervationum vari[illegible] reficiant. Vid. *Naudeus in B.P. pag* [illegible]

à GRANA (Nicol.) ſcripſit in Porph[illegible] prædicabilia, & Ariſtotelis libr. de [illegible]pretatione, An. 1601.

GRANADUS (Jac.) Gaditanus, An 1622. obiit. In 1. & 2. Thomæ Aqui[illegible] commentatus eſt, Anno 1631. Vid. *A[illegible]be, pag. 198.*

GRANATENSIS (Lud.) Hiſp. ap[illegible]tificios magni nominis Theol[illegible] 1589. obiit. Reliquit Rhetorica[illegible]ſiaſticam, Conciones & Catec[illegible] Scripta ejus in varias linguas converſa ſunt. Vid. *Imperialis in Muſeo* [illegible] *Ghilinus. vol. 1. pag. 150.*

le GRAND (Ant.) à nonnullis [illegible] *epitomator* vocatur. Hiſtoriam [illegible] experimentis elucidatam ſecundum principia philoſophiæ, Lond. A[illegible] elaboravit. Extat ejuſdem Tr. de care[illegible] ſenſus & cogitationis in brutis, Anno 1675.

GRANDAMICUS (Jacobus) emiſit chronologiam Chriſtianam, An[illegible] 1669. item, demonſtrationem de im[illegible]te terræ. Vid. *Heilov. Ephem. Gal. part. 5. pag. 7.*

GRANDIS (Joh. Fr.) ſtruxit [illegible]ti-ones criticas & philoſophicas, Pariſ. A. 1657.

GRANDIS (Nicol.) Pariſ. An. 154[illegible] claruit. Paravit comment. in epiſt. Pauli ad Rom. item, in epiſtolam ad Hebræos. Vid. *Wadding. in S.O. M. pag. 264.*

GRANDISONUS (Joh.) vitam S. Thomæ exaraſſe dicitur.

GRANETUS (Pet.) ſtilum regium Gallie juridicum, An. 1636. ſcripto exp[illegible]

GRANGÆUS (Iſaac) in Pruden[illegible] duos libros adverſ. Symmachum commentatus eſt, Anno 1614. Extant e[illegible]dem notæ in Juvenalem, in quibus tamen m[illegible]ti multa deſiderant. *Caſpar* [illegible] *ad Statii lib. XI. Theb pag. 1300.* ad eam

poëtam

poëtam eventilandum aliis omnino la- certis opus eſſe aff.

GRAN[illegible]ERIUS (Bonavent.) Pariſ. medicus, [illegible] de ratione curandi per ſangui- ni[illegible]ionem, An. 1581. Edidit etiam Th[illegible]phraſtum de ſudoribus & vertigine, An. 1576. Vid. *Thomaſius, de plagio, §. 451. Linden, pag. 105.*

GRA[illegible]GIANUS (Pet.) ſcripſ. de dividuis & indi[illegible]is ſtipulationibus, A. 1585.

GRANI[illegible] (Conſt.) epiſtolas medicinales e[illegible]avit, A. 1650.

GRA[illegible] Flaccus, ſcripſit de Indigitamen[illegible]d Cæſarem. Vid. *Cenſorinus de N[illegible], cap. 3.* Granii Flacci meminit *Fe[illegible]* in voce *Rice* & alibi, ut & *Macrobius* [illegible]*turn. 1, 18.* Citatur etiam ab *Ar- no[illegible] iol. [illegible]. Bertrandus* in *JCt. pag. 259.* eum Gra[illegible]um Flaccum Licinianum vocatum [illegible]at.

GR[illegible]LDUS (Franc. Marius) Italus, e[illegible] librum de partibus ædium: item, poe[illegible]a. *Jovius in Elogiis, numero 62.* h[illegible]em, exacto 50. ætatis anno, cal[illegible]e memorat.

GR[illegible]EUS (Alex.) Cornelii filius, Antver[illegible]rmina modulatus eſt.

G[illegible]US (Corn.) (aliis *Scribonius* [illegible]) Aloſtanus, A. 1558. obiit. Struxit gra[illegible]m de facta pace: carmen d[illegible] n[illegible]e Chriſti: ſacra Bucolica, libr[illegible] Vid. *Tom. 2. Delit. Belg pag. 277* [illegible]*rtius, pag. 195. Ghilinus, vol. 2. pag.* [illegible]*3.*

G[illegible]EUS (Cypr. Corn.) Aloſtanus, [illegible] carminibus pangendis ſeſe ex[illegible] Vitam S. Guilhelmi ſtilo expreſſi[illegible] Vid. *Sweertius, pag. 200.*

G[illegible]ASE[illegible]IUS (Georg.) Argentinenſis, [illegible] labrica humani corporis, Anno 1[illegible] Habuit etiam orationem de dicto i[illegible]ri, Medicè vivere eſt peſſimè vi[illegible]e Vid. *Linden, pag. 207.*

[illegible]ASERI[illegible] (Corn.) Francus, natus eſt [illegible] 1[illegible]57: obiit An. 1613. Thorunii [illegible]æ ſimul atque gymnaſio præfuit. [illegible]it comment. in Danielem nec [illegible] Apocalypſin Johannis. Ajunt, [illegible]a[illegible] *R. Joſeph Albo librum Iccarim* [illegible] d[illegible]mentorum ex Hebr. latinè [illegible]e.

[illegible]US (Joh. Jac.) Baſileenſis, An. [illegible] claruit. Edidit Itinerarium hiſto[illegible] politicum: item, poëmata. Vid. *Joh. Pet. Lotichius, p. 3. Bibl. Poët. pag. 205. Zeill. part. 3. de hiſt. pag. 98.*

GRASSETTUS (Hippol.) JCtus, anatomen necis proditoriæ, Anno 1660. fol. publicavit.

de GRASSIS (Ach.) Cardin. & JCtus, An. 1487. collegit deciſiones Rotæ Romanæ.

de GRASSIS (Ach.) (alius à priore) erat epiſcopus montis Faliſci. Vid. *Bumaldus, pag. 5.*

de GRASSIS (Annibal) Bononienſ. JCtus, An. 1553. claruit. Compoſuit librum de juriſdictione eccleſiaſtica epiſcoporum: & alium de ſummi pontificis temporali poteſtate.

de GRASSIS (Anton.) JCtus, An. 1472. floruit.

de GRASSIS (Nic.) medicus, An. 1460. vixit.

de GRASSIS (Paduanus) de rep. eccleſiaſtica commentatus eſt.

de GRASSIS (Paris) Bonon. JCtus, Anno 1496. claruit. Vide, CRASSUS.

GRASSIUS (Cæſar) JCtus, An. 1563. floruit. Reliquit deciſiones.

GRASSIUS (Corn.) Antverp. An. 1592. innotuit. Vitas Sanctorum poſt *Zach. Lippeloum* continuavit. Vid. *Sweertius, pag. 86.*

GRASSIUS (Hor.) Ligur ex urbe Savona, ſcripſit ſub nomine *Lotharii Sarſi* libram aſtronomicam & philoſophicam, qua *Galil. Galilei* opiniones de cometis examinantur, Anno 1619. item, rationem ponderum libræ & ſimbellæ, in qua, quid è Lotharii libra, quidque Galilæi Simbellatore, contra libram edito, de cometis ſtatuendum ſit, collatis utriusque rationum momentis proponitur. *Ricciolus* vocat architectonicæ conſultiſſimum ac magni judicii virum. Vid. *Placcius, pag. 253. Alegamb. pag. 189.*

GRASSUS (Carolus) JCtus, Anno 1557. claruit. De exceptionibus egiſſe dicitur.

GRASSUS (Joh.) JCtus, de actionum ceſſione & reſcriptis apoſtolicis commentatus eſt.

GRASSUS (Mich.) edidit Tr. de ſucceſſione tam ex teſtamento, quàm inteſtato, fol.

GRASWINCKELIUS (Theod.) expreſſit *Thomam Kempenſem* de imitatione Chriſti carmine. Scripſit etiam de jure præceden-

cedentiæ: ut & opus de libertate Veneta, in quo tamen omnia è *Mutio* deſumſiſſe creditur. Adde, ſtricturas in cenſuram *Joh. à Felden*, An. 1654. *Claud. Salmaſius l. 1. epiſt. 73.* vocat doctiſſimum ac politiſſimum, imò & πολιτικώτατον: item, ſolida ac vera prudentiæ civilis doctrina penitus tinctum.

GRATAROLUS (Guil.) Bergomenſis, med. Anno 1566. obiit. Scripſit de memoria conſervanda: de prædictione morum: de ſignis motus terræ: de literatorum valetudine: de cauſis & ſignis peſtis: de vini natura: de thermis Rheticis: de aqua ardente: de notis Antichriſti: praxin medicam. Vid. *Donatus Calvus, pag. 309.*

de GRATIADEIS (Jul. Boncamb.) JCtus, An. 1290. floruit. Compoſuit quæſtiones juris.

GRATIANUS, Cluſinus, monachus Benedictinus, An. 1145. claruit. Decreta pontificum in unum opus redegit ac juxta materiarum diverſitatem digeſſit. Hoc opus authoritate Gregorii XIII. Anno 1580. à mendis purgatum & ſuæ integritati reſtitutum eſt. In *epitaphio* audit JurisCæſarei & Pontificii enucleator propè divinus. Vid. *Panzirolus in JCt. 3, 2. Delrio ap. Mareſium T. 2. Syllog. pag. 352. Calixtus in Epit. Theol. pag. 94. Quenſtad. pag. 324. Thomaſius de plagio, §. 452.*

GRATIANUS (Ant. Maria) à Burgo, epiſcopus Amerinus, condidit quinque libros de bello Cyprio: item, vitam Joh. Franc. Commendoni, Card. Anno 1669.

GRATIANUS (Thomas) An. 1627. obiit. Struxit anaſtaſin Auguſtinianam, in qua ſcriptores ord. eremitarum S. Auguſtini enarrantur, teſte *Sweertio*.

GRATIANUS (Steph.) JCtus, diſceptationes forenſes quinq; Tomis complexus eſt, An. 1619. fol.

GRATIOLUS (Andr.) Tuſculanus, Anno 1542. vixit. *Euſtratii* comment. in 2. lib. poſt. Analyticorum Ariſtotelis latinè tranſtulit.

GRATIUS, Cynegeticorũ ſcriptor, Ovidii tempore vixit, quemadmodũ ex ultima elegia Ponticorum patet: *Aptaq; venanti Gratius arma dedit.* Hunc primus *Actius Sannazarius* è Gallis ſecum attulit & typis mandavit. Notis doctiſſimis eum illuſtravit *Jan. Ulitius*, An. 1645. Vid. *Glandorpius in O.R. pag. 388.*

GRATIUS (Ortw.) Anno 1542. [illegible] Reliquit faſciculum rerum expetendarum & fugiendarum, teſte *Sweertio*.

GRATUS (Hieron.) JCtus, Anno 1526. claruit. Edidit duo volumina conſiliorum.

GRATUS (Jac.) JCtus, An. 1560. [illegible] Collegit deciſiones.

GRAVASSETIUS (Mich.) Nove[illegible]enſis, med. & philoſophus Patavinus, vulgavit 2. libros de natura cauterii [illegible] præludia anatomica, Venet. Anno 1584.

GRAVATIUS (Nic. Ant.) JCtus, [illegible] conſilia matrimonialia. *Hieronym[illegible] Magius l. 4. miſc. c. 3.* vocat docti[illegible] Juriſconſultum.

GRAVINA (Ant.) Neapolitanus, [illegible] catholicas deſcriptiones contra hæreticos, Neapol. An. 1625. Fecit [illegible] carmina, quæ leguntur *T. 1. D[illegible] pag. 1223.*

GRAVINA (Petrus) Siculus, *Jo[illegible] Pontano & Actio Sannazario* familiaris [illegible] Obiit 74. ætatis anno. Ca[illegible] occurrunt *T. 1. Delit. Ital. pag* [illegible] Videatur *Jovius in Elog. num. 70.*

GRAVIUS (Abraham) hiſtoriam [illegible] phicam, Anno 1673. imprimi f[illegible]

GRAVIUS (Gerh.) edidit tab[illegible] calypticas, An. 1647. fol.

GRAVIUS (Gualt.) Gravienſis [illegible] 1534. obiit. Scripſit de ritibus, [illegible] ca baptizatos & confitentes ob[illegible] Vid. *Sweertius, pag. 296.*

GRAVIUS (Henr.) Lovani[illegible] 1591. deceſſit. Librum Auguſtini [illegible] hæreſes notis illuſtravit. V[illegible] 100. *Sweertius, pag. 329. V[illegible] in Academ. Lovan. pag. 279.*

GRAVIUS (Henr.) cognomine V[illegible] nus, patria Gravienſis, An. 1552. vivis exceſſit. In epiſtolas S. Hieron[illegible] mentatus eſt. Vid. *Sweertius, pag 3*[illegible]

GRAVIUS (Joh.) mathematicus [illegible] nienſis, Anno 1650. floruit. Edi[illegible] menta linguæ Perſicæ, Anno 164[illegible] dini: Tractatum de epochis cel[illegible] bus Cataiorum, Syro-Græcorum, Arabum, Perſarum & Choraſmiorum [illegible] 1659. item, Tabulas geographicas, A[illegible] 1652, &c.

GRA-

GRAVIUS (Idzardus) An. 1514. floruit. Con[illegible]idit chronicon Friſiæ.

GR[illegible]NT (Joh.) civis Londinenſis, An. 16[illegible]2. mortalitatis ſchedas collegit & ex iis varias & curioſas obſervationes conf[illegible] Vid. *T. 2. Ephemer. Hedovill. pag. 325.*

GRAWERUS (Albertus) inſignis Theologus, Anno 1617. obiit. Reliquit quæſtiones illuſtres: tractatum de ſatisfactione comment. in Micham: lectiones in Auguſtanam Confeſſionem, &c. Vid. *A[illegible]rianus Beier in Rect. Jenenſ. pag. 484. [illegible]elius in Templo honor. pag. 39.*

GRA[illegible]R (Gaſp.) in Michæam, An. 1570. commentari aggreſſus eſt.

GREAUES (Joh.) Profeſſor Oxonienſis, ſcr[illegible]t de pyramidibus Ægyptiorum, teſte *Borrichio.*

GR[illegible]NERUS (Paul.) Cant. Salomonis [illegible]enos Jeremiæ elegiaco carmine [illegible]t. Condidit etiam odam de conju[illegible]ne fidelium cum Chriſto, Anno [illegible]

G[illegible]TZ (Elias) tractavit de gratiæ di[illegible]vel ſalis negatione, A. 1666. Exta[illegible]m Tr. de Chriſto ἀναμαρτήτῳ.

G[illegible] Mart.) JCtus, A. 1320. floruit. [illegible] quæſtiones.

GR[illegible]MUS (Rich.) collegit conſilia T[illegible]a CCC.

GRE[illegible]L, in Ezechielem quatuor vo[illegible] commentatus eſt.

G[illegible] (G.) ſcripſit de ruſticatione, [illegible]

G[illegible]ERUS (Georg.) Anno 1652. *hiſt*[illegible] 12. regum è familia Stuartorum p[illegible]avit.

GR[illegible]E[illegible]IUS, Γρηγέντιος, Tephrenſis epiſcop[illegible], juxta *Bignæum* ſeculo V. flo[illegible] *Alii* malunt eum poſt tempora J[illegible] Imp. vixiſſe. Nam quæ in fine d[illegible] de converſione Judæorum ha[illegible]dentur contigiſſe poſt debella[illegible]unam, Homeritarum Regem [illegible]os in ea regione reges Chri[illegible]ope Elesboam, Regis Æthiopum, qu[illegible]idiſſe tempore Imp. Juſtini, p[illegible]*ocopii lib. 1. de bello Perſico.* Exta[illegible]iſputatio cum Herbano Judæo, [illegible] *Nicol. Gulonio. Caſp. Barthius in* [illegible] *1348.* non Gregentium, ſed [illegible] autorem ejus libri exiſtimat. *S*[illegible] *in Excerptis pag. 230.* Gregentius (inquit) ſcriptus eſt à Græculo quodam ante 200. annos, & ille erat valdè imperitus. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 181.*

GREGORAS (Nicephorus) Γρηγορᾶς, hiſtoriam CXLV. annorum confecit, incipiens à Theodoro Laſcare & deſinens in Andronico Palæologo, qui obiit Anno 1341. De hoc ita *Lipſius ad Polit. 1, 9.* Judicia ejus crebra & plerumque recta. cauſæ eventuum curioſè poſitæ: pietas inculcata, & multa oportunè ad primam illam cauſam relegata, i. e. Deum. Sanè providentiam & fatum non alius ſcriptor aſſeruit magis, &c. *Caſp. Barthius ad Claud.* vocat omnium ſequiorum Græcitatis ſcriptorum cordatiſſimum. Reliquit etiam technologiam Grammaticam & duas orationes. Vid. *Phil. Labbe Tom. 2. diſſ. de S. E. pag. 107. Olearius in Abaco, pag. 321, Hanckius in Byzant. Scr. pag. 579.*

GREGORIUS, Ariminenſis. Vide, ARIMINENSIS.

GREGORIUS, Bæticus, ſcr. de Trinitate, teſte *Oleario in Abaco, pag. 182.* Vide, BÆTICUS.

GREGORIUS, Cyprius, exaravit encomium maris.

GREGORIUS, Juriſconſultus, ſub Valente & Gratiano Impp. floruit & codicis Gregoriani compilator fuiſſe creditur. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 1, 66.*

GREGORIUS I. cognomine Magnus, primò urbis Romæ præfectus fuit: deinde monachus factus: tandem epiſcopus Romanus creatus eſt. Obiit Anno 604. Reliquit duodecim libros epiſtolarum: moralem expoſitionem in Jobum, & dialogos. Dialogos poſt ſeſquiſeculum *Zacharias*, itidem Romanus epiſcopus, Græcè tranſtulit. *Sigebertus* refert, Romanos in animo habuiſſe omnia ejus opera comburere, niſi Petrus, diaconus ejus, jurejurando confirmaſſet, ſe vidiſſe Spiritum S. quaſi columbam ſuper caput Gregorii tractantis ſedentem roſtrumque ſuum ori illius inferentem. *Antoninus Florentinus, part. 4. ſummæ, tit. 11. c. 4.* refert, Gregorium omnes libros, quos habere potuit, *Titi Livii* comburi feciſſe, quia ibi multa de ſuperſtitionibus idolorum narrantur. De ſtilo ipſius ita *Eraſmus in Ciceron. pag. 153.* Gregorium Rom. ejus nominis primum agnoſco virum pium, ea loquen-

quentem, quæ ſentit. Et hic propius accedit ad Marc. Tullium, quàm Ambroſius: ſed fluit lutulentus, & Iſocraticæ ſtructuræ quaſi ſervit oratio, quod eſt à Cicerone alienum. Sic enim puer in ſcholis aſſueverat. Vid. *Phil. Labbe T. 1. diſſ. de S. E. pag. 389. Rivet. T. 2. Oper. pag. 1151. Olearius in Abaco, pag. 186.*

GREGORIUS, Γρηγόριος, Nazianzenus, cognomine Θεολόγος, ſub Theodoſio Imp. Anno 390. floruit. Reliquit orationes, epiſtolas & carmina. Fertur in eccleſia tantum autoritatis pondus obtinuiſſe, ut, quicunque teſtimonio ejus refragaretur, ſtatim vel hæreticus vel hæreſeos ſuſpicione notaretur. Vid. *Phil. Labbe T. 1. Diſſ. de S. E. pag. 358. Rivetus T. 2. oper. pag. 1119. Olearius, pag. 182.* Confer *Suidam*, in Γρηγόριος.

GREGORIUS, Neocæſarienſis epiſcopus, cognomine Θαυματουργός, A. 265. obiit, teſte *S. Hieronymo in c. 4. Eccleſ.* In Eccleſiaſten metaphraſin concinnavit. Hanc metaphraſin alii Gregorio Nazianzeno perperam adſcribere ſolent. Vid. *Phil. Labbe in diſſert. de S. E. Tom. 1. pag. 371. Olearius, pag. 184. Rivet. T. 2. pag. 1098.* Confer *Suidam.*

GREGORIUS, Nyſſenus, S. Baſilii frater, à Græcis honoris cauſa *Pater patrum* dictus, An. 380. floruit. Scripſit in Hexaëmeron librum unum. *Sixtus Senenſis* autor eſt, ejus commentarios in Pſalmos in Vaticana Bibliotheca aſſervari. Vid. *Labbe l. c. pag. 377. Rivetus T. 2. pag. 1120. Olearius, pag. 185.* Item, *Suidas.*

GREGORIUS, Proto-Syncellus. Vide, PROTOSYNCELLUS.

GREGORIUS, Turonenſis, Anno 596. obiit. Decem libris, quibus poſteà *Fredegarius* undecimum adjecit, hiſtoriam Francorum perſecutus eſt. Edidit etiam octo libros de miraculis Sanctorum. *Sigebertus* ait, virum fuiſſe magnæ ut nobilitatis, ita & ſimplicitatis. Et ſanè judicium in eo non fruſtrà requiras, dum alba linea omnia miracula ſignat, quæ in apocryphis legerat vel ab aliis acceperat. De eo ita *Hilduinus in epiſt. ad Ludovicum Imperatorem*: Parcendum eſt ſimplicitati viri religioſi Gregorii, Turonenſis epiſcopi: qui multo aliter, quàm ſe veritas habet, æſtimans, non calliditatis aſtu, ſed benignitatis & [illegible]plicitatis voto literis commen[illegible] Vid. *Labbe l. c. pag. 398. Rivetus T.* [illegible] *1151. Olearius, pag. 189.*

GREGORIUS, II. Rom. epiſcopus, A. 731. obiit. Hic Bonifacium ad præd[illegible] evangelium in Germaniam deſtina[illegible] Exaravit epiſtolas ad Bonifacium, Carolum Martellum & alios. V. *Olearius, p. 187.*

GREGORIUS III. An. 741. obiit. Carolo Martello primus Chriſtianiſſim[illegible] contulit. Excerptum ejus de div[illegible] criminibus eorumque remediis, *Tomo 6. Biblioth. Patr.* habetur. Vid. *Olear*[illegible] *pag. 188.*

GREGORIUS VII. aliàs *Hildebr*[illegible]ctus, An. 1085. obiit. Primus [illegible] pontificium condidit. Extant ej[illegible] ſtolæ. Vid. *Olearius, pag. 188.*

GREGORIUS XIII. natus eſt A[illegible] obiit A. 1585. Gratiani decret[illegible] dis purgavit & ſeptimum libr[illegible] nibus addidit. Calendarium [illegible] rexit. Vid. *Panzirolus in JCt. 2.* [illegible]

GREGORIUS, Syrus, ſcri[illegible] ſcholia in omnes utriuſque [illegible] libros valdè ſuccincta, & in q[illegible] magis culpes, quàm nimiam b[illegible] Habet tamen ſpariim (præ[illegible] Pſalm.) multa bona & utilia. q[illegible] minoris momenti ſecreta [illegible] Dn. *Dudlejus Loftus.* Eſt liber [illegible] in quarto, titulumque gerit [illegible] i. e. horreum ſecretorum, [illegible] ante 300. circiter annos. Hæ[illegible] *Boot* in *Indice autorum*, anima[illegible]bus ſacris præmiſſo.

GREGORIUS Gregorii. Vi[illegible] [illegible]ANCUS.

GREGORIUS (Jacobus) S[illegible] [illegible]pſit de vera circuli & hyperbolæ [illegible]dratura, Patavii, Anno 1667: [illegible] partem univerſalem Geometriæ [illegible] q[illegible] curvarum tranſmutationi & [illegible]ura inſervientem, An. 1668.

GREGORIUS (Joh.) Buckingha[illegible] An. 1650. claruit. Exaravit notas [illegible] quot S. Scripturæ loca.

GREGORIUS (Joh. Gratianus) [illegible] exegeſin in evangelia an[illegible]ua, [illegible] An. 1638.

GREGORIUS (Martin.) medi[illegible] Pariſienſis, aliquot Galeni librorum tranſlationes ad fidem Græc. exem[illegible] correxit. Vid. *Simlerus.*

GREGORIUS (Mauricius) in 4. libros Se[illegible]tentiarum commentatus eſt, Anno 16[illegible]ſ. fol.

GR[illegible]ORIUS (Petr.) Tholoſanus, JCtus, A[illegible]o 158ſ. obiit. Condidit Politic[illegible]m, Syntaxin artis mirabilis, & alia. *G[illegible]r. Naudæus in Bibliogr. pol pag. 63.* Copioſior extitit (*Nic. Bieſio*) Gregorius Th[illegible]loſanus ac magis ex arte ſcribens, quia Juriſperitus. Deſiderantur tamen in eo modus, quem ſibi præſcribere non potui[illegible]ruditione vulgari luxurians: & ma[illegible]eſtas, cui non magis indulſit quàm jud[illegible], dum omnia ingerit & pauca digerit. Cæterum valde utilis eſt & diverſa in ſe continet, propter quæ theſauri inſtar haberi poſſit, ubi meliorum autorum gemmas & precioſam variæ d[illegible]rinæ ſupellectilem poſſis invenire. V[illegible], THOLOSANUS.

de S. [illegible]REGORIO (Jacobinus) ſtruxit 4. ma[illegible]s Juris civilis Tract. A. 157ſ.

de S. G[illegible]EGORIO (Petrus) JCtus, de c[illegible]eſſ[illegible]ne feudi, An. 1600. commen[illegible].

à S. [illegible]RIO (Steph.) JCtus, ſcr. de [illegible] Juris & juſtitiæ partibus, Ferra[illegible] A[illegible]o. 16ſ2.

G[illegible] ([illegible]enr.) hiſtoriam comitiorum [illegible]it, An. 1614.

GREI[illegible]TTUS (Anton.) Apocalypſin commentario illuſtravit, Lond. A. 167ſ.

GR[illegible] (Franc. Oſw.) ſtruxit integram [illegible]m arborem hominis, Anno 16[illegible].

GR[illegible] (Lud.) methodicam codicis *Ju[illegible]*ei tractationem, An. 1593. edi cu[illegible].

GR[illegible]RIUS (Dominicus) vel Grenier, Ap[illegible]amienſis, A.C. 1326. claruit. Poſtillas [illegible]per Pentateuchum & ſuper omnes li[illegible] hiſtoriales Biblicos feciſſe fertur. V[illegible] *[illegible]learius in Abaco, pag. 140.*

[illegible]IUS (Stanisl.) Polonus, An. 1572. [illegible] Frat 3. linguarum, Lat. Græcæ & [illegible]cæ peritiſſimus, vita & moribus p[illegible]phus. Scripſit de multiplici Si[illegible]lento hebraico: item, de menſ[illegible]raicis tam aridorum quàm liquid[illegible]. Vid *Starovolſc. pag 84.*

GR[illegible]RUS (Jac.) Marckdorfenſis A[illegible]anus, An. 162ſ. obiit. Ingolſtadii 26 [illegible]is docuit, uno anno linguam G[illegible]cam, tribus philoſophiam, reliquis Theologiam profeſſus. Compoſuit tres libros variarum rerum: Tr. de Cruce: notas notarum *Caſauboni* in epiſtolam *Nyſſeni ad Euſtath* notas in Codinum Curopalatem. Ex Græcis multos latinè tranſtulit, ut Joh. Cantacuzenum, Simocattam, Phranzem, Cabaſilam, Cyrillum in prophetas minores, &c. Si *G. Stengelio* credendum, ſeſquicentum libros exaravit. Maledicentia omnes fere ordinis ſui ſocios ſuperavit. Vid. *Calixtus* de *Comm. ſub una, ſ. 172. Alegambe, pag. 199.*

de GREVE (Pet.) JCtus, habuit diſſertationes ad inſtitutionum loca difficiliora, An. 1663.

GREVE (Phil.) Cancellarius Pariſienſis, in Pſalm. 133. ſermones compoſuit, impreſſos Brixiæ, An. 1600.

GREVEN (Bernh.) concluſiones juris practicas, A. 1611. fol. emiſit.

GREVINCHOVIUS (Nic.) apologiam condidit. item, tract. adverſus *Ameſium*, Anno 161ſ.

GREVINUS (Jac.) Claromontanus, poëta & medicus, Anno 1570. obiit. Teſte *Thuano*, Nicandrum Gallicis verſibus tranſtulit: commentarium etiam de venenis Gallicè confecit, quem *Hier. Martius*, medicus Auguſtanus, latinè tranſtulit.

GREVIUS (Joh.) ſtruxit Tr. de tortura, An. 1623.

GREUSSERUS (Joh.) Rotenburgo Tuberanus, reliquit paſſionale, Norimb. editum, An. 149ſ. teſte *Reiſero*.

GREW (Neh.) Anglus, ſcr. anatomiam vegetabilium, An. 1671.

GREYDANUS (Joh.) Inſtitutiones metaphyſicas & phyſicas, An. 1672. item, Logicam novantiquam, An. 16ſ9. typis exſcribi curavit.

GRIALIUS (Joh.) Hiſpanus, notis Iſidorum illuſtravit *Caſpar Barthius in Guil. Britonem pag. 344.* notas illas minimè ambitioſas, tamen eruditiſſimas appellat.

GRIBALDUS (Matth.) methodum & rationem ſtudendi, in jure tribus libris complexus eſt, Anno 1ſſ6. Commentatus etiam eſt in Pandectas. Condidit præterea hiſtoriam de Franc. Spiera.

GRIENBERGERUS (Chr.) Oeno Halenſis, *Clavii* diſcipulus, An. 1636. obiit. Exaravit libellum de ſpeculo uſtorio: item,

item, duo opuſcula rerum mathematicarum. Vid. *Alegambe, pag. 75.*

GRIENERIUS (Laur.) rhetoricam compoſuit. Teſtis, *Reiſerus.*

à GRIESHEIM (Joh. Chr.) JCtus, delineationem jurisprudentiæ Romano-Germanicæ, A. 1620. edi curavit.

GRIFALIUS (Jac.) adornavit notas in artem poëticam Horatii, Florent. Anno 1550.

GRIFFUS (Laur.) condidit carmen in conflictum Bracciani, teſte *Gr. Leto in Ital. regn. pag. 179.*

GRIGUETUS (Bened.) Divionenſis, edidit elogia virorum illuſtrium, Anno 1645.

GRILLANDUS (Paul.) JCtus, ſcripſit de ſortilegiis & lamiis, An. 1592: item, de tortura.

GRILLENZONIUS (Raphaël) reliquit varia opera ſpiritualia. Vixit Anno 1619.

GRILLOTIUS (Joh.) Burgundus, res Lugduni geſtas, ab Auguſto A. 1628. uſq; ad Octobr. 1629. deſcripſiſſe fertur.

GRILLUS (Ang.) An. 1619. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 12.*

GRILLUS (Joh.) JCtus, condidit ſingularia.

GRIMALDUS (Joſephus Maria) Anno 1640. floruit. Tractavit de lumine, coloribus & iride, Bon. An. 1665.

GRIMALDUS (Laur.) concinnavit colloquia familiaria amicorum in ſolitudine convivantium: nugas juveniles: flores aſtrologicos, &c. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 160.*

GRIMALIUS (Laur.) ſcr. de Senatore.

GRIMANUS (Martinus) Patriarcha Aquilegiæ, in epiſt. ad Rom. & Galatas commentatus eſt, Venet. A. 1542.

GRIMLAICUS, vixit ſeculo circiter IX. Compoſuit regulam ſolitariorum.

GRINDALUS (Edmundus) epiſcopus Cantuarienſis, An. 1583. mortuus eſt in concione, cùm exequiæ Imperatoris Ferdinandi I. haberentur, teſte *Kempio, pag. 162.*

GRIPHON, Flander, Anno 1475. obiit. Græcos & Maronitas, incolas montis Libani, ad fidem Rom. ut ajunt, adduxit. Reliquit itinerarium terræ ſanctæ. Fertur etiam nonnulla ſcripſiſſe Syriacè. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 128.*

GRISAUNTUS (Guilh.) Ang[illegible], A[illegible] 1350. clarus evaſit. De quadratura [illegible]culi commentatus eſt. Cùm ob ſummam naturæ & rerum mathematicarum peritiam magiæ ſuſpicione laboraret, medicinæ ſeſe conſecravit. Filium reliquit, qui pontifex factus & *Urbanus* dictus eſt.

GRISIGNANUS (P.) de Salerno, [illegible] de pulſibus & urinis, An. 1543.

GRITSCH (Joh.) Baſileenſis, ord. Min. Anno 1430. floruit. Condidit quadrageſimale. Vid. *Wadding. pag. 20*[illegible].

GRIVELLUS (Joh.) Burgundus, JCtus, A. 1624. obiit. Edidit deciſiones Senatus Dolani, An. 1619. fol.

de GROBENDONCQ (Car.) exa[illegible] brum de ortu & progreſſu ſpiri[illegible]ticl, An. 1666. Vid. *M. X. Volc*[illegible] *Elog. Prag. pag. 79.*

GROCHOVIUS (Stanisl.) fecit [illegible]na Polonica & latina. Vid. *St*[illegible] *pag. 96.*

GROCICHIUS (Nicol.) edidit p[illegible] dialectica, Pariſ. An. 1564.

GROCINIUS (Guil.) Græcam [illegible] linguam à *Dem. Chalcondyle* [illegible] didicit, domumque rediens [illegible]bus ſuis eaſdem liberaliſſime [illegible]tus eſt. Primus (inquit *Jo*[illegible] *Britanniæ, pag. 91.*) in Ox[illegible]mnaſio frequenti juvenum [illegible]ſu Græcas literas publice pro[illegible]pit. De eo hæc *Eraſmus in Cicer*[illegible] *172.* Guil. Grocinii nihil ex[illegible] unam epiſtolam, elaboratam [illegible] gutam ac benè latinam. M[illegible] nihil ſcribere, quàm nihil [illegible] ho[illegible]mo natura luſcioſus. Ad [illegible] argutiam appoſitus Laco[illegible] ama[illegible]bat & ſermonis proprieta[illegible] diceres Atticum in hoc ſanè genere [illegible] aliud affectavit. Ciceronis copiam [illegible] non potuit, ſiquando illius lege[illegible] ros. Nec ſcripto ſolùm, ſed etiam [illegible]cendo laconizabat. Confer *Cruſium in Germanogræcia, pag. 235.*

GRODECIUS (Joh.) S. Cyril[illegible] o[illegible] bo[illegible]nè vertit, Paris. An. 1640.

GRODICIUS (Stanisl.) Poſnanie[illegible] 1613. obiit. Poſt navatam ph[illegible] operam mercaturæ ſe totum [illegible]nium impendit: inde rurſus ad [illegible] ſeu contulit & inſignis inter pon[illegible]cios Theologus factus eſt. Confes[illegible] g. To[illegible]

g. Tomos concionum pro dominicis & feſtis totius anni. Vid. *Alegambe, pag.423.*

de GROENWEGEN (Simon) ſcripſit de LL. abrogatis in Hollandia, An. 1664.

GROMUS (Joh.Ant.) Bergomas, A.1620. claruit. Condidit Eclogas.

GRONINGUS (Wilh.) JCtus, de teſtamentis commentatus eſt.

GRONOVIUS (Jac.) Joh. Friderici filius. Daventrienſis, hoc tempore claret. Ut veſtigia beati parentis premeret, in omni ſtudiorum genere ſeſe exercuit, peregrinationibusque inſignem rerum notitiam ſibi comparavit. In Italia, Hiſpania, Gallia, Anglia aliquamdiu verſatus, inſigniores bibliothecas paſſim adire, excutere, rariſſimosque manuſcr. autores, præſertim Græcos, cum editis exemplaribus conferre haud intermiſit. Cantabrigiæ J.U. D. renunciatus eſt Piſis In Italia Chimentellio ſurrogatus eſt: ubi literas humaniores, cumprimis hiſtoriam Romanam, publicè docere cœpit. Inde honorifice dimiſſus, in Belgium reverſus eſt. Ante abitum è patria, vivo adhuc patre, *Polybium* Græcè & Latinè & quidem correctiſſimè edi curavit, unà cum notis variorum. Poſt reditum, Anno 1675. obſervata nonnulla ad Dionem Caſſium, ad Arrhianum de expeditione Alexandri Magn. & ad Tacticam Æneæ Gazæi emiſit. Jam in eo eſt, ut Muſeum Alexandrinum, à patre inchoatum, ad prelum adornet. Quòd plura temporis ſucceſſu editurus ſit, eruditi ſperant, & ejus eruditionem mirabuntur poſteri. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag 518.*

GRONOVIUS (Joh. Frid.) JCtus & polyhiſtor celeberrimus, patriam Hamburgum habuit, ubi primam lucem aſpexit Anno 1611. Muſas ſtatim à puero incredibiliter amare cœpit feliciterque excoluit. Juvenis factus Germaniam, Italiam, Galliamque peragravit, nec non clariſſimorum virorum favore & amicitia inclaruit. In Belgium delatus Daventriæ ſedem poſuit: inde in illam Academiam à potentiſſimis Hollandiæ Statibus in *Dan. Heinſii* locum evocatus eſt. Illic egregia ſcripta elucubravit ac edidit, quorum magnam partem *Corn. Aſpaſius*, ſcriptor *Aproſianæ* ſive ſi mavis, Ambroſianæ) *Bibliothecæ, pag. 152. & ſeq.* enumerat. Ex iis unum & alterum recenſere ab inſtituto noſtro haud alienum erit. An. 1637. diatribam in Papinii Silvas edere cœpit. Elapſo biennio tres Obſervationum libros, magno eruditorum plauſu, emittere perrexit. His Anno 1651. monobiblus obſervationum in eccleſiaſticis ſcriptoribus ſucceſſit. Librum etiam elegantiſſimum de Seſtertiis, An. 1656. compoſuit: qui poſteà denuo prodiit cum inſcriptione, de vetere pecunia. Plurimos claſſicos autores quoque recenſuit emendavitque, ut Plautum, Salluſtium, Livium, Senecam, Plinium, Quintilianū, Agellium, &c. plures emaculaturus ſuoque nitori reſtituturus, niſi morte præventus cœptam abumpere telam coactus fuiſſet. Audio, *Herodiano* eum immortuum ſubſtitiſſe in exceſſu Pertinacis. Obiit autem Leydæ, Anno 1672. magno rei literariæ diſpendio. Filios reliquit *Jacobum* & *Theodorum Laurentium*, ſibi prorſus ſimiles, eruditioniſq; & virtutum paternarum hæredes certiſſimos. Vid. *Revius in hiſt. Daventr. l. 6. pag. 712.*

GROOT (Gerh.) natus eſt Anno 1340: obiit Anno 1384. Scripſit de contractibus & uſuris. Vid. *Sweertius, pag. 280.*

GROPPERUS (Joh.) archidiaconus Colonienſis, Anno 1541. claruit. Struxit Enchiridion. De Gropperi inconſtantia, honoribus, &c. *Sleidanus in comm. de ſtatu relig. l. 15. & l. 26. legi poterit.*

GROSGEBAUR (Joh.) edidit ſtaurologiam parabolico-paradigmaticam, An. 1641.

GROSLOTIUS (Hieron.) carmina exaravit, quæ leguntur *T. 1. Delit. Gall. pag. 955.*

GROSS (Chriſt.) compoſuit Hebraicam grammaticam: diſp. de Antichriſto: item, Propheticam curam ægroti Iſraëlis.

GROSSCHÆDELIUS (J. B.) adornavit Proteum Mercurialem geminum, An. 1629.

GROSSEHAIN (G.) tractavit in peculiari ſcripto de converſione Judæorum, An. 1637.

GROSSIUS (Henr.) ordinem directorii eccleſiaſtici, Colon. Anno 1625. publicavit.

GROSSIUS (Jac.) de Antichriſto orientali demonſtrationem inſtituit.

GROSSIUS (Joh. Georg.) Baſileenſis Theologus, Anno 1614. floruit. Edidit Theatrum Biblicum Tomis 2. item, Theologiam popularem, A. 1622.

GROSSIUS (Thom.) Sipontinus, de morbis capitis & thoracis, Ferrariæ, A. 1528. item, de febribus, An. 1627. commentatus eſt.

GROSTEST (Robertus) Lincolnienſis epiſcopus, Anno 1253. obiit. Quidam eum *Teſtam Groſſam*: alii *Rob. Capitonem* vocant. Teſtamenta XII. Patriarcharum, in Angliam allata, latinè vertit, teſte *Matthæo Paris*, ad An. 1242 *pag. 577.* qui ita: Iſtis temporibus epiſcopus Lincolnienſis, Robertus, vir in latino & Græco peritiſſimus, Teſtamenta XII. Patriarcharum de Græco fideli interpretatione tranſtulit in latinum. Quæ per multa tempora incognita ac abſcondita fuerant per invidiam Judæorum, propter prophetias de Salvatore in eis contentas. Sed Græci, omnium ſcriptorum diligentiſſimi inveſtigatores, primi in notitiam illius ſcripti devenientes, illud de Hebræo in Græcum tranſtulerunt, & penes ſe uſque in noſtra tempora reſervarunt. Nec tempore *B. Hieronymi* vel alicujus S. Interpretis ad notitiam Chriſtianorum, machinante antiquorum Judæorum malitia, potuit quomodolibet devenire. Illum igitur glorioſum tractatum ad robur fidei Chriſtianæ & ad majorem Judæorum confuſionem tranſtulit plenè & evidenter epiſcopus memoratus de Græco, verbo ad verbum, in latinum, conjuvante magiſtro *Nicolao Græco*, clerico Abbatis S. Albani. Hæc *Paris*. Confer, quæ diximus in BASINGESTOCKES. Scripſit prætereà Hexaemeron: ſummam Theologiæ: comm. in Apocalypſin, Jobum, Geneſin, Lucam, &c. Suidam etiam latinè vertiſſe dicitur. Tractatus ejus de ceſſatione legalium, Anno 1658. prodiit una cum ipſius vita. *Nonnemo* eum vocat dialecticum argutum, philoſophum ſubtilem, ethicum gravem, aſtronomum curioſum, geometram ſolidum.

GROTIUS (Cornel.) JCtus, natus eſt An. 1544: obiit An. 1610. Edidit comm. ad 4. libros Inſtitutionum juris civilis: item, 2. Tomos obſervationum feudalium. Ajunt, ſexies Academiæ Leydenſis rectoratu, ſine ullius offenſa, functum eſſe. Vid. *Sweertius, pag. 186. Meurſius* in *Ath. Bat. pag. 205.*

GROTIUS (Franc.) Brugenſis, JCt[illegible], libros ᾠκαςῶν contexuit.

GROTIUS (Guilh.) ſcripſit de principiis Juris naturalis.

GROTIUS (Hugo) JCtus, & Philologus celeberrimus, natus eſt An. 1583 obiit Anno 1645. De obitu ejus epiſtola *Quiſtorpii*, quæ habetur in epiſtolis præſtantium virorum, ab *Hartsöckero* editis, legi poterit. Scripſit in omnes Vet. & Nov. Teſtamenti libros: item, in conſultationem Caſſandri. Edidit etiam Tract. de ſatisfactione, contra Socinum. Extant quoq; ejus tres libri de Jure Belli & Pacis: florum ſparſio ad Jus Juſtinianum: libri ſex de veritate Religionis Chr[illegible]: comm. de imperio ſummarum poteſtatum circa ſacra: mare liberum: Tract. de fato: hiſtoria Gothorum, Vandalorum & Longobardorum: notæ in Martianum Capellam: Tragœdia [illegible] poëmata: epiſtolæ, &c. Præter Crellium Photinianum, etiam *Rivetum* [illegible] *num* adverſarios vivus expertus eſt. In religione varius erat, & in [illegible]dam cum Pontificiis, in aliis cum Lutheranis, in nonnullis cum Remonſtra[illegible] & Photinianis faciebat. Meminit ejus honorificè *Joh. Imperialis* in *Muſ*[illegible] *p. 203.* Adde *Sweertium in Ath. B*[illegible] *p. 352. Henningum Witte in Memor*[illegible] *& Philolog. pag. 554.*

à GROTNITZ (Carolus) P[illegible]eranus, ſcripſit obſervationes politicas [illegible] nuperis Galliæ motibus, A. 1649. [illegible] *Placcius in Anonym. pag. 62.*

GROTTUS (Lud.) An. 1585. [illegible] Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 158.*

GRUBE (Herm.) de natura mu[illegible] in curandis tarantulis, An. 1672. item, de arcanis medicorum non arcanis Anno 1676. tractaſſe dicitur.

GRUBINIUS (Oporinus) compoſ. amphotides Scioppianas vel reſponſ. ad ſatiram Menippeam, Pariſ. A. 1620.

GRUCHIUS (Nicol.) Rothomagenſ[illegible] A. 1572. obiit. Erat vir omni litera[illegible] & ſcientiarum genere egregiè inſtr[illegible], & cum *Joach. Perionio* de vera Ar[illegible]telis interpretatione: cum *Carolo Sigonio* verò de præcipuis antiquitatis Rom. controverſiis digladiatus eſt. *Thuanus* *l. 54.*

l. 54. teſtatur, eum primum Ariſtotelem publicè Græcè interpretatum eſſe. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de Scr. R. R. pag. 229.*

GR[illegible]IUS (Nic.) Bruxellenſis, Jani Secundi frater, Anno 1571. obiit. Carmina e[illegible] leguntur *T. 3. Delit. Belg. pag. 535.* Vid. *Sweertius, pag. 580.*

GRÜ[illegible]INGIUS (Phil.) medicus, quinque libros medicinæ practicæ, A. 1672: item, flori[illegible]ium Galeno-Chymicum, Anno 164[illegible] edi curavit.

GRU[illegible]EL (Gerh.) res memorabiles, An. 16[illegible]0. geſtas, ſtilo perſecutus eſt.

GRUNEBERGIUS (Chriſtian.) conſtruxit tirocinium geographicum, Anno 1666.

GRUNEPECK (Joſeph.) compoſ. ſpecu[illegible] naturalis, cœleſtis & propheticæ vi[illegible]s omnium calamitatum, quæ ſupe[illegible]nes ſtatus & nationes Chriſtianæ r[illegible] proximis temporibus futuræ ſunt. Pr[illegible] hoc opus Norimb. A. 1508.

GRU[illegible]WALD (Joh. Caſp.) edidit quinq[illegible]decades dubiorum grammaticorum, [illegible] 1663.

GRU[illegible]GIUS (Wolfg.) ad Inſtit. de t[illegible]tis commentatus eſt.

GRUN[illegible] (Joh.) Philippi Melanchtho[illegible] bellum de anima methodicè dige[illegible] An. 1580.

GRUN[illegible]VIUS (Simon) hiſtoriam Prutenicam [illegible]nnavit.

GRU[illegible]S (Janus) Brabantus, JCtus & Phi[illegible]s celebris, natus eſt An. 1560: obiit Anno 1627. Heidelbergæ literas amœ[illegible]res tractavit, ubi & Bibliothecæ præ[illegible]t, quam libris rariſſimis, Hebraicis, Chaldaicis, Arabicis, Græcis atque Latinis auxit atque locupletavit. Senecam, Salluſtium, Tacitum, & alios innumer[illegible] autores priſtino nitori reſtituit. M[illegible]rum Criticorum ſcripta collegit, & in [illegible] Tomos digeſſit, quibus *Lampadis* [illegible] nomen fecit. Poëtas Germ[illegible], Italos, Gallos, Belgas itidem co[illegible] & ſub *Ranutii Gheri* nomine ti[illegible]*iarum* edidit. Ingens illud opus In[illegible]onum Roman. à *Smetio* inchoat[illegible] feliciter abſolvit & cum orbe lite[illegible]mmunicavit. Carmina ejus in[illegible]ntur *T. 2. Del. Belg. pag. 681.* Cæ[illegible]us ſcripta *Sweertius, pag. 380. Lotichius part. 3. Bibl. poët. pag. 179. Ghilinus, vol. 2. pag. 114. Henning. Witte, in Philoſoph. pag. 212.* enumerant. Confer. GUALTERIUS.

GRUTERUS (Pet.) Zirizæus, medicus, Anno 1609. floruit. Emiſit centuriam epiſtolarum. Vid. *Sweertius, pag. 620.*

GRUTINIUS (Andr.) medicus, Bernh. Paterni & Alex. Maſſariæ diſcipulus, minoris domus in Univerſ. Cracov. collega, ſcripſit doctiſſimum in febribus peſtilentialibus & malignis conſilium. Vid. *Starovolſc. pag. 104.*

GRUVIUS (Matth.) tractavit de una in uno homine anima. A. 1662.

GRUZEWSKI (Joh.) Roxolanus, Anno 1625. claruit. Vulgavit 3. Tomos de unione cum DEO myſtica & diſpoſitionibus ad eam faciendis, teſte *Alegambe, pag. 247.*

GRYLLUS (Laur.) Germanus, compoſuit 2. libros de ſapore dulci & amaro, teſte *Lindenio, pag. 415.*

GRYNÆUS (Simon) natus eſt An. 1493: obiit Anno 1541. Baſileæ philoſophiam cum Theologia profeſſus eſt. Erat Latinè, Græcè & Hebraicè doctiſſimus. Reliquit annotationes in 8. libros Topicorum Ariſtotelis. Vid. *Jac. Verheiden in elog. præſtant. Theol. pag. 61.*

GRYNÆUS (Joh. Jac.) natus eſt Anno 1540: obiit Anno 1617. Heidelbergæ & & Baſileæ Theologi munere functus eſt. Texuit hiſtoriam eccleſiaſticam: & S. Irenæi opera notis illuſtravit. Extant etiam ejus beneficio orthodoxographa Patrum, 2. voluminibus.

GRYPHIANDER (Joh.) JCtus, ſcripſit de Weichbildis Saxonum, An. 1625: item, libros œconomiæ legalis. Vid. *Hadrianus Beier in Rect. Jen. pag. 1013.*

GRYPHIUS (J.) de Mummiis Uratiſlavienſibus ſcribere aggreſſus eſt.

GRYSALDUS (Paulus) deciſiones fidei, Venet. A. 1582. imprimi fecit.

GRYSIGNANUS (Paul.) de pulſibus & urinis, A. 1543. commentatus eſt.

GUADAGNOLUS (Phil.) Malleanenſis, ſtruxit apologiam pro religione Chriſtiana, in qua reſpondet ad objectiones *Ahmed, Ben Zin Alabedin, Perſæ* Aſpahenſis. Hæc apologia primò latinè prodiit Romæ, Anno 1631: Arabicè verò, An. 1637. Edidit & linguæ Arabicæ inſtitutiones, fol. An. 1642.

GUAGNINUS (Alex.) Veronenſis, Cracoviæ An. 1614. obiit. Primo militiam ſectatus eſt: poſtea Marti valedixit & ad amœniores Muſas ſeſe tranſtulit. Conſcripſit chronicon Polonicum puro & nitido ſermone latino, teſte *Starovolſcio, pag. 102.*

GUAINERIUS (Ant.) Papienſis, celebris medicus, A. 1440. claruit. Varia elucubravit, de quibus *Ghilinus, vol. 2. pag. 25.* conſuli poterit.

GUALANDUS (Adovardus) JCtus, An. 1611. floruit. Scripſit de facultate civili Romæ, An. 1598.

GUALANDUS (Joh. Bernh.) de optimo principe: item, de vero judicio & providentia DEI tractaſſe fertur. Claruit, Anno 1561.

GUALDUS (Galeacius) contexuit hiſtoriam pacis inter Ludovicum XIV. & Philippum IV. An. 1666. item, hiſtoriam de Leopoldo Imperatore, An. 1670. Vid. *Zeillerus, part. 3 pag. 99.*

GUALDUS (Paulus) Vicentinus, A. 1621. deceſſit. Vitam *Joh. Vinc. Pinelli* ſtilo expreſſit.

GUALFREDUCCIUS (Bandinus) Piſtorienſis, An. 1627. obiit. Condidit Sigericum Tragœdiam: item, ſex libros variorum carminum. Videatur *Alegambe, pag. 55.*

GUALLA (Joh.) JCtus, ſtruxit Sanctuarium Papiæ, in quod hiſtoriam omnium Sanctorum Ticinenſium congeſſit, An. 1505.

GUALLENSIS (Joh.) An. 1300. floruit. Scripſit de pœnitentia: item, Arborem vitæ. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 209.*

GUALTERIUS (Joh.) condidit chronicon eccleſiaſtico-politicum, Tomis 4. A. 1614. Genuinus ejus author eſt *Janus Gruterus.* Vid. *Placcius in Pſeudonym. pag. 204.*

GUALTERUS, Brugenſis, Flander, Anno 1307. ex hac vita migravit, relicto commentario in libros Sententiarum. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 148.*

GUALTERUS (Corn.) Gandavenſis, *Hegeſippum* cum notis edidit.

GUALTERUS (Georg.) collegit Inſcriptiones antiquas, Meſſanæ, An. 1624.

GUALTERUS (Marcus) temeritatem recalcitrantem, An. 1616. luci publicæ exponi fecit.

GUALTERUS (Philipp.) Caſtellionius, geſta Alexandri M. decem libris exprimere conatus eſt, & quidem carmine. Vide, GALTERUS.

GUALTERUS (Rudolf.) Helvetius, natus eſt, An. 1518: obiit, An. 1586 Scripſit in Pſalmos, Eſaiam, prophetas minores, Matthæum, Marcum, Lucam, Acta & Romanos. Vid. *Jacobus Verheiden in Elog. præſtant. Theolog. pag. 201.* Tranſlationem S. Scripturæ, quam *Vatablo* vulgò tribuere ſolent, Rod. Gualteri eſſe, *Gerb. Meier* apud *Placcium in Pſeudonymis, pag. 270.* affirmare non dubitat.

GUALTPERIUS (Otho) An. 1608. vixit. Collegit ſyllabum vocum exoticarum Novi Teſtamenti.

GUARDATUS (Fabr.) emiſit concluſiones feudales, fol. An. 1639.

GUARGUANTUS (Horat.) Soncinenſis, ſcripſit tria opuſcula. 1. De Th[illegible] virtutibus. 2. De Mechoacan[illegible]ce. 3. De ovo gallinarum & ejus uſ[illegible] febribus, Anno 1595. *Linden, pag.* [illegible]. alia tria adhuc recenſet.

GUARIMBERTUS (Matth.) [illegible]ctavit de radiis & aſpectibus Pl[illegible]rum. Liber prodiit Norimbergæ, Anno 1535. In 4.

GUARINONIUS (Chriſtoph.) Veronenſis, collegit conſilia medicinalia, Anno 1610: item, interpretationem [illegible]tiarum Ariſtotelis de anima. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 59. Chiocc[illegible] in Veronenſ. pag. 98.*

GUARINONIUS (Hippol.) edidit hydrœnogamiam triumphantem Oenoponti, An. 1618: item, chylo[illegible]phiam Academicam, An. 1648. fol.

GUARINUS, Veronenſis, Anno 1460. obiit. Venetiis & Ferrariæ magno cum auditorum applauſu humaniores literas tractavit. Ex *Plutarcho* vitas Marci Coriolani, Fabii Max. Marcelli, [illegible]lopœmenis, Flaminii, Lyſandri, Syllæ, Marii, Eumenis, Niciæ, Craſſi, Alexandri, Dionis, Bruti & Homeri: item, librum de educandis liberis, & alterum de comparatione hiſtoriarum Græc. & Rom. latinè tranſtulit. Ejus beneficio etiam Strabo latinus factus eſt. *Paulus Jovius, in Elogiis num. 110.* vocat virum inſignem, à quo Græcæ latinæque literæ obſcuris illis temporibus antiqui ſeculi normam, quadratæque ſtructuræ ordinem & diu quæſi-

quæſitum decus receperunt. Adde *Ghilinum, vol. 1. pag. 27.*

GUARINUS (Bapt.) Guarini filius, carmina elaboravit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag 1224.*

GUARINUS (Guarinus) placita philoſophica edi curavit, Pariſ. An. 1665. fol. Vid. *Hedovillius T. 2. Ephem. Gall. pag. 449.*

GUARINUS (Joh. Bapt.) An. 1613. ætatis 75. obiit. Ferrariæ philoſophiam moralem profeſſus eſt. Scripſit Tragœdiam, fidum Paſtorem. *Imperialis in Muſeo pag. 129.* eum ut poetam, politicum & philoſophum plurimùm commendat.

GUARINUS (Jul. Cæſ.) Græcarum literarum profeſſor Bonon. An. 1639. claruit. Edidit panegyricum Græcè & Latinè conſcriptum. Videatur *Bumaldus, pag. 142.*

GU[illegible]US (Sixtus) elogia & carmina, [illegible] An. 1644. publicavit.

GU[illegible]A (Andr.) bellum Grammaticale ſcribere aggreſſus eſt.

GUARNACIUS (Hier.) emiſit Hierophan[illegible] An. 1561.

GUAR[illegible]IUS (Joh. Ant.) Bergomas, An. [illegible] obiit. Reliquit 3. libros de bello [illegible] Oeconomiam Xenophontis latinè reddidit. Vid. *Donatus Calvus, pag. 22[illegible].*

GUA[illegible]US (Annibal) Anno 1619. obiit. [illegible] *[illegible]inus, vol. 1. pag. 14.*

de [illegible]AMERIIS (Ant. Maria Bettus.) [illegible]TTUS.

GUAS[illegible]INUS (Julius) ſcripſit de locis medicinæ ſelectis, A. 1616: item, comment. [illegible] priores ſectiones problematum Ariſtotelis, An. 1608.

GUAT[illegible]US (Laurent.) Florentinus, An. 14[illegible] vixit. Vitam Hugonis, Comitis Magdeburgenſ. ſtilo expreſſit.

GUA[illegible]INUS (Pet. Paulus) JCtus, com[illegible] Tract. moralem ad defenſionem [illegible] Advocatorum, Judicum & [illegible]m, Venet. An. 1650.

GUA[illegible]NUS (Sebaſt.) reliquit opera [illegible]lia, tribus Tomis comprehenſa, [illegible]dierunt Antv. An. 1676. fol.

GUA[illegible]US (Marcus) Mantuanus, Anno [illegible] Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 190.*

GU[illegible]ZUS (Steph.) Monſerratenſis, au[illegible] [illegible]ri de civili converſatione, A. 1593. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. cit. pag. 230.*

GUDELINUS (Pet.) Athenſis Hannoius, JCtus, An. 1619. obiit. Lovanii docuit. Scripſit de jure noviſſimo: item, de feudis. Vid. *Vernulæus* in *Acad. Lov. pag. 297. Witte in JCtis, pag. 56.*

GUDELUS (Hier.) Duces Offunæ recenſuit.

GUDENUS (J. Maurit.) condidit hiſtoriam Erfurtenſem, An. 1674.

GUEINTZIUS (Chriſt.) An. 1650. obiit. Collegit divitias dominicales & æſtivales.

GUELLIN (Robertus) Carnutenſis, Anno 1620. obiit, ætatis 45. Scripſit de obſervatione dierum feſtorum. Vid. *Colomaſius in Gall. orient. pag. 150.*

de GUERIKE (Otto) Magdeburgenſis conſul, experimenta nova de vacuo ſpatio, An. 1672. fol. publicavit. *Nonnemo* vocat virum circa aerem & vitra variis experimentis verſatiſſimum.

GUERINUS (Claud.) in Jus civile Pariſiorum commentatus eſt, Pariſiis, Anno 1634.

GUERNERUS, Pariſienſis, An. 1400. floruit. Confecit enucleamenta Bibliorum.

GUERNERUS (Joh.) ſtruxit Amalthæum metaphyſicum, An. 1651.

GUEROALDUS (Guillermus) librum Marci Floridi de viribus herbarum exponere cœpit.

GUERRA (Joh.) JCtus, edidit conſilium deciſivum.

GUERRA (Mich.) monachus ord. Ciſterc. librum compoſuit de modo adjuvandi moribundos, Valliſoleti, An. 1604.

GUERRERIUS (Franc.) Italus, epiſtolas Græcas & Lat. elaboravit. Vid. *Alegambe, pag. 125.*

GUERRICUS, Abbas Igniacenſis, Anno 1157. obiit. Reliquit ſermones de tempore per annum. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 190.*

GUERRICUS (Alf. Alvar.) Hiſp. Anno 1556. floruit. Compoſuit vitas vel ſpeculum Imperatorum & pontificum, Anno 1563.

GUERRINUS (Bapt.) annos duodeviginti adhuc natus publicè Ferrariæ docuit. Habuit Tragicocomœdiam, quæ autore adhuc ſuperſtite octies & quadragies typis excuſa eſt. *Nicius Erythræus in Orat. pag. 157.* eam vocat admirabilem.

GUERRY (Steph.) Pariſienſis, An. 1628. claruit

claruit. Conſtruxit exercitium animæ devotæ. Vid. *Alegambe*, *pag*. 427.

GUERSENSIUS (Julius) à *Joſepho Scaligero* in *Primis*, *pag*. 59. & *ſeq*. mire vapulat. Nihil, inquit, facit æterna dignum luce, nec quicquam profert, quod ab aliis non ſit mutuatus. Apices tantùm ſummaq; ſcientiarum capita ſectatur ad oſtentationem, quàm medullam & particularia. Deniq; non minus ſua doctrina mirabilis, quàm vita Cynica, ſordida plane & Diogenica, ridiculus. In religione anceps & non ſatis ſibi conſtans, ne quid pejus dicam. *Hæc ibi*.

GUESNAY (Joh. Bapt.) edidit Caſſianum illuſtratum, An. 1652: item, Marſiliam gentilem & Chriſtianam, An. 1657.

de GUETE (Lupertus) Valentinus Hiſp. An. 1589. claruit. Caput primum Geneſeos explicare aggreſſus eſt.

GUEVARRA (Alf. Rud.) defenſionem Galeni adverſus Veſalium, Anno 1559. adornavit.

GUEVARRA (Ant.) Caroli V. Imperatoris eccleſiaſtes & hiſtoricus, An. 1544. obiit. Scripſit de vita Aulicorum: item, Horologium Principum.; In quo pleraque conficta, non ex hiſtoriis petita ſunt. Edidit etiam epiſtolas aureas, ſed quas *P. Rhua Sorienſis* vanitatis damnat, edito ſingulari de fide in hiſtoria ſcribenda commentario. Quam parùm in hiſtoricis huic Guevarræ tribuendum ſit, beatus *C. A. Rupertus in comm. ad Flori l. 2. c. 17. §. 17.* item, *in Oratore hiſtorico pag*. 42. oſtendit. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag*. 17. item, *Waddingus in S. O. M. pag*. 32.

GUEVARRA (Hieron.) Segovienſis, An. 1630. vixit. Condidit comm. in Matthæum. Vid. *Alegambe*, *pag*. 185.

de GUEVARRA (Joh.) in Ariſtotelis *μηχανικὰ* commentatus eſt, Romæ, An. 1627.

GUEZZIUS (Guido) Anno 1380. floruit. Scripſit in ethicam Ariſtotelis.

GUIBERTUS, nobilis Gallus, An. 1100. claruit. Geſta DEI per Francos ſeptem libris complexus eſt.

GUIBERTUS, Tornacenſis, Anno 1270. vixit, ſtruxitque tract. de officio epiſcopi & eccleſiæ ceremoniis: item, opuſculum de pace & tranquillitate animi. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag*. 126. *Olearius in Abaco*, *pag*. 190.

GUIBERTUS (Ant.) JCtus, tractavit de ſponſalibus, An. 1597.

GUIBERTUS (Nicol.) Lotharingus, de balſamo & opobalſamo: de Myrrhinis, Anno 1597: item, de Alchymiæ vanitate, An. 1603. volumina vulgavit.

GUIBERTUS (Philib.) medicum domeſticum ſeu medicinam charitativam, A. 1628. elaboravit.

GUICCIARDINUS (Franc.) celebris hiſtoricus, Anno 1540. obiit. *Lipſius* vocat ſcriptorem prudentem & peritum, & qui tales lectores ſuos faciat. Juxta *Bodinum* nihil temerè, ſed omnia neceſſariis argumentis confirmat. Fertur epiſtolas, decreta, fœdera, conciones ex ipſis fontibus hauſiſſe & expreſſiſſe. Vid. *Whaer in Relect. hiſt. pag*. 161.

GUICCIARDINUS (Lud.) Franciſci nepos, natus eſt An. 1555: obiit An. 1[illegible]9. Edidit deſcriptionem Belgii. Ob ſcriptum quoddam de abolenda quadrag[illegible] à Duce Albano in ignominioſum carcerem conjectus eſt, quemadmodu[m] *Thuanus l. 96.* memorat. Vid. *Sweert*[illegible] *pag*. 420. *Imperialis*, *pag*. 97.

de GUICHARDO (Mart.) elucub[rav]it noctes Granzovianas de triumph[is] antiquis, An. 1661.

GUICHARDUS (Steph.) confecit librum Gallicum, cui titulus: Harmoni[a et]ymologica linguarum: in quo [illegible] 12. linguas cum Hebræa confert & [eor]um originem & ſignificationem ex Hebr. lingua pulcerrimè explicat, Anno 1606. Vid. *Buxtorf. in Diſſp. pag*. 40. & [illegible]ricus *Caſaub. part. 1. de 4. ling. pag*. 1[illegible].

GUICHENONIUS (Sam.) B[illegible]ſianorũ advocatus, condidit [illegible] Breſſianam, An. 1650. item, chronographicam ſeriem Bellicenſium epiſcoporum, Anno 1642.

GUIDACERUS (Agath.) Calaber, Anno 1540. claruit. Eccleſiaſt. & Ca[nt]. Cantricorum commentario illuſtravit.

GUIDICCIONUS (Joh.) inter viros doctos refertur à *Ghilino*, *vol. 1. p*. 83.

GUIDIUS (J.) ſcripſit de Jure mineralium, Anno 1627. Venet.

GUIDO, Archiepiſcopus Bononienſis, A. 1283. claruit. Compoſuit Roſarium [s]eu commentar. in decretum Gratiani, & in lib. 5. decretalium Gregorii IX.

GUIDO, de Perpiniano, Carmelita, An

1330

[illegible]1230. obiit. Reliquit Tract. de hæreſibus.

GUIDO, Ravennas, vixit tempore Caroli [illegible]. Fertur ſcripſiſſe de bello Gothorum.

G[illegible] Bernh.) Lemovicenſis, An. 1331. [illegible]t. Scr. de ſanctis Lemovicenſibus: item, ſpeculum Sanctorale.

GUIDOBONUS (Guilh.) JCt. de Advocatia [illegible]li commentatus eſt. Produit De[illegible]æ, An. 1611.

GUID[illegible]TTUS (Diomed.) An. 1504. flo[illegible] Compoſuit notas in Calpur[illegible] [illegible]etam.

G[illegible]TTUS (Franc.) emiſit clavem [illegible]rudentiæ Rom. A. 1665. Vid. *Greg.* [illegible]*etus in ital. regn. pag. 141.*

GUIDOTTUS (Joh.) Bononienſ. directo[illegible] chori, An. 1582. edi curavit.

G[illegible]ARDUS, de materia lactea tractaſ[illegible]ur.

GUI[illegible]IUS (Iſoard.) med. ſcripſit A[illegible]ma, Taurini, A. 1629.

G[illegible]RSTERUS (Val.) de pactis com[illegible] eſt, An. 1607.

GUI[illegible]ELMIUS (Janus) Lubecenſis, natus [illegible] An. 1555: obiit An. 1584. cum nondum [illegible]numattigiſſet. Edidit quæſt[illegible]utinas, quæ extant in *Lamp. Cru[illegible]eri, T. 3:* item, aſſertionem adv[illegible] *Car. Sigonium*, in qua erudite de[illegible]t, non eſſe *Marci Tullii* aut e[illegible]e dignam, quæ illius nomine [illegible]ur, *conſolationem.* Scripta ejus [illegible]ile ſpirare *Lipſius* affirmabat. C[illegible]jus habentur *T. 2. Delit. Germ.* [illegible] Vid. *J P. Lotichius, pag. 4. Bibl.* [illegible] *115. Mart. Hanckius part. 1. de* [illegible] *pag. 243.*

GUILHELMUS, Antiſſiodorenſis, Anno 1223. obiit. Compoſuit Summam Theol[illegible]cam more ſcholaſtico. Vid. *Ph. L[illegible]e T. 1 diſſ. de S. E. pag. 403. Olearius,* [illegible]

G[illegible]LMUS, Apulienſis, Anno 1101. [illegible] Famam extendit quinque libris, [illegible] heroico conſcriptis, de rebus N[illegible]nnicis in Italia. Eum edidit *Joh. T[illegible]s*, An. 1582. Vid. *Zeillerus part. 3.* [illegible]*101.*

GUILHELMUS, Malmesburienſis, Anno [illegible] claruit. Hiſtoriam Anglicanam [illegible] libris complexus eſt. Ex eo multa [illegible]ius Bellovacenſis deſcripliſſe dicitur. Vid. *Ph. Labbe l. c. pag. 405.*

GUILHELMUS, Monſpelienſis, An. 1190. vixit. Tribuuntur ei verſus rythmici & aliquot homiliæ quadrageſimales. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 193.*

GUILHELMUS, Pariſienſis, juxta *Bellarm.* An. 1240. floruit. Obiit An. 1248. Struxit ſummam virtutum & vitiorum: item, lib. de bono & malo. Fuit & alius GUILHELMUS Pariſienſis, ſed qui An. 1470. claruit. Is *Nanceida* compoſuit. A *nonnemine* poëtaſter Pariſienſis appellatur. Vid. *Ph. Labbe l. c. pag. 409. Olearius, pag. 194.*

GUILHELMUS, Pictavienſis, in 4. libros Sententiarum commentatus eſt.

GUILHELMUS, Tyrius, An. 1175. floruit. Reliquit 23. libros hiſtoricos de bello ſacro.

GUILHELMUS (Adrian.) Fliſſingenſis, fuit in Arabicis excellenter verſatus. *Caſaubonus* ejus in *epiſtolis* paſſim meminit.

GUILLADINUS (Melch.) Boruſſus, An. 1589. obiit. Patavii medicinam docuit & factitavit. Scripſit de Manucodiata, ave Indica, quam quidam Paradiſiacam vocare amant. De Papyro etiam nonnulla meditatus eſt; in quo opere eum ſæpe hallucinatum eſſe, *Joſephus Scaliger* contrario ſcripto demonſtravit. Vid. *Thuanus lib. 96.*

GUILLEBERT (Nic.) in epiſt. ad Rom. An. 1631. notas adornavit.

GUILLIAUDUS (Claudius) Aragonius, Matthæum & Johann. evangeliſtas, A. 1567. notis illuſtrare aggreſſus eſt.

GUILLIETUS (Scipio) παραίνεσιν de Belgio armis vindicando, A. 1635. publicavit.

GUILLIMANNUS (Franc.) Friburgenſ. hiſtoriam Archiducum Auſtriæ, Anno 1605: item, antiquitates Helveticas typis evulgavit. Geſta Apoſtolorum quoque ſtilo & numeris Pindaricis, An. 1600. expreſſit. Vid. *Zeillerus part. 3. hiſt. pag. 101.*

GUILLONIUS (Renatus) Vindo, Anno 1547. claruit. Compoſuit annotationes in Gramm. Græcam Clenardi: item, libellum de generibus carminum Græcorum. Iſocratis quoq; epiſtolas latine reddidit. Extat ejuſdem Tr. de dialectis verborum & nominum.

GUIMENIUS (Amadeus) Lamorenſis, primarius S. Theologiæ Profeſſor, edidit expoſtulationes contra nonnullas

las Jeſuitarum opiniones morales: opuſculum, ſingularia univerſæ ferè Theologiæ moralis complectens, cum indice locupletiſſimo, Anno 1665. Hic tractatus damnatus & prohibitus eſt a Clemente X. pontifice.

GUINETUS (Franc.) edidit Juſtinianum Magnum, Pariſ. An. 1628.

GUINICELLUS (Guido) Anno 1220. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 81.*

GUINISIUS (Vincent.) Lucenſis, A. 1653. obiit. Scripſit allocutiones gymnaſticas: item, carmina Heroica, Elegiaca, Lyrica. Vid. *Alegambe, pag. 443.*

GUINTHERIUS (Joh.) Andernacenſis, medicus, natus eſt An. 1487: obiit An. 1574. ætatis 87. Fuit Græcæ linguæ & medicinæ ap. Argentoratenſes Profeſſor. Commentatus eſt de medicina veteri & nova tùm cognoſcenda, tùm facienda. Trallianum latinè tranſtulit: Oribaſii verò commentarios in aphoriſmos Hippocratis primus evulgavit. Vid. *Thuanus, l. 59. Ghilinus, vol. 2. p. 127.*

GUIRANUS (Gaillardus) Gallus, explicationem 2. vetuſtorum numiſmatum Nemauſenſium ex ære publicari curavit, An. 1655. in 4.

GUIRAUDUS (Claud.) Nemauſenſ. medicus & mathematicus celebris fuiſſe fertur. Mortuo parentavit *D. Guibæus Scotus.* Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 246.*

GUISIUS (Jac.) Anno 1348. obiit. Reliquit Annales. Vid. *Waddingus in S. O. Min. pag. 183.*

GUISIUS (Nic.) condidit librum de Montibus, Hannoniæ metropoli, Anno 1616.

GUISSARDUS (Henr.) edidit Vindicias teſtamentarias contra Cadurcum, An. 1656.

GUITMUNDUS, Averſanus archiepiſcopus, An. 1070. floruit. Concinnavit 3. libros de corpore & ſanguine Chriſti in euchariſtia, contra Berengarium: item, 2. libros de muſica ad Theobaldum, quorum prior proſa conſtat, alter carmine partim heroico, partim trochaico rythmo. A quibuſdam *Guido Aretinus* vocatur. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. diſſ. de S. E. pag. 402.*

GULDEBECK (Seb.) Tigurinus, Anno 1551. claruit. Vertit Heſiodi Theogoniam ad verbum, ut & Ariſtophanis comœdias omnes, adjectis annotationibus. Vid. *Simlerus.*

à GULDENKLEE (Balth. Timæus) edidit caſus medicinales, 36. annorum praxi obſervatos, An. 1662.

GULDINUS (Paul.) natus eſt An. 1577: obiit A. 1643. Fecit refutationem elenchi calendarii Gregoriani, An. 1616. Vid. *Alegambe, pag. 363.*

GULDMANNUS, adornavit dicti[illegible]nariumetymologicum philoſophicum Cantabrig. An. 1669.

GULERUS (Joh.) à Weineck, Rhætiam publicavit, An. 1616.

GULICHIUS (Abrah.) emiſit Th[illegible]logiam propheticam de rebus Vet. Teſtam. Amſterd. An. 1676. in 4.

GULONIUS (Joh.) Nicolai Guloni[illegible] fi[illegible]us, An. 1629. obiit. Dionyſii Areopa[illegible] opera ex Græco in Gallicum tranſt[illegible] Vid. *Car. Viſch. in Bibl. Ciſterc. p[illegible].*

GULONIUS (Nicol.) Græcarum [illegible]erarum Lutetiæ Regius Profeſſ[illegible] [illegible]nno 1580. floruit. Vertit Gregenti[illegible] An. 1596.

GULPEN (Henr.) *Bruſchio de M[illegible] pag. 47. b.* memoratur.

GUMPELZHAIMERUS (A[illegible]) compendium muſicum, Anno 1675. edi curavit.

GUMPELZHAIMERUS (E[illegible]aias) [illegible] eſt An. 1604: obiit An. 1660.

GUMPENBERG (Guil.) ſtruxi[illegible] A[illegible]em Marianum, fol.

GUNDACKERUS (Wolfg.) ed[illegible] Alaudam ſpiritualem, Lincii, An. 16[illegible]

GUNDELIUS (Phil.) JCtus, A[illegible]39. claruit. Literas humaniores [illegible]æcas quàm Latinas cùm V[illegible]æ tùm Cracoviæ cum laude docu[illegible] Dignus (inquit *Ederus*) cui hæc ip[illegible] Academia (Viennenſis) auream erigat [illegible]tatuam.

GUNTHERUS, poëta, tempore F[illegible]erici Barbaroſſæ, An. 1160. floruit, [illegible] de rebus ab eo geſtis 10. libros compoſuit. Apollinarem huncalitem, à *Corn. Celte* repertum, primus *Conr. Peutin[illegible]erus* [illegible] vulgavit & per omnes terrarum oras volitare juſſit. *Conr. Rittershuſius*, poſt *Jac. Spigelium*, doctiſſimis eum not[illegible] illuſtravit. Scr. etiam Solimarium [illegible] *Rittersh. in Gunth. pag. 17.* Eſſe poe[illegible] pro ſeculo illo magni ingenii & ſpiri[illegible], atque etiam elegantem, *Voſſius* affirmat. Poema ſuum *Ligurinum* vocavit, quia Æno-

Ænobarbo negotium imprimis fuit cum urbe Ligurina, h. e. Mediolano, cujus incolas Ligures ſemper appellat. Vid. *Sweertius, pag. 919.*

GU[illegible]ERUS (Ant.) ſcripſit de vanitate [illegible]cinæ Chymicæ, An. 1640.

G[illegible]THERUS (Edm.) edidit canonem [illegible]ulorum, Londini, Anno 1620.

GUN[illegible]ERUS (Simon) JCtus, theſaurum [illegible]racticantium typis mandavit, An. [illegible].

GU[illegible]IUS ([illegible]eron.) Bibracenſis, Anno [illegible] aruit. Fecit epigrammata in [illegible]e lingua, diverſo carminum ge[illegible] *[illegible]ri Prodromi* carmina quoque [illegible]: ut & Nonnum in Johannem. T[illegible]nis comm. in Arati *Φαινόμενα* lat[illegible]. In *Phavorini* Lexicon indi[illegible]mû compoſuit. Vid. *Simlerus.*

[illegible]ZELIUS (Chriſtoph.) regulas juris, [illegible]6[illegible] notis illuſtravit.

GU[illegible]VIUS (Magnus) Danus, ſtruxit [illegible]n Bethlehemiticum ſacrum, A. [illegible].

G[illegible]ERUS (Joh.) JCtus, analyſin In[illegible]um Juris civ. & canonici ador[illegible].

de [illegible]M (Bernh.) compoſuit practi[illegible] Lilium medicinæ dicitur, teſte *Re[illegible]*.

G[illegible]NUS (Dominicus) Calarogen[illegible] Dominicanorum ordinem inſti[illegible]s confirmationem ab Honorio [illegible] An. 1216. obtinuit. Deceſſit Bono[illegible] 1221. Sanctis annumeratus eſt à [illegible]X. Anno 1234. Vitam ejus *T[illegible]* deſcripſit.

G[illegible]NIUS (Jul.) Genuenſis, librum [illegible]m de medicina locorum, Anno [illegible]beravit.

G[illegible]RUS (Fabian.) fecialem Ger[illegible], Amſt. A. 1662. edi fecit.

G[illegible]ITH (Henr.) ſtruxit chrono[illegible] ſacram, An 1656.

G[illegible]LIT[illegible] (Tob.) reliquit poëmata, [illegible]rdiæ e[illegible]a, An. 1667.

G[illegible]IUS (Ægidius) Nov. Teſtamen[illegible]riacum, An. 1662. eleganti cha[illegible] ecudi curavit.

G[illegible]IUS (Joh.) Hiſp. ſcripſit in C. [illegible]s de pactis.

G[illegible]HERIUS (Jacob.) Calvimontanus [illegible]o, compoſuit tract. de Jure pontificio, de officiis domus Auguſtæ; de Jure

Manium: item, encomium cæcitatis. Ejus elogium habes ap. *Reineſium* in *Var. lect. 3, 16. pag. 611.* Vid. *Mart. Hanckius part 2. de Scr. R. R. pag. 183.*

GUTIEREZ (Franc.) Sætabus, An. 1609. obiit. In 10. capita priora Matthæi commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 125.*

GUTIEREZ (Joh.) reliquit practicas quæſtiones, repetitiones ſolennes, conſilia, & tract. de Gabellis. Opera ejus omnia, 8. Tomis prodierunt.

GUTIEREZ (Joh. Laz.) Hiſp. edidit febrilogiam, An. 1668. fol. item, tract. de faſcino, An. 1653.

GUTKIUS (Georg.) Logicam peripateticam edi curavit, An. 1629.

GUTMAYR (Ægid.) librum de moribus & vita veri monachi confecit. Prodiit Auguſtæ, An. 1607.

à GUTSCHOVEN (Gerh.) ſcripſ. de regulis munitionum analogicis, Bruxell. An. 1673.

GUTWIRT (Melch.) condidit tempe Bohemica.

GUUIUS (Mich.) Mirandulanus, conſcripſit 4. libros heroicorum contra Lutherum. Vid. *Greg. Letus in It. regn. pag. 179.*

GUY (Joh.) hiſtoriam Albingenſium exaraſſe dicitur.

GUYARD (Bernhard.) reliquit diſſertationem, utrùm *S. Thomas* calluerit linguam Græcam, Pariſ. in 8. Item, Tr de diſcrimine inter doctrinam Thomiſticam & Janſenianam, Pariſ. An. 1655.

GUYET (Carol.) Turonenſis, edidit ordinem recitandi officii perpetuum, Anno 1622. *Alegambe, pag. 68.* vocat eccleſiaſticorum rituum & ceremoniarum cognitione nulli ſecundum.

GUYETUS (Franc.) Abbas Santandreanus, Andegavenſis, natus eſt An. 1575: obiit A. 1655. Occupatus erat maximè circa Græcam & latinam linguam: & origines potiſſimùm ſcrutabatur: ac latinam novo & ignoto antè conſilio à Græca derivabat, in qua etiam primitiva omnia monoſyllaba eſſe contendebat. Notis illuſtravit Terentium, quas B. Dn. *Böclerus* An. 1657. evulgavit. Scripſiſſe etiam fertur obſervationes in Heſychium, Philoxenum, &c. *Balſacius* hominem delicatiſſimi faſtidii vocare ſolebat, ob ingentem vim judicii. In etymologiis rimandis feliciſſimè

audax eſſe prædicatur. Vid. *Ant. Periander* in vita *Guyeti*. Confer *Reineſium* ad *Daum. pag. 170.*

GUYETUS (Licinius) deſcriptionem ditionis Andegavenſium molitus eſt.

GUYMIER (Coſmus) edidit Pragmaticam ſanctionem cum connodatis.

GUYNNE (Matth.) ſcripſit librum titulo, Aurum non aurum, Lond. Anno 1611.

GUYONIUS (Jac.) Auguſtodunenſis, inter hebraicè doctos refertur à *Colomeſio*, *in G. O. pag. 269.*

GUYONIUS (Steph.) Dolanus, A. 1613. floruit. Habuit orationem de priſca conſulatus Anicienſis dignitate. Vid. *Alegambe, pag. 427.*

de GUZMAN (Joh.) reliquit rhetoricam, An. 1589.

GUZMAN (Ludovic.) condidit 13. libros de rebus, à ſocietate Jeſu in India geſtis. Vid. *Alegambe, pag. 312.*

GUZZIUS (Ant.) Italus, fertur eſſe inſignis epigrammatographus.

GYA (Joh.) Casletanus, An. 1557. obiit. In Gull. Budæi libros de contemtu rerum fortuitarum commentatus eſt, teſte *Swertio & Sandero.*

GYLLIUS (Chriſt.) conſtruxit commentarios Theologicos, Colon. An. 1610. fol.

GYLLUS (Petrus.) Vide, GILLIUS.

GYLLMANNUS (Adr.) JCtus, Symphoremata ſupplicationum ſex Tomis complexus eſt, An. 1604. fol.

GYMNASIUS, *γυμνάσιος*, Sidonius, Sophiſta, tempore Conſtantini Imp. vixit. *Εγραψε μελέτας ϗ εἰς Δημοσθένην ὑπόμνημα*, teſte *Suida.*

GYMNASIUS (Dominicus) Bononienſis JCtus, teſte *Nicio Erythræo*, duobus voluminibus editis omnes regii Vatis pſalmos ex S. Patrum ſententia interpretatus eſt. Floruit, An. 1572.

GYPSIUS (Camill.) JCtus, Anno 1500. floruit. Collegit deciſiones ſelectas.

GYPSIUS (Hieron.) Anno 1616. claruit. Habuit orationem in obitum Joh. Spinulæ archiepiſcopi.

GYPSIUS (Roland.) Anno 1241. floruit.

GYRALDUS (Lil. Greg.) Ferrarienſis An. 1552. obiit. Vide, GIRALDUS.

GYRALDUS (Silv.) Cambrienſis tempore Henrici VI. vixit. Vide iterum, GIRALDUS.

H.

HABBEQUIUS (Max.) Bruxellenſis, natus eſt Anno 1580: obiit Anno 1637. Edidit libellum, ſuppreſſo nomine, titulo, Væ victis: item, animadverſiones in pſeudomartyria novatorum. Vid. *Alegambe, pag. 337.*

HABERKALT (Joh.) Uberlingenſis, vir Græcè doctus, An. 1518. deceſſit. Scripſit dictionarium Græcum. Vid. *Bruſchius de monaſteriis, pag. 83.*

HABERKORNIUS (Pet.) celebris Theologus, An. 1676. obiit. Reliquit Anti-Valerianum.

HABERNFELD (Andr.) deſcripſit bellum Bohemicum, An. 1646.

HABERTUS (Iſaac) edidit vindicias Patrum de gratia, Pariſ. An. 1647.

HABERTUS (Pet.) Vabrenſis, tractavit de primatu Petri, teſte *Valeſio in Euſebium.*

HABICKHORSTIUS (Joh.) in Ariſtotelem de elenchis ſophiſticis, Colon. A. 1556. commentatus eſt.

HABICOTTUS (Nicol.) condidit librum de enchiriſi anatomica.

HABRECHT (Cæſ.) Brugenſis, An. 1610. floruit. Struxit carmina.

HABRECHT (Iſaac) fabricavit planiglobium cœleſte & terreſtre, [illegible] *imb.* An. 1666.

HACHENBERG (Paulus) edidit corpus rerumpp. & imperiorum, Anno 1676. fol.

HACHERUS (Jac.) ſcripſit 2. Tomos de Trinitate, Friburgi, An. 1621.

HACHUSANUS (Gui.) Daventrienſis, exaravit ſcholia in Eraſmum de civilitate morum, An. 1607.

HACKEBERG (Paulus) Profeſſor Heidelbergenſis, emblemata edidit, Anno 1677. fol.

HACKELMANNUS (Leop.) Stadenſis, JCtus, natus eſt An. 1563: obiit A. 1619. Lipſiæ aliquando jura docuit. Mortuo *Balthaſar Gualtherus* parentavit. Collegit quæſtiones juris illuſtriores, An. 1613. Vid. *Witte in JCtis, pag. 67.*

HACK-

HACKMANNUS (Joh.) ethicas & politicas diſputationes vulgare cœpit, An. 1666.

HACKSPANIUS (Theod.) Vinarienſis, natus eſt An. 1607: obiit An. 1659. Altdorfii linguas orientales & S. Theologiam profeſſus eſt. Commentatus eſt de uſu ſcriptorum Rabbinicorum in Theologia. Scripſit etiam Grammaticam Arabicam & Interpretem errabundum. Poſt obitum ejus prodierunt Miſcellanea ſacra: ſylloge diſputationum philologicarum & Theologicarum: ut & Notæ in difficilia quædam loca Vet. & Nov. Teſtam. Vid. *Spizelius in Templo Honoris, pag. 388.*

HACKWELLUS (Georg.) condidit apologiam pro potentia & providentia DEI. Vid. *Whear, pag. 228.*

HACLUYTUS (Rob.) navigationes Anglicas typis tradidit.

HADDONUS (Gualt.) reliquit poëmata, *Londini* edita, An. 1567. item, librum pro veritate evangelica, An. 1577.

HADRIANIUS (Hadr.) tractavit de divinis inſpirationibus.

HADRIANUS (Ælius) Imperator, inter eruditos principes refertur. Naturâ amans erat literarum utriuſque linguæ, & multa ſcripta partim ſoluta oratione, partim carmine compoſita reliquit. *Plinius l. 4. epiſt. 3.* multus eſt in ejus laudibus: Quæ ſcribis (inquit) complere apes floribus & innectere videntur. Ità certè refectus ſum ipſe, quum Græca epigrammata tua, quum jambos proximè legerem. Quantum ibi humanitatis, venuſtatis, quàm dulcia illa? quam antiqua, quàm arguta, quam recta? Callimachum me, vel Heroden, vel ſi quid his melius, tenere credebam, &c. *Stephanus* ἐθνογράφος ejus Alexandreidos librum primum & ſeptimum allegat. Orationem, quam de Italicenſibus in Senatu habuit, *Agellius 16, 13.* laudat. *Spartianus* Hadrianum libros de vita ſua ſcripſiſſe ac ſub *Phlegontis* liberti nomine vulgaſſe memorat.

HADRIANUS I. Papa, A. 795. obiit. Scripta ejus *Phil. Labbe, T. 1. diſſert. de S. E. pag. 413.* enumerat.

HADRIANUS VI. pontifex. Vide, ADRIANUS.

HADRIANUS (Joh. Bapt.) Florentinus patricius, An. 1579. obiit. *Fr. Guicciardini* hiſtorias accurata diligentia perſecutus eſt. *Thuanus l. 68.* ejus incorruptū judiciū in iis, quæ perſpecta habuit, & fidē cum candore & ſinceritate animi ſumma conjunctam magnoperè commendat, addens, ſe plura ex eo, quàm ex quovis alio, in opus ſuorum annalium tranſtuliſſe.

HADRIANUS (Matth.) ex Judæo Chriſtianus, Hiſp. hebræam Grammaticam Lovanii docuit. Compoſuit Introductorium in linguam hebraicam.

HÆCHTANUS (Laurent.) Machlinienſ. Anno 1613. obiit. Microcoſmon carmine decantavit.

HÆDUS (Pet.) ſtruxit 3. libros de contemnendis amoribus.

HÆFTENUS (Bened.) Ultrajectinus, edidit ſcholam cordis, Anno 1629: item, venationem ſacram ſive de arte quærendi DEUM, fol. An. 1650.

HÆMRODIUS (Cornel.) Amſtelrod. Anno 1599. obiit. Bataviam ſtilo expreſſit.

HÆMUS (Thomas) Inſulenſis, An. 1584. mortuus eſt. Monachum S. Chryſoſtomi: item, Eraſmi libellum de civilitate morum verſibus reddidit. Carmina ejus ex parte leguntur *T. 2. Delit. Belg. pag. 881.* Vid. *Sweertius, pag. 244.*

HÆNINGIUS (Theob.) JCtus, tractavit de dignitatibus variiſque titulis eccleſiaſticis.

van der HAER (Florent.) de tumultibus Belgicis commentatus eſt. Emiſit etiam Arcana antiquitatis Liturgiarum Tomis tribus, Anno 1605.

ab HAERSOLTE (Arn.) Swollanus, JCtus, Anno 1583. floruit. Reliquit adverſaria actionum civilium & criminalium.

HAEX (Dav.) edidit dictionarium Malaico-Latinum & Latino-Malaicum, Romæ, An. 1631. in 4.

HAFENREFFERUS (Matth.) celebris Theologus, natus eſt Anno 1560: obiit Anno 1619. Scripſit de templo Ezechielis: item, revelatorem punctorum: Locos communes, &c. Mortuo parentavit *Th. Lanſius*, ceu videre eſt in ejus *Mantiſſa, pag. 540.* Confer *Spizelium in Templo Honor. pag. 53.* & *Reiſerum in epiſt. ad Spiz. pag. 402.*

HAFENREFFERUS (Samuel) edidit officinam Jatricam, Anno 1653: item, monochordum ſymbolicobiomanticum, An. 1641.

HAFLITIUS (Pet.) ſcr. de extremo judicio librum paræneticum, A. 1575.

HAGECIUS (Thadd.) ab Haic, Medicus Maximiliani II. Imp. An. 1572. dialexin edidit, in qua oſtendit, ſtellam, quæ eo & præcedente anno effulſerat, non novam, ſed veterem fuiſſe. Ei oppoſuit ſe *Hannibal Raimundus*, Veronenſ. cui Hagecius apologiam An. 1576. repoſuit, docuitque, hanc ſtellam eſſe veterem, ſed novam vocari, quia anteà in Caſſiopeja non apparuiſſet.

HAGECUS (Wenceſl.) tempore Ferdinandi I. Imp. claruit. Confecit chronicon Bohemiæ. Vid. *Zeillerus part. 2. pag. 70.*

HAGELGANS (J. H.) ſcripſit de Portugallia: de Belgicis provinciis: de Auſtriacis regionibus, &c. Item, Genealogiam ducum Saxoniæ, Anno 1646. Vid. *Zeillerus part. 3. pag. 103.*

HAGEMEIERUS (Joach.) JCtus, de fœdere civitatum Hanſeaticarum, Anno 1662. commentatus eſt. Compoſuit etiam exercitationes ad *Sutholt*, Anno 1643.

HAGEN (Carol.) edidit inſtitutiones juris publici, An. 1640.

ab HAGEN (Chriſtoph.) de uſu uſurarum, 1631. ſcribere aggreſſus eſt.

HAGEN (Georg.) condidit comitiologiam Ratisbonenſem, An. 1657.

van der HAGEN (Mich.) Antv. An. 1617. obiit. Poëmata ſtruxit, teſte *Swertio, pag. 568.*

HAGERUS (Balth.) Uberlingamus, An. 1627. obiit. Collationem Auguſtanæ confeſſionis, Herbip. An. 1627. evulgavit: quam Dn. D. *Hulſemannus* refutavit. Vid. *Alegambe, pag. 54.*

HAGERUS (Mich.) tractavit de Antichriſto, An. 1582.

HAGGÆUS (Pet.) Hafn. natus eſt Anno 1546: obiit Anno 1591. Scripſit de ſermone. Vid. *Vindingius in Rect. Hafn. pag. 145.*

HAGHEN (Theod.) condidit prognoſticon ſtellare in univerſum, ab O. C. in diem uſque noviſſimum, Anno 1552. teſte *Swertio.*

HAGIENSIS (Guil.) exaravit comœdias. Teſtis, *Swertius.*

HAGULSTADIENSIS (Joh.) Britannus, vixit tempore Henrici II. regis Anglorum. Bellum Scoticum ſtilo expreſſit.

HAHN (Georg.) ſcr. hiſt. Martisburgicam, fol. An. 1606.

HAHN (Henr.) Hildesheimienſis, magni nominis JCtus, natus eſt A. 1605: obiit A. 1668. Emiſit diſſertationes ſelectas, A. 1656. Vid. *Henning. Witte in JCt. p. 469.*

HAHN (Joh. Chriſt.) edidit libellum, titulo, Inſigniora cœli Sionæi ſidera. Vid. *Boſius de notit. Scr. eccleſ. c. 3. pag. 34.*

HAHN (Ph.) Vide, GALLUS.

HAIDECCIUS (Henr.) JCtus, ſcripſ. in L. naturalis, de præſcript. verb.

de HAILLAN (Bernh. Girardus) Gallus, de ſtatu & ſucceſſu rerum Francicarum, teſte *Zeillero*, commentatus eſt.

HAILMANNUS (Wendel.) JCtus, fecit librum de teſtibus, A. 1618.

HAIMINSFELDIUS (Melchior.) Vide, GOLDASTUS.

HAINÆUS, impugnavit ſcriptis Chiliaſtas.

HAINLINUS (Joh. Jac.) edidit chronologiam myſticam, Tubingæ, An. 1646: item, vindicias contra *Reinb. Franckenberg*, An. 1653.

HAIUM (Rabbi) Anno mundi 4727. floruit. Scripſiſſe fertur de arte Grammatica librum המאסף, de quo *Abenesra* teſtatur, quòd ſit plenus ſapientia, & præfectæ elegantiæ.

HAIUS (Alex.) An. 1610. floruit. Condidit comm. de S. Apoſtolis. Vid. *Volckmann in elogiis Pragenſ. pag. 79.*

HAIUS (Edmundus) Scotus, Anno 1591. obiit. Edidit contrarietates Calvini. Vid. *Alegambe, pag. 98.*

HAIUS (Joh.) Athenſis, An. 1607. claruit. Reliquit concordiam quatuor *Evangeliſtarum*, teſte *Swertio.*

HALBERSTADIUS (Conr.) ſub Adolfo Imp. An. 1290. vixit. Compoſuit ad imitationem *Hugonis* Concordantias Bibliorum, in quibus non ſolum dictiones declinabiles, quod prius Hugo fecerat, ſed & omnes indeclinabiles juxta alphabeti ſeriem expreſſit, teſte *Sixto Senenſ.* Confer *Quenſtadium, pag. 239.*

HALBRITTERUS (Joh.) JCtus, edidit orationem de privilegiis Doctorum.

HALDREVIUS (Arnold.) ſcripſit carmina in laudem miſſæ. Item, lib. de modo confitendi.

HALGRINUS (Joh.) Gallus, Anno 1450. claruit. Cant. Canticorum commentario expoſuit. Vid. *Sixtus Sen.*

HALICIUS (Simon) primus Tylicianæ fundationis orator & Theologiæ in Polonia profeſſor, plurimas orationes conſcripſiſſe fertur. Vid. *Starovolſc.pag.118.*

HALITGARIUS, Cameracenſis, An. 830. obiit. Scripſit de vitiis & virtutibus: de remediis peccatorum, & de ordine pœnitentiæ. Vid. *Phil. Labbe T. 1. diſſ. de S. E. pag. 416. Olearius, pag. 197.*

HALLER (Bened.) elucubravit Tr. de Spiritu ſancto, Antv. A. 1662.

HALLER (Rich.) Germanus, An. 1612. obiit. Fecit Tr. de actibus contritionis crebro eliciendis. Vid. *Alegambe, pag. 408.*

HALLERVORDIUS (Joh.) edidit bibliothecam curioſam, in 4. A. 1676.

HALLERUS (Berthold.) An. 1536. obiit. Docuit aliquando Bremæ.

HALLERUS (Joh.) collegit ſententias ex decretis Canonicis & in certa capp. digeſſit, ut diſci queat, quid de plerisque eccleſiæ controverſiis ſentiendum ſit, An. 1572.

HALLIER (Franc.) edidit defenſionem hierarchiæ eccleſiaſticæ, Pariſ. An. 1646. in 4. item, vindicias Theologorum Pariſienſium adv. *Læmelii* ſpongiam, ibid. An. 1632.

HALLOIX (Pet.) Leodienſis, An. 1656. obiit. Collegit Anthologiam poëticam Græcolatinam: librum de vita Origenis: item, vitas & documenta illuſtrium eccleſiæ orientalis Scriptorum, qui 1. & 2. Chriſti ſeculo floruerunt. Vid. *Alegambe, pag. 382. Sweertius, pag. 621.*

HALLUS (Joſeph.) Leiceſtrenſis, epiſcopus Norvicenſis in Anglia, Anno 1656. obiit, ætatis 80. Condidit Romam irreconciliabilem: item, contemplationes in N. & V. Teſtam. Opera ejus conſtant tribus voluminibus.

HALLUS (Richard.) Anglus, A. 1604. obiit. Edidit librum *Joh. Giovani* de ſchiſmate, cum præfatione: item, tres libros de quinquepartita conſcientia. Vid. *Sanderus in Fland. Script. pag. 145.*

HALLUS (Thomas) elaboravit apologiam pro miniſterio eccleſiaſtico, Anno 1658.

HALOANDER (Greg.) Zwiccavienſis, An. 1532. Venetiis obiit. Hic primus Pandectarum quinquaginta libros, Codicis XII. ex fide antiquorum exemplarium diligentiſſimè emendavit, emendatosque in lucem edidit. Qua de re ità *Oldendorpius*: Pandectarum lectionem optima fide ac multo labore reſtituit nobis doctiſſimus Haloander, A. 1529: cui profecto & Noribergenſi Reipubl. totus orbis Romanus nunquam parem referre poteſt gratiam, ſi magnitudinem beneficii rectè expendat. *Hæc ille.* Vid. *Albinus in Chron. Miſnenſi, pag. 345.* Confer *Saubertum in orat. de Bibl. Norimb. pag. 87.*

HALONIUS (G.) Leodicenſis, compoſuit tres Tragœdias, Lambertum ſc. Catharinam, & Laurentium. Vid. *Sweertius.*

HALOWINUS (G.) Flander, An. 1537. obiit. Struxit Tract. de muſica: ſex libros de reſtauratione linguæ latinæ: annotationes in Virgilium, &c. Vid. *Sanderus in Flandris, pag. 45. Sweertius, pag. 273.*

HALVARDUS (Laur.) expoliit ſpeculum divini amoris, An. 1620.

HALVERIUS (Chr.) Halverenſis, An. 1581. vixit. Scripſit de fide Theologica: item, de Chriſti morte, ſepultura & reſurrectione. Vid. *Alegambe, pag. 73.*

HAMARTOLUS (Georg.) Ἁμαρτωλὸς, chronicon condidit, quod incipit ab O. C. & deſinit in Conſtantino, Leonis filio. Vid. *Thomaſius de Plagio, §. 453.*

HAMAXURGUS (Leonhartus) Menchingo-Suevus, An. 1522. vixit. Vide, WIRSTELINUS.

HAMAXURGUS (Sebaſt.) A. 1540. innotuit. Extat ejus epitome Marchionum Brandenburgenſium. Vid. *Braſchius de Monaſt. pag. 56. a.*

HAMCOVIUS (Mart.) Folleganus Friſius, An. 1621. obiit. Reliquit 2. libros de viris Friſiæ illuſtribus. Scripſit etiam certamen catholicorum cum Calviniſtis, heroico carmine, continuo charactere conſcriptum. In chronologicis, anagrammaticis & acroſtichis condendis erat unicus; inquit *Sweertius, pag. 549.*

du HAMEL (Joh. Bapt.) Bajocenſis eccleſiæ Cancellarius, concinnavit duos libros de conſenſu veteris & novæ philoſophiæ, Oxon. An. 1669. Elementa aſtronomica: libr. de meteoris & foſſilibus: aſtronomiam phyſicam: de corporum affectionibus tum manifeſtis, tum occultis. Vid. *Hedovill. T. 5. Ephem. Gall. pag. 45.*

HAMELARIUS (Joh.) editione numiſmatum Impp. An. 1627. inclaruit.

HAMELIUS (Henningus) JCtus, ſcripſ. repetitionem ad tit. ſolennem Inſtitut. de actionibus, An. 1611.

HAMERUS (Pet.) Montanus Belga, An. 1640. obiit, relictis 40. concionibus de adventu ſeu de annunciatione B. Virginis. Vid. *Alegambe, pag. 383.*

HAMERUS (Guil.) Noveſianus, A. 1560. claruit. In Geneſin commentatus eſt.

HAMMELMANNUS (Herm.) An. 1595. obiit. Compoſuit commentarium in Pentateuchum: declarationem articulorum fidei ex Form. Concordiæ: Weſtphalorum hiſtoriam XVI. ſeculi: chronicon Oldenburgicum, &c. Vid. *Zeillerus part. 2. pag. 71.*

HAMMERICUS (Joh.) ſtruxit 2. libros quæſtionum rhetoricarum, An. 1630.

HAMMERSTEDT (Joh.) exhibuit meretricem Babylonicam, An. 1664.

HAMMERUS (Georg. Reichardus) Mariæmontanus Miſnicus, JCtus, philologus & philoſophus inſignis, An. 1635. natus eſt. Altdorfii hoc tempore Jura profitetur publicè ingenti cum laude. Et hactenus quidem varias & eruditas diſputationes in Inſtitutiones Juris habuit. *Joh. Sebaſtianus* Mittermacht in *Programmate Anno 1656. edito* tantam linguæ Græcæ & hebraicæ notitiam ei tribuit, ut Græcè & hebraicè de graviſſimis materiis, cùm juvenis adhuc eſſet, omnibus admirantibus, perorare potuerit.

HAMMERUS (Mart.) Glauchenſium in Oſterlandia Paſtor & eccleſiarum Dynaſtiæ Schönburgiacæ ſuperintendens, Poſtillam hiſtoricam & gnomonicam, An. 1625. typis tradidit.

HAMMERUS (Nicol.) Coronenſis, An. 1585. in puteum prolapſus obiit. Compoſuit libellū de propoſitionum naturâ.

HAMMILTONIUS (Archib.) demonſtrationem confuſionis Calvinianæ, Pariſ. An. 1581. edi curavit.

HAMMIUS (Gisl.) ſtruxit panegyricum carmine heroico, An. 1604.

HAMMIUS (Jac.) JCtus Gandenſis, fecit epigrammata & epitaphia.

HAMMONDUS (Henr.) Suthrienſis, An. 1660. obiit, ætatis 55. Scripſit de jure epiſcopatuum contra *Blondellum*, Anno 1651. Vid. *Doct. Richteri epiſtolæ ſelectæ, pag. 493.*

HAMOLOVIUS (Henr.) deſcripſit Imperatores Romanor. carmine, A. 1673.

HAMONTANUS (Gerh.) Brabantus, An. 1566. obiit. *Joh. Tauleri* opera latinè reddidit. Vid. *Sweertius, pag. 281.*

de HAMPOLO (Rich.) Anglus, An. 1349. deceſſit. In Pſalmos, Threnos & aliquot Jobi capita commentatus eſt. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 406.*

HAMPTONUS, ſermones ſacros publicaſſe dicitur.

de HANAPIS (Nicolaus) patriarcha Hieroſolymitanus, An. 1430. claruit. Reliquit exempla virtutum & vitiorum. Vid. *Olearius, pag. 327.*

HANAU (J. G.) quæſtiones de nobilitate A. 1671. imprimi fecit.

HANCKIUS (Mart.) hoc tempore ſcriptis innotuit. Inter alia, duas partes de ſcriptoribus rerum Romanarum: item, librum de ſcriptoribus Byzantinis adornavit. Promittit etiam ſe acturum eſſe de Sileſiis ſcriptoribus. Extant quoque variæ ejus orationes.

HANEDAESIUS (Joh.) compoſuit exercitationes Imperiales, Lugd. Bat. Anno 1660.

HANEGRAVIUS (Corn.) edidit compendium vitæ & regulæ S. Norberti, Romæ, A. 1632.

HANEL (R.) parabolas vulpium hebraicè & latinè edi curavit.

HANGESTUS (Hieron.) ſcripſit de cauſis: item, problemata exponibilium, Pariſ. Anno 1515. Dicitur etiam tractaſſe de euchariſtia, contra ſymboliſtas: item, de poſſibili præceptorum divinorum impletione, contra Luth. *An. 1527.*

HANMERUS (Meredithus) Wallus, Theol. D. Anno 1604. obiit. Extat ejus chronicon Hiberniæ. Videatur *Waræus, pag. 137.*

HANNEKENIUS (Menno) reliquit ſynopſin Theologicam, Anno 1629. It. Grammaticam hebraicam, fol. Anno 1660.

HANNEKENIUS (Ph. Lud.) emiſit annotata philologica in Joſuam, Anno 1665: vitam Arii, Anno 1660: tractatum de puritate conſcientiæ, An. 1673.

HANNEMANNUS (Joh. Lud.) medicus Boxtehutanus, prodromum lexici medicinæ practicæ adornavit, Anno 1671.

HANNETONIUS (Guilh.) JCtus, ſcripſ. de or-

de ordine & forma judiciali, An. 1570: item, de Jure feudorum, A. 1565.

HANNIBAL, Ἀννίβας, celebris ille Carthaginenſium polemarchus, marte ſimul & arte inclaruit. Nam, teſte *Corn. Nepote*, nonnihil temporis literis tribuit, & aliquot libros ad Rhodios de Cn. Manlii Vulſonis rebus, in Aſia geſtis, Græco ſermone compoſuit.

HANNIBAL (Joh.) JCtus, collegit varias reſponſiones in jure civili.

HANNO, Ἄννων, itidem Carthaginenſis, edito Periplo, quo Africæ ambitum & terras in Atlantico Oceano inventas perſecutus eſt, innotuit. Scripſit autem Punice hunc librum, qui deinde ab aliis Græcè converſus eſt. *Voſſius* eum tempore Agathoclis vixiſſe autumat. Meminit hujus Hannonis *Autor libelli* περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων: item *Plinius l. 5. c. 1. Pomponius Mela, l. 3. c. 10*, &c. Edidit eum *Henr. Böclerus* Anno 1661. unà cum notis. Vid. *Iſaac Voſſius in Melam, pag. 302.*

HANNOTELIUS (Phil.) Heſdinienſis Belga, Anno 1637. obiit. Scripſit de ſtultitia mundi. Videatur *Alegambe, pag. 405.*

HANSENIUS (Joh. Bapt.) Harlemenſis Batavus, concinnavit comment. de Jurejurando veterum, Toloſæ, Anno 1614. in 4.

HANSLEN (Georg.) Germanus, verſu auguria pacis compoſuit.

ab HANSWICK (Flor.) edidit Cornucopiæ concionatorum 3. Tomis, fol. Lovan. A. 1655.

HANTSAMIUS (Joh.) Anno 1561. obiit. Nonnulla ad Grammat. pertinentia exaravit.

HAPELLUS (Nic. Niger) emiſit chiragogiam Helianam de auro philoſophico nondum cognito.

HAPPARDUS (Joh.) inter poëtas locum occupat. Vid. *T. 2. Delit. Belg. pag. 884.*

HAPPELIUS (Everh. Wern.) edidit Onogambo Aſiaticum, An. 1672.

HAPPELIUS (Wigandus) JCtus, Anno 1522. natus eſt: obiit Anno 1572. Marpurgi primò hebraicam linguam, deinde Juriſprudentiam profeſſus eſt. Reliquit Grammaticam hebraicam.

HARÆUS (Franc.) Ultrajectinus, Anno 1632. obiit. Edidit compendium de vitis ſanctorum: Olympiades & faſtos hiſtoriæ ſacræ & profanæ uſque ad Chriſtum paſſum: annales ducum Brabantiæ & tumultuum Belgicorum: catenam Patrum in 4. evangelia, &c. Vid. *Sweertius, pag. 244. Zeillerus, part. 3. pag. 104.*

HARBARTUS (Burch.) Boruſſus, natus eſt Anno 1549: obiit An. 1614. Scripſit de conjugio: de lege divina: de magiſtratu politico. Vid. *Henning. Witte*, in *Theolog. pag. 79.*

HARCHIUS (Lodocus) Montenſis, med. enchiridion pharmacorum ſimplicium carmine conſtruxit. Collegit etiam conſenſum Patrum de euchariſtia. Vid. *Sweertius, pag. 493.*

HARDESIANUS (Cyr.) Vide, HERDESIANUS.

HARDIÆUS (Claud.) An. 1635. claruit. Edidit data Euclidis cum Græco *Marini* philoſophi commentario. Vid. *Colomeſius in Gall. Or. pag. 165. & 259.*

HARDINGUS (Thomas) Anglus, Anno 1572. obiit. Vid. *Valer. Andr. in Faſt. Lov. pag. 85.*

HARDUINUS (Dionyſ.) Gandenſis, An. 1605. mortuus eſt. Scripſit de nobilitate: item, de ſcriptoribus Flandriæ. Vid. *Sanderus in Gandav. pag. 38. Sweertius, pag. 214.*

HARDUINUS (Franc.) Gandav. A. 1609. vivis exceſſit. Odas & elegias compoſuit. Vid. *T. 2. Delit. Belg. pag. 890.* Confer *Sanderum in Gandav. pag. 41. Sweertium, pag. 245.*

HARDUINUS (Juſtus) natus eſt An. 1582. De lapſu & pœnitentia Davidis commentatus eſt, teſte *Sweertio.*

HARENTALIUS (Pet.) Brabantus, Prior Florenſienſis, An. 1385. claruit. Collegit expoſitionem Pſalmorum ex diverſis ſanctorum codicibus. Prodiit hoc opus, Reutlingæ, An. 1488.

HARESCHE (Philib.) Pariſienſ. notas in epiſt. ad Romanos, A. 1536. confecit.

HARIOTUS (Thom.) de Incolis Virginiæ, fol. A. 1590. nonnulla in lucem protulit.

HARLÆUS (Ach.) Pariſinus, An. 1614. claruit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 251.*

HARLEBECIUS (Joh.) Flander, librum de Hora ſolida elaboravit, teſte *Sandero.*

HARLEMIUS (Joh.) Batavus, An. 1578. obiit. Indicem Biblicum vulgavit. Vid. *Alegambe, pag. 248.*

HARMARUS (Joh.) profeſſor Græcæ linguæ Oxonienſis, Anno 1650. claruit. Habuit orationem de lingua Græca. Emiſit etiam notas in electas S. Chryſoſtomi ſententias.

HARMENIDAS, Ἁρμενίδας, allegatur à *Stephano in* Ἁλίαρτος.

HARMENOPULUS (Conſtant.) Ἁρμενόπουλος, nomophylax & Judex Theſſalonicenſis, ſeculo XII. floruit. Reliquit tract. de opinionibus hæreticorum, qui ſingulis temporibus extiterunt. Extat ejuſdem Harmenopuli fidei profeſſio. Vid. *Olearius in Abaco, pag.* 117.

HARMODIUS, Ἁρμόδιος, Lepreates, ſcripſit, *Athenæo* teſte, librum de legibus in Phigalea.

de HARO (Lopez) Hiſp. Genealogiam Regum & magnatum Hiſpaniæ adornavit.

HARON, filius Senton, fuit medicus Arabs. Vid. *Hottingerus in Bibl. quadrip. pag.* 290.

HARPHIUS (Henr.) Mechlinienſis, An. 1478. obiit. Alii vocant *Herpium*. Compoſuit tres libros de myſtica Theologia, qui aliquando inter libros prohibitos relati, poſtmodùm verò repurgati ſunt, ut *Bellarminus* memorat. *Sixtus Senenſis* vocat virum contemplativum & undecunque non minus doctum quàm illuminatum. Vid. *Labbe T. 1. Diſſert. de S. E. pag. 424. Sweertius, pag. 330. Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 164. Olearius, pag.* 202.

HARPOCRATION (Ælius) Ἁρποκρατίων, Sophiſta, ſcripſit περὶ τάξεων, i. e. de agminum ordinibus apud Xenophontem: item, quòd ementita ſic Herodoti hiſtoria. Vid. *Suidas*. Confer *Meurſium in Attic. lect.* 6, 2.

HARPOCRATION, Argivus, Platonicus philoſophus, Julii Cæſaris convictor, ſtruxit commentariorum in Platonem libros viginti quatuor, & dictionum Platonicarum libros duos. Vid. *Suidas*. Refertur etiam inter eos, è quorum monumentis eclogas ſuas *Stobæus* conſarcinaverat.

HARPOCRATION (Gajus) Sophiſta, tractavit de figuris Antiphontis: item, de Hyperidis & Lyſiæ orationibus. Vid. *Suidas*.

HARPOCRATION (Valerius) Alexandrinus, ſcripſit Lexicon in decem Rhetores. *Voſſius* in tract. de *Philolog. pag.* 37. eum Athenæo æqualem fuiſſe autumat. Editus eſt à *Ph. Mauſſaco* unà cum notis. Pariſ. An. 1614. in 4. Confer *Meurſium l. 6. Att. lect. c.* 2.

HARPRECHTUS (Joh.) JCtus, natus eſt Anno 1560: obiit Anno 1639. Opera ejus conſtant quatuor Tomis. Reliquit etiam 4 libros poëmatum. Mortuo parentavit *Lanſius*, ceu videre eſt in ejus *Mantiſſa, pag.* 751. Vid. *Heming. Witte, in JCtis, pag.* 224.

HARPRECHTUS (Nicol.) JCtus, edidit Tubam temporis.

HARPSFELD (Nicol.) Anglus, compoſ. hiſtoriam eccleſiaſticam Anglicanam. Ejuſdem eſſe ſex dialogos de hiſtoria Magdeburgica, Antv. An. 1566. ab *Alano Copo* editos, multi doctiſſimi viri affirmant. Vid. *Thomaſius de plagio, §.* 186. & *Placcius in pſeudon. pag.* 137.

HARRIOTUS (Thom.) conſtruxit artem Analyticam ad æquationes algebricas reſolvendas, Lond. An. 1631. fol.

HARRIS (Ricard.) ſcr. de primatu eccleſiæ regio, Lond. An. 1612.

HARRISIUS (Rob.) concinnavit librum de triplici hominis ſtatu.

HARSDORFFERUS (G. Phil.) Patricius Norimb. natus eſt An. 1607: obiit An. 1658. Emiſit prodromum philologiæ Germanicæ: item, artem apophthegmaticam, ſub nomine *Quirini Pegei*. Extant etiam ipſius Horæ mathematicæ.

HARTMANNUS (Flor.) edi curavit viam vitæ, Antv. An. 1556.

HARTGILLUS (Guilh.) vulgavit *Tabb.* aſtronomicas, Londini, An. 1594

HARTKNOCHIUS (C.) ſcr. de regno & ſtatu Poloniæ, An. 1676: item, de originibus Pruſſicis.

HARTLIEB (Jac.) de fide meretricum nonnulla meditatus eſt, A. 1581

HARTMANNUS, quam alii Hartmundum vocare malunt, Rabani Mauri diſcipulus, An. 870. claruit. Fertur fuiſſe Græcè, Hebr. & Arabicè peritiſſimus. Ejus carmina & hymni extant ap. *Caniſium T. 5. part. 2. pag.* 728. teſte *Oleario, pag.* 197.

HARTMANNUS (G.) Norimbergenſis, inſignis mathematicus, natus eſt Anno 1498. teſte *Ebero*.

HARTMANNUS (Hartm.) JCtus, elaboravit

ravit obſervationes practicas, Col. A. 1620.

HARTMANNUS (Joh.) edidit praxin chymiatricam, Anno 1611.

HARTMANN (Joh. Lud.) S. Theol. Doct. & Superintendens Rotenburgicus, *Rubelii* operibus de conciliis tomum tertium & quartum adjecit, A. 1675.

HARTMANNUS (Phil.) exegeſin catenæ aureæ, An. 1648. contexuit.

HARTMANNUS (Wolfg.) Anno 1596. Chronicon Auguſtanum in lucem exire juſſit.

HARTNACCIUS (Dan.) Pomeranus, ſcripſit animadverſiones in *Franciſci Sanches* tract. quod nihil ſcitur, Anno 1665: item, de periculoſis Jeſuitarum molitionibus, An. 1672. ut & de notioribus natura & nobis, Anno 1668. Vide, MAFANAFUS.

HARTOVICIUS (Julius) inſtitutiones ethicas, An. 1650. adornavit.

HARTRANFT (Joh. Jac.) condidit quæſtiones Juris practicas, An. 1653.

HARTRAUFT (Balth.) edidit Chriſtologiam evangelicam, An. 1673.

HARTUNGUS (Joh.) Miltenbergenſis, natus eſt An. 1505: obiit Anno 1579. Primo militiam ſectatus eſt in bello Hungarico contra Turcam, in quo gnavum & ſtrenuum militem ſeſe præſtitiſſe dicitur. Ex bello redux Heidelbergæ Profeſſor Græcæ linguæ factus eſt, officioque ſuo quindecim annos cum laude præfuit. Inde Friburgum invitatus, ſimiliter Græcas literas magno cum fructu docuit annis triginta tribus. Reliquit annotationes in 3. priores libros Odyſſeæ: Lexicon: & decurias locorum memorabilium, quas *Janus Gruterus* Tomo 2. Lampadis Criticæ inſeruit. Vid. *Cruſius* in *Germano-Græcia, pag. 127.*

HARTWISS (Barth.) collegit theatrum concionum, An. 1672.

HARTZIUS (Phil.) medicus, condidit librum de cauſis contemtæ medicinæ.

HARVEIUS (Guil.) Anglus, motu ſanguinis circulari reperto nobilis, ſcripſit exercitationes anatomicas de circulatione ſanguinis, Anno 1649: item, exercitationes de generatione animalium.

HARVETUS (Iſraël) Aurelianenſis, ſuſcepit defenſionem Chymiæ, Pariſ. An. 1614.

HARVEY (Gideon) medicus, de febribus commentatus eſt, Lond. An. 1672.

HARVILLÆUS (Henr.) Marchio olim de Palaiſſeau, Capuccinus, An. 1631. claruit. Extat ejus Iſagoge chronologica, Pariſiis A. 1624. fol. edita. Vid. *Wadding. in S.O.M pag. 164.*

HASARTUS (Julianus) Angienſis, A. 1525. obiit. Fontem Eliæ compoſuit.

HASELBACHIUS (Thomas) Viennenſis Theologiæ lector, Anno 1410. floruit. Fertur inchoaſſe comm. in Eſaiam, in quo tam lentè progreſſus eſt, ut 24. annis ne quidem primum caput abſolverit. Habuit ſermones de Confeſſione. Teſtis eſt *Sixtus Senenſis.*

HASENMULLERUS (Elias) à pontificiis ad Lutheranos tranſiit. Hiſtoriam Jeſuitici ordinis concinnavit, A. 1593.

HASENMÜLLERUS (Sophon.) A. 1604. floruit. Scholam ethicam & poëticam adornavit.

HASFURTUS (Joh.) fecit tractatum de cognoſcendis & curandis morbis ex corporum cœleſtium poſitu, Venet. Anno 1584. Vide, VIRDUNGUS.

HASIUS (Joh.) Silvæducenſis, An. 1624. ætatis 81. obiit. Cæſarium Heiſterbachenſem edidit & longam præfationem præmiſit. Vid. *Alegambe, pag. 249.*

HASIUS (Nicol.) condidit tres Tract. de modis entis & non entis: manuductionem ad artem medendi: lib. de religione, Amſt. A. 1664.

HASLOBIUS (Mich.) Berolinenſ. A. 1577. claruit & inter poëtas locum habere meruit. Vid. *T. 3. Delit. Germ. pag. 491.*

HASSARDUS (Pet.) Flander, medicus, A. 1577. floruit. Extat ejus comm. in *Eobani Heſſi* præcepta de valetudine tuenda: item, Tr. de morbo Gallico. Clypeus ejus aſtronomicus, Anno 1552. Lovanii prodiit.

HASSELIUS (Joh. Leonh.) Haſſelenſis, Anno 1551. obiit. Reliquit comment. in Eſaiam & S. Pauli epiſtolas. Vid. *Sweertius, pag. 434.* & *Val. Andr. in Faſtis Lovan. pag. 108.*

HASSENSTEIN (Bohusl.) à Lobkowiz, tractavit de miſeria vitæ humanæ. Ejus epiſtolæ & carmina Pragæ, Anno 1570. prodierunt cura *Thomæ Miti.*

de HASSIA (Henr.) Carthuſianus, edidit comm. in Lombardum: item, in Apocalypſin. *Quidam* volunt, eum obiiſſe Anno

Anno 1397. *alii*, Anno 1428. *Bellarminus* eum ad An. 1380. refert Vid. *Olearius in Abaco, pag. 202.*

HASTEUS (Hieron.) emiſit methodum juriſprudentiæ, Brixiæ, Anno 1614.

HASTIVILLIUS (Archang.) compoſuit Romualdinam hiſtoriam. Prodiit Venet. An. 1569.

HATERIUS, rhetor, tempore Auguſti Imp. claruit. De hoc *Marcus Seneca l. 4. controv.* ita memorat: Declamabat Haterius admiſſo populo ex tempore: ſolus omnium Romanorum, quos meo tempore cognovi, in lat. linguam tranſtulit Græcam facilitatem. Tanta illi erat velocitas orationis, ut vitium fieret. Itaque D. Auguſtus optimè dixit: *Haterius noſter ſufflaminandus eſt.* Adeò non currere, ſed decurrere videbatur: nec verborum tantum illi copia, ſed etiam rerum erat: quoties velles eandem rem & quamdiu velles, diceret aliis toties figuris, aliis tractationibus: ita ut nec regi poſſet nec conſumi.

HATTO, epiſopus Baſileenſis, Anno 811. floruit. Iter Conſtantinopolitanum ſtilo expreſſit.

HATTYSERUS (Libor.) JCtus, analyſin juris feudalis, An. 1608. typis excudendam tradidit.

HAUBERUS (Joh.) erotemata dialectica, An. 1604. publicavit.

HAVEMANN (Mich.) edidit cynoſuram Studioſorum, Anno 1659: item, tract. de jure connubiorum, An. 1672.

HAVENREUTERUS (Joh. Lud.) medicus & phyſicus Argentoratenſis, natus eſt Anno 1548: obiit Anno 1618. Compoſuit civitatem Platonicam: item, analyſin poſteriorum Ariſtotelis, &c.

HAVENSIUS (Arn.) Buſcoducenſis, natus eſt An. 1540: obiit An. 1609. Reliquit ſpeculum hæreticæ pravitatis. Vid. *Sweertius, pag. 142.*

HAVESCIUS (Ferd.) ſtruxit epinomiam Parochorum, Monachii, An. 1665.

HAVETIUS (Ant.) Atrebas, Anno 1578. obiit. Edidit opuſculum de ſtatu Belgii ad Mariam Auſtriacam. Vid. *Sweertius.*

HAUKIN (Joh.) medicus Anglus, compoſuit dialogos de particulis lat. linguæ: item, tract. de melancholia hypochondriaca.

HAULETUS (Joh.) Cantianus, An. 1589. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 249.*

HAUNOLDUS (Chriſt.) condidit 2. Tomos de Juſtitia & Jure, An. 1671.

HAUPASIUS (Nic.) Atrebatenſis, aphoriſmos Hippocratis luculentis enarrationibus illuſtravit.

HAURÆUS (Joh.) Gandavenſ. JCtus, An. 1625. obiit. Arcem virtutis ſive ſatiram de vera animi tranquillitate carmine heroico compoſuit. Vid. *Sweertius, pag. 435.*

HAURECHIUS (Aurel.) Hanno, tres libros de cognominibus deorum gentilium, Anno 1569. teſte *Sweertio, pag. 496.* elaboravit.

HAUSCHKONIUS (Tob.) poëta, Anno 1661. vivos deſeruit.

HAUTINUS (Jac.) Inſulenſis, Anno 1630. vixit. Extat ejus tract. de Euchariſtia; item, liber titulo, Patrocinium defunctorum. Vid. *Alegambe, pag. 203.*

HAUTINUS (Joh. Bapt.) conſiliarius regius, *Theophanis* chronicon edidit, Pariſ. Anno 1655. fol. unà cum vitis recentiorum Imperatorum *Leonis Grammatici.*

HAUWELLUS (Mart.) Eclonianus, poëmata fecit, teſte *Sandero* & *Sweertio.*

HAUZEUR (Matth.) Hervienſis, epitomen doctrinæ & ſcriptorum S. Auguſtini duobus Tomis complexus eſt, Pariſ. Anno 1646. fol. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 255.*

de HAW (Conr.) vulgavit menſam Philoſophicam, Lovan. An. 1625. in 4.

de la HAYE (Joh.) Pariſienſis, Anno 1650. vixit. Compoſuit tres Tomos commentariorum in Geneſin: duos in Exodum: duos ſimiliter in Apocalypſin. Præterea collegit variorum in univerſa S. Biblia expoſitiones, quinque ingentibus voluminibus contentas, quibus titulum fecit, Magna Biblia. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 211.*

HAYE (Rom.) Benedictinus, emiſit Aſtrum inextinctum, in quo pro reſtitutione monaſteriorum ſui ordinis præcipuè contra Jeſuitas, deinde etiam contra evangelicos pugnat, dicta de ſtellis & aſtris loquentia ad monachos detorquens, Colon. An. 1636: item, Aulam eccleſiaſticam, An. 1648. Vid. *Pellerus in notis ad Polit. ſceleratum cap. 1.*

HAYMO, Halberſtadienſis epiſcopus, juxta *Bellarm.* An. 853. obiit. Reliquit com-

commentarios in utriuſque Inſtrumenti libros: item, opus hiſtoricum de memoria rerum Chriſtianarum. *Tritbemius in Chron. Hirſaug.* refert, *Haymonem Hirſaugienſem*, qui A. 1092. vixit, homilias ſuppoſuiſſe, eaſque commixtas eſſe Haymonis Halberſt. homiliis, nec poſſe vel ſagaciſſimum eas à ſe invicem internoſcere. Videatur *Olearius in Abaco, pag.* 189.

HAYNAUFUE (Jul.) Lavallenſis, Anno 1640. vixit. Edidit veritates practicas quatuor voluminibus, Rhotomagi, An. 1652. Vid. *Alegambe, pag. 287.*

HAYNE (Thomas) collegii Lincolnienſis ſocius Oxonii, ſtruxit diſſertationem de linguarum harmonia, Londini, Anno 1639. Item, libell. de pace eccleſiaſtica. Videantur *D. Richteri epiſtolæ ſelectæ, pag.* [illegible].

HAYNECCIUS (Mart.) An. 1580. vixit. *Relinquit* Almanſorem & Hanſoframeam [illegible].

HAYNONIUS (Joh.) emiſit viam veritatis ad vitam, Colon. A. 1651.

HAYUS (Joh.) de rebus Japonicis & Peruanis [illegible] traditur, An. 1605.

HAYWARDUS, Anglus, edidit lacrimas [illegible].

HEBED Jesu, Metropolita Sobenſis, Neſtorianus, An. 1550. vixit. Deſerto Neſtorianiſmo, ut ferunt, partes Romanæ eccleſiæ amplexus eſt. Catalogum librorum Chaldæorum collegit, quem *Abraham Ecbellenſis* tranſtulit notiſque illuſtravit. Eundem *Bartholdus Nibuſius An.* 1655 redimprimi curavit.

HEBENSTREIT (Joh. Bapt.) in Danielem, An. 1634. commentatus eſt.

HEBERER (Mich.) itinerarium orientale deſcripſit.

HEBIUS Tarræus. Vide, TARRÆUS.

HECATÆUS, Ἑκαταῖος, Abderita, hiſtoricus, tempore Alexandri M. & Ptolemæi I. claruit. Condidit hiſtoriam Judæorum. Ejus teſtimonio *Joſephus l. 1. contra Apionem* aliquoties utitur. Meminit etiam *Plutarchus libro de Iſide & Oſiride*: item *Ælianus in hiſt. animal. XI, 1.* Vid. *Jonſonius de S. H. Ph. 1, 19.*

HECATÆUS, Mileſius, initio regni Darii Hyſtaſpis, Olymp. LXIV. floruit. Hunc primum omnium hiſtoriam ſoluta oratione ſcripſiſſe nonnulli affirmant. Compoſuit Ἀσίας περιήγησιν: item, Εὐρώπης περίοδον, teſte *Athenæo*. Vid. *G. Langbainius, ad Longin. pag. 91.* Confer *Suidam.*

HECATÆUS, Thaſius, l. 3. *Anthol. c. 12.* inter Græcos epigrammatiſtas refertur.

HECATON, Ἑκάτων, *Senecæ epiſt. 9.* memoratur. Ei tale *dictum* tribuitur; Ego tibi monſtrabo amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius veneficæ carmine: *Si vis amari, ama. Diogenes Laërt. l. 6.* Hecatonem ἐν ταῖς χρείαις, & *l. 7.* ἐν τοῖς περὶ τελῶν: ἐν τοῖς περὶ παθῶν: ἐν τοῖς περὶ ἀγαθῶν, & tandem ἐν τοῖς περὶ παραδόξων allegat.

HECKERUS (Joh.) Boruſſus, ſcr. admonitionem ad aſtronomos de incurſu Mercurii in diſcum Solis Anno 1674. futuro.

HECQUETIUS (Adrianus) Atrebas, An. 1564. floruit. Compoſuit ſcenam rerum inverſam verſu heroico & oratione ſoluta. Vid. *Sweertius, pag. 97.*

HEDA (Guil.) hiſtoricus, ſtruxit chronicon Hollandiæ. Prodiit hoc chronicon, An. 1592. Vid. *Sauſſay de Scr. Eccl. pag. 167.*

HEDDIUS, *Bedæ* coætaneus, exaravit vitam S. Wilfridi.

HEDEMANNUS (Ericus) emiſit Diſpp. ſemeſtres, An. 1596.

HEDERICUS (Joh.) edidit 4. libros poëmatum, Gorlicii, An. 1578.

HEDIO (Caſp.) An. 1552. obiit. Theologiam Argentinæ docuit. *Abbatis Urſpergenſis* chronicon correxit, & ab A. 1230. usq; ad An. 1538. paralipomena addidit. Vid. *Thuanus, l. 11.*

HEDOUVILLIUS, compoſuit ephemerides eruditorum.

HEDRÆUS (Bened. Chriſt.) Suecus, edidit 3. libros Geometriæ practicæ: rhabdologiam: librum de uſu circini proportionalis, &c. Vid. *Joh. Scheferus in Upſal. pag. 404.*

HEDYLOGUS, Ἡδύλογος, Hedyles Samiæ poetriæ filius, epigrammata ſtruxit. Citatur *Athenæo 6, 16.*

HEDYLUS, Ἡδύλος, citatur ἐν τῷ ἐπιγράμματι τῷ Καλλιμάχου ab *Autore Etymologici magni* in ἀλυσιάρχης. Vid. *Strabo l. 14. pag. 683.* Confer *Anthol l. 2. c. 22. l. 6. c. 8.*

HEEMS (Nicol.) Bruxellenſis, JCtus.

An. 1531,

An. 1532. obiit. Confecit compendium inſtitutionum Juris.

ab HEER (Henr.) medicus Tungrenſis, edidit Spadacrenen, i. e. tract. de aquis Spadanis, A. 1622. Vid. *Linden, pag 235.*

HEERBRANDUS (Jacobus) celebris Theologus, An. 1521. natus eſt: obiit Anno 1600. Stilo pugnavit cum *Petro à Soto, Gregorio de Valentia & aliis.* Extat quoque ejus compendium Theologiæ, quod rogatu *Joh. Zygomalæ* & *Jeremiæ*, Patriarchæ Conſtantinop. *à Martino Cruſio* Græcè converſum eſt.

HEEREBORD (Adrian.) ſcripſit meletemata philoſophica, Anno 1659. Item, pneumaticam.

HEERFORT (Mart.) condidit repertorium juris canonici, An. 1654.

HEERMANNUS (Joh.) Sileſius, vixit, A. 1604. Edidit 9. libros epigrammatum, Jenæ, Anno 1624. Vid. *T. 3. Delit. Germ. pag. 522.*

HEERWARTUS (H. Phil.) emiſit ſcrutinium philologicum, An. 1659.

HEESERUS (Joh.) locos comm. de marito & uxore, A. 1665. imprimi fecit.

HEGELUND (Pet.) Danus, comœdiam Suſannæ exhibuit.

HEGEMON, Ἡγήμων poëta, teſte *Stephano* in Ἀλεξάνδρεια, Leuctricum bellum, inter Thebanos & Lacedæmonios geſtum, carmine decantavit. Δαρδανικά ejuſdem *Ælianus l. 8. hiſt. anim. c. 11.* allegat.

HEGEMON, Thaſius, cognomine Φακῆ, ſcripſit Parodias, Gigantomachiam & comœdiam Philinnam. In comœdia viles perſonas repræſentabat, teſte *Ariſtotele, lib. de poëtica.* Confer *Suidam.*

HEGENDORPHINUS (Chr.) JCtus, An. 1537. vixit. Francofurti ad Oderam jus docuit. In quaſdam orationes Ciceronis commentatus eſt. Edidit etiam hiſtoriam paſſionis Chriſti: item, notas in utramq; Petri. Sex homilias Chryſoſtomi de providentia divina. item, Nonnum in Joh. latinè interpretatus eſt. Prodiit ejuſdem dialectica legalis.

HEGENITIUS (Gothfr.) A. 1628. deſcripſit iter ſuum Friſio-Hollandicum.

HEGENITIUS (Pet.) JCtus, de poſſeſſione, An. 1611. commentatus eſt.

HEGENMULLERUS (Rud.) JCt. de vita aulica, A. 1619. nonnulla meditatus eſt.

HEGESAGORAS, Ἡγησαγόρας, ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς à *Scholiaſte Apollonii l. 1.* allegatur.

HEGESANDER, Ἡγήσανδρος, Delphicus, ſcripſit ὑπομνήματα vel commentarios. Eorum meminere [illegible] in ἀλκυόνι & *Mich. Apoſtolius, Cent. 2. prov. 51.*

HEGESANDER, Salaminius, à *Tzetze in Lycophr. pag. 127.* adducitur.

HEGESIANAX, Trojanus, Grammaticus, ſcripſit περὶ τῆς Δημοκρίτου λέξεως, item, περὶ ποιητικῶν λέξεων, ceu teſtatur *Stephanus* in Τρωιάς. *Athenæus* Hegeſianactem Τρωικὰ edidiſſe tradit *l. 9.* ubi [illegible] eum Alexandrinum facit. *Plutar*[illegible] *c. 23.* ejuſdem Λιβυκὰ allegat.

HEGESIAS, Ἡγησίας, Magneſius, tempore Ptolemæi Lagi & Philadelphi [illegible]. Eum *Plutarchus in vita Alex*[illegible]. *Agellius 9, 4.* Ariſteæ, Cteſiæ [illegible] ſcriptoribus conjungit, quorum [illegible] miraculorum & fabularum p[illegible]. Si *Straboni l. 14.* fidem comm[illegible]s, primus Aſiaticum dicendi [illegible]s introduxit. Vid. *Langbanius in L*[illegible] .21. Diverſus eſt ab eo HEGESIA, Cyrenaicus Philoſophus, qui Plat[illegible]s tempore vixit & πεισιθάνατος dict[illegible] eſt. Vid. *Valerius Max. l. 8. c. 9.*

HEGESIAS, Maronites, de agricultura commentatus eſt, teſte *Col*[illegible], 1, 1. Apud *Varronem*, 1, 1. male e[illegible]tur *Ægeſias.*

HEGESIGONUS, Ἡγησίγονος, Judaicarum rerum ſcriptor, *Tzetze* [illegible] *Chiliadibus* memoratur.

HEGESIPPUS, Ἡγήσιππος, [illegible]iquus autor, Παλληνιακὰ conſtruxit. [illegible] *Stephanus* in Μηκυβέρνα & Παλλήνη. [illegible]init ejus *Dionyſius Halicarnaſſ. l. 1.* [illegible]αιολογ. & *Parthenius* in *Eroticis*, qui etiam ejus Μιλησιακὰ laudat *c. 6. & 16.*

HEGESIPPUS, Athenienſis Demoſthenis æqualis & ſocius fuit in le[illegible]. Huic *Ulpianus* orationem de Haloneſo, quæ vocatur Philippica *Demoſthenis* ſeptima, tribuit.

HEGESIPPUS, Tarentinus, cognomine Κρώβυλος, docuit comœdias Ἀδελφὰς & Φιλεταίρους. *Athenæus* autor eſt, ipſum

ipſum ὀψαρτυτικὰ ſive de re culinaria quoque ſcripſiſſe. Confer *Suidam*.

HEGESIPPUS, Chriſtianus, Juſtini martyris & Athenagoræ æqualis fuit & quinque libros rerum eccleſiaſticarum edidit, qui tamen magno cum damno perierunt. Mentio ejus apud *Euſebium & Hieronymum* occurrit. Vulgaris Hegeſippus, quem *S. Ambroſius* latinè exaraſſe creditur, ὑποβολιμαῖος eſt, cùm potius res Judaicas tractet quam eccleſiaſticas. *Voſſius* tamen autorē iſtum ſexcentis amplius annis Ambroſio juniorem eſſe ſtatuit. Plura de Hegeſippo apud *Cl. Whear in Relect. hiſt. pag. 194.* invenies. Confer *Rivetum Tom. 2. oper. pag. 1088. & Olearium in Abaco, pag. 200.*

HEGGUS (Rob.) Dunelmenſis, reliquit lectiones in aliquot S. Script. loca.

HEGIAS, Ἡγίας, Trœzenius, *Pauſaniæ l. 7.* memoratur.

HEGIUS (Adrianus) Flander, compoſuit carmina & epiſtolas, circa A. 1570.

HEGIUS (Alexand.) Weſtphalus, Anno 1521 claruit. Erat diſcipulus *Rudolphi Agricolæ*. Daventriæ per 30. annos ſcholam rexit magna cum laude, Græcasque literas in Belgio propagavit. Scripſit libellum de utilitate linguæ Græcæ, elegiam de aurea mediocritate item, epigrammata & epiſtolas. Meminit hujus Hegii *Eraſmus in prov. Quid cani & balneo?* Mihi (inquit) admodum puero contigit uti præceptore hujus diſcipulo, Alex. Hegio Weſtphalo, qui ludum aliquando celebrem opidi Daventrienſis moderabatur, in quo nos olim admodum pueri utriuſque linguæ prima didicimus elementa: vir, ut paucis dicam, præceptoris ſui ſimillimus: tam inculpatæ vitæ, quàm doctrinæ non trivialis: in quo unum illud vel Momus ipſe calumniari fortaſſe potuiſſet, quod famæ plus æquo negligens nullam poſteritatis haberet rationem. Proinde, ſi quid ſcripſit, ita ſcripſit, ut rem ludicram, haud ſeriam egiſſe videatur. Quanquam vel ea ſcripta ſunt ejuſmodi, ut eruditorum calculis immortalitatem promereantur. Vid. *Sweertius in A B. pag. 116.*

HEILER (Barth.) concinnavit directorium practicum, An. 1646.

HEIDANUS (Abrah.) ſcripſit de Socinianiſmo, Anno 1659.

HEIDDEGGERUS (Joh. Henr.) Tigurinus, Theologus, natus eſt Anno 1633. Initio linguam hebræam Heidelbergæ profeſſus eſt: mox philoſophiam. Hinc Steinfurtum delatus, ibi Theologiam docuit. Bello ingruente facta dimiſſione, in patriam rediit ethicesque Chriſtianæ profeſſionem obtinuit. In hac ſtatione huc uſque perſeverat. Scripta ejus, quæ quidem prodierunt, hæc ſunt: Libertas Chriſtiana à lege cibaria Vet. Teſtam. de paſchate emortuali Chriſti: de Aug. Confeſſ cum fide reformatorum conſenſu: de fide decretorum concilii Tridentini: hiſtoria Patriarcharum, Tom. 2. de peregrinationibus religioſis: anatome concilii Tridentini hiſtorico-Theologica; diſſertationum ſelectarum τριὰκὰς, &c. Impræſentiarum deſudat in adornandis ethicæ Chriſtianæ quinq; libris. Vid *Hofm. in lex. Univ. part 1. p 741.*

HEIDENIUS (Pet.) concluſiones publ. judiciorum, A. 1656. imprimi curavit.

HEIDENREICH (Eſaias) Leobergenſis, Anno 1589. obiit. Edidit commentar. in Amos.

HEIDENREICH (Tobias) A. 1637. Lipſienſe chronicon: item, flores & axiomata Juris utriuſque publicavit.

HEIDENSTEINIUS (Reinhold.) ſecretarius Regius, hiſtoriam belli, à Stephane, Poloniæ rege, geſti cum Moſcho, 12. libris complexus eſt.

HEIDERICUS (Barth.) Helvetius, Anno 1608. vixit. In Ruth & 12. minores Prophetas commentatus eſt.

HEIDERICUS (Joh.) ſcripſit de operibus ſex dierum creationis An. 1574.

HEIDERUS (Dan.) JCtus, tractavit de imperialium urbium advocatiis.

HEIDERUS (Wolfg.) Guelfiſius, natus eſt A. 1558: obiit An. 1626. Jenæ philoſophiam docuit. Decani perſonam duodecies ſuſtinuit. Reliquit inter alia ethicam: politicam: librum de ira: hypotypoſin boni & mali ſcholaſtici: orationes: carmina. Vid. *Hadr Beier in Rect. Jenenſ p 1001. Henning. Witte in Phil p 198.*

HEIDFELDIUS (Joh.) Walcorſenſis, Sphingem elucubravit, An. 1605. item, Ideam optimi Principis.

HEIDMANNUS (Chriſtoph.) Helmſtadii eloquentiam profeſſus eſt. Struxit compendium hiſtoricum, quod poſt ejus obitum *G. Th. Meierus*, An. 1660. edi curavit; item, Europam & Palæſtinam.

Helmſtadio tandem Soram migravit. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 31.*

HEIGIUS (Petr.) JCtus, natus eſt A. 1558: obiit A. 1599. Quæſtiones juris civilis & Saxonici contexuit.

HEILANDUS (Sam.) quæſtiones ethicas adornavit, An. 1585.

HEILBRUNNERUS (Jacobus) Ebertingenſis Würtembergicus, celebris Theologus, natus eſt A. 1548: obiit A. 1619. Initio in Auſtria concionatoris munere functus eſt; inde Bipontino Principi operam ſuam addixit. Mox ab Heidelbergenſi Electore expetitus eſt, qui eum Ambergenſis eccleſiæ inſpectorem fecit. Hinc ad Neoburgicum Principem ſeſe contulit, in cujus aula per 30. annos fideliſſimè verſatus eſt. An. 1601. colloquio Ratisbonenſi interfuit, ſeq; ſtrenuũ Lutheranæ doctrinæ propugnatorem exhibuit. Neoburgo dimiſſus, in Würtembergiam ſeſe recepit, ibique à beniginiſſimo Principe Bebenhuſinus abbas conſtitutus eſt. Tandem inter concionandum, cum de ſtatu animarũ poſt mortem perorare vellet, apoplexiâ tactus obiit. Mortuum laudavit *Theod. Thummius.* Scripſit multa latinè & Germanicè. *Germanicè* exaravit Papatum acatholicum: flagellationem Jeſuiticam: ſynopſin Theologiæ Calvinianæ: *Latinè* AntiTannerum: dæmonomaniam Piſtorianam: carnificinam Eſauiticam: SwenckfeldioCalviniſmum, &c. Vid. *Henning. Witte in Theol. pag. 123.*

HEILBRUNNERUS (Phil.) frater Jacobi, natus eſt A. 1546: obiit An. 1616. Lauingæ Theologiam profeſſus eſt. Reliquit librum de innocentia Lutheri: item, ſynopſin variorum hujus temporis errorum circa doctrinam de ſacramento euchariſtiæ & de peccato.

HEIMBACHIUS (Bernh.) Tolbiacenus, A. 1650. claruit. Struxit Drama, cui titulus: Servatius Tungrenſis. Vid. *Valer. Andr. pag. 282.*

HEIMBURGER (Dan.) tractavit de ſyllogiſmo modali.

HEIMBURGIUS (G.) Palatinus, A. 1430. claruit. Norimbergæ 30. annis ſyndici munere functus eſt. *Æneas Silvius* ſcientia juris & facundia inter omnes Germanos ſuo ſeculo facilè principem appellat. Cùm Sigiſmundus, dux Auſtriæ, à pontifice aliquando diſſideret, Heimburgius Romam miſſus eſt, ut cauſæ ejus patrocinium ſuſciperet. Verùm pontifex ejus vehementia commotus & Ducem & nuncium excommunicavit. Heimburgius appellationem oppoſuit: librum quoque contra primatum papæ conſcripſit, in quo papam & ejus ſynagogam Babylonem & meretricem Babyloniam appellavit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 182.*

HEINIUS (Joh.) exercitationes Theologicas, A. 1666. habuit.

HEINLEIN (Henr.) medullam Theologiæ practicæ, Bambergæ, A. 1675. publicavit.

HEINRICHMANNUS (Jac.) JCt. tres Tomos reſponſorum, A. 1566. emiſit.

HEINSIUS (Dan.) Gandavenſis, celebris Philologus, natus eſt An. 1581. Studiorum ſuorum rectore *Joſepho Scaligero* uſus eſt. Anno ætatis 18. publicè primum latinos, deinde Græcos auctores interpretatus eſt: tandẽ politices & hiſtoriarũ profeſſiones ſuſcepit: queis Secretarii Acad. & Bibliothecarii nobile munus acceſſit. A Guſtavo Adolfo, Sueciæ rege, in Conſiliariorum numerum adſcitus & à Sereniſſima Venetorum rep. equeſtri D. Marci dignitate ornatus eſt. Morti proximus omnium penè rerum oblitus fuit; unde *Conſt. Hugenius (lib. 11. Epigr. pag. 395.)* tale *epigramma* in ejus morbum & mortem modulatus eſt:

Sciverat Heinſiades, quantum neſcire fatentur,
Quos neſcire nihil credere fama jubet.
Ultima lento ſubrepens inſcitia morbo
Reddidit infantem, nec ſine laude ſenem:
Succeſſit melior fugiente ſcientia: poſtquã
Omnia deſcivit, ſcire mori didicit.

Obiit Anno 1655. Mortuo parentavit *Ant. Thyſius. Caſaubonus* alicubi eum virum admirandæ doctrinæ & ingenii maximi appellat. Struxit Ariſtarchum ſacrum in Nonnum: item, exercitationes in Novũ Teſtamentum. Vid. *Joh. Pet. Lotichius, part. 3. B. P. pag. 203. Sweertius, pag. 203. Ghilinus, vol. 2. pag. 64. Imperialis in Muſeo pag. 204. &c.*

HEINSIUS (Nic.) Danielis filius, natus eſt A. 1620. Compoſuit notas erudititiſſimas in Ovidium & Claudianum. Extant quoq; ejus carmina. Promiſit etiam notas in fragmentum *Petronii* Tragurienſe.

HEISSIUS (Sebaſt.) A. 1614. obiit. Scripſit contra Heilbrunnerum, de 20. articulis

Auguſt. Conf.item, dialogos de Eucharistia. Vid. *Alegambe, pag. 420.*

HEISTER (Joh. Henr.) edidit ſuffraganeum Colonienſem, Colon. A. 1641.

HEKELIUS (J. Frid.) hoc tempore claret. Tractatum de coronis poëtarum: & alium de oſculis elaboravit. Promittit etiam vitas Theologorum.

HELANUS, in Dioſpolitichia à *Boccatio in Geneal. Deor. l. 9. c. 1.* allegatur.

HELD (Joh.) Aurbaco Palatinus, Theologus Norimbergenſis, hoc tempore claret. Phyſices & ethic. principia adornavit.

HELDINGIUS (Mich.) Eslingenſis, carmina compoſ. Vid. *T. 3. Del. Germ. pag. 530.*

HELDORF (G. Frid.) JCtus, de jure expectativæ, An. 1666. commentari cœpit.

HELENUS, Ἕλενος, condidit χειροσκοπικὸν οἰώνισμα, i. e. divinationes ex manuum inſpectione, teſte *Suida.*

HELEPYRIUS (Virg.) ſynopſin doctrinæ Theol. de interpretatione humanæ legis, Frib. An. 1625. publicavit.

HELGAUDUS, Floriacenſis monachus, vixit tempore Henrici III. Literis mādavit vitam Roberti, Galliarum Regis: itē, vitam Abbonis. *Alii vocant Helgaldum.*

HELIAS, Propheta. Vide, ELIAS.

HELIAS (Bernh.) hiſtoriam comitum Fuxenſium, An. 1540. edi curavit.

HELIAS (Petrus) Grammaticam verſibus expreſſit. Ea, tractatui *Priſciani* reſpondens, unà cum comm. Joh. Sommerfeld, Argent. An. 1499. in 4. craſſo volumine impreſſa eſt. Initium ita habet: *Sicut ab eſſe rei ſoliti rem promere dicunt Philoſophi, &c.*

HELICONIUS, Ἑλικώνιος, Byzantinus Sophiſta, annalium compendium ab Adamo uſque ad Theodoſium M. decem libris conſtruxit, quemadmodum *Suidas* tradit. Allegatur interdum à *Petro, Chronicl Alexandrini autore.*

HELINANDUS, Ciſtercienſ. monachus, Anno 1223. obiit. Scripſit ampliſſimum chronicon, in 48. libros diſtinctum: item, librum de reparatione lapſi: denique tractatum de celebri illo dicto: Noſce teipſum. Vid. *Carolus Viſch in Ciſt. Bibl. pag. 140.*

HELIODORUS, Ἡλιόδωρος, Emeſenus, elegans ſcriptor, in adoleſcentia opuſculum quoddam de amoribus Theagenis & Charicleæ compoſuit, quod Αἰθιοπικὰ vocavit. *Socrates, hiſt. Eccl. 5, 21.* Triccæ epiſcopum factum eſſe memorat. *Nicephorus l. 12. c. 34.* tradit, cùm Synodus ſtatuiſſet, ut vel libellus ille combureretur, vel autori epiſcopatus abrogaretur, maluiſſe Heliodorum epiſcopatu cedere, quàm librum ſupprimere. *Photius Patriarcha, Cod. LXXII.* ſcriptum illud ob ſtili elegantiam valdè commendat & nil niſi caſtos amores exprimere aff.

HELIODORUS, Lariſſæus, optica compoſuit, quæ *Frid. Lindenbrogius, A. 1610.* publicavit.

HELIODORUS, medicus & poëta, *Galeno l. 2. de antidot.* memoratur, qui ex ejus ἀναλυτικοῖς vel reſolutoriis pluſculos verſus, memoratu dignos, adducit. *Stobeus, ſerm. 98.* Heliodorum poëtam in ſpectaculis Italicis: *Stephanus* verò, in Φυλάκη, ἐν τῷ Πρωτεσιλάῳ allegat. Citatur etiam Heliodorus poëta à *Tzetze in Lycophr. pag. 42.*

HELIODORUS, Periegetes, i. e. orbis deſcriptor, quindecim libros de arce Athenarum compoſuit, teſte *Athenæo, l. 6.* & *Harpocratione*, in Νίκη. Confer *Meurſium in Cecropia, cap. 1.* Videtur idem Heliodorus eſſe, qui περὶ τῶν ἐν Ἀθήναις τριπόδων ſcripſerat. Vid. *Harpocration* in ὀνήτωρ.

HELIODORUS, Stoicus, à quibuſdam refertur inter veteres *Arati* interpretes.

HELIUS (Arn.) Middelburgenſis, carmina modulatus eſt. Vid. *T. 2. Delit. Belg. pag. 1132.*

HELIUS (Joh. Beatus) edidit bibliothecam commentariorum in orationes Ciceronis, Baſil. An. 1594.

HELLADIUS, Ἑλλάδιος, Alexandrinus, Grammaticus, *Suida* teſtante, ſub Theodoſio Juniore claruit. Struxit lexicon ordine alphabetico, de quo *Photius, Cod. CXLV.*

HELLADIUS, Beſantinous, Χρηστομαθείας compoſuit. Vid. *Jonſ. de S. H. Ph. 1, 2. p. 13.*

HELLADIUS, S. Baſilii Magni ſucceſſor, à *Joh. Damaſceno* in *orat. 1. de Imaginibus* allegatur.

HELLANICUS, Ἑλλάνικος, Lesbius, hiſtoricus, citatur ab *Antigono Caryſtio, c. 139.* item, à *Tzetze in Lycophr. pag. 169.*

HELLANICUS, Mileſius, Γῆς περίοδον, i. e. terræ ambitum, teſte *Suida*, in literas redegit.

HELLANICUS, Mitylenæus, hiſtoricus & poëta, Herodoti æqualis erat. Compoſuit κλίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων. Hellanicum ἐν Αἰολικοῖς *Scholiaſtes Pindari*, *pag.* 130. ἐν Ἀργολικοῖς *Scholiaſtes Hom.* in *Iliad. pag.* 61. ἐν Ἀρκαδικοῖς, *Scholiaſtes Apollonii, pag.* 122. ἐν Βοιωτικοῖς *idem, pag.* 45. ἐν Κρηναϊκοῖς *Scholiaſtes Ariſtoph. p.* 321. ἐν Κυπριακοῖς *Stephanus in* Καρπασία: ἐν Σκυθικοῖς *idem in* ἀμάδοκοι & ἀμόργιον: ἐν Τρωϊκοῖς *Dionyſius Halicarn. l.* 1. *Antiq. Parthenius, c.* 34. ἐν τῷ περὶ Χίου κτίσεως *Tzetzes in Lycophr. pag.* 45. allegant. Invenio etiam Δευκαλιωνίαν citari à *Clemente Alex. l.* 6. *Stromat.* item à *Stephano in* Ἀγάθεια. Φορωνὶς ejus à *Scholiaſte Apollonii pag.* 216. memoratur: Ἀτλαντιὰς verò ab *Harpocratione* in ὁμηρίδαι: item à *Schol. Hom. in Iliad. pag.* 319. Opuſculum περὶ ἱερειῶν Ἥρας *Stephanus* in Φρίκιον, χαιρώνεια & νισαία laudat. *Porphyrius* eidem Νόμιμα βαρβαρικὰ tribuit. *Lucianus in Macrobiis* Hellanicum Mitylenæum ad 85. annos perveniſſe tradit. Vid. *Thomaſius de plagio, §.* 454.

HELLBORN (Chriſt.) ſcripſit de miraculis.

HELLERUS (Joach.) contra adverſarios aſtrologiæ An. 1548. calamum ſtringere cœpit.

HELLESPONTIUS, Ἑλλησπόντιος, Galata, vir egregius, tanto ſapientiæ amore tenebatur, ut propemodum inhabitatas orbis plagas acceſſerit exquirendi ſtudio, ſi quem forte doctiorem ſe reperire poſſet, teſte *Eunapio in Chryſanthio, pag.* 156.

HELLINGUS (Maurit.) Boruſſus, natus eſt Anno 1522: obiit Anno 1595. Norimbergæ eccleſiaſtico munere functus eſt. Reliquit tabulas chronologicas: item, periochas in Joſuam.

HELLOPÆUS (Valent.) de re ſacramentaria commentatus eſt, A. 1585.

HELMBOLDUS (Lud.) Mülhuſinus, verſibus famam ſibi conciliavit. Vid. *Tomus* 3. *Delit. Germ. pag.* 545.

HELMESIUS (Henr.) tractavit de purgatorio & defunctorum ſuffragiis, A. 1557. item, de verbo DEI, Anno 1560.

HELMICHIUS (Wernerus) Ultrajectinus, analyſin in Pſalmos, An. 1621. edi curavit. Vid. *Voëtii Biblioth. pag.* 572.

HELMOLDUS, Presbyter in Buzöen, tempore Friderici Barbaroſſæ Imp. claruit. Struxit chronicon Slavorum, orſus à Carolo M. ac Saxonum vicinorumque converſione: progreſſus uſque ad Annum 1168. Vid. *Zeillerus part.* 1. *hiſt. ſcr. pag.* 65. *Olearius in Abaco, pag.* 200.

HELMONTANUS (Andr.) Brabantus, in invectivas Cic. & Salluſtii commentatus eſt.

HELMONTIUS (J. Bapt.) Bruxellenſis, Paracelſi ſectator, natus eſt An. 1577: obiit Anno 1644. Vocabat ſeipſum *Philoſophum per ignem*. Scripſit de magnetica vulnerum curatione: de lithiaſi: de febribus: de peſte, &c. Opera ejus omnia prodiere, Anno 1667. *Job. Caramuel Lobkowiz* ita de eo ſcribit: Helmontius (novi hominem) fuit pius, doctus ac celeber: Galeni & Ariſtotelis juratus hoſtis: ſub quo ægri non laborabant diu. Nam 2. aut 3. ad ſummum die carebant vita aut morbo. Vocabatur præcipuè ad illos, qui ab aliis medicis delerebantur, à quibus non paucos reſtituit, vel frendentibus illis, à quibus fuerant condemnati. Prodierunt jam tandem ejus opera, & in ipſis continua contra Peripateticos & Galeniſtas ſatira, multis onuſta foliis, fructu tenui, &c. *Hæc ille.* Filium reliquit *Franciſcum Mercurium ab Helmont*, qui ſe *Philoſophum per unum, in quo omnia*, appellare ſolet. Vid. *Henn. Witte in Med. pag.* 125. *Linden, pag.* 318.

HELOSIUS (Jonathan) exaravit epiſtolas ad *Salmaſium* de hæreſibus, Anno 1651.

HELPERICUS, Monachus Sangallenſis, ſcr. de muſica & computo eccleſiaſtico. Vid. *Tritbemius.*

HELTAI (Caſp.) chronicon Hungariæ, Claudiopoli A. 1575. evulgavit.

HELTELIUS (Hugo) Friſius, mathematicus, Anno 1553. floruit. De horologiis quæpiam conſcripſit. Idem catenam Græcorum Patrum in Eſaiam latinè tranſtulit. Vid. *Swertius, pag.* 353.

HEL-

HELVADERUS (Nicol.) aſtrologus regius, Anno 1630. claruit. Silvam chronologicam circuli Balthici: Onomaſticum etymologicum: Calendariographiam ſacram, &c. luci publicæ exhibuit. Vid. *Bartbolinus in Danis*, *pag.* 504.

HELVETIUS (Joh. Frider.) edidit diribitorium medicum, An. 1670: item, vitulum aureum, quem totus mundus adorat, Amſter. An. 1667.

HELVICUS (Chriſtoph.) Sprendlingenſis, natus eſt Anno 1581: obiit Anno 1617. Marpurgi Græcam & hebraicam linguam: tandem etiam Theologiam profeſſus eſt. Cum eſſet 13. annorum, Dionyſii Catonis diſticha moralia Græco carmine exprimere cœpit. Decimo quinto anno comœdiam de Tobia Græco verſu conſcripſit. Anno 17. Græcam orationem de miſſione Spiritus S. habuit. Græcis Hebraica junxit. Scripta ejus multa ſunt & varia. Inter alia librũ de dialectis Græcorum & ratione carmina Græca conſcribendi; alium de paraphraſi Bibliorum Chaldaica: theatrum hiſtoricum: refutationem elenchorum Judaicorum: Grammaticam univerſalem: vindicias locorum S. Scripturæ publicavit. Tractatum Helvici de Chaldaica Bibliorum paraphraſi ſummopere commendat *Andr. Rivetus in Iſagoge ad S. Script. cap.* 9. quem vide. Mortuo parentavit *D. Joh. Winckelmannus*. Confer *Spizelium in Templo Honoris*, *pag.* 46. & *Henningum Witte in Theol. pag.* 97.

HELVIDIUS Priſcus, Stoicus philoſophus, tempore Neronis & Veſpaſiani vixit. Erat Thraſeæ Pæti gener, cujus in loquendo libertatem imitari ſolebat. A Veſpaſiano interfici juſſus eſt. Vid. *Tacitus*, *Suetonius* & *Arrbianus l.* 1. *diſſert. Epict.* Confer *Glandorpium in O. R. pag.* 395. *Jonſium in S. H. Ph. pag.* 231.

HELVIGIUS (Andr.) Pomeranus, Anno 1624. chronologiam edidit, in qua vulgaris æra defenditur.

HELWICH (G.) condidit chronicon Moguntiacum, A. 1630: item, antiquitates Laurisheimenſes, An. 1631.

HELWICHIUS (Joh.) medicinam Hippocraticam in tabulas redegit, Anno 1631.

HELWICUS, Thuringus, rationarium Auſtriæ & Styriæ, An. 1273. compoſuit. Extat Viennæ.

HEMELARIUS (Joh.) Hagienſis Batavus, Impp. Romanorum á C. Julio Cæſare ad Heraclium uſque aurea Numiſmata, á *Jac. Bieo* in æs inciſa, brevi & hiſtorico comment. illuſtravit, Anno 1615.

HEMELMAN (Georg.) Malacitanus Hiſp. Anno 1637. ætat. 63. obiit. In *Epitaphio* audit heros omni literatura & probitate magnus, dicendi gravitate Demoſthenes, poëſi Maro, philoſophia Ariſtoteles, Theologiã Auguſtinus. In primam partem Theologiæ Thomæ quatuor Tomis commentatus eſt. Vid. *Alegambe*, *pag.* 155.

HEMERÆUS (Claud.) Quintinopolitanus, librum de Academia Pariſienſi, An. 1637. edi curavit.

HEMERTIUS (Ant.) Anno 1547. floruit. Texuit libros de ſervanda patientia. Extat ejuſdem monaſtica philoſophia.

HEMITHEON, Ἡμιθέων, Sybarita poëta, tempore Auguſti Imp. vixit. Scripſit verſus Sybariticos & impudicos *Philoni* memoratur *in vita Moſis* & *Luciano in libro* περὶ ἀμιθῶν.

ab HEMMINGA (Sixtus) natus eſt Anno 1533: obiit Anno 1586. Edidit librum aſtrologiæ ratione & experientia refutatæ: in quo ille non aſtronomiam impugnat, quæ inter mathematicas diſciplinas quartum locum occupat & ſiderum ortus ac occaſus docet, ſed aſtrologiam vanitatis arguit, quæ ex ſiderum conſtitutione hominibus inevitabiles inclinationes ingenerari docet. Vid. *Sweertius*, *pag.* 679.

HEMMINGIUS (Nicol.) natus eſt Anno 1513: obiit Anno 1600. In Hafnienſi Academia Theologi officio functus eſt. *Quidam* eum Calviniſmi ſuſpectum faciunt. Ejus ſyntagma Theologicum ipſi Genevates, Anno 1581. recudi curaverunt. Reliquit quæſtiones catecheticas: methodum de lege naturæ: poſtillam evangeliorum: comment. in epiſtolas Pauli, Petri, Judæ, Joh. Jacobi, &c. viam vitæ: tract. de gratia nniverſali: tract. in evangelium Joh. comm. in Pſalmos: hiſtoriam Chriſti: tract. de magicis artibus: librum de conjugio, &c. Vid. *Vindingius in Rect. Hafn. pag.* 74. *Bartbolinus in Danis*, *pag.* 105.

HEMPELIUS (Mich.) Friburgenſis, Anno 1534. natus eſt. Edidit Pſalterium.

HEMSTERHUIS (Sibold.) meſſem auream triennalem, Anno 1654. in lucem publicam prodire juſſit.

HENA (Sextilius.) Vide, SEXTILIUS.

HENÆUS (G.) An. 1616. floruit. Scripto Jobum expoſuit.

de HENAO (Gabr.) empyrologiam duabus partibus complexus eſt, fol. Anno 1652. Extat ejuſdem tractatus de ſacrificio miſſæ duobus voluminibus, fol. Salmanticæ, A. 1658. impreſſus.

HENCKELIUS (Balthaſ.) ſcripſit de bello Regis Sueciæ & fide Bogiſlai, Anno 1631. Prodiit ejuſdem ſynopſis juris feudalis, An. 1615.

HENELIUS (Chriſt.) JCtus, ſtatuam Mercurialem ad Themidis adyta, An. 1671. exaravit.

HENELIUS (Nicol.) comment. de Vett. JCtis adornavit: item, Sileſiographiam & Breslographiam. Extat etiam ejus otium Uratislavienſe, in quo multæ & variæ utiles obſervationes continentur.

HENERUS (Renatus) Lindoënſis, medicus & poëta, apologiam pro Veſalio elaboravit. Tractavit etiam de peſte. Ejus Bucolica, Pariſ. A. 1551. prodierunt.

HENIOCHUS, Ἡνίοχος, poëta mediæ comœdiæ, docuit comœdias. Earum nomina erant Γοργόνες, Δὶς ἐξαπατώμενος, Ἐπίκληρος, Θωρύκιον, Πολύευκτος, Πολυπράγμων, Τροχίλος, Φιλέταιρος, quemadmodû ex *Suida* & *Athenæo* colligere licet.

HENISCHIUS (Aſpas.) collegit tres centurias jocoſeriorum naturæ & artis, An. 1666.

HENISCHIUS (Georg.) medicus Auguſtanus, An. 1580. claruit. *Aretæum* Cappadocem commentario illuſtravit. *Job. Tzetzæ* ſcholia in Heſiodum latinè interpretatus eſt, An. 1574.

HENNENBERGERUS (Caſp.) edidit deſcriptionem Boruſſiæ, A. 1595.

HENNICHIUS (Joh.) hiſtoriam eccleſiaſticam concinnavit & in 3. partes digeſſit, An. 1674. Idem de veritate religionis ſcribere aggreſſus eſt.

HENNIGES (Henr.) compoſuit obſervationes in *H. Grotium* de J. B. & Pacis, An. 1672. Prodiit ejus etiam Tr. de ſumma Imperatoris Rom. poteſtate circa ſacra, An. 1676.

HENNIGES (Hier.) theatrum Genealogicum, opus immenſi laboris, A. 1598. typis exprimi curavit.

HENNINGIUS Henningii, Huſano Holſatus, Arabicarum literarum atque rerum callentiſſimus eſſe prædicatur. Mahumedanum precantem An. 1666. luci publicæ expoſuit.

HENNINGUS (Sal.) Anno 1590. floruit & chronicon Livono-Curlandicum elaboravit.

HENRICUS, Huntingtonienſis, Anno 1158. claruit. Hiſtoriam rerum Anglicanarum decem libris perſecutus eſt. *Caſp. Barthius in Claud. pag. 488.* nuncupat Anglorum ſcriptorum ferè cordatiſſimum.

HENRICUS, Mediolanenſis, poëta, duos libros de controverſia hominis & fortunæ compoſuit. Eum edidit *Cyprianus à Popma*, Colon. Anno 1584. *Barthius* verſificatorem temporum barbarorum non indoctum appellat.

HENRICUS, Oſtienſis, JCtus, in Decretales, Alexandro IV. pontifice hortante, commentatus eſt. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 204.*

HENRICUS, Samarienſis, poëta, quando & ubi vixerit, nondum conſtat. Neander in ethic. adeò pauperem fuiſſe ait, ut coactus fuerit lacero pelliceo ſuos inſcribere verſiculos. *Reineſius in epiſt. ad Daum. pag. 207.* Samarienſis bona carmina penes ſe eſſe & τῶν ſeculi emendatioris redolere & poſt *Galfridum, Vindocinenſ.* & *Galterum* ferre ſecundas affirmat.

HENRICUS ſeptimus, Rex Angliæ, ſcripſit de VII. eccleſiæ Sacramentis, Anno 1523.

HENRICUS (Bernh.) Januenſis, edidit Summam opinionum magis communium, Ven. An. 1599.

HENRICUS (Criſpinus) cenſuram Theol. contra *P. Suavis* hiſtoriam Conc. Trid. Dilling. An. 1654. emiſit.

HENRICUS (Dan.) de termino vitæ, An. 1651. ſcribere aggreſſus eſt.

HENRICUS (Golw.) edidit coronam anni in evangelia, Colon. An. 1648.

HENRICUS (Mart.) Sangallenſis, medicus, de diabete An. 1567. commentatus eſt.

HENRICUS (Thomas) emiſit anatomiam Aug. Confeſſ. Frib. An. 1631: item, catenam Biblicam, An. 1642.

HENRIET, ſtruxit harmoniam evangelicam.

HENRIQUEZ (Chryſoſt.) ſcr. Menologium Ciſtercienſe duobus voluminibus, An. 1630. item, apologiam pro S. *Guilielmo Ciſtercienſi*, An. 1626. Vid. *Carolus Viſch, in Bibl. Ciſt. pag. 65.*

HENRIQUEZ (Henricus) Portuenſis, obiit An. 1608. Reliquit ſummam Theologiæ moralis, An. 1613. Vid. *Alegambe, pag. 174.*

HENRYSON (Edw.) de teſtimentis ordinandis, Pariſ. A. 1556. commentatus eſſe dicitur.

HENSBERGIUS (Vinc.) concinnavit viridarium Marianum, A. 1615.

HENSCHENIUS (Gothofr.) Venradenſis Gelder, natus eſt An. 1601. Scr. de epiſcopatu Trajectenſi, An. 1653: item, de tribus Dagobertis, Anno 1655. Vid. *Alegambe, pag. 162.*

HENTENIUS (Joh.) Nechlinienſis, Anno 1566. obiit. Euthymii Zigabeni comm. in 4. Evangelia latinè interpretatus eſt. Adde Aretam in Apocalypſin, & Oecumenium in Acta & epiſtolas. Fertur etiam recenſuiſſe juſſu Caroli V. Imp. Biblia Lovanienſia. Vid. *Sweertius, pag. 447.*

HENTISBERY (Guilh.) tractavit de veritate & falſitate propoſitionis, Venetiis, An. 1494.

HENTSCHERUS (Chriſtoph.) JCtus, ſcr. de privilegiis, An. 1602.

HENTZNERUS (Paul.) An. 1612. emiſit itinerarium Germaniæ, Galliæ, Italiæ & Angliæ.

HEPBURNUS (Jac. Bonavent.) Scotus, compoſuit virgam auream, 72. encomiis B. Virginis ornatam, Romæ, Anno 1616. in 4.

HEPHÆSTION, Ἡφαιστίων, Alexandrinus, Grammaticus, ſcripſit de perturbationibus, quæ occurrunt in poëmatibus: item, ſolutiones Comicarum & Tragicarum dubitationum, ceu *Suidas* refert. *Tzetzes in Chil. 8. Hephæſtionem* Ptolemæum cognominat, & ad Tertyllam ſcripſiſſe memorat.

HEPIDANNUS, condidit Annales rerum in Alemannia geſtarum.

HERACLEON, Ἡρακλέων ὁ Γλαύκωνος, Ægyptius, Grammaticus, teſte *Suida*, Romæ docuit. Reliquerat comment. in Homerum: item, in Lyricos. In Iliadem citatur à *Scholiaſte Apollonii, pag. 142.* & *Etymol. M. autore* in ῥαδανίζειν. Confer *Stephanum* in ἀρίθμιον.

HERACLEOTES, Ἡρακλεώτης, ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείας, à *Scholiaſte Ariſtophanis ad Aves pag. 583.* allegatur. *Joh. Jonſius l. 1. c. 2. de Scr. hiſt. Phil. pag. 13.* putat, deeſſe nomen aliquod unius ex iis, qui Heracleotæ erant & de Heraclia ſcripſerant, quales erant *Nymphis, Promathides & Herodorus.*

HERACLIANUS, Ἡρακλειανὸς, Chalcedonis epiſcopus, exaravit 20. libros adverſus Manichæos ad Achillium quendam, qui id poſtulaverat. *Photius Cod. LXXXV.* in eo Atticiſmum commendat.

HERACLIDES, Ἡρακλείδης, Alexandrinus, ἔγραψεν ἰδιώματα Περσικὰ, teſte *Laërtio.*

HERACLIDES, Bargylietes, ſtilo contra *Epicurum* pugnavit. Vid. *Laërtius l. 5.*

HERACLIDES, Cretenſis, libro de civitatibus Græciæ inclaruit. Meminit ejus *Apollonius Dyſcolus* in *hiſt. Mirab. c. 19.* Vid. *Meurſius in Creta, pag. 241.*

HERACLIDES, Clazomenius, *Heſychio* in κλαζομένιος commemoratur.

HERACLIDES, Cumanus, Perſica quinq; libris abſolvit, memorante *Diogene Laërtio*, qui addit, fuiſſe adhuc alium *Heraclidem*, patria *Cumanum*, qui artes rhetoricas conſcripſerit. Confer *Autorem Etymologici* in Δανάκη, & *Caſaubonum in Athen. pag. 270.*

HERACLIDES, Lycius, inter ſophiſtas locum occupat. Vid. *Philoſtratus in vitis Sophiſt. pag. 566.*

HERACLIDES, Magneſius, compoſuit Μιθριδατικὰ, inquit *Laërtius l. 5.*

HERACLIDES, Mopſeates, Grammaticus, allegatur ab *Athenæo 6, 5.* & *Stephano* in Μόψου.

HERACLIDES, Oxyrynchites (*Diogeni Laërtio* Καλλατιανὸς audit) Lembus cognomine, tempore Ptolemæi Philometoris floruit. Cauſam cognominis *Diogenes Laërt.* dat, quòd λόγον λεμβευτικὸν conſcripſerit. Hoc nomine *Pompejus Feſtus* eum ornat In voce *Roma.* Succeſſiones etiam ſex libris explicuit. *Athenæus l. 3.* ex ingenti opere hiſtoriarum librũ 97. allegat.

gat. Vid. *Jonſius* in *Script. Hiſt. Phil. pag. 170.*

HERACLIDES, Ponticus, Philoſophus, inter Ariſtotelis diſcipulos refertur. Ejus vitam *Diogenes Laërtius* conſignavit, qui etiam teſtatur, ipſum in omni diſciplinarum genere aliqua reliquiſſe eaque κάλλιςά τε ϰ̀ ἄριςα, i. e. pulcerrima & optima. Condidit hiſtorica: librum περὶ αἰνιγμάτων: alium, περὶ ἄπνου, &c. Ex omnibus ejus ſcriptis nihil hodie extat, niſi allegoriæ Homericæ & libri de republ. Vid. *Jonſius de Scr. hiſt. Ph. 1, 17.* & *Thomaſius de plagio, §. 456.* Confer *Suidam.*

HERACLIDES, Ponticus, poëta, tempore Claudii & Neronis Impp. claruit. Reliquit libros verſu Sapphico, quos λέσχας ſive nugas appellavit. Ejus liber περὶ νήσων *Stephano* in αἰλίαρος allegatur. Confer *Suidam.*

HERACLIDES, Sinopenſis, poëta, in *Anthol. l. 3. c. 22.* inter Græcos epigrammatarios collocatur.

HERACLIDES, Soranus, ab *Etymologici M. autore in* λημῷ allegatur.

HERACLIDES, Tarentinus, medicus empiricus, ἐν συνδιασίαις citatur. Vid. *Dioſcorides & Caſaub. in Athen. pag. 270.* Heraclidis Herophilei *Strabo l. 14. pag. 645.* meminit.

HERACLITUS, Ἡράκλειτος, Epheſius, celebris philoſophus, Olympiade LXIX. claruit. Struxit librum de natura, in quo conſulto obſcurus fuit: unde Σκοτεινὸς dictus eſt. Cum hoc opuſculum *Socrates* legiſſet, dixiſſe fertur: quæ intelligo, præclara ſunt: nec minus, ut opinor, ea quæ non intelligo. *Ariſtoteles l. 3. rhet. c. 5.* Magna difficultas eſt (inquit) Heracliti ſcripta notis atque interpunctionibus diſtinguere: quia dubium eſt, cuinam parti verba hæreant, poſteriorine an priori, quod ex operis ejus initio intelligi poteſt, ubi ita inquit: rationis ejus quæ verè eſt ſemper ignari ſunt homines: incertum eſt enim, utri parti adverbium, ſemper, ſit applicandum. Vitam ejus *Laërtius* compoſuit. Vid. *Barthius in Celeſtina, pag. 301.* item, *Suidas.*

HERACLITUS, Lesbius, ſcripſit hiſtoriam Macedonicam.

HERACLITUS, Sicyonius, librum de lapidibus confecit, teſte *Plutarcho, lib. de fluminibus.*

HERAISCUS, Ἡραΐσκος, fertur ex utero matris prodiiſſe, digitum ſilentii indicem labiis admotum habens. Quamobrem ſectione illi opus fuit. Vid. *Suidas* in Ἡραΐσκος.

HERALDUS (Deſiderius) Anno 1649. obiit. Compoſuit notas in Arnobium: obſervationes ad jus Atticum & Romanum: item, Tr. de rerum judicatarum autoritate. Vid. *Placcius, pag. 217.*

HERBAIUS (Thom.) JCtus, emiſit librum rerum quotidianarum, A. 1614.

HERBENUS (Matth.) Brabantus, Anno 1495. floruit. Miracula S. Servatii carmine expreſſit, teſte *Swertio.*

HERBERGERUS (Valer.) edidit conciones, & Magnalia DEI de JESU, Scripturæ nucleo, tomis quinque.

HERBERGERUS (Zach.) Valer. filius, reliquit Calendarium Chriſtianum.

ab HERBERSTEIN (Sigiſm.) Baro, natus eſt Anno 1486. Anno ætatis 16. primam in philoſophia lauream conſecutus eſt: quem honorem ſemper maximi fecit adeò, ut frequenter etiam eo gloriatus fuerit. Aliquoties ſplendidiſſimas legationes obiit ad Danum, Polonum, Moſcum, Turcam & alios. Concinnavit commentarios rerum Moſcoviticarum.

HERBERTUS (Edoardus) Hibernus, ſcr. de religione gentium, An. 1663: item, de veritate, Anno 1656. Vid. *Kempius in Bibliotb. Angl. Theolog. pag. 294.*

HERBERTUS (Guil.) Brito, Anno 1333. obiit. In Deuteronomium & *Apocalypſin* commentatus eſt. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 153.*

HERBESTUS (Bened.) Novomiaſtenſis, Roxolanus, Anno 1580. floruit. Vitam Ciceronis An. 1568. conſtruxit: item, rationarium horarum canonicarum. Vid. *Alegambe, pag. 58. Hanckius part. 2. de Scr. rerum Rom. pag. 166.*

HERBETIUS (Joh.) Stannenſis Lotharingus, reliquit 5. libros de oratoria, A. 1574. Vid. *Alegambe, pag. 553.*

HERBINIUS (Joh.) edidit examen terræ motus & quietis, An. 1655: item, libellum de cryptis Kiovienſibus, Anno 1675.

de HERBON (Nic.) Gallus, Anno 1529. vixit. Compoſuit paradoxa Theologica:

gica: item, Monoteſſaron paſſionis Jeſu Chriſti. Vid. *Waddingus, pag. 264.*

de HERBON (Joh.) Hiſp. Anno 1450. floruit. Confecit opus metricum de inferno ſeu de intolerabili amoris pœna. Videatur *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 212.*

HERBORTUS (Felix) Joh. filius, antiquitatis admodùm ſtudioſus fuit. Veterem rerum Polonicarum ſcriptorem, *Cadlubcum*, notis & ſententiis illuſtravit Commentarios *Orechovii* de rebus Sigismundi I. & Auguſti F. luce donavit: ſimiliter vitam P. Kmitæ & annales Joh. Dlugoſſi. Scripſit & artem Dobromiliam ſeu juventutis Polonicæ inſtitutionem, quam ab arce ſua Dobromilia ſic appellare voluit. Videatur *Starovolſcius pag. 43.*

HERBORTUS (Joh.) de Fulſtin, Caſtellanus Sanocenſis, chronica Poloniæ, *An.* 1671: item, ſtatuta regni Poloniæ in ordinem alphabeticum digeſta, An. 1597. fol. publicavit.

HERCINIANUS (Fab.) Cancellariam Anhaltinam, Anno 1624. in 4. edi curavit.

HERCULANUS (Balth.) Bononienſ. Anno 1442. claruit. In 1. Digeſti partem commentatus eſt.

HERCULANUS (Franc.) JCtus, ſcripſ. de attentatis: item, de probanda negativa An. 1592.

HERCULANUS (Hieron.) JCtus Bononienſis, A. 1572. floruit, Collegit conſilia & reſponſiones.

HERCULANUS (Joh.) medicus, ſcr. in Avicennam de febribus. Vid. *Reineſius ad Daumium, pag. 192.*

HERCULANUS (Jul. Ant.) A. 1577. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 140.*

HERDESIANUS (Chriſtoph.) JCtus, Reipubl. Norimbergenſis conſiliarius, natus eſt, Anno 1523: obiit, Anno 1585. Vitam ejus deſcripſit *Marquardus Freberus. Bucholcerus* vocat virum magnæ & excellentis eruditionis: *Quenſtadius* verò *pag. 239.* Inſignem Calviniſtam. Struxit conſilium in controverſia Honoldina, an in fratrum liberis, facta ſubſtitutione, ſubintelligatur tacita conditio, ſi ſine liberis, &c. Ei quoq; Cōſenſus orthodoxus S. Scripturæ & vet. eccleſiæ de ſenſu verborum Cœnæ Domini tribuitur. *Placcius in Pſeudonymis, pag. 277.* eundem ſub nomine *Ambroſ. Wolfii* librum de ubiquitate & præſentia corporis Chriſti in S. Cœna: item, victoriam de triumphata communicatione idiomatum reali ſcriptitaſſe memorat. Confer *Eundem, in Anonymis, pag. 14.*

HERDESIANUS (Cyriacus) Anhaltinus, fuit Profeſſor hiſtoriarum Francofurti ad Viadrum. Compoſuit leſſum in obitum Rudolfi II. tract. de nobilitate: librum de perjurio: cynoſuram Juris canonici: iconem animorum, &c.

de HEREDIA (Fernandez) de Sacramentis commentatus eſt.

de HEREDIA (Paulus Mich.) In medicina varia opuſcula compoſuit, An. 1665.

HERELIUS (Joh.) emiſit cometographiam, An. 1668.

HEREMPERTUS, chronologus, ab *Ant. Caracciolo* editus eſt, An. 1626.

HERENDALIUS (Henr.) Brabantus, medicus, ſcr. de recto medicinæ uſu, Anno 1564.

HERENDALIUS (Petrus) Brabantus, condidit catenam in Pſalmos: item, chronicon, &c. teſte *Swertio.*

HERENNIUS, Ἑρέννιος, philoſophus, exegeſin in metaphyſica adornavit, quæ fertur extare Auguſtæ.

HERENNIUS Senecio, libros ſcripſit de vita Helvidii Priſci, idq; rogatu Fanniæ, Helvidii uxoris. Ob id Fannia in exilium miſſa & Herennius occiſus eſt. Teſtis, *Plinius l. 7. epiſt. ad Priſcum.* Adde *Xiphilinum in Domitiano.* Alius eſt à noſtro HERENNIUS Severus, vir doctiſſimus, apud *Plinium, l. 4. Epiſt.*

HERENNIUS Rufinus, Apulejum accuſavit de magia. Videatur ipſe *Apulejus in Apologia.*

HERESBACHIUS (Conr.) Clivenſis, JCtus, natus eſt, 1496: obiit An. 1576. Scripſit hiſtoriam anabaptiſticam ad Eraſmum: item, libellum de educandis & erudiendis Principum liberis. Extat etiam ejus comm. in Pſalmos.

de HERESDORF (Frid.) compoſ. nucleum obſervationum & deciſionum univerſi juris, An. 1665.

de HERICE (Val.) Pampilonenſis, Anno 1626. obiit. Reliquit 4. tractatus in 1. partem Thomæ Aquinatis. Vid. *Alegambe, pag. 440.*

HERICUS, Benedictinus monachus, An. 880. juxta *Tritbemium* vixit. Expreſſit verſibus vitam S.Germani. *Caſp. Bartbius* vocat bonum pro tempore poëtam & bonorum eruditum imitatorem, *ad Claudian. pag. 1131.*

HERIGONIUS (Pet.) curſum mathematicum abſolvit ſex Tomis, An. 1634.

HERILACUS (Pamph.) de aquarum natura & facultate, Colon. A. 1591. commentatus eſt.

HERINCX (Guil.) ſummam Theologiæ ſcholaſticæ & moralis 4. voluminibus complexus eſt, Antv. A. 1661.

HERINGIUS (Ant.) JCtus, ſcripſit de fidejuſſoribus, A. 1606.

HERINGIUS (Honorius) tractavit de podagra & arthritide, An. 1639. Vid. *Linden, pag. 285.*

HERINGIUS (Joh.) JCtus, librum de molendinis conſtruxit. Extat ejuſdem tr. de Tobia ſeniore & juniore, impreſſus An. 1642. Scripſiſſe eum etiam de citatione in vallem Joſaphat, ex *Caſp. Bartbii* verbis colligere licet ad *2. Tbeb. Statii, pag. 474.* quæ ita habent: Provocationem hanc ad incognitam juſtitiam, mutarunt Chriſtiani in appellationem vel citationem coram DEO vero judiee in vallem Joſaphat. Quam rem non invenuſto nuper libello illuſtravit amicus olim noſter *Job. Heringius*, more hodiè talia ſcribentium, variorum recentium ſcriptorum emblematis conſtipandis delectatus; qui ſi nos ſcriptionis ſuæ certiores feciſſet, ut olim talia ante editionem communicare conſueverat, multa comiter ſuppeditaſſemus, quibus vel altero tanto major is elegans jucunduſque libellus exiiſſet.

HERIR (El.) ſcriptor Arabicæ linguæ celeberrimus, in tanta æſtimatione apud Arabes habetur, in quanta apud nos Cicero: quapropter etiam ſcripta ejus in omnibus orientis academiis publicè leguntur & explicantur. Vid. *Fabricius in ſpecimine linguæ Arabicæ, pag. 1.*

HERIVÆUS, Rhemenſis epiſcopus, A. C. 900. vixit. Reliquit epiſtolam ad Witonem Rhothomagenſem epiſcopū de injungenda pœnitentia, &c. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 205.*

HERL (Corn.) Middeburgenſis, examen tract. medici de moſcho à D. Utralæo editi compoſuit, An. 1613.

HERLÆUS, contra Independentiſmum ſcripſiſſe memoratur.

HERLICIUS (David) Miſnenſis, celebris medicus & mathematicus, natus eſt A. 1557: obiit An. 1630. Initiò in Gryphiswaldenſi academia philoſophiam profeſſus eſt per 13. annos. Inde Stargardiam vocatus, ibi per 8. annos medicinam exercuit. Stargardiâ Lubecam: Lubeca iterum Stargardiam conceſſit. *Symbolum* ejus erat: Medicè vivere eſt modicè bibere. Scripta ejus multa erant & varia, quorum tamen nonnulla triſti incendio An. 1635. perierunt. Extant autem adhuc ſequentia: diſcurſus de iride lunari: tract. de academiis totius mundi: opus mirabilium: exercitationes philoſophiæ, de lacrimis, riſu, ſaliva, pudore & ſtrenutatione: tract. de extrahenda radice: liber de curationibus gravidarum, puerperarum, & infantium: carmina & orationes. Vitam ejus deſcripſit *Laur. Eichſtadius.* Vid. *Heming. Witte in Medicis, pag. 73.*

HERLICIUS (Elias) muſicomaſtigem An. 1606. publicari fecit.

HERLINUS (Chriſtianus) Argentinenſis, mathematicus non incelebris fuiſſe dicitur. De eo *Phil. Melanchtbon* dicere ſolebat, ſe grandi illa, qua tum erat, ætate Herlini fore auditorem, ſi Argentinæ viveret. Ejus Herlini & *Jac. Bedrotica* râ Athenæi editio Baſileenſis prodiit.

HERLINUS (Joh. Hulderic.) edidit Iſagogen in utrumque Teſtamentum, Anno 1608.

HERLOMIUS (Jac.) carminibus celebris factus eſt, Vid. *Tomus 2. Delit. Belg. pag. 1138.*

HERMACHUS, Ἕρμαχος, Epicureus, *Porpbyrio* memoratur *l. 1. de abſtinent. pag. 6.* Videatur *Jonſius de Script. biſt. Phil. 2, 1. pag. 119.*

HERMAGORAS, Ἑρμαγόρας, Amphipolitanus, philoſophus, Perſæi diſcipulus, dialogum contra Cynicos elaboravit, qui Μισοκύων Inſcribitur: item, contra Academicos.

HERMOGORAS, cognomine Καρίων, tempore Cæſaris Auguſti Romæ docuit. Confecit ſex libros de rhetoricis præceptis. De hoc *Seneca* accipiendus, *l. 2. controverſ. 14.* Hermagoras raras ſententias dicebat, ſed argutas, & quæ auditorem

ditorem diligentem penitus afficerent, ſecurum & negligentem tranſcurrerent. Confer *Suidam*.

HERMANNIDES (Rutg.) emiſit Britanniam magnam: item, Orthotoniam ſive tract. de accentibus Græcis, Anno 1664.

HERMANNOVILLANUS (Didac.) edidit Ariſtarchum, Colon An. 1645.

HERMANNUS Contractus. Vide, CONTRACTUS.

HERMANNUS (Guilh.) Gaudanus, deſcripſit bellum Hollandis illatum á Carolo Geldriæ duce, An. 1504.

HERMANNUS (Hajo) Friſius, JCtus, vixit circa A. 1530. Exaravit epiſtolas aliquot ad Eraſmum. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 179.* Hajo Hermannus (inquit) juvenis divinæ cujusdam indolis, cujus tamen nullum extat in literis ſpecimen, præterquam in epiſtolis aliquot, quibus nihil purius, ſanius aut ſuavius. Is fortaſſis palmam hanc tulerit, ſi naturæ feliciſſimæ par acceſſerit induſtria.

HERMANNUS (Joh.) Rautena Sileſius, celebris Theologus & Poëta, natus eſt, An. 1585: obiit, An. 1647. Reliquit novem libros epigrammatum: item, labores ſacros ſuper evangelia Dominicalia & feſtivalia, &c. Vitam ejus *Joh. Holfeldius* deſcripſit. Vid. *Henning. Witte, in Theol. pag. 654.*

HERMES Triſmegiſtus, Ἑρμῆς τρισμέγιστος, Moſis æqualis fuiſſe memoratur. *Diodorus Siculus l. 1.* Oſiridis ἱερογραμματέα ſive notarium ſacrorum fuiſſe tradit. Juxta *Euſebium* Ægyptiis *Thoyth* dictus erat. *Jamblichus de myſter. Ægypt.* literas ab eo repertas & multa librorum millia conſcripta eſſe memorat. *Euſebius de Præpar. Evang. 1, 7.* citat ejus librum de origine mundi. Illud quoque ex antiquis conſtat, eum doctrinam ſuam, ne inundatione Nili periret, columnis inſculpſiſſe, quas ſuo tempore adhuc extitiſſe *Proclus comm. in Platonem* refert. *Artapanus* apud *Euſebium de præp. Evang. 9, 4.* ſcribit, Moſen inventorem literarum apud Ægyptios fuiſſe: ideoq; ab iis divino honore cultum & Mercurium appellatum eſſe. Scripta, quæ hodie Mercurii nomine circumferuntur, ſpuria ſunt & ψευδεπίγραφα. Ea tamen crebrò allegantur apud *Stobæum in eclogis Ethicis & Phyſicis.* Circumfertur etiam ejus tabula Smaragdina, quam ſi noſſe expetis, apud *Henr. Salmuth, part. ſecunda in Pancirolum, tit. 7. p. 142.* invenies. Plura de Hermete legi poterunt apud *Caſaubonum in Exercit.* contra *Baronium*, *Becmannum in Exercit. Theol. pag. 223. & ſeq. Lambecium in Prodromo, pag. 134. Marſamum in Chronolog. pag. 140. Hornium, l. 2. hiſt. Philoſ. c. 6. pag. 90. Borrichium in Hermete, pag. 1. & ſeqq.* Confer *Suidam.*

HERMES, Chriſtianus, librum *Paſtoris* nomine edidit, qui aliquoties ab *Irenæo*, *Clemente Alexandrino*, *Origene*, *Athanaſio*, *Euſebio* & aliis allegari ſolet. Quis vero ille fuerit, non conveniunt auctores. Nonnulli Hermen, cujus *Paulus Rom. 16, 14.* meminit: alii fratrem Pii I. epiſcopi Romani eſſe exiſtimant. Librum ejusmodi, Paſtorem Hermæ inſcriptum, *Joh. Schottus* Argentorati An. 1522. edidit; quem tamen genuinû eſſe ſagaciores infitiantur. Vid. *Bellarminus de Script. eccleſ. p. 23. Phil. Labbe T. 1. diſſ. pag. 429. Rivetus T. 2. Oper. pag. 1084.*

HERMES (Hermannus) ſcr. tract. de Jure publico, An. 1673.

HERMESIANAX, Ἑρμησιάναξ, Colophonius, poeta elegiacus, teſte *Pauſania*, de patria Colophone egregiû carmen condidit. Juxta *Athenæum* Leontium amicam habuit & ejus gratia tres elegiarum libros elaboravit. Allegatur á *Parthenio c. 9. & 22.* & *Antonino Liberali, cap. 39.* *Pauſania* teſte publicis Colophoniorum ſumtibus ſtatua ipſi erecta erat.

HERMESIANAX, Cyprius, rerum Phrygiarum hiſtoriam texuit. Meminit ejus *Plutarchus lib. de fluviis.* Vid. *Meurſius in Cypro, pag. 165.*

HERMIAS, Ἑρμείας, ſcripſit de Apolline Grynæo, teſte *Athenæo 4, 9.*

HERMIAS, Ἑρμίας, Atarnites, eunuchus, ſocer Ariſtotelis, de anima ſcripſit, eamque immortalem dixit. Videatur *Suidas.*

HERMIAS, philoſophus Chriſtianus, librum reliquit, cujus inſcriptio eſt Διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων, i. e. irriſio gentilium philoſophorum; quem Græcè & latinè *Raph. Seilerus* primus vulgare cœpit. *Bigneus* eum ſeculo IV. claruiſſe autumat. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 206.*

HER-

HERMIAS, Syriani diſcipulus & Procli condiſcipulus, inter philoſophos nomen habere meruit. In hoc viro (inquit *Suidas*) tanta erat manſuetudo & juſtitia, ut ſi quid emeret, præcipuè verò librum, ſi forte venditor illum minori precio venderet, quàm par eſſet, hunc non ità acciperet, ſed juſtum precium ipſi daret, quamvis longè majus eſſet illo, quod venditor petiiſſet.

HERMICUS, Luſitanus, verſibus innotuit. *Eraſmus in Ciceroniano*, *pag. 186.* Hermicus (inquit) Luſitanus quidam in epigrammatibus felix, in oratione ſoluta promtus ac facilis, ad argutandum dexterrimæ dicacitatis.

HERMINUS, Ἕρμινος, peripateticus, in 10. prædicamenta Ariſtotelis commentatus eſt. Allegatur aliquoties à *Boëthio in lib.* περὶ Ἑρμηνείας. Meminit etiam ejus *Porphyrius & Dexippus. Lucianus in Demonacte* ait fuiſſe πυγκάμιςον, &, cum aſſiduè 10. Ariſtotelis categorias creparet, Demonactem arreptâ vocis κατηγορίας ambiguitate ſic eum perſtrinxiſſe: ἀληθῶς ἄξιος εἶ δέκα κατηγοριῶν, i. e. omnino decemplici accuſatione dignus es.

HERMIPPUS, Ἕρμιππος, Berytius, tempore Hadriani Cæſaris claruit & *Philonis Byblii* diſcipulus fuit. Inter alia edidit ſomniorum hiſtoriam libris quinque. Meminit ejus operis *Tertullianus lib. de anima, c.46.* Confer *Stephanum in* Ῥαβίννα: item, *Suidam.*

HERMIPPUS, Comicus, Olymp. LXXXVI. floruit. Juxta *Suidam* 40. fabulas docuit. Ex fabulis ejus erant Ἀθηνᾶς γοναὶ, Ἀρτοπώλιδες, Δημόται, Δίμετροι, Εὐρώπη, Θεοὶ, Θεσμοφόροι, Ἴαμβοι, Κέρκωπες, Κόθορνοι, Μοῖραι, Οἰδίπους, Στρατιῶται, Τετράμετροι, Τρίμετροι, Φορμοφόροι. In Periclem anapæſticos fecit & Aſpaſiam, quod cum Pericle lenocinium faceret, accuſavit. Vid. *Meurſius in lect. Attic. 5, 21,*

HERMIPPUS, Smyrnæus, tempore Ptolemæi Evergetæ vixit. Callimachi diſcipulus fuit: unde ab *Athenæo* Καλλιμάχειος dicitur. Condidit vitas virorum eruditione illuſtrium. Vid. *Etymologici M. autor in* Ἀντίμαχος. *Joſephus l. 1. contra Apionem* peripateticum vocat & laudat ceu diligentiſſimum omnis hiſtoriæ indagatorem. *Origenes l. 1. contra Celſum* ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νομοθετῶν ipſum allegat. Confer *Porphyrium l. 4.* περὶ ἀποχῆς, *pag. 178.* Vid. *Jonſius in Scr. hiſt. Ph. 2, 9. Thomaſius de plagio, §. 457.* Plura de Hermippis legere eſt apud *Spencerum in notis ad Origenem, pag. 13.*

HERMOCRATES, Ἑρμοκράτης, Phocenſis, inter ſophiſtas numeratur. Meminit ejus *Philoſtratus in vitis Sophiſt. p.* 565. ubi agit de Antipatro.

HERMOCREON, Ἑρμοκρέων, inter Græcos poëtas locum habet. Vid. *Anthol. l. 1. c. 3. & 20.*

HERMODORUS, Ἑρμόδωρος, leges variarum gentium literis conſignavit. Teſtis *Athenæus.* Vid. *Strabo l. 14. pag. 642.* In *Anthol. lib. 4. cap. 12.* Hermodorus quidam inter poëtas Græcos apparet.

HERMODORUS, Platonicus, ἐν τῷ περὶ μαθημάτων citatur à *Diog. Laërt. pag. 2.* Vid. *Jonſius de Sc. H. Ph. 1, 10.*

HERMOGENES, Ἑρμογένης, Tarſenſis (Vid. *Steph.* in Ταρσός) cognomine ξυστὴρ ſophiſta, ſub Antonino Pio [illegible] inclareſcere cœpit. Eum 16. [illegible] natum Marcus Imperator docentem audivit. Ætate provectior artis ſuæ [illegible] tus eſt. Unde *Antiochus* ſophiſta dic[illegible]: Hermogenes inter pueros ſenex, inter ſenes vero puer, teſte *Philoſtrato in* [illegible] *ſtis, pag. 556.* Reliquit libros 2. de [illegible] doctos & tanto rhetore dignos. [illegible] *Tzetzes in Chiliad. pag. 114. 142. 20*[illegible] Adde *Scheferum ad Rhetoricam Ano*[illegible], *pag. 36.* item, *Suidam.*

HERMOGENES, medicus, [illegible] *iano* Imp. claruit, teſte *Xiphili*[illegible] venis in dementiam immedicabilem incidit. Paſſim à *Galeno* celebratur, [illegible] *l. 1. de ſimpl. medic. c. 27. & alibi.* Confer *R*[illegible]*ſ. in epiſt. ad Hofm. pag. 642.*

HERMOGENIANUS, JCtus, compilator Codicis Hermogeniani dicti, ad tempora Conſtantiniana vel iis proxima pertinet. Vid. *Reineſius in epiſt. ad Hofm. pag. 640. Guido Panzirolus in JCt. 1, 65. Jacobus Gothofredus T. 1. in Cod. Theodoſ. pag. 183. Bertrandus in JCtis, pag. 185.*

HERMOLAUS, Ἑρμόλαος, Conſtantinopolitanus Grammaticus, tempore Juſtiniani Imper. floruit & *Stephani* Gram-

Grammatici ἔθνικα in compendium redegit & Juſtiniano Imp. nuncupavit. Ita *Suidas*.

HERMONAX, Ἑρμώναξ, ἐν ταῖς Κρητικαῖς λέξεσιν allegatur à *Scholiaſte Nicandri*, *pag.* 34.

HERMONYMUS Charitonymus, Ἑρμώνυμος, compoſuit monodiam in obitum G. *Gemiſti Plethonis*, teſte *Reiſero*. *Cruſius* in *Germano Græcia*, *pag.* 235. Spartanum facit & Reuchlini præceptorem.

HERMOSILLA, JCtus, reſolutiones Juris duobus voluminibus complexus eſt, [illegible]l.

HERMOTIMUS, Ἑρμότιμος, Clazomenius, *Tertulliano de anima c.* 2. memoratur.

HERMSDORFIUS (Jac.) ſcr. de *quæſtione illa*: an meliora ſecula ſint ſperanda? A. 1613.

HERNANDEZ (Franc.) celebris medicus, [illegible] po[illegible]t novam plantarum, animali[illegible] & mineralium hiſtoriam, quam deinde *Nardus Anton. Recchus* in volume[illegible]geſſit, *Joh. Terentius* verò, *Joh. Faber* & *Fabius Columna* notis & addit[illegible] illuſtraverunt. In hoc opere [illegible] plantæ deſcribuntur. Prodiit [illegible] hiſtoria Romæ, Anno 1651. Ai[illegible] in eam 60000. ducatos impen[illegible]e.

HERO, Ἥρων, Alexandrinus, mathemat[illegible], Olymp. CLXV. ſub Ptolemæo Ev[illegible]a II. claruit. Edidit libros 2. αὐτοματικῆς πραγματείας, id eſt, de machin[illegible]e moventibus: item, βελοποιητικὰ & πολιορκητικὰ, ſive de machinis [illegible]. *Gregorius Naz. orat.* 10. *in laudem Cæſarii fratris* eum ſummis mathematicis annumerat. Vid. *G. Joh. Voſſius in* [illegible] *de Mathemat.* 115, 290. *Lipſius in Po*[illegible]*t. L.* 1. *Dialog.* 6.

HERO, alius à priori, ſub Imperatoribus [illegible]s vixit & Geodæſiam compoſuit. [illegible] editus eſt à *Franciſco Barocio*, Pa[illegible] Veneto, An. 1572.

HERO[illegible], Athenienſis orator, ſtruxit libel[illegible] de antiquis oratoribus: item, commentarios in Herodotum, Thucydidem & Xenophontem. Autor *Suidas*. Vid. [illegible]*us de Scr. hiſt. Ph. pag.* 335.

HERO (Albert.) Friſius, Anno 1589. obiit.

Scripſit quinque libros de providentia DEI: item, epigrammata diverſa latinè, Græcè, Hebraicè.

HERODES, Ἡρώδης, Atticus, ſophiſta; tempore Adriani Cæſaris innotuit. Phavorini philoſophi diſcipulus fuit. Meminit ejus ſæpè *Agellius*. Ejus inſcriptionem in Regillam uxorem *Claud. Salmaſius* edidit & commentario illuſtravit. *Rufus Perinthius* ipſum Ἑλλήνων γλῶτταν καὶ λόγων βασιλέα vocare ſolebat. Herodis oratio περὶ τῆς πολιτείας edita eſt Hanoviæ, Anno 1619. à *Joh. Grutero*. Vid. *Philoſtratus in vitis Sophiſt. pag.* 547. item, *Suidas*.

HERODES, ἰαμβοποιὸς, à *Zenobio in prov. pag.* 155. adducitur.

HERODIANUS, Ἡρωδιανὸς, hiſtoricus, tempore Maximini Imp. claruit. Reliquit hiſtoriarum libros octo. Incipit à morte Aurel. Antonini & deſinit in morte Balbini & Maximi. Eum in lat. ſermonem *Angelus Politianus* tranſtulit. Qua de re ita *Wbear*: Haud ſcio, uter majorem laudem mereatur Herodianus ne, quem in lingua ſua ubere vena fluere non negaverim, an Politianus, qui Herodiani ſcripta tanta felicitate interpretatus eſt, ut non tranſtuliſſe, ſed ipſe compoſuiſſe videri poſſit. Vid. *Mart. Hanckius part.* 1. *de Scr. R. R. pag.* 128. In Herodiani Marcum & Commodum *Paulus Voëtius* Anno 1645. commentatus eſt.

HERODIANUS, Technicus, ſcripſit de numeris prodiitque Venetiis, Anno 1495. Τεχνικὸς propriè is eſt, qui artem Grammaticam docet vel conſcribit. Videatur *Berckelius in fragm. Stephani, pag.* 32. *Autor Etymologici Magni* multa ejus ſcripta allegat, ex. gr. τὸ καθόλου, in ἀμβρόσιος: Ὀνομαστικὸν, in ὑπερεκχύσαντας: τὸ περὶ παθῶν, in ἀγρέμον: Ἐξήγησιν τῆς λέξεων Ἱπποκράτους, in ἄμπωτις: Προσῳδίαι Ἰλιακαὶ, in ἦθος: Μονόβιβλον, in κάρηνον: Μεγάλους μερισμοὺς, in ἀβακέως: τὸ περὶ γάμου καὶ συμβιώσεως, in ἄρσην, &c.

HERODICUS, Ἡρόδικος, cognomine *Crateteus*, à præceptore Cratete ſic dictus, tempore Ptolemæi Phyſconis claruit. Scripſit Κωμῳδούμενα ſive de iis,

quæ ad comœdiam pertinent: item, de paraſitis & *σύμμικτα ὑπομνήματα*, teſte *Athenæo*. Vid. *Caſaubonus in Athen. pag. 408. Jonſius de Scr. H. Ph. 2, 13.*

HERODORUS, Ἡρόδωρος, Heracleota, edidit libros de Heraclea, patria ſua, teſte *Scholiaſte Apollonii l. 2.* *Stephanus* in *Κυνηγικὸν*, ejuſdem librum decimum de de geſtis Herculis allegat. Si laudato *Scholiaſte* ſtandum, de Macronibus, Pontica gente, commentarium quoque reliquit.

HERODOTUS, Ἡρόδοτος, antiquiſſimus Græcorum hiſtoricorum, qui hodie extant, Olymp. LXXXIII. claruit. Patria Halicarnaſſenſis erat: Thurius tamen dictus eſt, quod ſocium ſe deducendæ in Thurios coloniæ præbuiſſet. Unde eſt, quod à *Juliano in epiſtol.* ὁ Θού-ριος λογοποιὸς dicatur. Vid. *Suidas.* Condidit 9. libros hiſtoriarum, quibus Muſarum nomina impoſuit, etſi *Lucianus* affirmet, libros illos non ab ipſo authore, ſed ab aliis hoc nomine inſignitos eſſe. *Tullius l. 1. de legg.* eum hiſtoriæ parentem appellat. Inſigni injuria optimum hiſtoricum afficiunt, qui patrem fabularum vocant. Quod ipſum convitium facundiſſimo dialogo refutavit *Henr. Stephanus* Nec fabula eſt, quod Herodotus ſcribit, formicas Indicas ovis magnitudinem æquare. Idem enim *Busbequius* teſtatur, ſeque inter dona regis Perſarum Imperatori Turcico deſtinata formicam Indicam animal ſævum & mordax vidiſſe affirmat. Hæc *Anonymus in Bibliogr. polit.* Vid. *Gerb. Joh. Voſſius de nat. Rhet. p. 67. Jonſius de S. H. P. pag. 335. Thomaſius de plagio, §. 458.*

HERODOTUS, Olophyxius, ſcripſit de Diis & Nymphis, teſte *Stephano*: item, de pubertate Epicuri, quemadmodum *Laërtius l. 11.* teſtatur.

HERODOTUS, Ponticus, à *Tzetze in Lycophr. pag. 97. & 169.* adducitur. Plures Herodotos *Jonſius de Sc. hiſt. Ph. 2. 1. pag. 118.* enumerat.

HEROLD (Baſil. Joh.) ſtruxit hiſtoriam rerum contra Turcas, An. 1566. in Hungaria geſtarum. Vid. *Simon Schardius vol. 2. Germ. Script. pag. 585.*

HEROLD (Joh.) Hochſtattenſis, condidit commentariolum de veteris Germaniæ locis, teſte *Zeillero*, *part. 2. hiſt. pag. 73.* Scriptum ejus de Roman. in Rhetia ſtationibus extat *vol. 1. Germ. Scr. Simonis Schardii, pag 307.* Vid. *Hanckius, part. 2. Scr. R. R. pag. 142.*

HEROLD (Joh. Barthol.) tractavit de polygamia ſimultanea & ſucceſſiva, An. 1675.

HEROLD (Joh. Chr.) JCtus, de Jure repræſentationis & tranſpoſitionis, Anno 1669. commentatus eſt.

HEROMONTANUS, Icr. de poteſtate principum Germaniæ, Anno 1669.

HEROPHANES, Ἡροφάνης, Trœzenius, res Trœzenias ſtilo expoſuit, teſte *Pauſania.*

HEROPHILUS, Ἡρόφιλος, medicus, Olymp. LIII. clarus factus eſt. *P[illegible], 11, 37.* medicinæ vatem nom[illegible] *Galenus comm. in lib. Hippocratis de natura humana* agnoſcit, artem anatomicam ab Herophilo plurimùm adiutam fuiſſe. Mec mirum, cùm à [illegible]bus etiam facinoroſi è carcere ei mi[illegible]entur, quos vivos diſſecaret, ut autor [illegible] *Celſus.* Unde aſperè de eo *Tertullianus, lib. de anima, c. 10.* Herophilus i[illegible] medicus aut lanius, qui ſeptingentos [illegible], ut naturam ſcrutaretur, qui [illegible]mines odiit, ut noſſet. *Veſalius* præponere eum Galeno non dubitavit. At [illegible] *plius ὑπερβολικώτερον*: contrad[illegible] Herophilo in anatomicis eſt contradicere evangelio.

HEROTHEUS, Ἡρόθεος, ab *autore Etymologici M. in voce* βίη memoratur.

HERPINUS (Renatus) co[illegible] apologiam ad illuſtrandam [illegible]odum *Bodini de Republica*, An. 1615.

HERRENSCHMID (Ja[illegible]b.) emiſit oſculologiam Theologic[illegible]hilologicam, An. 1630: item, amorem [illegible]xum.

de HERRERA (Alfonſus) G[illegible]tenſis, An. 1617. claruit. Duos T[illegible] quæſtionum evangelicarum pro [illegible]bus adventus conſcripſit. Vid. *Waddingus pag. 12.*

HERRERA (Ant.) Philippi III. hiſtoriographus, deſcriptionem Indiæ occidentalis adornavit, quam *Caſp. Barlæus* poſtea interpretatus eſt, Anno 1622. fol. Vid. *Chr.*

Chr. Funccius in orbe hodie imperante, T. 1. *pag.* 415.

HERRERA (Ferd. Alf.) Hiſp. An. 1511. claruit. Compoſuit 8. dialogos ad *Franc. Ximenium*, in quibus Ariſtotelem reprehendere auſus eſt, oſtendens, orationem non eſſe quantitatem.

HERRERA (Franc.) 1595. vixit. Manuale Theologicum edidit: item, comm. in 1. & 2. Sententiarum. Vid. *Wadding. pag.* 120.

de HERRERA (Pet.) ſcr. in Thomam de Trinitate, Papiæ, An. 1627.

HERRERA (Thomas) alphabetum Auguſtinianum exaravit, Madriti, Anno 1654.

HERSENTIUS (Car.) in Dionyſium Areop. de myſtica Theologia, Pariſ. An. 1626. commentatus eſt.

HERTELIUS (Jac.) collegit veterum Comicorum Græcorum fragmenta, Anno 1616.

HERSTENSTEIN (Leonh.) Lucernenſis, Ingolſtadii philoſophiam profeſſus eſt. Opus ſex dierum, Anno 1636. copioſe expoliuit. Vid. *Alegambe*, *pag.* 310.

HERT[illegible]DERUS (Bernh.) Baſilicam S. [illegible], Auguſt. Anno 1627. fol. de[illegible]

HER[illegible] (J. Ferd.) elaboravit crocologiam, An. 1670.

de HERTOGHE (Ægid.) medicus, exaravit epiſtolam ad *Matth. Cornarium* de geſtatione fœtus mortui per tredecim annos.

de HERTOGHE (Polycarpus) Antverp. Anno 1620. floruit. Reliquit panegyricos: item, tragœdiam de vita & martyrio Cornelii, &c. Vid. *Sweertius*, *pag.* [illegible]

H[illegible]TZHOLMIUS (Ivarus) JCtus, tra[illegible]it de ſervitute perſonali & reali, [illegible]n An. 1674.

HERTZIUS (Mich.) edidit notitiam [illegible]torum hiſtor. Germaniæ, Anno [illegible]4: item, libellum de victimis hu[illegible]

[illegible]TZOG (Bernh.) chronicon Alſatiæ [illegible]ſtruxit, An. 1592. fol.

[illegible]TZOG (Simſon) JCtus, emiſit for[illegible]las.

[illegible]VÆUS, Brito. Vide, NATALIS.

H[illegible]VÆUS, Dolenſis, Benedictinus monachus, Anno 1130. floruit. In epiſtolas S. Pauli commentatus eſt. Vid. *Olearius in Abaco*, *pag.* 207.

HERVAGIUS (Joh.) collegit concordantias majores, An. 1563. fol.

HERVARTUS (Joh. Frid.) edidit admiranda ethnicæ Theologiæ myſteria: ubi lapidem *magnetem* antiquiſſimis nationibus pro deo cultum; & artem, qua navigationes magneticæ per totum orbem inſtituerentur, à ſacerdotibus ſub involucris deorum dearumq; & aliarum fabularum cortice occultatam fuiſſe, evincere conatur, Ingolſt. A. 1623. in 4.

HERVETUS (Gentianus) natus eſt Anno 1499: obiit Anno 1584. Juſſu Marcelli Cervini multa ex Græcis patribus in latinum ſermonem tranſtuliſſe dicitur. Vid. *Thuanus l.* 80.

HERWARTUS (Henr. Phil.) ſtruxit comm. in Jobum, An. 1673. fol.

HERWARTUS (Joh. Georg.) Bavarus, condidit chronologiam: item, defenſionem Ludovici IV. Vid. *Caſaub. epiſt.* 708.

de HESE (Joh.) itinerarium Hieroſol. concinnavit, A. 1489. teſte *Sweertio.*

HESENTHALERUS (Magn.) athletam politicum, An. 1665. imprimi fecit.

HESHUSIUS (Tilemannus) Theologus, natus eſt Anno 1526: obiit An. 1588. Docuit primò Heidelbergæ: deinde Jenæ: tandem Helmſtadii. Anno 1583. colloquio Quedlindburgenſi interfuit, ubi ἀλλοιώσεως dogma generalis Ubiquitatis è S. Scriptura demonſtrari poſſe negavit. Vid. *Rüelius*, *T.* 4. *Concil. pag.* 654. *Micrælius*, *pag.* 380.

HESIODUS, Ἡσίοδος, Aſcræus, celebris poeta, juxta *Varronem & alios* Homero æqualis fuit: *alii* centum vel 130. annis Homero juniorem faciunt. *Solinus c.* 43. in auſpiciis primæ Olympiadis obiiſſe tradit. Reliquit Ἔργα καὶ ἡμέρας, ſcutum Herculis, Ἠοίας, &c. *Pauſanias* Θεογονίαν Heſiodo abjudicat. *Strabo l.* 7. *pag.* 302. eundem ἐν Γῆς περιόδῳ allegat. Cleomenes teſte *Æliano in V. H.* 13, 19. dicere ſolebat: Homerum Lacedæmoniorum eſſe poëtam, Heſiodum Helotarum, quòd ille belligerandi, hic agricolandi viam & rationem præſcriberet. Vid. *Suidas*, *Meurſius in lect. Att.* 2, 20. *Langbainius ad Longinum pag.* 49.

 Mar-

Marſamus in Chronolog. pag. 433. Thomaſius de plagio, §. 459.

HESIUS (Guilh.) poëta Lyricus, ſcripſ. emblemata ſacra de fide, ſpe & charitate, Anno 1636. Videatur *Alegambe, pag. 169.*

HESLINGUS (Q.) An. 1596. muſicam Davidis edidit.

HESRONITA (Mich.) Maronita Chaldæus, emiſit Calendarium juxta concilium Nicænum I. Gregorianumque, nec non antiquum Orientalium, Romæ, An. 1637.

HESSELBEINIUS (Joh.) confecit antidotum & elenchum de analogia ſacramentorum: item, examen Theol. de diſtinctione partium integralium & eſſentialium in S. Cœna. Vixit An. 1610.

HESSELIUS (Joh.) Lovanienſis Profeſſor, Anno 1566. obiit. Scripſit comment. in Matthæum: item, de Petri cathedræ firmitate: de invocatione Sanctorum: de reali præſentia corporis & ſanguinis Domini in euchariſtia: confutationem novæ fidei, &c. Concilio Tridentino interfuiſſe legitur. Vid. *Valerius Andreæ in Faſt. Lovan. pag. 114. Ghilinus vol. 2. pag. 128. Sauſſay pag. 112. Placcius in Pſeudon. pag. 254.*

HESSERUS (Greg.) edidit Monoteſſaron evangelicum de vita Chriſti, Monach. An. 1657.

HESSIANDER (Chr.) tractavit de communicatione & vivificatione carnis Chriſti, An. 1571.

HESSIUS (Nic.) Ciſtert. monachus, collegit hiſtoriam monaſterii Hemmenrodenſis, Colon. An. 1640.

HESSIO, Scholaſticus ſcripſit de Henrico V. Imp. & Calixto pontifice.

HESTERBERGIUS (Joach.) de eccleſia Waldenſium, An. 1666. commentari aggreſſus eſt.

HESSUS (Joh.) Anno 1547. obiit. Miſſam primus Uratislaviæ abrogavit. Ejus vitam *Henelius in Sileſia togata* ſtilo expreſſit.

HESSUS (Val.) JCtus, ſcripſit de majeſtate imperii: item, de regalibus, Anno 1616.

HESYCHIUS, Ἡσύχιος, Conſtantinopolitanus, commentar. de æneo ſerpente, teſte *Photio Cod. LI.* conſtruxit.

HESYCHIUS, Grammaticus, lexicon Græcum compoſuit & Eulogio inſcripſit. *Julius Scaliger de ſubtil. pag. 455.* futilem & planè Grammaticum autorem nominat. Alii honeſtius de eo ſentiunt. *Voſſius in Tract. de Philolog. cap. 5. §. 17.* ita ſcribit: Heſychii lexicon Græcæ linguæ theſaurum ducebat præceptor in Græcis meus *Bonavent. Vulcanius.* Idem *Heinſio & Salmaſio* viſum eſt. Vid. *Caſaubonus epiſt. 198. & 265.* Heſychio (inquit *Caſpar Barthius ad Claud. pag. 1102.*) qui teſtimonia veterum autorum exſecuit, piaculum inexpiabile fecit; plurima enim bonorum ſcriptorum loca paucis verbis illuſtrat doctiſſimus omnium Grammaticorum, quæ niſi coram gloſſis ſuis videas, vix ſentias quam ſint erudita. Heſychium *Schrevelius* edidit, A. 1668. in 4. Novam editionem *J. Caſpar Suicerus* moliri dicitur.

HESYCHIUS, Mileſius, Illuſtris ob illuſtrem dignitatem dictus, tempore Anaſtaſii Imper. claruit. Scripſit hiſtoriam univerſalem, quam Romanam & omnigenam appellavit. Orſus eſt à Belo & deſiit in morte Anaſtaſii teſte *Photio Cod. LXIX.* Extat ejus quoq; compendium de vitis philoſophorum, quod *Joh. Meurſius* erudito commentariolo illuſtravit: item, origines Conſtantinopolitanæ. Vid. *Suidas.* Confer *Jonſium, de hiſt. Phil. 3, 1. Thomaſium de plagio, §. 460. Hanckium in Scr. Byzant. pag. 142.*

HESYCHIUS, Presbyter Hieroſolymitanus, circa Annum 600. vixit. Extat ad eum epiſtola *Gregorii M.*, *L. 9. epiſt. 40.* Exaravit 7. libr. explicationum in Leviticum ad Eutychianum diaconum. Alii 400. anno vixiſſe & Nazianzeni diſcipulum fuiſſe arbitrantur. Heſychius, presbyter Hieroſolymitanus (inquit *Salmaſius de Transſubſt. pag. 75.*) cujus extat in Leviticum commentarius in lat. ſermonem converſus, homo Græcus fuit & Græce ſcripſit. Cujus libri extant ſcripti in bibliotheca Regia: ſed malo facinore & inſigni fraude ii, qui illis uſi ſunt, *Salonitanum* pro *Hieroſolymitanum* in fine repoſitum iverunt, ut ex craſſis literarum priorum ductibus manifeſto apparet. Vid. *Voſſius in Diſp. Theolog. diſp.*

diſp. 24.5. 2. Phil. Labbe T. 1. diſſert. de S.E. pag. 632. 821. Olearius, pag. 207.

HESYCHIUS, monachus, S. Hilarioni coævus, An. 360. floruit. Is novam Græcam translationem totius Scripturæ compoſuit, quam ſuo tempore omnibus per Alexandriam & Ægyptum eccleſiis uſitatam fuiſſe *S. Hieronymus* affirmat.

HETRUSCUS, Ἐτροῦσκος, Meſſenius, Græcus poëta, in *Anthol. 3, 22.* adducitur.

HETTINGERUS (Philipp.) concluſiones philoſophicas, Ingolſt. Anno 1647. edi curavit.

HETZIUS (Joh.) peregrinationem Hieroſol. An. 1565. deſcripſit.

HEVELIUS (Joh.) Gedanenſis, celebris mathem. An. 1665. claruit. Edidit Selenographiam: item, epiſtolam de cometis. Vid. *Hedovillius T. 2. Ephemerid. pag. 97.*

ab HEUMEN (Joh.) ſcripſit Joſephum ſomniantem, An. 1663: item, Jobum patientem, An. 1668.

HEUMONT (Joh.) Lotharingus, A. 1617. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 249.*

HEUPOLDUS (Bernh.) edidit Plautum redivivum.

de HEURNE (Chr.) Gaudenſ. JCtus, tractavit de officio Heraldi: item, de duello & torneamentis. Collegit etiam varias inſcriptiones & epitaphia teſte *Sandero*. Vid. *Swertius, pag. 176.*

HEURNIUS (Joh.) medicus celeberrimus, natus eſt Anno 1543: obiit Anno 1601. die natali. Lugduni Batav. medicinam docuit. Elaboravit commentar. in aphoriſmos Hippocratis: item, reſponſum ad Curiam Hollandicã, quo oſtendit, nullum eſſe aquæ innatationem lamiarum indicium. Vid. *Swertius, pag. 439. Meurſius in Ath. Batav. pag. 135. Thomaſius de plagio, §. 461.*

HEURNIUS (Juſtus) Joh. medici filius, diu in India orientali eccleſiaſtæ officio functus eſt. Scripſit de eccleſiaſtica vocatione ad Indos capeſſenda, Anno 1618.

HEURNIUS (Otto) Ultraject. medicus, natus eſt A. 1577. Condidit duos libros de barbarica philoſophia. Vid. *Swertius, pag. 589.*

HEUSLERUS (Mart.) Hecubam Euripidis expoſuit, An. 1555.

HEUTERUS (Pontus) Delphenſis, natus eſt Anno 1535: obiit Anno 1602. Reliquit duos libros de Belgio veteri & novo: ſex libros Burgundicorum: 15. libros rerum Belgicarum & Auſtriacarum. Hi omnes ſimul prodierunt Lovanii, A. 1649. fol. Vid. *Swertius, pag. 649, Zeillerus part. 2. pag. 74.*

HEYDANUS (Abr.) edidit tract. de Socinianiſmo, A. 1659.

ab HEYDEN (Herm.) ſynopſin diſcurſuum medic. Londini, A. 1653. typis tradidit.

ab HEYDEN (Jodocus) Brabantus, Lyſiæ orationes notis politicis illuſtravit, An. 1615. Vid. *Swertius.*

HEYDENUS (Joh.) deſcriptionem urbis Hieroſolymitanæ, Anno 1563. adornavit.

HEYE (Frid.) de dentibus nonnulla edere aggreſſus eſt.

HEYLL (Chr.) in Galenum de artis medicæ conſtitutione commentatus eſt, A. 1534.

HEYSTIUS (Joh.) ſcripſit de Pilis eorumque natura, Anno 1646. Amſtelr.

HEYWODUS, Anglus, de Angelis tractatum elaboravit.

HIBERNICUS (Mauric.) ſcr. dictionarium S. Scripturæ, quod prodiit, Venet. A. 1603.

HIBERNICUS (Thomas) alias *Palmeranus* dictus, Anno 1269. floruit. Collegit flores doctorum, teſte *Wareo, pag 60.* Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 326. Thomaſius de plagio, § 462.*

HICESIUS, Ἱκέσιος, medicus, librum de myſteriis condidit, quem *Clemens Alexandrinus in Protrept.* allegat. Scripſit etiam de vino, teſte *Plinio 14, 19. Idem 27, 4.* non parvæ autoritatis medicum appellat.

HICKMANNUS (Henr.) Anglus, tractavit de hæreſium origine, Anno 1659.

HIEBLINUS (Chriſt.) reliquit tract. de lapide Bezoar, An. 1589.

HIEGOSEWSKI (Staniſl.) Polonus, tantus poëta & philoſophus fuiſſe fertur, ut Venet. A. 1584. publice theſes affixerit de Theologia poſitiva, quam vocant, & Scholaſtica, de univerſa Ariſtotelis philoſophia, naturali, morali & divina, de rebus denique mathematicis, & ad

ad objecta verſibus reſponderit. Vid. *Goclenius in Lex. Philoſ. part. 1. pag. 352.*

HIERAX, Ἱέραξ, de Juſtitia philoſophatus eſt, teſte *Stobæo ſerm. 5. & 10. Damaſcius apud Photium* Ammonio æqualem facit.

HIEREMIAS (Petrus.) Vide, JEREMIAS.

HIEROCLES, Ἱεροκλῆς, libros φιλίστορας conſcripſit. Vid. *Stephanus* in Βραχμᾶνες & τετρακωμία. Confer *Tzetzem in Chiliad. 7. pag. 134.* ex quo liquet, Hieroclem quamplurimas regiones peragraſſe resque in itinere viſas aut aliunde cognitas ſcripto tradidiſſe.

HIEROCLES, Alabandenſis, Meneclis frater, *Cicerone* adhuc puero, floruit & oratoriam docuit. Tertium eſt (inquit *Cicero in oratore ad Brutum*) in quo fuerunt fratres illi Aſiaticorum rhetorum principes, Hierocles & Menecles, minimè mea ſententia contemnendi. Etſi enim à forma veritatis & ab Atticorum regula abſunt: tamen hoc vitium compenſant vel facultate vel copia. Vid. *Pearſonius in proleg. ad Hieroclem.*

HIEROCLES, Hyllarimenſis, ex athleta philoſophus factus eſt, teſte *Stephano* in Ὑλλάριμα. *Pearſonius* loco cit. Stoicum philoſophum eſſe arbitratur, quem *Taurus* apud *Agellium*, 9, 5. virum ſanctum & gravem prædicat.

HIEROCLES quidam 2. libros περὶ τῆς ἱππων θεραπείας, i. e. de morbis equorum curandis compoſuit, eoſque à Baſſo rogatus cùm confeciſſet, eidem poſteà dedicavit. Fuit autem Hierocles ille non ἱππίατρος, ſed juriſprudentiam coluit & cauſis agendis in foro operam dedit, ceu patet ex operis proœmio.

HIEROCLES, Grammaticus, Συνέκδημον vel notitiam Imperii Conſtantinopolitani evulgavit. Eam in corpore hiſtoriæ Byzantinæ *Lucas Holſtenius* exhibet. Meminit hujus Hieroclis *Conſtantinus Porphyrogenneta l. 2. de Themat. p. 81. 84.*

HIEROCLES, philoſophus Alexandrinus, imperante Diocletiano judicis officio functus eſt. Erat autem magnus Chriſtianorum hoſtis, contra quos etiam 10. libros edidit, quos λόγους φιλαλήθεις indigitavit. Apollonium Tyaneum Chriſto Domino & Servatori noſtro componere nó erubuit. Ex judice philoſophus factus in aurea Pythagoræ carmina commentatus eſt. Scripſit etiam 7. libros de providentia, fato & lib. arbitrio. *Stobæus ſerm. 83.* ejus quoque Οἰκονομικὸν allegat: quem tamen *Joh. Pearſonius* partem majoris operis, τῶν φιλοσοφουμένων ſcilicet, eſſe exiſtimat. *Damaſcius ap. Photium* in Gorgiam Platonis etiam commentatum eſſe memorat. Facetiæ, quæ Hierocli vulgò adſcribuntur, Hieroclis alicujus junioris eſſe videntur. Videatur *Joh. Pearſonius in prolegomenis ad Hieroclem.* Confer *Jonſium in ſcr. hiſt. Ph. 3, 18. Thomaſium de plagio, §. 463.*

HIERON, Ἱέρων, Alexandrinus vel Epheſius, *Phlegonti de Mirabil. c. 2.* citatur. Vid. *Meurſius* in *Phlegont. pag. 153.*

HIERON, Siculus, ſcripſit de re ruſtica, teſte *Varrone & Columella* 1, 1.

de HIERONYMIS (Bapt.) conſilium de ſocietate elaboravit.

à S. HIERONYMO (Camill.) Anno 1670. claruit. Edidit carmina & inſtitutiones poëticas.

HIERONYMUS, Ἱερώνυμος, Cardianus, tempore Ptolemæi III. vixit. Alexandri Magni & ſucceſſorum ejus res ... ſtilo expreſſit. Vid. *Suidas & Dionyſius in præfat.*

HIERONYMUS, Guadalupenſis, A. 1590. floruit. Confecit commentar... in 4. Evangelia: item, in Hoſeam.

HIERONYMUS, Phœnix vel Ægyptius, Olymp. CXX. claruit. Teſte *Joſepho*, Phœniciæ Syriæque præfectus ... & de rebus Phœniciis ſcripſit. *Joſ... l. 1. Antiq. Jud.* eum in iis libris ... univerſalis meminiſſe affirmat. Confer *eundem l. 1. contra Apionem.* ... cum *Hiromo*, Tyri rege, mal... confundere videtur.

HIERONYMUS, Rhodius, peripateticus, Ariſtotelis diſcipulus, tempor... Ptolemæi Lagi floruit. Compo... ... καὶ ὑπομνήματα: item, librum περὶ μέθης, i. e. de ebrietate. V... eatur *Athenæus l. 10. & 13.* Confer *Jonſium l. Scr. hiſt. Phil. 2, 3. Meurſium in R... pag. 99.*

HIERONYMUS, Stridonenſis, tempore Theodoſii & Honorii Impp. claruit. Obiit Anno 422. Opera ejus novem Tomis continentur. Primus ex latini ... tribus philoſophiam & Theologiam

cum

cum linguarum cognitione feliciſſimè conjunxit, tantumque profecit, ut reliquos poſt ſe multo intervallo relinqueret. Damaſus pontifex & S. Auguſtinus in difficilioribus rebus non ſemel ejus opera & conſilio uſi ſunt. Vid. *Sixtus Senenſis, l. 4. pag. 241. Rivetus T. 2. operum, pag. 913. 1131. Olearius in Abaco, pag. 208. Thomaſius de plagio, §. 464.*

HIERONYMUS de Praga, Theologus & JCtus, Anno 1400. Pragæ philoſophiam docuit. Obiit Venetiis, Anno 1440. Concilio Conſtantienſi interfuit. Sermonem reliquit de S. Romualdo. Vid. *Mart. Xav. Volckmann. in Elog. Prag. pag. 77.*

HIERONYMUS de S. Fide, Anno 1412. innotuit. Ex Judæo Chriſtianus & poſteà Benedicti XIII. pontificis medicus factus eſt. Condidit librum contra errores Judæorum & nugas Talmudicas: ex cujus recitatione ultra quinque Judæorum millia converſi eſſe feruntur. Videatur *Hornebeck. de Converſione Judæor. pag. 8. Olearius in Abaco, pag. 210.*

HIERONYMUS, Ateſtinus, Anno 1530. obiit Patavii. Carmen reliquit de geſtis Ateſtinorum.

HIERONYMUS (Jacobus) edidit feſtas conc[illegible]es, Pariſ. An. 1538.

HIERONYMUS (Joh.) compoſuit lucubrationes in Bartolum, Venet. Anno 1571.

HIEROTHEUS, Ἱερόθεος, Græcus autor, de lapide philoſophico commentatus eſt. Vid. *Borrichius de Hermet. pag. 69.*

HIEROVIUS (Barth.) methodum chirurgicam elaboraſſe dicitur, A. 1595.

HIGGIN (Phil.) Anno 1487. reliquit poemata ſacra, teſte *Waræo, pag. 77.*

HIGHMORUS (Nath.) edidit anatomicam diſquiſitionem corporis humani, A. 1651. fol: item, tractatum de hyſterica & hypochondriaca paſſione.

HIGUERRA (Hier. Roman.) Toleta[illegible] An. 1570. claruit. Notas in Dextri & [illegible]ni Petri chronica adornavit: & de familiis Toletanis commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 187.*

HILARIO, Veronenſis, An. 1515. vixit. Struxit compendium rhetorices Hermogenianæ. *Voſſius de natura Rhetoric pag. 23.* mavult vocare diſpendium.

HILARION, Genuenſis, Anno 1585. obiit. Scripſit animadverſiones in 4. evangelica: item, librum de amore erga DEUM.

HILARION (Quint. Julius) Anno Chriſti 440. vixit. Reliquit chronicon ſive libellum de mundi duratione, quem *Margarinus Bigneus* edidit. Chiliaſten fuiſſe ex fine ejus libri apparet. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 212.*

HILARIUS, Arelatenſis, An. 440. claruit. Hiſtoriam Geneſeos heroico carmine complexus eſt. Eam edidit *Weitzius* unà cum notis.

HILARIUS, Pictavienſis, A.C. 370. obiit, juxta *Senenſem. S. Hieronymus* eum Romani ſermonis tubam latinæque eloquentiæ Rhodanum appellat. *Eraſmus in Ciceroniano, pag. 151.* Hilarius (inquit) difficilis eſt & obſcurus in eloquendo: & Gallico, ut inquit ille, cothurno attollitur, verba quoque multa ſecum trahens, quæ non ſunt Tullianæ puritatis. Struxit 13. libros de ſacroſancta Trinitate: item, commentarios in Jobum & Pſalmos. Vid. *Rivetus l. 3. Crit. ſacr. c. 12. Olearius in Abaco, pag. 213. Thomaſius de plagio, §. 466.*

HILARIUS, Diaconus, natione Sardus, A. 384. floruit. Fecit commentarium in S. Pauli epiſtolas, qui vulgo Ambroſio adſcribitur. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſert. de S.E. pag. 454.*

HILARIUS (G.) Orthungenſis Danus, natus eſt An. 1616. Edidit computum eccleſiaſticum, Anno 1650: trigonometriam planam: epitomen artis epigrammaticæ, &c. Vid. *Vindingius in R.H. pag. 412. Bartholinus in Danis, pag. 47.*

HILCEMERUS (Balth.) Pomeranus, analyſin Pſalmorum pœnitentialium, Anno 1616. edi curavit.

HILDANUS (Guilh. Fabricius) celebris medicus, Anno 1629. floruit. Edidit quinque centurias obſervationum & curationum chirurgicarum: tract. de gangræna & ſphacelo: lithotomiam veſicæ: librum de dyſenteria: epiſtolam de trichiaſi, &c. Vid. *Linden, pag. 223.*

HILDEBERTUS, de Lavarzino, Cænomenſis, An. 1132. obiit. De eo tale *diſtichon* circumfertur:

Inclytus & proſa, verſuq; per omnia pri(mus,
Hildebertus olet prorſus ubiq; roſam.

Extant ejus epiſtolæ. Martyrium S. Agnetis 11. capitulis ab eo exaratum,

 apud

apud *Barthium in Adv. 31, 13.* occurrit. Dicitur etiam vitam Mariæ Ægyptiacæ carmine elegiaco expreſſiſſe. Vid. *Phil. Labbe T. 1. Diſſert. de S. E. pag. 459. Olearius, pag. 215.*

HILDEBRANDUS (Andr.) diarium Pomeranicum emiſit, Anno 1631. item, epiſtolas de cornu cervino, de gutta Gamandra, de hæmorragia, &c.

HILDEBRANDUS (Joach.) Theologus, Anno 1666. claruit. Helmſtadii Theologiam profeſſus eſt. Multa utilia & erudita opuſcula elaboravit. Ad manus meas ſequentia pervenerunt: diatribe de genuinis veræ antiquitatis notis ſecundum Vinc. Lerinenſem: diſputatio de attributis divinis: diſſertatio de lacrimis Chriſti: diſput. de hæreſi in genere: diſcuſſio hæreſeon Aërii: diſputatio de eccleſia: exercitatio de conſcientia: diſp. de quatuor noviſſimis: diſp. de extremo judicio: exercitatio de ritibus ſacris: enchiridion de templis & diebus feſtis: libellus ſacrarum antiquitatum de precibus: diſſertatio de veterum concionibus: libellus de natalitiis veterum ſacris & prophanis: lib. de nuptiis Vett. Chriſtianorum: ars bene moriendi, &c.

HILDEBRANDUS (Wolfg.) ſcr. magiam naturalem, An. 1612.

HILDEFONSUS, Toletanus, An. C. 667. vivere deſiit. Hic primus creditur inſtituiſſe Feſtum conceptionis B. Virginis Mariæ. Reliquit hymnos, epitaphia & epigrammata. Vid. *Ildefonſus de vir. illuſtr. ſub finem, Voſſius de poët. lat. pag. 67.* Confer *Ph. Labbe T. 2. de S. E. pag. 504.*

HILDENSCHÆMUS (Franc.) ſtruxit catholicam mundi hiſtoriam, A. 1585. editam.

HILDENUS (Guilh.) ſcripſit in organum Ariſtotelis, A. 1585: item, reſolutionem paradoxorum Ciceronis.

HILDERICUS, Caſinenſis monachus, epitaphium Pauli Diaconi verſibus exornavit. Vid. *Marus in Caſinenſ. pag. 17.*

HILDERICUS (Edo) à Varel, Iverenſis, Anno 1599. obiit. Altdorfii Theologiam profiteri cœpit, ibiq; primus annuus Rector, An. 1581. conſtitutus eſt. Gemini Rhodii iſagogen in doctrinam ſphæricam primus, ut ajunt, Græcè evulgavit, addita latina ſua translatione. *Epitaphium* ejus tale erat: [illegible]. Si DEUS eſt pro me, quis meus hoſtis erit? Anno M D IC. XII. die Mai, in Chriſto piè & placidè obiit Reverendus & nobil. vir Edo Hildericus de Varel, Friſius Or. SS. Theologiæ ac linguarum Doctor & Profeſſor, Altdorfii. Vid. *Voſſius de Mathem. c. 33. §. 7. Adrianus Beier, in Jenenſ. Rect. pag. 980.*

HILDERICUS (Frid.) de Varel, JCtus, de acquirendo rerum dominio commentatus eſt.

HILDERSHAM (Arthurus) Theologus Anglus, haud pridem obiit. Concionibus in Pſal. 51. & in hiſtoriam Samaritanæ Joh. 4. paſſim innotuit.

HILDESHEM (Franc.) medicus, ſcripſit de cerebri & capitis morbis internis, An. 1612.

HILDUINUS, abbas S. Dionyſii, An. 842. obiit. Reliquit Areopagitica & vitam S. Dionyſii. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 216.*

HILLARDUS (Andr.) ſpeculum conſcientiæ, An 1626. emiſit.

HILLEL vixit centum annos ante Templi II. deſtructionem. Fertur vix[i]ſſe an[n]is CXX. Vid. *Buxt. in Abbrev. pag. 44. 52. Gans in Zemach, pag. 84.*

HILLERUS (Joh. Wolfg.) JCtu[s], edidit informationem de detractione & ſupplemento: item, de expenſis ſtudiorum, Anno 1625.

HILLESCHEMIUS (Ludov.) Andernacus, condidir antiquitates ſacras & emblemata, An. 1577.

HILLIGERUS (Joh. Wilh.) emiſit Grammaticam Samaritanam unà cum lexico Samaritico, Anno 1675.

HILLIGERUS (Olw.) JCtus, Donellum enucleatum 2. Tomis complexus eſt. Vid. *Hadr. Beier in Rect. Jen pag. 588.*

HILLUS (Nic.) ſcripſit de philoſophia Democritea, Epicurea & Theophraſtica, A. 1619.

HILPERTUS (Joh.) Francus, librum de Agapis, An. 1666. compoſuit. Præadamitam quoq; calamo oppugnavit.

HILTENIUS (Joh.) circa An. 1485. floruit. Reliquit comment. in Apocalypſin & textum Danielis, quatenus concordat cum Apocalypſi. A monachis, quod abuſus quoſdam reprehendiſſet, multa graviſſima paſſus eſt. Prædixit inter alia, venturum aliquem Anno 1516. qui monachos deſtructurus ſit, quem

quem nec carcere coërcere nec etiam ei reſiſtere poſſint.

HILTONUS (Joh.) Anglus, Anno 1376. obiit. *Wadding. pag. 212.* vocat virum vitæ religioſæ & multiplicis doctrinæ titulis clarum. Edidit determinationes contra Utredum Boltonum.

HILTROPIUS (Frid.) proceſſum judiciarium duobus voluminibus complexus eſt, An. 1629.

HIMERIUS, Ἱμέριος, Bithynus, Sophiſta, tempore Juliani Imp. claruit. Scripſit declamationes. Gentilem fuiſſe & Chriſtianos mordaciter allatraſſe, *Photius Cod. CLXV.* affirmat. Sermo (inquit *Eunapius pag. 129.*) illi facilis & concinnus: compoſitio ab urbano ſtrepitu plauſuque non diſſonat: nonnunquam ſed rarius ad divinum Ariſtidem aſſurgit. Confer *Suidam.*

HIMILCO, Carthaginenſis, *Plinio l. 9. c. 67.* memoratur.

HIMMELIUS (Joh.) Pomeranus, natus eſt Anno 1582: obiit Anno 1642. Jenæ Theologiam docuit. Edidit collegium anti-papiſticum: refutationem Becani: librum de invocatione, &c. Vid. *Spizelius in Templo Honoris, pag. 140.*

HINCKELMANN (Petr.) ſcr. de erroribus anabaptiſmi, An. 1613.

HINCMARUS, Rhemenſis epiſcopus, Anno 882. obiit, teſte *Flodoardo.* Epiſtolam paræneticam ad Carolum Craſſum exaravit: vitam S. Remigii etiam ſtilo expreſſit. Opera ejus Lutetiæ prodierunt, A. 1615. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſert. de S. E. pag. 461. Olearius, pag. 217.*

HINCZA (Mart.) regem dolorum, JESUM Chriſtum, Cracov. Anno 1635. publicavit.

HIPPAGORAS, Ἱππαγόρας, teſte *Athenæo* librum de rep. Carthaginenſium confecit.

HIPPARCHUS, Comicus, docuit Ἀνασωζομένους, Θαΐδα, Παννυχίδα. *Suidas* addit Drama περὶ γάμων.

HIPPARCHUS, Ἵππαρχος, Nicænus, celebris mathematicus, Olymp. CLX. claruit. Compoſuit librum de conſtitutione ſtellarum inerrantium & ſtatione illarum, deque menſtruo lunæ motu ſecundum latitudinem: item, tres libros in aſteriſmos Arati, quos primus è Mediceâ bibliotheca *Petrus Victorius* edidit: pluribus verò locis emendavit & latinè reddidit *Dionyſ. Petavius. Plinius hiſt. nat. l. 2. c. 12.* vocat conſiliorum naturæ participem: & *ib. c. 16.* nunquam ſatis laudatum, & quo nemo magis approbaverit cognationem cum homine ſiderum, animaſque noſtras partem eſſe cœli. Vid. *Gatakerus in Not. ad Antonin. pag. 252.* Confer *Suidam.*

HIPPARCHUS, Pythagoricus, de animæ tranquillitate allegatur *Stobeo, ſerm. 106.* Vid. *Jonſius de ſc. hiſt. ph. l. 6. pag. 31. Scheferus de Ital Phil pag. 7.*

HIPPARCHUS, Stagirites, philoſophus, Ariſtotelis familiaris, ſcripſit, quid mas & fœmina ſit ap. deos, & de conjugio, &c. Vid. *Suidas.*

HIPPASUS, Ἵππασος, Spart. ſcripſit de rep. patria, teſte *Laërtio l. 8. in Hippaſo.*

HIPPEUS, Ἱππεὺς, ἐν τῷ περὶ χρέων citatur à *Zenobio in prov. pag. 64.*

HIPPIAS, Ἱππίας, Elienſis, Sophiſta, Breviarium olympionicarum edidit, teſte *Plutarcho in Nicia.* Fecit Tragœdias, dithyrambos & orationes. *Apulejus initio l. 2. Floridor.* artium multitudine omnibus ſophiſtis priorem, eloquentia nulli ſecundum appellat. Apud *Platonem* ſeſe jactat, quod 500. nomina ſemel audita recitare queat. Vid. *Philoſtratus in Soph. pag. 534. Voſſius de nat. Rhet pag. 71.* Confer *Suidam.*

HIPPIAS, Erythræus, ſcr. de Erythris, patria ſua, teſte *Athenæo.*

HIPPIUS (Fabianus) edidit problemata phyſica & Logica, A. 1606.

HIPPO, Ἵππων, Rheginus, librum compoſuit περὶ τῶν λεγομένων τόπων φθείρειν ἢ ἐμπίπτοντα, i. e. de locis, quæ perdunt, ſi quid eò inciderit. Meminit *Antigonus in hiſt. mirab. c. 133.*

HIPPOBOTUS, Ἱππόβοτος, tractavit delectis philoſophorũ. Allegatur ſæpè à *Laërtio.* Vid. *Jonſius de S. H. P. pag. 335.* Confer *Suidam.*

HIPPOCHARMUS, Ἱππόχαρμος, memoratur *Heſychio in* λυκίεργος.

HIPPOCRATES, Ἱπποκράτης, Chius, mathematicus, ante Ariſtotelem vixit. Opus confecit περὶ τετραγωνισμοῦ, quod laudat *Ariſtoteles libro* περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων. Confer *Meurſium in Chalcidium, pag. 5. & ſeq.*

HIP-

HIPPOCRATES, Cous, celebris medicus, anno primo Olymp. LXXX. juxta *nonnullos* natus eſt. *Tzetzes in Chiliad. 8. pag. 139.* refert, eum ad 104. annos perveniſſe & 53. libros reliquiſſe. Scripta ipſius uno volumine edita ſunt & à variis illuſtrata. *Seneca* medicorum ſummum & ſcientiæ medicinalis conditorem appellat. *Macrobius* de eo ſplendidè judicat, quando ait: Hippocrates tàm fallere, quàm falli neſcit. *Galenus l. 1. de uſu part. c. 9.* Hippocratis ſententias, ut DEI vocem, habendas pronunciat. *Plinius l. 7. c. 37.* Hippocratem venientem ab Illyriis peſtilentiam prædixiſſe, diſcipulosque ad auxiliandum circa urbes dimiſiſſe; ob quod meritum eoſdem honores illi, quos Herculi, Græciam decreviſſe memorat. Vid. *Meibomius ad Jurament. Hippocr. pag. 2. & ſeq. Suidas* ſeptem hujus nominis medicos numerat.

HIPPODAMAS, Ἱππόδαμας, Salaminius, poeta, à *Jamblicho in vita Pythag. c. 18.* allegatur.

HIPPODAMUS, Ἱππόδαμος, Thurius, de felicitate, à *Stobæo, ſerm. 101.* citatur.

HIPPODROMUS, Ἱππόδρομος, Theſſalus, Sophiſta, à *Philoſtrato in vitis Sophiſt. pag. 567.* deſcribitur.

HIPPOLYTUS, Portuenſis epiſcopus An. 230. martyrium paſſus eſt. In varios S. Scripturæ libros commentatus eſt. Extat ejus oratio de conſummatione mundi & antichriſto: item, homilia de incarnationis myſterio. Vid. *Euſeb. l. 6. hiſt. Eccl. c. 16. & Hieronymus in Catalogo.* Confer *Phil. Labbe T. 1. diſſert. pag. 470. Rivetum T. 2. oper. pag. 1092. Olearium in Abac. pag 218.*

HIPPOLYTUS, Ἱππόλυτος, Thebanus, condidit chronicon, teſte *Ph. Labbe.*

HIPPONAX, Ἱππῶναξ, poëta, teſte *Plinio 35. 5.* ſexageſima Olympiade claruit. *Euſebius* tamen eum ad XXIII. Olympiadê refert. *Suidas* Epheſium facit. Compoſuit ſcazontes in Bupalum & Athenin, ſtatuarios, quòd ipſius imaginem (erat enim turpiſſima facie) ad aliorum ludibrium expreſſiſſent. *Leonides* epigrammatarius ipſum in parentes quoq; ſuos jambis debacchatum eſſe contendit. Hinc Hipponacteum præconium apud *Cic.* pro amaro & felleo morſu uſurpatur. Confer *Hadr. Junium l. 1. animadverſ. cap. 16.*

HIPPOSTHENES, Ἱπποσθένης, poëta, in Ἱπποθόωντι allegatur à *Stobæo.*

HIPPOSTRATUS, Ἱππόστρατος, *Scholiaſte Pindarico teſte pag. 226.* de Sicilia commentatus eſt. Idem Minois res geſtas conſignavit. Vid. *Phlegon, de reb. mirab. c. 30.*

HIPPYS vel HIPYS, Ἵππυς, Reginus, tempore Darii & Xerxis floruit. Choliambum & parodiam inveniſſe traditur. Primus res Siculas condidit, quas poſtea *Mys* in compendium redegit. Vid. *Suidas.* Allegatur ab *Æliano, in H. A. 9, 33. Plutarcho, de Orac. def. Antigono Caryſtio c. 133. Stephano in* Ἀρκάς.

HIQUÆUS (Ant.) Tuomonienſis Hibernus, Anno 1641. obiit. *Wadding. de S. O. Min. pag. 33.* eum magnoperè commendat. Edidit 3. magna volumina *in 4.* Sententiarum juxta mentem Scoti. Item, vindicias religionis Franciſcanæ contra *Abr. Bzovium.*

HIRETIUS (Joh.) Anno 1609. antiquitates Andegavenſes luci publicæ exhibuit.

HIRNHEIM (Hieron.) edidit ſermonem S. Norberti enucleatum, Pragæ, fol. An. 1676. Item, tractatum de typho generis humani, in 4. An. eodem.

HIRTIUS (Aulus) tempore Julii Cæſaris claruit. Juxta *Suetonium c. 56.* autor eſt libri octavi de Cæſaris bello Gallico. Ejuſdem ſunt libri de bello Alexandrino & Africano, ceu patet ex *præfatione ad Balbum.* Vid. *Mart. Hanckius p. 1. de S. R. R. pag. 37.*

HIRTSGARTERUS (Matth.) edidit aſtronomiam Lansbergianam, Tiguri, A. 1639.

HISPANIOLUS (Joh. Bapt.) Mantuanus, Anno 1516. obiit. Vide, MANTUANUS.

HISPANUS (Andr.) Ser. de Sermonis.

HISPANUS (Lucas) condidit Romualdinam.

HISPANUS (Petrus.) Vide, PETRUS.

HISTIÆUS, Ἱστιαῖος, Mileſius, res Phœnicum compoſuit. Ex eo fragmentum *Joſephus l. 1. Ant. Jud. c. 9.* adducit. Confer *Euſebium in Chronico, pag. 13.* Eundem *Stephanus in* Βέρυτος allegat.

ab HIT-

ab HITTORP (Melch.) JCtus, ſcutum licitæ defenſionis promulgavit.
HIVÆUS (Henr.) varia poëmata elaboravit, teſte *Sweertio*.
HOBBES (Thom.) Malmesburienſis Anglus, hoc ſeculo claruit. Opera ejus philoſophica Anno 1668. Amſterd. in quarto prodierunt. In eis continentur problemata phyſica: dialogi ſex de emendatione hodiernæ Geometriæ: libri tres de corpore: liber de homine; libri tres de cive: tract. de natura aeris: tract. de principiis & ratiocinationibus Geometrarum: Leviathan ſive de materia, forma & poteſtate civitatis eccleſiaſticæ & civilis. Anno 1671. prodiit ejuſdem Roſetum Geometricum. *Sam. Mareſius part. 2. controverſ. contra Tirin. pag. 476* politicam Hobbelii patriæ ſuæ morbis exulcerandis quàm mitigandis magis accommodatam eſſe exiſtimat. Confer *Kempinn, pag. 389. & ſeq.*
HOBERNFELD (Andr.) edidit Hieroſolymam reſtitutam, Hagæ Comitis, Anno 1622. Ab *Hoornbeckio l. 6. ſummæ controverſ. pag. 530.* Weigelianis accenſetur. Vide, HABERNFELD.
HOBOKENUS (Nicol.) Ultraiectinus, reip. Steinfurtenſis archiater, An. 1668. claruit. Foràs dedit anatomiam ſecundinæ humanæ: anatomiam ſecundinæ vitulinæ: exercitationem de ſede animæ humanæ in corpore humano: deſcriptionem fontis Bileſeldiani, Redeker dicti, &c.
HOCHMANNUS (Joh.) Biberacenſis, JCtus & profeſſor Tubingenſis, natus eſt Anno 1527: obiit Anno 1603. In publ. lectionibus feudorum & criminalium ſanctionum placita expoſuit. Claruit ſingulari dono diſputandi. Theologiæ magnam notitiam habuit, idque in publ. Theologorum diſputationibus declaravit, quando ejuſmodi argumenta & inſtantias proferre conſuevit, ut non tantum auditores, ſed etiam ipſi Theologi admirarentur. Mortuo parentaverunt *D. Jacobus Schopperus & D. Bocerus.*
HOCHSTETTERUS (Phil.) Auguſtanus, medicus, Anno 1635. obiit. Reliquit ſex decades rararum obſervationum medicinalium, quæ prodierunt, A. 1674.
HOCHSTRATANUS (Jac.) Brabantus, Anno 1527. obiit. Inter primos calamum ſtrinxit adverſus Lutherum. Pugnavit etiam pro Germanis contra *P. Ravennatem*, quòd ſceleratos inſepultos in ligno retineant. Extant ejus libri de purgatorio & libertate Chriſtiana. Vid. *Sweertius, pag. 363.*
HOCHWARDUS (Laur.) JCtus, Canonicus Ratisbonenſis, ſtruxit catalogum epiſcoporum Ratisbonenſium ab urbe condita uſque ad A.C. 1539. MS. extat in bibliotheca Cæſarea Viennæ, teſte *Lambecio.*
HOCK (Edo) Namurcenſis, Anno 1640. vixit. Condidit methodum benè utendi ſuffragiis. Vid. *Alegambe, pag. 106.*
HOCK (Wendelinus) de Brachenau, librum de mentagra, An. 1502. edi curavit Vid *Linden. pag. 583.*
HOCKELSHOFEN (Joh. Jac.) adornavit philoſophiam practicam, quæ prodiit An. 1507.
HOCKERUS (Jonas) Tubingenſis diaconus, ſpeculum Logico-Theologicum elaboraſſe d citur: item, ſyllogen articulorum controverſorum, &c.
HOCQUARD (Pet. Bonavent.) compoſuit perſpectivam.
HODGE (Nathan) edidit relationem hiſtoricam peſtis Londinenſis, A. 1672. in 8.
HODIERNA (Joh. Bapt.) collegit controverſias forenſes, Neap. A. 1653. fol.
HOE (Matth.) celebris Theologus, natus eſt Anno 1580: obiit Anno 1649. Comment. edidit in Apocalypſin, 3. voluminibus: explicationem Pſalmorum: labyrinthum papiſticum, &c. Vid. *Spizelius in Templo Honoris, pag. 164. Biſſelius in 3. ſeptennio, pag. 61.*
HOECHERUS (Jodocus) exaravit Corinthiacum Theologiæ compendium, An. 1616.
HOECKERUS (Joh.) compoſuit clavem philoſophicam, Anno 1613.
HOEDUS (Pet.) ſcripſit de contemnendis amoribus, An. 1608.
HOEFERUS (Wolfg.) Herculem medicum elucubravit, Anno 1673.
HOELIUS (Guilh.) elementa hiſtorica à M. C. uſque ad Conſtantinum M. Londini, An. 1671. promulgavit.
HOENONIUS (Phil.) JCtus, reliquit quæſtiones illuſtres, Anno 1609.
HOEPING (Theod.) JCtus. Vid. HOPINGK.
HOFERUS (Joh.) Miſnicus, Anno 1633. à Lutheranis ad pontificios defecit. Edidit

Edidit converſionis ſuæ hiſtoriam. *Alegambe, pag. 250.* mira de ipſo memorat.

HOFFÆUS (Paulus) Bingenſis, An. 1608. ætatis 85. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 364.*

HOFFERUS (Adr.) Ziriʒæus, ſtruxit libellum, cui titulus: Proteus ſive diſticha ſynonyma in ſiccitatem A. 1615.

HÖFLICHIUS (Chriſtoph.) Norimb. progymnaſmata nomica: item, decadem quæſtionum edidit: Verſus etiam, vario metrorum genere, doctos & elegantes elaboravit. An. 1616. floruit.

HOFMANNUS (Caſp.) Gotha Thuringus, Anno 1572. natus eſt: obiit Anno 1648. Anno 1600. medicinæ profeſſor in Acad. Altdorfina conſtitutus eſt, cui officio per 48. annos laude ſingulari præfuit. Scripſit de uſu lienis: de uſu cerebri: de ichoribus; comment. in Galenum de uſu partium: varias lectiones: inſtitutiones medicas, &c. Opus de medicamentis officinalibus, Pariſiis prodiit, Anno 1646. Supereſt adhuc ingens opus Comm. in totum Galenum, quod nondum lucem aſpexit, & alia, quæ, ſi ederentur, multum bono publico conferrent. *Thomas Bartholinus* canem Altdorfinum, moroſum & mordacem ſatis inclementer appellat. In phyſiologicis, juxta *D. Conringium*, nemo unus plus Caſp. Hofmanno præſtitit. Carmina ejus An. 1651. impreſſa ſunt. Mortuum laudavit *J. P. Bruno.* Vid. *Witte in memoriis Medicorum, pag. 132.*

HOFMANNUS (Chriſt.) in epiſtolam S. Pauli ad Titum commentatus eſt Jenæ.

HOFMANNUS (Dan.) apologiam elaboravit contra Bremenſes: item, contra Pezelium & Bezam. Extat ejuſdē officina Theologica: item, liber de S. Cœna & exorciſmo. Vid. *Ruſſius T. 4. Concil. p. 623.*

HOFMANNUS (Frid.) Hallenſis, clavem pharmaceuticā Schroderianā confecit.

HOFMANNUS (Frid.) Sileſius, gymnaſii Elbingenſis conrector, Anno 1674. obiit. *Quidam* vocant Boruſſicum Catullum. Edidit 6. centurias luſuum epigrammaticorum, An. 1663.

HOFMANNUS (Joh. Aug.) emiſit confraternitatem Trinitatis redemtionis captivorum, An. 1673.

HOFMANNUS (Joh. Jac.) Græcæ linguæ Baſileæ profeſſor publicus, hoc tempore claret. Lexicon univerſale Hiſtoricogeographico-chronologico-poetico-philologicum duobus voluminibus, fol. Anno 1677. feliciter abſolvit.

HOFMANNUS (Laur.) ſcr. de medicamentorum chymicorum uſu & abuſu, An. 1611.

HOFMANNUS (Mart.) JCtus, Annales Bambergenſes condidit: item, 2. centurias controverſiarum.

HOFMANNUS (Matth.) ſtruxit chronotaxin Apocalypticam, An. 1668.

HOFMANNUS (Mauricius) Fürſtenwaldenſis Marchicus, Anno 1621. natus eſt. Altdorfii medicinam h. t. feliciter docet atq; exercet. Texuit Catalogum plantarum, in agro Altdorfino & locis vicinis occurrentium, Anno 1662. Filium habet *Joh. Mauricium Hofmannum*, paternæ eruditionis æmulum & in medica profeſſione collegam.

HOFMANNUS (Phil. Ludov.) genealogiam Comitum Palatinorum Rheni, An. 1649. imprimi curavit.

HOFMEISTERUS (Joh.) Suevus, Anno 1546. claruit. In Marcum, Lucam & Joh. commentari aggreſſus eſt.

HOFMEISTERUS (Joh. Rud.) Tigurinus Theologus, natus eſt Anno 1615. Struxit Panaceam hominis JESU: item, praxin temperantiæ & perſeverantiæ, &c. Vid. *Hofm. in Lex. Univ. part. 2. pag. 782.*

HOFMEISTERUS (Theod.) tractavit de accentibus Græcis. Liber prodiit Cygneæ, A. 1660.

HOFSTADIUS (Adrian.) Lovanienſis, Anno 1599. obiit. Reliquit 49 ſermones euchariſticos. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 4.*

ab HOGELANDE (Corn.) ſcr. de exiſtentia DEI: de animæ ſpiritualitate & unione cum corpore, Anno 1676. de prædeſtinatione, An. 1655: œconomiam animalis: cogitationes philoſophicas.

ab HOGELAND (Theob.) ficto nomine *Ewaldum Vogelium* ſe ſe vocare ſolet.

HOGELIUS (Zach.) lib. de immaculata conceptione ſolius Chriſti, Anno 1656: item, Theologum πεζεπτάμενον, Anno 1661. edi curavit.

HOGENBERGIUS (Franc.) civitates orbis terrarum Anno 1593. calamo deſcripſit.

HOGERBETIUS (Pet.) Hornanus, Anno 1599. obiit. Reliquit varia poemata.

HOGERSIUS (Theoph.) ſtruxit poemata juvenilia, An. 167[illegible]

HOIEDA (Alf.) de beneficiorum incomparabilitate commentatus eſt, Venet. An. 1579.
HOIERUS (Corn.) fundationem monaſterii Molebeccenſis, An. 1623. ſcripto celebravit.
HOIERUS (Mich.) collegit hiſtorias tragicas, ſacras & profanas, Bruxell. Anno 1652.
HOIUS (Andr.) Vide, HOYUS.
HOIUS (Nic.) fecit poëmata in laudem fidei catholicæ, An. 1507.
HOIUS (Timoth.) Vide, HOYUS.
HOLANDUS (Hier.) ſex libris in Eſaiam commentatus eſt, Baſileæ, A. 1525.
HOLCOTH (Rob.) Anglus, profeſſione Dominicanus, juxta nonnullos A. 1349. peſte obiit. Compoſuit 213. lectiones in librum Sapientiæ: item, comm. in 4. libros Sententiarum. Eidem tribuitur liber allegoriarum ſuper fabulas Ovidii. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 207. Olearius in Abaco, pag. 412.*
HOLDEN (Henr.) edidit analyſin divinæ fidei, Pariſ. An. 1652.
HOLDERUS (Guilh.) medicus Anglus, edidit elementa loquelæ, i. e. ſpecimen inquiſitionis in naturalem literarum productionem, unà cum appendice pro inſtructione ſurdorum & mutorum, Londini, An. 1669.
ab HOLDING (Boëth.) Friſius, Anno 1582. obiit. Reliquit opus inſigne de Friſia.
HOLDSWORT (Richard.) emiſit prælectiones Theologicas, Londini, Anno 1661.
HOLFELDERUS (Georg.) Theolog. Norimb. Anno 1612. floruit. Concinnavit tract. de Sole.
HOLGUINUS (Did. Conſ.) Hiſpanus, An. 1617. obiit. Struxit Lexicon & Grammaticam linguæ Quichuæ, quæ toti Peruviæ communis eſt. Vid. *Alegambe, pag. 91.*
HOLLANDEN (Joh. Chriſtoph.) edidit directorium operarum Bohemitici ſpectaculi paſſionis Chriſti, Anno 1676.
HOLLANDERUS (Engelb.) Gandenſis, *Anno* 1626. obiit. Gandavi rhetoricam docuit. Fecit dramata. Vid. *Alegambe, pag. 105.*
HOLLANDERUS (Joh.) Gandav. tractavit de nobilitate, An. 1621.
HOLLANDINUS (Adr.) opus de utriusque fortunæ remediis compoſuit, Anno 1471.
HOLLANDUS (Henr.) arcam novi fœderis condidit, A. 1618: item, Heroologiam Anglicam, id eſt, effigies & elogia aliquot doctiſſimorum Anglorum, qui ab A. C. 1500. uſque ad Annum 1620. floruerunt, Tomis 2. in fol.
HOLLANDUS (Iſaac) medicus, ſcripſ. de mineralibus & vegetabilibus, An. 1582.
HOLLENUS (Godeſc.) tempore Maximiliani I. Imp. vixit. Fecit prolixos comm. in decalogum, qui Norimbergæ, An. 1497. impreſſi ſunt. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 180.*
HOLLERIUS (Blaſius) Vivarienſis, texuit brevem morborum curandorum inſtitutionem, An. 1556.
HOLLERIUS (Jacobus) Stempanus, med. An 1562. obiit. Scripta ejus, inquit *Thuanus l. 34.* aut à plagiariis ſuppreſſa aut incurioſe edita ſunt magno famæ tanti viri diſpendio. Vid. *Sammarthanus, pag. 46.*
HOLLINGUS (Edmundus) Eboracenus Anglus, publico bono emiſit œconomiam medicam, Anno 1610. Vid. *Linden, pag. 163.*
HOLMANNUS (Joh.) Theologus, natus eſt An. 1523: obiit Anno 1586. Leydæ Theologiam docuit.
HOLMUS (Guilh.) Anglus, Anno 1416. claruit. Librum de ſimplicibus medicamentis elaboravit. Vid. *Waddingus, in S. O. M. pag. 153.*
HOLMUS (P.) de Theologia Muhammædana, An. 1670. diſputavit.
HOLONIUS (Greg.) Laurentiaden tragœd. An. 1584. publicè exhibuit.
HOLSTENIUS (Lucas) Hamburgenſis, Vaticanæ bibliothecæ præfectus, Anno 1661. obiit. Multos ſcriptores nondum editos in lucē protraxit. Porphyrii ſcripta περὶ ἀποχῆς nitidiſſimè edi curavit. *Epitaphium* ei tale erectum eſſe audio: D. O. M. Lucæ Holſtenio, Saxoni Hamburgenſi, qui clarus in Galliis, Romæ clarior, gentium omniumque ætatum hiſtorias & eccleſiæ res mente complexus, diverſis regionibus peragratis, diverſos eorum fines & nomina probè tenuit, varias quoque linguas, præter Græcam latinamque, quarum ſcriptoribus plurimum lucis attulit. Antiquam philoſophiam calluit. Ab Urbano IIX. canoni-

nonicatu Baſilic. Vatic. ab Innocentio X. præfectura bibliothecæ ornatus, ab Alexandro VII. ſapienter unus electus, ut occurreret Suecorum Gothorumq; Reginæ incomparabili, quæ miram in tanto viro ſummi ingenii ſummæque modeſtiæ conjunctionem ſuſpexit & prædicavit. Vitæ denique laudatiſſimæ & illuſtrium operum curſu interrupto, eximius patriæ Germaniæ amator propugnatorque religionis catholicæ obiit IV. Non. Febr. Anno M DC LXI Franc. Barbarinus, Card. S. R. E. V. C. hæres ex aſſe amico optimo poſ. Romæ ad S. Mariæ de anima. Vid. *Leo Allatius, in Apibus Urbanis*, pag. 181. *Lambecius T. 1. Biblioth. Vienn. pag. 12.*

HOLSTUS (Jacob.) de flammula cordis commentari cœpit.

HOLTERHOF (Engelb.) compoſuit animadverſiones in *Fr. Silvium* de primariis corporis humani functionibus, Anno 1676.

HOLTERMANNUS (Arn. Mauricius) JCtus, ſcr. de acquæſtu militari, Anno 1671. Extat ejuſdem commentarius in Florum, Marpurgi impreſſus Anno 1673. in 8.

HOLTHUSIUS (Joh.) Kempenſis, Anno 1565. inclaruit. Præſcripſit modum examinandi ſacrorum ordinum candidatos.

HOLTHUTER (Thomas) fuit unus è centuriatoribus Magdeburgenſibus.

HOLTSWARTUS (Matth.) Harburgenſis, carminibus clarus factus eſt. Heroes Germaniæ carmine celebravit. Vid. *T. 3 Delit. Germ. pag. 560.*

HOLTZACHIUS (Joh. Coſmas) Baſileenſis, An. 1558. vixit. Dioſcoridem annotationibus illuſtravit.

HOLTZGREVIUS (Mart.) ſtruxit hortum metaphyſicum & logicum, Anno 1623.

HOLTZHAIUS (Georg.) Uſſerriedenſis Algojus, A. 1640 claruit. Grammaticam & lexicon Hebraicum edere in animo habuit. Vid. *Alegambe, pag. 156.*

HOLTZAUSERUS (Barth.) edidit vitas clericorum, Monach. An. 1653.

HOLTZHEMIUS (Pet.) vulgavit prognoſin vitæ & mortis, An 1605.

HOLTZLETNERUS (Chriſtoph.) Bavarus, Anno 1620. extinctus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 75.*

HOLWARDUS (Joh. Phocyl.) emiſit phyſicam veterem & novam.

HOMBERGUS (Joh.) ſcr. politiam Judaicam, An. 1617.

HOMBURG (Chriſtian.) ſub *Eliæ Pretorii* nomine librum de abuſu officii prædicatorum emiſit. Vid. *Placcius, pag. 243.*

HOMEN (Matth.) compoſuit tractatum de conſcientia, Pariſ. An. 1652.

HOMERUS, Ὅμηρος, omnium poëtarum, qui extant, antiquiſſimus, juxta *nonnullos CLX.* annis poſt bellum Trojanum: juxta *Voſſium* verò initio Olympiadum floruit. *Heliodorus* putat fuiſſe Ægyptium. Vid. *Bourdelotius in Heliod. pag. 71.* Reliquit Iliadem & Odyſſeam. Tribuuntur ei etiam carmina Cypria. Vid *Meurſius in Cypro, pag. 2.* item, Ἐπικιχλίδες, teſte *Caſaub. in Athen. pag. 134. Plutarchus l. 2. de Homero*, omnium artium, phyſicæ, medicinæ, politicæ, ethicæ, eloquentiæ, rei militaris ſemina Homero ineſſe affirmat. *Alcidamas*, vetus orator, Odyſſeam *καλὸν ἀνθρωπίνου βίου κάτοπτρον* eleganter appellat. *Ælianus in V. H. 12, 48.* memorat, Homerũ ab Indis in ipſorũ linguam converſum eſſe. Ei etiam à quibuſdam templum exſtructum, teſte *eodem l. 13. c. 22.* Plura de Homero vide apud *Langhain. in notis* ad *Longinum, pag. 46. 66. Marſamum* in *Chronolog. pag. 436. Thomaſium de plagio, §. 468.*

HOMERUS, Tragicus, Hierapolitanus, tempore Ptolemæi Philadelphi claruit.

HOMESIUS, ſcr. muſicam evangelicam ſive vindicationem Pſalmodiæ contra Tombum.

HOMMIUS (Feſtus) Theologus reformatus, natus eſt An. 1576. Condidit tres libros in uſum militum: collegium anti-Bellarminianum, &c. Vid. *Meurſius in Athen. Batav. pag. 307.*

HOMODEUS (Signorinus) Mediolanenſis, JCtus, Anno 1340. floruit. Reliquit inter alia ſcripta tractatum de quæſtione, utrum doctor equiti præferendus? Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. 2, 64. Ghilinus, vol. 2. pag. 226.*

HONARDIUS (Rochus) Batavus, JCtus, Thamaram Trag. & Molen nomoclaſten, Anno 1611. exhibuit: item, nummos hiſtoricos confœderati Belgii. Vid. *Sweertius pag. 663. Conſt. Hugenius in Moment. deſult. pag. 89. 90. 91.*

HONCALA (Ant.) Canonicus Abulenſis, An. 1558. claruit. In Geneſin commentatus eſt. Edidit etiam pentaplum Chriſtianæ pietatis & alia 17. opuſcula ſacra. Vid. *Biblioth. Hiſp. pag. 585.*

HONDEDEUS (Joh. Vinc.) JCtus, emiſit conſultationum juridicarum duo volumina.

de HONDEGHEN (Franc.) conſtruxit domum propitiationis pauperum, Bruxellis, An. 1655.

HONDIUS (Henr.) inſtitutiones artis perſpectivæ, fol. Anno 1622. edi curavit.

HONDIUS (Jodocus) Flander, Italiæ deſcriptionem adornavit, An. 1627: *Gerhardi Mercatoris* verò Atlantem auxit & meliorem reddidit.

HONDORFIUS (Andr.) promtuarium exemplorum juxta decalogum collegit.

de HONESTIS (Chriſt.) Bononienſ. medicus, A. 1362. claruit. Scripſit in antidotum Meſue, addito tractatu, de aqua hordei & modo faciendi ptiſanam. Vid. *Bumaldus pag. 50.*

HONDIUS (Wilh.) edidit citharam ſpiritualem, Colon. An. 1637.

HONOLDUS (Jacobus) de ſyllogiſmo commentatus eſt.

HONORATUS, Iſernienſis, Caſin. monachus, Anno 1564. obiit. Struxit poëmata.

HONORATUS, Maſſilienſis, An. C. 492. floruit. Vitam Honorii Arelatenſis, teſte *Gennadio*, exaravit. Eam *Vincentius Barralis* in lucem protulit.

HONORIUS, Auguſtodunenſis, An. Chr. 1120. vixit. Confecit ſummam hiſtoriarum; item, librum de luminaribus eccleſiæ. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſert. de S. E. pag. 473. Olearius. pag. 218.*

HONORIUS (Phil.) praxin prudentiæ politicæ confecit, An. 1610.

HONSEMIUS (Joh.) epiſcoporum Leodicenſium res geſtas ſtilo complexus eſt.

HONTERUS (Joh.) Coronenſis, Anno 1561. floruit. Coronenſem ſe vocat à Corona vel Cronſtad Tranſilvaniæ oppido, quod nonnullis Zármigethuſa dicitur. *Starovolſcius* tamen in *Hecatontade pag. 57.* Boruſſum facere auſus eſt. Extant duo ejus libri de coſmographiæ rudimentis: item, libri coſmographicorum rudimentorum quatuor hexametris verſibus concinnati. Fertur etiam 30. libros obſervationum grammaticarum: item, libellum de variarum rerum nomenclaturis elaboraſſe. Vid. *Quenſtadius pag. 265.*

HONTHEMIUS (Nic.) JCtus, tractavit de ſyntaxi & fide inſtrumentorum.

HONTOYR (Pet.) Namurcenſis, Anno 1598. vixit. Edidit mentem apoſtolicam ſive comment. de genuino ſenſu epiſtolarum apoſtolicarum.

van der HOOCH (Nicol.) JCtus, ſingularia juris, Antv. An. 1621. emiſit.

HOOCKIUS (Rob.) Anglus, compoſuit micrographiam ſive phyſiologicas deſcriptiones minutorum corporum factas per vitra majorativa, Londini, fol. item, animadverſiones in primam partem machinæ cœleſtis *Joh. Hevelii*, ibid. Anno 1674. in 4.

HOOKERUS (Rich.) Exonienſis, Anno 1603. obiit. Vulgavit 8. tract. de diſciplina eccleſiaſtica. Nonnemo *Schiſmaticorum malleum* appellat. Carolus I. Rex Britanniæ, ejus lectionem liberis ſuis, cum eis valediceret, ſeriò commend bat, teſte *Kempio, pag. 331.*

van HOORN (Carolus) ſcripſit cornucopiæ concionum, Colon An. 1670.

HOORNBECK (Joh.) Theologus reformatus, Anno 1655. claruit. Theologia Judaicâ: tribus Tomis Socinianiſmi confutati: Irenico, aliiſque ſcriptis innotuit.

HOPFFERUS (Bened.) Altdorfinus, Thomæ Hopfferi, Theologi Würtembergici filius, hoc tempore claret & Tubingæ philoſophiam moralē publicè profitetur.

HÖPFNERUS (Henr.) celebris Theologus, natus eſt Anno 1582: obiit Anno 1642. Saxoniam evangelicam conſtruxit. Mortuo parentavit *Ananias Weberus*: item, *Joh. Frid. König.* Vid. *Spizelius* in *Templo Honor. pag. 147. Witte in Theologis, pag. 491.*

HÖPFNERUS (Joh.) decadem de antichriſto publicari curavit.

HOPINGK (Theod.) JCtus, de notis gentilitiis, Anno 1668: item, de jure inſignium, fol. commentatus eſt. Extant etiam ejuſdem conſilia.

HOPKINSONUS (Joh.) edidit elegantem paradiſi deſcriptionem, Lugd. Bat. An. 1592.

HOPPERUS (Cajus Ant.) condidit eccleſiaſticam Friſiæ hiſtoriam.

HOPPERUS (Joach.) Friſius, JCtus, natus eſt Anno 1523: obiit Anno 1576. Scripſit Segevardum ſive 12. libros de vera Jurisprudentia: item, paraphraſin in Pſalmos. Sectatus eſt maximè philoſophiam Platonicam, quod hanc JCto plurimum conferre judicaret. Videatur *Swertius pag. 385. Valerius Andreæ in Faſtis Lovanienſ. pag. 192.*

HOPPERUS (Joh.) Friſius, compoſuit tract. de Juris arte, An. 1582.

HOPPERUS (Marcus) Baſileenſis, Anno 1550. floruit. Andreæ presb. concionem de ſalutatione angelica latinè tranſtulit. Vid. *Simlerus.*

HOPPIUS (Adam) An. 1578. claruit. Pſalmum 128. notis illuſtravit.

HOPPIUS (Dav.) parodias Horatianas, A. 1634. concinnavit.

HOPTONUS (Arthurus) ſpeculum topographicum, Lond. A. 1611. expolivit.

HORANTIUS (Franc.) Ovetenſis epiſcopus, An. 1560. claruit & concilio Tridentino interfuit. Confecit 7. libros locorum Theologicorum pro fide Romana. Vid. *Wadding. in S.O.M. pag. 120.*

HORAPOLLO, Ὡραπόλλων, Grammaticus, primo Alexandriæ, deinde Conſtantinopoli Theodoſio imperante docuit. Scripſit, *Suida* teſte, Τεμενικά, i. e. de lucis & templis: item, comm. in Sophoclem, Alcæum & Homerum. Extant hodiè ejus Hieroglyphica Ægyptiorum, à variis (*Mercero, Höſchelio, Cauſino, &c.*) edita & notis illuſtrata. Vid. *Photius, Cod. CCLXXIX.* item, *Suidas.*

HORATIANUS (Octav.) medicus, quatuor libros rerum medicarum exaravit ad Euſebium filium.

HORATIUS Flaccus, poëta, tempore Octaviani Auguſti claruit. *S. Hieronymus in chronico*, Anno 3. Olymp. XCII. quinquageſimo ætatis anno Romæ mortuum eſſe memorat. Quidam ſecta Epicureum fuiſſe contendunt: alii Academicum factum exiſtimant. Quintilianus illum ferè ſolùm ex lyricis legi dignum judicat, quod plenus jucunditatis ſit & gratiæ, tum variis figuris & verbis feliciſſimè audax. Vitam ejus *Suetonius* compoſuit. Vid. *Glandorpius in Onom. Rom. pag. 403.*

HORBIUS (J. H.) edidit hiſtoriam Origenianam, An. 1670.

HORBOCH (Guil.) Rotæ auditor, collegit novas deciſiones ſeu concluſiones.

HORCHERUS (Phil.) tract. elaboravit de circino proportionum, Moguntiæ, An. 1605.

HORDALIUS (Joh.) hiſtoriam virginis Lotharingæ, Johannæ dictæ, quæ Gallis ſaluti fuit contra Anglos, An. 1612. edi curavit. Vid. *D. Richteri epiſtolæ ſelectæ, pag. 27.*

HORDENHOLDIUS (Henr.) aulæ magiſtram concinnavit, Ultraject. A. 1661.

HORMANNUS (Guil.) Anglus, An. 1535. obiit. Exhibuit anatomiam corporis humani: item, orationes & carmina. Ajunt etiam in Bielem commentatum eſſe. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 165.*

HORMEYERUS (Simon) tractavit de origine propinandi, An. 1612.

HORNANUS (Corn.) Batavus, re[illegible]quit faſciculum temporum.

HORNANUS (J Mich.) librum de natura viſus, A. 1651. imprimi curavit.

van HORNE (Joh.) deſcripſit n[illegible]vum ductum chyliferum, An. 1625.

HORNEIUS (Conr.) Brunſw. celeberrimus Theologus, natus eſt A. 1590: obiit An. 1649. Helmſtadii primò philoſophiam: deinde etiam Theologiam pr[illegible]ſus eſt. Struxit compendium The[illegible]logiæ: Theologiam moralem: comme[illegible]epiſtolas Catholicas, &c. Mortuo parentavit *Chriſtophorus Schraderus.* Vid. *Henningus Witte, in Theolog. pag. 728.*

HORNERUS (Steph.) JCtus, ſcr. *de jure* & juſtitia, An. 1629.

ab HORNICK (Lud.) edid[illegible]am notariorum; item, tract. de regali poſtarum jure, An. 1649.

HORNIUS (Caſp.) An. 1629. librum de elephante evulgavit.

HORNIUS (Chriſtoph.) de auro medico philoſophorũ, A. 1615. commentatus eſt.

HORNIUS (Georg.) Palatinus, medicus, Lugd. Batavorum medicinam docuit. Septem libros hiſtoriæ philoſophicæ, A. 1655. in lucem protulit. An. 1655. compendium hiſt. eccleſiaſticæ: A. 1670 hiſtoriam naturalem evulgavit. Idem librum ſub nomine *Honorii Reggii* de eccleſiæ Anglicanæ ſtatu, A. 1648. c[illegible] Vid. *Richteri epiſtolæ ſelectæ, pag* [illegible]. *Placcius in Pſeudon. pag. 211.*

HOR-

HORNIUS (Guſtav.) dux Suecorum militaris, captivus in ipſo carcere perfecti ducis munus ſcripto pulcerrimo complexus eſt, teſte *Schefero in exemplis memorab. Sueticæ gentis, pag. 48.*

HORNMANNUS (Henr.) JCtus, edidit tract. de monetis.

HORNMOLDUS (Seb.) JCtus Tubingenſis, An. 1605. claruit. Canticum Cant. Threnos Jeremiæ & Jonam prophetam carmine expreſſit. In Jure 4 Tomos repertorii compoſuit. Vid. *Tomus 3. Delit. Germ. pag. 563.*

HORNSCHUCHIUS (Hier.) adornavit *ὀρθοτυπογραφίαν* vel inſtructionem typographicam, An. 1608.

HORNUNGUS (Joh.) Tuberanus, collegit ciſtam medicam, An. 1625. Vid. *Linden, pag. 359.*

HORRION (Joh.) Eburo, An. 1616. panegyricum habuit die natali Academiæ Paderbornenſis. Vid. *Alegambe, pag. 250.*

HORROCCIUS (Jer.) Liverpolienſis, in matheſi celebris evaſit. Opera ejus mathematica poſt ejus obitum prodierunt, Londini, An. 1673.

ab HORST (Rutg.) JCt. tractatum de cancellario, Anno 1646. compoſuit.

HORSTIUS (Deth.) Friſius, JCtus, edidit juriſprudentiam Tribonianeam.

HORSTIUS (Gisb.) Amſtelrod. medicus. *An.* 1556. obiit. Scripſit de Turpeto & Thapſia.

HORSTIUS (Greg.) Torgenſis, natus eſt A. 1578: obiit A. 1636. Vulgò *Germanus Æſculapius* audire ſolet. Witebergæ & Gieſſæ medicinam ſumma cum laude docuit. Tandem à Rep. Ulmenſi in archiatrum expetitus eſt. Edidit Jatricam: centuriam problematum *θεραπευτικῶν*: *ἐξέτασιν παθολογικὴν*: libros 2. de natura humana: tract. de tuenda ſanitate ſtudioſorum & literatorum: enodationes luis Ungaricæ, dyſenteriæ, variolorum & morbillorum: conciliatorem: diſſertationes tres, de cauſis ſimilitudinis & diſſimilitudinis in fœtu: de natura amoris: de natura thermarum: 2. libros medicinalium obſervationum: decadem pharmaceuticarum obſervationum: conſultationes medicinales, &c. Mortuum laudavit *Joh. Daniel Dietericus.* Vid. *Henningus Witte, in Med. pag. 67.*

HORSTIUS (Jac.) reliquit tract. de vite viniſera ejusq; partibus, An. 1630.

HORSTIUS (Jac. Merlo) adornavit paradiſum animæ Chriſtianæ.

HORSTIUS (Joh. Daniel) emiſit decadem obſervationum anatomicarum, An. 1656.

HORSTIUS (Philippus) Brunſwicenſis, medicus, An. 1630. claruit. Jenæ philoſophiam practicam publicè profeſſus eſt. Reliquit *Στιγμολογραφίαν*. Vid. *Adrianus Beierus in Rect. Jen. pag. 1019.*

HORTENSIUS (Quintus) nobilis orator, Ciceroni coævus fuit & æmulus in laude eloquentiæ. Obiit, cum Cicero è Cilicia Romam rediret, uti in *Bruti proœmio* legimus. De ejus facundia *Cicero l. 3. de oratore* teſtari poterit. Præter orationes & laſciva poëmata, quorum *Agellius 19, 9.* meminit, etiam annales condidit, quos *Vellejus Paterculus l. 2.* allegat. Ei, *Plutarcho* teſte, M. Porcius Cato uxorem ſuam liberûm quærendorum cauſa conceſſit. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 100.*

HORTENSIUS (Æg.) JCt. edidit comm. ad ſingulas leges, Gen. A. 1607: item, in 4. libros inſtitutionum.

HORTENSIUS (Aſcanius Centorius) A. 1570. floruit. Hiſtoriam rerum ſui temporis memorabilium exaravit, teſte *Ghilino, vol. 2. pag. 31.*

HORTENSIUS (Lamb.) Montfortius, natus eſt Anno 1501: obiit Anno 1573. Erat Græcè doctiſſimus. Reliquit comment. in Virgilium & Lucanum: item, ſatiras & epithalamia. Hiſtoriæ ſcribendæ etiam animum applicuit, ceu ex libro de tumultibus Anabaptiſt. qui apud *Simonem Schardium T. 2. Germ. Scr. pag. 298.* & ex 7. libris de bello German. qui apud *eundem l. c. pag. 441.* occurrunt, videre licet. Vid. *Sweertius, pag. 508.*

HORTENSIUS (Mart.) ſcr. de Mercurio in Sole viſo, Anno 1633: item, de oculo, An. 1635. fol.

HORTIZ (Pet.) Hiſp. edidit quadrageſimale concionum. Vid. *Alegambe, pag. 383.*

HORTLEDERUS (Frid.) JCtus, erat conſiliarius Saxoniæ ducum Vinarienſium. Collegit varios tractatus de rebus ad imperium ſpectantibus, An. 1618.

de HORTO (Garcias) Luſitanus, texuit hiſtoriam ſimplicium apud Indos naſcentium.

HORTULANUS (Damianus Coſmas) Hiſpan. adornavit paraphraſin in Cant. Cant. Venet. An. 1585.

HÖRWARTUS (Ant.) elaboravit Tract. de quæſtione, utrum pœna perjurio legibus humanis ſit conſtituta, an verò ad pœnam ſatis ſit ultio divina? Prodiit Auguſtæ, An. 1599.

HORZOVIUS (Sam.) ſcr. Huſſum & Lutherum.

HÖSCHELIUS (David) Auguſtanus, celebris philologus, natus eſt Anno 1556: obiit Anno 1617. Edidit Siracidem cum notis. Complures Græcos autores (Procopium, Photium, &c.) in lucem protraxit adeoque de re literaria optimè meruit. Vid. *Spizelius in Templo Honoris, pag. 328. Thomaſius de plagio, §. 467.*

HOSIUS (Stanislaus) Polonus, Card. natus eſt An. 1504: obiit Anno 1579. Edidit confeſſionem fidei catholicæ: propugnationem doctrinæ catholicæ, adverſus *Joh. Brentium*: libellum de expreſſo DEI verbo: dialogum de eo, num calix laicis & uxores ſacerdotibus permitti debeant, ac divina officia vulgari lingua peragi fas ſit? Vid. *Thuanus l. 68. Sauſſay de Scr. eccl. pag. 62.*

HOSKINUS (Ant.) Herefordienſis Anglus, Anno 1615. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 39.*

HOSMANNUS (Joh.) poëta, Anno 1605. floruit.

HOSPINIANUS (Joh.) Anno 1575. obiit. Edidit librum de controverſiis dialecticis.

HOSPINIANUS (Rudolfus) Tigurinus, ſcr. de feſtis Chriſtianorum, An. 1595. item, de monachis.

HOSPITALIUS (Mich.) Franciæ Cancellarius, Anno 1573. obiit, ætatis 70. Poſt obitum carmina ipſius collecta & in lucem emiſſa ſunt, curante *Vido Fabro*. De quibus ita *Thuanus, l. 56.* Ii verſus puritate ſermonis, nitore & acumine, ac ſententiarum pondere cum omni antiquitate certant, virumque ferè exprimunt: qui non vultu tantùm Ariſtotelis os (quod ex utriusque imaginum collatione conſtat) ſed Solonis, Lycurgi, Charondæ, & Platonis denique, ſapientiſſimorum legislatorum, pectus, mores, doctrinam & judicium in omni vitæ ſive privatæ ſive publicæ actione referebat. Carmina ejus occurrunt *T. 2. Delit. Gall. pag. 1. & ſeqq.*

HOSSCHIUS (Sid.) Markenſis Belga, ſcr. elegias de Chriſto patiente, An. 1667. Vid. *Alegambe, pag. 421.*

HOSTANES, Ὀστάνης, Chymicus, *Borrichio de Hermet. pag. 80.* memoratur.

HOSTIENSIS (Henricus) An. 1262. floruit. Extat ejus ſumma & expoſitio in epiſtolas decretales.

HOSTIUS, poëta, bellum Hiſtricum carmine deſcripſit & tempore Julii Cæſaris claruit. Virgilium eum imitatum eſſe, *Macrobius 6, 3.* affirmat. Vid. *Glandorpius in O.P. pag. 407.*

HOSTUS (Matth.) Wilhelmdorfenſis, Græcæ linguæ profeſſor Francof. natus eſt Anno 1562: obiit An. 1587. Scripſit de veterum ponderibus & menſuris. Opera ejus tribus Tomis conſtant.

HOTMANNUS (Franc.) Pariſienſis, Anno 1634. claruit. Edidit conſolationem è S. literis. Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 164.*

HOTOMANNUS (Anton.) concinnavit dialogum de barba, Leydæ, A. 1[illegible]6.

HOTOMANNUS (Franc.) celebri[illegible] Ctus, natus eſt Anno 1524: obiit. An. 1590. Varia compoſuit de Jure & ali[illegible]s ad antiquitatem pertinentibus, quæ, uti ab autore ante mortem recognita & digeſta erant, ita poſteà *Jacobus Lectius* publicavit. Huic Hotomanno non[illegible] *Sixti V. Brutum fulmen in Henr. Regem* tribuunt. Hoc libro Hotomannus tantam apud pontificios inlit gratiam, ut in prima claſſe prohibita ſint omnia ip[illegible]us [illegible]ipta in expurgatoriis ipſorum in[illegible]us. Vid. *Placcius in Anonym. pag. 11.* [illegible] *de Inf. lit. pag. 76. Thuanus l. 99. Ham. k. part. 1. S. R.R. pag. 249. Thomaſius de plag. §. 469.*

HOTTINGERUS (Joh. Henr.) Ti[illegible]urinus, celebris Theologus & philologus, An. 1667. in Limago fluvio periit. Natus erat Anno 1620. Compoſuit theſaurum philologicum: exercitationes Morinianas: hiſtoriam orientalem; bibliothecarium quadripartitum; Tomos novem hiſtoriæ eccleſiaſticæ Nov. Teſtam. hiſtoriam creationis; leges juris hebræorum: analecta hiſtorico-theologica: ſmegma orientale: Grammaticam 4. linguarum: bibliothecam orientalem: diſſertationes miſcellaneas, &c. Vi[illegible]am ejus deſcripſit *Joh. Heinr. Heiddeggerus.*

Reli-

Reliquit 3. filios, Joh. Henricum, Salomonem, & Joh Jacobum, viros multa eruditione inſignes.

HOTTO (Gothofr.) eccleſiaſtes Amſterdamenſis, ſcripſit de concordia Chriſtiana inter evangelicos, An. 1647. *Mareſius T. 1. Syllogae, pag. 554.* vocat opus aureum.

HOTTOMANNUS (Villerius) de legato commentatus eſt.

HOVÆUS (Ant.) Egmondanus, A. 1568. obiit. Reliquit dialogum de ſeculi calamitate: item, carmina de arte amandi DEUM.

HOVÆUS (Rob.) ſcr. de reconciliatione hominis cum DEO, An. 1501.

HOVCARIUS (Eligius) Gandenſis, Anno 1504. claruit. Exaravit comœdiam de patientia Chryſollidis. Vid. *Sweertius, pag. 227.*

HOVDEMIUS (Joh.) edidit vitam & paſſionem Chriſti rythmicam, Colon. Anno 16.7.

ab HOVEDEN (Rogerius) Eboracenſis, An. 1200. floruit. Condidit hiſtoriam Anglicam. Vid. *Phil. Labbe, T. 2. diſſ. de S. E. pag. 301. Olearius, pag. 415.*

HOVEL (Nicol.) Pariſienſis, duos libros pharmaceutices, Anno 1571. edicuravit.

HOVIUS (Matth.) Machlinienſis, Anno 1620. obiit.

HOUTHEMIUS (Franc.) Ipreniis, carmina reliquit.

HOUTHEMIUS (Lib.) Leodic. An. 1580. floruit. Moralia præcepta ſenariis complexus eſt.

HOWEL (Jac. vel James) Anglus, Anno 1669. obiit. Scripſit de præcedentia regum, Lond An. 1664.

van der HOWEN (Petrus) tractavit de ſympathia, An. 1621.

HOWSENIUS (Joh.) egit de quæſtione, an uxore dimiſſa propter fornicationem, aliam liceat ſuperinducere? Oxoniæ, An. 1606.

HOYERUS (Juſt. Ber.) JCtus, ſcripſit de jure ſepulturæ, An. 1661.

HOYERUS (Mich.) Heſdino-Arteſius, collegit hiſtorias ſacroprofanas, A. 1647. Vitam Ephræmi Syri, ut & Johannis Duns Scoti in literas redegit. Flammulas amoris S. Auguſtini verſibus & iconibus repræſentavit. Extant ejusdem pœmata & tragœdiæ.

de HOYLANDIA (Gilb.) Anglus, habuit 48. ſermones in 3. capita Cant. Cant. Incipiens inde, ubi S. Bernhardus ſcribendi ſimul & vivendi finem fecerat.

HOYVANTIUS (Henr.) Gandavenſis, verſibus extemporaneis inter genialis Bacchi pocula felix fuiſſe prædicatur, teſte *Sandero.* Reliquit epigrammata.

HOYUS (Andr.) Brugenſis, Anno 1616. floruit. Scripſit apologiam pro Gregorio magno: item, libellum de recta linguæ Græcæ pronunciatione. Præterea vitas pontificum verſibus heroicis expreſſit: Ezechielem prophetam paraphraſi poetica illuſtravit: proverbiales formulas, Tertulliano uſitatas, collegit & expoſuit. Vid. *Sweertius, pag. 122. Sanderus in Brugenſ. pag. 16. T. 2. Delit. Belg. pag. 1139.*

HOYUS (Timoth.) Andreæ filius, carmina ſtruxit & euchologium Græcorum latinè tranſtulit. Vid. *Sanderus.*

HOZIUS (Andr.) edidit certamen poëticum de leſſu mortuali vario carminis genere traductum, Aug. An. 1608.

HUARTUS (Ignatius) Leodienſis, Anno 1652. claruit. Ex operibus S. Bernhardi flores paſtorales excerpſit. Comment. etiam in librum S. Bernhardi de gratia & lib. arbitrio ſub nomine *Ranutii Gigati* in favorem doctrinæ Janſenianæ compoſuit, quem poſteà *Bertrandus Tiſſier* refutavit. *Carolus à Viſch* in *Bibl. Ciſt. pag. 168.* vocat philoſophum ſubtilem.

HUARTUS (Joh.) Hiſp. examen ingeniorum adornavit. Vid. *Sorellus de perf. hom pag. 631.*

HUBERINUS (Caſp.) librum de vera DEI agnitione: item, de ira DEI: ut & de dextra DEI & majeſtate Chriſti elaboravit.

HUBERTUS (Steph.) Aurelianenſis, medicus, Anno 1602. floruit. Erat Arabicè eruditus. Videatur *Colomeſius in Gallia orient. pag. 147. Caſaub. epiſt. 231.*

HUBERUS (Joh.) Herbipolenſis, Anno 1613. obiit. In Polonia Theologiam moralem docuit. Videatur *Alegambe, pag. 251.*

HUBERUS (Sam.) Anno 1593. vixit, & AntiBellarminum compoſuit. In articulo prædeſtinationis peculiarem ſententiam fovit, quando electionem univerſalem aſſerere auſus eſt.

HUBERUS (Ulricus) digreſſiones Juſtini-

aneas, quibus humaniora juris continentur, Leow. Anno 1677. imprimi curavit.

HUBMEIERUS (Hippol.) Laberanus, palatinum epigrammanagrammaticum, Anno 1600. emiſit.

HÜBNERUS (Barth.) Erfordienſis, ſcripſit de morbis incurabilibus, An. 1589.

HUBNERUS (Matthias) Anclam Pomeranus, JCtus, Anno 1614. obiit. Altdorfii per decem annos jura docuit. Reliquit diſputationes in inſtitutiones juris.

HUBNERUS (Tob.) Berolinenſis, carminibus inclaruit. Vid. *T.3. Del. Germ. pag. 567.*

HUCHERUS (Joh.) medicus, de febribus, An. 1601: item, de ſterilitate, Colon. An. 1609. commentatus eſt.

de HUCIO (Bartolus) JCtus, tract. de quartis & ſubſtitutionibus ſcribere aggreſſus eſt. Extat *T.8. Tract. tract.*

HUDSONUS (Henr.) edidit geographicam delineationem detectionis freti ſupra terras Americanas in Chinam & Japoniam, An. 1613.

HUEBMANNUS (Simon) philoſophiam cœleſtem, Anno 1676. imprimi curavit.

de HUECARA (Ant.) Hiſp. Anno 1595. doctum commentarium reliquit in Habakuk prophetam, variis antiquitatum, linguarum & hiſtoriarum notis inſtructum.

de los HUERTOS (Marc.) ſcripſit de ſacrificio miſſæ, Duaci, An. 1637.

HUES (Robertus) de globis commentatus eſt, Anno 1617.

HUETIUS (Pet. Dan.) Cadomenſis, edidit 2. libros de interpretatione, Pariſ. Anno 1661: item, diſſertationes in Origenem, An. 1668. *Nicolaus Heinſius in epiſtola quadam ad Carpzov.* meminit, ipſum ad prælum habere paratum comment. de veritate religionis Chriſtianæ, opus laudatum ac multa doctrina refertum. *Bochartus in Hierozoico, 3, 27.* vocat virum raræ eruditionis.

HUGELIUS (Carolus) Palatinus, carmina fecit. Vid. *T. 3. Delit. Germ. pag. 374.*

HUGENIUS (Conſtant.) eques Zulichemius, Anno 1651. claruit. Syſtema Saturnium compoſuit. Momenta ejus deſultoria ſive poëmatum quatuordecim libri cum præfatione *Caſp. Barlei* Anno 1655. in octavo prodierunt.

HUGGELIUS (Joh. Jac.) tractavit de medicina Semiotica, A. 1560. fol.

HUGHES (Guilh.) Chaplamienſis, diſpp. grammaticales habuit.

HUGO à S. Caro. Vide, CARENSIS.

HUGO (Celſus) JCtus, edidit tractatum clauſularum, Anno 1578. fol.

HUGO (Herm.) Bruxellenſis, natus eſt A. 1588: obiit An. 1629. Scripſit de militia equeſtri antiqua & nova, An. 1630. item, libellum philologicum de p[illegible] ſcribendi origine, Antv. Anno 1617. ut & pia deſideria, emblematibus illuſtrata, partim proſa, partim ligata, Anno 1628. Vid. *Alegambe, pag. 180.*

HUGO (Jac.) Belga Inſulenſis, Theologus, Anno 1655. Romæ librum in ol. vulgavit, cujus inſcriptio hæc eſt: Vera hiſtoria Romana ſive origo Latii vel Italiæ ac Romanæ urbis, è tenebris longæ vetuſtatis in lucem protracta. *Quo* in libro inter alia paradoxa oſtendere annitus eſt, *Homerum*, Græcorum poëtam antiquiſſimum, in opere [illegible] non Trojæ ruinam interitumve d[illegible]iſſe: ſed duplex excidium Hiero[illegible]num, unum per Nebucadneza[illegible], alterum per Titum Imp. factum, tanquam vatem præcecinisse. Præterea in [illegible] Iliade Servatoris noſtri J[illegible] vitam, res geſtas, miracula, paſſ[illegible]m, mortemque luculenter exponi[illegible]m, acta Apoſtolorum, & præcip[illegible] [illegible]neæ ſive Petri Romam navigationem, pietatem, templa, ſacra, ritus & apotheoſin in eadem *Iliade Homeri* prædi[illegible] *eſſe*. Quin Homerum quoque Muhammetiſmum, barbarorū in Italiam irru[illegible]iones, hæreſes, prælatorum incuriam & negligentiam, laicorum & ſacerdotum incontinentiam, ſimoniam & tandem antichriſtum delineaſſe. Idem ait, Hollandos ſub nomine *Harpyiarum* obſcenos volucres maris appellari: Lutheranos ſub appellatione *Lotophagorum* a[illegible]brari jactitat. Addit, inter eos, qui unà cum Ulyſſe Helenam ambivetint, Martin. Lutherum & Phil. Melanchthonem extitiſſe atque adeo Homerum vivis eos coloribus depinxiſſe. Hunc Hugonem *Everh. Rudolfus Roth*, Ulmenſis, Anno 1672. in diſſert. de bello Trojano, Jenæ habita, refutare aggreſſus eſt.

HUGO (Nicol.) elenchum Luthero-Calviniſtæ Coppenſteiniano oppoſuit.

HUGO (Pet.) leſ. Anno 1636. vitam Nic. Lapide exaravit.

HUGOBALDUS, tempore Caroli Calvi claruit, cui etiam poema ſuum de laude Calvorum inſcripſit. Ejus initium eſt: *Carmina clariſonæ Calvi cantate Camenæ.* Totú carmen in Adverſaria ſua tranſtulit *Caſp. Barthius lib. 46. cap. 22.* Vid. *Sweertius, pag. 350. Zeillerus, part. 3. pag. 114.*

HUGOLINUS (Barthol.) é monte Scutilo, JCtus, An. 1600. claruit. Scripſit de ſacramentis novæ legis: de excommunicatione, ſuſpenſione & interdicto: de irregularitate: de cenſuris Rom. Pontifici reſervatis in bulla cœnæ Dominicæ, &c. Vid. *Sauſſay pag. 199.*

HUGOLINUS (Joh.) edidit Graduale feſtivum, fol. An. 1626.

HUGOLINUS (Ludolf.) ſcripſit de tollendo appellationum abuſu, A. 1662.

HUITFELDIUS (Haraldus) Danus, An. 1590. Texuit hiſtoriam Danicam à primo rege Dano uſque ad Chriſtianum III. Tomis decem, in 4. Extat ejuſdem tract. de legibus provincialibus Scaniæ, in 4. Vid. *Bartholinus in Danis ſcr. pag. 51.*

HUITIUS, Anglus, in Danielem commentari cœpit.

HULDRICUS (Joh. Jac.) ſtruxit vindicias pro Tigurina Bibliorum translatione, contra Gretſerum, An. 1616.

HULSEMANNUS (Joh.) Eſenâ Friſius, celebris nominis Theologus, natus eſt An. 1602. obiit Anno 1661. Witebergæ *F. Balduino* in cathedra & ſuggeſtu ſucceſſit. Inde Lipſiam vocatus eſt. Exaravit Anti Hagerum: item, tract. de auxiliis gratiæ. Mortuum laudavit *Dav. Schwertnerus.* Vid. *Spizelius in Templo Honoris, pag. 259.*

HULSIUS (Ant.) Hildamontanus, edidit Theologiam Judaicam, Anno 1653. item, opus catecheticum didactico-polemicum, An. 1676.

HULSIUS (Guilh.) vitas pontificum Veſalia An. 1639. edi curavit.

HULSIUS (Læv.) Gandenſis, numiſmata Rom. Impp. An. 1603. collegit. *Sweertius, in Ath. Belg. pag. 505.* emblemata anniverſaria Academiæ Altdorfinæ eidem tribuit. Extat ejuſdem deſcriptio Tranſiluaniæ, Moldaviæ & Walachiæ.

HULSTIUS (Ant.) Flander, ſtadium curſoris Chriſtiani, Anno 1556. publicè propoſuit.

HUMBECANUS (Pet.) An. 1598. obiit, relicto libro de uſuris.

HUMBERTUS, ſilvæ Candidæ epiſcopus & Cardinalis, An. 1051. claruit. Hic primus transſubſtantiationis aſſertor eſſe dicitur. Scripta ejus *Ph. Labbe T. 1. de S. E. pag. 484.* enumerat. Confer *Olearium, pag. 222.*

HUMBERTUS, Dominicanus, An. 1276. obiit. Reliquit ſpeculum religioſorum ſive ſex libros inſtitutionum ſpiritualium. Vid. *Ph. Labbe l. c. pag. 486. Olearius, pag. 222.*

HUMBERTUS (B. M.) edidit expoſitionem in regulam S. Auguſtini, Anno 1645. in 4.

HUMBERTUS (Jacobus) exaravit epiſtolam ad J. Jac. Reckium de perſona Chriſti, Lugd. An. 1668.

HUMELBERGIUS (Gabr.) in Antonium Muſam & Apulejum de herbis, Anno 1537. commentatus eſt.

HUMELIUS (Joh.) mathematicus, natus eſt An. 1518: obiit An. 1582.

HUMELIUS (Joh. Henr.) ſcripſit notas in epiſtolam S. Pauli ad Philemonem, An. 1670.

HUMERUS (Zach.) Smolandus, confecit librum de arte & conſtitutione hiſtoriæ. Vid. *Scheferus in Upſal. pag. 404.*

HUMFREDUS (Laurent.) An. 1589. obiit. Compoſuit 3. libros de nobilitate, An. 1560: duas partes Jeſuitiſmi: item, Phariſæiſmum veterem & novum.

HUMIUS (Jac.) Grammaticam hebræam edidit, Anno 1624.

HUND (Magnus) Parthenopolitanus, medicus, anthropologium Anno 1501. compoſuit.

HUNDESHAGEN (J. Chr.) Profeſſor Jenenſis, h. t. claret. Emiſit metaphyſicam poſitivo-polemicam, Anno 1672: item, phyſicas quæſtiones, An. 1674.

HUNDIUS (Joh.) Theologus reformatus, condidit librum, titulo, Nuda veritas: item, tract. de deſcenſu Chriſti ad inferos, An. 1644.

HUNDIUS (Wigulejus) edidit metropolin Salisburgenſem, 1582: item, Bavaricas ſtemmatographias, teſte *Zeillero.*

HUNDORPHIUS (Joh.) collegit res urbis Erfurti maximè memorabiles.

ab HUNEFELD (Huno) reliquit monita imperiorum, An. 1669.
HUNGERUS (Alb.) ſtruxit orationes.
HUNGERUS (Conr.) conſcripſit chronicon monaſterii Einſidelenſis in Helvetia.
HUNGERUS (Wolfg.) JCtus, Anno 1555. obiit.
HUNIBALDUS, Francus, tempore Juſtini junioris Imp. floruit. Condidit hiſtoriam. *J. G. Voſſius* ſcriptorem ferrei oris & plumbei cordis appellat eoque habendum loco judicat, quo alii Beroſum Annii, i. e. nullo. Sanè quicquid de antiquis Germanorum temporibus Romanis ſcriptoribus indictum refert, id omne comminiſcitur. Vid. *Zeiller. part. 2. pag. 76.*
HUININGA (Joh. Epinus) JCtus, philoſophiam moralem Groningæ, An. 1619. profeſſus eſt. Vid. *Autor vitarum proff. Gröning. pag. 70.*
HUNNÆUS (Auguſt.) Machlinienſis, natus eſt Anno 1521: obiit Anno 1578. Struxit catechiſmum catholicum: axiomata de ſacramentis: dialecticam. Vid. *Sweertius pag. 148. Val. Andr. in Faſt. Lovan. pag. 171.*
HUNNIUS (Ægid.) magni nominis Theologus, natus eſt Anno 1550: obiit An. 1603. Marpurgi & Witebergæ Theologiam profeſſus eſt. Colloquio Ratisbonenſi An. 1602. interfuit, ſuasque partes præclarè geſſit. Scripſit de prædeſtinatione, indulgentiis, &c. *Doctor Gerhardus* b. m. eum recentioribus Theologis omnibus præferendum judicabat. Vid. *Micrælius, pag. 383.*
HUNNIUS (Helf. Ulricus) JCtus, emiſit encyclopædiam juris univerſi, Anno 1674.
HUNNIUS (Nicol.) Marpurgenſis, Ægidii filius, natus eſt An 1585: obiit Anno 1643. Witebergæ aliquamdiu cathedram Theologicam ornavit. Inde Lubecam vocatus ſuperintendentis munere functus eſt. Varia ſcripſit, Inter quæ eminent demonſtratio miniſterii Lutherani: capiſtrum Lancellotto injectum · tract. de univerſalitate meriti Chriſti: diſpp. antiphotinianæ: apoſtaſia Rom. eccleſiæ: innocentia Lutheranorum, &c. Mortuum laudavit *Sebaſt. Meierus.* Vid. *Henningus Witte in Theol. pag. 580.*

HUNTERUS (Jac. Pet.) Suecus, edidit Senecam defenſatum & repurgatum, Ratisb. An. 1651. in 4.
HUNTINDONIENSIS (Henr.) An. 1153. claruit. Condidit decem libros hiſtoriæ Anglicanæ. Vid. *Zeillerus part. 1. Scr. hiſt. pag. 71.*
HUNTLÆUS (Jac. Gordonius) Scotus, Jeſuita, Anno 1620. obiit. Docuit philoſophiam & Theologiam Scholaſticam nec non linguam ſanctam Muſſiponti, Lutetiæ, Burdigalæ. Extat ejus epitome controverſiarum fidei. Vid. *Alegambe, pag. 197.*
HURANDUS (Hyacinthus) Pomeranus, Anno 1635. vixit. Architecturam Muſarum heroico carmine expreſſit. Vid. *Alegambe, pag. 191.*
HURTADUS (Caſp.) Mondexarenſis Hiſpanus, Anno 1632. claruit. Scr. de incarnatione: de ſacramentis: de DEO: de angelis: de legibus: de juſtitia & jure: de religione: de fide, &c. Vid. *Alegambe, pag. 149.*
HURTADUS (Greg.) in evangelia totius anni, An. 1638. commentatus eſt.
HURTADUS (Joh.) edidit conciones quadrageſimales, Brugis, An. 1620.
HURTADUS (Thomas) ſummarium totius Theologiæ moralis, Anno 1664. adornavit.
HUS (Joh.) egit de civili dominio clericorum.
HUS (Matth.) Germanus, edidit ſermones Dominicales ſuppreſſo nomine, titulo, dormi ſecure. Liber prodiit Norimbergæ, An. 1486. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 253.*
HUSANUS (Frid.) JCtus, tractavit de ſervis, hominibus propriis, famulis, An. 1590.
HUSANUS (Henr.) Iſenacenſis, natus eſt An. 1533: obiit An. 1587. Vid. *T. 3. Delit. Germ. pag. 581.*
HUSERUS (Conr.) ſcripſ. de impoſturis & ceremoniis Judæorum.
HUSERUS (Joh.) Briſgojus, edidit opera Theophraſti duobus voluminibus, Fol. An. 1605.
HUSMANNUS (Franc.) JCtus, elaboravit paradoxa ad L. Falcidiam, Pariſ. An. 1584.
HUSMANNUS (Franc. E.) tractavit materiam de voluntate DEI, An. 1670.

HUSMANNUS (Frid.) An. 1581. vixit. Reliquit chronologiam, An. 1598.

HUSS (Joh.) Bohemus, Anno 1415. in ſynodo Conſtantienſi condemnatus atque combuſtus eſt. Prædixit, poſt centum annnos cygnum venturum & eccleſiam pontif. magnis eorum ingratiis oppugnaturum eſſe. Opera Huſſi, Norimbergæ duobus Tomis, An. 1558. excuſa ſunt. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 256.* item, *Jacobus Verheiden, in elog. præſt. Theol. pag. 6.*

HUSSON (Mattinus) Pariſienſis advocatus, ſcripſit 4. libros de advocato, Anno 1664. in 4.

HUSSOVIANUS (Nicol.) ſtruxit carmen de biſonte & ejus venatione, Cracoviæ, Anno 1623.

HUTCHESONUS, Anglus, in 12. Prophetas minores & evangelium Joh. commentatus eſt.

HUTINGIUS (Gerh.) orationem S. Baſilii contra ebrioſos carmine elegiaco expreſſit. Vid. *Sweertius, pag. 281.*

de HUTIO (Bartolus.) JCtus, ſcr. de quartis. Vide, HUCIO.

HUTTENUS (Ulricus) eques Francus, natus eſt Anno 1488: obiit Anno 1523. Condidit libellum hiſtoricum de perpetua pontificum Roman. inobedientia adv. Imperatorem. Ejus Arminium habet *Simon Schardius vol. 1. ſcript. Germ. pag. 214.* Multa adhuc alia compoſuit tùm ſoluta, tùm ligata oratione. Poëtica ejus opera in unum collecta, Francofurti prodierunt: cætera ſparſim edita. *Epitaphium* ipſius ità ſonat:

Hic eques auratus jacet oratorque diſertus,
Huttenus vates, carmine & enſe potens.

Vid. *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 18. Olearius pag. 467. Eraſmus in Ciceroniano, pag. 181.* Ulricus Huttenus (Inquit) ſat ſplendoris & copiæ præſtat in oratione ſoluta: In carmine felicior erat. Carmina ejus ex parte occurrunt *T. 3. Delit. Germ. pag. 635.*

HUTTERUS (Leonh.) Ulmenſis, natus eſt Anno 1563: obiit Anno 1616. Witebergæ Theologi officio functus eſt. Scripſit locos Theologicos: analyſin Auguſt. Confeſſ. Sadeelem elenchomenum: concordem concordiam: Irenicum Chriſtianum: lib. contra Bellarm. de miſſa: notas ſuccinctas in epiſt. ad Galatas, &c. Videatur *Henning. Witte, in Theol. pag. 90. Spizelius in Templo Honor. pag. 92.*

HUTTERUS (Elias) edidit Biblia ſex linguarum, Anno 1599.

HUTTICHIUS (Ioh.) Moguntinus, An. 1534. claruit. Texuit librum de Rom. Imperatoribus: item, tract. de antiquitatibus Moguntinis. Vid. *Hanckius part. 2. de Scr. R. R. pag. 132.*

HUYGEN (Gumm.) methodum retinendi & remittendi peccata, Lov. An. 1674. publicavit.

HUYSMANNUS (Guilh.) Liranus, An. 1613. obiit. Narrationes rerum Indicarum ex Italico tranſtulit. Vid. *Sweertius, pag. 310.*

HYACINTHUS (Franc.) exaravit triumphum roſarii, Anno 1641.

à S. HYACINTHO (Hieron.) ſtruxit ideam colloquii Thorunienſis, Cracov. Anno 1646: item, ideam concionatoris, Pariſ. Anno 1659.

HYBREAS, Ὑβρέας, rhetor vel ſophiſta, Diotrephis diſcipulus, tempore Strabonis claruit. Meminit ejus *Strabo l. 13. pag 630. & l. 14. pag. 659.*

HYBREAS, Cretenſis, σκολιὰ compoſuit, teſte *Athenæo l. 15.* Vid. *Meurſius in Creta, pag. 421.*

HYDASPES, Ὑδάσπης, antiquiſſimus Medorum rex, vaticinia compoſuit, quæ *Lactantius l. 7. div. Inſtitut. cap. 15. & 17.* allegat. *Theodorus Canterus 2, 19.* tamen Lactantium corrigit & legit, *Hyſtaſpes.*

HYDE (Thom.) bibliothecarius Bodlejanus Oxoniæ, edidit tabulas longitudinis & latitudinis ſtellarum fixarum ex MS. Perſico in 4: item, catalogum bibliothecæ Bodlejanæ, An. 1674. fol.

HYGDEN (Rudolph.) autor polychronici, vixit ſeculo XIV. Vid. *Voſſius pag. 532. Mareſius in Joh. Papiſſa, pag. 21. Calixtus de Conjug. Cler. pag. 342.*

HYGINUS (C. Julius) tempore Octaviani Auguſti, cujus erat libertus, floruit. Scripſit librum de vita rebusq; virorum illuſtrium, ceu teſtantur *Agellius 1, 14. & Servius in Virg. pag. 762.* item, de familiis Trojanis, teſte iterum *Servio pag 930.* Ex *eodem ad l. 3. Æn.* conſtat, Hyginum de ſitu urbium Italicarum tractaſſe. Commentarios ejus in Virgilium laudat

laudat *Agellius 1, 6. & 10, 16. Chariſius.* Hygini librum de agricultura : *Macrobius* vero librum de penatibus allegat. Hodiè nihil Hygini habemus, præter poëticon aſtronomicon ad M. Fabium & mythologiam. Vid. *Glandorpius in Onomaſt. pag. 488. Borrichius in Cogitatis, adv. Voſſ. pag. 10.*

HYLARETUS (Mauric.) Engoliſmenſis, Anno 1603. vixit. Condidit 2. Tomos concionum quadrageſimalium. Aurelianenſes ei ob navatam operam in fide Cath. propugnada æneam ſtatuam cum inſcriptione poſuerunt, teſte *Waddingo in Scr. O. M pag. 256.*

HYPATUS (Joh.) Italus, philoſophus, varia ad dialecticam pertinentia reliquiſſe fertur. Vid. *Simlerus.*

HYPERECHIUS, Ὑπερέχιος, Alexandrinus, Grammaticus, juxta *Suidam* tempore Marciani Imp. claruit. Scripſit artem Grammaticam & libros de orthographia.

HYPERIDES, Ὑπερείδης, Sophiſta, fuit Demoſthenis coævus & Platonis diſcipulus. Compoſuit varias orationes. Vulgò 72. ei tribuuntur, ex quibus tantùm 52. genuinæ ſunt. Vid. *Meurſius in lect. Att. l. 3. c. 8. & l. 5. c. 25. Longinus* effusè eum laudat, ac, ſi non perfectiores, plures tamen virtutes habere dicit quàm Demoſthenem. Vid. *Langbainius* ad *Longinum pag. 83. Thomaſium de plagio, §. 470.* Confer *Suidam.*

HYPERIUS (Andr.) Iprenſis, Theologus reformatus, natus eſt Anno 1511 : obiit Anno 1564. Condidit libellum de ratione ſtudii Theologici; qui unus ſufficit ad perficiendum in eo genere doctorem, ſi quis ejus conſiliis acquieſcere velit : item, 4. libros de Theologo. Methodum Hyperii *Laurentius Villavincentinus*, monachus Auguſtinianus, ſuo nomine in Hiſpania publicari curavit. Vid. *Placcius in Pſeudon. pag. 273.* De Hyperio *Jacobus Verbeiden in Elog. præſt. Theolog. pag. 95.* conſuli poterit.

HYPERMENES, Ὑπερμένης, ſtruxit librum de Chio, quem citat *Ptolemæus Chemus* apud *Photium, Cod. CXC.*

HYPEROCHUS, Ὑπέροχος, Cumanus, Κυμαϊκὰ carmine expreſſit, quemadmo- *Pauſanias in Phocicis* refert.

HYPSICRATES, Ὑψικράτης, res Phœnicum linguá Phœnicia compoſuit, quas poſteà Χαῖτος aut rectius Λαῖτος Græcè tranſtulit. Vid. *Tatianus in orat. 5. ad Gent.* & *Euſebius l. 10. de præp. Evang.*

HYPSICRATES, Amiſenus, à *Polybio l. 7. & 11.* laudatur. A *Luciano in Macrobiis, pag. 831.* inter longævos refertur & 92. annos vixiſſe traditur. Scripſit de picturis. Vid. *Laërtius in Chryſippo.*

HYPSICRATES, Grammaticus, à *Varrone & Agellio l. 16.* citatur. Tractavit de Romanis vocibus, quæ à veteri lingua Græca derivantur. Hoc nomen *Joſephus Scaliger Pompejo Feſto* in voce, *aurum*, reſtituit.

HYPSIEL, Ὑψιὴλ, exaravit Arraphoricum. Eum Græcè & latinè edidit *Jacobus Mentelius*, Pariſ. An. 1657.

I.

IABOLENUS (Priſcus) JCtus, ſub Antonino Pio Imp. floruit. Quatuordecim epiſtolarum libros reliquit : item, epitomen in libros poſteriorum *Labeonis*. Præterea *Caſſii* dogmata 15. libris complexus eſt. Meminit ejus *Plinius l. 6. epiſt. 15.* qui refert, eum *Peſcennio Paulo* equiti amiciſſimum fuiſſe. Vid. *Guido Panzir. in JCt. 1, 32. Bertrandus, pag. 74.*

JACCHÆUS (Gilb.) ſcripſit inſtitutiones medicas, Anno 1631. Vid. *Meurſius in Ath. Bat. pag. 294.*

JACCHINUS (Leonh.) Emporienſis, dicitur totus fuiſſe Galenicus. Commentatus eſt in librum 9. Raſis, Anno 1579.

de JACEA (Gerardus) geſta Comitum Namurcenſium ſtilo expreſſit.

JACETUS (Jacobus) Florentinus, ſecuri percuſſus eſt. *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag. 150.* vocat juvenem Græcè & latinè egregiè peritum pangendique carminis autorem non illepidum.

JACHEN, Ἰαχὴν, Ægyptius, de quo *Borrichius, de Hermet. pag. 170.* Vid. *Suidas in* Ἰαχὴν.

JACHIADES (Joſeph) Judæus, ſcripſit in Dani-

Danielem. Prodiit cura *Conſt. L'Empereur*, An. 1633. In 4.

JACOB, autor Arbah Thurim, Anno mundi 5100. claruit. Vid. *Gans in Zemach, pag. 145.*

JACOB, ben Chabib, unus ex captivis in Hiſpania, compoſuit עין & בית יעקב teſte *Ganz l.c. pag. 149.*

JACOB, Levita. Vide, MAHARIL.

JACOB, ben Napthali, fuit inſignis criticus, cujus lectionem in certis vocabulis Biblicis ſecuti ſunt Judæi orientales. Vid. *Buxt. in Abbrev. pag. 48.*

JACOBATIUS (Domin.) An. 1528. obiit. Tractavit de concilio. V. *Olearius, p. 140.*

JACOBATIUS (Jacob.) Beneventanus, JCtus, adornavit defenſorium pacis contra excommunic. Papæ.

JACOBILLUS (Ludov.) reliquit bibliothecam Umbriæ, Anno 1658.

JACOBINUS (Achill.) Montorienſis Aprutinus, ſcripſ. de philoſophiæ excellentia.

JACOBINUS (Joh.) deſcripſit res geſtas Sigiſmundi, Tranſilvaniæ principis.

JACOBONIUS (Julius) Anno 1582. claruit. De priſca Cæſiorum gente ad J. B. Fontejum commentatus eſt. Vid. *Hanck. part. 2. de S.R.R. pag. 156.*

JACOBUS, patriarcha, juxta Ebionæos librum compoſuiſſe fertur, qui ſine dubio confictus eſt, teſte *Epiphanio l. 1. Panarii.* Circumfertur etiam Jacobi patriarchæ teſtamentum, quod à *Gelaſio, diſt. 16.* inter libros apocryphos numeratur. Vid. *Lambecius in Prodromo, pag. 54.*

JACOBUS, Apoſtolus, exaravit epiſtolam Catholicam, quæ extat. Idem Evangelium ſecundum Hebræos conſcripſiſſe dicitur. Ejus Evangelii *Origenes* meminit: item, *Hieronymus in catalogo. Athanaſius in Synopſi* tradit, Jacobum primum omnium in evangelium Matthæi, hebraicè ſcriptum, interpretationem & expoſitionem adhibuiſſe. Extat etiam ſub ejus nomine Πρωτευαγγέλιον, in quo multa abſurda continentur. Vid. *Phil. Labbe T. 1 differt. de S.E. pag. 489.* De Liturgia S. Jacobi *Rivetum in Crit. ſacr. l. 1. cap. 3.* conſule.

JACOBUS, Heſychii filius, cognomine Pſychochriſtus, medicus fuit, teſte *Suida.*

JACOBUS, Rex Angliæ, natus eſt Anno 1556: obiit Anno 1624. Scripſit Δῶρον βασιλικὸν ad filium: dæmonologiam: miſocapnum: orationes, & alia, quæ uno volumine edita ſunt Anno 1619. fol. De Jacobo ita *Voſſius in præf. oper. Grammat.* Jacobus, Britanniæ Rex, tam varia maximarum rerum ſcientia ſuperavit, quicquid regum à mille annis, mille verò? immò, abſit dicto invidia, quicquid à regis Salomonis temporibus fuit. *Hæc ille.* Nonnulli Jacobum *Solem*: Mauricium vero, Haſſiæ Landgravium, *Lunam* philoſophorum appellavere.

JACOBI (Jacobus) Danus, chronicon Judaicum, è ſacris & Joſepho collectum, carmine expreſſit, An. 1634.

JACOBUS, JCtus, *Gloſſator* dictus, An. 1161. obiit. Videatur *Gu. Panzirolus, in JCtis, 2, 16.*

JACOBUS, de Forlivio, *commentator aphoriſticus* dictus eſt.

JACOBUS, Miſnenſis, Huſſi commilito erat. Vid. *Albinus in chron. Miſn. pag. 336.*

JACOBUS, Papienſis Card. tempore Pii II. pontificis claruit. Extant ejus commentarii graviſſimarum actionum atque epiſtolæ: quibus ſenatoriæ prudentiæ potius & chriſtianæ ſeveritatis nomen, quàm perfectæ orationis laudem petiiſſe videri poteſt, judice *Jovio, in Elog. num. 20.*

JACOBI (Guilh.) Egmondanus, Alexandri M. res geſtas carmine expoſuit, teſte *Swertio.*

JACOBUS (Joh.) edidit compendium ceremoniarum, Antv. An. 1621.

à S. JACOBO (Joh.) curſum philoſophicum, Pariſ. Anno 1658. fol. publicavit.

JACOBUS (Magdalius) Goudanus, Anno 1550. claruit. Compendium Bibliorum metricum & correctorium eorundem: item, ærarium aureum poëticum compoſuit.

JACOBUS (Petrus) JCtus, praxin auream, Colon. Anno 1575. emiſit.

JACOBUS (Theodoſ.) JCtus, tractavit de emphyteuſi & laudemio, Anno 1661.

JACOMOTIUS (Joh.) Barenſis, Anno 1601. claruit. Scripſit Ehud tragœdiam. Carmina ejus continentur *T. 2. Delit. Gall.*

Gall. pag. 350. Vid. *J.P. Loticbius part. 4. Bibl. poët. pag. 132.*

JACOPONUS de Benedictis, Tudertinus, Anno 1306. deceſſit. Bonifacio IIX. pontifici, à quo in carcerem conjectus erat, carcerem & captivitatem prædixit. Reliquit ſententias & monita ſalutaria. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 180.*

JACOTIUS (Deſid.) Vandoperanus, in Coacas Hippocratis commentatus eſt. Struxit etiam librum de philoſophorum doctrina, teſte *Wolfio in Off. Cic. pag. 24.*

JACQUERIUS (Nicol.) concilio Conſtantienſi interfuit. Texuit flagellum hæreticorum faſcinariorum, teſte *Sweertio.*

JACQUINOTIUS (Barth.) Divionenſis Gallus, adornavit Hermem Chriſtianum, Anno 1619. Videatur *Alegambe, pag. 57.*

JAEL (Curt.) habuit laudem ululæ. Verus ejus autor *Conr. Goddæus* eſſe dicitur.

JAEN (Ferd.) Cordubenſis, Anno 1617. obiit. Scripſit de concordia genealogiæ Chriſti ſecundum Matthæum & Lucam. Vid. *Alegambe, pag. 110.*

JAHODA (Joh.) Bohemus, edidit academicas allocutiones, Pragæ, Anno 1667.

JAJUS (Claud.) Gebennenſis Allobrox, Anno 1552. obiit. Erat unus ex prima decade ſociorum Lojolæ. Reliquit ſpeculum præſulis, quod prodiit Ingolſtad. Anno 1615. A ſuis *angelus DEI & patronus Catholicorum* dici ſolet. Vid. *Alegambe, pag. 81.*

JAKSONUS (Thomas) ſcripſit de DEI eſſentia & attributis contra *Conr. Vorſtium.*

de JALICERELLIS (Franc.) reliquit tract. de ſchiſmate. Extat Auguſtæ, teſte *Reiſero.*

JALLONGUS (Car.) collegit recemationes Juris, Meſſanæ, An. 1605.

JAMBLICHUS, Ἰάμβλιχος, tempore Antonini philoſophi Imp. vixit & de amoribus Rhodanis & Sinonidis librum compoſuit, quem Βαβυλωνικὰ inſcripſit. Videatur *Photius Cod. XCIV.* Confer *Suidam & Colomeſium in Cimeliis, cap. 7. pag. 15.*

JAMBLICHUS, Porphyrii diſcipulus, tempore Conſtantii & Juliani Imp. floruit. Natus erat Chalcide Syriæ. Vitam ejus *Eunapius* exaravit. Reliquit 2. orationes protrepticas ad philoſophiam, quas primus Græcè edidit *Joh. Arcerius*: item, vitam Pythagoræ nec non libellum de myſteriis Chaldæorum & Ægyptiorum, quod poſtremum opus primus *Marſilius Ficinus*, plenius vero *Nic. Scultellius* Anno 1556. tranſtulit. *Eunapius* eum θαυμάσιον, *Proclus* θεῖον appellat. Vid. *Jonſius de Scr. hiſt. Phil. 3, 16. Temulius in Nicomach. pag. 60.*

JAMBULARIUS (P. Franc.) Florentinus, An. 1564. obiit. Vid. *Thuanus l. 36. Ghilinus, vol. 2. pag. 218.*

JAMBULUS, Ἰάμβουλος, conſignavit Ἰνδικά. Allegatur à *Diodoro Siculo & Joh. Tzetze* in *Chiliad. pag. 132. 134.*

JAMESIUS (Guilh.) compoſuit Iſagogen in linguam Chaldaicam; Anno 1651.

JAMESIUS (Richardus) ſcripſit de librorum conſervatione, Anno 1625.

JAMESIUS (Thom.) Oxonienſis, bibliothecæ Bodlejanæ catalogum emiſit Anno 1605: item, vindicias Gregorianas, Anno 1625. Vid. *Rivetus in Crit. ſacr. lib. 4. cap. 29.* Idem Jameſius librum conflavit, cui titulum fecit *Bellum Papale*, editum Londini, Anno 1606. In quo collegit variationes, mutationes & repugnantias, quæ in Bibliis latinis Sixti V. & Clementis IIX. occurrunt. Videatur iterum *Rivetus* in *Iſagoge* ad *Script. ſacr. cap. 11. §. 29. Kempius, pag. pag. 501.*

JAMOTIUS (Frid.) Bethunienſis, Anno 1593. claruit. Reliquit poëmata varia, Græca & latina. Auſonii idyllion de vita humana Græcis verſibus tranſtulit. Vid. *T. 3. Delit. Belg pag. 1.* item, *Sweertius, pag. 261.*

de JANDUNO (Joh.) Gandenſis, ſcripſit in libros phyſicos & metaphyſicos Ariſtotelis. Vid. *Sweertius, pag. 441.*

JANITIUS (Clem.) vitas regum Poloniæ carmine expreſſit.

de JANLY (Joh.) Burgundus, An. 1503. claruit. Videatur *Colomeſius in G. O. pag. 4.*

JANNINUS (Lud.) ſtruxit coronam virginis Mariæ, Anno 1645: item, tirocinium S. Scripturæ, An. 1667.

JANNINUS (Peregrinus) tract. de citatione reali, An. 1599. publicavit.

JANOTIUS (Donatus) Anno 1572. obiit. Commentar. de rep. Veneta adornavit. Fertur etiam de rep. Florentina: item, de Italiæ rebus comm. reliquiſſe. Vid. *Thuanus l. 54.* item, *Funccius in orbe imperante, T. 2. pag. 85.*

JANSENIUS (Corn.) Hulſtenſis, obiit Anno 1576. Edidit harmoniam evangelicam una cum comment. fol. Vid. *Swertius, pag. 188.*

JANSENIUS (Corn.) Accoyenſis, epiſcopus Yprenſis & Gandavenſ. natus eſt A. 1585: obiit A. 1638. Compoſuit librum de hæreſi Pelagiana, de auxilio gratiæ, &c. quem *Augustinum* inſcripſit, in quo componendo 20. annos inſumſit: in hunc finem opera S. Auguſtini decies & amplius: libros verò de gratia & lib. arbitrio contra Pelagium faciliè trigeſies à capite ad calcem evolvit. Perſtringitur tamen hic liber cenſurâ pontificia. Alias etiam ſcripſit comment. in 5. libros Moſis: analecta in Proverbia, Eccleſiaſten, Sapientiam, Habakuk, Sophoniam. Vid. *Val. Andrea in Faſt. Lovan. pag. 139. Hornius in hiſt. eccleſ. pag. 354. Caramuel, ap. Carol. Viſch, pag. 197.*

JANSENIUS (Gabr.) Brugenſis, Anno 1600. floruit. Confecit Tragicocomœdias, ut monomachiam Davidis cum Goliath: Salomonis judicium: Nabatum, &c. Vid. *Swertius, pag. 263.*

JANSENIUS (Nicol.) cognomine BOY, Zelandus, panegyricum habuit in laudem doctoris Angelici, teſte *Swertio.* Ajunt etiam ſcripſiſſe vitam S. Dominici.

JANSONIUS (Jac.) Amſtelrodam. obiit Anno 1625. Scripſit enarrationem in Job: comment. in Cant. Cant. In Pſalmos, & in Joh. evangelium. Vid. *Swertius pag. 364. & Vernulæus in Acad. Lovanienſ. pag. 283.*

JANSONIUS (Joh.) edidit Atlantem no-[…]m, Anno 1660.

JANSONIUS (M.) Mercurii Gallo-Belgici Tomum 12. & 13. confecit.

JANSONIUS (Rob.) ſcr. diſſert. de viſionibus Apocal. 13. & 17. An. 1625.

JANTHESIUS (Caſp.) Pomeranus, An. 1626. mirabilia, delicias & antiquitates Romæ publicavit.

à JANUA (Joh.) vel JANUENSIS, ordinis Dominicanorum monachus, vixit An. 1280. Lexicon linguæ latinæ elaboravit, quod *Catholicon* inſcripſit. Vid. *Rivetus T. 2. oper. pag. 886.*

de JANUA (Nicol.) JCtus, ſcripſit librum de ſcriptura privata, qui prodiit Anno 1614.

de JANUARIO (Joſeph) tractavit de caſibus reſervatis, Anno 1653. Edidit etiam reſolutiones ſelectas, quas valdè commendat *Caramuel in Theologia majori fundamentali:* item, cataſtrophen cunicularem in fundamenta Caramuel, Romæ, An. 1656.

JANUS (Chriſtian.) Hafnienſis, natus eſt Anno 1596: obiit An. 1635. Vid. *Vindingius, pag. 312.*

JANUSOVIUS (Joh.) Cracovienſis, An. 1613. obiit. Exaravit orthographiam Polonicam; ſolium Davidis: librum de jejunio & cibis vetitis, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 126.*

JAPON (Laur.) cognomine Luſcus, Anno 1591. obiit. Vertit Japonicè catechiſmum à *Melch. Nunnio* conſcriptum. Vid. *Alegambe, pag. 296.*

JAQUERIUS (Nic.) flagellum faſcinariorum, An. 1581. confecit.

JARCHI (Salomo) Trecenſis Gallus, celebris legis Moſaicæ interpres, [illegible] dictus, Anno Chriſti 1105. juxta *nonnullos* obiit. *Alii* tamen R. Moſi Maimonidæ coævum faciunt. A [illegible], *Luna*, Galliæ Narbonenſis opido, [illegible], id eſt, *Lunenſis* nomen accepit. Ibi olim plures habitaſſe Judæos, ex *Gregorii lib. 9. epiſt. 21.* colligere licet. Vid. *Hoornebeck in Tract. de converſ. Jud. pag. 6.* In integra Biblia & integrum ferè Talmud commentatus eſt. Commentaria ejus omnium aliorum commentariis præferuntur. Stilum habet conciſum & ſtrictum, unde ſæpius obſcurus eſt & alium interpretem deſiderat. Vid. *Buxtorf. in Abbrev. pag. 169. Sanctius in 2. Chron.* ita: Si R. Salomo tantum haberet ſalis, i. e. doctrinæ, quantum ad fingendum habet audaciæ, non malum S. Scriptura haberet interpretem.

de JARDIN (Jac.) Inſulenſis natus eſt Anno 1585: obiit Anno 1633. Compoſuit 3. libros elegiarum: item, 2. li-

bros de arte forenſi ad juriſperitos. Vid. *Alegambe, pag. 203.*

du JARDIN (Joh.) Duacenſis, conſtruxit manuale de peccato mortali. Vid. *Alegambe, pag. 251.*

JARRICHIUS (Pet.) edidit Jeſuitam ob nefanda crimina, in provincia Guienna perpetrata, in ferali pegmate conſtitutum, An. 1665.

JARRICUS (Pet.) Toloſanus Gallus, A. 1616. ætatis 50. obiit. Collegit theſaurum rerum Indicarum Tomis 3. Anno 1615. Vid. *Alegambe, pag. 383.*

JASCHIUS (Valer.) edidit Othonem, Pomeranorum apoſtolum, Anno 1676: item, examen diſcuſſionis fundamentorum fidei Walenburg. An. 1652.

JASKIERUS (Nicol.) ſenatus urbisque Cracovienſis ſecretarius, edidit juris provincialis (quod vulgò Speculum Saxonum nuncupatur) tres libros: item, promtuarium juris Saxonici, teſte *Starovolſcio, pag. 67.*

JASOLINUS (Julius) medicus Neapolitanus, ſcr. librum de aqua in pericardio, Anno 1576.

JASON, Ἰάσων, Argivus, Grammaticus, tempore Adriani Imp. claruit. Condidit, teſte *Suida*, quatuor libros de Græcia, in quibus complectebatur tum Græciæ antiquitates, tum res geſtas Alexandri Magni.

JASON, Byzantius, à *Plutarcho lib. de flumin.* ἐν Τεγγικοῖς, ut vulgò legitur, allegatur. *Reineſius* tamen *in Var. 1, 1. pag. 2.* non Τεγγικοῖς, ſed Θεγκικοῖς legendum eſſe contendit.

JASON, Cyrenæus, ſub Ptolemæo Philometore, Olymp. CL. & deinceps floruit. Geſta Chaſmonæorum ſive Maccabæorum quinque libris complexus eſt. Eos in compendium redegit author libri ſecundi Maccabæorum, quemadmodum ex cap. 2. apparet. Epitomatorem illum nonnulli *Joſephum*, alii *Philonem* arbitrantur. Vid. *Sixtus Senenſis l. 1. pag. 23.*

JASON, Hebræus Chriſtianus, altercationem, quam cum Papiſco, Alexandrino Judæo, habuit, Græcè exaravit. Meminit ejus libri *Origenes l. 4. contra Celſum. Pamelius* in *notis* ad *Cyprianum* & *Sixtus Senenſis* Theſſalonicenſem vocant, eumque Jaſonem eſſe exiſtimant, cujus mentio habetur, *Act. 17, 5.* Vid. *Spencerus, in notis ad Orig. pag. 57.*

JASON, de Mayno, JCtus. Vide, MAYNUS.

JASON, medicus, fertur tractaſſe de morbis cerebri.

JASON, Nyſæenſis, ſcripſit de Rhodo. Vid. *Suidas* & *Meurſius in Rhodo, pag. 1.*

JASON, Rhodius, fuit philoſophus & ſucceſſor Poſidonii. Ejus opera erant, βίων ἐνδόξων, φιλοσόφων διαδοχαὶ, βίος Ἑλλάδος, περὶ Ῥόδου. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 100. Jonſius, de S. H. Ph. 3, 2. p. 218.*

JASPINUS (Joh.) ſcr. de cavenda hæreſi.

à JASSOWITZ (Andr.) juſſu Sophiæ, reginæ Poloniæ, S. Biblia in linguam Polonicam tranſtulit, teſte *Adriano Regenvolſcio.* Vid. *Hallervordius in Bibl. Cur. pag. 11.*

JASZBERINGUS (Paulus) edidit examen doctrinæ Socinianæ, Londini, Anno 1662.

JATUMÆUS (Simon) juxta *Sixt. Senenſem l. 4.* Anno 1400. claruit. Erat patria Conſtantinopolitanus: factus verò eſt tandem Thebarum archiepiſcopus. Is novum Teſtamentum e Græco in Hebr. & latin. ſermonem tranſtulit ea ſerie, ut linea lineæ & dictio dictioni, è regione oppoſitæ, aptè reſponderet.

JAVELLUS (Chryſ.) reliquit met[illegible]ſicam. Javelli opera omnia tribus [illegible]omis prodierunt, An. 1580.

JAULUS (Henr.) ſcripſit de donatione Conſtantini.

JAUPENUS (Henr.) Leodicenſis, *Anno* 1603. obiit. Habuit conciones.

de JAY (Guido Michaël) Pariſin[illegible], Anno 1645. propriis ſumtibus Biblia Pariſienſia, in decem Tomos digeſta, excudi curavit. Vid. *Colomeſius in Gallia orient. pag. 263.*

IBYCUS, Ἴβυκος, Rheginus, lyricus poëta, Olymp. LVI. floruit. Celebratur *Platoni in Parmenide*, *Ciceroni 4. Tuſc. quæſt.* item, *Pauſaniæ* & aliis. Confer *Ælianum in H. A. 6, 51.* Interfectus eſt à latronibus, qui tamen poſteà à gruibus proditi, comprehenſi & digna morte affecti ſunt: qua de re *Plutarchus, lib. de Garrulit.* & *Antipatri epigramma in Anthol. 3, 25.* legi poterunt. Fragmenta Ibyci *Henr. Stephanus* collegit.

ICART

ICART (Franc.) Barcinonenſis, catecheſin poſt ſe reliquit. Vid. *Alegambe, pag.* 125.

ICCUS, Ἴκκος, Tarentinus, medicus, *Euſtathio in comm. ad Dionyſii Perieget. pag.* 62. memoratur.

ICTINUS, Ἰκτῖνος, tempore Periclis vixit, & de æde Minervæ dorica, quæ eſt Athenis, volumen edidit, teſte *Vitruvio præfat. lib.* 7. Vid. *Meurſius in Cecropia, cap* 14.

IDACIUS, Lemicenſis in Gallæcia epiſcopus, An. 460. claruit & chronicon conſtruxit. Vid. *Phil. Labbe T. 1. diſſert. de Scr. eccl. pag. 496. & Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 186.*

IDACIUS Clarus, Hiſpanus, Anno 380. vixit. Reliquit apologeticum adverſus Priſcillianum, teſte *Iſidoro de vir. Illuſtr. c.* 15 *Bellarminus* eidem tres libros adverſus Varimundum Arianum tribuit: qua de re tamen *Voſſius* dubitat. Vid. *Olearius in Abaco, pag.* 228.

IDÆUS, Ἰδαῖος, Rhodius, heroicus poeta, verſu verſui inſerto ἐδίπλασε τὴν Ποίησιν Ὁμήρου, i.e. conduplicavit poëſin Homeri. Scripſit etiam Rhodia ad 3000. verſuum, teſte *Suida.*

IDENIUS (Joh.) condidit hiſtoriam urbis Brandenburg, Anno 1611. item, ideam *Juriſprudentiæ* chriſtianæ, An. 1612.

IDIOTA. Vide, JORDANUS.

IDOMONEUS, Ἰδομενεὺς, Lampſacenus, tempore Ptolemæi Lagi claruit. *Laërtius l.* 10. teſtatur, Epicuri diſcipulum fuiſſe. Scripſit libros de Socraticis: item, hiſtoriam Samothraciam. Meminerunt ejus *Plutarchus, Athenæus* & alii. Ejus Τρωικὰ citat *Schol. Apollonii, pag.* 147. Videatur *Jonſius de ſcr. hiſt. Phil. 2, 1. pag.* 118

JEANÆUS, Anglus, Theologiam practicam & ſcholaſticam adornaſſe dicitur.

JECHIEL, Pariſienſis, Judæus, An. M. [illegible] vixit. Compoſuit היכל השם ח׳, librum Cabaliſticum. Vid. *Ganz, pag.* 14[illegible]

JEDAIA, filius Badreſchi, vixit An. 1280. Compoſuit מבחר הפנינים Arabice: item, בחינות עולם. Illum *J. Druſius* latine edidit, An. 1591.

JEHUDA, ben Chiug, vixit Anno Chriſti 1040.

JEHUDA, ben Nachman, floruit An. Chr. 755. Vid. *Buxtorf in Abbrev. pag.* 159. *Ganz pag.* 125. ei librum *Hilkot Peſukot* tribuit.

JEHUDA, Hallevi, Anno Chriſti 1140 claruit. Edidit *Sepher Coſri*, quem latinè tranſtulit *Buxtorfius.* In *Schalſcheleth Haccabala* vocatur philoſophus magnus, grammaticus & poëta. *Quidam* locerum faciunt Rabbi Abeneſræ. Vid. *Ganz pag. 136: Borremanſ. de poët. pag.* 43.

JEHUDA Sanctus. Vide, JUDAS.

JEKUTIEL, ſacerdos, texuit librum עין הקורא, in quo de ratione punctationis agitur. Meminit ejus *Elias Germanus in fragmentis tabularum.* Vid. *Buxt. in Abbrev. pag.* 82.

de JENA (Gothofr.) Anhaltinus, JCtus, natus eſt Anno 1625. Heidelbergæ jura docuit. Scripſit de lege commiſſoria, Anno 1663.

JENICHIUS (Chriſt.) edidit poſtillam, in qua agit de virtutibus, An. 1642.

JENKINUS, Anglus, in epiſtolam S. Judæ commentatus eſt.

JENNISIUS (Paulus) annales urbis Annabergæ compoſuit, An. 1605.

JEREMIAS, propheta, tempore Nebucadnezaris floruit. Reliquit prophetiam & Threnos. Olim in corpore prophetarum biblico primum locum occupavit. Vid. *Joh. Henr. Otto in lex. Rabb. p.* 261.

JEREMIAS, Paduanus, γνωμοῤῥάφος, collegit ſententias veterum ad exemplum *Stobæi, Antonii* & *Maximi.* Scripſit etiam librum de autoribus ſcientiarum & libris eorum. Liber prodiit Venetiis An. 1505.

JEREMIAS (Pet.) Panormitanus, ſeculo XVI. ineunte claruit. Reliquit ſermones. Scripta ejus Anno 1513. Hagenoæ prodierunt. Vid. *Olearius in Abaco, p.* 372.

JERINGIUS (Joh. Chr.) ſcripſ. de generatione calculorum, An. 1664.

JERMINUS (Mich.) Anglus, in Jobum & Eccleſiaſten, Anno 1639. commentari cœpit.

JERSINUS (Janus Dionyſ.) Danus, An. 1634. obiit. Condidit carmen heroicum de officiis diſcipulorum. Vid. *Vindingius in Rect. Hafn. pag.* 279.

JERUCHAM, Judæus, Anno 1334. vixit. Compoſ. ארם קורי: Item, ספר מישרים. Vid. *Gans, pag.* 144.

JESSENIUS (Joh.) à Jeſſen, Bohemus, medicus, natus eſt Anno 1566: occiſus An. 1621. Reliquit epiſtolam de ſanguine: item, tractatum, cujus titulus, Zoroaſtres ſeu philoſophia de univerſo. Prodiit iſte libellus Witebergæ, Anno 1592. Memorabile eſt, quod *Letus in comp. hiſt. Univ. pag. 707.* de eo refert: Jeſſenius in reditu ex Ungaria à Cæſarianis Anno 1619. captus & Viennam deductus eſt: mox permutatione cujuſdem Itali dimiſſus, è carcere proditurus parieti inſcripſit literas, I. M. M. M. M. quas cùm interpretari multi incaſſum niterentur, unus Ferdinandus ingreſſus rem tetigit, illas ſic explicans: *Imperator Matthias menſe martio morietur*: qui mox arrepta creta repoſuit: *Jeſſenius mentiris, mala morte morieris*. Quod cum Jeſſenio relatum eſſet: *Ut ego mentitus non ſum, ita Ferdinandus operam dabit, ne vanus ſit vates*. Contigit utrumque. Cæſar martio deceſſit: Jeſſenius poſt cladem Bohemorum acceptam & ſubactum ab Auſtriacis regnum ſupplicio affectus eſt.

JESSEUS (Ioh.) edidit amores duobus Tomis, Antv. An. 1583.

à JESU (Claud.) compoſuit epulum euchariſticum. An. 1629. Mogunt.

à JESU (Dominic.) Arvernus, Carmelita, Anno 1638. acta canoniſationis S. Andreæ Corſini publicari curavit.

à JESU MARIA (Franc.) in Apocalypſin, Lugd. Anno 1648. fol. commentatus eſt.

à JESU MARIA (Ignatius) emiſit narrationem errorum Chriſtianorum S. Johannis Baptiſtæ, Romæ, Anno 1652: item, grammaticam linguæ Perſicæ, Anno 1661.

à JESU MARIA (Joh.) Callgurritanus, multa ſcripſit. Extant opera ejus omnia, 4. Tomis impreſſa, Colon. An. 1622.

à JESU MARIA (Nicol.) edidit altare incenſi, Duaci, An. 1630.

à JESU MARIA (Stanisl.) adornavit prodromum reginæ artium, vel, informationem tironum eloquentiæ.

à JESU (Thomas) Carmelita, theſaurum Sapientiæ divinæ in omnium gentium ſalute procuranda, Antv. An. 1613. promulgavit.

JESUA (Rabbi) A. M. 5227. compoſuit librum ſuum *Halichot Olam*, teſte *Ganzio*, *pag. 149*.

JEZLERUS (Joh.) Theologus, An. 1543. Schaphuſii in Helvetia obiit. Supereſt ex ejus ſcriptis liber de diuturnitate belli euchariſtici & fructu mortis Dominicæ.

IGNATIUS, martyr, undecimo anno Trajani Imp. *Hieronymo* teſte, Romæ paſſus eſt. Scripſit aliquot epiſtolas, ex quibus *Euſebius l. 3. H. E. c. 30.* ſeptem enumerat. *Salmaſius in apparatu de Primatu, pag. 56.* epiſtolas Ignatii paſſim interpolatas eſſe conqueritur. In bibliotheca Florentina vetuſtiſſimum exemplar extare dicitur, longè diverſum ab omnibus, quæ hactenus vulgata ſunt. Vid. *Phil. Labbe T. 1. diſſert. de S. E. pag. 500. Rivetus T. 2. oper. pag. 1085. Hedovillius part. 2. Ephemerid. pag. 446.*

IGNATIUS, Conſtantinopolitanus diaconus, tempore Irenes & Nice[illegible]ri Logothetæ floruit. Vitas Taraſ[illegible] & Nicephori, Patriarcharum, carm[illegible] reſſit teſte *Suida*. Eidem fabulæ, [illegible]æ ab aliis *Babriæ* tribuuntur, in ve[illegible]us codicibus adſcribuntur. Vid. *Mart* [illegible]*ckius in Script. Byzant. pag. 247.*

IGNATIUS, Σκευοφύλαξ, i. e. vaſ[illegible] cuſtos, compoſuit alphabetum [illegible]rale vel parænesin ad novitios [illegible]um literas alphabeti. Extat Augu[illegible], teſte *Reiſero*.

IGNEUS (Joh.) Anno 1539. clar[illegible]. Ejus opera Juridica conſtant quat[illegible] voluminibus, fol.

ILDEFONSUS (Joh.) com[illegible]res Tomos commentar. in Thomam, Lugd. A. 1648.

de ILIA (Ubertinus) Caſalenſis, An. [illegible]325. claruit. *Joh. Gerſon* eum ſugi[illegible]t, quod canticum Simeonis, *Nunc dimitt*[illegible], &c. aliter expoſuerit, quam ſana [illegible]t doctrina. *Waddingus in S. O. M. p*[illegible]*. 3*[illegible]*9.* vocat diſciplinæ regularis ſtrenuum ſed indiſcretum propugnatorem. Rel[illegible]quis grande volumen, cujus *inſcriptio* eſt, Arbor vitæ crucifixi. Liber prodiit Venet. Anno 1485.

ILLEFONSUS (Georg.) Villabraximenſis, ſcr. de viri & fœminæ comparanda fœcunditate, An. 1620.

ILLESCAS (Conſalv.) Hiſp. abbas S. Frontonis, Anno 1590. claruit. Vitas ſummorum pontificum ſtilo Hiſp. expreſſit. Vid. *Bibl. Hiſp. pag. 349.*

ILOVIUS (Stanisl.) de hiſtorica facultate commentatus eſt.

ab ILZSTEIN (J. C.) ſcr. de roſario virginis Mariæ, Herbip. A. 1641.

IMBERTUS (Joh.) edidit inſtitutiones forenſes Galliæ, An. 1654.

IMBRIANUS (J. Cæſ.) JCtus, tractavit de repreſa, An. 1611. fol.

IMHOF (Joh. Hier.) Patricius Norimb. ſingularia politica Anno 1657. elaboravit.

IMLERUS (Chriſt.) ſcr. in epiſtolas canonicas.

IMMELOTIUS (Oliverius) Ipreniſs, exaravit epiſtolas latinas.

de IMOLA (Joh.) celebris JCtus, A. 1436. obiit. In tres libros Decretalium, ſextum & Clementinas commentari aggreſſus eſt. Videatur *Olearius*, *pag. 258.*

IMOLENSIS (Alexander.) JCtus, Anno 1477. obiit. Comm. ſtruxit in Digeſtum, Codicem, ſextum Decretal. & Clementinas, teſte *Oleario in Abaco*, *pag. 19.* *A nonnullis Lucerna Juris* dictus eſt. Ab ejus ſententia recedere pene nefas habitum. *Alciatus* de eo ſcribit: *Opinionum ſymplegades tutius ſuperabis Alexandro duce.* Vide, TARTAGNUS.

IMPERATOR (Franc.) emiſit opuſculum de foſſilibus, Neapol. A. 1610.

IMPERATUS (Ferrantes) Neapolitanus, *hiſtoriæ* naturalis 28. libros, A. 1599. fol. edi curavit.

IMPERIALIS (Fr.) Tetrilius, de medicina 2. libros abſolvit, An. 1554.

IMPERIALIS (Joh.) J. Baptiſtæ filius, philoſophus & medicus Vicentinus, Anno 1640. claruit. Vulgavit Muſeum hiſtoricum, in quo illuſtrium literis virorum imagines ad vivum expreſſæ continentur, additis elogiis: item, phyſicum Muſeum, in quo animorum imagines phyſice perpenduntur.

IMPERIALIS (Joh. Bapt.) natus eſt, Anno 1569: obiit, An. 1623. Alexandrum Maſſariam, præceptorem, à multis Horatii Augenii objectis anno ætatis 22. egregie vindicavit. Omnia Galeni opera ſingularibus lucubrationibus exornavit, quas filius ejus Joh. Imperialis edere in animo habuit. Fertur vaſti eſſe laboris opus, quod ferreum plane mentis robur & inuſitatos vigiliarum niſus oſtendere poſſit. Vid. *Imperialis in Muſeo pag. 191.*

IMPERIALIS (Joh. Vincent.) patricius Genuenſis, An. 1630. claruit. Statum vitæ ruſticæ eleganti fœcundoq; carmine decantavit. Vid. *Imperialis in Muſeo pag. 187. Ghilinus, vol. 1. pag. 111.*

IMPERUS (Philib.) in tabulas theoricas *Purbachii* commentatus eſſe dicitur, Anno 1556.

INCARNATUS (Fabius) edidit ſcrutinium ſacerdotale, An. 1648.

de INCHINO (Gabr.) An. 1579. claruit. Struxit ſcalam cæli: item, conciones de quatuor noviſſimis Italice: quas Latine reddidit *Ant. Dulcken*, An. 1632.

INCHOFERUS (Melch.) Germanus, An. 1648. obiit. Meſſanæ philoſophiam & Theologiam diu cum laude profeſſus eſt. Edidit tractatum, ut vocat, ſyllepticum, in quo, quid de terræ Solisq; motu vel ſtatione ſecundum Scripturam & S. Patres ſtatuendum, oſtendere laborat: item, ſex libros de S. Latinitate: ut & hiſtoriam trium magorum. Extant ejusdem annales Hungariæ eccleſiaſtici. Vid. *Alegambe*, *pag. 330. Rhodius in ſupp. ſcript. pag. 43.*

INCKHOFERUS (Nicol.) compoſuit monarchiam Solipſorum ſub nomine *Lucii Cornelii Europæi*, Anno 1648. teſte *Chriſtoph. Pellero* in *Not.* ad *præfat. Politici ſcelerati.* Alii tamen hoc ſcriptum *Caſp. Scioppio* tribuunt.

de INDAGINE (Joh.) Germanus, Carthuſianus, An. 1475. obiit. Commentatus eſt in 4. libros Regum juxta quadruplicem ſenſum libris quatuor. Reliquit etiam chronicon ab O. C. utq; ad annum Chr. 1471. Plura ejus ſcripta recenſet *Theod. Petrejus in Bibl. Carthus. Juſtus in chron. Francof. pag. 57.* cum ultra 300. libros ad varios principes & prælatos ſcripſiſſe memorat.

ab INDAGINE (Joh.) alius à priore, Anno 1522. claruit, & chiromantiam, phyſiognomiam ac aſtrologiam judiciariam reliquit. Ejus libri à Paulo IV. pontifice damnati ſunt.

INDENIUS (Matth.) JCtus, ſcripſit de actione hypothecaria. Altdorfii jura docuit.

INDIA (Franc.) Veronenſis, edidit dialogum de febri maligna, An. 1593. Vid. *Linden, pag. 181.*

INES (Albert.) Lyricus poëta, An. 1655. claruit.

de las INFANTAS (Ferd.) Hiſp. expoſitionem myſticam paravit in pſalm. 109. An. 1609.

INGEGNERUS epiſtolas exaraſſe dicitur.

ab INGEN (Marſilius) An. 1396. obiit & Heidelbergæ ſepultus eſt. In Academia Heidelbergenſi doctor & primus Rector fuit, An. 1387. teſte *Bellarmino.* Reliquit commentarium in 4. libros ſententiarum. Vid. *Phil. Labbe Tom. 2. diſſert. de S. E. pag. 53. Olearius, pag. 303.*

INGHIRAMIUS (Curt.) edidit antiquitates Hetruſcas, in quas animadverſiones ſcripſit *Leo Allatius.* Videatur *Placcius, pag. 245.*

INGLESCUS (Joh.) Bononienſ. JCtus, An. 1413. floruit. Videatur *Bumaldus, pag. 117.*

INGOLSTETTERUS (Joh.) Norimbergenſis, natus eſt, An. 1563: obiit, Anno 1619. Erat Medicus experientiſſimus, philoſophus acutiſſimus, & Theologus exercitatiſſimus. Scripſit Iſagogen rhetoricam Ariſtotelis: item, reſponſionem de aureo dente pueri Sileſii, in qua oſtendit, dentem illum nec verum fuiſſe nec naturalem, ſed meras præſtigias. Theologica quoq; ſcripta edidit ſub nomine *Angeli Politiani.*

INGRASSIA (Joh. Ph.) Siculus, comm. conſtruxit in libr. Galeni de oſſibus, Panormi, An. 1603. Extat etiam ejus Tr. de tumoribus præter naturam.

INGULFUS, abbas Croilandenſis, Anno 1109. obiit. Texuit hiſtoriam monaſteriorum Angliæ Vid. *Zeillerus, part. 2. hiſt. pag. 77.*

INNOCENTIUS, Ἰννοκέντι@, avus *Chryſanthii*, fuit vir copioſus & locuples, exiſtimatione quam privati hominis ſuperiore, & cui condendarum legum arbitrium & auctoritas Impp. conſenſu commiſſa erat. Superſunt ejus libri (inquit *Eunapius in vit. Philoſ. & ſoph pag. 114.*) & Romana & Græca lingua perſcripti, qui peracre viri in expendendis rebus judicium & ingenii acumen teſtantur, eorumq; rerum cognitionem continent illis, qui talium admiratione capiuntur.

INNOCENTIUS III. pontifex, An. 1216. obiit. Struxit comment. in ſeptem pſalmos pœnitentiales. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſert. pag. 507.*

INNOCENTIUS IV. pontifex, Genuenſis, aliter *Sinibaldus Fliscus* dictus, An. 1254. obiit. A nonnullis *Pater & organum veritatis* vocari ſolet. Primus Cardinalibus roſeum galerum tribuiſſe creditur. Reliquit apparatum, [illegible] libris diſtinctum, in totidem libros Decretalium. Vid. *Ph. Labbe, lib. cit. pag. 509. Guido Panzir. in JCtis 3, 5.*

INNOCENTIUS V. *Petrus de Tarantaſia* dictus, An. 1276. obiit. Fecit compendium Theologiæ & comm. in omnes Paulinas epiſtolas. Videatur *Ph. L[illegible] l. c. pag. 510.*

INSTITOR (Henr.) JCtus, tractavit de præſtigiis dæmonum.

INSULANUS (Guilh.) An. 1556. obiit. Condidit laudem febris quartanæ [illegible] aulam: obſervationes hiſtoricas, & Vid. *Sweertius, pag. 310.*

INSULANUS (Jac.) Bonon. JC[illegible], An. 1431. obiit. Reliquit conſilia. V[illegible] *Bumaldus. pag. 101.*

INSULENSIS (Petrus) Fland[illegible] Doctor *notabilis* dictus, in 4. libros Sent[illegible]tiarum commentatus eſt.

ab INTHIEMA (Frid.) Friſius, JC[illegible] An. 1592. floruit. Edidit conſi[illegible] or[illegible] is ingens opus: item, carmen de n[illegible] vita te, ſepultura & reſurrectio [illegible] In ipſa infantia literarum ſtu[illegible] vehementer amaviſſe traditur. V[illegible]tur *Sweertius, pag. 261.*

INTOCETTA (Proſper.) Sicul[illegible] [illegible]it librum de Sinarum ſcienti[illegible] o moral ad mentem *Confutii*, [illegible], Anno 1669. Vid. *Spizelius de vit[illegible] ſcriptor. pag. 1076.*

INTRIGLIOLUS (Nicol.) JCtus, ſcripſit de ſubſtitutionibus. Produit Anno 1602. fol.

JOABUS, Ἰώαβ@, librum de Aſſ[illegible]s compoſuit, ſi *Clementi Alex. l. 1. Strom. pag. 329.* fides adhibenda.

JOACHIMUS, Abbas, An. 1195. claru[illegible] Elaboravit comment. in Eſaiam, Jeremiam & Apocalypſin. item, conc[illegible] am Vet. & Novi Teſtamen[illegible]. Circum[illegible]runtur etiā varia ejus vaticinia. C[illegible] *dylas l. 6. pag. 251.* ſequentia de eo memorat: Cum eſſet idiota nec vel modium

dium eruditionis haberet, janitor in quodam monaſterio Italiæ fuit, & quondam in horto egreſſo apparuit vir forma pulcerrimus, qui aſſiſtens ad Joachim manuque amphoram tenens inquit: *Joachim cape, bibe vinum hoc: eſt enim optimum.* Qui dicto audiens bibit ad ſatietatem uſque amphoramque reddidit, inquiens, *ſe ſatis bibiſſe.* Cui vir reſpondet: *ô Joachim, ſi totum exhauſiſſes vinum, nulla te ſcientia fugiſſet.* Deinde in colloquium & diſputationem veniens cum viris ea tempeſtate doctiſſimis planè divinus, quantum ad ſcientiam attinet, apparuit. Et *paulo ante:* De pontificibus prædixit multa, quomodo ſinguli ad pontificatum eſſent perventuri & in eo victuri. Et quemadmodum vaticinatus eſt, ita accidit. *Hæc ille.* De Joachimi ſcriptis vid. *Phil Labbe T. 1. diſſ. de Scr. Eccl. pag. 804. Carolus Viſch, pag. 171.*

JOACHIMUS (Georg.) Rheticus, celebris mathematicus, natus eſt An 1514: obiit An. 1576. Is relicta profeſſione, quam Witebergæ ſuſceperat, ad *Copernicum* ſeſe contulit eique adhæſit. Edidit canonem doctrinæ triangulorum, quem totius matheſeos theſaurum eſſe judicabat. Vid. *Thuanus, l. 62.*

de JOANNETIS (Pet.) Bonon. medicus, An. 1381 floruit. Erat aſtronomus magni nominis, teſte *Bumaldo, pag. 192.*

JOANNETIUS, vixit tempore Wenceslai Imp. Ejus ſcripta *Henr. Caniſius* publicavit in *antiquis lectionibus.*

JOANNICIUS (Clem.) poëtica laureâ à Maximiliano I. Imp. condecoratus eſt: cui gratitudinis ergò vitas Regum Poloniæ, elegiaco carmine compoſitas, dedicavit. Adhæc libros triſtium, arithmeticam variaque poëmata elaboravit, *Starovolſcius, pag. 49.* in Græcis & latinis ad ſummum perveniſſe memorat.

JOANNINUS (Hieron.) Bononienſis, edi curavit ſermones S. Humberti, addita ejus vita, An. 1603.

JOB, H[illegible]ita, cujus hiſtoria in ſacris occu[illegible]nte Moſen vixiſſe judicatur. *Hornius in hiſt. philoſoph. 5, 9.* ante natum Iſaac & Jacob vixiſſe autumat. *Quidam* à Nachor, fratre Abrahæ, deſcendere a[illegible]ant. *Origenes* hiſtoriam Jobi ex Syr[illegible]quio in ſermonem Hebræum à Moſe tranſlatam eſſe tradit. Sanctus *Ambroſius de offic. 1, 12.* diſputatoriæ artis inventionem Jobo tribuit. Confer *Lambecium in Prodromo, pag 121. & Joh. Henr. Ottonem in Lex. Rabb. pag. 282.*

JOBERTUS (Laur.) Delphinas, An. 1582. obiit. Erat profeſſione medicus, *Rondeletii* diſcipulus. Edidit librum de erroribus popularibus. Opera ejus omnia prodierunt Anno 1599. Vide, JUBERTUS.

JOBIUS, Ἰώβιος, monachus, ſcripſit Græcè libros novem de Verbo incarnato, ex quibus nonnulla adducit *Photius Cod. CCXXII.*

JOBST (Wolfg.) A. 1575. deſcriptionem urbium in lucem emiſit.

JOCELINUS, monachus, acta S. Patricii ſtilo expreſſit.

JOCHANAN, Ben Zaccai, Hillelis coætaneus, tempore Titi Imp. claruit. Ajunt, vixiſſe 120. annos. Jabne habitavit, ibique lepimenta vel determinationes ad legem compoſuit. Vid. *Gans, pag. 97. Joh. H. Otto l. c pag. 284.*

JOCHANAN (Rabbi) qui compoſuit Thalmud Hieroſolymitanum, mortuus eſt A.M 4039. Vid. *Gans, pag. 113.*

JOCHANAN, Alleman, Præceptor *Johannis Pici*, Mirandulæ comitis, ſcripſit comm. in Canticum Cant.

de JODE (Cornel.) Antverp. Anno 1600. obiit. Mappas mundi aliaque evulgavit. Vid. *Sweertius, pag. 188.*

de JODE (Gerh.) Noviomagus, An. 1591. obiit. Edidit ſpeculum orbis terrarum. Vid. iterum *Sweertius, pag. 281.*

JODELLIUS (Steph.) Pariſienſ. carmina compoſuit. Vid. *T. 2. Delit. Gall. pag. 376. Georg. Richterus Gorlicenſis in Axiom. eccleſ. numero 108. ſeqq. habet:* Memoria noſtra Jodellius, tragœdiarum ſcriptor, tragicum exitum invenit. Nam luxu, ganea, ſtupris ex Epicureorum diſciplina patrimonium cùm conſumpſiſſet, miſerrimo genere mortis, fame, periit.

JOEL (Fr.) Gryphiswaldenſis, emiſit 4. Tomos ſcriptorum medicorum, Anno 1622. In 4.

JOFREDUS (Pet.) edidit Nicæam ſacris monumentis illuſtratam, fol. A. 1658.

JOHANNES, Ἰωάννης, Evangeliſta & Apoſtolus, reliquit Evangelium, tres epiſtolas & Apocalypſin. Quamvis Apocalypſin nonnulli *Johanni Presbytero* tribuant.

JOHANNES, Ægeata, tempore Zenonis Imp. vixit & quinque libros hiſtoriæ eccleſiaſticæ compoſuit, teſte *Photio*, *Cod. XLI.*

JOHANNES, Anagnoſtes, Anno 1430. vixit. Hiſtoriam de Theſſalonica expugnata literis mandavit, quam *Leo Allatius* Symmictis ſuis inſeruit. Vid. *Hanckius in Byzant. ſcript. pag. 636.*

JOHANNES, Anglicus, medicus, Anno 1329. claruit. Texuit roſam Anglicam. Vide, ANGLICUS.

JOHANNES, Antiochenus, condidit hiſtoriam univerſalem, orſus ab Adam, finiens in Phoca imperatore. Excerpta ejus hiſtoriæ edidit *Henr. Valeſius*, Anno 1634. *Tzetzes in Chiliad. 2. hiſt. 33.* eundem allegat & poſt *Georgium Chronologum* vixiſſe affirmat.

JOHANNES, Cameniata, An. 904. vixit. De excidio Theſſalonicenſi libellum compoſuit, quem *Leo Allatius* in Symmicta retulit. Vid. *Hanckius in Script. Byz. pag. 403.*

JOHANNES, Cappadox, *Jejunator* dictus, An. 596. obiit. Reliquit homilias de pœnitentia, continentia & virginitate. Vid. *Iſidorus de Vir. Illuſt. c. 39. Olearius in Abaco, pag. 257.*

JOHANNES, Carpathius, fertur extare Auguſtæ. Vid. *Reiſerus, pag. 26.*

JOHANNES, diaconus eccleſiæ Rom. circa An. 474. claruit. Compoſuit 4. libros de vita & geſtis Gregorii Magni. Vid. *Olearius l. c. pag. 248.*

JOHANNES, Epiphanienſis, ſcripſit hiſtoriam Juſtini junioris, Imp. Vid. *Mallincrot. pag. 34.*

JOHANNES Erigena, Scotus, Annò 884. periit. Vid. *Voſſius in hiſt. Pelag. l. 7. pag. 741.* Quære ſuprà, ERIGENA.

JOHANNES, Gazæus, elaboravit Ἀρχαιολογίας. *Barthius in Claud. pag. 976.* Johannem Gazæum, poëtam, ſuaviter ποιήζειν ſcripticat.

JOHANNES, Gerundenſis. Vide, BLCLARIENSIS.

JOHANNES, Hieroſolymitanus epiſcopus, An. 416. obiit. Scripſit contra obtectatores librum, in quo oſtendit, ſe non eſſe Origeniſtam, teſte *Gennadio.* Eidem malè tribuitur liber de inſtitutione monachi ad Capraſium, uti *Bellarminus* etiam obſervat. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſert. pag. 583. Rivetus T. 2. Oper. pag. 1126. Olearius, pag. 255.*

JOHANNES Lydus, Philadelphienſis. Vide, LYDUS.

JOHANNES, Mediolanenſis vel de Mediolano, eſt autor ſcholæ Salernitanæ. Vide, MEDIOLANO.

JOHANNES, Pariſienſis, Anno 1296. claruit. In quatuor libros Sententiarum commentatus eſt. Vid. *Phil. Labbe, T. 1. differt. pag. 597. Olearius, pag. 262.*

JOHANNES, Roffenſis. Vide, FISCHERUS.

JOHANNES, Sarisburienſis, Carnotenſis epiſcopus, Anno 1182. obiit. Erat vir Græcè latineque doctiſſimus. Reliquit elegantiſſimum librum, quem *Polycraticum* inſcripſit ſive de Nugis curialium: item, epiſtolas & metalogicum. Confer *Reineſ. ad Daum. pag. 197. Phil. Labbe T. 1. diſſ. pag. 605. Olearium, pag. 365.* Vide, SARISBURIENSIS.

JOHANNES, Sinaita, aliter *Climacus* dictus, latinè Scalarius, A. C. 580. claruit. Opera ejus *Matth. Raderus* edi curavit. Eidem nonnulli Joſaphati hiſtoriam cum Barlaamo tribuunt, qua de re *C. Barthius ad 5. Theb. Papin. pag. 179.* Vide, CLIMACUS.

JOHANNES, Scythopolita, condidit 12. libros contra Eutychianos, teſte *Photio, Cod. XCV.*

à S. JOHANNE (Angelus) JCtus, ſcripſit conſilia: item, paradoxa & antiparadoxa, fol. An 1563.

de S. JOHANNE (Caſp.) Bonon. *Anno* 1424. floruit. Factus eſt epiſcopus Imolenſis. In philoſophia quæſtiam acutiſſima & longè ſuſpicienda obſervaſſe dicitur. Vid. *Bumaldus pag. 78.*

JOHANNES Johannis, emiſit curſum philoſophicum, Anno 1654.

JOHANNIUS (Joh.) tractatum de pilulis ex aloë, An. 1611. collegit.

JOHN (Longinus) edidit compendium philoſophiæ.

JOHNSON (Nathan.) tractavit de ſabbato, Anno 1659.

JOHNSONUS (Thom.) Mercurium Botanicum duabus partibus complexus eſt, Anno 1641. Vid. *Linden, pag. 5..*

JOHNSONUS (Wilhelm.) aſtrologiam judiciariam damnatam; item, lexicon chymi-

chymicum Londini, Anno 1657. vulgavit.

JOHRENIUS (Conr.) praxin Chymiatricam, Anno 1676. compoſuit.

JOLAUS, Ἰόλαος, de urbibus Peloponneſi commentatus eſt, teſte *Scholiaſte Nicandri, pag. 34.*

JOLIFFUS (H.) adornavit reſponſionem ad articulos *Joh. Hopperi*, in quibus à Cath. fide diſſentiebat, Antverp. Anno 1564.

JOLLAS, Ἰόλλας. Bithynus, tractavit de viribus herbarum. Allegatur à *Dioſcoride* & *Stephano.*

JOM TOF, Abrahę filius, abbreviate ריטבא dictus, circa A. C. 1380. vixit. Scripſit *Migdal Hoz:* item, annotationes in Gemaram, teſte *Ganz, pag. 146.* Vid. *Buxt. in Abbrev. pag. 159.*

JON, Ἴων, Chius, Tragicus, Olympiade LXXII. fabulas docere cœpit. Quidam 30. & alii 50. fabb. ei tribuunt. Ego ſequentes obſervavi, Ἀγαμέμνονα, Ἀλκμήνην, Ἀργεῖους, ἐπιδημίας, Εὐρυτίδας, Λαέρτην, Ὀμφάλην, Τεῦκρον, Φοίνικα ἢ Καινέα, Φοίνικα δεύτερον, Φρουρούς. Laudant eum *Athenæus, Plinius, Plutarchus in Cimone & Pericle, Suidas, Tzetzes, &c.* Vid. *Langbainius in Longinum, pag. 101.*

JONAS, Aurelianenſis epiſcopus, Anno 842. obiit. Reliquit tres libros de ſacris imaginibus contra *Claudium Taurinenſem. Bellarminus* ait ipſum negare, ſacris imaginibus ullum deberi cultum religioſum. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſert. pag. 621 Olearius, pag. 272.*

JONAS, Hibernus (alii tamen Italum fuiſſe contendunt) Anno 662. floruit. Vid. *Olearius pag. 272. Ph. Labbe T. 1. diſſert. pag. 622.*

JONAS, Koldingenſis, Daniam deſcripſit.

JONAS (Arngrimus) Iſlandus, An. 1593. tres libros de Crymogæa, i. e. Iſlandia, edidit.

JONAS (Juſtus) celebris Theologus, natus Anno 1493: obiit Anno 1555. Erat fidus *Lutheri* paraſtates. Docuit in Salinis Saxonicis: item, Eisfeldæ in Franconia. Fecit comment. in Jonam & Acta. Vid. *Jac. Verheiden in elog. Theol. pag. 38. Adr. Beier in R. I. pag. 445.*

JONATHAN, ben Uziel, Hillelis ſenis diſcipulus, paulo ante natum Chriſtum floruit & libros prophetarum Chaldaica paraphraſi expreſſit. Extat etiam Targum in Pentateuchum ſub Jonathanis titulo, ſed falſo, quod facilè colligitur ex ſtili diverſitate. Vid. *Buxt. in Abbrev. pag. 92. Rivetus T. 2. oper. pag. 895.*

JONES (Thomas) edidit proluſiones academicas, Oxoniæ, An. 1660.

JONGELINUS (Caſp.) Antverpienſis, An. 1654. vixit. Scripſit notitiam abbatiarum ordinis Ciſtercienſium & purpuram S. Bernhardi, An. 1644. Vid. *Carolus Viſch. pag. 118.*

de JONGHE (Joh.) inter eximios Theologos refertur à *Caramuele.*

JONGHEN (Henr.) edidit elucidationem S. Jobi, An 1661.

JONICUS, Ἰωνικός, Sardianus, medicus & philoſophus, tempore *Eunapii* obiit. Multus eſt in ejus laudibus *Eunapius, pag. 142.* qui vocat rerum medicinalium experientiſſimum: corporis membrorum eximiè peritum & humanæ naturæ ſummum indagatorem.

JONINUS (Gilbert.) Arvernus, An. 1638. obiit. Reliquit lyricorum 4. libros: Anacreontem Chriſtianum Græcis numeris: ænigmata, miracula, pleiades, hyades carmine Græco, &c. Vid. *Alegambe, pag. 162.*

JONQUET (Dion.) concinnavit hortum plantarum, Pariſ. An. 1659.

JONSIUS (Joh.) Holſatus, collegit quatuor libros de ſcriptoribus hiſtoriæ philoſophicæ, Anno 1659. Promiſit etiam ſe tractaturum eſſe de Grammaticis: an fecerit, non conſtat.

JONSTONUS (Arturus) Anno 1613. claruit. Encomium ſenii elaboravit. Vid. *Bartholinus de Med. poët. pag 139.*

JONSTONUS (Guilh.) Scotus, An. 1609. mortuus eſt. Hiſtoriam Sleidani in epitomen redegit. Comm. etiam in Eſaiam prælo aptum confecit. Vid. *Alegambe, pag. 169.*

JONSTONUS (Joh.) Aberdonenſis Scotus, hiſt. & poëta, An. 1602. & deinceps floruit. Edidit inſcriptiones hiſtoricas Regum Scotorum: herbas Scoticas, &c. Videatur *Joh. Pet. Lotichius part. 4. B. P. pag. 129.*

JONSTONUS (Joh.) ſcripſit de avibus, piſcibus & cetis, quadrupedibus, inſectis, ſerpentibus & draconibus, Anno 1653. fol. Item, de feſtis Hebræorum &

Græ-

Græcorum, Anno 1660. thaumatographiam, An. 1661. poëmata, &c.

JONSTONUS (Robert.) Scotobritannus, hiſtoriam rerum Britannicarum, Amſt. An. 1655. fol. edi curavit.

JOPHI (Mard.) Vide, MARDOCHAI.

JOPHON, Ἰοφῶν, Sophoclis Tragici filius, Olympiade XCV. inclareſcere cœpit. Fabulæ ejus erant, Ἀχιλλεὺς, Τήλεφος, Ἀκταίων, Ἴλιος, Πέρσις, Δεξάμενος, Βάκχαι, Πενθεὺς. Ab hoc diverſus eſt JOPHON, Gnoſſius, qui vatum oracula carmine heroico expreſſerat, teſte *Pauſania in Atticis.* Vid. *Meurſius in Creta, pag. 241.*

JORDANÆUS (Joh.) ſcripſit ad Legem, ſtigmata, An. 1630.

JORDANUS, de Quedlinborg, reliquit opus poſtillarum & ſermonum de evangeliis Dominicalibus. Liber prodiit Argentorati An. 1483.

JORDANUS, de Saxonia. Vide, SAXONIA.

JORDANUS, Saxo, Hieroſolymam tendens naufragio periit, Anno 1236. Condidit librum de origine ordinis ſui.

JORDANUS Jordani, philoſophus Patavinus, hoc tempore claret.

JORDANUS (Chriſt.) ſtruxit chronicon Saltsburgenſe.

JORDANUS (Hadrianus) Suſannam tragœdiam, Pariſ. An. 1654. docuit.

JORDANUS (Hieronymus) ſcripſit de eo, quod divinum & ſupernaturale eſt in morbis.

JORDANUS (Lælius) tractavit de ſedis Rom. origine & autoritate, Venet. An. 1572.

JORDANI (Mich.) edidit rationem vindicatricem calumniæ contra negantem adventum Lazari, Magdal. & Marthæ in Provinciam, An. 1644.

JORDANUS (Pax) hoc ſeculo claruit. Opera ejus 3. Tomis diſtincta prodierunt, Patav. An. 1650.

JORDANUS (Raymundus) vulgò *Idiota* dictus, Anno 1481. vixit. Opera ejus Pariſiis, An. 1654. excuſa ſunt. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſertat. pag. 498. Placcius in Pſeudonym. pag. 212.*

JORDANUS (Theod.) collegium metaphyſicum, An. 1657. vulgavit.

JORDANUS (Thomas) ſcripſit de peſtis phænomenis, An. 1576. item, de aquis medicatis Moraviæ, An. 1580.

JORDINUS (Ant.) Arvernus, natus eſt Anno 1562. Scripto expoſuit poeſin Hebræorum. Collegit etiam radices linguæ hebr. Fertur inſuper exaraſſe dictionarium triglotton. Vid. *Alegambe, pag. 40.*

JORGIUS (Thomas) Anglus, Anno 1210. claruit. In Pſalm. 26. poſtillam compoſuit.

JORNANDES, Gothus, primo Gothorum notarius, deinde Ravennæ epiſcopus, tempore Juſtiniani Imp. floruit. Struxit librum de rebus Geticis, qui extat. Eo Jornandes complexus e[illegible], quæ *Caſſiodorus* fusè perſecutus fuerat libris 12. ejuſdem argumenti. Edidit etiam librum de regnorum & tempo[illegible]m ſucceſſione. In eo opere res Romanas à Romulo uſque ad Auguſtum fere ex 4. libris *Annæi Flori* exſcripſit. Vid. *Zeiller. part. 1. pag. 71. Olearius, pag. 273. Thomaſius de plagio, §. 472.*

JORNATA (Jac. Jul.) tractavit de principio individuationis, V[illegible]et. Anno 1592.

JOSÆUS (Joſeph.) edidit notas [illegible] Lactantium, An. 1646.

JOSE, ben Chilpeta, ſub Anton[illegible] Pio Imp. claruit, A. C. 130. Judæi eum נימוקו עמו i.e. *ratio ejus cum eo*, cognomi[illegible]ant. Scholæ Zephorenſi præfuit, ubi l[illegible] expoſuit. Tanta perſpicacia ac [illegible] pollebat, ut juxta popularium [illegible], ubicunque ſententiæ ej[illegible] al[illegible] cumque dignitatis ac præſtantiæ magiſtri ſingulares in libris Talmudis a[illegible]tantur, ea ſemper præponderet. [illegible] natur autor eſſe chronici Judaici, [illegible] *Seder olam rabba* dicitur. Vid. [illegible]*s lib. de Jur. nat. 3, 9. pag. 328. Gans in Zemach, pag. 105.*

JOSEPH, Patriarcha, juxta nonnullos librum condidiſſe dicitur. Ab *Ori[illegible]e T. 2 comm. in Job.* ejus oratio allegatu[illegible], in qua portentoſa dogmata & à fide aliena continentur, quæ ideò meritò ſuſpectam faciunt. Vid. *Sixtus Senenſis l. 2. Biblioth. pag. 78.*

JOSEPH, ben Meier, diſcipulus R. Alphes & præceptor Rambam, Anno Chriſti 1181. obiit. Scripſit comment. in complures tractatus Talmudicos. Videantur *Ganz, pag. 136. Buxtorf. in Abbrev. pag. 158.*

JOSEPH Daian, inſignis ſapiens & poëta, A. M. 4873. claruit. Cordubæ docuit. Vid. *Ganz. pag.* 134.

JOSEPH Cetz, Cracovienſis doctor, An. M. 5351. obiit, ætatis 80. Compoſuit quæſtiones & reſponſiones. Vid. *Ganz, pag.* 158.

JOSEPH, ben Gecatilia, ſcr. גנת אגוז.

JOSEPH, ben Schitanes, An. M. 4757. vixit & ſex claſſes Talmudis lingua Arabica expoſuit in gratiam Alchaſes regis Iſmaelis. Videatur *Ganz, pag.* 130.

JOSEPH, cognomine *Sinaj*, An. M. 4085. obiit. Vid. *Ganz, pag.* 115.

JOSEPHUS (Flavius) *Ἰώσηπος*, Judæus, ſecta Phariſæus, tempore Veſpaſiani Imp. floruit, cui, cum captus eſſet, imperium prædixerat. Vid. *Suetonius in Veſp. cap.* 5. & *Joſephus de Bell Jud.* 3, 14. Reliquit viginti libros antiquitatum Judaicarum, quos ab O.C. exorſus eſt perduxitque uſque ad An. XII. Neronis: item, ſeptem libros de bello Judaico, quibus Romæ ob ingenii & eruditionis gloriam ſtatuam meruit, ceu *Hieronymus in Scr. eccl. catalogo* memorat. Nec omittendi duo ejuſdem libri contra Apionem. *Joſ. Scaliger* cenſet, tutius Joſepho non ſolum in rebus Judaicis, ſed etiam externis credi, quam omnibus Græcis atque Latinis. *Alii* tamen de Joſepho ſequius ſentiunt. Vid. *Zeillerus part.* 1. *hiſt. ſcr. pag.* 72. Dolendum, inſignem Joſephi editionem obitu *Cl. Joh. Boſii* interceptam eſſe.

JOSEPHUS, Cretenſis, florilegium ſeu hortum concinnavit. Extat Auguſtæ Vindel. teſte *Reiſero*.

JOSEPHUS, Methonenſis, Anno 1440. floruit. Scripſit contra *Marcum Epheſium*.

JOSEPHUS, Tiberienſis, Judæus converſus, tempore Conſtantii Imp. vixit. Hic, *Epiphanio* teſte, hebraicum Matthæi evangelium, ipſa Matthæi manu conſcriptum, invenit & primus in lucem protulit.

à S. JOSEPHO (Daniel) Sammoclovienſis, in Thomam commentatus eſt, Cadomi, An. 1659. fol.

de S. JOSEPHO (Eugenius) inter eximios Theologos à *Caramuele* refertur.

à S. JOSEPHO (Mart.) Placentinus, Hiſp. An. 1644. vixit. Emiſit epitomen judiciariam: item, chronica provinciarum S. Joſeph & S. Pauli, Tomis duobus. Vid. *Wadding in S.O.M. pag.* 251.

à S. JOSEPHO (Petrus) Fulienſis, edidit ideam univerſæ Theologiæ, Anno 1642. fol. Concordiam humanæ libertatis, An. 1639: Summam conſcientiæ in decalogum, ſex Tomis, An. 1645. Vid. *Carolus Viſch, pag.* 267.

JOSIPHON, Judæus, Samuelis medici filius, erat Græcè, latinè & hebraicè peritiſſimus. In philoſophia etiam & mathematicis egregiè verſatus fuiſſe dicitur. *Pierius Valerianus pag.* 35. inter infelices numerat.

JOSSELINUS (Joh.) Anglus, medicus, A. 1672. claruit. Edidit & detexit rara novæ Angliæ, unà cum remediis incolis familiaribus, pro curandis morbis, vulneribus & ulceribus.

JOSSIUS (Nicand.) Venafranus, ſtruxit librum de voluptate & dolore: de riſu & fletu: de ſomno & vigilia, A. 1580.

JOSTRERIUS de Joſtreriis, Baſſanenſis, admirationes medicas, Anno 1596. publicari curavit.

JOSUEL, Abrech, Hunepæus, edidit librum *ὀνειροκρίτικος*, Tremoniæ, A. 1607. Vid. *Linden, pag.* 406.

JOVANINUS (Hercul.) Bononienſ. Anno 1590. floruit. Vid. *Bumaldus, pag.* 63.

JOVANINUS (Hier.) A. 1599. claruit. Vide, CAPUGNANO.

JOUBERTUS (Iſaac) ſcripſit de Inſtrumentis chirurgicis.

JOUBERTUS (Laur.) Vide, JUBERTUS.

JOVERIUS (Franc.) Hiſpanus, edidit ſanctiones eccleſiaſticas, An. 1555. fol.

JOVIUS (Benedictus) Novocomenſis, ſcripſ. de moribus & rebus Helvetiorum: de Lario lacu carmen heroicum: centum epiſtolas graviſſimæ eruditionis. Carmina ejus occurrunt *Tom.* 1. *Delit. Ital. pag.* 1248. Videatur *Paulus Jovius in elog. num.* 106. ubi eum fratrem ſuum appellat.

JOVIUS (Paulus) medicus & Nucerinus epiſcopus, An. 1552. obiit. Compoſuit hiſtoriam ſui temporis: item, elogia doctorum virorum. *Epitaphium* ejus tale circumfertur:

Hic latet, heu, Jovius, Romanæ gloria linguæ,
Par cui non Criſpus, non Patavinus erat.

A *nonnullis* Muſarum & Gratiarum Cupido appellatur. *Lipſius in Politica ſua* eum valdè commendat. Contra *alii* parum ei fidei tribuunt, quod ad gratiam & in odium ſcripſerit & venalem calamum habuerit. *Gorræus*, Pariſienſis, qui *Amadiſi* fabulas compoſuit, affirmare non erubuit fabulas ſuas non minus fidei & probabilitatis reperturas eſſe, quàm Jovii ſcripta. Carmina ejus ſervantur *T. 1. Delit. Ital. pag. 1257.* Confer *Thuanum l. 11. circa fin.* & *Imperialem in Muſeo, pag. 5.*

IPERIUS (Joh.) vel Iprenſis, tanti erat abdominis, ut vix progredi, nec aliter dormire quam ſedendo potuerit. Obiit Anno 1383. Reliquit chronicon monaſterii S. Bertini. Videatur *Swertius, pag. 441.*

IPHICRATES, Ἰφικράτης, Athenienſis, in oratione adverſus Harmodium: & in orat. adverſus Ariſtophontem ab *Ariſtotele in Rhet. 2, 23*: item, contra Nauſicratem ab *eodem, lib cit. 3, 15.* citatur.

IPHICRATES, hiſtoricus, *Straboni l. 17.* memoratur. *Athenæus l. 11. cap. 6.* Iphicratem de rerum inventoribus allegat.

IRENÆUS, Εἰρηναῖος, Lugdunenſis epiſcopus, S. Polycarpi diſcipulus, An. Chr. 203. martyrio coronatus eſt. Scripſit multa: ſed ad nos non pervenerunt, niſi quinque libri adverſus Valentinum, qui pleni ſunt doctrina & pietate. *Eraſmus* eum latinè ſcripſiſſe judicat: á quo meritò diſſentit *Joſephus Scaliger in epiſt. 239.* Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſert. pag. 628. Varenius part. 2. rationarii pag. 37. Rivetus T. 2. oper. pag. 1090.*

IRENÆUS, Ἀττικιστής, ab *Etymologici M. autore* in Ἀττικιστής allegatur. Videatur *Suidas.*

IRENÆUS (Chriſtophorus) fabricavit ſpeculum vitæ æternæ & tractatum de apoſtaſia.

IRENÆUS (Pet.) ſcripſit de Immaculatæ Virginis protectione, Pariſ. Anno 1650.

IRENÆUS (Philop.) edidit vindicias catholicorum Hiberniæ, An. 1650. Extat etiam ejus tractatus de epiſcopatu contra *Hallum*, An. 1654. impreſſus.

IRENICUS (Franc.) Maximiliano I. imperante inclaruit & Germaniæ deſcriptionem duodecim libris complexus eſt.

IRENICUS (Franc.) Junior, ſcr. collegium in Burgoldenſem, An. 1670.

IRIBARNE (Joh.) Hiſp. Anno 1616. claruit. In 4. librum Sententiarum commentatus eſt. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 212.*

IRLANDUS (Bonavent.) JCtus, tractavit de emphaſi, hypoſtaſi.

IRNERIUS, quem alii *Wernerum* appellant, JCtus, An. 1190. obiit. *Tritbemio* teſte, *Juris lucerna* appellatus eſt, quoniam Jus civile gloſſulis primus expoſuit. Ferunt ab hoc Irnerio Codicem legum Juſtinianearum Amalphi repertum & Piſanis donatum: poſteà Florentinos, cum Piſas in poteſtatem ſuam redegiſſent, librum in ſuam civitatem tranſtuliſſe, ubi etiamnum aſſervari dicitur. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 13. Conring. lib. de Orig. Jur. Germ. c. 21.*

IRVINUS (Alex.) tractatum elucubravit de jure regni, Lugd. Anno 1627.

ISAAC, Aben Sid, concinnavit tabulas aſtrologicas pro Alfonſo, Rege Portugalliæ, quæ ab illius nomine uſque in hunc diem vocantur *tabulæ Alſonſinæ.* Vid. *Ganz, pag. 141.*

ISAAC Afuhaf, compoſuit librum *Menarot Amoar.* Obiit in Portugallia, A. M. 5253. Vid. *Ganz, pag. 149.*

ISAAC, Benimiram, juxta quoſdam *Averrois* coætaneus fuiſſe dicitur. Erat medicus Salomonis, Arabiæ Regis. In philoſophicis ſcripſit de definitionibus & elementis: in medicina de ratione victus: de febribus: de urina, &c.

ISAAC, ben Baruch, Cordubenſis, fecit librum *Kephat Rochelim*, & obiit Anno mundi 4854. Videatur *Ganz*, pag. 132.

ISAAC Chajot, Anno mundi 5344. claruit Pragæ. Compoſuit librum *Pachad Iſaac*, & *Schiach Iſaac*, & librum *Pane Iſaac*, & ſyntagma magnum *Kriath arbah*, & multos prætereà alios tractatus. *Ganz, pag. 157.* vocat magnum doctorem, cujus nomen exivit in omnem diſperſionem Iſraëlis.

ISAAC, ben Erram, Arabs, An. Chr. 705. obiit. Vid. *Hotting. in bibl. quadrip. pag. 287.*

ISAAC, ben Gaut, mortuus eſt A. M. 4849. Reliquit multos libros & poëmata. Vid. *Ganz, pag. 132.*

ISAAC, ben Haimao, unus exulum Hiſpaniæ, Anno M.5252. vixit. Compoſuit librum *Hakodat Iſaac*: item, librum *Chazot Kaſchot* & alios. Videatur *Ganz*, *pag.* 149.

ISAAC, Iſraëlita, medicus, An. M. 5070. claruit. Scripſit de diætis. *Ganz*, *pag.* 143. ei quoque librum *Jeſod olam*: *Sabar Haſchamaim* & librum *Melovim* tribuit. Vocat eum excellentem ſapientem & aſtrologum.

ISAAC, Korbilenſis, A.M. 5030. obiit. Edidit librum *Mitzvot Katon*. Vid. *Ganz*, *pag.* 141.

ISAAC, ben Salomo, An.M. 5028. mortuus eſt. Compoſuit *Majchal hakadmonim*. Vid. *Ganz*, *pag.* 142.

ISAAC, bar Scheſath, fecit quæſtiones & reſponſiones, quæ vocantur *Theſchuvot bar Scheſath*. Vixit Anno mundi 5134. Videatur *Ganz*, *pag.* 146. *Buxt. in Abbrev. pag.* 159.

ISAAC, ben Simſon, Judæus, in Pſalmos commentatus eſt, Pragæ, A C.1613.

ISAAC, Viennenſis, An.M.5000. floruit. Reliquit *Or zeruach*, teſte *Ganz*, *pag.* 141.

ISAACUS, Antiochenus presbyter, tempore Leonis Imp. claruit. Scripſit, teſte *Gennadio*, adverſus Neſtorianos & Eutychianos ſermone Syro. Deploravit etiam ruinam Antiochiæ carmine. Quidam duos Iſaacos Syros ſtatuunt. Vid. *Olearius*, *pag.* 275.

ISAACUS, Lingonenſis epiſcopus, tempore Caroli Calvi, A.C.870. floruit. Reliquit epiſtolam in canonem Miſſæ.

ISAAC Porphyrogenneta, tractavit de characteribus Græcorũ & Trojanorum. Vid. *Rutgerſius* in *Var.* 5, 10. Integrum Iſaacum edidit *Leo Allatius* in *Excerptis Græcor. Rhetorum & Sophiſt.*

ISAACUS (Joh.) Batavus, opera mineralia & vegetabilia, An.1617. edi curavit.

ISAAC (Joh.) Levita Judæus, factus Chriſtianus & profeſſor Colonienſis, elaboravit defenſionem hebraicæ veritatis S. Scripturarum, in qua eruditiſſimè reſpondit objectionibus *Guil. Lindani*, & locos omnes, in quibus tam ille quam alii poſt eum Judæos corruptionis inſimulant, elucidavit, ut poſt ejus laborem non opus ſit actum agere: ſunt verba *Riveti in Iſagoge ad S.Scr.c.* 8.§.28.*p.*892.

ISACHIUS (Alf.) emiſit ſyntagma inſtitutionum Juris, An. 1606.

ISACKSONUS, Anglus, condidit chronologiam, in fol. item, contemplationes Theologicas.

ISÆUS, Ἰσαῖος, Aſſyrius, Rhetor, Lyſiæ diſcipulus, eodem tempore, quo Iſocrates, floruit. *Lyſiæ* ita ſimilis erat, ut difficile eſſet ſtilum utriuſque dignoſcere. Tribuit ei *Dionyſius* dictionẽ puram, accuratam, perſpicuam, propriam, evidentem ac conciſam. Ex 64. orationibus, quas ſcripſit, decem hodie extant. Iſæi vitam deſcripſit *Plutarchus*: orationes edidit *Alſ. Miniatus* cum orationibus *Antiphontis & Andocidis*. Vid. *Meurſius in lect. Att.* 5,2. *Voſſius de nat. Rhet. pag.* 60. *Philoſtratus in Soph. pag* 538. *Thomaſius de plagio*, §. 473. Confer *Suidam*.

ISÆUS (Joſeph.) vulgavit notas in Lactantium Romæ, An. 1650 fol.

ISAGORAS, Ἰσαγόρας, Tragicus, tempore Marci Antonini philoſophi claruit. Meminit ejus *Philoſtratus*.

ISAMBERTUS (J.Anth.) exaravit 2. Tomos diſputationum in tertiam partem Thomæ, A. 1639. fol.

ISCANUS (Joſeph.) epiſcopus Exonienſis, An. 1184 obiit. Aliter *Devonius* appellari ſolet. [Vide, DEVONIUS.] Extat ejus poëma de bello Trojano, quod ſub nomine *Corn. Nepotis* aliquoties prodiit. Vir fuit (inquit *Voſſius*) latinè Græceque doctus & admodum diſertus: imò poetarum Britannicorum ſuo ævo princeps. Vid. *Reineſius ad Daum. pag.* 202.

ISCHANUS (M. B.) *Dinarchi* orationem contra Ariſtogitonem latinè convertit.

ISCHURIUS (Chriſt.) Juliacenſis, ſcripſ. ecphraſin in Pſalmos pœnitentiales.

ISELLA (Franc.) edidit inſtructionem ad corroborandos morituros, eos præſertim, qui morte publica afficiuntur, Colon. An. 1588.

ISENDORN (Gisbertus) Daventriæ philoſophiæ profeſſor, Anno 1643. claruit. Collegit & expoſuit effatorum philoſophicorum quinq; centurias. Extat ejusdem Phyſica, in 4.

de ISERNIA (Ant. Ramphinus) JCtus, occiſus eſt A.1353. à Barone, contra quem ſententiam protulerat. In regni Siciliæ conſtitutiones & uſus feudorum commentatus eſt. Tantæ authoritatis erat, ut regni Neapolit. *JCtorum evangeliſtâ* vocaretur. Alii *aurigam in feudis interpre-*

tandis appellant: *Jaſon* ſummum Feudiſtam. Vid. *G. Panzirolus in JCtis, 2,69.*

ISFORDING (Joh.) Monaſterienſis, An. 1639. ætatis 73. obiit. Elementa Chriſtianæ perfectionis, à Th. Kempenſi 4. libris de imit. Chriſti comprehenſa, per locos communes digeſſit. Vid. *Alegambe, pag. 251.*

ISIDORUS, Ἰσίδωρος, Characenus, à Charace, Parthiæ urbe, ſic dictus, tempore Auguſti & deinceps claruit. Ita *Voſſius lib. de Philolog. c. 11. pag. 55. Idem* tamen *l. 4. de hiſt. Gr. c. 10.* Iſidorum hunc tempore Ptolemæi Lagi vixiſſe aff. perſuaſus à *Luciano in Macrobiis.* Scripſit de Parthia. Iſidori Σταθμοὺς παρθικοὺς primus in lucem protraxit *David Höſchelius.* Allegatur aliquoties à *Plinio.*

ISIDORUS Clarius, patria Brixianus, dignitate Fulginatenſis epiſcopus, trium linguarum peritiſſimus, An. 1555. obiit. Procuravit novam univerſæ Scripturæ translationem, cui ſcholia addidit, quæ, cùm primum Chriſtianis interdicta eſſent, demũ præciſo prologo & prolegomenis authoritate Synodi Tridentinæ reſtituta ſunt. Ita *Sixtus Senenſis l. 4. Bibl. Thuanus l. 6.* ad eruditione & virtutibus maximopere eum commendat. Vid. *Ghilinus. vol. 1. pag. 142. Rivetus T. 2. oper. pag. 906. 916.*

ISIDORUS, Cordubenſis epiſcopus, An. 400 floruit. Compoſ. comment. in libros Regum, eoſq; *Oroſio,* presbytero Hiſpano, S. Auguſtini diſcipulo, dicavit.

ISIDORUS, Damaſcenus, allegatur à *Johanne Damaſceno, orat. 3. de Imaginib.*

ISIDORUS, Hiſpalenſis, ſeculo VII. A. 636 obiit. Condidit chronicon ab O. M. uſq; ad Ann. quintum Suinthilani Regis, qui erat Chriſti 626. Item, hiſtoriam de origine Gothorum, necnon opuſculum de viris illuſtribus: quibus adde 20. libros Originum vel Etymologiarum. Inſigne ejus elogium habemus in *Concilio Toletano 8. cap. 2.* Opera ejus ad fidem codd. MS. correxit *Jac. du Breul,* monachus S. Germani à Pratis, & publici juris fecit Pariſiis, An. 1601. Vid. *Ildefonſus in Scr. Illuſtr. c. 9. Ph. Labbe T. 1. differt. pag. 642. Thomaſius de plagio, §. 474. Olearius, pag. 275.*

ISIDORUS, Peluſiota, tempore Theodoſii Junioris, An. C. 440. floruit. Reliquit epiſtolas doctas & pietatem ſpirantes. Eas Græcè & latinè *Conr. Rittershuſius* edidit notiſque illuſtravit. Vid. *Nicephorus Calliſtus in H. E. 14,53. Ph. Labbe l. c. pag. 650. Olearius, pag. 277.*

ISIDORUS, JCtus, tempore Juſtiniani Imp. vixit. Mentio ejus occurrit in *Inſcr. procemii Pandect.*

ISIGONUS, Ἰσίγονος, Citienſis, condidit libros Ἀπίστων vel incredibilium. Vid. *Meurſius* in *Cypro 2, 30. pag 165.*

ISIGONUS, Nicæenſis, ab *Agellio 9, 4.* reponitur inter authores non paruæ authoritatis, quorum libri miraculorum fabularumque pleni ſunt. Ex eodem *Plinius in H. N. 7, 2.* quædam allegat.

ISING (Chriſt.) tractavit de promotionibus honorum, promotoribus & promovendis, A. 1673.

ISMAEL, ſynchronus & ſocius Akibhæ, Anno mundi 3860. vixit & de 13. regulis interpretandi legem locutus eſt. Vid. *Gans, pag. 100.*

ISNARDUS (Cæſ.) Nicienſis Italus, Anno 1604 obiit. Orationem in funere Alex. Luciaghi, patricii Brixienſis, habuit. Vid. *Alegambe, pag. 67.*

ISNARDUS (Jac.) Arvernus, Anno 1629. deceſſit. Deſcripſit obſidionem arcis Sammartinianæ. *Alegambe, p. 203.* virum in dicendo & agendo potentẽ appellat.

ISO, Magiſter & Cœnobita S. Galli, *Anno* 871. obiit. Scripſit de miraculis *S. Othmari* libris duobus: item, Gloſſas in *Prudentium.* Lexicon ejus latinum, ex variis Gloſſariis collectum, in bibliotheca S. Galli extare dicitur.

ISOCRATES, Ἰσοκράτης, Athenienſis, Orator, natus eſt Olymp. LXXXVI. obiit Olymp. CX. *Quidam* inedia quatriduana extinctum ajunt, audita Athenienſium clade ad Chæroneam accepta, cui ſupereſſe noluit. Vitam ejus *Plutarchus* exaravit. Reliquit orationes, quas uno volumine complexus eſt *Hier. Wolfius.* Iſocrates, judice *Fab. 10, 1.* omnes dicendi veneres ſectatus eſt. *Cicero in Bruto* magnum oratorem & perfectum magiſtrum appellat. *Eraſmus in Ciceroniano:* Iſocratis non laudaretur compoſitio, niſi perſpicuitas dictionis & ſententiarum gravitas illi patrocinaretur. Videatur *Philoſtratus in Vitis Sophiſt. pag. 536. Voſſius de nat. Rhet. pag. 63.*

Lang-

I. Langbainius ad *Longin. pag. 27. Thomaſius de plagio, §. 476.*

ISOCRATES, junior, Amyclæ filius, majoris Iſocratis diſcipulus & ſucceſſor, hortatu Artemiſiæ, Cariæ Reginæ, orationem ἐπιτάφιον Mauſolo, ipſius marito, compoſuit, teſte *Suida*. Unde corrigendus *Ariſtoteles in Rhet. 3, 14.* ap. quem malè *Socrates* editur. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 79. Meurſ. in lect. Att. 5, 14.*

ISOCRATES, tertius hujus nominis, tempore Ciceronis floruit. Huic *Dionyſius Halicarnaſſeus* Parænefin adDemonicum tribuit. Primus, quod ſciam, hoc obſervavit *M. Ant. Muretus in var. lect. 1, 1.* cujus ſententiam *G. J. Voſſius l. 1. Inſt. Rhet. c. 12.* poſteà amplexus eſt. *Harpocration* in ἰσοκράτης, Iſocratem Apolloniatem vocat.

ISOLANUS (Jac.) Bonon. JCtus, de quo *Panzirolus in JCt. 2, 87.* legi poterit.

ISOLANUS (Iſid.) Mediolanenſis, natus eſt A. 1520. Scripſit de Principum omnium inſtitutis: de vita S. Veronicæ: de æternitate mundi adv. Averroëm, &c, item, epitomen Soncinatis ſuper 4. libros ſententiarum, An. 1580. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 172.*

ISRAEL Baruch, Judæus, A. M. 5213. vixit. Reliquit *Thesbuvot. Ganz pag. 148.* vocat eximium doctorem.

ISRAEL, Germanus, A. M. 5220. innotuit. Confecit librum *Therumat Hadeſchen*: item, quæſtiones ac reſponſiones. Vid. *Ganz, l. c.*

ISRAEL (Jac.) Duſſeldorpio-Montanus, natus eſt Anno 1621. Heidelbergæ medicinam docet.

ISSELBURGIUS (Henr.) edidit medullam Papiſmi, An. 1615.

ab ISSELT (Mich.) Doccomienſis, Anno 1597. obiit. Condidit 4. libros de bello Colonienſi. Vid. *Sweertius, pag. 568.*

ISTER, Ἴστρος, Callimachi diſcipulus (unde & *Iſter Callimachius* vocatur) tempore Ptolemæi Euergetæ floruit. *Athenæus l. 11.* ejus librum primum de Ptolemaide, urbe Ægypti, allegat. *Idem* Iſtrum contra Timæum hiſtoricum ſcripſiſſe *libro 6.* memorat. *Harpocration*, in Τετραζοφόρος, ejuſdem Συναγωγὰς, i. e. libros collectionum laudat. Nec deſunt, qui Iſtri ἀποικίας αἰγυπτίων adducant. Vid. *Conſtantinus de Themat. p. 46.* Confer *Suidam.*

ISTER, Calatianus, de tragœdia librum confecit, teſte *Stephano* in Κάλλατις. Vid. *Jonſius, de Scr hiſt. Phil. 2, 6.*

ISTUANFIUS (Nicol.) Pannonius, hiſtoriam Hungaricam ab Anno 1490. quo Matthias Corvinus defunctus eſt, uſque ad Matthiam II. triginta quatuor libris perſecutus eſt. Prodiit hoc opus, Colon. An. 1622. fol.

ITERUS (Mich.) Navarrus, ab *Hieron. Magio l. 2. miſc. c. 6.* JCtorum coryphæus appellatur.

ITTERUS (Ant.) Ethicam & Logicam, A. 1655. edi curavit.

ITTIGIUS (Thom.) ſcr. de montium incendiis, An. 1671.

de ITUREN (Thom.) Navarrus, An. 1630. ætat. 75. obiit. Edidit ſub nomine Thomæ Pii comm. in 1. partem Thomæ. Vid. *Alegambe, pag. 433.*

de IVANICZE (Paulus) vel IVANICUS, eques Polonus, adornavit inſtitutionem politicam C. *Cornelii Taciti* verbis concinnatam, Lugd. An. 1648.

IVARUS (P. Adolf.) medullam oratoriam, A. 1656. publicavit.

JUBAS, Ἰόβας, Jubæ, Mauritaniæ R. filius, tempore C. Julii Cæſaris Romæ in triumphum ductus eſt. Ea occaſione optimis literis excultus & ex barbaro Numida hiſtoricus eruditiſſimus factus eſt. *Athenæus* ſanè *l. 3.* ἄνδρα πολυμαθέστατον eum appellat. Ab Octavio Auguſto quibuſdam Gætuliæ partibus & Bocchi ac Bogudis ditionibus donatus eſt, teſte *Dione l. 5.* Multa ſcripſit, quæ paſſim à *Plutarcho, Plinio, Tertulliano*, &c. allegantur. Edidit inter alia comment. de Libya: item, hiſtoriam theatricam, in qua agebat de fabulis & hiſtoriis, quæ tragœdis argumentum præbere ſolebant. Duos ejuſdem de Aſſyriis libros *Tatianus in orat. contra Gentes* citat. Confer *Suidam in* Ἰόβας.

JUBENTIUS Celſus, pater, JCtus, tempore Trajani Imp. vixit. Hic aſſerebat, nullum, qui ſemel audivit, ita ſurdum effici, qui non exaudiat, ſi quis ſupra cerebrum illius loquatur. Vid. *Panzirolus in JCtis, 1, 33. Bertrandus, pag. 78.*

JUBENTIUS Celſus, filius, itidem JCtus, ſub Adriano Imp. claruit. Libros 39. Digeſtorum & alios de uſucapionibus reliquit. Videatur laudatus *Panzirolus, 1, 34.*

JUBERA (Alf.) adornavit reformationem omnium medicamentorum, quæ in pharmacopoliis uſui eſſe ſolent, Anno 1578.

JUBERTUS (Laurent.) Delphinas, emiſit medicinam practicam, An. 1577. Vid. *Thuanus, lib. 76.* Vide ſuprà, JOBERTUS.

JUBINUS (Joh.) epiſcopus, ſtruxit carmina de ſacramento Euchariſtiæ: de S. Virgine: de S. Hieronymo: de mundi contemtu, An. 1568. Vid. *Waddingus in S.O. M. pag. 212.*

JUCUNDUS (Joh.) Veronenſis, Anno 1518. claruit. Vitruvium de architectura & varia in Julii Cæſaris commentariis delineationibus ſuis illuſtravit. *Jul. Cæſari Scaligero Exercit. 329.* audit vir in philoſophia peripatetica non ignobilis, Scoticæ ſectæ ſummus Theologus, in mathematicis nulli ſecundus, in optica & architectura omnium facilè princeps. *Idem Exercit. 104.* præceptorem ſuum & omnium bonarum artium veterem novamq; bibliothecam appellat. Vid. *Pignorius in Symb. epiſt. pag. 20.*

JUDÆ (Leo) Vide, LEO.

JUDA, Judæus, autor libri Thanla, A. M. 5074. in Italia claruit. Videatur *Ganz, pag. 144.*

JUDA, ben Barzelon, A. M. 4830. vixit & compoſuit librum *Hettim* ſeu de temporibus. Vid. *Ganz, pag. 123.*

JUDA, Chajat vel Sartor, fecit expoſitionem in librum *Mabarechet elohim*, teſte *Ganz, pag. 141. Buxtorfius in Abbr. pag 159.* ei librum *Minchat Jebuda* tribuit.

JUDA, ben Elihæi, An. 3979. librum *Siphra* juxta nonnullos abſolviſſe dicitur. Vid. *Ganz, pag. 110.*

JUDA Hakkodeſch, i. e. Sanctus, tempore Marci Antonini Imp. claruit. Ferunt eum ex regio Davidis genere ortum eſſe. Collegit & corraſit omnia decreta, ſtatuta & dicta ſapientum & conſcripſit illa ſex claſſibus, qui liber ſyntagma Miſnæ dictus & ab omnibus Iſraëlitis receptus eſt. Vid. *Ganz, pag. 107. 108. Buxt. in Abbrev. pag. 150. J. Henr. Otto in lex. Rabb. pag. 255. Wagenſeilius in Sota, pag. 999.*

JUDA, Hallevi. Vide ſuprà, JEHUDA.

JUDA, ben Nachman. Vide, JEHUDA.

JUDA, Pariſienſis, A. M. 4977. obiit. Reliquit librum *Tzivaot.* Videatur *Ganz, pag. 140.*

JUDAS, Syrus, Theologus, A. C. 200. claruit & juxta *Euſeb. & Hieronymum* de LXX. hebdomadibus apud *Danielem* pleniſſimè diſſeruit. Idem chronographiam ſuperiorum temporum usq; ad 10. Severi annum perduxit.

JUDECUS (Nicol.) Venetus, medicus eruditiſſimus prudentiſſimusq; fuiſſe ſcribitur. *Pierius Valerianus, de Inf. liter. pag. 166.* ejus feſtivitatem, humanitatem, eruditionem & judicium ſatis commendare non poteſt. Vid. *Simlerus.*

JUDEX (Matth.) erat unus è centuriatoribus Magdeburgenſibus. Scripſit de typographiæ inventione, An: 1566.

IVEGES (Aug.) condidit annales Panormitanorum, An. 1649.

IVELLUS (Joh.) Devonienſis, natus eſt, An. 1522; obiit, An. 1573. Vitam ejus exaravit *Laur. Humfredus.* Scripſit contra *Th. Hardingum.* Opera Ivelli ſimul edita, An. 1585. Vid. *Rivetus T. 2. Oper. pag. 1048.*

IVERUS (Dav.) Rupiſulcaldienſis, Anno 1640. claruit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 181.*

JUGLARIS (Aloyſ.) Nicienſis, An. 1642. vixit. Reliquit elogia Chriſti & patriarcharum. Vid. *Alegambe, pag. 15.*

JUGLERUS (Joh.) ſilvam precum ex operibus J. Gerſonis collegit, An. 1603.

JUGNITIUS (Chriſt.) edidit parallela ſententiarum Apocalypt. An. 1618.

JUGNITIUS (Joh.) Anno 1588. obiit.

JULIANITA, Bononienſis, medicus, An. 1342. floruit. Scripſit de re medica.

JULIANUS, Ἰουλιανός, Alexandrinus, medicus, ſub Antonino Imp. floruit. Struxit 48. libros contra aphoriſmos Hippocratis: item, librum de methodo, quem Philonem inſcripſit. Meminit ejus *Galenus* & Hippocratis aphoriſmos contra eum defendit.

JULIANUS, apoſtata, Imperator, inter viros doctrina claros refertur. Elaboravit orationes & epiſtolas: librum de regno: miſopogonem adv. Antiochenos: hymnum in Solem, &c. Vid. *Suidas.* Opera Juliani omnia *Dionyſius Petavius,* Pariſ. Anno 1630. edi curavit. Vid. *Voſſius de Philol. part. 4. Mart. Hanckius part. 1. de S.R.R. pag. 153.*

JULIANUS, Camers, Grammaticus, tempore Leonis X, vixit. Romæ multos annos publicè profeſſus eſt. Vid. *Pierius Valer. de Inf. lit. pag. 84.*

JULIANUS, Cappadox, ſophiſta, Athenis rhetoricam docuit & inter alios Proæreſium diſcipulum habuit. Vid. *Eunapius pag. 95.* item, *Suidas.*

JULIANUS, Celanenſis in Campania epiſcopus, An. 440. vixit. Compoſuit libellum ad Demetriadem virginem, quem alii temerè *S. Hieronymo* adſcribunt. *Beda in præfat. ad Canticum* eum Pelagianiſmi arguit. Vid. *G. Joh. Voſſius in hiſt. Pelag. l. 1. c. 6 pag. 22.*

JULIANUS, Chaldæus, exaravit 4. libros de dæmonibus, teſte *Suida.*

JULIANUS, Theurgus, Juliani Chaldæi filius, ſub Antonino Imp. vixit. Compoſuit Theurgica verſibus; item, initiatoria & oracula. Quidam tradunt (inquit *Suidas*) hunc Romanis aliquando ſiti laborantibus ſubitò effeciſſe, ut arte nubes congregarentur & ingentem imbrem effunderent. Hoc factum tamen alii Chriſtianis tribuunt. Vid. *Barthius in Claud. pag. 749.*

JULIANUS, cognomine Pomerius, Toletanus, An. Chr. 690. obiit. Condidit tres libros contra Judæos: tres libros prognoſticorum de futuro ſeculo: libros duos ἀντικειμένων ſive locorum Scripturæ in ſpecie contrariorum. Vid. *Labbe T. 1. diſſert. pag. 654. Olearius pag. 278.* Vide, POMERIUS.

JULIANUS (Mich.) Valentinus Hiſp. An. 1621. obiit. Vitam Alfonſi Rodriguez literis mandavit. Vid. *Alegambe, pag. 344.*

JULIANUS (Salvius) JCtus. Vide, SALVIUS.

de S. JULIANO (Franc.) edidit tribunal regulare, Lugd. Anno 1658, in 4.

à S. JULIANO (Joh. Bapt.) ſcr. partum prodigioſum quadrageſimalem, Monachii An. 1673. in 4.

JULIARIUS (Paulus) Veronenſis, medicus, libellum de curatione vulnerum capitis adornavit. Vid. *Chioccus, pag. 80.*

JULIUS, Africanus. Vide, AFRICANUS.

JULIUS Atticus, ſcr. de ſpecie culturæ ad vites pertinentis librum ſingularem, teſte *Columella, 1, 1.*

JULIUS Baſſus. Vide, BASSUS.

JULIUS Cæſar. Vide, CÆSAR.

JULIUS Celſus, à *Boccatio in Geneal. deor. 7, 36.* in libro belli Gallici, à Cæſare confecti, allegatur.

JULIUS Cerealis. Vide, CEREALIS.

JULIUS Gabinianus. Vide, GABINIANUS.

JULIUS Græcinus, Julii Attici diſcipulus, duo volumina præceptorũ de vineis, facetius & eruditius compoſita, poſteritati tradenda curavit, teſte *Columella, 1, 1.* Confer *Eundem l. 3. c. 12. & l. 4. c. 3.*

JULIUS, Maternus, reliquit tragœdias, Medeam, Thyeſtem & Catonem. Vid. *Glandorp. pag. 490.*

JULIUS Montanus. Vide, MONTANUS.

JULIUS, Orator, teſte *Caſſiodoro de divin. lect. c. 25.* librum confecit, quo maria, inſulas, montes, provincias, civitates, flumina, gentes ita complexus eſt, ut penè nihil ipſi deſit, quod ad coſmographi notitiam pertineat.

JULIUS Paulus, poëta, tempore Agellii claruit. Meminit ejus *Agellius, 5. & 19, 7.*

JULIUS Rufus, juxta *Glandorpium* Satiras compoſuit. Mentionem ejus facit *Martialis l. 10.*

JULIUS Severianus, rhetor, texuit ſyntomata. Ea edidit *Oporinus*; item, *Lucas Fruterius.* Videantur *Voſſius de nat. Rhet. pag. 95.*

JULIUS (Alex.) Scotus, compoſuit ecphraſin paraphraſeos *Buchanani* in Pſalmos, An. 1622.

JULIUS (Joh.) JCtus, ſcripſ. de ſucceſſione Juliacenſi, An. 1617. in 4.

JUNCTINUS (Franc.) Florentinus, An. 1577. claruit. Erat philoſophus, aſtrologus & Theologus. Edidit 2. tractatus de revolutionibus aſtrorum. Extat ejuſdem ſpeculum aſtronomicum & commentarius in ſphæram *Johannis de Sacrobosco.*

JUNCUS, Ἴυγκος, tractavit de ſenectute. Allegatur pluries à *Stobæo.*

JUNGERMANNUS (Caſp.) Creveſtettenſis, fecit carmen euchariſticum pro cuſtodia angelica, A. 1551. teſte *Simlero.*

JUNGERMANNUS (Gothofr.) Lipſienſis, Anno 1610. obiit. Erat Græcæ linguæ callentiſſimus. Græcum paraphraſten Julii Cæſ. quem nonnulli *Planudem* eſſe autumant, primus in lucem protulit. *Longi* paſtoralia latinè tranſtulit, notiſque illuſtravit. Extant etiam ejus epiſtolæ.

JUNGERMANNUS (Lud.) Lipſienſis, medi-

medicus, natus eſt An. 1572: obiit An. 1653. Altdorfii medicinam & rem herbariam profeſſus eſt. Collegit catalogum plantarum. Vid. *Henning. Witte, in Med. pag. 157.*

JUNGMANNUS (Jodocus) ſcripſit ſyntagma artis univerſalis, Anno 1616.

JUNGIUS (Adr.) Polonus, An. 1607. peſte extinctus eſt. De impoſturis novi Evangelii: item, de tranſſubſtantiatione ſcribere aggreſſus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 6.*

JUNILIUS, Africanus epiſcopus, An. Chr. 550. claruit. Elaboravit duos libros de partibus divinæ legis ad Primaſium. Vid. *Ph. Labbe, T. 1. diſſert. pag. 663. Rivet. T. 1. oper. pag. 1151. Olearius, pag. 279.*

JUNIOR (Valent.) Venetus, obſervationem de ejectione membranarum ſanguinolentarum, formam viperæ referentium, edidit, Venet. An. 1621.

JUNIUS, JCtus, temporibus Caij Gracchi floruit, à cujus amicitia *Gracchanus* dictus eſt, teſte *Plinio l. 33. c. 2.* Compoſuit 7. libros de poteſtatibus. Vid. *Bertrandus, pag. 190.*

JUNIUS (Otho) inter rhetores nomen habere meruit. De hoc *Seneca, controv. 9.* Otho Junius pater (inquit) ſolebat difficiles controverſias belle dicere. Edidit 4. libros colorum, quos Gallio Antiphontis libros vocabat: tantum in illis ſomniorum erat: & hoc vitium ab antiquis duxerat.

JUNIUS Ruſticus. Vide, RUSTICUS.

JUNIUS Toxatius, ſcripſit poëmata, teſte *Julio Capitolino in Maximinis.* Vid. *Glandorp. pag. 507.*

JUNIUS (Hadrianus) Hornanus, medicus & philologus inſignis, natus eſt A. 1513: obiit A. 1575. Emiſit animadverſionum libros ſex: item, commentariũ de coma, qui habentur *Lamp. Crit. Grut. T. 4.* Extant etiam ejus epiſtolæ & emblemata. *C. Barthius ad l. 6. Theb. Pap. pag. 1142.* operis animadverſorũ aliquot adhuc ineditos libros apud Belgas aſſervari aſſerit. In *Eunapio* latinè vertendo laudabilem operam poſuit. Ex *Euſtathii Comm. in Hom.* utiliſſima quæq; in unum volumen excerpſit, qvod Cornucopiæ vocavit. Vid. *Sweertius, p. 98. Ghilinus, vol. 2. pag. 4. Vinding. in Rect. Hafn. pag. 122.*

JUNIUS (Balduinus) ſcripſit chronicon morale, à C. M. usq; ad A. C. 700. Anno 1621: item, manuale Theologicum, Anno 1615.

JUNIUS (Franc.) Biturix, Theologus reformatus, natus eſt A. 1545: obiit A. 1602. Primò Heidelbergæ docuit: tandem Lugduni Bar. ſedem poſuit, ibique per decennium profeſſoris munus ſuſtinuit. In juventute ſeductus à nonnemine atheiſmi crimine laborare cœpit, à quo tamen mirabiliter liberatus eſt. *Thuanus l. 127.* Junium Lugduno Bat. exactum & Altdorfii liberali ſtipendio invitatum defeciſſe memorat. *G. J. Voſſius tamen in præfatione ad lectorem, de hiſt. lat.* Thuanum graviter eo nomine reprehendit. *Colomeſius in Gall. orient. pag. 94.* Thuanum memoria lapſum eſſe & acta *Donelli* cum actis *Junii* miſcuiſſe exiſtimat. Scripſit animadverſiones in Bellarm. comm. in Ezechielem: tres libros parallelorum, &c. Opera ejus junctim prodierunt.

JUNIUS (Franc.) junior, condidit 3. libros de pictura veterum, Anno 1637. Idem duas verſiones evangeliorum perantiquas, Gothicam & Angloſaxonicam, Anno 1665. unà cum Gloſſario Gothico edi curavit.

JUNIUS (Joh.) refutationem prælectionum Fauſti Socini, A. 1623. molitus eſt.

JUNIUS (Iſaac) antapologiam ſive animadverſiones in XVI. priora capita apologiæ Remonſtrantium adornavit. Opus hoc poſt obitum autoris, A. 1640. in lucem prodiit, in 4.

JUNIUS (Melchior) Argentoratenſ. natus eſt An. 1545: obiit An. 1604. Vulgavit duos Tomos orationum: item, quæſtiones politicas & morales. Habuit filium cognominem *Melch. Junium*, qui natus eſt An. 1572: obiit A. 1613.

JUNIUS (Patricius) ſereniſſimi Jacobi magnæ Britanniæ R. bibliothecarius, edidit librum Jobi ex antiquiſſimo codice, à Cyrillo Lucari patriarcha Conſtantinopolitano dono miſſo, Theclæ, quæ tempore Nicæni concilii vixiſſe creditur, ſive alterius librarii manu exarato. Vid. *Rivetus T. 2. operum, pag. 904.*

JUNTA (Thom.) tractavit de Thermis ad Timavi oſtia.

IVO, JCtus, Carnotenſis epiſcopus, An. 1115. obiit. A Clemente VI. An. 1347. inter ſanctos adſcriptus eſt. Reliquit volumen decretorum: item, epiſtolas.

Opera

Opera ejus 2. Tomis, Pariſ. Anno 1647. fol. prodierunt. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 500. Olearius, pag. 280.*

IVO, Pariſienſis, Capuccinus, An. 1648. claruit. Scripſit digeſtum ſapientiæ, in quo habetur ſcientiarum omnium rerum divinarum ac humanarum nexus & ad prima principia reductio. Conſtat hoc opus tribus Tomis, in ſolio. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 233.*

JURETUS (Franc.) Divionenſis, elucubravit notas in Symmachi & Ivonis epiſtolas. Carmina ejus occurrunt *T. 2. Delit. Gall. pag. 383.* Vid *Thomaſius de plagio, §. 477.*

JURGERUS (Henningus) JCtus, ſcripſit de Apennagio, An. 1663.

JURGIEWICIUS (Andr.) Nullum & Neminem: item, Bellum quinti evangelii, An. 1595. publicavit.

JUSTELLUS (Henricus) hodie in Anglia floret.

JUSTINELLUS (Pet.) edidit modum piè & fructuoſè celebrandi Miſſam, A. 1674. Vid. *Alegambe, pag. 384.*

JUSTINIANUS, Ἰουστινιανὸς, Imperator, inter viros literatos merito ſuo reponitur. Fuit enim princeps, ſi quis alius, in philoſophicis, Theologicis & Juridicis verſatiſſimus, adeò ut ſapientiſſimi Principis elogium á Theodahado, Gothorum rege, obtinuerit. Collegit 4. libros inſtitutionum: Codicem imperialium conſtitutionum: Novellas, &c. Vid. *Calixtus in Theol. moral. pag. 104. Eichelius in animadverſ.* ad *Procopii arc. hiſtor. pag. 63, &c.*

JUSTINIANUS, Valentinus epiſcopus, ab *Iſid. in vir. illuſt. c. 33.* memoratur.

JUSTINIANUS (Auguſt.) Genuenſis patria, Nebienſis epiſcopus, An. 1530. periit. Erat vir Latinè, Græcè, Hebraicè, Chaldaicè & Arabicè peritiſſimus. Edidit Pſalterium octaplum. Vid. *Jovius in Elogiis numero 130. Sauſſay, pag. 29. Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 23.* Vide, AUGUSTINUS: item, NEBIENSIS.

JUSTINIANUS (Aug.) Genuenſis, Anno 1590. obiit. Erat in eo tanta memoriæ vis, ut memoriter perpetuo docuerit, etiam tum, cum binas quotidie lectiones haberet. S. Auguſtinum memoria comprehendiſſe videbatur: tanta felicitate verba ejus omnia, re ita ferente, recitabat ac expendebat. Vid. *Alegambe, pag. 50.*

JUSTINIANUS (Bened.) Genuenſis, in omnes epiſtolas catholicas, Anno 1621. commentatus eſt. Videatur *Alegambe, pag. 59.*

JUSTINIANUS (Bernh.) Venetus patricius, An. 1471. claruit. Texuit hiſtoriam Venetam, idq; *Jovii in Elog. numero 115.* judicio, eleganter. *Jacobus Bergomas* auctor eſt, ipſum Gothicam etiam hiſtoriam, ac præclarè quidem condidiſſe. Vid *Autor dialogi de Ling. Lat. reparat. apud Giſan. pag. 401. Olearius in Abaco, pag. 82.*

JUSTINIANUS (Fabianus) Genuenſis, Adiacenſis epiſcopus, collegit elenchum autorum, qui in S. Biblia vel univerſè, vel ſigillatim, etiam in verſiculos data opera ſcripſerunt, Romæ, An. 1612, Extat ejusdem commentarius in Tobiam, An. 1621. impreſſus.

JUSTINIANUS (Horat.) edidit acta concilii Florentini, Romæ, Anno 1630. fol.

JUSTINIANUS (Laurent.) primus Venetiarum Patriarcha, An. 1455. obiit. Reliquit quindecim volumina, quorum titulos *Bellarminus ad An. 1440:* enumerat. Videatur *Ph. Labbe Tom. 2. diſſert. pag. 9.*

JUSTINIANUS (Leonh.) An. 1430. claruit. Cimonem & Lucullum Plutarchi latinè tranſtulit. Fecit etiam orationes. Vid. *Autor dialogi de repar. Ling. Lat. ap. Giſan pag. 394.*

JUSTINIANUS (Mich.) celebris hiſtoriographus eſſe prædicatur.

JUSTINIANUS (Petrus) Venetus, Anno 1570. floruit. Struxit rerum Venetarum hiſtoriam. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 194.*

JUSTINIANUS (Vinc.) Hiſp. in univerſam Logicam, An. 1617. commentari aggreſſus eſt.

JUSTINUS, Hiſtoricus, tempore Antonini Pii Imp. claruit. Sunt, qui poſt imperium, Conſtantinopolin translatum, eum vixiſſe exiſtiment: quos *G. J. Voſſius l. 1. de Hiſt. Lat. c. 32.* redarguit. *Pompeii Trogi* hiſtoriam in compendium redegit. In Vett. nonnullis libris *Juſtinus Frontinus*, in aliis *M. Junianus Juſtinus* vocatur. *Oroſius* ipſum paſſim exſcribere ſolet. *Augu-*

ſtinus

ſtinus etiam eum tanti fecit, ut ex eo non pauca in *libros de Civitate DEI* ad verbum tranſtulerit. Videatur *Zeiller. part. 1. Scr. hiſt. pag. 80. Borrichius* in *Cogitat.* ad *Voſſium*, *pag. 4.*

JUSTINUS, Ἰουστῖνος, Samaritanus, philoſophus & martyr, ſub Antonino Pio floruit, cui etiam apologiam Chriſtianorum nomine exhibuit. Romæ philoſophiam profeſſus eſt, habuitq; adverſarium *Creſcentem* Cynicum. Compoſuit dialogum vel colloquium, Epheſi cum *Tryphone* Judæo habitum: orationem paræneticam ad gentes: librum de monarchia, & alia. Tribuuntur eidem CXLIV. quæſtiones, quæ tamen Juſtini eſſe nequeunt, cum in iis *Origines & Ireneus* allegentur Juſtino juniores. Librum de recta confeſſione non eſſe Juſtini, *Bellarminus* quoque affirmare videtur. Decollatus eſt Romæ, An. C. 168. ſub Antonino Philoſopho. Videatur *Phil. Labbe Tom. 1. diſſert. de S. E. pag. 665. Rivetus Tom. 2. Oper. pag. 1089.* Confer *Suidam.*

JUSTINUS, Lippienſis, An. 1260. vixit. Struxit carmine Lippiflorium vel chronicon Lippienſe. *Caſp. Barthius in Claud. pag. 249.* vocat verſificatorem medii ævi non inanem bonæ mentis: item, *pag. 252.* verſificatorem barbaro ævo non illaudabilem. Vid. *Zeillerus*, *part. 2. pag. 205.*

JUSTINUS (Amad.) JCtus, tractavit de ſyndicatu.

JUSTULUS, Spoletanus, ſcripſit opuſculum de cultu croci: item, panegyricos, An. 1510.

JUSTUS, Orgelitanus epiſcopus, An. 540. obiit. Compoſuit commentarium in cant. Canticorum & Sergio Papæ dicavit. Vid. *Iſid. in Vir. Illuſtr. c. 34. Phil. Labbe Tom. 1. diſſert. pag. 670. Olearius*, *pag. 282.*

JUSTUS, Ἰοῦστος, Tiberienſis Judæus, A. C. 56. vixit & res Hebræorũ Græco ſermone expreſſit. Eum *Joſephus* ſub finem *libri 20. Antiq.* mendacii ſuſpectum facit. Teſtis *Suidas.* Vid. *Photius, Cod. XXXIII. Stephanus in* Τιβεριάς, *Valeſius in Euſeb. pag. 47.*

JUSTUS (Paſchaſius) Ecoloonianus Flander, medicus, ſcripſit de alea ſeu curanda ludendi in pecuniam cupiditate libros duos. Vixit An. 1540. Vid. *Swertius*, *pag. 592.*

JUSTUS (Wolfg.) fecit catalogum Academiarum, An. 1556.

JUVENALIS (Decius) Aquinas, tempore Veſpaſiani & Domitiani Impp. claruit. Primò declamationibus vacavit: poſteà vitiis offenſus Satiras ſcribere cœpit. Octogenarius, ſpecie honoris, in Ægyptum miſſus & cohorti ibidem præeſſe juſſus eſt, teſte *Suida in* Ἰουβενάλιος. Videatur *Glandorpius in Onomaſt. Rom. pag. 501.*

JUVENALIS (Guido) An. 1522. tres libros de reformatione monaſtica edi curavit. *Autor apolog. pro poet. Lat.* apud *Giſan. pag. 507.* Guidonem Juvenalem inter eos reponit, qui ſummam commentandi muneri manum impoſuerunt, in conjiciendisque abſtruſioribus veterum autorum ſenſibus non poſtremi fuêre.

JUVENCUS, Presbyter, nobilis Hiſpanus, A. C. 331. floruit. Evangelicam hiſtoriam, Matthæum ſecutus, quatuor libris verſu hexametro expreſſit. Meminit ejus *S. Hieronymus. Phil. Labbe*, *Tom. 1. diſſert. pag. 673.* ait, in veteri exemplari vocari *Cajum Veſtium Aquilinum Juvencum.* Vid. *Olearius*, *pag. 253.*

JUVENIS (Joh.) Iprenſis, Galeni *librum* de Theriaca commentario illuſtravit. Scripſit etiam opuſculum de medicamentis Bezoardicis, A. 1587. Vid. *Swert. pag. 441.*

JUVENIS (Joh.) Tarentinus, condidit 8. libros de antiquitate & varia fortuna Tarentinorum. Extant in Italia illuſtrata, An. 1600. edita.

JUVENTIUS, Comicus, à *Varrone in lib. de lat. ling.* allegatur. Ejusdem nomen *Agellio 18, 22. Janus Rutgerſius in variis* reſtituit.

JUBENTIUS (Cajus) JCtus, Ulpiano & Pomponio memoratur. Vid. *Bertrandus*, *pag. 224.*

IZQUIERDUS (Sebaſt.) exſtruxit Pharum ſcientiarum, An. 1659. fol.

IZUSQUIUS (Pet.) Navarrus, edidit ſeriem Evang. Chriſti.

K.

KADLUBCO (Vincent.) Vide, CADLUBCUS.

KÆRIUS (Pet.) Germaniam inferiorem in 17. tabulis repræſentavit, An. 1622.

KÆRULIUS (Pet. Barth.) Danus, Anno 1621. vixit. Tractavit de refractionibus.

KAISERBERGIUS (Joh. Geilerus.) Vide, GEILERUS.

KAISERSBERGIUS (Matth. Zellius) natus eſt Anno 1477: obiit An. 1547, Argentinæ annis circiter 26. docuit.

KAKOWSKI (Hieron.) Polonus, Anno 1630. vixit. Quatuor libris diſpoſuit omnia, quæ haberi poterant ad ordinem Minorum reg. obſerv. ſpectantia, teſte *Waddingo in S.O.M. pag. 171.*

KALKARIENSIS (Henr.) An. 1448. obiit. Scripſit de continentiis & diſtinctione ſcientiarum.

KALON (Joſeph) Judæus, autor *Theſchuvot*, obiit in Italia in urbe Pavia, An. M. 5240. teſte *Ganz, pag. 149.*

de KALTEISEN (Henr.) Confluentinus, Anno 1465. obiit. Reliquit diſputationem de libera verbi prædicatione. Vid. *Caniſius T. 4. ant. lect. Olearius in Abaco, pag. 205.*

KAMINCO (Franc.) habuit orationes de *immaculata* conceptione, Pragæ.

à KAMPFHAUSEN (Rud.) edidit lexicon juridicum, An. 1593.

KANNENGIESER (Joh.) JCtus, ſcripſit de mutuo, An. 1622.

KANNENGIESER (Luderus) emiſit canones Logicos, A. 1671.

KANON (Andr.) inter lyricos poëtas numeratur.

KARNCOVIUS (Staniſl.) archiepiſcopus Gesnenſis, An. 1603. obiit. Compoſuit libros familiarium epiſtolarum, panegyricos, tractat. de jure provinciali civitatum Pruſſiæ, Meſſiam, hiſtoriam Interregni, libellum de utraque eccleſia, &c. *Starovolſcius in becatont. pag. 13.* valdè eum commendat.

KARRO (Joſeph) Jud. Hiſpanus, An. M. 5335. obiit. Condidit librum *Beit Joſeph*, & *Schulchan Aruch*, ut & librum *Ceſeph Miſna. Ganz pag. 156.* vocat excellentem doctorem.

KARRO (Iſaac) Hiſp. Anno M. 5258. vixit. Scripſit *Toledot Iſaac.* Vid. *Ganz, p. 150.*

KATSCHIUS (Joh.) Hallenſis, exaravit librum de gubernanda ſanitate, Anno 1557. Vid. *Linden, pag. 364.*

KAUFMAN (Nic.) vulgari fecit coſmograph. & aſtronom. An. 1651.

KAVINA (Pet.) de legitimo tempore Paſchatis, Venet. Anno 1667. commentari aggreſſus eſt.

KAUTH (Matth.) JCtus, edidit proceſſum judiciarium, civilem, ſpeculativum, An. 1657.

KEARNÆUS (Barn.) Hibernus, obiit An. 1640. ætatis 75. Struxit Heliotropium ſive conciones tam de feſtis, quàm de dominicis, quæ in ſolari totius anni curſu occurrunt, An. 1622. Vid. *Alegambe, pag. 55.*

KECHELIUS (Sam.) inſignis aſtronomus eſſe prædicatur.

KECKERMANNUS (Bart.) Dantiſcanus, natus eſt An. 1571: obiit An. 1609. Heidelbergæ linguam hebræam docuit: deinde Dantiſcum in patriam vocatus eſt, ubi juvenes in philoſophicis inſtruere cœpit. Condidit ſyſtema logicæ, phyſicæ, ethicæ, metaphyſicæ: diſputationes politicas: præcognita philoſophiæ: ſyſtema Theologiæ, &c. Opera ejus omnia 12. voluminibus diſtincta prodierunt, Colon. Anno 1611. Vid. *Zeillerus part. 2. ſcr. hiſt. pag. 80. Voſſius de hiſt. Græc. pag. 223.*

KEDNADON (Pal.) ſcripſit de unione perſonali duarum naturarum in Chriſto, Genev. An. 1583.

KEGELIUS (Phil.) tractavit de miſeria humanæ conditionis, An. 1603.

KEIARA (Sim.) Jud. An. Chr. 740. vixit. Reliquit חלכות גדולות.

KELLÆJUS (Edoard.) de lapide philoſophorum, Anno 1676. ſcribere aggreſſus eſt.

KELLENBENTZ (Barth.) JCtus, librum de renunciatione ſucceſſionum, Anno 1624. elaboravit.

KELLERUS (Adam.) JCtus, ſcripſit de jure ſuccedendi ab inteſtato, Anno 1618: item, tres libros de officiis juridicopoliticis, An. 1608.

KELLERUS (Jac.) Seckingenſis Rauracus, Anno 1631. ætat. 63. obiit. Reliquit papatum catholicum, Ajacem Volradi Bleſſii, &c. Vid. *Alegambe, pag. 203.*

KELLETUS, Anglus, miſcellanea edidit.

KELLINGHAUSEN (Chriſt.) Hamburg. exequias Joh. Ranzovii ſcripto celebravit. Extat apud *Sim. Schardium vol. 3. Germ. ſcript. pag 80.*

KELLISONUS (Matth.) Anglus, Anno 1611. floruit. Struxit 8. libros de nova Anglorum religione.

KELLNER (Henr.) exaravit chronicon Venetiarum, An. 1574.

KEMERUS (Paulus) ſcripſit de verbo DEI & Cœna Domini, An. 1578.

KEMNITZIUS (Bogisl. Phil.) edidit Anno 1648. partem 1. hiſtoriæ belli, à Rege Sueciæ in Germania geſti, teſte *Zeillero.* Vide, CHEMNITZ.

de KEMPIS (Thomas) cognomine Malleolus, Belga, profeſſione canonicus regularis, An. 1471. obiit, ætatis 91. ut in ejus vita operibus præfixa legitur. Reliquit dialogos, ſermones & epiſtolas. Eidem opuſculum de imitatione Chriſti vulgò tribuitur: alii tamen malunt id Johanni Abbati de Gerſen adſcribere. Ita enim *Bernhardinus Riſſintolus:* Johannes (inquit) Abbas de *Geſſen* (vel de *Gerſen*) ſcripſit aureum illum libellum de contemtu mundi & Chriſti Imitatione, qui Inſcribitur propter nominis ſimilitudinem Gerſoni: & ab aliis propter ſtili & phraſeos formulas tribuitur Thomæ de Kempis. Ita habetur in perantiquo MS. quod in monaſterio Aronenſi reliquum eſt. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. diſſ. de S. E pag. 441. Sweertius, pag. 695. Ghilinus, 2. pag. 232. Olearius, pag. 456.*

KEMPIUS (Corn.) Friſius, Anno 1587. obiit, relicto opere de origine & geſtis Friſiorum. Vid. *Sweertius, pag. 189.*

KEMPIUS (Mart.) hiſtoriographus Brandenburgicus, compoſuit libellum de oſculo, Anno 1665: item, Theologicam Anglorum bibliothecam, Anno 1677. in 4.

KENCKELIUS (Steph.) tractavit de hæreſi Novatiana, An. 1651.

KENDALL (G.) Anglus, ſcripſit de univerſali redemtione contra *J. Godwinum.*

KENICIUS (P.) Botnienſis, Havenreſeri locos in compendium redegit. Vid. *Scheferus in Upſalia, pag. 227. 402.*

der KENNIS (Ignatius) inter eximios Theologos à *Caramuele* refertur. Vide, DERKENNIS.

KENTMANNUS (Joh.) Miſnenſis, medicus, Anno 1563. claruit. Scripſit librum de peſte: item, alium de calculo. Vi[de] *Quenſtad. pag. 225.*

KEPLERUS (Joh.) Anno 1617. claruit. Prodierat è ſchola *Mæſtlini*, quem audi[verat] erat Tubingæ. Rudolfi, Matthiæ & Fer[]dinandi, trium Impp. mathematicu[s] fuit. Volumen condidit de motibu[s] ſtellæ Martis: librum de cometis: nec non ephemerides: item, tabulas Rudolfinas, & diſſertationem de nuncio ſi[]dereo. Extant etiam ejus optica aſtrologica: eclogæ chronicæ: liber de ver[o] anno nativitatis Chriſti. *Thomas Lanſ[ius] in Mantiſſa orat. pag. 792.* memorat Keplerum aliquando à ſe rogatum, quem ex editis à ſe libris loco digniore tur præcipuo, primatum dediſſe Myſterio coſmographico, teſtatum, in illo ſcripto quinque corporum regularium ſublime ſecretum tot ſeculis abſcondi[]tum pandi: inventum autem illud, cùm adhuc recens eſſet, tanti ſe feciſſe ut, ſi eodem tempore Saxoniæ electoratus ſibi dono oblatus fuiſſet, addita con[]ditione, alterutrum, aut donum aut in[]ventionē repudiandi: ampliſſima & tot metallorum copiis fæta provincia ce[]dere, quàm invidenda & perpetuam gloriam ſecum ductura inventione ca[]rere maluerit.

KEPLERUS (Lud.) methodum conciliandarum ſectarum in medicina, An. 1648 adornavit.

KERBEECHIUS (Ant.) Lovanienſ. Anno 1602. vixit. Vitam Tereſiæ literis man[]davit.

KERCHOVIUS (Pet. Paul.) Dunkerkanus, Anno 1566. floruit. Guicciardinum latinè vertit.

KERCKOVIUS (Jodocus) compoſui[t] comœdias & tragœdias.

KERCKOVIUS (Simon) Gandenſis, An[no] 1625. obiit. Scripſit epinicion ſive Bre[]dam reſtitutam: Theodoſium Impera[]torem: carmina, &c. Vid. *Sweertius, pag. 678. & Sanderus, pag. 118.*

KERCKRINGIUS (Theod.) medicus Batavus, edidit ſpicilegium anatomicum: item, chronographiam anthropogeniæ An. 1670. oſteogeniam, &c.

KERGERUS (Mart.) Lignicienſium ph[y]ſicus, de fermentatione, An. 1663. ſcri[]bere aggreſſus eſt.

de KE

de KERHUEL (Joh.) ideam eloquentiæ, Lond. An. 1673. vulgavit.

KERNERUS (Arn.) Lipſienſis, ſcripſit tetradem chymiatricam, An. 1618. Vid. *Linden, pag. 60.*

KERO, Monachus S. Gallus, reliquit interpretationem vocabulorum in regula S. Benedicti occurrentiũ. Extat inter ſcriptores rerum Alemannicarum *Goldaſti.*

KERSBELLUS (Phil.) Gandavenſ. A. 1487. vixit. Confecit librũ de poteſtate papæ.

KESEMBROCH (Herm.) collegit catalogum epiſcoporum Paderbornenſium. Vid. *Thomaſius de plagio, §. 478.*

KESLERUS (Andr.) inſignis philoſophus & Theologus, natus eſt An. 1595: obiit A. 1643. Mortuo parentavit *Andr. Prucknerus.* Reliquit logicam & metaphyſicam antiphotinianam. Vid. *Spizelius in Templo Honoris p. 155. Heming. Witte in Theol. pag. 557.*

KESLERUS (Joh.) ſcripſit vitam *Joachimi Vadiani*: item, epiſtolam de Sanct-Gallenſi bibliotheca.

KESLERUS (Nicol.) compoſuit librum, titulo, Gemitus compeditorum, in quo oſtendit modum frangendi tentationes, An. 1674.

de KETAM (Joh.) Alemannus, edidit faſciculum medicinæ, Venet. A. 1495. Vid. *Linden, pag. 364.*

KETELAER (Vincent.) tractavit de aphthis, Lugd. An. 1672.

KETTELIUS (Andr.) Brugenſis, JCtus, complures orationes funebres, teſte *Sweertio*, habuit.

KETTLER (Engelbertus) JCtus, duas centurias deciſionum Oſtfriſicarum, A. 1675. edi curavit.

KETZELIUS (Adam) Bredanus, carmina Baſileæ vulgavit, An. 1556.

KEUCHENIUS (Rob.) *Sereni Sammonici* carmen *de medicina*, ut & *Frontinum* de aquæduct. eruditis notis illuſtravit. Extant & ejus poëmata heroica, An. 1670. in lucem edita.

KEULERUS (Pet.) hiſtoriam G. Spalatini in literas retulit.

KEYSER (Dan.) de conſtitutione Reſp. An. 1670. commentatus eſt.

KHRAISSER (Seb.) edidit inſtitutiones juris Romano-Bavarici, Anno 1646.

KHUNRATH (Conr.) medullam diſtillatoriam ſcripſiſſe perhibetur; Anno 1605.

KHUNRATH (Henr.) amphitheatrum ſapientiæ adornavit. A. 1607. claruit.

KIEFERUS (J. Georg.) ſcripſit de domo Habſpurgica, Anno 1672: item, de con. & deſtitutione imperatoris, Anno 1666.

KIENE (J. G.) tractavit de caſibus reſervatis, Conſtant. An. 1629.

KIESELBACH (Joh.) compoſuit calendarium Julianum generale, An. 1642.

KIFELIUS (Henr.) Antv. natus eſt Anno 1583. Elaboravit 3. libros ſilvarum. *Senecæ* tragœdiæ, *Thebaidi* dictæ, chorum & actum quintum adjecit. Vid. *Sweertius, pag. 331.*

KILIANUS (Corn.) Duflæus, Brabantus, An. 1607. obiit. Reliquit etymologicon Teutonicæ linguæ: venationes ferarum, &c. Carmina ejus leguntur *T. 3. Del. Belg. pag. 37.* Vid. *Sweertius, pag. 189.*

KILIUS (Georg.) paſtor Baldelſatenſis, A. 1610. innotuit. Nucleum evangeliorum & epiſtolarum dominicalium & refutationẽ objectionum Calvin. edidit.

KIMCHI (David) A. C. 1190. floruit. Condidit Grammaticam, quam מכלל nuncupavit: item, ספר שורשים, i. e. librum radicum. Vid. *Buxt. in Abbrev. pag. 156. Hedovill. T. 2. Ephem. pag 461.*

KIMCHI (Joſeph) expoſitiones compoſ. quas ejus filius, *David Kimchi, in commentariis ſuis Biblicis* crebrò allegare ſolet.

KIMCHI (Moſes) Davidis frater, edidit librum grammaticum, מהלך שבילי הדעת, i. e. profectionem per itinera ſcientiæ: item, תענוג נפש, i. e. oblectationem animæ. Vid. *Ganz in Z. D. pag. 139.*

KIMEDONCIUS (Jac.) Theologus Heidelbergenſ. An. 1596. obiit. Tractavit de verbo DEI ſcripto: de prædeſtinatione: item, de redemtione generis humani.

KINCK (Matth.) ſtruxit directorium ſacerdotale, An. 1662.

KINDERLING (Andr.) ſcripſit de enunciationibus modalibus, A. 1644.

KING (Joh.) Anglus epiſcopus, An. 1620. obiit. In Jonam cõmentatus eſt.

KINGSMILLUS (Thom.) librum concinnavit de ſcandalo Oxon. An. 1605.

KINSCHOT (Henr.) JCtus, collegit reſponſa, An. 1653.

KINSCHOT (Joh.) de Turnhout, JCtus, An. 1481. floruit. Extant ejus caſus breves ſuper totum jus civile.

KIPPINGUS (Henr.) edidit antiquitates Romanas: ſupplementum hiſtoriæ eccleſiaſticæ *Joh. Pappi*, An. 1661: exercitationes ſacras de ſcriptura Vet. & Nov Teſtamenti, An. 1665: item, exercitationes de operibus creationis, &c.

à KIRCHBERG (Car.) JCtus, ſcripſit de feudo ex pacto & feudo hæreditario, Anno 1616.

KIRCHERUS (Athanaſ.) Fuldenſis, Romæ linguas & philoſophiam profeſſus eſt. Eſt, ut ipſe de ſe ſcribit, vera artium & ſcientiarum ſimia: & nunc geometram agit, modo geographum, jam mechanicum & nautam, ſæpè magum & aſtronomum, ſubinde philoſophum & medicum, Imo Theologum. Scripſit de lingua Coptica vel Ægyptiaca: item, de arte magnetica. Edidit etiam obeliſcum Pamphylium: Oedipum: mundum ſubterraneum: Chinam: artem mathematicam: muſurgiam: artem magnam ſciendi: archetypon principis Chriſtiani, &c. Vid. *Alegambe, pag. 48. Hedovill. T. 2. Ephemer pag. 283. 341.*

KIRCHERUS (Conr.) Auguſtanus, collegit concordantias Biblicas Vet. Teſtam. Græcarum vocum, Hebræis correſpondentium, tomis 2, An. 1607. Extat ejuſdem tract. de uſu concordantiarum Gr. in S. Theologia, An. 1622.

KIRCHERUS (Henr.) ſtruxit libellum, quo oſtendit populis Septentrionalibus fidem, qua oporteat ſalvos fieri, A. 1673. Edidit etiam prophetiam Apocalypticam, An. 1676.

KIRCHMAIERUS (J. Caſp.) hexadem diſpp. Zoologicarum de Baſiliſco, Unicornu, Phœnice, Bethemoth, Leviathan, Dracone & Aranea emiſit, An. 1661: item, medullam oratoriam, Anno 1666.

KIRCHMAIR (Tob.) JCtus, confecit anatomen corporis Juris utriuſque, Anno 1608.

KIRCHMANNUS (Joh.) Lubecenſis, natus eſt An. 1575: obiit A. 1613. Compoſuit 4. libros de funeribus: item, librum ſingularem de annulis. Mortuum laudavit *Jac. Stolterfhotius.* Vid *Mart. Hanck. part. 1. de S. R. R. pag. 287. Henning. Witte in Philoſoph mem. pag. 516.*

KIRCHNERUS (Herm.) Heſſus, An. 1620. obiit. Poeſi inclaruit. Carmina ejus exhibet *T. 3. Delit. Germ. pag. 807.* Scripſit præterea de illuſtribus doctoribus, DC. abhinc annis publicè promotis. Vid. *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 197.*

KIRCHNERUS (Timoth.) A. 1586. vivere deſiit. Reliquit enchiridion Theologicũ. Vid. *Adr. Bejerus in Rect. Jenenſ. pag. 468.*

KIRCHOFFEN (Matth.) ſcripſ. tract. de infallibilitate Rom. eccleſiæ, Pragæ, An. 1666: item, geographicum orbis luſum, Anno 1659.

KIRCHOVIUS (Laur.) JCtus, emiſit 5. tomos conſiliorum, An. 1605. fol.

KIRSTENIUS (Mich.) Danus, phil. & med. Doctor in Hamburgenſi gymnaſio, h. t. claret. Compoſuit poëma in commendationem bibliothecæ Hamburgenſis, An. 1651. fol. *Vinc. Placcius in Anonymis p. 76.* vocat eum poëtam ſeculi noſtri facilè ſummum, & carmina ejus laudat ut veri ſpiritus poëtici nitorisq; pleniſſima. Vid. *Bartholinus in medicis poëtis, pag. 143.*

KIRSTENIUS (Pet.) Uratiſlavienſis, natus eſt A. 1577: obiit A. 1640. Arabicam linguam magnoperè excoluit, quòd eam medicinæ plurimum commodare exiſtimaret. In patria primum rectoris officio functus eſt: verum ſcholaſtici laboris pertæſus medicinã exercere cœpit. Unde illuſtriſſimo Sueciæ Cancellario, *Ax. Oxenſtirn* innotuit, qui aliquamdiu ejus opera uſus fuit. Hunc in Sueciam tandem ſecutus, medicinæ profeſſor in academia Upſalienſi factus eſt. In *Epitaphio* audit Polytropus, Polyhiſtor & Polyglottus celeberrimus. Mortuum celebravit *Joh. Loccenius.* Edidit Grammaticam Arabicam: decadem ſacram carminum Arabicorum: notas in evangelium S. Matthæi: librum de vero uſu & abuſu medicinæ, &c. Vid. *Henningus Witte, p. 125. Schefer. in Upſal. p. 136. & 443.*

KIRWITZER (Wenceſl. Pantaleo) An. 1626. obiit. Collegit obſervationes cometarum Anno 1618. in India orientali factas. Vid. *Alegambe, pag. 444.*

KISPENNINGIUS (Henr.) Venlovianus, A. 1584. floruit. Tractavit de meditatione mortis & variis conſolandi modis.

KISSELIUS (Phil.) Nilum myſticum, An. 1677. edi curavit.

KITSELIUS (Joh.) JCtus, ſynopſin matrimonialem: item, tract. de jure monetarum, An. 1632. elaboravit.

KLAMMERUS (Balth.) JCtus, promtuarium juris civilis feudalis publicavit.

KLEBITIUS (Wilh.) ſcripſit de buccella intincta, An. 1563.
KLEINFELDIUS (Nic.) edidit pathologiam, An. 1597.
KLEINIUS (Joh.) diſſertationes concinnavit, An. 1630.
KLEINSHMID (Joh.) JCtus, vulgavit præcognita juriſprudentiæ. An 1652.
KLEIST (Joh.) JCtus, ſtruxit conciones feudales.
KLENGELIUS (Chriſt.) An. 1662. claruit. Scripſit de lege regia: de ſepulcrorum privilegiis: de contractibus conſenſualibus, &c.
KLENCKIUS (Janus) collegit inſtitutiones juris naturalis & gentium, Anno 1664. Vid. *Hedovigius T. 2. Ephemer. pag. 40.*
KLESSELIUS adornavit olivam ſacrarum meditationum.
KLEPPISIUS (G.) condidit varia emblemata, An. 1616.
KLINGIUS (Melch.) JCtus, de jure connubiorum commentatus eſt, Anno 1559.
KLINGIUS (Zach. Laur.) edidit theſaurum Biblicum, An. 1645.
KLOBARDUS (Per.) Schoondyckius, An. 1539. claruit. Demoſthenis tres Olynthiacas latinè tranſtulit, teſte *Sweertio*.
KLOBIUS (Juſtus F.) exaravit hiſtoriam Ambræ, An. 1666.
KLOCKIUS (Caſp.) JCtus, 3. tomos conſiliorum collegit. Extat ejuſdem tract. de contributionibus & ærario.
KLOOT (Claud.) JCtus, edidit ſynopſin cauſarum criminalium, An. 1651.
KLOTZ (Steph.) ſtruxit Theologiam naturalem, Anno 1640.
KMICIC (Nicol.) Roxolanus, emiſit ſub alieno nomine tres libros Joſaphatidos ſeu martyrium Joſaphati Kuncewicz carmine heroico, Anno 1627. Vid. *Alegambe, pag. 353.*
KNAB (Melch.) Rapoltzellenſis, reliquit conſcientiæ amuſſim & arcam auream, Anno 1628. Videatur *Alegambe, pag. 341.*
KNATCHTBULL (Nortanus) Anglus, animadverſiones ſacras in Nov. Teſt. Lond. Anno 1659. edi curavit non contemnendas.
KNAUSTEN (Henr.) JCtus, artem notariatus elucubravit. Extat ejuſdem tragœdia Didonis, An. 1566. excuſa.

KNEIFF (J. Hugo) ſcr. de natura Theol. & DEI, Herbipol. An. 1644. in 8.
KNICHEN (Andr.) JCtus, de jure territoriali, An. 1603. commentatus eſt.
KNICHTUS edidit concordantias.
KNILLING (Raym.) condidit Tomum conceptuum prædicabilium, An. 1667.
KNIPSCHILD (Phil.) JCtus, de juribus & privilegiis civitatum imperialium, An. 1657: item, de fideicommiſſis familiarum nobilium, An. 1660. tractavit.
KNITTEL (Caſp.) emiſit propoſitiones mathematicas de luna paſchali, Uratiſlav. An. 1666.
KNOBLOCHIUS (Tob.) medicus, compoſuit inſtitutiones anatomicas, A. 1612. Extat ejuſdem tract. de lue venerea.
KNOPERUS (Alb.) Danus, JCtus, Anno 1573. ſcr. de jure emphyteutico.
KNOPKE (Adr.) Pomeranus, in epiſt. ad Romanos commentari aggreſſus eſt.
KNOXUS (Joh.) An. 1572. obiit. Reliquit hiſtoriam eccleſiæ Scoticæ, fol. Vide, CNOXUS.
KOBIERZIECHIUS (Stanisl.) Caſtellanus Gedanenſis, concinnavit comm. de luxu Roman. An. 1628. item, hiſtoriam Uladislai Principis, An. 1655. teſte *Zeillero*.
KOBIUS (Joh.) Hilperhuſanus Francus, An. 1661. obiit. Altdorfi primò philoſophiam, deinde juriſprudentiam profeſſus eſt. Habuit varias diſputationes philoſophicas (parſim editas. *Epitaphium* ejus tale legitur: Joh. Kob, Francus, U. J. & Philoſoph. D. Reip. Norimberg. conſiliarius, ad juſtitiam, humanitatem, concordiam, in docendo aſſiduitatem palm. An. Er. C. M.D.XC. natus, in nobili Altdorfina ſenior multisque profeſſionibus per XL. annos exercitatus, in cœleſtem tandem lætitiam excitatus piè cantando, ut plenus vitæ conviva, receſſit, 30. Jan. M.DC.LXI. anno ætatis LXXI. Vid. *Hennig. Witte in JCt. p. 364.*
KOCCIUS (Octav.) de intelligentiarum conſideratione Pariſ. Anno 1585. commentatus eſt.
KOCH (Caſp.) J.U.D. aſſeſſor Cameræ A. 1548. fuiſſe dicitur. Edidit ſub nomine *Juliani Magenhorſt* commentarium in ordinationem Cameræ imperialis, Anno 1601: item, centurias obſervationum Cameralium. Vid. *Placcius in Pſeud p. 221.*
KOCHEN (Joh. Frid.) ſcripſit de jure viciniæ, An. 1671.

KOCKERT (Jac.) edidit Scanderbegum, Lubecæ, An. 1643.

KOCKERTUS de re literaria optimè meruit indice ſuo Terentiano.

KOELLINUS (Conr.) Ulmenſis, Anno 1536. obiit. Edidit nonnulla contra *Lutherum*. Ejus comment. in t. 2. Thomæ Venetiis prodiit, fol. An. 1589.

KOELMANNUS (Jac.) inſtituit examen libri *Wolzogenii* de Scripturæ interprete, An. 1669.

KOHL (Andr.) JCtus, tractavit de ſervitiis & ſubfeudis, An. 1609.

KOHLHANS (Joh. Chr.) ſcripſ. de admirandis opticis, A. 1663.

KOHLHANS (Tob Lud.) librum de ſpiritu animali, An. 1658. elaboravit.

KOJALOWITZ (Alb.) Lithuanus, fertur ſcripſiſſe hiſtoriam Lithuanam, An. 1650. Item, elogia Impp. ex Auſtriaca familia. Vid. *Alegambe, pag. 9.*

KOIALOWITZ (Caſimirus Wijuck) collegit 60. modos ſacræ orationis, An. 1668. in 4.

KOLCZYCKI, Johannis III. Regis Poloniæ honorem XII. inſcriptionibus celebravit Cracoviæ, fol. An. 1675.

KÖLERUS (Joh.) JCtus, de jure emphyteutico commentarus eſt.

KOLMBERGERUS (Joh.) ſtruxit ſtatuam Mercurialem Theolog. A. 1662. in 4.

KOLNERUS (Joh.) Colbergenſis, confecit tractatum Jatromathematicum, ex thematis cœli ad horam decubitus erectione morbi alicujus naturam prænunciantem, An. 1618. Vid. *Linden, pag. 365.*

KOLTERUS (Chriſt.) librum titulo, Lux in tenebris, promulgavit, An. 1657.

KONGELSHOVIUS (Joh.) res Argentinenſium literis conſignavit.

KÖNIG (Chilianus) Zwiccavienſis, JCt. An. 1527. floruit. Edidit proceſſum juris Saxonici.

KÖNIG (Georgius) Ambergâ Palatinus, Pater meus deſideratiſſimus, natus eſt A. 1590: obiit A. 1654. Altdorfii Theologiam 38. annis profeſſus eſt. Reliquit Vindicias Locorum S. Scripturæ: item, Caſus conſcientiæ catecheticos. Extant etiam variæ ejus Diſputationes ſparſim editæ. Mortuo parentavit *Joh. Conr. Durrius.*

KÖNIG (Joh. Frid.) Theologiam poſitivam promulgavit, An. 1670.

KÖNIG (Joh. Wen.) JCtus, egit de differentiis utriuſque ſexus in jure, An. 1661.

KÖNIG (Reinhartus) politicam, 2. partibus conſtantem, edi curavit. Claruit Anno 1612.

à KÖNIGSEGG (Joh. Jac.) promtuarium Biblicum via concordantiali, An. 1672. compoſuit.

ab KÖNINCKSTEIN (Ant.) A. 1541. obiit. Condidit Monoteſſaron ex quatuor Evangeliſtis collectum. Vide, BRUCHIUS.

KOPPENIUS (Joh.) JCtus, deciſiones fol. An. 1663. edi fecit.

KOPPENIUS (Joh.) medicus, emiſit inſtitutiones medicinæ, Pragæ.

KORFEY, JCtus, de hypothecis ſcribere molitus eſt.

KORN (Henr.) ſcr. de Chriſto nato & paſſo, Monach. An. 1673.

KORNERUS (Herm.) Lubecenſis, monachus S. Dominici, Anno 1435. vixit. Ejus chronicon MS. Lubecæ aſſervari viri docti memorant.

KORNFELD (Theod.) diſpoſitiones Evangeliorum Dominicalium & Feſtorum, An 1675. emiſit.

KORNIUS (Henr.) eloquentiam ſacram adornavit, Monachii, An. 1673.

KORNMANNUS (Henr.) ſtruxit templum naturæ, Anno 1610: item, tract. de virginitate.

KORTHOLD (Chriſt.) Theologus, h. t. claret. Scripſ. de calumniis paganorum in Chriſtianos, An. 1668: item, de origine philoſophiæ barbaricæ. Adornavit etiam exercitationes in annales Baronianos.

KOTERITIUS (Janus) ſtromatea carminum elaboravit. Vid. *Tomus 3. Delit. Germ. pag. 819.*

KOTZEBURIUS (Joh.) edidit confutationem tertiæ partis *Becani*, An. 1629.

KOVACX (Georg.) librum de vera epilepſiæ dignotione, An. 1670. elaboraſſe traditur.

KOYTERUS (Volcherus) Gröningenſis, Norimbergæ vixit ibique praxin medicam exercuit. Reliquit tabulas de oſſibus & cartilaginibus teſte *Sweertio.* Vide, COYTERUS.

KOZAK (Joh Sophr.) à Prachien, Bohemus, tractat. de ſale: item, alium de hæmorrhagia compoſuit. Vid. *Linden, pag. 391.*

KRA-

KRAGIUS (Andr.) Ripenſis, medicus, natus eſt Anno 1558: obiit Anno 1600. Suſcepit defenſionem Rami. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 157. Bartholinus in Danis, pag. 5.*

KRAGIUS (Nic.) Vide, CRAGIUS.

KRAISERUS (Sebaſt.) JCtus, jus foreſti Romano-Bavaricum, Anno 1652. publicari fecit.

KRALLIUS (Theod.) Bohemus, Anno 1633. obiit, æt. 72. Reliquit Lutherum bicipitem in myſterio communionis ſub utraque ſpecie. Vid. *Alegambe, pag. 430.*

KRANICHFELD (Adamus Piſetzki.) Vide, CRANICHFELD.

KRANTZIUS (Alb.) Theologus & hiſtoricus, Anno 1517. obiit. Docuit primum in academia Roſtochiana: poſteà Hamburgi Lectoris Theologiæ officio functus ſacras literas profeſſus eſt ac publicis concionibus præfuit. Reliquit Metropolin: Saxoniam: Sueciam: Daniam & Norvegiam. Ineptus eſt *Bellarminus*, qui eum Bambergenſem facit, cum Hamburgenſis fuerit. In contexenda Metropoli Gobelini coſmodromio uſus eſt integrasque paginas inde deſcripſit. Videatur *Olearius in Abaco, pag. 15.*

KRAPTIUS (Joh. Wolf.) Moguntinus, ſtruxit tract. de vita producenda & reparanda juventute, Anno 1511. Vid. *Linden, pag. 401.*

de **KRASSIS** (Carolus) JCtus, ſcripſit de exceptionibus.

KRATZ (Joach.) JCtus, de remiſſionibus [illegible]torum, Anno 1629. commentari cœpit.

KRAVENDONUS (Franc.) *Joh. Feri* ſucceſſor, An. 1572. obiit. Edidit *Joh. Langeſpergii* ſermones. Vid. *Wadding. in S.O. M. pag. 121.*

KRAUSS (Pet. Panct.) emiſit ſynopſin de[illegible]um Saxonicarum *Carpzovii* in 8.

KRAUT (Georg.) Hagenoenſis, ſcripſit [illegible]rimentarium medicinæ. Vid. *Linden pag. 207.*

KREBS (Ph. H.) emiſit exercitium juridicopoliticum, de ligno & lapide, Anno 1671.

KREIGIUS (Rob.) ſcripſit de vera hiſtoria hiſtoriæ non veræ in Græcos & latinos.

KREIHINGIUS (Joh.) compoſuit emblemata ethicopolitica, Anno 1660. Item, poëtica apoſcholaſmata.

KREILINGIUS (Joh.) exſtruxit quadrigam diſciplinarum, An. 1669.

KREMBERG (Chriſt.) JCtus, tractavit de actionibus, An. 1622: item, de ſumptibus ſtudiorum, An. 1623.

KRENTZHEIM (Leonh.) Anno 1598. obiit. Vid. *Zeillerus part. 2. ſcr. hiſt. pag. 184.*

KRIEGSMANN (Chriſt.) pantoſophiam ſacroprofanam, Anno 1670: item, lib. de attrito per papas imperio, An. 1671. publicavit.

KRIEX (Juſtus) paravit animadverſiones in Boxhornium de trapezitis, An. 1658.

KRIGSOEDERUS (Holof.) reſponſionem ad epiſtolam *Caſauboni* adornavit Ingolſt. An. 1615.

KROMAYERUS (Hieron.) natus eſt An. 1610: obiit An. 1670. Scripſit Theologiam poſitivo-polemicam: item, notas in Apocalypſin. Vid. *Spitzelius in Templo Honoris, pag. 304.*

KROMAYERUS (Joh.) Theologus Vinarienſis, An. 1643. obiit. Reliquit harmoniam evangeliſtarum & examen libri chriſtianæ concordiæ. Vid. *Heming. Witte in Theol. pag. 622.*

KRÜGERUS (Oſw.) Prutenus, An. 1640. vixit. Compoſuit horologiographiam practicam: catoptrocauſtica: parallelohoroſcopa, &c. Videatur *Alegambe, pag. 361.*

KRUGERUS (Pet.) Boruſſus, profeſſor mathematum Dantiſcanus, multa in matheſi opuſcula edidit; quæ ipſum à mortalitate vindicant.

KRUGOTIUS, in Apocalypſin commentatus eſt, An. 1625.

KRULL (J.G.) tractavit de regali monetarum jure, 1667.

KRZISTANOWIC (Staniſl.) ſcripſit de ſtatu regni Poloniæ, An. 1606.

KUBACH (Quirinus) ſtruxit 3. centurias quæſtionum politicojuridicarum, An. 1615. Extant ejuſdem Brocardica, Anno 1616. edita.

KUCHELIUS (Joh.) edidit obſervationes Chymicas, Lond. An. 1677.

KUCHLINUS (Joh.) Anno 1606. penè ſexagenarius obiit. Habuit diſpp. Theologicas. Vid. *Meurſius in Ath. Batav. pag. 182.*

KUHN (Andr.) exaravit vindicias contra *Ch. Frid. Crellium*, An. 1671.

KUHN (Joach.) Gryphisw. edidit animadverſiones in *Pollucem*, Argent. Anno 1676.

KUHN (Paulus) Poſnanienſis, An. 1633. vixit. Erexit tropheum regale Uladiſlao Cracoviam ingredienti. Vid. *Alegambe, pag. 367. Placcius, pag. 179.*

KULPIS (J. B.) edidit diſcurſus mentis Theologicæ, Anno 1669. Vide, CULPISIUS.

KUNADUS (Andr.) Dobelenſis, natus eſt An. 1602: obiit An. 1662. Wittebergæ Theologiam docuit. Struxit collegium in epiſt. ad Gal. item, compendium Locor. Theolog.

KUNÆUS (Andr.) ſcripſit de puncto diſcrepantiæ inter Lutheranos & Calvinianos, An. 1664.

KUNOWITZIUS (Joh. Bernh.) lib. Baro Moravus, carmina pangere non erubuit. *Joh. Petrus Lotichius, part. 4. B. P. pag. 147.* Inveni (inquit) illuſtrem vatem non ſemel, ſed crebrius expeditos aliquot verſiculos facili & polita vena in chartam conjicientem: quibus recitatis non autor ipſe tantum, ſed & auditores adſtantes ſingulari animi perfundebantur voluptate.

KURICE (Rein.) Jus maritimum ſcripto exponere conatus eſt, An. 1667.

KUSCEWITZ (Sam.) ſcripſit de legatione Zbaraviana ad Ottomannum, Anno 1645.

KUSELIUS (Sal.) Itinerarium Ital. Germaniæ, &c. carmine expreſſit, An. 1617.

de KUYCK (Timannus) JCtus, annotationes ad Cravettam adſtruxit, Ultraject. Anno 1623.

KYBERUS (David) Argentinenſis, Anno 1553. obiit. Emiſit obſervationes grammaticas ad Threnos Jeremiæ.

KYBERUS (Elias) An. 1569. obiit. Argentinæ hebræam linguam docuit.

KYBLIN (Chriſtoph.) à Waffenburg, J.U.D. edidit opus differentiarum juris communis à Bohemico, An. 1663. Item, tract. de pœnitentia & mutatione voluntatis, An. 1675.

KYLLINGERUS (Jac. Wern.) ſcripſit de Ganerbiis caſtrorum, An. 1620.

KYNALOCHUS (Dav.) Scotus, carmen de hominis procreatione exaravit. Videatur *Tomus 2. Delit. Scot. pag.* [illegible] Item, de anatome & morbis internis, *Ibidem, pag. 38.*

KYPERUS (Alb.) Regiomontanus, edidit inſtitutiones phyſicas, An. 1[illegible] item, *ἀνθρωπολογίαν*, Anno 1650. [illegible] *Linden, pag. 13.*

KYRIANDER (Wilh.) Synd[illegible] Trevirenſis, annales Treviren[illegible] Anno 1603. compoſuit, qui ma[illegible] pretio habentur. Gravem & corda[illegible] ſcriptorem nonnemo nuncupat.

L.

LABADIE (Joh.) A. 1674. obiit. Edidit ſolennem fidei declarationem, An. 1672.

LABARDÆUS, ſcripſit de rebus Gallicis, An. 1673.

LABAT (Pet.) condidit 3. tomos in tertiam partem Thomæ, Toloſæ, An. 1658.

LABATA (Franc.) compoſuit apparatum concionatorium, Anno 1621. Vid. *Alegambe, pag. 125.*

LABBE (J. B.) Viennenſis, Anno 1633. ætatis 72. obiit. Ad prælum paratos habuit 7. tomos concionum. Vid. *Alegambe, pag. 224.*

LABBE (Petrus) Arvernus, Anno 1634. vitam & elogia Ludovici XIII. regis novo lyrici carminis modo decantavit. Vid. *Alegambe, pag. 386.*

LABBE (Phil.) Bituricus, An. 1674. obiit. Emiſit 2. tomos differtatio[illegible] ſcriptoribus eccleſiaſticis: ſp[illegible] væ bibliothecæ: tomos 2. bib[illegible] novæ; bibliographiam patrum [illegible] ſocietatis Jeſu in Francia: bibliothe[illegible] Janſenianam: vitam Claud. Gale[illegible] ſynopſin conciliorum; bibl[illegible] bibliothecarum: chronolog[illegible]am concordiam tomis 5. in fol. epi[illegible]ome chronologicam 5. voluminibus: [illegible] dignitatum Imperii Rom. &c. [illegible] *Thomaſius de plagio, §. 479. Boſius in* [illegible] *eccl. c. 2 pag. 17.*

LABBEUS (Carolus) compoſuit obſervationes in ſynopſin *Βασιλικῶν*, P[illegible] Anno 1606.

LABBITIUS (Jacobus) JCtus, collegit indicem ad leges Pandectarum, Anno 1616.

LABEO, diſciplinas *Tagetis* & *Bacchetidis* quindecim voluminibus explanavit: inquit *Fulgentius, pag. 148. Servius Honoratus, in Virgil.pag. 701.* Labeonem de diis animalibus allegat.

LABEO (Atticus) latinus poëta, *Cornuto* teſte, Homeri Iliadem & Odyſſeam ridiculè tranſtulit, verba potius, quàm ſenſum ſecutus. Ejus eſt ille verſus: *Crudum manducas Priamum Priamiq; piſinnos.* Labeonem iſtum *Perſius ſat. 1.v.4. & 50.* perſtringit.

LABEO (Antiſtius) JCtus, tempore Augu[illegible] floruit. Teſte *Pomponio in Enchirid.* ſtudiis plurimam operam dedit: & totum annum ita diviſerat, ut Romæ ſex menſibus cum Studioſis eſſet, ſex verò menſibus ſecederet & ſcribendis libris operam daret. Hominē fuiſſe liberi oris, *Tac[illegible]s in Annal. 3, 75. & Agellius 13, 12.* obſervant. *Papinianus,* cum aliquid Labeoni placuiſſe vult demonſtrare, *veteribus placuiſſe* dicit, ac ſi tota JCtorum antiquitas in ejus ſolius verba juraſſet. *Plinius l. 35.c.4.* in longa ſenectute ſuo tempore obiiſſe memorat. Quadraginta volumina reliquit. In *Indice Juſtinianeo* 8. libri πιθανῶν & decem libri poſteriorum [illegible]ecenſentur. *Feſtus Pompejus* in *ſiſtere* & *ſtercus*, etiam Labeonis commen[illegible]a[illegible]orum juris pontificii meminit. *Auguſtinus l.4.de civ.DEI,* eidem juris augurii c[illegible]gnitionem tribuit. Vid. *Guido Panzir[illegible]lus in JCt. 1, 23. Bertrandus, p. 58.*

LABE[illegible] Cornelius) libro de oraculo Apoll[illegible] Clarii à *Macrobio ſat.l.1.c.18.* allegat[illegible]r. *Idem Macrobius* ejuſdem faſtos, *L.1.[illegible]16.* & librum ejus de DIS Penatibus *l. 3.c.4.* citat.

LABEO [illegible]Quintus) teſte *Agellio 7, 15. &* 2[illegible], 1. de XII. Tabulis quædam protulit.

LABERHITTEL (Samuel) edidit ſapien[illegible] ſanctam, in meditationes per vitam [illegible] diſtributam, Pragæ. Claruit A. [illegible]

LAB[illegible]US (Decius) An.U.C.700. claruit. A[illegible]gatur ſæpè ab *Agellio, Chariſio, Nonio* &c. Elegantiſſimi verſus ejus, quos fecerat à Publ. Syro victus, apud *Macro[illegible]ium, Saturn.2,7.* leguntur. Sanctus *Hieronymus in chronico*, Olympiadis CLXXXIV. anno 2. obiiſſe autor eſt. Vid. *Glandorpius in Onom.p. 511. Manut. part.1.notar.in fam. epiſt. Cic.pag. 325.*

LABIENUS (Titus) hiſtoricus & orator, tempore Auguſti Imp. vivit. *Seneca in controv. pag. 221.* adeò liberæ linguæ fuiſſe tradit, ut à maledicendi rabie *Rabienus* vocatus fuerit. Edidit orationes & hiſtoriam. Scripta ejus ex ſenatuſconſulto abolita atque exuſta ſunt. Non tulit hanc contumeliam Labienus nec ſuperſtes eſſe ingenio ſuo voluit: ſed in monumenta ſe majorum ſuorum ferri juſſit atque ita concludi, veritus ſcil. ne ignis, qui nomini ſuo ſubjectus erat, corpori negaretur: non finivit tantum ſeipſe, ſed etiam ſepelivit. Hæc *Seneca. Suetonius* refert, Caligulam poſteà ſcripta Labieni requiri, in manibus eſſe lectitariq; permiſiſſe. Vid. *Voſſ. de nat. rhet. p. 105.*

LABITIUS (Jacobus.) Vide, LABBITIUS.

LACENIUS (Joh.) tractavit de periodo imperiorum, An.1633.

LACINIUS (Janus) Calaber, ſcripſit de lapide philoſoph. Venet. An. 1546.

LACHARES, Λαχάρης, Athenienſis, ſophiſta, Heracleonis diſcipulus, tempore Marciani & Leonis Impp. floruit. Exaravit librum de commate, colo & periodo: item, diſputationes, eclogas oratorias & hiſtoriam ſecundum Cornutum. Vid. *Suidas.*

LACHMAIER (Mich.) Germanus, Canonicus Patavienſis, parochiale curatorum, An. 1513. edi curavit.

LACHMUND (Frid.) Hildesheimenſis, Ὀρυκτογραφίαν Hildesheimenſem compoſuit, An. 1669: item, tractat. de ave Diomedea, An. 1675.

LACISIUS (Paulus) Veronenſis, Joh. Tzetzæ Chiliades latinè tranſtulit. Vid. *Simlerus.*

LACKNERUS (Chriſtoph.) edidit quæſtiones Juſtinianeas, An. 1617.

LACTANTIUS (L. Cælius) Firmianus, Arnobii diſcipulus, ſub Diocletiano Imp. & deinceps claruit. A Conſtantino Magno ſtudiis Criſpi Cæſaris præfectus erat. Nicomediæ rhetoricam docuit. Reliquit 7. libros Inſtitutionum divinarum; unum de ira DEI: & unū de opificio DEI. Juxta S. *Hieronymum* Ὁδοιπορικὸν carmine hexametro conſtruxit. Carmina de paſſione DOMINI, reſurrectione & paſcha-

ſchate, quæ Lactantio vulgò tribuuntur, *Voſſius Venantii Fortunati* eſſe judicat. Carmen de Phœnice hominis gentilis eſſe *Bellarminus* aſſeverat. *Ant. Galateus* plus elocutionis quàm eruditionis ei tribuit. In Lactantium *Joſephus Iſæus* Anno 1650. *Antoninus Thyſius* An. 1652. *Servatius Galleus* Anno 1660. commentati ſunt. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 1. Rivetus Tom. 2. oper. pag. 1099. Olearius, pag. 284.*

LACTANTIUS Placidus. Vide, LUTATIUS.

de LACU (Robert.) Gandenſis, JCtus, An. 1483. obiit. Illuſtrationes inſtitutionum juris una cum dialectica legali vulgavit. Vid. *Sweertius, pag. 659.*

à LACUNA (Andr.) Segobienſis, Anno 1535. claruit. Epitomen operum Galeni confecit, fol. Vid. *Simlerus.*

LACYDES, *Λακύδης*, Cyrenæus, Olymp. CXXXIV. inclaruit. In media Academia præceptori ſuo Arceſilao ſucceſſit, & ſummus *ἀκαταληψίας* defenſor extitit. Scholæ 26. annis juxta *Laërtium* præfuit.

LADERCHIUS (Joh.) JCtus, conſilia collegit An. 1600. fol.

LADESOU (Otho) occupationem adoleſcentis ſtudioſi, Monach. Anno 1644. compoſuit. Vid. *Alegambe, pag. 362.*

LADISLAUS (Joh.) ab *Henr. Salmuth, part. 1. comm. in Panciroll. pag. 94.* vir ſingularis eruditionis appellatur. Confer *eundem pag. 121. 329.*

LÆLIUS, JCtus, tempore Hadriani Imp. floruit. Videatur *Bertrandus in JCtis, pag. 284.*

LÆLIUS Felix, teſte *Agellio*, de comitiis tractavit.

LÆLIUS, poëta, citatur *Agellio 2, 24. Auſonio & Priſciano.* Vid. *Glandorpius in Onomaſt. pag. 516.*

LÆLIUS (Laurent.) Francus, Theologus, natus eſt An. 1572: obiit An. 1634. Edidit Scripturam loquentem: indicem hæreſium: criterium fidei, &c.

LÆLIUS (Lucius) de lue Sarmatica, A. 1600. ſcribere cœpit.

de LAET (Joh.) Antverpienſis, Anno 1649. obiit. Indiam occidentalem 18. libris illuſtravit. Ad diſſertationem *H. Grotii de origine gentium Americanarum* notas & reſponſionem repoſuit. Ejuſdem opera & ſtudio reſpublicæ & regna orbis præcipua prodierunt.

LAETIUS (Jacobus) Lovanienſis, encomium muſices oratione proſa adornavit.

LAETMATIUS (Herm.) de reſtauranda religione tractavit.

LÆTUS, *Λαῖτος*, à *Clemente Alexandrino l. 3. ςρωματ.* in *Φοινικικοῖς* allegatur.

LÆTUS (Calvidius) exaravit callipædiam, i. e. tract. de pulcræ prolis habendæ ratione, Lugd An. 1655.

LÆTUS (Eraſmus Mich.) Danus, Anno 1560. inclareſcere cœpit. Scripſit rerum Danicarum undecim libros carmine: Margareticorum, hoc eſt, de bello Gothico, libros decem: de re nautica libros quatuor: de republ. Norimbergenſium itidem quatuor. Extant ejuſdem Bucolica. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 109. Bartholinus in Danis, pag. 40.*

LÆTUS (G.) Moravus, Anno 1642. obiit. In converſionem S. Pauli commentatus eſt.

LÆTUS (Johannes) condidit compendium hiſtoriæ eccleſiaſticæ, An. 1642.

LÆTUS (Pomponius) Italus, Anno 1480. claruit. Alias *Petrus Calaber* dictus erat, è nobili familia Sanſeverinate, ſed haud legitime natus. Cum ejus pabro nihil præter antiquitatem ſa[illegible] & Chriſtiani nominis & eccleſi[illegible] antiquitatis contemtor eſſet, *Junius Pomponius Lætus*, & fortaſſe (ſi ejus ſunt [illegible] in *Maronem* commentarii) *Pomponius Sabinus* nominari maluit. Vid. *V[illegible] l. 4. Inſt. Rhet. c. 12. §. 2.* Vitam ejus [illegible] *M. Ant. Maurocenus.* Edidit p[illegible] de arte grammatica, mirâ v[illegible] redolentia: arguuntque planè [illegible]s ſtudium, quod in recognoſce[illegible] veſtare præcipuè fuit occupatum. V[illegible] *Autor dialogi de Lat. ling. reparat. pag. 113. Eraſmus in Ciceroniano pag.* [illegible] Pomponius Lætus elegantia Romani ſermonis contentus nihil affectavit ultrà. Vide, POMPONIUS.

LÆVIUS, poëta antiquus, fabulam edidit, quam *Centauros* inſcripſit. Idem *[illegible] ſyna* compoſuit. Nomen ej[illegible] *lejo in apologia Voſſius* reſtituit & L[illegible] inde ejicit.

LÆUS, contra Eraſmum ſtilo pugnavit.

LAGALLA (Jul. Cæſar) Neapplitanus, Anno

Anno 1612. floruit, & 33. annos in gymnaſio Romano philoſophiam & medicinam docuit. Condidit librūm de immortalitate animorum & philoſophica multa, quorum magna pars ab ipſo commiſſa eſt *Leoni Allatio*, qui vitam ejus elegantiſſimo ſermone expreſſiſſe dicitur.

LAGNEUS (David) collegit harmoniam philoſophico-chymicam, An. 1611.

LAGUS (Conradus) JCtus, Anno 1546. obiit. Extat ejus methodica Juris tractatio, Lovanii impreſſa.

LAGUS (Daniel) ſcripſit de peccato originis contra *Wendelinum*, Anno 1674.

LAIDRADUS, Noricus, tempore Caroli Magni claruit. Reliquit epiſtolas. Carmen ejus conſolatorium ad ſororem in funere filii & fratris Lipſiæ vulgavit *A. Rivinus*, An. 1653. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 285.*

LAINGÆUS (Joh.) Scotus, de moribus hæreticorum noſtri temporis in peculiari ſcripto diſſeruit Pariſiis edito, Anno 1581.

LAIRVELLIUS (Servat.) Soignienſis Hanno, edidit opticam regularium, An. 1603. teſte *Swertio*.

LAKUS (Arthurus) Southatonienſis, Anno 1626. obiit. Scripſit in Exodi c. 19.

LALAMANTIUS (Joh.) Hæduus, ſtruxit libellum de ptiſana ſui temporis, Anno 1578: tractatum de Anno, Anno 1571. Tranſtulit etiam Hippocratem de partu octimeſtri & ſeptimeſtri.

LALEMANDET (Joh.) Burgundo Sequanus, jubilatus profeſſor Viennæ, Anno 1644. claruit. Edidit curſum Philoſophicum: ité, curſum Theologicum, A. 1656.

LALLIUS (Joh. Bapt.) Nurſinus, viridarium practicabilium materiarum in utroq; Jure occurrentium ordine alphabetico concinnavit. Quadrageſimo ætatis ſuæ anno audiendi facultate carere cœpit: unde neceſſe habuit parva tubâ, ex argento facta auribusq; admota, voces loquentium excipere. Videatur *Nicius Erythræus, part. 1. Pinacoth. pag. 131.*

LALOVERA (Ant.) de quadratura circuli Lugd. Anno 1651. ſcribere inſtituit.

LAMACHUS, Λάμαχος, Myrenæus, *Mallincrotio, pag. 72.* memoratur.

LAMAS (Hieron.) Hiſp. An. 1610. obiit, relicta methodo curationis animorum, Madriti impreſſa, An. 1599.

LAMAZZERES (Thomas) curſum philoſophicum, Pariſ. An. 1670. in 4. edi curavit.

LAMBARDUS (Guil.) Anglus, vulgavit archæonomiam, Lond. A. 1568.

LAMBECIUS (Per.) Hamburg. natus eſt An. 1628. Præeſt Bibliothecæ Auguſtæ, quæ eſt Viennæ. Condidit 2. libros rerum Hamburgenſium: ſex tomos bibliothecæ Viennenſis: prodromum lucubrationum criticarum in Agellium: ſyntagma originum & antiquitatum Conſtantinopolitanarum: prodromum hiſtoriæ literariæ: axiomata politica, &c. In catalogo propriorum ſcriptorum multa adhuc alia egregia promittit opera, quæ ut propediem edantur, ſummum virorum doctorum omnium eſt deſiderium.

LAMBERMONTIUS (Lud.) emiſit Aceſtoriadem, Londini, An. 1654.

LAMBERTACIUS (Joh. Lud.) Bonon. JCtus, Anno 1400. obiit. *Bumaldus* ait, An. 1218. obiiſſe & compoſuiſſe ſtatuta civitatis Patavinæ. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 74.*

LAMBERTEGNUS (Steph.) JCtus, tractavit de contractibus eorum, quibus ſine certa ſolennitate contrahere permiſſum non eſt.

LAMBERTI (Archang.) edidit deſcriptionem Colchidis vel Mengreliæ.

LAMBERTINUS (Cæſ.) JCtus, emiſit tractatum de jure patronatus, Venet. Anno 1584.

LAMBERTINUS (J. Bapt.) Bononienſis, JCtus, Anno 1471. floruit. Scripſit de feudis.

LAMBERTINUS (Joh. Bapt.) Antverp. Anno 1625. claruit. Digeſſit regum Hiſpaniæ ſeriem. Videatur *Swertius. pag. 392.*

LAMBERTUS, Schafnaburgenſis, A. C. 1077. vixit nomenque ſibi rerum Germanicarum hiſtoriâ peperit. De eo ita *Scaliger in lib. de emend. Temp.* Miror (inquit) in ſeculo tam barbaro tantam hominis in loquendo puritatem & in temporum putatione ſolertiam fuiſſe, ut in chronologis noſtri temporis pudorem aliquem exprimere poſſit, ſi aliquem ſenſum harum rerum haberent. Vid. *Zeille-*

ſchate, quæ Lactantio vulgò tribuuntur, *Voſſius Venantii Fortunati* eſſe judicat. Carmen de Phœnice hominis gentilis eſſe *Bellarminus* aſſeverat. *Ant. Galateus* plus elocutionis quàm eruditionis ei tribuit. In Lactantium *Joſephus Iſæus* Anno 1650. *Antoninus Thyſius* An. 1652. *Servatius Galleus* Anno 1660. commentati ſunt. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſ. pag. 1. Rivetus Tom. 2. oper. pag. 1099. Olearius, pag. 284.*

LACTANTIUS Placidus. Vide, LUTATIUS.

de LACU (Robert.) Gandenſis, JCtus, An. 1483. obiit. Illuſtrationes inſtitutionum juris una cum dialectica legali vulgavit. Vid. *Sweertius, pag. 659.*

à LACUNA (Andr.) Segobienſis, Anno 1595. claruit. Epitomen operum Galeni confecit, fol. Vid. *Simlerus.*

LACYDES, Λακύδης, Cyrenæus, Olymp. CXXXIV. Inclaruit. In media Academia præceptori ſuo Arceſilao ſucceſſit, & ſummus ἀκαταληψίας defenſor extitit. Scholæ 26. annis juxta *Laërtium* præfuit.

LADERCHIUS (Joh.) JCtus, conſilia collegit An. 1600. fol.

LADESOU (Otho) occupationem adoleſcentis ſtudioſi, Monach. Anno 1644. compoſuit. Vid. *Alegambe, pag. 362.*

LADISLAUS (Joh.) ab *Henr. Salmuth, part. 1. comm. in Pancirol. pag. 94.* vir ſingularis eruditionis, appellatur. Confer *eundem pag. 121. 329.*

LÆLIUS, JCtus, tempore Hadriani Imp. floruit. Videatur *Bertrandus in JCtis, pag. 284.*

LÆLIUS Felix, teſte *Agellio*, de comitiis tractavit.

LÆLIUS, poëta, citatur *Agellio 2, 24. Auſonio & Priſciano.* Vid. *Glandorpius in Onomaſt. pag. 516.*

LÆLIUS (Laurent.) Francus, Theologus, natus eſt An. 1572: obiit An. 1634. Edidit Scripturam loquentem: indicem hæreſium: criterium fidei, &c.

LÆLIUS (Lucius) de lue Sarmatica, A. 1600. ſcribere cœpit.

de LAET (Joh.) Antverpienſis, Anno 1649. obiit. Indiam occidentalem 18. libris illuſtravit. Ad diſſertationem *H. Grotii de origine gentium Americanarum* notas & reſponſionem repoſuit. Ejuſdem opera & ſtudio reſpublicæ & regna orbis præcipua prodierunt.

LAETIUS (Jacobus) Lovanienſis, encomium muſices oratione proſa adornavit.

LAETMATIUS (Herm.) de reſtauranda religione tractavit.

LÆTUS, Λαῖτος, à *Clemente Alexandrino l. 3. ſtromat.* in Φοινικικοῖς allegatur.

LÆTUS (Calvidius) exaravit callipædiam, i. e. tract. de pulcræ prolis habendæ ratione, Lugd An. 1655.

LÆTUS (Eraſmus Mich.) Danus, Anno 1560. inclareſcere cœpit. Scripſit rerum Danicarum undecim libros carmine: Margareticorum, hoc eſt, de bello Gothico, libros decem: de re nautica libros quatuor: de republ. Norimbergenſium itidem quatuor. Extant ejuſdem Bucolica. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 109. Bartholinus in Danis, pag. 40.*

LÆTUS (G.) Moravus, Anno 1642. obiit. In converſionem S. Pauli commentatus eſt.

LÆTUS (Johannes) condidit compendium hiſtoriæ eccleſiaſticæ, An. 1642.

LÆTUS (Pomponius) Italus, Anno 1480. claruit. Alias *Petrus Calaber* dictus erat, è nobili familia Sanſeverinate, ſed haud legitime natus. Cum ejus palato nihil præter antiquitatem ſaperet & Chriſtiani nominis & eccleſiaſticæ antiquitatis contemtor eſſet, *Junius Pomponius Lætus*, & fortaſſe (ſi ejus ſunt ... in *Maronem* commentarii) *Pomponius Sabinus* nominari maluit. Vid. *Voſſius l. 4. Inſt. Rhet. c. 12. ſ. 2.* Vitam ejus [illegible] *M. Ant. Maurocenus.* Edidit præcepta de arte grammatica, mirâ vetuſtatè redolentia: arguuntque planè hominis ſtudium, quod in recognoſcenda vetuſtate præcipuè fuit occupatum. Vid. *Autor dialogi de Lat. ling. reparat. pag. 403. Eraſmus in Ciceroniano pag. 561.* Pomponius Lætus elegantia Romani ſermonis contentus nihil affectavit ultrà. Vide, POMPONIUS.

LÆVIUS, poëta antiquus, fabulam edidit, quam *Centauros* inſcripſit. Idem *erotopægnia* compoſuit. Nomen ejus *Apulejo in apologia Voſſius* reſtituit & *Lælium* inde ejicit.

LÆUS, contra Eraſmum ſtilo pugnavit.

LAGALLA (Jul. Cæſar) Neapolitanus,

Anno

Anno 1612. floruit, & 33. annos in gymnaſio Romano philoſophiam & medicinam docuit. Condidit librum de immortalitate animorum & philoſophica multa, quorum magna pars ab ipſo commiſſa eſt *Leoni Allatio*, qui vitam ejus elegantiſſimo ſermone expreſſiſſe dicitur.

LAGNEUS (David) collegit harmoniam philoſophico-chymicam, An. 1611.

LAGUS (Conradus) JCtus, Anno 1546. obiit. Extat ejus methodica Juris tractatio, Lovanii impreſſa.

LAGUS (Daniel) ſcripſit de peccato originis contra *Wendelinum*, Anno 1674.

LAIDRADUS, Noricus, tempore Caroli Magni claruit. Reliquit epiſtolas. Carmen ejus conſolatorium ad ſororem in funere filii & fratris Lipſiæ vulgavit *A. Rivinus*, An. 1653. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 285.*

LAINGÆUS (Joh.) Scotus, de moribus hæreticorum noſtri temporis in peculiari ſcripto differuit Pariſiis edito, Anno 1581.

LAIRVELLIUS (Servat.) Soigrienſis Hanno, edidit opticam regularium, An. 1603. teſte *Sweertio.*

LAKUS (Arthurus) Southatonienſis, Anno 1626. obiit. Scripſit in Exodi c. 19.

LALAMANTIUS (Joh.) Hæduus, ſtruxit libellum de ptiſana ſui temporis, Anno 1578: tractatum de Anno, Anno 1571. Tranſtulit etiam Hippocratem de partu octimeſtri & ſeptimeſtri.

LALEMANDET (Joh.) Burgundo Sequanus, jubilatus profeſſor Viennæ, Anno 1644. claruit. Edidit curſum Philoſophicum: ité, curſum Theologicum, A. 1656.

LALLIUS (Joh. Bapt.) Nurſinus, viridarium practicabilium materiarum in utroq; Jure occurrentium ordine alphabetico concinnavit. Quadrageſimo ætatis ſuæ anno audiendi facultate carere cœpit: unde neceſſe habuit parva tubâ, ex argento facta auribusq; admota, voces loquentium excipere. Videatur *Nicius Erythræus, part. 1. Pinacoth. pag. 131.*

LALOVERA (Ant.) de quadratura circuli Lugd. Anno 1651. ſcribere inſtituit.

LAMACHUS, Λάμαχος, Myrenæus, *Mallincrotio, pag. 72.* memoratur.

LAMAS (Hieron.) Hiſp. An. 1610. obiit, relicta methodo curationis animorum, Madriti impreſſa. An. 1599.

LAMAZZERES (Thomas) curſum philoſophicum, Pariſ. An. 1670. in 4. edi curavit.

LAMBARDUS (Gull.) Anglus, vulgavit archæonomiam, Lond. A. 1568.

LAMBECIUS (Pet.) Hamburg. natus eſt An. 1628. Præeſt Bibliothecæ Auguſtæ, quæ eſt Viennæ. Condidit 2. libros rerum Hamburgenſium: ſex tomos bibliothecæ Viennenſis: prodromum lucubrationum criticarum in Agellium: ſyntagma originum & antiquitatum Conſtantinopolitanarum: prodromum hiſtoriæ literariæ: axiomata politica, &c. In catalogo propriorum ſcriptorum multa adhuc alia egregia promittit opera, quæ ut propediem edantur, ſummum virorum doctorum omnium eſt deſiderium.

LAMBERMONTIUS (Lud.) emiſit Aceſtoriadem, Londini, An. 1654.

LAMBERTACIUS (Joh. Lud.) Bonon. JCtus, Anno 1400. obiit. *Bumaldus* ait, An. 1218. obiiſſe & compoſuiſſe ſtatuta civitatis Patavinæ. Vid. *Guido Panſirolus in JCt. 2, 74.*

LAMBERTEGNUS (Steph.) JCtus, tractavit de contractibus eorum, quibus ſine certa ſolennitate contrahere permiſſum non eſt.

LAMBERTI (Archang.) edidit deſcriptionem Colchidis vel Mengreliæ.

LAMBERTINUS (Cæſ.) JCtus, emiſit tractatum de jure patronatus, Venet. Anno 1584.

LAMBERTINUS (J. Bapt.) Bononienſis, JCtus, Anno 1471, floruit. Scripſit de feudis.

LAMBERTINUS (Joh. Bapt.) Antverp. Anno 1625. claruit. Digeſſit regum Hiſpaniæ ſeriem. Videatur *Sweertius. pag. 392.*

LAMBERTUS, Schafnaburgenſis, A. C. 1077. vixit nomenque ſibi rerum Germanicarum hiſtoriâ peperit. De eo ita *Scaliger in lib. de emend. Temp.* Miror (inquit) in ſeculo tam barbaro tantam hominis in loquendo puritatem & in temporum putatione ſolertiam fuiſſe, ut in chronologis noſtri temporis pudorem aliquem exprimere poſſit, ſi aliquem ſenſum harum rerum haberent. Vid. *Zeille-*

Zeillerus part. 1. Scr. Hiſt. pag. 130. & part. 3 pag. 212.

LAMBERTUS (Franc.) Avenionenſis, Anno 1528. claruit. Primò pontificius erat; poſtmodum Lutherum ſectatus fuit. Commentatus eſt in Canticum: in prophetas duodecim: in Lucam, Acta & Apocalypſin. Extat ejuſdem tractat. de cauſis excæcationis multorum ſeculorum. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 164.*

LAMBINUS (Dionyſius) Monſtrolienſis, An. 1572. vivere deſiit. Pariſiis literas humaniores, Græcamq; & latinam linguam interpretatus eſt. Commentarios in varios autores elaboravit, e. g. in Horatium, Lucretium, Corn. Nepotem, Plautum, &c. Carmina ejus habentur *T. 2. Delit. Gall. 385.* Vid. *Thuanus l. 52. Ghilinus vol 2. pag. 68. Tollius de Infel. lit. pag. 65. Thomaſius de plagio, §. 480.*

LAMECIUS (Adrianus) Henencurtius, Anno 1556. vixit. Pſalm. 26. notis exornavit.

LAMELIN (Eng.) Cameracenſis, duos libros de vita longa, An. 1628. exaravit.

LAMISCUS, Λαμίσκος, Samius, hiſtoriographus, *Palæphato in incredibilibus* memoratur.

de LAMONIERE (Joh.) Lugdunenſis, ſcripſ. de fluxu dyſenterico, An. 1626.

LAMONIUS (Petrus) inter poëtas nomen habere meruit. Vid. *Tomus 2. Delit. Gall. pag. 388.*

LAMORMAINUS (Guil.) ſtruxit vitam Ferdinandi II. Imp. Anno 1638. Coloniæ, in 12. Vid. *Alegambe, pag. 169.*

LAMORMAINUS (Henr.) Guilhelmi frater, Arduennas, Anno 1640. vixit. In vertendis libris Gallicis in linguam latinam maximè occupatus fuit. Vid. *Alegambe, pag. 175.*

LAMPADIO (C. Octavius) Grammaticus, à *Suetonio l. de claris Grammaticis* memoratur.

LAMPADIUS (Jacob.) ſcripſit de republ. Romano-Germanica, An. 1642.

LAMPADIUS (Joh.) tractavit de conciliis, An. 1614.

LAMPARTERUS (Henr.) ſcripſ. de præſtantia gratiæ DEI, Anno 1651. Vid. *Alegambe, pag. 176.*

LAMPIUS (Andr.) JCtus, ſtruxit libellum de ultimo diaboli fœtu.

LAMPOGNANUS (Auguſt.) Mediolanenſis, emiſit arborem Turrianæ propaginis, Anno 1642: item, tractatum de viſione per extramiſſionem radiorum.

LAMPRIAS, Λαμπρίας, Plutarchi filius, tabulam de patris ſui ſcriptis concinnavit, quemadmodum *Suidas* tradit.

LAMPRIDIUS (Ælius) vitas quorundam Augg. reliquit. Vixit tempore Conſtantini Magni. *G. Joh. Voſſius* eundem ſibi Ælium Spartianum atque Lampridium videri exiſtimat. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de Scr. R. R. pag. 141.*

LAMPRIDIUS (Bened.) Cremonenſis, verſibus ſe celebrem fecit. Romæ, deinde Patavii Græcas & latinas literas docuit. Tandem Mantuam vocatus & Frid. Gonzagæ filium in literis informare juſſus eſt. Obiit lateris dolore minimè ſenex. Reliquit odas eruditas & graves, ſed ob id plerisque minus jucundas, quòd *Pindari* curſum ſecutus inſolentior & durior latinis auribus evaſerit. Vid. *Jovius in Elog. numer. 99.* Carmina ejus occurrunt *T. 1. Delit. Ital. pag. 1271.* Confer *Simlerum.*

LAMPSONIUS (Dominicus) Brugenſis, Anno 1603. obiit. Carmine expreſſit typum vitæ humanæ ex tabula Cebetis, teſte *Sweertio, pag. 222.* Vid. *T. 3. Delit. Belg. pag. 44.*

LAMPUGNANUS (Hieron.) Mediolanenſis, JCtus, Romæ juriſprudentiam publicè & privatim profeſſus eſt. Edidit compendium introductionis ad inſtitutiones Juſtinianeas, de ratione ſtudendi in utroque jure. Plura de eo *Nicius Erythræus* habet *part. 2. Pinacoth pag. 123.*

LAMPUGNANUS (Jacob.) Mediolanenſ. Anno 1640. claruit. Orationem habuit, cui titulum fecit: JESUS inter tormenta DEUS. Vid. *Alegambe, pag. 205.*

LAMPUGNANUS (Pomp.) Lipſii notas in Tac. cum cod. Mirandulano contulit, Anno 1602. Vide, FREHERUS.

à LAMZWERDE (Joh. Bapt.) medicus, edidit exſpirationem reſpirationis Schwammerdamianæ, una cum anatomia Neologices *Joh. de Raei*: quibus adjecta eſt utriuſque philoſophiæ clavis, & mirabilis de carbonum, arenarum & lapillorum excretione per alvum & veſicam urinæque vomitu hiſtoria, Amſterd. An. 1674. in 8.

de LANA (Franc.) Jeſuita, edidit ſpecimen

men novarum quarundam inventionum, An. 1670.

de LANA (Joh.) An. 1330. floruit. Compoſuit quæſtiones de anima humana.

LANA (Lud.) JCtus, egit ex profeſſo de teſtamentorum materia. Extat *T. 8. Tr. tract.*

LANARIUS (Fulvius) edidit repetitiones feudales, Neapoli, An. 1630. fol.

LANCEANUS (Silv.) Montico eſlianus medicus, An. 1603. claruit. Scripſit librum de hydrope, quòd non ſemper fiat ab hepate: item, de molæ generatione & cura: ut & de fœtus formatione. Vid. *Linden, pag. 546.*

LANCELLOTUS (Auguſtinus) de opere ſex dierum, Romæ, fol. A. 1639. commentari inſtituit.

LANCELLOTUS (Joël) exaravit epiſtolam ad naturæ curioſos, An. 1672.

LANCELLOTUS (Joh. Paul.) inſtitutiones juris canonici Anno 1650. edi curavit.

LANCELLOTUS (Rob.) JCtus, de attentatis: item, de in integrum reſtitutionibus ſcribere aggreſſus eſt.

LANCELLOTUS (Secundus) Peruſinus, An. 1643. obiit. Reliquit ingens variumq; opus de re nautica.

LANCILOTTUS (Cornel.) Mechlinienſis, An. 1622. vivis exceſſit. Compoſuit nectar & antidotum confectum ex medulla operum S. Auguſtini. Videatur *Sweertius, pag. 190. Ghilinus, vol. 2. pag. 61.*

LANCILOTTUS (Curius) Ferrariæ docuit. A nonnullis inter Grammaticæ latinæ ſcriptores refertur. Vid. *Thomaſius de plagio, ſ. 481.*

LANCILOTTUS (Henr.) Mechlinienſis, Anno 1643. obiit. Mortuum laudavit *Joh. Mantelius.* Struxit hæreticum *quare* per Romano-Catholicum *quia* ſolutum. Videatur *Valer. Andreæ in Faſt. Lov. pag. 137. Ghilinus, loc. cit. Sweertius, pag. 332.*

LANCITIUS (Nicol.) ſcr. de gradibus profectus in virtutibus, Antv. A. 1641. Vid. *Alegambe, pag. 354.*

LANCIUS (Joh. Car.) tractavit de febribus & ſymptomatibus, Bononiæ, Anno 1667.

à LANDAS (Carolus) Tornacenſis, JCtus, de procuratoribus Anno 1591. commentatus eſt.

LANDINUS (Chriſtoph.) Florentinus, Anno 1510. floruit. Condidit quæſtiones Camaldulenſes, in quarum l. 1. agit de vita activa & contemplativa: in 2. de ſummo bono: in 3. & 4. de allegoriis apud Virgilium. Extant etiam ejus obſervationes in Horatium. Fertur etiam Livium & Plinium in Italicam linguam tranſtuliſſe. *Autor Apologiæ pro poëtis Lat.* apud *Giſan. pag. 506.* Nec poſtremus fuiſſet hoc in negotio (commentandi) Chriſt. Landinus, niſi in Virgilii operum expoſitione omnes poëtæ ſenſus ad futiles conjecturas reducere voluiſſet: quas dum undique aucupatur, à commentandi munere ad allegorias eliciendas tanquam ab equis ad aſinos ſæpiſſimè deſcendit: & eandem fabulam perpetuo quodam tenore velut data opera occinit. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 42.*

LANDMETERUS (Laur.) Tornacenſis, emiſit encomium veritatis, Anno 1645: item, tres libros de clerico, monacho & clerico-monacho, An. 1635. in 4.

LANDONIUS (Ant.) curſum philoſophicum 4. voluminibus, Toloſæ, An. 1672. complexus eſt.

LANDRIANUS (Bernh.) duo volumina de partu virginis conſcripſit: item, additiones in practicam *J. P. de Ferrariis*, Venet. Anno 1496. fol. Vid. *Linden, pag. 104.*

de LANDSCHERE (Marius) ſalutarem hominis Chriſtiani exercitationem, A. 1661. typis mandavit.

LANDUCCIUS (Ambr.) edidit ſilvam ſacram Ilicetanam.

LANDULFUS, ſenior, An. 1080. claruit. Chronicon texuit.

LANDULFUS, junior, à S. Paulo, Anno 1136. vixit & hiſtoriam rerum Mediolanenſium literis conſignavit.

LANDULFUS (Blaſ. Cæſ.) Ticinenſis, medicus, tractavit de curis febrium. Vid. *Linden, pag. 105.*

LANDUS (Alex.) Veronenſis, An. 1537. floruit. Videatur *Chioccus in Veron. pag. 129.*

LANDUS (Baſſianus) Placent. An. 1562. occiſus eſt. Reliquit barbaromaſtigem: jatrologium: comment. in artem parvam Galeni: paraphraſin in Ariſtotelem de animalibus. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 38.*

LANDUS (Conſtant.) Placent. edidit methodum de tuenda bona valetudine, Anno 1557: item, explicationes in vetera Romanor. numiſmata, Lugd. Anno 1560. Vid. *Hanckius, part. 2. de hiſt. R.R. pag. 137.*

LANFRANCHINUS (Chriſt.) Veronenſ. JCtus, tractavit de præcedentia doctorum & militum. Extat *Tomo 18. Tract. tract.*

LANFRANCUS, Cantuarienſis epiſcopus, Anno 1089. obiit. Exaravit librum de veritate corporis Domini in euchariſtia. Fertur etiam ſcripſiſſe in Pſalmos & epiſtolas Paulinas. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 6. Seldenus de Synedr. pag. 538. Olearius, pag. 286.*

LANFRANCUS, Mediolanenſis, edidit chirurgiam magnam & parvam.

LANFRANCUS (Jafredus) JCtus, ſcripſit repetitiones, quæ prodierunt Anno 1488. fol.

LANFRANCUS (Thomas) JCtus, ſtruxit practicam judiciariam ſuper cap. quoniam, de probationibus, Colon. Anno 1592.

LANGBAINIUS (Gerh.) Dionyſium Longinum περὶ ὕψους cum verſione & notis, Oxonii, Anno 1636. edidit. Erat homo Græcè doctiſſimus.

LANGEBECK (Detl.) JCtus, collegit explicationes in leges aliquot difficiles, Anno 1609.

LANGEN (Nicol.) ſcripſit in inſtituta, An. 1627.

LANGENIUS (Pet.) Anno 1556. floruit. Exhortationem ad virtutem adornavit carmine elegiaco. Videatur *Sweertius, pag. 622.*

LANGENMANTELIUS (Hieron. Ambr.) compoſuit dictionarium mathematicum, A. 1670. item, dictionarium pantoſophicum, An. 1672.

LANGER (Joh.) ſcripſit de cenſibus ſub titulo reemtionis.

LANGERFELD (Adrianus) edidit verum hominem politicum, An. 1673.

LANGERMANNUS (Lucas) Hamburgenſis, Anno 1658. claruit. *Iſaac Voſſius in comment. ad Melam, pag. 129.* vocat Juvenem doctiſſimum. Collegit varias Græcas antiquitates. *Reineſius in epiſt. ad Daumium, pag. 148.* Anthologiam (inquit) novam e codd. Vaticanis, adjectis multis ineditis epigrammatis, propediem dabit Lucas Langermannus, Hamburgenſis, qui *Nicolao Heinſio* in Italia hactenus comes adhæſit. Idem Theocritum & Anacreontem, in quibus multum operæ poſuit, primum dabit. *Hæc ille.*

LANGERUS (Joh.) de Polckenhayn, Sileſius, An. 1500. vixit & calendarium aſtronomicum fatidicum ab A. C. 1500. uſque ad An. 1830. compoſuit. Ejus editionem promiſit *P. Lambecius.*

LANGHAMUS (Regin.) Anglus, Anno 1410. claruit. Vir erat acuti & nonnihil contentioſi ingenii. Contra illum varii & ille viciſſim contra varios ſcripſit. Compoſuit 4. libros in magiſtrum Sententiarum. Vid. *Waddingus in S.O. Min. pag. 304.*

LANGHECRUCIUS (Joh.) JCtus, An. 1592. claruit. Condidit ſpeculum eccleſiaſticorum & canonicorum.

LANGHORNIUS (Dan.) edidit elenchum antiquitatum Albionenſium, Britannorum, Scotorum, Danorum, Anglo-Saxonum, usq; ad An. 449. cum chronico Regum Pictorum, Lond. An. 1673. in oct.

LANGIUS (Carolus) Gandavenſis, An. 1573. obiit. Elucubravit notas in Ciceronis officia & libros de amicitia, &c. Carmina ejus continentur *Tomo. 3. Delit. Belg. pag. 54.* Videatur *Sweertius, pag. 168.*

LANGIUS (Chriſtianus) ſenior, Doctor Theolog. natus eſt An. 1585: obiit Anno 1657.

LANGIUS (Chr.) Luccavienſis, medicus, An. 1619. natus eſt: obiit Anno 1662. Scripſit de thermis Carolinus: de acidulis Egranis: de genio thermarum, &c. Vid. *Witte in Med pag. 215.*

LANGIUS (Guil.) edidit 2. libros de annis Chriſti, Lugd. Anno 1649. in 4. Vid. *Thomaſius de plagio, §. 483. Vindingius in Hafn. rect. pag. 397. Bartholinus in Danis, pag. 147.*

LANGIUS (Joh.) medicus, emiſit epiſtolas medicinales, An. 1589.

LANGIUS (Joh. Lud.) JCtus, de pactis commentatus eſt, An. 1620. Extat ejuſdem centuria quæſtionum Juris.

LAN-

LANGIUS (Joh. Pet.) delitias academicas publicavit, Anno 1664; item, Democritum ridentem.

LANGIUS (Joseph.) polyanthcam ſeu florilegium Anno 1607. edi fecit, fol. Vid. *Thomaſius, de plagio, §. 482.*

LANGIUS (Nicolaus) Crempenſis Holſatus, natus eſt An. 1586: obiit Anno 1643. Gröningæ JCti & profeſſoris munere functus eſt. Edidit exercitationes, ad inſtitutiones Juſtinianeas accommodatas: item, compendium inſtitutionum majus & minus. Vid: *Autor vitarum proſſ. Gröningenſ. pag. 79.*

LANGIUS (Paulus) Norimbergenſis, An. Anno 1510. claruit. Struxit chronicon Citizenſe, quod *Piſtorius* publicavit. Vid. *Caſp. Barthius, Adverſ. 60, 8. Zeilerus de hiſt. part. 1. pag. 85.*

LANGIUS (Rud.) Canonicus Monaſterienſis & poeta, diu ante *Conr. Celtem* in Germania claruit. Obſidionem ac Hieroſolymitanum excidium carmine expreſſit, teſte *Dav. Chytræo in orat. de Weſtph. pag. 16.* Vid. *Quenſtad. pag. 208.*

LANGIUS (Theod.) Enchuſanus, Anno 1578. obiit.

LANGLÆUS (Janus) reliquit ſemeſtria, Pariſ. An. 1611.

LANGTONUS (Steph.) Anglus, Cantuarienſis epiſcopus, in philoſophia Ariſtotelica omnium ſui temporis erudítiſſimus, Anno 1228. vita functus eſt. Ei *Baleus Cent. 4. pag. 275.* diſtinctionem Bibliorum in capita tribuit. Alii tamen *Hugoni Card.* hoc adſcribunt. Vid. *Quenſtadius, pag. 92.*

LANGIVEDELIUS (Bernh.) Hamburgenſis, defenſionem Hippocratis ſuſcepit, An. 1647. Scripſit in aphoriſmos ejuſdem. Vid. *Linden, pag. 101.*

LANGUETTUS (Hubertus) An. 1581. obiit. Cum viveret, *Joachimo Camerario* ſummâ familiaritate conjunctus erat. Exaravit epiſtolas complures ad *Ph. Sidneium*, equitem Anglum. De eo ita *Morneus in præfat. libri de Ver. Rel. Chriſt.* Certavit (inquit) in hoc viro cum pietate doctrina, cum conſcientia ſcientia, cum natura ars, cum diſciplina rerum uſus: nemini mundus melius cognitus. Ex mundi perluſtratione unum didicerat, mundi contemtum: nemini etiam mores hominum magis pervii, &c. Vid. *Thuanus l. 74. Placcius, pag. 169.*

LANGUOIT (Georg.) homilias in epiſt. ad Rom. luci publicæ exhibuit.

LANGUS (Joh.) Sileſius, An. 1553. claruit. Nicephori Calliſti Xanthopuli 18. libros eccleſiaſt. hiſtoriæ è Græco in latinum ſermonem tranſtulit.

LANIADO (Samuel) Judæus, *Abarbinelis* æmulus & antagoniſta fuiſſe dicitur.

LANIUS (Daniel) edidit igneæ veritatis columnam, An. 1654.

LANOVIUS (Franc.) Pariſinus, monachus O. Min. ſtruxit chronicon ord. Minimorum, A. 1633. fol. item, ſyntagma hiſtoricũ de ſanctis Cancellariis Franciæ, A. 1634.

LANOVIUS (Joh.) Conſtantienſis, ſcripſit de autoritate negantis argumenti, contra *J. B. Thiers*, Anno 1622. Vide, LAUNOYUS.

LANSAMIUS (Bald.) exaravit nonnulla ad grammaticam pertinentia.

LANSBERGIUS (Joh.) homilias de paſſione Dominica compoſuit.

LANSBERGIUS (Joh. Juſtus) enchiridion militiæ Chriſtianæ vulgavit, An. 1607.

LANSBERGIUS (Pet.) Limburgenſis, ſimplicitatem ſcripto commendavit. Extat etiam ejus carmen elegiacum, adhortationem ad pietatem continens, An. 1577. editum.

LANSBERGIUS (Phil.) medicus & mathematicus, Anno 1628. claruit. Obiit Middelburgi. Reliquit 4. libros geometricorum triangulorum.

LANSELIUS (Pet.) Gravelinganus, Anno 1632. obiit. *Pachymerium* in Dionyſium Areopagitam latine interpretatus eſt. Fertur etiam adornaſſe novam Bibliorum regiorum poſt *Bened. Ariam Montanum* editionem. Vid. *Swertius, pag. 623. Alegambe, pag. 386.*

LANSIUS (Thomas) celeberrimus JCtus & orator, Anno 1657. obiit. Mortuum laudavit *Caldenbachius*. Edidit tract. de Academiis: conſultationem de principatu inter provincias Europæ: mantiſſam & alia.

LANTERIUS (J.) de ſtratagematibus, Venet. An. 1571. ſcribere inſtituit.

LANTHONIUS (Calp.) fecit varia epigrammata, Anno 1598. Vid. *Tomus 3. Delit. Belg. pag. 55.*

LANTZ (Joh.) Tethangenſis, An. 1638. obiit. Ingolſtadii matheſin & S. linguam docuit. Struxit 4. libros inſtitutionum arithmeticarum. Vid. *Alegambe, pag. 252.*

LANZAVECHIA (Joh. Bapt.) Alexandrinus, An. 1616. obiit. De incarnatione Verbi divini commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 224.*

LANZAVECHIA (Oct.) Italus, exaravit vitam Card. Frid. Borromæi, Anno 1632.

LAO (Andr.) ſtruxit compendium totius philoſophiæ, Anno 1651.

LAOCRATES, *Λαοκράτης*, Spartanus, *Plutarcho* memoratur *lib. de Herodoti malignitate.*

LAOSTHENIDAS, *Λαοσθενίδας*, condidit Cretica, teſte *Diodoro Siculo l. 5.*

LAPIDANUS (Guilh.) Flander, edidit methodum dialecticam: enarrationes in Pſalmos pœnitentiales, &c. Anno 1530.

LAPIDANUS (Joh.) Gallus, Anno 1473. floruit. *Johannis Reuchlini* in hebraicis præceptor fuiſſe dicitur. Vid. *Colomeſius in Gall. orient. pag. 3.*

de LAPIDE (Cornel.) Bucoldianus. Anno 1637. obiit. In univerſam S. Scripturam commentatus eſt. *Corderii* commentarium in Lucam compilaſſe à *nonnemine* arguitur. Videatur *Alegambe, pag. 82.*

à LAPIDE (Eitelw.) Suevus, laudes heroum & virorum illuſtrium celebravit.

à LAPIDE (Hippol.) ſcripſit de ratione ſtatus in imperio Germanico, Anno 1647.

de LAPIDE (Joh.) Carthuſianus, doctrinam de realibus Lutetiâ Baſileam circa An. 1496 attulit. Condidit reſolutorium dubiorum circa celebrationes miſſarum occurrentium.

à LAPIDE (Pacif.) edidit notas in Monzambanum, An. 1668.

LAPIUS (Adrianus) Brugenſis, Anno 1580. innotuit. Verſus Græcos & latinos concinnavit.

LAPPIUS (Gisbertus) à Waveren, Ultrajectinus, JCtus, corpus hiſtoriæ Ultrajectinæ, ab *Arn. Buchellio* inceptum, continuavit. *Lambertum* etiā *Hortenſium* de ſeceſſionibus Ultrajectinis recenſuit, fol. An. 1643.

LAPPIUS (Joh. Dominicus) Bononienſ. Anno 1604. claruit. Reliquit carmina & præfationes.

LAPUS, Caſtilionius, Florentinus, circa An. C. 1440. floruit. Tranſtulit vitas illuſtrium virorum ex Plutarcho: item, Dionyſium Halicarnaſſeum; ſed non ſatis feliciter. *Franciſcus Albertinus* vocat virum literis Græcis & latinis eruditiſſimum. Vide, BIRAGUS.

LAPUS Tuctus, Florentinus, JCtus, An. 1334. claruit. Scripſit in 6. Decretalium & Clementinas. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis 3, 24.*

de LARA (Ildef. Perez) tractavit de vita hominis in foro: item, de capellaniis & anniverſariis, Anno 1610. Opera ejus tribus voluminibus continentur.

de LARA (David Cohen) edidit Lexicon Rabbinico-Talmudicum, Anno 1669. fol.

LARENIUS (Jodocus) in Sophoniæ prophetiam commentatus eſt, Anno 1655.

de LARGELATA (Pet.) chirurgiam edidit, Anno 1497.

LARGUS (Scribonius.) Vide, SCRIBONIUS.

LARKHAMUS, Anglus, de attributis DEI tractaſſe fertur.

LARREA (Joh. Bapt.) JCtus, collegit deciſiones regni Granatenſis, An. 1647: item, allegationes fiſcales duobus tomis, fol. An. 1651.

LARROQUANUS (Matth.) diſſertationem de Photino & Liberio, Genev. An. 1670. typis tradidit.

LASCARIS (Conſtantinus) Anno 1490. vixit. Erat unus ex reſtauratoribus Græcarum literarum in Italia. Vid. *Cruſius in Germano Græcia, pag. 234.*

LASCARIS (J. Andr.) *Λάσκαρις*, Rhyndacenus, patria pulſus, in Italiam ſecontulit & à Laurentio Medice liberaliter exceptus eſt. Nonagenarius ferè articulari morbo periit. In *Polybio* quædam latinè tranſtulit. Circumferuntur etiam ejus carmina Græca. Leone X. concedente, nobiles è Græcia pueros Romam adduxit, inſtituto ludo in Quirinali, ne Græcâ lingua ſcitè loquentium ſoboles interiret. *Epitaphium* ſibi ipſe tale condidiſſe dicitur:

> Λάσκαρις ἀλλοδαπῇ γαίῃ ἐγκάτθετο γαίῃ,
> Οὔτι λίην ξείνῃ, ὦ ξένε, μεμφόμενος·
> Εὕρετο μειλιχίην. ἀλλ' ἄχθεται, εἴπερ Ἀχαιοῖς
> Οὐδ' ἔτι χοῦν χεύει πατρὶς ἐλευθέριον.

Quod

Quod nonnemo ita vertit:

Laſcaris in terrâ eſt alienâ terrâ ſepultus,
Nec nimis externam, quod quereretur, erat.
Quam placidam, ô hoſpes, reperit: ſed defiet, Achais
Libera quod nec adhuc patria fundat humum.

Eraſmus in Ciceroniano, pag. 159. Laſcaris (inquit) morum comitate generis nobilitatem præ ſe fert, acri judicio vir, multæ in epigrammatibus arguriæ: poterat inter Ciceroniani cognominis candidatos referri, niſi crebræ legationes & regum negocia revocaſſent hominem à muſis. Confer *Jovium in Elog. numero* 31. *Cruſium in GermanoGræcia pag.* 234.

LASCIUS (Mart.) Caliſſienſis Polonus, Anno 1615. obiit. Edidit Meſſiam novorum Arianorum ſecundù Alcoranum Turcicum. In hoc libello monſtrat, novos Arianos idem de Chriſto credere, quod docuit Mahometes in Alcorano. Vid. *Alegambe, pag.* 327.

LASCUS (Joh.) Polonus, Anno 1560. obiit. Cum viveret, Tigurinorum ſententiam de S. Cœna ore & ſcriptis defendere auſus eſt. Primò in Friſia, deinde in Anglia eccleſiæ præfuit. Tandem Anglia ejectus variaque fortunâ jactatus in Poloniam conceſſit ibique extinctus eſt. Fecit ſummam controverſiæ de S. Cœna: item, librum contra Mennonem, anabaptiſtarum principé.

à LASENA (Petrus) JCtus Neapolitanus, teſte *Nicio Erythræo, part.* 1. *Pinacoth. pag.* 107. varia eruditiſſimâ ſcripta elaboravit. Ex iis liber de luctu abolendo, Cleombrotus, hiſtoria Cynica, orationes de lingua Helleniſtica plurimùm commendantur.

LASITIUS (Joh.) Polonus, compoſuit tractatum de diſciplina eccleſiaſtica, moribuſque & inſtitutis fratrum Bohemorum; item, de diis Samogitarum. Floruit Anno 1585.

LASKIUS (Alb.) pugnavit ſcriptis adverſus novos in Polonia miniſtros.

LASNIORUS (Joh.) tractavit de lapide philoſophorum, Anno 1612. Vid. *Linden, pag.* 366.

LASSENIUS (Joh.) collegit ſummam conciliorum omnium, An. 1661.

LASSUS (Garcias) Hiſpanus, Horatiana ſuavitate odas ſolitus eſt componere. Militiæ laudem appetendò, morte acerba & caſu quidem ignobili extinctus eſt, cum ad Aquas Sextias ex turricula ab agreſtibus lapide caput ictus, ſpectante Cæſare, concidiſſet. Vid. *Jovius in Elog pag.* 303.

LASSUS (Orlandus) Belga, muſicus celeberrimus, natus eſt Anno 1520: obiit An. 1593. Alberto & Gulielmo, Sereniſſimis Bavariæ ducibus à cantionibus eccleſiaſticis fuit. A Maximiliano II. Imp. nobilitatis inſignia conſecutus eſt. Plurimæ ejus cantiones variis in locis impreſſæ ſunt. Videatur *Sweertius, pag.* 589.

LASUS, Λάσος, Chabrini filius, Hermionenſis, muſicus & poeta, Olymp. LX. floruit. *Suidas* author eſt, eum primum ſcripſiſſe de muſica, primum etiam carmine dithyrambico cantaſſe & diſputationes contentioſas inſtituiſſe. A quibuſdam ſeptem Sapientibus annumeratur, nomine ejus in Periandri locum ſuffecto. *Athenæus lib.* 10. refert ſtruxiſſe eum odam ἄσιγμον, in qua nullum ſigma appareret. Laſum *Ælianus Var. Hiſt.* 12, 36. allegat.

LASUS, Magneſius, reliquit Φαινόμενα, ceu videre eſt apud *Anonymum in vita Arati.*

LATEBURIUS (Joh.) Anglus, Annò 1460. claruit.

LATEMERIUS (Guilh.) Britannus, Linacri & Grocinii contemporaneus fuit. *Jovius de ſcript. Brit. pag.* 103. utriuſque linguæ peritiſſimum intimæ philoſophiæ omnia exactiſſimè perdidiciſſe affirmat. Extat ejus ad *Eraſmum* epiſtola, multa ſtili gravitate & elegantia conſcripta, in qua ipſi Eraſmo, operam ab eo in Nov. Teſtamenti recognitionè poſtulanti, cum ſumma verecundi ingenii modeſtia reſpondet.

LATERCHIUS (J. B.) JCtus, conſiliâ Ferrariæ, Anno 1600. edi curavit.

LATERMANNUS (Joh.) Coburgo Francus, Anno 1646. claruit.

LATERNA (Mart.) Drohobitenſis, Anno 1598. in mari periit. Decachordon ſpirituale: item, orationes complures exaravit, teſte *Starovolſcio in Hecat. pag.* 91. *Alegambe pag.* 328. mira de eo narrat.

LATHBERIUS (Joh.) Anglus, Anno 1406. claruit. In pſalmos, Jeremiam & Acta Apoſt. commentatus eſt. *Waddingus, in Scr. Ord. Min. pag. 213.* ut philoſophum & Theologum magnopere commendat.

LATHERUS (Herm.) JCtus, de cenſu tractare aggreſſus eſt, A. 1618.

LATINIACUS (Paulus) edidit canones amoris ſancti, Pariſ. Anno 1659.

LATINIUS (Janus) Calaber, compoſ. margaritam novellam de arte chymica & philoſophorum lapide. Promiſit etiam methodum in omnes libros Raymundi Lulli. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 187.*

LATINIUS (Latinus) Viterbienſis, An. 1592. ex hac vita migravit. In ſacris vett. Patrum libris emendandis, imprimis in *Tertulliano* ad vett. codices recognoſcendo operam impendit. Ejus bibliothecam ſacram & profanam ſive correctiones in ſacros & profanos ſcriptores *Dominicus Macrus* Romæ, Anno 1677. fol. in lucem prodire juſſit.

LATINUS (Fab.) Torquati Taſſi amicus ſingulariſſimus, Mantuæ à ruſtico ac nullius precii homine interfectus eſt. Compoſuit tragœdiam *Antonio Decio in epiſtolis* laudatam, quam tamen magno bonarum artium detrimento interiiſſe *Tollius de Infel. lit. pag. 29.* conqueritur.

LATINUS (Joh.) Æthiops, muſicus & poëta, A. C. 1575. claruit. In literis latinis adeò excelluit, ut latinam linguam Granatæ publicè doceret : exemplo (inquit *Miræus*) non audito, in cathedra nigrum hominem latinè loqui. Condidit duos Auſtriados libros carmine heroico : item, panegyricum de victoria navali, Anno 1571. ad Echinadas parta. Vid. *Quenſt. pag. 687.*

LATIOSUS (Anſh.) medicus Viterbienſis, Anno 1667. edidit commentar. octo librorum in aphoriſmos Hippocratis.

LATIUS (Joh.) tractavit de Pelagianis & ſemipelagianis, An. 1617. in 4.

LATOMUS (Batth.) Arluenenſis, natus eſt Anno 1485 : obiit Anno 1546. Scripſit ſcholia in aliquot orationes Ciceronis : item, obſidionem Trevirorum carmine heroico. Præterea Bucerum, Pet. Dathenum & Jac. Andreæ ſcriptis impugnavit. Extat etiam ejus tract. de docta ſimplicitate primitivæ eccleſiæ : item, alius de uſu calicis & ſacrificio euchariſtiæ. Vid. *Sweertius, pag. 156. Olearius in Abaco, pag. 67.*

LATOMUS (Jacobus) Camberonenſis, Hannonius, Theologus pontificius, Anno 1544. vivere deſiit. Scripſit de eccleſia, de primatu pontificis, de confeſſione ſecreta, reſponſionem ad articulos Lutheri, de miſſa, fide & operibus, &c. Opera ejus uno volumine comprehenſa Jacobus Latomus junior, ejus ex fratre nepos & hæres, Lovanii Anno 1550. edi curavit. Videatur *Ghilinus vol. 2. pag. 109. Valerius Andreæ, in Faſt. Lov. pag. 105. Olearius in Abaco, pag. 224.*

LATOMUS (Jac.) junior, Anno 1596. obiit. Pſalmorum tres libros, Threnos & Cant. Canticorum elegiaco carmine expreſſit, teſte *Sweertio.*

LATOMUS (Joh.) Bergenſis, Anno 1578. obiit. Poëmata, *elogiis Jovianis* addita, immortalem illi gloriam peperere. Videatur *Sweertius, pag. 442. Ghilinus, vol. 1. pag. 83.*

LATOS (Joh.) Cracovienſis, philoſophus, mathematicus & medicus excellentiſſimus fuiſſe fertur. Non vulgarem famam ſcripto tractatu de mutationibus regnorum promeruit. Extant etiam ejus obſervationes in aliquot eclipſes & cometas. Calendarium quoque à Gregorio XIII. promulgatum calamo laceſſere auſus eſt, affirmans conſultius eam in rem ſe aliquid afferre poſſe. Emiſit igitur correctionem calendarii, quæ à nonnullis haud improbata fuit. Vid. *Starovolſc. in Hecat. pag. 85.*

de LATRE (Guil.) Tornacenſis epiſcopus, Anno 1473. obiit. Reliquit 2. libros de Vellere aureo, in quibus ordinis illius originem & alia, quæ ad eum ſpectant, pertractabat. Prodiit ille liber, An. 1530. fol.

LATRO (Porcius) Hiſpanus, rhetor, tempore *Senecæ* rhetoris, cui admodum familiaris erat, floruit. Nihil illo viro gravius, nihil ſuavius, nihil eloquentia ſua dignius. Nunquá ille, quæ dicturus erat, ediſcendi cauſa relegebat. Ediſcerat illa, cum ſcripſerat. Hiſtoriarum ſummam notitiam habebat. Jubebat aliquem nominari ducem & ſtatim ejus acta curſu reddebat. Adeò quæcunque in animum ejus ſemel deſcenderant, in promtu erant,

tū erant, in *Seneca in præfat. controverſ. pag 41.*

LATRO (Capycius) JCtus, collegit deciſiones noviſſimas Neapolitanas.

LATRONIANUS, poëta, Hiſpanus, An. C. 380. claruit. A Maximo tyranno interfectus eſt. *S. Hieronymus in catal. ſcr. eccl.* valdè eruditum & in metrico opere veteribus comparandum appellat.

LAVANDA (Eug.) ſcripſit notas in *Rom. Hayi* altium inextinctum, Colon. An. 164[illegible]

LAVATERUS (Henr.) adornavit defenſ[illegible] medicorum Galenicorum adverſ[illegible] *S[illegible]lam*, An. 1610.

LAVATERUS (Joh.) Ludovici pronepos, nat[illegible] eſt An. 1624. Tractavit de origine font[illegible]um: de atomis: de cognitione & inſtitutione mutorum & ſurdorum: item, de præparatione ad S. Cœnam. Vid. *Hofm. in Lex. Univ. part. 1. pag. 896.*

LAVATERUS (Joh. Rud.) de deſcenſu Chriſti ad inferos, An. 1610. commentatus eſt.

LAVATERUS (Lud.) Tigurinus, Anno 1586 [illegible]us eſt. Condidit hiſtoriam de [illegible]tu & progreſſu controverſiæ Sacramentari[illegible]æ: item, tractatum de ſpectris & [illegible]bus. Vid. *Jacobus Verheiden in Elog. Theol. pag. 205.*

LAUBANUS (Melch.) compoſuit reſolutiones in Virgilium: item, carmina. Videatur *Tomus 3. Delit. German. pag.* [illegible].

LAU[illegible]US (Georg.) Auguſtanus, natus eſt Anno 1554: obiit Anno 1597. In lucem edidit librum, cui titulum fecit, Rosa Anglica. E Græca in latinam linguam *Simeonem Sethum* tranſtulit.

LAU[illegible]OIS (Ant.) Duacenſis, Anno 16[illegible]6. obiit, ætatis 55. Conimbricæ olim Græcam & Hebraicam linguam docuit. Re[illegible]t breviarium linguæ Græcæ. [illegible] *Ale[illegible]an[illegible]e, pag. 40.*

à LAU[illegible]A (P[illegible]t.) In[illegible]uber, Anno 1636. cla[illegible]it claviculam breviarii R[illegible]. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 2*[illegible].

de LAU[illegible]ENBURG (Reinard.) ordinis S. Au[illegible], paſſionem Chriſti è quatuor Evangeliſtis concionibus illuſtravit. Liber prodiit Norimbergæ, Anno 1501.

LAUDENSIS (Mart.) JCtus, tractavit de ſervitutibus & repreſſaliis.

de LAUDUNO (Guiardus) Anno 1247. obiit. Struxit dialogum de creatione mundi.

LAUDUS (Baſſianus) Placentinus, medicus Patavinus, Anno 1543. claruit. Reliquit duos dialogos, quorum prior methodum cognoſcendi morbos complectitur, alter curandi. Extant ejuſdem 2. libri de hiſtoria humana.

LAUDUS (Guilh.) archiepiſcopus Cantabrigienſis, Anno 1645. capite plexus eſt. *Irenæus Philadelph.* in epiſt. ad *Renatum Veridæum*, i. e. *Andream Rivetum*, vocat dogmatum & rituum papalium non tantum fautorem & vindicem, ſed & autorem inſtauratoremq; longe acerrimum. Extant ejus acta diſputationis cum *Piſcatore* Jeſuita. Vid. *Kempius in bibliotb. Anglicana, pag. 379.*

LAVELLUS (Jacob.) de Caſtro novo, conſtruxit compendium medicinæ: item, comment. in librum de pulſibus, An. 1609.

LAVIANUS (Fauſt.) JCtus, edidit ſummam & repertorium codicis Juſtiniani.

LAVINIUS (Pet.) metamorphoſes Ovidianas enarrationibus illuſtrare aggreſſus eſt, An. 1516.

LAVINIUS (Wencesl.) Moravus, tract. de cœlo terreſtri confecit. Vid. *Linden, pag. 575.*

de LAVINTHETA (Bernhard.) ſcripſit in artem Lullianam. Liber prodiit Anno 1612.

LAUNÆUS (Lud.) medicus ad portum Santonum, librum de vi antimonii compoſuit.

LAUNOYUS (Joh.) Conſtantienſis, Theologus Pariſienſis, hoc tempore claret. Scripta ejus multa ſunt & varia. Nobis præcipua tantum commemorare placet. Inter ea ſunt, quinque tomi epiſtolarum: opuſculum de 2. Dionyſiis: tractat. de varia Ariſtotelis in academia Pariſina fortuna: diſſertatio de recta Nicæni canonis 6. intelligentia: diſſ. de mente concilii Tridentini circa ſatisfactionem in Sacramento pœnitentiæ: tract. de commentitio Lazari, Magdalenæ & Marthæ in Provinciam appulſu: diſſ. de vera cauſa ſeceſſus Brunonis in deſer-

deſertum : differt. de auctoritate negantis argumenti: judicium de *Hadr. Valeſii* diſceptatione de Baſilicis, &c. *Martinus Schoockius part. 2. ſab. Hamel. c. 20.* ait, Launoyum eſſe ſerium & eruditum veritatis antiſtitem ac vindicem : ſcriptaque illius uni veritati eruendæ dicata eſſe.

LAVORIUS (Jul.) inter viros doctos refertur à *Leone Allatio in Apib. Urb. pag. 171.*

LAUREA (Tullius.) Vide, TULLIUS.

de LAUREA (Laur. Pancratius) edidit epitomen canonum omnium , qui in Conciliis continentur, Venet. Anno 1648. fol.

LAUREDANUS (Joh. Franc.) Patricius Venetus, poëticas narrationes compoſuiſſe fertur. Vid. *Imperialis, pag. 205.*

LAUREDANUS (Leonh.) Venetus, collegit ſilvam rerum memorabilium, Venet. An. 1626.

LAUREDANUS (Polus) in Ariſtotelem de anima commentatus eſt, Venet. Anno 1594.

LAURELOTIUS (Franc.) ſtruxit exegeſin in epiſtolam Judæ, An. 1612.

LAUREMBERGIUS (Joh.) matheſeos profeſſor Soranus , Anno 1640. claruit. Edidit Antiquarium : tres libros Gromaticæ : Græciam antiquam : otium Soranum : ſatiras, &c. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 74.* item, *in med. poët. pag. 147.*

LAUREMBERGIUS (Jac. Seb.) Hamburgenſis, JCtus, natus eſt An. 1619 : obiit An. 1668. Roſtochii jura profeſſus eſt. Edidit Orbem bacchantem. Videatur *Hemingus Witte in memoriis JCtorum, pag. 489.*

LAUREMBERGIUS (Pet.) Roſtochienſis, Anno 1639. obiit. Apparatum plantarium : Horticulturam : Cronium ſeu compendium hiſtoricum, &c. typis excudi fecit.

LAUREMBERGIUS (Wilh.) medicus Hafnienſis , hiſtoricam deſcriptionem lapidis aëtitis vel aquilinaris emiſit , una cum tract. de lapide Calluve , An. 1627. teſte *Bartholino.*

LAURENTIANUS (Laur.) in puteo periit. Florentiæ & Piſis philoſophiam & medicinam profeſſus eſt. Extant ejus eruditæ lucubrationes in Galenum. *Pierius Valerianus de Infel. lit.* vocat Græcè latineque eruditiſſimum. Vid. *Jovius in elog. num. 49.*

à LAURENTIIS (Hieron.) collegit deciſiones Rotæ Avenionenſis , Anno 1600.

de LAURENTIO (Auguſt.) medicas diſceptationes Panormi, Anno 1652. imprimi curavit.

LAURENTIUS , Caſinenſis monachus , A. C. 950. floruit. Vitam S. Mauri & Caſtrenſis epiſcopi paſſionem verſibus celebravit.

LAURENTIUS , Novarienſis [illegible] opus, ſeculo VI. juxta nonnullos vixiſſe traditur. Reliquit 2. homilias de pœnitentia & eleemoſyna. Videatur *Olearius, pag. 287.*

LAURENTIUS (Andreas) de ſtrumarum natura & curatione , Pariſ. Anno 1609. commentatus eſt.

LAURENTIUS(Ant.) librum de [illegible] concinnavit, Marpurgi, An. 1606.

LAURENTIUS (Arn.) Berch[illegible] , pia carmina conſtruxit.

LAURENTIUS (Cæſar) Italus, An. 1621. obiit. Romæ Græcam linguam profeſſus eſt. Reliquit libellum ca[illegible]um rythmicorum. Videatur *A[illegible]ambe , pag. 67.*

LAURENTIUS (Caſp.) tractavit de ſacramentis, libro Genevæ edito , Anno 1598.

LAURENTIUS (G. F.) an[illegible]nes condidit in Hippocratis a[illegible]mos nonnullos minus abſolute ve[illegible] Anno 1653.

LAURENTIUS (Jac.) The[illegible]elga, fabulam infernalem vel [illegible] purgatorio compoſuit. Extat [illegible] commentarius in epiſtolam Ja[illegible]4.

LAURENTIUS (Joh. Jac.) [illegible] judice ſuſpecto, Venet. Anno 16[illegible]

LAURENTIUS (Joſephus [illegible]ſis, edidit duos libros Polymathiæ de variis ritibus, Anno 1631. item, Amal[illegible]heum onomaſticum, Anno 1640. Vid. *Rhodius ad Scribonium Largum, pag. 296. Hedovillius part. 1. Ephem. pag. 7. & T. 2. pag. 150.*

LAURENTIUS (Mich.) ſpicilegium hæreſium Anno 1658. publicavit.

LAURENTIUS (Nic.) Arctander Nidroſius , adornavit alexipharmacum adv. peſtem, An. 1611.

LAURENTIUS (Paulus) homilias in libros Samuelis & Amosi typis imprimendas dedit.

LAURENTIUS (Val.) de indulgentiis Cracov. fol. commentatus eſt.

LAURETUS (Chriſt.) Agendicenſis, ſcr. *Hamar* ſive illuſtrationem prophetarum de plenitudine temporis Meſſiæ, Pariſ. An. 1610. teſte *Colomeſio*. Confer *Caſaub. epiſt. 274. 309.*

LAURETUS (Hieron.) Cervarienſis, An. 1566. vixit. Edidit ſilvas allegoriarum, Venet. Anno 1575.

LAURETUS (Matth.) monachus Caſinenſis, chronicon Leonis Oſtienſis notis illuſtravit.

LAUREUS (Joh. Vincentius) Calaber, med. & Card. Anno 1592. obiit. Vid. *Thuanus, lib. 104.*

LAURIMANUS (Cornel.) Ultrajectinus, ſtruxit comœdias & tragœdias, Anno 1564.

LAURINUS (Guido) Brugenſis, JCtus, commentationes in Julium Cæſarem: carmina: item, dialogum Telluris & Plutonis, teſte *Sandero*, compoſuit.

LAURINUS (Marcus) Brugenſis, Guidonis frater, a *Sweertio pag. 523.* valdè commendatur.

LAURUS (Jac.) librum emiſit de antiquæ urbis Romæ ſplendore, Romæ Anno 1612. formâ oblonga.

LAURUS (Joh. Bapt.) Peruſinus, Anno 1629. obiit. Edidit orcheſtram theatri Romani ſive dialogum de viris ævi ſui doctrina illuſtribus: item, tract. de Annulo pronubo S. Mariæ Peruſii adſervato. Vid. *Nicius Erythr. part. 1. Pinacoth. num. 141. Sanſſay, pag. 235.*

LAURUS (Andr.) curſum philoſophicum juxta Thomæ doctrinam, Neapol. An. 1643. adornavit.

LAUSSELLIUS (Pet.) ſcripſit refutationem *Caſauboni* ad Juſtinum martyrem.

LAUTENBACHIUS (Conr.) Thuringus, poeta & hiſtoricus, Anno 1595. obiit. Joſephum, Egeſippum, & catalogum teſtium veritatis Germanicè tranſtulit. Vid. *Quenſtad. pag. 220.*

LAUTENBACHIUS (Joſeph.) collegit conſilia medicinalia medicorum Italiæ, Anno 1605.

LAUTERBACHIUS (Erh.) ſcr. de quæſt. an imagines in templis retinendæ, Anno 1606.

LAUTERBACHIUS (Joh.) à Noſcowitz, Luſatus, JCtus & poeta, Anno 1593. obiit. Reliquit 5. libros elegiarum: 2. libros epigrammatum: theatrum ſapientiæ: expugnationem Byzantii, &c. Vid. *Joh. Pet. Lotichius part. 3. bibl. poet. pag. 160.*

LAUTERBACHIUS (Joh. Wolf.) celebris JCtus, hoc tempore Tubingæ juris-prudentiam profitetur. Scripſit de voluntaria juriſdictione, &c.

LAUTERBEGIUS (Georg.) JCtus, ſcripſ. de differentiis juris civilis & canonici.

LAUTERBERGIUS (Conr.) An. 1225. claruit. Autor creditur chronici montis Sereni. Videatur *Olearius in Abaco, pag. 115.*

LAUTIUS (Camill.) exaravit librum de adoratione euchariſtiæ.

LAUTIUS (Lud.) Gandenſis, Anno 1615. floruit. Condidit poemata: item, notas in Paulum Oroſium, Catullum, Tibullum, Propertium, teſte *Sandero*.

LAUUSONUS (G.) in epiſt. ad Hebræos commentatus eſt An. 1661. fol. Extat etiam ejus tract. de ſabbato.

LAUXMIN (Sigiſm.) edidit praxin oratoriam, An. 1665: item, demonſtrationem catholicæ eccleſiæ.

LAX (Caſp.) Hiſpanus, Anno 1515. claruit. Scripſit de oppoſitionibus propoſitionum categoricarum.

LAYERVELTZ (Servat.) ſtruxit catechiſmum novitiorum tomis duobus, Muſſiponti, An. 1623. fol.

LAYMANNUS (Matth.) JCtus, ſuſcepit defenſionem cauſæ Honoldinæ.

LAYMANNUS (Paul.) An. 1635. obiit. Compoſuit Theologiam moralem. Ejus opera prodierunt 3. tomis Lugd. An. 1664. Vid. *Alegambe, pag. 367.*

LAYNEZ (Jac.) Caſtellanus Hiſp. Anno 1565. obiit. Erat unus ex primis Ignatii Lojolæ diſcipulis. Inter Theologos, qui concilio Tridentino interfuere, primum locum tenuit. *Pontificii* Theologorum principem, oraculum Spiritus Sancti & arcam utriuſque Theologiæ nominant. Ipſius lucubratio eſt doctrina concilii Tridentini de Sacramento ordinis. Vid. *Alegambe, pag. 204.*

LAYRIZ (J. G.) ſcr. de Burggraviatu Norico, An. 1677. in 4.

de LAZARA (Joh.) eques Italus, ſingulari comitate & elegantiorum literarum cultu & totius antiquitatis peritia non familiam tantùm, ſed totam Italiam colluſtravit. Vid. *Ferrarius de re veſt. pag. 83. Greg. Letus in Ital. regn. pag. 299.*

LAZARONUS (Pet.) libellum de geſtis Pompeii & Julii Cæſ. ad Maximilianum I. Imp. exaravit, qui fertur extare MS. in bibliotheca Viennenſi.

LAZIARDUS (Joh.) ord. Cæleſt. monachus, circa A. 1500. vixit. Reliquit epitomen hiſtoriæ univerſalis.

LAZIUS (Wolfg.) Viennenſis, medicus & philologus, natus eſt, An. 1514: obiit An. 1565. Scripſit duodecim libros commentariorum reip. Rom. in exteris provinciis: commentarios rerum Græcarum: 12. libros de gentium migratione: chronographiam Pannoniæ & alia. Videatur *Mart. Hanckius, part. 1. Script. R.R. pag. 218. Voſſius de Math. ſcient. pag. 257. Lambecius, T. 1. Bibl. Cæſ. c. 40.*

LAZZARUS (Pet. Ant.) Ticinenſis, An. 1630. obiit. Tractavit de blaſphemia: item, de monitoriis. Extat quoque ejus compendium omnium operum *Martini Navarri.* Videatur *Ghilinus, vol. 1. pag. 197.*

LEALIUS (Joſephus) pædiam Scoticam duabus partibus complexus eſt, Venet. An. 1668. in 4.

LEANDER, Bononienſis, A. 1520. claruit. Contexuit 6. libros de viris illuſtribus: item, Italiæ deſcriptionem. Vid. *Zeiller. part. 2. de Scr. hiſt. pag. 3.*

LEANDER, Hiſpalenſis epiſcopus, miſſam Mozarabum in Hiſpaniis uſitatam compoſuiſſe creditur. Erant autem *Mozarabes* Chriſtiani Arabibus mixti. Vid. *Iſidorus Hiſpal. de Viris Illuſtr. c. 41. Olearius in Abaco, pag. 288.*

LEANDER (Franc.) edidit quæſtiones morales de ſanctiſſimo ſacramento, 4. partibus, Anno 1654. Opera ejus Theologica 8. tomis prodierunt Lugd. Anno 1664.

LEANDRIUS, *Λεάνδριος*, Mileſius, ſcripſit de Mileto patria ſua. Allegatur à *Diogene Laertio & Clemente Alexandrino.* Videatur *Jonſius, de Sc. H. Phil. pag. 337.*

LEAUTAUDUS (Vincent.) Ebredunenſis, An. 1640. floruit. Matheſi addictus magnos in ea progreſſus fecit. De primo mobili nonnulla commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 443.* Quære infra, LEOTAUDUS.

LEAZARUS (Paulus) JCtus, Anno 1309. floruit. In Clementinas commentari cœpit.

LEBEUS (Dionyſ.) Tricaſſinus, inter poëtas nomen habere meruit. Vid. *Tom. 2. Delit. Gall. pag. 389.*

LEBEUS (Theophil.) ſtruxit onomaſticon Theologicum, An. 1557.

LEBLEU (Jac.) edidit cærologiam: item, Davidem illuſtratum.

LECAPENUS (Georg.) condidit opuſculum grammaticum de dictionum ſignificationibus. Extat in bibliotheca Auguſtana.

LECHNERUS (Caſp.) Hallenſis, A. 1634. obiit. Ingolſtadii & Pragæ Theologiam docuit. Edidit digitum DEI in bivio: ſodalem Parthenium; ubiquitatem Eutychi-Neſtorianam: confutationem *Thummii* de papa antichriſto, &c. Vid. *Alegambe, pag. 150.*

LECTIUS (Jac.) celebris JCtus, ſcripſit de publicis Judiciis. Extant ejusdem orationes.

LEDEBURIUS (Caſp.) fabricavit catenam S. Scripturæ, An. 1647.

LEDERERUS (Frid.) confecit 2. libros de Jure belli privati, An. 1668.

de LEDESMA (Franc.) Hiſpanus, collegit momumenta ordinis Minorum. Vid. *Wadding. in S.O.M. pag. 121.*

LEDESMA (Jacob.) Hiſp. A. 157[illegible]. obiit. Librum exaravit de Scripturis divinis quavis lingua non legendis, [illegible]. An. 1597. Extant ejusdem grammaticæ inſtitutiones. Videatur *Alegambe, pag. 205.*

de LEDESMA (Joh.) Mexicanus A. 1637. obiit. Reliquit commentariorum in Thomam & aliarum lucubrationum 14. tomos, quos tamen vivus imprimi non permittebat. Videatur *Alegambe, pag. 252.*

de LEDESMA (Pet.) tractavit de matrimonio.

van LEEUWEN (Simon) JCtus, [illegible]avit cenſuram forenſem theoricam & practicam, Lugd. An. 1662.

LEGATUS (Laur.) Cremonenſis, Græcæ humanitatis profeſſor Bononiæ, A. 1667. floruit. Edidit Agriomelidem, Chryſomeleidem

meleidem & Neocaſtam: oden Pindaricam Græco-latinam: lyceum Cremonenſe, id eſt, de ſcriptoribus Cremonenſibus: Athenæum poëtarum tomis quatuor: muſeum poëtriarum: 7. libros poëmatum Græco-latinorum. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 179. & ſeqq.*

LEGDÆUS (Valent.) adornavit examen refutationis Val. Smalcii *B. Grawero* oppoſitæ, An. 1622.

à LEGE (Leonh.) edidit conſilia feudalia, An. 1573. fol.

de LEGIA (Lambertus) Anno 1480. floruit, juxta *Valerium Andreæ*. Alii tamen eum ad An. 1080 revocant. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 184.*

LEGIONENSIS (Ludovicus) Hiſp. in Salmanticenſi Academia Theologiam profeſſus eſt. Scripſit de utriuſque agni, typici ac veri, immolationis legitimo tempore, Anno 1590: item, de divinis nominibus: ut & comment. in Cant. Canticorum. *Andreas Schottus in Bibl. Hiſp. pag. 266.* in literis latinis, Græcis & Hebraicis non mediocriter verſatum fuiſſe memorat.

LEGIUS (Leonh.) introductorium medicorum, Venetiis, Anno 1517. excudi curavit.

LEGNERUS (Joh.) JCtus, edidit paratitla vetera & nova in Pandectas, Pariſ. *An. 1612.*

LEGNEUS (Pet.) Gravelingenſ. JCtus, ſcripſit in Inſtitutiones juris. Compoſuit etiam Didonem tragœdiam è 4. libris Æneidos, teſte *Sandero.*

LEHMANNUS (Chriſt.) ſtruxit chronicon Spirenſe: item, florilegium politicum. Videatur *Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 84.*

LEHMANNUS (Theod.) JCtus, tractavit de lege commiſſoria in pignoribus.

LEIB (Chilianus) Anno 1550. claruit. Vidit bellū Bavaricum, ruſticum & Germanicum, quæ omnia copioſè deſcripſit. Vid. *Bruſchius de Monaſteriis. pag. 102. b.*

LEIB (Joh.) edidit conſilia contra ſagas, *Anno 1666.*

LEIBIUS (Joh.) Straupha Francus, poëta, Studenticam edolavit: item, Jubilæum catholicum, An. 1618.

LEIBNÜTZ (Goth. Wilh.) Lipſienſis, JCtus, de arte combinatoria, An. 1666. commentatus eſt. Extat ejuſdem hypotheſis phyſica nova ſive theoria motus concreti, unà cum theoria motus abſtracti: methodus nova diſcendæ docendæque juriſprudentiæ: item, ratio corporis juris reconcinnandi. Vid. *Placcius in Anon. ſcr. pag. 34.*

LEICHNERUS (Eccard.) tractavit de phthiſi: item, de emendatione ſcholarum philoſophica, An. 1652.

de LEIDIS (Phil.) JCtus, An. 1380. obiit. Scripſit de reip. cura & ſorte principantium. Vid. *Meurſius in Athenis Batavis, pag. 72.*

LEIDESSERUS, egit de controverſis doctrinæ capp. inter Acad. Pariſienſem & Soc. Jeſu, An. 1613.

LEICH (Edoardus) Staffordienſis, Anglus, Anno 1670. vixit. Compoſuit criticam ſacram Hebraicam & Græcam: item, ſex libros de conſortio religionis & literaturæ. Vid. *Kempius. pag. 268.*

LEIMGART (Henr.) JCtus, de antichreſi An. 1667. commentatus eſt.

LEINATIUS (Joh. Steph.) Mediolanenſ. An. 1576. obiit. Texuit volumen homiliarum è S. Ambroſii ſcriptis. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 153.*

LEINBERER (Wolfg.) emiſit theoriam cometæ, Ingolſt. Anno 1665.

de LEIO (Gerhardus) Batavus, geſta Romanorum moralizata, Goudæ, Anno 1480. fol. edi curavit.

LEIPOLDUS (Caſp.) JCtus, ſcripſit de concurrentia juriſdictionis in Imperio Rom. Germanico.

LEISERUS (Wilh.) JCtus, tractavit de apennagio, An. 1663.

LEIVA (Franc.) Cordubenſis, antiparadoxa de duplici motu evulgavit, Cordubæ, An. 1634.

LEIUS (Conr.) Orocrenius, carmina compoſuit. Videatur *Tomus 3. Delit. Germ. pag. 977.*

LELANDUS (Joh.) librum de illuſtribus Britanniæ ſcriptoribus confecit.

LEMANNUS (Rud.) ethicam Chriſtianam adornavit, An. 1608.

LEMMICHIUS (Henr.) Lubecenſis, Vindicias librorum apocryphorum Vet. & Nov. Teſtam. An. 1638. publicavit.

LEMNIUS (Læv.) Zirizæus, natus eſt An. 1505: obiit Anno 1568. Extat ejus tractatus de occultis naturæ miraculis. Vid. *Swertius, pag. 505.*

LEMNIUS (Simon) Anno 1550. Curiæ Hel-

Helvetiorum obiit. Vertit Dionyſium de ſitu orbis verſibus heroicis. Odyſſeam etiam Homeri heroico latino carmine expreſſit.

LEMOSIUS (Lud.) Luſitanus, medicus, ſtruxit ſex libros de optima ratione prædicendi, An. 1592. Extat ejuſdem judicium de operibus Hippocratis.

LEMVICUS (Andr.) Danus, carmen exaravit de exitio navis Suecicæ ſine pari, Anno 1564. Vid. *Bartholinus in med. poët. pag. 145.*

LENÆUS (Joh.) Canutus, Theologus Upſalienſis, edidit informationem de veritate & excellentia religionis Chriſtianæ, An. 1638.

LENAUDERIUS (Petr.) Cadomenſis, JCtus, ſcr. de privilegiis doctorum. Extat *T. 18. Tract. tract.*

LENCKERUS (Joh.) Norimb. novam perſpectivam divulgavit.

de LENDENARIA (Simon) in ſex ſophiſmata commentatus eſt, Venet. An. 1494.

LENFANT (David) edidit concordantias Auguſtinianas, duobus tomis comprehenſas, Pariſ. Anno 1656. fol. item, Biblia S. Bernhardi: ut & Biblia S. Thomæ.

LENSÆUS (Arn.) Bellifolanus, medicus, An. 1595. floruit. Iſagogen geometricorum elementorum Euclidis confecit.

LENSÆUS (Joh.) Flander, Anno 1593. obiit. Scripſit de libertate Chriſtiana: item, de verbo DEI non ſcripto. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 130. Sweertius, pag. 443. Vernulæus in Lovan. pag. 278.*

LENSIUS (Euſtach.) Anno 1225. obiit. Coſmographiam Moſis tribus libris complexus eſt. Vid. *Sweertius, pag. 235.*

de LENTRIA (Alex.) lib. de pluralitate beneficiorum publicavit.

LENTULUS (Cn.) Gætulicus, hiſtoricus & poëta, tempore Tiberii & Caligulæ vixit. Vide, GÆTULICUS.

LENTULUS (Cyriac.) JCtus, ſcr. tract. de jure belli & pacis: inſtitutiones juris: Europam carmine heroico. Extant etiam ejus arcana regnorum & aula Tiberiana. *Carteſii* philoſophiam quoque ſtilo oppugnavit.

LENTULUS (Paul.) Bernenſis, ſcripſit de prodigioſa inedia Apolloniæ Schreieriæ, An. 1604. Vid. *Linden, pag. 483.*

LENTUS (Joſephus) clarorum Aſculanorum præclara facinora literis conſignavit, Romæ, An. 1628.

LENTZIUS (Chriſt.) emiſit tract. de actionibus ceſſis, An. 1661.

LENZUS (Coſmas) annales clericorum infirmis miniſtrantium, Neapol. Anno 1641. fol. edidit.

LEO, *Λέων*, Ægyptius de coronis tractav. ceu colligitur ex *Tertulliani libro de corona militis, cap. 7.*

LEO, Alabandenſis, ſophiſta, compoſuit Carica, Lyciaca & artem de ſtatibus, teſte *Suida.*

LEO, Bituricenſis archiepiſcopus, A. Chr. 453. claruit. Extat ejus epiſtola ad epiſcopos Tertiæ provinciæ ſcripta, ut clerici non expetant ſecularia judicia. Vid. *Olearius, pag. 289.*

LEO, Byzantius, tempore Philippi Macedonis in magna autoritate fuit & varias legationes obiit, quemadmodum *Philoſtratus in vitis ſophiſt. pag. 531* memorat. *Idem* Leonem inter Platonis diſcipulos numerat. Condidit res Philippicas & Byzantinas libris ſeptem. *Suides* autor eſt, eum coortâ Byzantii ſeditione vitam ſpontaneo ſuſpendio finiiſſe. Confer *Voſſium de nat. Rhet. pag. 79.*

LEO, Grammaticus & hiſtoricus, A. C. 1000. vixit. De rebus Conſtantinopolitanorum nonnulla commentatus eſt. Vid. *Hanckius, in Byzant. ſcript. pag. 678.*

LEO IV. Imperator, Baſilii Macedonis filius, cognomine Sapiens, Anno 911, obiit. *Τακτικὰ* libris 20: *Βασιλικὰ*, i. e. regias conſtitutiones, 60. libris complexus eſt. Extant ejuſdem oracula de imperio Rom. orientali, à *Lambecio* edita: item, decem orationes. Liber de aucupio adhuc deſideratur. Vid *Thomaſius de plagio, §. 484. Mart. Hanckius in Scr. Byzant. pag. 412. Olearius, pag. 290.*

LEO primus, cognomine Magnus, epiſcopus Romanus, Anno Chr. 461. claruit. Reliquit homilias *Eraſmus in Ciceroniano:* Tuſci Leonis (qui fuit ejus nominis primus Romæ urbis pontifex) benè numeroſa ſatisque perſpicua dictio, nec ineptis ſenſibus; ſed nihil ad Ciceronem. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. de S. E. pag. 11. Rivetus T. 2. oper. pag. 1144. Olearius, pag. 288.*

LEO, Mutinenſis, Synagogæ Venetæ Rabbi-

Rabbinus, h. t. claret. Ejus liber de ritibus, vita & moribus modernorum hebræorum, Pariſ. An. 1637. curante *Gaſſarello* prodiit.

LEO, Oſtienſis epiſcopus, An. 1110. obiit, juxta *Bellarminum*. Struxit chronicon monaſterii Caſinenſis, orſus à S. Benedicto, progrediens usq; ad Deſiderium abbatem, qui poſteà papa factus & Victor III. dictus eſt. Vid. *Ph. Labbe, l. c. pag. 18. Olearius, pag. 290.*

LEO, IX. natione Germanus, Anno 1049. pontifex factus eſt. Obiit Anno 1054. Reliquit epiſtolas & homilias. Videatur *Ph. Labbe l. c. pag. 17. Olearius, pag. 289.*

LEO Sia, Judæus medicus, tandem Chriſtianus factus eſt.

LEO, Tuſcus, ſcripſit de inſomniis ad Hugonem Etcrianum. Librum *Caſp. Barthius* habuit, ceu patet ex ejus *Notis ad Claudian. p. 1324.* Idem in *Notis* ad *Venaticos & Bucolicos poëtas pag. 158.* vocat librum optimæ frugis, multaq; continentem, alibi non exſtantia, præſertim Ægyptiorum myſteria.

LEO Judæ, Gemerenſis, natus eſt, Anno 1582: obiit, An. 1542. Fertur quinque calluiſſe linguas. Tranſtulit vetus Teſtamentũ ex Hebraico in latinum. Hanc translationem Hiſpani Theologi poſtmodum per *Guil. Rovillium* denuo excudi curaverunt. Vid. *Rivetus T. 2. Operum pag. 96. Placcius, pag. 218.*

LEO (Ambroſius) medicus & philoſophus inſignis, Anno 1517. claruit. Reliquit tres libros de Nola patria ſua non incurioſè perſcriptos. Idem caſtigationes in Averroëm adornavit. Vid. *Quenſt. pag. 379.*

LEO (Dominicus) junior, Bonon. medicus, An. 1560. floruit. Scripſit de febribus & tumoribus præter naturam: de morbo Gallico, &c.

LEO (Duardus) genealogiam regum Portugalliæ publicavit.

LEO (Franciſc.) edidit ſtudium ſapientiæ univerſalis, Pariſ. An. 1657.

LEO (Jacobus Jehuda) Judæus, ſtruxit 4. libros de templo Hieroſolymitano.

LEO (Joh.) Granatenſis (vulgò *Africanus* dictus) tempore Leonis X. pontificis vixit. Erat initio Mohammedanus: tandem Chriſtianus factus eſt. Africæ deſcriptionem novem libris perſecutus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 84. Zeilerus part. 1. hiſt. pag. 85.*

LEO (Marq.) emiſit demonſtrationem catholicam, An. 1622. in 4.

LEO (Pet.) Florentinus, medicus, furore correptus, in puteo miſerè periit. *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag. 81.* vocat non tantum artis medicæ peritiſſimum, ſed etiam in literis politioribus non mediocriter excultum variarumque rerum cognitione nobilem.

LEODAMAS, Λεωδάμας, inter ſophiſtas locum occupat. Meminit ejus *Ariſtoteles in Rhet. 1, 7.*

LEODIUS (Hubert. Thomas.) Vide, THOMAS.

LEON (Æl. Edoard.) Friſius, Anno 1582. claruit. Friſiam carmine heroico celebravit.

de LEON (Salvator) Murcianus, in Eccleſiaſticum, Antverp. Anno 1640. fol. commentatus eſt. Videatur *Alegambe, pag. 415.*

LEONCLAVIUS (Joh.) Vide, LEUNCLAVIUS.

de LEONE Pinello (Ant.) Hiſp. epitomen bibliothecæ orientalis & occidentalis, nauticæ & geographicæ, An. 1629. edi curavit.

LEONHARDUS, Chienſis, hiſtoriam captæ à Turcis Conſtantinopoleos compoſuit. Edita eſt Norimb. An. 1544.

LEONHARDUS, Raguſæus, Anno 1480. floruit. Summam Thomæ Aquinatis ſcholiis illuſtravit. Vid. *Sigiſm. Ferrarius in Hungaria, pag. 449.*

LEONHARDUS, de Utino, ord. prædicatorum monachus, A. 1445. claruit. Ejus ſermones de ſanctis ſub ipſa typographicæ artis incunabula, A. 1446. impreſſi ſunt abſque tamen loci mentione. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 291.*

LEONHARDUS (Camillus) reliquit ſpeculum lapidum, Paris. An. 1610.

LEONHARDUS (Hubertus) Anno 1490. claruit. De genealogia nobilium Francorum tractavit.

LEONHARDUS (Joh.) ſcripſit contra Alcoranum, An. 1523.

LEONHARDUS (Paulus) tractat. de ſcientia media, An. 1644. compoſuit.

LEONHARDUS (Sebaſt.) in libros Samuelis, Anno 1610. commentari cœpit.

LEON-

LEONHARDUS (Thomas) Moſætraje-ctanus, Anno 1600. natus eſt. Edidit theſaurum roſarii, Colon. Anno 1642. Vid. *Valer. Andreæ in Faſtis Lovanienſ.*

LEONICENUS (Jonas) methamorphoſin Æſculapii & Apollinis, An. 1672. in lucem protulit.

LEONICENUS (Nicol.) Vicentinus, medicus, natus eſt Anno 14281 obiit Anno 1524. ætatis 96. Sexaginta annos Ferrariæ docuit. Gloriabatur ſe vegeta & viridi uti ſenecta, quòd caſtam juventutem virili ætati tradidiſſet. Dioſcoridem notis exornavit. *Joſephus Scaliger, epiſtola 19. pag. 104.* de Leoniceno ſequentia habet : De eo viro nonniſi honorificè prædicare debemus, vel eo nomine, quòd primus philoſophiam & medicinam ipſam cum humanioribus literis conjunxit. Primus enim ille nos docuit, homines, qui ſine bonis literis medicinam tractant, eſſe ſimiles iis, qui in alieno foro litigant. Et mirum præterea accepi de viro. A pueritia, imò à cunabulis ipſis ad 30. annum morbo comitiali adeò tentabatur, ut, cum ad ſe redierat, pertæſus vitæ penè ſibi manus afferret. Sed poſt trigeſimum annum planè eo malo defunctus, omnibus membrorum ac ſenſuum officiis integer, nulla morbi ſuſpicione ad 94. annum pervenit. Et, ſi benè memini, triduo, antequam decederet è vita, operam dederat lectioni. *Hæc ille.* Confer *Jovium in Elogiis, num. 70.*

LEONICENUS (Omnibonus) Vicentinus, An. 1505. claruit. Vertit Æſopi fabulas : Xenophontis libellum de venatione : Athanaſii opus contra gentes & hæreticos.

LEONICUS (Barth.) cognomine Fuſcus, in Caſinenſi monaſterio obiit. *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag. 164.* ejus ingenium & abſolutiſſimam eruditionem omnes admiratos eſſe memorat.

LEONICUS (Nicol.) Tomæus, Bartholomæi frater germanus, An. 1524. claruit. Primus latinorum philoſophorum (inquit *Jovius in elog. num. 91.*) Patavii Ariſtotelem Græcè interpretatus eſt. Compoſuit comment. in parva naturalia Ariſtotelis : item, librum de varia hiſtoria. Procli Lycii explicationem in Platonis Timæum latine tranſtulit. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 163.* Leonicus (inquit) in adytis philoſophiæ, præſertim Platonicæ, ſemper religioſè verſatus ad Platonis & Ciceronis dialogos effingendos ſe compoſuit, & præſtat eloquentiæ tantum quantum fas eſt hodiè à tali philoſopho requirere : Ciceronianus appellari nec ipſe cupiat, niſi fallor ; adhuc enim ſupereſt, vir non minus integris moribus, quam eruditione recondita. *Hæc ille.*

LEONIDES, Λεωνίδης, Byzantius, Metrodori filius, ſcripſit de re piſcatoria : item, de animalibus. Meminit ejus *Ælianus in hiſt. anim. l. 2. c. 6. lib. 12. c. 42. lib. 17. c. ult.*

LEONIDES, Rhodius, philoſophus Stoicus, *Straboni l. 14.* memoratur. *Iſacius Tzetzes in Lycophronem* eum περὶ Ἰταλίας allegat. Meminit ejus etiam *Heſychius in* ἐκνοὲς : item, *Vitruvius in præfat. libri 7.* Hæc *Meurſius in Rhodo, pag. 106.*

LEONIDES quidam de populis Atticæ ſcripſiſſe fertur, teſte *Athenæo 3. 9.*

LEONINUS (Alb.) Bommelanus, Anno 1598. obiit. *Swertius, pag. 225.* JCtum facit & à procera ſtatura *Longolium* cognominatum eſſe memorat. De eo hoc *dicterium* ferebatur : *Leonino cantillante, ſaltat Cujacius.* In jure 7. libros obſervationum : centuriam conſiliorum, &c. edidit. Vid. *Valerius Andreæ in Faſt. Lovan. pag. 190. Vernulæus in Acad. Lov. pag. 290.*

LEONIUS (Gomez.) Hiſp. JCtus, collegit deciſiones.

LEONIUS (Ludov.) medicus, Anno 1485. floruit.

LEONIUS (Paulus) Patavinus, JCtus, ſcripſit in titul. de verborum obligationibus.

LEONIUS (Pet.) Spoletanus, medicus, Anno 1444. aqua merſus periit, teſte *Reuſnero in Iconibus.* Confer *Jovium in Elogiis, num. 35.*

LEONIUS (Rutg.) edidit ſynopſin prælectionum phyſicarum, An. 1665 : item, ſelecta philoſophica, Daventriæ, Anno 1670.

LEONORIUS de Leonoriis, medicus, An. 1105. claruit. Librum de medicamentis pro equis elaboravit.

LEONTIUS, Λεόντιος, advocatus Byzantius, A.C. 540. floruit. Scripſit de ſectis : item,

item, tres libros contra Neſtorianos & Eutychianos. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 23. Olearius in Abaco, pag. 292.*

LEONTIUS, Cyprius, A. C. 620. claruit. Reliquit homilias. Vid. *Ph. Labbe l. c. pag. 25. Olearius pag. 292.*

LEONTIUS, Magneſius, à *Mallincrotio pag. 38.* tanquam ab aliis prætermiſſus, obſervatus eſt.

LEONUS (Dominicus) Lunenſis, medicus, artem medendi, An. 1563. publicari fecit. Vid. *Linden, pag. 160.*

LEOPARDUS (Paulus) Iſemburgenſis, vir Græcè & latinè doctiſſimus, A. 1567. obiit. Erat, teſte *Thuano*, homo minimè ambitioſus, ut qui Bergis in humili ſchola obſcurus latere, quam in luce hominum honores & dignitates, quod poterat, affectare maluerit. Concinnavit duas decades emendationum: prior ab ipſo edita: altera diu ſuppreſſa, randem à *Jano Grutero* in lucem protracta eſt. Vid. *T. 3. Lamp. Criticæ.* Plura de Leopardo ap. *Sweertium pag. 593.* invenies.

LEOPOLIENSIS (Joh.) hiſtoriam paſſionis Chriſti enucleavit. Vid. *Starovolſcius, pag. 47.*

LEOTARDUS (Honoratus) Herculem Commodianum compoſuit, Anno 1646. Ferunt eum etiam de uſuris ſcripſiſſe.

LEOTAUDUS (Vinc.) 4. libros inſtitutionum arithmeticarum Anno 1660: item, magnetologiam Anno 1668. condidit. Extat etiam ejus cyclomathia Anno 1663. edita. Vide, LEAUTAUDUS.

de LEOVARDIA (Joh.) Friſius, Anno 1590. floruit. Tractatum de Judæorum ſynagoga & Chriſti eccleſia elaboravit. Fertur miſſus in Indiam occidentalem ad convertendos infideles. Vid. *Sweertius, pag. 443.*

LEOVITIUS (Cypr.) Anno 1574. deceſſit. Eclipſium deſcriptiones emiſit, quas ad annum 1606. uſque perduxit. Vid. *Thuanus l. 59.*

LEPAGE (Simeon) ſcripſit triumphum S. Auguſtini de *Corn. Janſenio*, Pictavii, Anno 1657.

LEPIDUS, Λέπιδος, octo libros ἱστορικῆς ἐπιτομῆς exaravit. Vid. *Stephanus in* Τήϊα & σκίαπι.

LEPIDUS (Cam.) JCtus, collegit deciſiones Florentinas.

LEPIDUS (Corderius) Lingonenſis, inter poëtas Gallos locum habet. Vid. *Tomus 2. Delit. Gall. pag. 411.*

LEPTA (Thraſybulus.) Vide, DINNERUS.

LEPUSCULUS (Sebaſtianus) An. 1576. obiit. Edidit collectanea hebraica latina.

de LEQUILE (Fr. Didacus) compoſuit librum de domo Auſtriaca 3. tomis, Venet. An. 1660. fol.

de LERBEKE (Herm.) monachus, Anno 1400. claruit. Reliquit chronicon Comitum Schawenburgenſium, quod incipit ab anno 1030. & deſinit in annum 1404. *Henricus Meibomius* illud notis illuſtratum edidit Anno 1620. in quarto. Videatur *Caſp. Barthius in Claud. pag. 1374.*

LERIUS (Joh.) hiſtoriam navigationis in Braſiliam adornavit, Anno 1594.

LERMÆUS (Gabr.) Volca, *Bartaſſii* hexaëmeron latino carmine expreſſit. Carmina ejus *T. 2. Delit. Gall. pag. 421.* continentur.

LERNUTIUS (Janus) Brugenſis, natus eſt Anno 1545: obiit Anno 1619. Carmina ejus ut plurimum ſunt ἐρωτικὰ habenturque *T. 3. Delit. Belg. pag. 114.* Videatur *Sweertius pag. 382. Sanderus in Brugenſ. pag. 47.*

LESBOCLES, Λεσβοκλῆς, rhetor, eodem tempore, quo Potamon, Mitylenis viguit. *Seneca Suaſ. 2. pag. 12.* vocat declamatorem magni nominis & nomini reſpondentis ingenii.

LESBONAX, Λεσβῶναξ, Mitylenæus, philoſophus, teſtante *Suida*, Auguſti Imp. tempore vixit. *Photius Codic. LXXIV.* ei ſedecim orationes politicas tribuit. Lesbonactis duæ orationes Hanoviæ editæ ſunt, Anno 1619. quarum una περὶ πολέμου τῶν Κορινθίων: altera λόγος προτρεπτικὸς ad Athenienſes. *Andr. Schottus* tamen Lesbonactem oratorem philoſopho Mitylenæo antiquiorem facit.

LESCHASSERIUS (Jac.) ſcripſit de libertate antiqua & canonica eccleſiæ Gallicanæ.

LESCHES, Λέσχης, Lesbius, poëta, juxta

Euſebium, XXX. Olymp. claruit & parvam Iliadem confecit. Ex ea *Pindarum* quædam mutuatum eſſe, Græci ejus interpretes obſervant. *Pauſanias in Phocicis, pag. 60.* Pyrrhæum facit (Pyrrhi autem Lesbi civitas erat) & Ἰλίου πέρσιν ſcripſiſſe memorat.

LESCHIDES, Λεσχίδης, Eumenis commilito, heroicus poëta & quidem eximius fuiſſe dicitur, ceu *Suidas* obſervat.

LESCHUS (Div.) ſcripſit de lapide philoſophorum.

LESCOLAPERIUS (Pet.) in *Ciceronem* de natura deorum, Pariſ. Anno 1660. commentatus eſt.

LESCUN (J. P.) condidit genealogiam principum Barnenſium.

LESCURIUS (Ant.) JCtus, tractavit de jurisdictione, An. 1585.

de LESCUT (Nicol.) JCtus, de teſtium examinatione ſcripſiſſe fertur.

LESLÆUS (Joh.) Scotus, ſcripſit de origine, moribus & rebus geſtis Scotorum, Romæ, An. 1578.

LESMORÆUS (Jac. Gord.) Aberdonenſis, An. 1641. æt. 88. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 197.* Confer, GORDONUS.

LESMUS (Mart.) Hiſp. Anno 1574. obiit. Lectiones in ſummam Thomæ Aquinatis conſtruxit. Extat ejuſdem tractatus de matrimonio. Vid. *Obilinus, vol. 2. pag. 794.*

LESNAUDERIUS (Pet.) JCtus, plagii à nonnullis inſimulatur. Vid. *Thomaſius, §. 485.*

de LESPINE (Carol.) An. 1630. vixit. Varia regna & provincias ſumma brevitate deſcripſiſſe dicitur.

LESSABÆUS (Jac.) Marchianenſis, An. 1534. claruit. Reliquit farraginem carminum: item, Hannoniam vel lib. de urbibus Hannoniæ.

à LESSINIA (Ægid.) Flander, edidit flores caſuum. Extant etiam ejus tractatus de uſuris: de concordiis temporum, &c. Vid. *Sanderus in Flandris ſcript. pag. 15.*

LESSIUS (Leonh.) Brechtanus, Anno 1623. obiit. Tractatum de juſtitia & jure exaravit. Extat ejuſdem libellus de quinquaginta DEI nominibus. Videatur *Sweertius, pag. 514. Vernulæus in Acad. Lov. pag. 316. Alegambe, pag. 301.*

LETHMATIUS (Herm.) Goudanus, Anno 1555. obiit. Compoſuit novem libros de reſtauranda religione, teſte *Sweertio.*

LETZNERUS (Joh.) Anno 1596. floruit. Struxit chronicon Corbejenſe, Daſſilienſe & Embeccenſe. Vid. *Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 86.*

LEVALORIUS (Caſp.) habuit orationem panegyricam in adventu *Pet. Aldobrandini.*

LEUBERUS (Benjamin) JCtus, de reductione monetali librum molitus eſt, Norimb. Anno 1629.

LEUCEAS, Λευκέας, Argivus poëta, carmine ſcripſit de gentibus & earum inſtitutis ac moribus, quemadmodum ex *Pauſania* conſtat.

LEUCHTER (Henr.) edidit Alcoranum Mahometicum: item, ſpeculum de ſummo bono & ſummo malo, Anno 1604.

LEUCHTIUS (Val.) ſcripſit ſpeculum hiſtoricum miraculorum ſacrarum imaginum, An. 1595.

LEUCIPPUS, Λεύκιππος, philoſophus, Zenonis Eleatæ diſcipulus, primus, teſte *Laërtio*, ſtatuit omnia fieri ex atomis inter ſe complicatis. Juxta *Epiphanium* quidam eum Abderitam: alii Mileſium faciunt. *Clemens Alex.* affirmat, eum ἀρχὰς poſuiſſe τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν. *Stobæus* Leucippi librum περὶ νοῦ allegat.

LEUCON, Λεύκων, Comicus, juxta *Suidam*, tempore belli Peloponneſiaci flor. Ex fabulis ejus erant Ὄνος ἀσκοφόρος & Φράτερες.

LEUCUS (Paganus) Bergomas, ſcripſit in univerſa penè Biblia, teſte *Donato Calvo.*

LEVERA (Franc.) compoſuit aſtronomiam Romanam, fol. Extat quoque ejus ſcriptum de ſtellarum inerrantium viribus & excellentia, Anno 1664 editum Romæ.

LEVINEIUS (Joh.) Gandenſis, An. 1599. obiit. In Plantiniana Bibliorum editione Græca cum *Guil. Cantero* ſedulam operam navavit: poſteà ſuam induſtriam Guil. Sirleto & Ant. Caraſæ in eodem opere Romæ approbavit. Multa præterea Græcorum Patrum ſcripta latinè reddidit. Vid. *Thuanus l. 12. & Sanderus in Gandav. p. 74.* Confer LIVINEIUS.

LEVI (Rabbi) Aben Chabib, vir Hieroſolymitanus, Anno mundi 5298. vixit. Reliquit Theſchuvot, teſte *Gans in Zemach, pag. 152.*
LEVI, ben Gerſon, An. Chr. 1370. obiit. Compoſuit comment. in 24. libros ſacros: item, librum *Mikhomot Adonai Gans in Zemach, pag. 145.* vocat excellentem ſapientem. Videatur *Buxtorf. in Abbrev. pag. 160.*
LEVITA (Iſaac) in Malachiam commentatus eſt.
LEUNCLAVIUS (Joh.) nobilis Angrivarius, vir doctiſſimus, juris Romani Græciq; conſultiſſimus, & rerum Turcicarum apprime peritus, An. 1593. ſexagenario paulo minor obiit. Eruditio ejus ex ſcriptoribus, quos tranſtulit, æſtimari poterit. Tranſtulit autem Xenophontem, Nazianzenum, Conſtantinum Manaſſem, Michaëlem Glycam & alios. Synopſin quoq; 60. librorū *Βασιλικῶν*, i. e. univerſi juris Romani cum annotationibus evulgavit. Edidit præterea 18. libros hiſtoriæ Muſulmannicæ, quos e monumentis ipſorū Turcarum excerpſit. Vid. *Thuanus l. 104. Funccius T. 1. orb. Imp. p. 126.*
de LEUNESCHLOS (Joh.) Salinga Montanus, natus eſt An. 1620. Heidelbergæ philoſophiā docuit. Paradoxa de quantitate Anno 1659. edi curavit. Extat ejuſdem tract. de corpore.
LEURECHON (Joh.) An. 1625. vixit. Edidit hilaria mathematica. Vid. *Aleg. p. 253.*
LEURESIUS (Mart.) Brabantus, An. 1485. floruit. Scripſit librum, quo mulieres ab improperiis, quibus ſolent communiter affici, vindicat, earumque præclara facta in unum colligit atq; recenſet. Vid. *Sweertius, pag. 550.*
LEURSIUS (Hier.) An. 1539. claruit. Vertit Magentinum latine. Vid. *Simlerus.*
LEUS (Eduardus) Eboracenſis epiſcopus, An. 1544. obiit. Struxit annotationes in Nov. Teſtam. adverſus *Eraſmum.*
LEUSCHNERUS (Georg.) Colditienſis ſcholæ rector, emiſit hellenodiam vel cantiones Græcas, An. 1648.
LEUSDEN (Joh.) edidit philologum hebræum: item, Pirke Auoth, A. 1665.
LEUSLERUS (Joh. Juſt.) de jure mortis naturalis, A. 1677. quædā meditatus eſt.
LEUTHINGER (Nicol.) de Marchia Brandenburgica commentari cœpit, Anno 1594. Vid. *Zeill. part. 2. pag. 205.*
LEW (Gerh.) Brabantus, geſta Romanorum moraliſata An. 1480. vulgavit, teſte *Sweertio.* Vide, LEIO.
à LEWEN (Simon) edidit Cenſuram forenſem theoretico-practicam, A. 1662.
LEWIUS (Alb.) JCtus & mathematicus, A. 1614. obiit. Struxit theoriam motuum cœleſtium ſecundum ſententiam *Copernici*: item, iſagogen ad aſtronomiam, geographiam & horologiographiam.
LEYDEKKERUS (Melch.) emiſit facem veritatis ſive exercitationes philoſophicas, Leydæ, An. 1677.
de LEYDIS (Phil.) Batavus JCtus, A. 1380. obiit. Vide, LEIDIS.
LEYUS, Anglus, librum de ſabbato compoſuit contra *Saltmarſchium.*
de LEZANA (Joh. Bapt.) ſcripſit tomos complures annalium Carmelitarum.
LEZARDUS, philoſophiam univerſam quinq; voluminibus complexus eſt.
LHUYDUS (Humfredus) de Britannia commentatus fuit. Vid. *Zeillerus part. 3. pag. 132.*
LIBANIUS, *Λιβάνιος*, ſophiſta Antiochenus, tempore Juliani apoſtatæ Imp. claruit. *S. Baſilius* eum in magno pretio habuit, quemadmodum ex *epiſtolis utriusq;* apparet. Texuit Conſtantii Imp. encomium: epiſtolas & declamationes. Duos orationum tomos *Fed. Morellus,* profeſſor Regius, Pariſ. publicavit, fol. Libanii 300. epiſtolas MSS. regina Sueciæ, *Chriſtina*, habuiſſe traditur. Vid. *Langbainius ad Longinum pag. 53.* item, *Eunapius, pag. 130.*
LIBANORIUS, abbas, res Ferrarienſium literis conſignavit.
LIBAVIUS (Andr.) Halo-Saxo, medicus, Anno 1612. claruit. Reliquit tres partes commentariorum alchimiæ: tres libros chymicarum epiſtolarum: quatuor partes Singularium: praxin alchimiæ: contemplationem ſingularem de univerſitate & originibus rerum conditarum, juxta hiſtoriam hexaëmeri Moſaici inſtitutam & in 7. libros diſtributam, &c. Ejus tractatus de colloquio Ratisb. contra *Gretſerum* Anno 1604: poëmata verò, Anno 1602. prodierunt. Interdum ſe *Baſilium de Varna* appellat. Vid. *Linden, pag. 31.*
LIBELLUS (Hyacinthus) inter eximios Theologos pontificios à *Caramuele* refertur.

LIBENIUS (Jac.) poëta, edidit tragœdiam Joſephi, Antverp. An. 1639. Vid. *Alegambe, pag. 206.*

LIBER (Nic.) ſcripſit de terræmotu, teſte *Bodino in theatr. nat. pag. 176.*

LIBERALIS (Antoninus) Λιβεράλις, tempore Claudii Imp. vixiſſe videtur. Extat ejus *συναγωγὴ μεταμορφώσεων*, quam primus *Xylander* vulgavit, deinde *Berckelius*, An. 1674. Vid. *Hofmannus in lex. Univ. part. 1. pag. 915.* Quære, ANTONINUS.

de LIBERATIS (Liberatus) exaravit podagram politicam, An. 1659.

LIBERATUS, Carthaginenſis epiſcopus, A. 560. floruit. Compoſuit breviarium de cauſa Neſtorii & Eutychis, quod conſtat 24. capitibus ac *T. 2. Conciliorum Binii* continetur.

LIBERIUS (Lilius Ægid.) fuit *Gr. Tiphernatis* diſcipulus & *Raph. Volaterrani* præceptor. Vid. *Simlerus.*

LICARNA (Dionyſ.) methodum legendi hiſtorias Venet. An. 1571. imprimi curavit.

LICENTIUS, poëta, tempore S. Auguſtini vixit. Carmen ejus ad Auguſtinum inter epiſtolas Aug. occurrit. Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 522. Barthius ad Claud. pag. 43.*

LICETUS (Fortunius) Genuenſis, celeberrimus philoſophus Lycei Patavini, A. 1640. claruit. *Hallervordius 49.* opuſcula ejus enumerat. Scripſit tractat. de monſtris: de annulis antiquorum: de lucernis antiquorum: de novis aſtris & cometis: de intellectu agente: de immortalitate animæ: libros 3. de vita: de mundi & hominis analogia: de centro & circumferentia: de luminis natura: de motu ſanguinis: de pietate Ariſtotelis: de imagine & ſepulcro Ariſtotelis, quod Venetiis eſſe traditur: expoſitionem ænigmatis, ÆLIA, LÆLIA, CRISPIS: hydrologiam peripateticam, &c. Vid. *Imperialis in Muſeo pag. 207. Jonſius de Scr. hiſt. Phil. l. 3. c. 20. pag. 314.*

LICHETUS (Franc.) Bergomas, Anno 1520. obiit. Struxit comm. in Scotum, item, in 9. libros methaphyſ. Extat ejuſdem diſputatio adverſus *Auguſt. Sueſſanum.*

de LICHT (Franc.) compoſuit libellum titulo: Aſſerta veritas genuina NIHILI, Antv. An. 1642.

à LICHTERFELD (Ferd.) Flander, reliquit carmina.

LICINIANUS (Valer.) poëta, memoratur *Martiali. Plinius in epiſt. 4, 10.* eum inter eloquentiſſimos cauſarum actores numerat. Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 873.*

LICINIUS (C.) Calvus, diu cum *Cicerone* de principatu eloquentiæ iniquiſſimam litem habuit. Uſque eò violentus actor & concitatus fuit, ut in media actione ejus ſurgeret Vatinius reus & exclamaret: *Rogo vos, Judices, num ſi iſte diſertus eſt, ideò me damnari oportet?* teſte *Seneca, controv. 19.* Confer *Tacitum de orat. c. 21.* Vid. *Voſſ. de natura rhet. pag. 101.*

LICINIUS (C.) Macer, hiſtoricus, A. U. 665. obiit. Compoſuit annales, teſte *Nonio* in *lues.* Ejus oratio pro Thuſcis à *Priſciano l. 10.* allegatur. Ex ejusdem epiſtola ad Senatum *Nonius* in *contendere* quædam adducit.

LICINIUS (Clodius) condidit libros rerum Romanarum. Meminit ejus *Livius l. 29.* & *Nonius* in *patibulum.*

LICINIUS Imbrex, antiquus comœdiarum ſcriptor, Ennio coævus fuit. Ei inter comicos quartum locum *Volcatius Sedigitus* apud *Agellium 15, 24.* concedit. Fabulam ipſius Neæram laudatus *Agellius 13, 21.* allegat. Vid. *Glandorpius l. c. pag. 537.*

LICINIUS Mænas, ſcr. de arte piſtoria & coquinaria, teſte *Columella 12, 4.*

LICINIUS Rufinus, JCtus, collationem legem Moſaicarum & Romanarum conſtruxiſſe creditur. *Marq. Freherus in Parerg. 1, 9.* monachi alicujus ante Juſtiniani tempora eum laborem eſſe exiſtimat.

LICINIUS Ruſticus, JCtus, tempore Gordiani & Decii Impp. floruit. Scripſit 12. libros regularum. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. pag. 73.*

LICINIUS (P.) Tegula, poëta, *Livio l. 31.* memoratur. Vixit A. U. 554.

LICINIUS (P. E.) juſtitiam Chriſtianam, An. 1665. evulgavit.

LICINUS (Joh. Ant.) Bergomas, tractavit de parochorum obligationibus.

de LICIO (Rob.) Minorita, opus quadrageſimale de pœnitentia, Venet. A. 1472. edi curavit. Vid. *Olearius, pag. 413.*

LICYM-

LICYMNIUS, Λικύμνιος, Chius, *Ariſtoteli in Rhet. l. 3. c. 12.* memoratur. *Parthenius μελοποιὸν*, i. e. lyricum poëtam vocat & ex eo 22. narrationem allegat. Confer *Athenæum l. 13. c. 6.*

LIDDELIUS (Duncanus) Scotus, artem medicam edidit Anno 1607: item, pathologiam.

LIDEMANNUS (Bernh.) ſcripſit de favore & favorabili, An. 1664.

LIDGATUS (Joh.) Anglus, Anno 1440. ſexagenarius obiit. Extant ejus libri novem de caſibus illuſtrium virorum. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 258. Ghilinus, vol. 2. pag. 130.*

LIDLETON (Adam) edidit Paſorem metricum. Lond. An. 1658.

à S. LIDUINA (Cœleſtinus) Carmelita Batavus, tranſtulit *Thomam à Kempis* de imitatione Chriſti in linguam Arabicam Romæ, An. 1663. In 8.

LIEBENTHAL (Chriſt.) collegium ethicum & politicum edi curavit. Vid. *Thomaſius de plagio, §. 486.*

LIEBHARDUS (Carolus) Langmarcæus, elaboravit carmina. Vid. *Tomus 3. Delit. Belg. pag. 295.*

LIEBAULTIUS (Joh.) Divionenſis, edidit theſaurum ſanitatis paratu facilem, An. 1577.

LIEBLERUS (Georg.) ſcr. epitomen philoſophiæ naturalis, An. 1589.

à LIECHTENAW (Conr.) abbas Urſpergenſis, Anno 1240. obiit. Conſtruxit chronicon, facto initio à Belo, primo Aſſyriorum rege, & deſinit in An. Chr. 1229. *Bellarminus* eum laudat, tanquam autorem diligentem & dignum, qui legatur. *Quidam* hoc chronicon ex quinque ſcriptoribus conſarcinatum eſſe contendunt, qua de re *Gretſerus l. 1. Var lect. c. 10. p. 245.* legi poteſt. Vid. *Olearius pag. 114.*

LIGÆUS (Joh.) ſcripſit de harmonia humani corporis, Pariſ. An. 1555.

LIGHTFOOTUS (Joh.) Staffordienſis Anglus, Anno 1671. claruit. Compoſuit harmoniam Vet. & Novi Teſtamenti: Stricturas in Exodum: Horas hebraicas in Matthæum & Johannem. Vid. *Kempius in Bibl. Angl. pag. 144.*

LIGIUS (Paulus) legalis philoſophiæ ſtudioſiſſimus celebratur ab *Hieronymo Magio, l. 1. miſcell. cap. 20.*

LIGNAMINÆUS (Deſid.) exaravit epiſtolam de ſepulcro *Ciceronis* in Zacyntho inſula, editam Venetiis An. 1547. Carmina ejus occurrunt *T. 1. Delit. Ital. pag. 1384.*

de LIGNAMINE (Joh. Phil.) Meſſanenſis, ſcripſit de unoquoque cibo & potu, utili homini & nocivo, eorumque primis qualitatibus.

de LIGNANO (Joh.) Mediol. JCtus, Anno 1383. obiit. Vulgò *legum & philoſophiæ ſummus capitaneus* vocatur. Tractavit de interdicto eccleſiaſtico: de bello: de repreſſaliis. Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 129.*

de LIGNANO (Joh. Oldr.) Anno 1368. floruit. Extant ejus conſilia.

LIGNANUS (Paul. Ant.) JCtus, vixit Anno 1470. Addidit addidiitiones ad tractatum de bello *Johannis de Lignano*, proavi.

LIGNARIDUS (Herm.) paravit antidotum contra apoſtaſiam, An. 1608.

LIGNÆUS (Pet.) Gravelinus, JCtus, Anno 1550. claruit. Reliquit annotationes in inſtitutiones juris: item, annotationes in 4. priores libros Æneidos. Extat ejuſdem tragœdia, Dido inſcripta. Confer *Sweertium*. Vide, LEGNÆUS.

LIGORIUS (Pyrrhus) Neapolitanus, Anno 1586. obiit. Opuſculum ejus de vehiculis *Johannes Scheferus* Anno 1671. edidit. De aliis ejus ſcriptis adhuc ineditis *Ez. Spanheimius in tract. de antiq. numiſm. pag. 148:* item, *Mart. Hanckius part. 2. de Scr. R. R. pag. 153.* legi poſſunt.

LIGUR (Paulus) Monelienſis, collegit poſtillas eruditiſſimas, Anno 1496. teſte *Sigiſm. Ferrario.*

LILÆUS (Hieron.) in *Apulejum* nonnulla meditatus eſſe fertur. Sic enim *Scipio Gentilis in Orig. pag. 302.* De hoc amatores Apuleji viderint, qui hodiè plurimi ac doctiſſimi: imprimis verò eximia indole adoleſcens, Hier. Lilæus, cui mox tantum debere ſe *Apulejus* ab inferis excitatus ſentiet, quantum Carthagini vivus profeſſus eſt.

LILIA (Pet.) Poſnonienſis, Anno 1606. ætatis 60. obiit. Edidit regem Salomonem: item, comm. in ſententias Nazianzeni. Vid. *Starovolſc. pag. 91.*

à LILIEN (Caſp.) celebris Theologus, h. t. claret. De ſyncretiſmo orationem habuit, An. 1672.

LILIUS (Aloyſ.) medicus & philoſophus, faſtos, ut ajunt, correxit. Quocirca Gregorius XIII. decrevit, ut, veteribus faſtis exploſis ejectiſque, deinceps qui eſſent ab *Aloyſio* correcti emendatique, ad Paſcha diesque feſtos, qui ab eo derivarentur, inveniendos celebrandosq; adhiberentur. Vid. *Nicius Erythr. part. 1. Pinacoth. pag. 178.*

LILIUS (Georg.) Guilhelmi filius, Anno 1560. claruit. Chronicon regum Angliæ adornavit. Vid. *Jovius in Britann. pag. 25.*

LILIUS (Guil.) Anglus, primus cives ſuos latine atque diſertè loqui feliciter docuit. Vid. *Jovius in deſcr. Britanniæ, pag. 89.*

LILIUS (Zach.) condidit orbis breviarium.

LIMA (Lud.) fecit additiones ad *Molinam* de primogenitura Hiſp. An. 1634.

LIMANUS (Horat.) An. 1550. floruit. Vid. *Simlerus.*

LIMNÆUS (Joh.) Jenenſis Thuringus, celebris JCtus, ſcr. tractatum de academiis, An. 1621: item, quinque tomos juris publici Imp. Rom.

LIMPIUS (Pompejus) JCtus, edidit repetiones in varias juris civilis leges, Venet. Anno 1608: item, dactyliſmum eccleſiaſt. fol.

LINACER (Thomas) Britannus, Anno 1524. obiit, ætatis 64. Medicus erat Henrici VII. & VIII. Tandem ſacerdos factus eſt. Laudant eum *Eraſmus, Budæus, alii.* Magnam famam ſibi peperit ſex libris de ſtructura latini ſermonis. In Galeno non pauca dictione puriſſima tranſtulit. Londini collegium medicorum ſua induſtria fieri curavit. Vid. *Jovius in elog. num. 63.* item, *in Britannia, pag. 93.*

LINCK (Henr.) Sorbigenſis Miſnicus, celebris JCtus, natus eſt Anno 1642. Patrem habuit virum *Rev. Dn. Georg. Lincken*, eccleſiæ Sorbigenſis paſtorem primarium. Altdorfii h. t. jura profitetur, ac docendo, ſcribendo, & diſputando Spartam egregiè exornat. Edidit tractatum de juribus templorum, Anno 1674.

LINCKERUS (Conr. Theod.) theatrum hiſtoricopoliticum Anno 1664. fol. publicavit.

LINCKIUS (Joh.) Sileſius, poematibus celebris factus eſt. Vid. *Tomus 3. Delit. Germ. pag. 1092.*

LINCKIUS (J.H.) JCtus, in uſus feudorum An. 1617. commentatus eſt.

LINCKIUS (Wenceſl.) primus Norimbergenſium paſtor, Anno 1547 obiit. *Lutherus* eum verè Theologum alicubi appellat. Extat ejus epiſtola de juſtificatione.

de LINDA (Lucas) dedit Orbis deſcriptionem, Anno 1665. Si *Anonymo in bibliographia politica* credimus, omnia ex *Pierro d'Avidi le Monde Gall.* deſumſit.

LINDANUS (Dav.) Gandavenſ. An. [illegible] 612. floruit. Scripſit poëmata: item [illegible]rræmundam.

LINDANUS (Guilh.) Dordracenus, natus eſt Anno 1525: obiit Anno 1588. Extat ejus panoplia. Reliqua ejus ſcripta *Sweertius pag. 311.* recenſet. V[illegible] *Val. Andreæ in Faſt. Lov. pag. 115.* [illegible]*bliſſ.* *vol. 2. pag. 166.*

LINDE (Humfred.) Anglus, [illegible] viam tutam & viam deviam.

LINDEBERGIUS (Pet.) natus eſt Anno 1562: obiit Anno 1596. Co[illegible] 4. libros rerum memorabilium in [E]uropa ab an. 86. uſq; ad annum 91. g[illegible]: item, librum de ſomniis. Ex[illegible] ejuſdem ἡδύσματα & poëmata [illegible]. Vid *Quenſtadius pag. 200.*

LINDEMANNUS (Joh.) JCtus, tractavit quæſtionem: An, ſicut frater [illegible] latere, ita & ejus liberi in grad[illegible] ulteriorem jure Saxonico tranſeant.

LINDEMANNUS (Thomas) [ex]ercitationes feudales, An. 1613. emiſit.

van der LINDEN (Joh. Anton.) natus eſt Anno 1609: obiit Anno 1664. Reliquit meletemata: ſelecta med[illegible] libros 2. de ſcriptis medicis. V[id.] *Henningus Witte in memor. Medd. pag. 243.* ipſe *Lindenius in Catalogo, pag. 42.*

LINDENBORN (Joh.) edidit epiſcopatum Daventrienſem, An. 1670.

LINDENBROCHIUS (Erpoldus) ſcriptores rerum Germ. Septentrionalium imprimi curavit. Videatur *Zeillerus part. 2. pag. 86.*

LINDENBROCHIUS (Frid.) notas in Ammianum Marcellinum & Cenſorinum

rum de die natali concinnavit. Idem codicem legum antiquarum, An. 1613. fol. typis commiſit.

LINDENMUTH (Andr.) Anno 1654. claruit. Scripſit de termino paſchali.

LINDENSPUR (G. L.) addidit monita politica ad auream Bullam.

LINDERHAUSEN (Joh.) JCtus, natus eſt Anno 1571. Leydæ docuit. Compoſuit diſputationes inſtitutionum Imperialium.

LINDHOLTZ (Joh.) ſcr. comment. in Thomam de ente & eſſentia, Lipſ. An. 1661.

LINDHOUT (Henr.) Bruxellenſis, Anno 1608. floruit. Speculum aſtrologiæ adornavit: ut & introductionem in phyſicam, An. 1597.

LINDNERUS (Joh.) ſcripſit fodinam linguæ latinæ, An. 1673.

LINDSELLUS (Auguſt.) epiſcopus Herefordenſis, Theophylacti commenr. in epiſtolas Paulinas, cum latina *Phil. Montani* verſione, edi curavit, Lond. An. 1636. fol.

LINDWOODUS (Guil.) epiſcopus Menevenſis, Anno 1423. vivere deſiit. Decreta provinciæ Cantuarienſis ab Anno 1222. uſque ad An. 1415. in unum volumen redegit & in certos titulos digeſſit.

LINEUS (Thomas) JCtus, orationem in laudem belli An. 1531. habuit. Idem annotationes in inſtitur. juris, An. 1555. primum fecit.

de LINGENDES (Claud.) edidit conciones in quadrageſimam, An. 1661.

LINGIUS (Galf.) Anglus, An. 1390. claruit. Reliquit chronicon. Vid. *Wadding. in S.O.M. pag. 143.*

LINGLOIS (Pet. Franc.) collegit quinquaginta deciſiones, Antverp. Anno 1660.

de LINNA (Alanus) Anno 1420. vixit. Scriptorum Britanniæ varios indices confecit.

LINNICHIUS (Jac.) manna abſconditum Colon. An. 1640. emiſit.

LINOCERIUS (Geofr.) mythologiam Muſarum compoſuit, quæ Pariſ. prodiit An. 1583.

LINSCHOTTEN (Hugo) Anno 1611. obiit. De navigatione in Indiam ſcribere aggreſſus eſt.

LINTRENSIS (Barth. Pet.) Anno 1623. vixit. In Acta apoſtolorum commentatus eſt.

LINTZ (Hubert.) Colonienſis, Anno 1634. obiit. Edidit Canonem ſinuum accommodatum ad decempedam. Vid. *Alegambe, pag. 552.*

LINUS, Λῖνος, vetus poëta, Herculem, Orpheum & alios diſcipulos habuit, *Diodorus Siculus* eum πρῶτον εὑρετὴν ῥυθμῶν καὶ μέλους, i. e. rythmorum & melodiæ primum inventorem facit. *Addit*, res geſtas Dionyſi primi aliaſque mythologias à Lino fuiſſe deſcriptas. Videatur *Laërtius in proœmio: Jamblichus, pag. 130.*

LINUS, Oechaliota, hiſtoricus, à *Stephano in* Οἰχαλία laudatur.

LINUS, epiſcopus Romanus, An. Chr. 70. vixit. Vulgò acta Petri & Pauli ei tribuuntur. Verùm ea falſa & commentatitia eſſe, *Bellarminus in Catal. S. E.* & *Baronius* ad *A. C. 69. num. 6.* agnoſcunt. Confer *Rivetum T. 2. oper. pag. 1073. Calixtum de conjug. Cleric. pag. 185.*

LINUS (Franc.) de corporum inſeparabilitate, Lond. An. 1661. tractaſſe fertur.

LIONIUS, ſtruxit matheſin Thomiſticam, Florent. An. 1660.

LIONNET (Rob.) ſcr. de contagio, Lugd. An. 1639. Vide, LYONNET.

LIPMANN (Rabbi) juxta nonnullos An. 1399. vixit. Librum *Nizachon* contra Chriſtianos adornavit, quem *B. Hackſpanius* à Judæis acceptum primus luci publicæ expoſuit. Vid. *Gans in Zemach, pag. 148. Schickardus in Tarich, pag. 83. & 244. Buxtorf. in Synag. pag. 26. & 353. Wagenſeil in Sota, & quidem in append. pag. 3. & ſeq.*

LIPOLDUS (J. C.) tractavit de perſcrutationibus domeſticis, An. 1673.

LIPPELOUS (Zach.) Antverp. An. 1599. obiit. Tomos Sanctorum Surii in compendium redegit, teſte *Sweertio.*

LIPPENIUS (Mart.) ſcripſit opuſculum de ſtrenis, Anno 1670. Item, de navigatione Salomonis Ophiritica, Anno 1661.

LIPPIUS (Joh.) Theologus, natus eſt An. 1585: obiit An. 1613.

LIPPIUS (Laurent.) inter poëtas refertur. Vid. *Tomus 1. Delit. Ital. pag. 1385.*

LIPPOMANNUS (Aloyſ.) Venetus, Methonæ primum, poſteà Veronæ epiſcopus,

pus, An. 1559. mortuus eſt. Collegit catenam expoſitionum libri Geneſeos ex authoribus tam latinis, quam Græcis, antiquis & recentioribus. Similem catenam in Pſalterium molitus eſt. *Montacutius* ait, hominem eſſe nullius judicii. Vid. *Thuanus l. 21. Ghilinus vol. 2, pag. 186. Sauſſay, pag. 90.*

LIPSCIUS (Andr.) magnus Poloniæ Cancellarius, duas centurias obſervationum juris: item, decadem quæſtionum pro libertate bonorum eccleſiaſticorum compoſuit. Vid. *Starovolſcius, pag. 28.*

LIPSIUS (Dav.) Iſcanius, ſcr. de hydrope. Vid. *Linden, pag. 154.*

LIPSIUS (Juſtus) JCtus, natus eſt Anno 1547: obiit Anno 1606. Docuit Jenæ, Lugduni & Lovanii. Scripſit permulta: omnia egregia. Imprimis laudem merentur ejus comment. in Tacitum, civilis doctrina, monita politica, manuductio in philoſophiam Stoicam, notæ in Senecam, &c. *Quidam* non malè Lipſium criticæ genuinæ ſolum autorem, antiquitatis ſolem, hiſtoriæ omnis condum & promum, ſapientiæ & prudentiæ animam appellant. Opera ejus omnia cura *Balth. Moreti* ſex tomis diſtincta, Antverp. fol. Anno 1637. prodierunt. Videantur *Valer. Andreæ in Faſt. Lovan. pag. 280. Sweertius, pag. 498. Thomaſius de plagio, §. 487. Biſſelius in primo ſeptennio, pag. 365. 404.*

LIPSIUS (Mart.) Bruxellenſis, An. 1555. obiit. Caſtigavit Symmachum & Macrobium. Vid. *Ghilinus, vol. 1 pag. 170.*

LIPSKI (Andr.) epiſcopus Luceonenſis & Procancellarius Poloniæ, collegit obſervationes practicas ex jure civili & Saxonico. Vide, LIPSCIUS.

LIPSTORPIUS (Dan.) ſpecimen philoſophiæ Carteſianæ edidit: item, tract. de monarchia papali, An. 1636.

de LISIEUX (Zach.) monachus Capuccinus, autor eſt *Gygis Galli*, ſomnii ſapientis, ſeculi genii, librorum ſic inſcriptorum & ſub *Pet. Firmiani* nomine editorum, Pariſ. An. 1660. Vid. *Placcius in Pſeudon. pag. 195.*

LISSEIUS vel de LISSO (Guil.) An. 1340. claruit. In oraculis prophetarum perſcrutandis & illuſtrandis omnem ferè ætatem conſumſit. Scripſit in Jeremiam & prophetas minores penè omnes. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 152.*

LISTRIUS (Gerh.) Rhenenſis, Anno 1520. floruit. Fecit carmina, ceu videre eſt *T. 3. Delit. Belg. pag. 368.* Confer *Sweertium, pag. 282.*

à LIT (Godefr.) Venradinus Gelder, An. 1634. vixit. De paſſione Dominica 40. conciones condidit, quibus nomen ſacrificii veſpertini impoſuit.

LITHOCOMUS (Ludolph.) ſcr. etymologias latinas: item, Grammaticam & Syntaxin, quas poſteà *G. J. Voſſius* An. 1628. recenſuit.

LITLETON (Adam.) Vide, LIDLETON.

LIVELEIUS (Edoard.) Anglus, Hebr. linguæ profeſſor apud Cantabrigienſes, An. 1605. obiit. Struxit notas in [illegible] prophetas minores priores. Vid. *C[illegible] in exerc. contra Baron. pag. 413.*

LIVINEIUS (Joh.) Teneræmundanus, Anno 1599. obiit. Edidit XII. veteres Panegyricos cum notis. Ve[illegible] etiam *Greg. Nyſſenum & Joh. Chryſoſtomum* de virginitate. Vid. *Sweertius, pag. 444.*

LIVIUS Andronicus, A. U. R. 514 [illegible] & primus fabulas Romæ docere [illegible] teſte *Agellio 17, 21.* De eo ita [illegible] *Maximus 2, 4*: A ſatiris primus omnium poëta *Livius* ad fabularum [illegible] ſpectantium animos tranſtu[illegible] *Glandorpius pag. 546. Caſp. Sa*[illegible] *in vit. vet. pag. 1. &c.*

LIVIUS (Titus) Patavinus, hiſ[illegible] tempore Auguſti & eo d[illegible] Quarto enim Tiberii anno ſecundum *Euſebium* deceſſit. Scripſit hi[illegible] 142. libros, ex quibus ſec[illegible] decas & quicquid ſequeb[illegible] 45: cæterorum nihil habe[illegible] præter argumenta. Caligula apu[illegible] *Suetonium* eum tanquam verboſum c[illegible]. Quidam etiam *Patavinitatem* in [illegible] reprehendunt. Contra *Fabius 10, 1.* lactcam ejus ubertatem deprædicat, &, [illegible] Thucydidi Salluſtium, ſic Herod[illegible] Livium æquiparari poſſe exiſtimat. [illegible] Ciceron. pag. 109. Titus Liv[illegible] inquit) non raro ſecum ipſe diſſidet [illegible] rum geſtarum narratione, tantum ab[illegible] ut nuſquam aberret à vero. *Idem* [illegible] Incompoſitus eſt Livius. [illegible] Livii peculiari libello *Thomaſi*[illegible] nostr. Videatur *Mart. Hanckius part. 1. de S. R. pag. 57.*

LIWA (R.) tempore Rudolfi Imp. vixit. In Moravia, Bohemia & P[illegible]

tos annos legem Moſaicam docuit. Compoſuit librum *Gur Ariah*, *Gibuwat baſem* & *Derech Chaiim*. *Ganz in Zemach Dav. pag.* 159. vocat doctorem magnum, coronam ſapientum, miraculum ſeculi, ad cujus lucem ambularunt omnes populi atq; ex cujus aquis bibit omnis diſperſio Iſraëlis.

LIZETUS (Pet.) ſcripſit de S. libris in linguam vulgarem non vertendis, Anno 1552.

LOÆUS (Joh.) carmina modulatus eſt.

LOARTIUS (Caſp.) Methymnenſis Hiſp. A. 1578. obiit. In paſſionem Chriſti, Anno 1605. nonnulla meditatus eſt. Vid. *Alegambe, pag.* 150.

LOAYSA (Garſias) An. 1599. obiit, æt. 65. Collegit Hiſpaniæ Concilia, & in his 17. Toletana. Vid. *Thuanus, l.* 122.

LOBECHIUS (David) diſputationes in Aug. Confeſſ. An. 1599. edi curavit.

LOBELIUS (Matth.) Inſulenſis, natus eſt Anno 1538: obiit An. 1616. Reliquit [illegible]iam plantarum. Vid. *Sweertius, pag.* 559.

LOBER (Chr. Henr.) faſciculum diſſertat. [illegible]icarum, An. 1656. evulgavit.

LOBERA (Aloyſ.) Abulanus, tractavit de morbo Gallico. Vid. *Linden, pag.* 20.

de LOBERA (Athan.) monachus ord. *Ciſt.* Philippi II. hiſtoriographus, condidit chronologiam regum Hiſpaniæ ad Philippum II. usq;, An. 1602.

LOBERUS (Valent.) emiſit anchoram *ſanitatis*, dialogicè ſabricatam.

LOBETIUS (Jac.) Leodienſis, An. 1630. claruit. Struxit opus morale de peccato libris quinq;, viam vitæ & mortis libris tribus: tres libros de fortitudine & conſtantia chriſtiana. Videatur *Alegambe, pag* 206.

LOBKOWITZ (Bohusl.) An. 1510. obiit. Edidit panegyricos & epigrammata. Ejusque dicitur *diſtichon*, quod vulgò circumfertur: *Conturbabuntur Conſtantinopolitam Innumerabilibus ſolicitudinibus.*

LOBKOWIZ (Joh. Caramuel) celebris philoſophus & Theologus, Anno 1644. claruit. Struxit Solis & artis adulteria: matheſin audacem: Theologiam moralem: tract. de horologiis: carmina lyrica: declarationem ſteganographiæ Tritli. &c. Vid. *Val. Andreæ in Faſt. Lov. pag.* 143. *Carolus Viſch, pag.* 178. Confer, CARAMUEL.

LOBON, *Λόβων*, Argivus, librum de poëtis compoſuit, teſte *Laërtio in Thalete & Epimenide.* Vid. *Jonſius de Scr. H. Ph. lib.* 4. *pag.* 337.

LOBWASSERUS (Ambr.) Anno 1580. floruit. Pſalmos in rythmos contraxit. Vide, SPETHUS.

LOCAMERUS (G. Dav.) natus eſt An. 1588: obiit An. 1637. Argentinæ jura interpretatus eſt. Mortuo parentavit *Joh. Otto Tabor*, D. Reliquit quæſtiones feudales. Vid. *H. Witte in JCtis, pag.* 171.

LOCATELLUS (Euſtach.) Bonon. Anno 1573. obiit. Scripſit de Incarnatione, Trinitate, Angelis, &c. Vid. *Ghilinus, vol.* 1. *pag.* 48.

LOCATELLUS (Lud.) Bergomas, An. 1657. obiit. Erat medicus. Vid. *Don. Calvus, pag.* 354.

LOCATELLUS (P. Martyr) Bonon. Anno 1601. floruit. Videatur *Bumaldus, pag.* 196.

LOCCENIUS (Joh.) profeſſor Regius Upſaliæ, An. 1670. claruit. Emiſit notas in Corn. Nepotem; ſyntagma diſſertationum politicarum; hiſtoriam rerum Suecicarum, &c.

LOCHERUS (Jac.) Suevus, An. 1502. vixit. Scripſit ſcholia in Fulgentii Placiadis libros 3. mythologiarum, quæ prodierunt Auguſtæ, An. 1571. Stultiferam navim mortalium carmine depinxit. Vide, PHILOMUSUS.

LOCHIENSIS (Ægid.) Anno 1633. claruit. Videatur *Colomeſius in Gall. Orient. pag.* 250.

LOCHMEIER (Mich.) ſtruxit ſermones de Sanctis.

LOCKIERUS, tractatum vulgavit de communione Chriſti ſeu eccleſiæ militantis.

LOCMANNUS, ſapiens mythologus, Perſarum alter *Æſopus*, fabulas collegit, quas *Erpenius* Anno 1625. typis excudi curavit. A *nonnullis* Salomoni coævus eſſe creditur, & in *Alcorano Surata* 31. quæ ab ipſo denominata eſt, prolixè commendatur, quòd filium ſuum ad unius DEI cultum, ad obedientiam parentibus debitam & alios bonos mores inſtituerit. *Schickardus* tamen in *Tarich pag.* 26. Locmannum non temporis, ſed ſapientiæ reſpectu Salomoni jungi exiſti-

exiſtimat. Cenſet autem, ipſum poſt Chriſti natalem demum vixiſſe: quia in citato *Alcorani cap.* introducitur quaſi negans filium DEI; niſi impoſtor id ipſi ſuo more, h. e. ſolita mentiendi libidine affinxit. *Hottingerus in hiſt. orient. l. 1. c. 3.* Locmannum ipſum Æſopum eſſe ſtatuit.

LOCRIUS (Ferreolus) Paullnas, Anno 1614. obiit. Hiſtoriam Mariæ Virg. ſeptem libris complexus eſt. In proverbia Salomonis paraphraſin poeticam adornavit. Extat etiam ejus tract. de Atrebatenſis civitatis ſcriptoribus. Vid. *Swertius, pag. 236.*

LODIUS (Hyacinth.) Bonon. medicus, Anno 1618. floruit. Fecit carmina & orationes.

LOEBERUS (Chriſt.) compendium logicæ peripateticæ 40. tabulis incluſit, An. 1673.

LOENSIS (Nicolaus.) Vide, NICOLAUS.

LOENUS (Rutg.) collegit ſelecta philoſophica, Carteſianorum modum philoſophandi concernentia, Anno 1670.

LOERIUS (Theod.) à Stratis, Brabantus, An. 1554. obiit. Vitam *Dionyſii Ryckelii* in literas redegit.

LOEUS (Rob.) librum de effigiatione veri ſabbatiſmi An. 1605. emiſit.

LOFREDUS (Sig.) JCtus, conſilia ſtruxit.

LOFTUSIUS (Dudlejus) introductionem in Ariſtotelis philoſophiam, Dublini, Anno 1657. adornavit. *Arnoldus Boot in indice, Animadv. ſacr. præmiſſo*, Dudlej. Loftuſium facit filium *Adami Loftuſii*, equitis aurati & Hiberniæ theſaurarii, addens, eum in cognitione linguarum orientalium (etiam abſtruſiorum, Armenæ & Æthiopicæ) fuiſſe verſatiſſimum & Arameæ ſeu Syriacæ imprimis addictum.

LOGENHAGEN (Jacobus) Antverp. Anno 1611. obiit. In Lucam evangeliſtam & epiſtolam S. Jacobi commentatus eſt.

LOGOTHETES (Georgius) Λογοθέτης, tempore Michaëlis Palæologi Imp. floruit. Chronicon Conſtantinopolitanum conſtruxit. Vide, GEORGIUS: item, ACROPOLITA.

LOHETUS (Dan.) ſcriptis pugnavit contra *M. Ant. de Dominis*, An. 1618.

LOHNEISEN (G. Engelh.) opus curioſum & iconibus exornatum de arte equitandi, exercitiis equeſtribus & torneamentis, An. 1625. fol. confecit.

LOHNERUS (Tob.) edidit inſtructionem neomyſtarum, Anno 1674.

LOIALTÆUS (Phil.) Gallus, inter viros doctos numeratur.

LOJOLA (Ignatius) Jeſuitarum patriarcha, Anno 1565. obiit. Erat initio miles ferox & truculentus: &, cùm in obſidione arcis Pompejopolitanæ graviter vulneratus eſſet, deſerta militia, vitam monaſticam amplexus eſt. Lutetiæ Pariſiorum cum eſſet & literis incumberet, decem novæ religionis ſocios ſibi adſcivit, qui An. 1538. Romam profecti ordinis ſui confirmationem petierunt. Licet verò multi pii & docti viri huic petito contravenirent & ordines monachorum potius minuendos judicarent, tamen Anno 1540. intercedente Card. *Contareno*, á Paulo III. pontifice inſtitutum ipſorum confirmatum eſt hac conditione, ne plures quam 60. viri ſocietati adſcriberentur. Poſtmodùm ea in tantum crevit, ut principibus ipſis formidoloſa eſſe cœperit. De ſcriptis Lojolæ *Alegambe*, pag. 1. videri poterit. Confer *Biſſel item, in 2. Septenn.* pag. 69.

LOKEMAN (Pet.) Brabantus, Anno 1622. floruit. Condidit carmine elegiaco librum, cui titulus: DEUS, omnia trinus.

LOLLE (Pet.) adagia Danica & latina edi fecit, Pariſiis, An. 1515.

LOLLIANUS, Λολλιανὸς, Epheſius, inter ſophiſtas refertur. Videatur *Philoſtratus in vitis Sophiſt. pag. 542.* Confer *Phrynichum de dict. Att. pag. 29. 31.* qui ejus dictionem non uſquequaque approbat.

LOLLINUS (Aloyſ.) epiſcopus Bellunenſis, epiſtolas miſcellaneas elaboravit. Vid. *Pignorius in ſymb. epiſt. pag. 219.*

LOLLIUS (Alb.) fecit encomium rei ruſticæ. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 5.*

LOLLIUS Baſſus, ſcriptor epigrammatum Græcorum, in *Anthologia l. 1. c. 3.* allegatur.

LOLLIUS Urbicus, tempore Macrini & Heliogabali Impp. vixit & hiſtoriam ſui temporis compoſuit.

de LOLUMIIS (Guido) ſcripſit hiſtoriam

riam belli Trojani. Extat ea Leydæ manuſcripta Vide, COLUMNA.

LOMAZZUS (Joh. Paulus) Mediolanenſis, natus eſt, A. 1538. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 148.*

LOMBARDUS (Barth.) in Ariſtotelem de re poëtica, Venet. A. 1550. commentatus eſt.

LOMBARDUS (Bonus) ſcr. introductionem in artem Chymiæ.

LOMBARDUS (Joh. Franc.) tractavit de [illegible] Puteolanis.

LOMBARDUS (Nicol.) Macerenſis, comment. in Esdram & Nehemiam, Pariſ. An. 1642. adornare cœpit.

LOMBARDUS (Petrus) epiſcopus Pariſienſis, Anno 1164. obiit. Fundamenta Scholaſticæ Theologiæ in 4. libros, qui *Sententiarum* dicuntur, redegit, *Damaſcenum* ſecutus, qui eodem ordine quatuor libros de fide orthodoxa adornaverat. Hi quatuor libri poſtea totius Scholaſticæ doctrinæ veluti baſis & *κυρίαι δόξαι* fuerunt: unde ipſe *magiſter Sententiarum* vulgò dictus eſt. *Joachimus abbas* Lombardum aliquando hæreſeos accuſare auſus eſt, quaſi de Trinitate non rectè ſentiret: verùm Lombardi ſententia in Concilio quodam An. 1215. approbata eſt. Vid. *Matth. Paris ad A.C. 1179. pag. 132.* De Lombardo *Lambertus Danæus* judicat, eum, ſi in feliciora tempora incidiſſet minusq; corruptam fidei Chriſtianæ doctrinam didiciſſet, potuiſſe multum prodeſſe eccleſiæ DEI. Videatur *Ph. Labbe, Tom. 2. de S. E. pag. 207. Olearius pag. 372. Thomaſius de plagio, ſ. 493.*

LOMBARDUS (Pet.) Hibernus, Anno 1624. obiit. Scripſit de regno Hiberniæ. Videatur *Valer. Andreæ in Faſt. Lovan. pag. 1*[illegible]

LOMEIERUS (Joh.) Zutphan. Deutechomienſis paſtor, librum de bibliothecis An. 1669. elaboravit.

LOMMERUS (Alb.) Lubecenſis, poëmatibus [illegible]ritatem aliquam nactus eſt. Vid. *T. 3.* [illegible]*it. Germ. pag. 1253.*

LOMENIUS (Lud. Henr.) Briennæ Comes, itinerarium conſtruxit, quod *Carolus Patinus*, Pariſ. Anno 1662. in 4. imprimi curavit.

LOMMIUS (Jodocus) Buranus, concinnavit tres libros medicinalium obſervationum, An. 1560.

LONÆUS (Joh.) concordiam medic. & phyſic. de humano conceptu, Ingolſt. A. 1582. vulgavit.

LONERUS (Joh. Phil.) de apoplexia tractavit, An. 1596.

LONGELINUS (Caſp.) vulgavit notitiam abbatiarum ordinis Ciſtert. Col. Anno 1640. fol.

LONGICAMPUS (Conr.) JCtus, conſilia collegit.

LONGINUS (Cæſar) ſcripſit de ſecretis magicis. Vid. *Linden, pag. 107.*

LONGINUS (Cajus Caſſius) JCtus, ſub Tiberio & Veſpaſiano Impp. vixit, & 10. libros juris civilis conſcripſit. A Nerone in Sardiniam deportatus eſt, ſed revocatus poſt ejus mortem è Veſpaſiano. Tantæ in jure dicendo ſeveritatis erat, ut tribunal ejus reorum ſcopulus appellaretur. Idem Caſſianam ſectam inſtituit. Vid. *Bertrandus in JCtis, pag. 268. Panzirolus l. 1. c. 28.*

LONGINUS (Dionyſ.) *Λογγῖνος*, ſophiſta, tempore Severi Imp. Athenis docuit. Erat *Porphyrii* philoſophi præceptor, & Zenobiæ, Palmyrenorum reginæ, à conſiliis. Vid. *Porphyrius in vita Plotini. Eunapius* eum vocat βιβλιοθήκην ἔμψυχον καὶ περιπατοῦν μουσεῖον, i. e. bibliothecam vivam & ambulans muſeum. *Suidas* multa ejus ſcripta enumerat. Præterea libros fecit περὶ ἀρχῶν, περὶ τέλους, περὶ τῶν παθητικῶν: item, epiſtolam ad *Plotinum & Gentilianum*, quæ libri magnitudinem habebat. Hodiè nihil ſupereſt, niſi libellus περὶ ὕψους, quem aureum *nonnemo* appellat. In eum notas eruditas confecit *Gerb. Langbainius, A. 1636. in 8.* Occiſus eſt ab Aureliano Imp. eò quòd Zenobiæ author fuiſſet ut Romanis ſeſe opponeret, & ſuperbiorem ei epiſtolam dictaſſet. *Langbainius* Longinum iſtum eundem cum *Dionyſio Phaſelite* eſſe exiſtimat. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 64.*

LONGINUS (Joh.) epiſcopus Leopolienſis, circa Annum 1465. vixit. Hiſtoriam Polonicam in 3. partes digeſtam & vitas epiſcoporum Poſnanienſium calamo ſubjecit. Vide, DLUGOSSUS.

LONGIUS (Nicol.) de caſibus reſervatis commentatus eſt, Colon. An. 1619.

LON-

LONGLANDUS (Joh.) Anglus, A. 1547. obiit. Reliquit ſermones in Pſalmos.

LONGOBARDUS (Nicol.) Siculus, *Matthæi Riccii* apud Chinenſes ſucceſſor, Anno 1624 librum edidit de cauſis Pechinenſis terræmotus lingua Chinenſi. Vid. *Alegambe, pag. 354.*

LONGOLIUS (Chriſtoph.) Mechlinienſis, Anno 1522. mortuus eſt. Struxit hiſtoriam herbarum: commentarios in 11. libr. Plinii: comparationem juris civilis cum re militari, & alia. Extant etiam ejus epiſtolæ ad imitationem *Ciceronis* elaboratæ. Fertur quoque calamum ſtrinxiſſe in Lutherum. Mortuum hoc carmine ornavit *Petrus Bembus*:

Te juvenem rapuere Deæ fatalia nentes
Stamina, cum ſcirent, moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi ſi canos ſeniumq́. dediſſent.

Eraſmus in Ciceroniano. pag. 7. Ciceroniani nominis honorem Itali ab O. C. nemini Ciſalpinorum contigiſſe jactitant, præterquam uni Chriſtoph. Longolio, qui nuper è vivis exceſſit. Confer *eundem, pag. 187. ſeq.* Vid. *Jovius in elog. num. 67. Pierius Valerianus de Inf. lit. pag. 117. Sweertius, pag. 177.*

LONGOLIUS (Guib.) Ultrajectinus, Chriſtophori patruus, Anno 1535. floruit. Compoſuit ſcholia in Plautum & Æmilium Probum. Invenio, allegari ejuſdem dialogum de avibus. Videatur *Sweertius, pag. 319. Barthius in lib. 1. Thebaid. pag. 91.*

LONGOMONTANUS (Chriſt.) mathematicus, natus eſt An. 1562: obiit An. 1647. Emiſit cyclometriam Anno 1612: Item, aſtronomiam Danicam, &c. Vid. *Vindingius in Rect. Hafn. pag. 216. Bartholinus in Danis ſcript. pag. 25.*

LONGOVALLIUS (Joh.) JCtus, tractavit de juriſdictione & imperio.

LONGUS, Λόγγος, Ποιμενικά, id eſt, paſtoralia ſtilo elegante & ſoluto contexuit. Eſt ſcriptum ἐρωτικὸν, in quo de Daphnidis & Chloës amoribus agitur. Id primus *Gotbofredus Jugermannus*, quod ſciam, cum verſione edidit. Poſteà *Petrus Moll*, JCtus, Anno 1660. idem recenſuit notiſque non ineruditis illuſtravit. Errat *Mallincrot*, qui hunc Longum poëtam eſſe exiſtimat.

LONGUS (Georg.) de annulis ſignatoriis antiquorum, Mediolani, An. 1615. ſcribere aggreſſus eſt.

LONICERUS (Adamus) Marpurgenſis, medicus, natus eſt An. 1500: obiit Anno 1586. Edidit botanicon & hiſtoriam plantarum. *Quidam* tamen ejus libri primum autorem *Eucharium Roeslinum* ſtatuunt.

LONICERUS (Joh.) Offeranus, natus eſt Anno 1499: obiit An. 1569. Marpurgi Græcas & hebraicas literas profeſſus eſt. Theophylacti enarrationes in epiſtolas Paulinas latinè tranſtulit. Nicandrum, Pindarum & Iſocratem partim recognovit, partim ſcholiis illuſtravit. Lutheri quoque ſcripta complurima è Germanico latina fecit. Meminit ejus *[illegible]*, *lib. 49.*

LONICERUS (Phil.) Anno 1578. floruit. Struxit tres tomos chronicorum Turcicorum: theatrum verò *Honderfii* hiſtoricum latinitate donavit.

LOOSÆUS (Corn.) Gaudanus, An. 1595. obiit. Collegit catalogum i[illegible]rium ſcriptorum Germaniæ. Edidit præterea epitomen Theologiæ *Mel b. Cani*, ut & tractatum de vera & falſa magia. Vid. *Sweertius, pag. 191. Placcius de P[illegible] pag. 172. fin.*

LOOT (J. H.) JCtus, ſcripſit de obſtetricum juribus, An. 1671.

LOPESIUS (Pet.) Aviſſenſis, Luſitanus, medicus, condidit poëſin [illegible], in 6. libros digeſtam, de to[illegible] rebus, quas phyſici non-naturales [illegible]cant, Conimbricæ, An. 1618. car[illegible] heroïco & elegiaco, teſte *Bart[illegible] in poët. med. pag. 133.*

LOPEZ (Alfonſus) ex inte[illegible]us Galeni nemini inferior eſſe p[illegible]catur.

LOPEZ (Baſil.) monachus C[illegible]tercienſis, de myſteriis crucis & de via, q[illegible]m vocant ſacram, librum compo[illegible] [illegible]adrid, Anno 1661.

LOPEZ (Bernh.) Ciſterc. ord. m[illegible]nachus, theatrum Chriſti & eccleſiæ, [illegible]bus libris diſtinctum, Madriti An. 1613. edi curavit.

LOPEZ (Didacus) theſaurum concionatorum, An. 1642. promulgavit.

LOPEZ (Didacus) Burdigalenſis, Anno 1665. claruit, teſte *Colomeſio in G.*

LOPEZ (Domin.) Hiſp. edidit librum de S. Scripturæ autoritate, An. 1589. Vid. *Alegambe, pag. 97.*

LOPEZ (Galp.) Canarius, in Galeni libros de temperamentis commentatus eſt, An. 1565.

LOPEZ (Gr.) JCtus, ſcripſit animadverſiones juris civilis.

LOPEZ (Hieron.) Granatenſis, emiſit tragœdiam de Samaritano: item, epigrammata de Sanctis. Videatur *Alegambe, pag. 185.*

LOPEZ (Jac.) Vide, STUNICA.

LOPEZ (Ignat.) JCtus, edidit practicam criminalem canonicam, An. 1610.

LOPEZ (Joh.) JCtus, ſcripſit de bonis conſtante matrimonio acquiſitis, Anno 15[illegible]6.

de LOPEZ (Joh.) epiſcopus Minopolitanus, epitomen Patrum adornavit, quæ pr[illegible]diit Antv. An. 1614.

LOPEZ (Ludov.) JCtus, ſcripſit de contractibus & negotiationibus. Liber imp[illegible]us eſt Brixiæ, An. 1596.

LOPEZ (Pet.) de Montoya, exaravit co[illegible]diam ſacrarum editionum text[illegible] Biblici libris duobus, Madriti, Anno [illegible]. in 4.

LO[illegible]IS (Adrianus) Brugenſis, Anno 158[illegible] floruit. Reliquit poëmata Græca & latina.

LO[illegible] (Didacus) librum de elementis, Conimbr. An. 1600, in 4. edi curavit.

LOPIUS (Garcias) comment. de varia rei medicæ lectione Anno 1564. conſti[illegible]vit.

LOPI[illegible]S (Pet.) Portalegrenſis medicus, [illegible]e ſex rebus non naturalibus carmine e[illegible]iaco tractavit, An. 1620.

LO[illegible]ERSIUS (Gerh.) Friſius, Anno 1582. obiit. Condidit epigrammata: item, epiſtolas Græcas. Videatur *Sweert[illegible]us, pag. 282.*

LO[illegible]US (Ildefonſus) Hippocratis pro[illegible]ſtica, Madriti, Anno 1596. ſcholiis [illegible]ravit.

LO[illegible]ATUS (Ubertus) ſcripſit de urbe P[illegible]centia, Anno 1564.

d[illegible]RCA (Pet.) Bellomontanus, An. 1[illegible]2. ætatis 32. obiit. In Thomam 4. to[illegible] commentatus eſt, Compluti, An. 1616. Videatur *Carolus Viſch, de Scr. C[illegible]sterc. Ord. pag. 268.*

LO[illegible]FDANUS (Joh. Fr.) Venetus, ſcr. [illegible] morte Wallenſteinii ſub nomine *Gn. Falcidii Donaleri.* Vid. *Rhodius in S[illegible]pt. ſuppoſ. pag. 23.* A nonnemine *Panegyriſta* vocari ſolet.

LORHARDUS (Jac.) theatrum philoſophicum, An. 1623: item, librum de adeptione veri neceſſarii, Anno 1597. imprimi fecit.

LORICHIUS (Gerh.) Hadamarius, An. 1549. claruit. Gloſſemata in Nov. Teſtament. collegit.

LORICHIUS (Georg.) JCtus, enchiridion arreſtorum & repræſſaliarum conſtruxit.

LORICHIUS (Jodoc.) fortalitium fidei, Friburgi, An. 1606. in 4. publicavit.

LORICHIUS (Joh.) Hadamarius, A. 1570. obiit. Edidit ænigmata, & Siracidem carmine expreſſit. Carmina ejus habentur *T. 3. Delit. Germ. pag. 1254.* Patrem habuit *Reinh. Lorichium*, qui in Marpurgenſi academia aliquando rhetoricam profeſſus eſt.

LORICHIUS (Pet.) hiſtoriam cædis *Melch. Zobelii*, Herbipolenſis epiſcopi, literis mandavit. Vid. *Simon Schardius T. 3. Germ. ſcript. pag. 1.*

LORINUS (Joh.) Avenionenſis, natus eſt An. 1559: obiit An. 1634. Romæ & Mediolani Theologiam profeſſus eſt. Struxit prolixum commentarium in in Pſalmos & Acta apoſtolorum. Extat ejuſdem comment. in Levit. Numeros & & Deuteronomium. Vid. *Alegambe, pag. 253.* Eſt nonnemo, qui eum alterum *Longinum Caſſium* vocare auſus eſt.

LORIOTH (Fr.) Lavallenſis Gallus, An. 1620. ſecreta moralia typis mandavit. Vid. *Alegambe, pag. 125.*

LORIOTTUS (Pet.) JCtus, An 1554. claruit. Scripſit explicationes in 2. veteris Digeſti partem.

LORISECA (Wolfg.) orationes Anno 1632. emiſit.

LOSÆUS (Nic.) JCtus, de jure univerſitatum, Venet. An. 1601. commentatus eſt.

LÖSCHERUS (Abr.) A. 1550. claruit. Pauſaniæ 10. libros de univerſa Græcia in lat. ſermonem tranſtulit, teſte *Simlero.*

LÖSCHERUS (Caſp.) Theologus, ſcr. de latrociniis, in publ. ſcriptores, Patres præcipuè commiſſis, An. 1674. in 4.

LOSCHERUS (Mich.) Salisburgenſis, An. 1610. vixit. Chriſtianum Pelicanum vel meditationes de paſſione Domini publicavit. Vid. *Alegambe, pag. 344.*

de LOSEA (Abrah.) conciones in hiſt. paſſionis habuit. Extant impreſſæ Bremæ, Anno 1670.

LOSELIUS (Joh) medicus, tract. de podagra, An. 1639: item, ſcrutinium renum, An. 1642. typis vulgavit.

LOSELLUS (Guil.) ſcr. libellum de curatione omnium morborum & internorum & externorum.

LOSEUS (Alex.) An. 1571. obiit. In 3. librum Codicis commentatus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 10.*

LOSSIUS (Frid.) Heidelb. quatuor libros obſervationum medicinalium, Lond. A. 1672. edi curavit.

LOSSIUS (Lucas) Fachenſis, An. 1582. obiit. Reliquit annotationes in quatuor Evangeliſtas.

LOTHUS (G.) edidit pſalmodiam Davidicam, An. 1632.

LOTHUS (Mich.) vitam Mariæ Raggiæ Chiæ, miraculis claræ, duobus libris complexus eſt.

LOTHARIUS, Cremonenſis, inter JCtos non ultimum locum occupat. Vid. *Panzirolus in JCtis, 2, 24.*

LOTICHIUS (Chriſt.) Solitarienſis, Theologus & poëta, An. 1568. obiit. Erat Lotichii Secundi frater. Reliquit poëmata. Vid. *Job. Pet. Lotichius part. 3. Bibl. poët. pag. 84.*

LOTICHIUS (Pet.) Secundus, medicus, natus eſt An. 1528; obiit An. 1560. Heidelbergæ medicinam docuit. Dum vixit, cœlebs permanſit. Extra academias vitam non eſſe, amicis ſæpenumerò profeſſus eſt. Carmina ejus collegit & edidit *Job. Hagius*, medicus *Thuanus l. 26.* vocat poëtarum totius Germaniæ, ſecundum Eobanum Heſſum, omnium præſtantiſſimum. Petro Lotichio (inquit *Barthius*) cultiores elegos recentiorum nemo ſcripſit. Confer *Wilkium in* Ἑορτολογ. *pag. 17.* Carmina ejus ex parte *Tomo 3 Delit. Germ. pag. 1297.* à *Ran. Ghero* illata ſunt.

LOTICHIUS (Joh. Pet.) Chriſtiani nepos, medicus & poëta, Anno 1598. natus eſt. Compoſuit 4 partes bibliothecæ poëticæ: duodecim libros variarum lectionum: 62. libros rerum Germanicarum. Extat & ejus tractat. de caſei nequitia: item, hiſtoria Holofernis. miles ſtudioſus: & hortulus Smirzicianus.

LOTTERIUS (Melch.) ſtruxit tract. de re beneficiaria.

LOTTUS (Joh.) Italus, ſcripſit carmina.

LOVELL (Rob.) pambotanologiam emiſit, Oxonii, An. 1659.

di LOVERE (Lud.) Bergomas, An. 1572. obiit. Reliquit ſermones ſuper evangelia & epiſtolas totius anni. Vid. *Donat. Calv pag. 355.*

LOVERINGUS (Jod.) Tholoſanus, JCtus, iniquior fuit humanioribus literis, quarum ſtudium publicam perniciem vocavit. Vox bovis!

LOVIUS (Chriſt.) ſcripſit de omnipræſentia DEI: item, de gradibus Gratiæ.

de LOVITZ (Sim.) emiſit enchiridion medicinæ, Cracoviæ.

LOUMÆUS (Pet.) Rupellenſis, Anno 1625. vixit. Videatur *Colomesius in G. O. pag. 249.*

LOUVETUS (Pet.) monachus ord. præd. geminum indicem omnium operum *Alberti M.* adornavit, Pariſ. An. 1642.

LOWER (Rich.) Anglus, med. de origine catarrhi & venæſectione: item, de corde, An. 1669. ſcribere aggreſſus eſt.

LOUWIUS (Pet.) Silvæducenſis, poëmata Græca & latina compoſuit, teſte *Sweertio.*

LOYARTES (Sam.) Attenhovius Brabantus, An. 1624. obiit. Enodationes evangeliorum ſex tomis complexus eſt. Vid. *Sweertius.*

LOYCH tractavit de pace. [illegible] Venet. fol.

LOYDIUS (Nicol.) collegii W[illegible] in academia Oxonienſi ſocius, d[illegible]narium hiſtoricum *Caroli Step[illegible]* recenſuit & auxit, fol.

LOYEN (Hubertus) res à L[illegible]ring. & Brabantiæ ducibus geſtas, [illegible] expoſuit, An 1673.

LOYERUS (Pet.) Britannus, in Apocalypſin commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag 386.*

LOYHERIUS de ſpectris commentatus eſt. Videatur *Mareſius T. 2. contra Tirin. pag. 923.*

LOYOX (Pet.) Tournhuranus, commentaria moralia in Pſalmum CXIIX. elaboravit, Antverp. An 1643. fol. Extant ejuſdem 2. libri de pace: item, encomium laboris.

LOYSA (Garcias) collegit concilia Hiſpaniæ, Madriti, An. 1593. fol.

LOYSIUS

LOYSIUS (Georg.) ſcripſit pervigilium Mercurii, Anno 1600.
LUALDUS (Mich.) Italus, celebris poëta & hiſtoriographus eſſe fertur.
LUBÆUS (Henr.) Iſagogen de eclipſibus, An. 1655. edidit.
LUBBERTUS (Henr.) tract. de Heliolatria vel cultu Solis, An. 1672. confecit.
LUBERTUS (Sibr.) Theologus reformatus, ſcripſit contra *Socinum* de Chriſto Servatore, An 1611.
LUBIENSKI (Stanisl.) Sigiſmundi III. Poloniæ R. res geſtas ſtilo conſignavit. Ejus theatrum Cometicum duobus tomis conſtat.
LUBIENSKI (Matth.) epiſcopus Plocenſis, exaravit varia opuſcula hiſtorica, politica, & orationes.
LUB[illegible]NUS (Eilhardus) Oldeburgenſis, natus eſt Anno 1565: obiit Anno 1621. Roſtochii primo philoſophiam, deinde Theologiam profeſſus eſt. Edidit clavem linguæ Græcæ: comment. in Horatium: tract. de malo: ſatiram in mal[illegible]tos. Carmina ejus *Tomo 3 Delit. Germ. pag. 1489* inſerta ſunt. Compoſuit etiam exercitationes in epiſtolas Paulinas & Canonicas. Vid. *H. Witte in Theol. pag. 106.*
LU[illegible]US (Joh) JCtus, de incendio, A. 1616 tractare aggreſſus eſt.
de LUBLINO (Sam.) quæſtiones in phyſicam adornavit Colon. An. 1627. item, Summulam caſuum An. 1631.
LUBOMLIUS (Sev.) Polonus, catenam auream in Evangeliſtas, Cracov. Anno 154[illegible]. publicari fecit. Vid. *Rivetus T. 2 oper. pag. 868.*
LUCANUS (Marcus Annæus) tempore Neronis Imp. claruit. Condidit poema de bello civili Cæſaris & Pompeji fide hiſtorica. *Servius* memorat, Lucanum in numerum poëtarum ideò non relatum eſſe, quod hiſtoriam, non poëma compoſuiſſet. Edidit præterea panegyricum de laude Piſonis: Hectoris lytra: catacauſmon Iliacum, &c. Hujus Lucani vita extat à *Suetonio* exarata De eo ita *S. Hieronymus in Chronico ad Ann. 10. Neronis*: Lucanus, Cordubenſis poëta, in Piſoniana conjuratione deprehenſus brachium ad ſecandas venas medico præbuit. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 147.* Lucanus eſt oratori quàm poëtæ ſimilior, ſed alieniſſimus ab imagine Ciceronis. Vid. *Mart. Hanckius in S. R. R. part. 1. pag. 75.* Confer *Barth. in Claud pag. 20.* item, *in l. 3. Stat Pap. Theb. p. 787.*
de LUCA (Ptolemæus) hiſtoricus, vixit Anno 1274. Reliquit genealogiam Regum Siciliæ.
LUCARIS (Cyrillus) Cretenſis, Patriarcha Alexandrinus, & tandem Conſtantinopolitanus An. 1638 interfectus eſt. De ſtatu Græcarum eccleſiarum ſcripſit prolixam epiſtolam ad *Joh. Utenbogardum*, An. 1613. quæ habetur in *volumine præſtant. virorum, Amſt. An. 1660. edito.* Confecit etiam confeſſionem, quæ Græcè & latinè impreſſa eſt. Hanc multi Calviniana dogmata ſpirare aſſeverant. Vid. *Feblavius in præf ad Chriſt. Angelum, lit. E.* Equidem ab ipſis Græcis hæc confeſſio Cyrilliana, tanquam heterodoxa, improbata eſt. Confer *Eundem lit. F.* Ipſe Lucaris cathedra dejectus & in inſulam Rhodum relegatus eſt. A factione tamen ſua adjutus ad Patriarchatum rediit; unde mox iterum dejectus tandemq; laqueo ſtrangulatus eſt. Multus eſt in laudibus ejus *Hottingerus in Analect. hiſtorico-theologicis*, in *Append. diſſert. 8.* Confer *Mareſium T. 2. ſyllog. Diſp. p. 309.*
LUCAS, Λουκᾶς, Evangeliſta, Evangelium Chriſti & Acta apoſtolorum in literas redegit. Vid. *Tribecchov. contra Baron. ſect. 2. pag. 15. 17.*
LUCAS, Tudenſis epiſcopus, An. 1235. floruit. Scripſit 3. libros contra Albingenſes: item, chronicon juſſu Berengariæ, Hiſpaniarum reginæ, opus pro ſuo ſeculo non pœnitendum. Primus illud *Andr. Schottus* divulgavit *Tomo 4. Hiſpaniæ illuſtratæ.* Videatur *Olearius; pag. 294.*
LUCAS (Conſtant.) Alexandrinus, Avicennæ caput de phlebotomia, An. 1584. commentario illuſtravit.
LUCAS (Franc.) Brugenſis, vir Græcè & hebraicè callentiſſimus, An. 1619. obiit. Notas in S. Biblia adornavit. Videatur *Sweertius, pag. 146.*
LUCARI (Pet.) annales Raguſinos conſtruxit.
LUCATELLUS (Bernhardinus) Italus, inter poëtas adſcribi meruit. Vid. *T. 1. Delit. Ital. pag. 1394.*
LUCENTUS (Julius) Italiam ſacram *Ferd. Ughelli* in epitomen redegit, Romæ, An. 1677. fol.

LUCENA (Joh.) Luſitanus, Anno 1600. obiit. De vita Xaverii 10. libros conſtruxit. Vid. *Alegambe, pag. 254.*

à LUCERIA (Jul.) Hiſp. ſcr. de peſte & ejus morbi remediis, Toloſæ, A. 1523.

LUCHESINIUS (Joh.) principem Iride coronatum, Romæ Anno 1667. evulgavit.

LUCHINUS (Paul. Æmil.) Bononienſ. Anno 1602. floruit. Reliquit orationes & epigrammata.

de LUCHIS (Andr.) ſcripſit de metallo ex lapide, Ingolſt. An. 1581.

LUCIANUS, *Λουκιανὸς*, Samoſatenſis, ſecta Epicureus, tempore Marci Antonini & Commodi Impp. floruit. Condidit dialogos: vitam Demonactis; librum de longævis, &c. *Billius* eidem epiſtolas, quæ *Phalaridis* nomine circumferuntur, adſcribit. *Photius*, *Codice CXXIIX.* ſcriptorem [illegible] appellat. A quibuſdam *ingenioſus nequam* vocatur. Interdum etiam Chriſtianos graviſſimè perſtringit. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 88. Barthius* ad *Claud. pag. 590. Jonſius* de *Scr. hiſt. Phil. 3, 10.*

LUCIANUS, Nicomedienſis epiſcopus, Anno 280. obiit. Hic novam Vet. Teſtamenti editionem inſtituit ſuperioribus longè emendatiorem, quæ ab autore *Lucianea*, ab aliis *ſeptima editio* dicta eſt. *Alii* tamen non novam verſionem fuiſſe contendunt: ſed tantùm LXX. Interpretum verſionem à Luciano correctam eſſe exiſtimant. Videatur *Uſſerius in Syntagm. de Verſ. LXX. Interpp. pag. 7. & 69.*

LUCIDORUS (Joh. Nicol.) ſcripſit de illegitimis clericorum & regularium, Anno 1648.

LUCIDUS, presbyter, ſeculo quinto claruit. Olim Prædeſtinatianis adhæſit: poſteà tamen à *Fauſto Rhegienſi* caſtigatus in viam rediit. Exaravit epiſtolam revocatoriam.

LUCIDUS (Joh.) de emendatione temporum librum elaboravit.

LUCIFER, Calaritanus epiſcopus, Anno Chr. 350. vixit. Schiſmati anſam præbuit, de quo *Sozomenus L. 3. c. 14. Theodoretus 3, 5.* Compoſuit 2. libros ad Conſtantium Imp. & epiſtolam ad Florentium. Opera ejus curante *Tilio* Anno 1568. prodierunt. *Caſaubonus ad Spartian.* vocat ſcriptorem ingenio & ſtilo durum. Vid. *Ph. Labbe T. 2 diſſert. de E. S. pag. 30. Barthius ad Claudian. pag. 435.*

de LUCIIS (Mundinus) Mediolanenſis, Anno 1290. floruit. Vide, MUNDINUS.

LUCILIUS (C.) poëta, natus eſt Olymp. CLIIX: obiit Olymp. CLXIX. Bello Numantino eques meruit ſub Scipione, teſte *Vellejo. Horatius* vocat luculentum & incompoſitum. *Quintilianus* contra valdè eum commendat. Eſt in ipſo eruditio in eo mira, libertasq; & acerbitas & abunde ſalis. Primus ſatira inſignem laudem adeptus eſt, teſte *Quintiliano 10, 1.* Idcircò primus ſtilum condidiſſe *Plinio* dicitur in *præfat. hiſt. natur.* Reliquit etiam comœdias. Fragmenta ex 30. ejus *Satirarum* libris collegit notisq; illuſtravit *Franciſcus Douſa, Jani filius.* Vid. *Caſp. Sagittarius in Vit. Vett. Rom. pag. 48.*

LUCILLUS Philaltheus, medicus, Anno 1544. claruit. Simplicii comm. in 8 libros Ariſtotelis de phyſ. audit. Latinè tranſtulit. Condidit etiam tomum de morbis graviſſimis. Vide, PHILALTHEUS.

LUCILLUS Tarræus. Vide, TARRÆUS.

LUCINIANUS, Carthaginis Spartariæ epiſcopus, Anno 590. claruit. Reliquit epiſtolas. Vid. *Iſidorus in Vir. illuſtr. cap. 42.*

LUCIUS, *Λούκιος*, Patrenſis, ſcripſit *μεταμορφώσεις*. Videatur *Photius Cod. CXXIX.* Ex eo *Lucianus* aſinum quendam, Lucium, compilaſſe videtur. Ex eodem Lucio *Apulejus* libros ſuos de aſino aureo mutuatus eſt. Vid. *Salmaſius in proleg. ad Solinum, pag. 6.*

LUCIUS (Cyriacus) ſcr. de medicorum ſectis, Ingolſt. An. 1583.

LUCIUS (Fr. Ortiſius) Anno 1550. claruit. Reliquit viridarium de quatuor noviſſimis, morte, judicio, inferno, gloria. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 12*[illegible].

LUCIUS (Joh.) JCtus, collegit 12. libros placitorum ſummæ apud Gallos Curiæ, Pariſ. An. 1559.

LUCIUS (Joh.) Dalmata, ſex libros de regno Dalmatiæ & Croatiæ, Anno 1[illegible]65. elaborare aggreſſus eſt.

LUCIUS

LUCIUS (Lud.) JCtus, An. 1363. floruit. Correxit ſtatuta civit. Bonon.

LUCIUS (Lud.) profeſſor Baſileenſis, hiſtoriam Jeſuiticam compoſuit. Scripſit etiam de providentia & prædeſtinatione, An. 1613.

LUCIUS (Pet.) Bruxellenſis, Anno 1593. claruit. Bibliothecam ordinis Carmelitarum condidit.

LUCKAWITZ (Joh.) confeſſionem Taboritarum vel Waldenſium ſcripſiſſe dicitur.

LUCKIUS (Joh. Jac.) Argentoratenſis, natus eſt, An 1574: obiit, A. 1653. Varia numiſmata, ab An. 1501. usq; ad An. 1600. cuſa collegit & hiſtorica narratione illuſtravit.

LUCRETIUS, comicus, in Nummularia allegatur à *Fulgentio*.

LUCRETIUS (Titus) Carus, poëta, ſecta Epicureus, natus eſt Anno urb. cond. 659: obiit, An. 684. Philoſophiam Epicuream ſex libris deſcripſit & Cajo Memmio dedicavit. De eo ita *Hieronymus*: Lucretius amatorio poculo in furorem verſus cùm aliquot libros per inſaniæ intervalla ſcripſiſſet, quos poſtea Cicero emendavit, propria ſeſe manu interfecit. *Ovidius* notanter:

Carmina divini tunc ſunt peritura Lucreti,
Exitio terras cùm dabit una dies.

Obertus Giſanius Lucretium emendatiſſime edidit, addito Indice. Vid. *Glandorp. in O. E. pag. 557.*

LUTATIUS Daphnis, Grammaticus, à Catulo CC. M. nummum emtus citoque manumiſſus eſt. Vid. *Suetonius in Gramm.* & *Plinius l. 7.*

LUPENIUS (Laurent.) hiſtoriam practicam edidit Anno 1619: & collegium chronographicum, An. 1626.

LUDGERUS, primus Monaſterienſis in Weſtphalia epiſcopus, Anno 809. obiit. Reliquit epiſtolam de vita & miraculis Swiberti. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 31. Olearius, pag. 295.*

de LUDO (Guil.) JCtus, edidit Singularia.

LUDOLFUS, Saxo, Carthuſianus, Anno 1330. claruit. Collegit vitam Dn. JESU Chriſti ex quatuor Evangeliſtis. Vid. *Ph. Labbe T. 2. pag. 32. Olearius, pag. 295.*

LUDOLFUS, Suchenſis eccleſiæ parochus, Anno 1336. floruit. Librum de terra ſancta & itinere ſuo Hieroſolymitano compoſuit. Videatur *Voſſius l. 3. cap. 9.*

LUDOLFUS (Jodoc.) celebris JCtus, hoc tempore claret. Lexicon Æthiopico-latinum magno ſtudio collegit, quod Londini Anno 1661. impreſſum eſt. Perhonorificè ejus meminit *Heideggerus in vita Hottingeri*. Jam in hiſtoria de Abyſſinis, ut audio, occupatus eſt, quæ ut quamprimum prodeat, multi mecum deſiderant.

LUDOLFUS (Lamb.) Daventrienſis, An. 1596. obiit. Struxit carmen de Nihilo, teſte *Sweertio*, *pag. 509.* Vide, PITHOPOEUS.

LUDOVICIUS, Cardinalis, edidit panegyricum de Ignatio, Antv. An. 1631.

LUDOVICUS, Granatenſis. Vide, GRANATENSIS.

LUDOVICUS (Ant.) Hiſp. Anno 1540. claruit. Scripſit de eo, quòd *Galenus* dubitaverit, animam eſſe immortalem.

LUDOVICUS (Joſeph.) collegit deciſiones cauſarum Peruſinarum & Lucenſium, Anno 1598.

LUDOVICUS (Laurent.) ſcripſit analyſin 3. dialogorum Theodoreti, A. 1604.

LUDOVICUS (Pet.) Valentinus Hiſpanus, in 1. & 3. partem Thomæ commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 386.*

LUDOVISIUS (Alex.) JCtus, poſteà Pontifex & Gregorius XV. nuncupatus eſt. Extant ejus deciſiones.

LUDOVISIUS (Lud.) JCt. A. 1445. floruit.

LUDOVISIUS (Lud.) Bonon. JCtus, An. 1615. floruit. Vid. *Bumaldus pag. 157.*

LUDWELLUS (Wilhelmus) Elbingenſis Boruſſus, JCtus, An. 1663. obiit. Altdorfii leges per 32. annos magno cum fructu profeſſus eſt. Mortuo *Erneſtus Cregelius* parentavit. Reliquit comment. de ultimis voluntatibus. *Epitaphium* ejus ita ſeſe habet: D. O. M. S. Ne negligenter præteri, viator. Wilhelmum Ludwellum, patria Elbingenſem, genere nobilem Anglum, JCtum ſummum & in hac Altdorfina univerſitate per 32. annos anteceſſorem longe celeberrimum, Noribergæ delicium, Principum oraculum, ingentem Germaniæ theſaurum, morte pia obita, prid. Id. Sept. anno ætatis ſuæ quaſi 74. Chriſti 1663. huc condi curavit, ſpatio ſibi diligenter ſervato, vidua mœſtiſſima, *Anna Maria*, Patricia Sitzingeriana.

Dia latent tumulo virtutum munera clauſa:
Quæ ſola erupit,fama perennis erit.
Vid. *Placcius pag. 222. Henning. Witte in JCt. pag. 388.*

de LUGO (Franc.) edidit Theologiam Scholaſticam, Anno 1647. fol. Videatur *Alegambe, pag. 126.*

de LUGO (Joh.) Hiſpal. ſcripſit de juſtitia & jure: de ſacramentis: de virtute fidei divinæ, &c. Opera ejus omnia prodierunt, Lugd. Anno 1660. Vid. *Alegambe, pag. 254. Nicius Erythr. in epiſt. ad Tyrrhenum, pag. 136.*

LUISINUS (Aloyſ.) Mutinenſis, inter medicos locum occupat.

LUISINUS (Franc.) vir politiori literatura inſignis, Anno 1568. vita exceſſit. Reliquit tres libros parergorum, quos *Janus Gruterus 3. Tomo lampadis Criticæ* inſeruit. Vid. *Thuanus l. 43.*

LUISIUS (Andr.) Eborenſis, A. 1620. vixit. Ad prælum paratos habuit 2. tomos, quorum argumentum erat Moſes, aulicus, orator, paſtor. Videatur *Alegambe, pag. 27.*

LUITENIUS (Henr.) Machlinienſis, compoſuit tract. de octo beatitudinibus, An. 1565.

LUITPRANDUS, epiſcopus Cremonenſis, tempore Ottonis Magni Imp. claruit. Condidit hiſtoriam de rebus ſuo tempore geſtis, quam *Antapodoſin* appellavit. Ea ſex libris conſtat. Apud Berengarium, Italiæ regem, aliquando in precio fuit, à quo etiam ad Conſtantinum, Imp. Byzantinum, legatus miſſus eſt. Sub Luitprandi nomine etiam liber de vitis pontificum circumfertur, quem tamen nonnulli ex *Anaſtaſio* decerptum eſſe exiſtimant. Videatur *Phil. Labbe T. 2. diſſert. de E.S. pag. 33. Olearius, pag. 296.*

LULLUS (Ant.) reliquit 7. libros de oratione, Anno 1558. fol.

LULLUS (Raymundus) Majoricenſis, philoſophus, medicus & Theologus, Anno 1290. floruit. Elucubravit multa & varia in philoſophia, medicina & Theologia, quæ apud multos in admiratione ſunt. Ab hominibus ſui ævi valdè celebratur. *Rabbini* dicebant, ei tantam ſapientiam contigiſſe, quantam DEUS Salomoni conceſſerat. Apud cives ſuos *Majoricanos* tanta ejus eſt exiſtimatio, ut philoſophia Lulliana ibi magno ſtipendio loco Ariſtotelicæ doceatur. Condidit peculiarem ſectam, quæ *Lulliſtarum* dicitur. *Eimericus* memorat, Lullum de plusquam trecentis erroribus apud Gregorium XI. accuſatum eſſe: & *Bernhardus à Lutzemburgo in catal. hæret.* eum collocat. Contrà alii ipſum vehementer defendunt & tanquam martyrem ac ſanctum extollunt. Vid. *Waddingus* in *Scr. Min. Ord. Min. pag. 295. Dorſchæus* in *Exod. IV. pag. 106. Olearius pag. 396. Micrælius in lex. Phil. pag. 348.*

LUMMÆUS (Jac. Corn.) à Marca, Anno 1620. floruit. Compoſuit tragœdias varias, ut Jephthen, Ammon[illegible], Sodomam, Abimelechum, Saulem, Epulonem: item orationes. Vid. *Sweertius, pag. 192.*

LUMNIUS (Joh. Frid.) An. 16[illegible]2. obiit. Edidit theſaurum hominis Ch[illegible]iani: item, elegiam de piaculis Adamicis. Vid. *Sweertius, pag. 425.*

LUMTIUS (Jac.) Anno 1539. claruit. Comœdias, ex S. literis deſum[illegible] publicè exhibuit.

de LUNA (Mich.) ſcripſit de immaculata conceptione virginis Mariæ, Bruxellis, Anno 1652. fol.

LUNADORUS (Hieron.) edid[illegible] relationem de Curia Rom. & aulæ [illegible]ificis ceremoniis, &c.

de LUNATE (Bernh.) Papie[illegible]s, Anno 1497. obiit. Exaravit progn[illegible]n ad Alexandrum VI. pontificem.

LUNCKERUS (N. Chr.) de [illegible] habitationis, Anno 1672. comm[illegible]tus eſt.

LUNDENIUS (Lud. G.) ed[illegible]t 3. libros de αὐθεντίᾳ S. Scripturæ, Anno 1669. Idem *Diogenem Laërtium* Anno 1672. de novo imprimi curavit.

LUNDIUS (Zach.) Danus, epigrammata ſtruxit, Anno 1643.

LUNDORPIUS (Joh.) Obernh[illegible]vianus, poëtæ nomen habere meruit. Vid. *T. 3. Delit. Germ. pag. 1058.*

LUNDORPIUS (Mich. Caſp.) hiſt[illegible]iam Sleidani continuavit. Extant etiam ejus Acta publica. In Petro[illegible] notas emiſit ſub nomine *Georgii Er[illegible].* Videatur *Dietericus part. 1. A[illegible]tiq. Bibl. pag. 186.*

LUNERA (Guil. Realis) JCtus, *Spiegelio in append. lex. Juris* memoratur.

LUNGWITZIUS (Matth.) conſtruxit tract. de vera pœnitentia, Anno 1637.

LUVACIUS (Procop.) An. 1584. calendarium adornavit hiſtoricum.

LUPANUS (Otto) in Luciani opuſculum de Dea Syria commentatus eſt, Mediol. An. 1540. Vid. *Simlerus.*

LUPANUS (Vinc.) compoſuit commentarium de magiſtratibus & præfecturis Francorum, Anno 1579.

LUPANUS in Tacitum ſcribere aggreſſus eſt, teſte *Bourdelotio in Heliodorum, pag. 82.*

LUPARUS (Joh.) JCtus, Anno 1624. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 118.*

LUPERCUS, Λούπερκος, Berytius, Grammaticus, tempore Claudii Cæſ. hujus nominis II. vixit. Multa compoſ. teſte *Suida.* Inter alia *κτίσιν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ Ἀρσινοΐτου* exaraſſe dicitur.

LUPEUS (Alf.) Cureleanus, catalogum auctorum, qui Hippocrati & Galeno contradixerunt, Anno 1589. publicè propoſuit. Vid. *Linden, pag. 22.*

LUPIUS (Chr.) edidit philoſophiam, Colon. Anno 1640. in 4.

LUPIUS (Joh.) JCtus, multa ſcripſit. Opera ejus omnia prodierunt Antverp. Anno 1616. fol.

LUPOLDUS, Bambergenſis, Anno 1325. floruit. Tractavit de juribus regni & imperii. Videatur *Ph. Labbe T. 2. diſſert. de S. E. pag. 37. Olearius pag. 297.* Vide, BABENBERG.

LUPTONUS, Anglus, meditationes molitus eſt.

LUPSETUS (Thomas) Londinenſis, anno æt. 35. obiit. Scripſit de formando optimo vitæ ſtatu: item, de morte homini Chriſtiano non pertimeſcenda. Vid. *Jovius in Britannia, pag. 94.*

LUPUS, Ferrarienſis, Anno Chr. 840. floruit. Condidit epiſtolas, quas *Papirius Massonus* primus lucem aſpicere juſſit. A *Poſſevino* etiam Caroli Martelli res geſtas poſteritati conſecraſſe dicitur. Vid. *Phil. Labbe T. 2. diſſert. pag. 38. Olearius, pag. 297.* Vide intrà, LUPUS Servatius.

LUPUS (Alfonſus) Madritenſis, Anno 1593. mortuus eſt. Reliquit comm. in Eſaiam, qui ſervatur Mediolani in bibl. Ambroſiana. Videatur *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 12.*

LUPUS (Alvarus) Luſitanus, Anno 1608. obiit. Hiſtoriam provinciæ Luſitaniæ ſocietatis Jeſu compoſuit. Videatur *Alegambe, pag. 24.*

LUPUS (Benjamin) edidit medullam S. Scripturæ, An. 1620.

LUPUS (Chriſt.) doctor Lovanienſis, notas in ſynodos Anno 1673. evulgavit. Vid. *Linden, pag. 115.*

LUPUS (Guido) Godſenhovius, vitam S. Trudonis carmine deſcripſit, Anno 1540.

LUPUS (Horat.) Bergomas, natus eſt An. 1556. Vid. *Don. Calvus, pag. 328.*

LUPUS (Ignat.) Bergomas, natus eſt An. 1585: obiit An. 1659. Struxit comm. in cenſuras & caſus reſervatos diœceſeos Bergami. Videatur *Don. Calvus pag. 336.*

LUPUS (Joh.) Tubelanus, ſcripſit librum ad tirones de materia medica. Liber prodiit, Anno 1585. fol.

LUPUS (Rutilius.) Vide, RUTILIUS.

LUPUS (Servatius) Ferrarienſis abbas, ſub initium ſeculi IX. claruit. Opuſcula ejus *Steph. Baluzius*, Tutelenſis, Anno 1664. in lucem produxit. Vid. *Hedovill. in Ephem. part. 1. pag. 13.*

LURBEUS (Gabr.) JCtus, de illuſtribus Aquitaniæ viris, Anno 1591: item, de ſcholis literariis omnium gentium, An. 1592. ſcribere aggreſſus eſt.

LURIA (R. Moſes.) Vide, MOSES.

LURIA (Salomo.) Vide, SALOMO.

de LUSANNA (Jac.) reliquit compendium moralitatum.

LUSCHUS (Anton.) Vicentinus, compoſuit enarrationes in aliquas orationes Ciceronis. Extat ejuſdem domus pudicitiæ.

LUSCINIUS (Ottom.) Argentoratenſis, Anno 1520. claruit. Inter alia, progymnaſmata Græcæ literaturæ conſcripſit. Duas centurias Græcorum epigrammatum latinitate donavit. Iſocratis parænesin ad Demonicum & alteram ad Nicoclem, Plutarchi Sympoſiaca, &c. doctiſſimè vertit. Extant ejuſdem allegoriæ & tropologiæ in utrumque Teſtamentum.

LUSCIUS, comicus poëta, Terentio σύγχρονος fuit. Fabulam edidit, nomine theſaurum. Ei *Volcatius Sedigitus* in cenſione comicorum nonum locum attribuit.

LUSIGNANUS (Steph.) Cyprius, Anno 1590. obiit. Struxit catalogum virorum illuſtrium Vet. & Nov. Teſtamenti: theſaurum principum totius mundi ab O. C. uſque ad An. Chriſti 1584: arborem naturæ angelicæ, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 211. Placcius, pag. 259.*

de LUSINGA (Renatus) reliquit 3. libros de conſervatione & occaſu imperiorum.

LUSINGTHONIUS (Thomas) logicam analyticam, Lond. Anno 1650. adornavit.

LUSINUS (Altiſ.) tractavit de compeſcendis animi perturbationibus. Vid. *Naudæus in Bibl. Polit. pag. 54.*

LUSON (Alexand.) ideam politicam veri Chriſtiani, Bruxell. An. 1665. edidit.

LUTATIUS (Quintus) Catulus, A. U. C. 651. vixit. Reliquit librum de conſulatu ſuo & rebus geſtis molli & Xenophonteo ſermonis genere, quemadmodum *Cicero in Bruto* refert.

LUTATIUS, vetus autor, Statium Paplnium commentario illuſtravit. *Cf. Job. Voſſius part. 3. Ariſtarchi pag. 214.* Placidum Lactantium vocat & commentarios ſuos ex *Hygino, Servio, paucisq; aliis* congeſſiſſe memorat. *Caſp. Barthius ad l. 6. Thebaid. pag. 488.* etiam obſervat, eundem à *Boccatio* Lactantium Placidum dictum eſſe: ut tamen à *Lactantio* altero diſtinguatur, melius *Lutatium* vocari autumat. Quando vixerit, non conſtat. *Barthius in 3. Theb. pag. 853.* eum Fulgentio antiquiorem & *pag. 857.* Servio propiorem fuiſſe pronunciat.

LUTHARDUS (Chriſt.) ſcriptis pugnavit adverſus *Haſcherum* pontificium, Anno 1646.

LUTHERUS (Martinus) Islebienſis, magni nominis Theologus, natus eſt An. 1483: obiit Anno 1546. Witebergæ Theologiam magno cum fructu docuit. Biblia ſancta Germanicè tranſtulit. Contra pontificios, Calvinianos, anabaptiſtas ore & calamo ſtrenuè pugnavit eorumque errores in nihilum redegit. Scripta ejus octo tomis comprehenſa ſunt. De eo *quidam* non malè cecinit:

Japeti de gente prior majorq; Luthero
Nemo fuit: ſed nec, crede, futurus erit.

Vid. *Jacobus Verheiden in elog. præſtant. Theol. pag. 23. Olearius in Abaco, pag. 305.*

LUTIUS (Horat.) JCtus, de privilegiis Scholarium Anno 1582. commentatus eſt.

LUTKEMAN (Joach.) ſcripſit de vero homine, An. 1650.

de LUTZEMBURGO (Bernh.) Anno 1534. obiit. Catalogum omnium hæreticorum quinque libris abſolvit. Extat ejuſdem tractatus de S. Joſepho. Vide, BERNHARDUS.

LUTZIUS (Reinh.) Erythropolitanus, ſtruxit harmoniam hiſtoriæ de Chriſto, An. 1561. fol. Scripſit præterea contra eos, qui animas defunctorum dormire aſſerunt uſque ad extremum judicium.

LUVERANUS (Guilh.) JCtus, ſtruxit arborem juriſdictionum. Extat *T. 3. Tract. tract.*

de LUXEMBURGO (Petrus) An. 1387. obiit. Litaniam ad DEUM & Sanctos 65. ſtrophis conſtantem compoſuit. Vid. *Olearius in Abaco pag. 374.*

LUYDIUS (Arnoldus) Tungrenſis, Anno 1540. deceſſit. Scriptis dimicavit adverſus Judæos, teſte *Oleario, pag. 50.*

LUZON (Alexand.) Vide, LUSON

LYBIUS (Chriſt.) epiſtolas S. Johannis commentario illuſtrare aggreſſus eſt, Anno 1580.

LYCHETUS (Franc.) Brixienſis, Anno 1519. claruit. Fertur doctiſſimus fuiſſe Scotiſta. Vid. *Waddingus in* [illegible] *M. pag. 122. Olearius, pag. 165.* V[illegible], LICHETUS.

LYCEAS, Λυκέας, Naucratita, teſte *Athenæo l. 14.* Ægyptiaca literis conſ[illegible]avit.

LYCLAMA (Marcus) Friſius, J[illegible]us, A. 1617. claruit. Collegit opinionum controverſarum quatuor libros. [illegible]ideatur *Swertius, pag. 524.*

LYCOLEON, Λυκολέων, pro Chabria ab *Ariſtotele in Rhet. 3, 10.* allegatur.

LYCON, Λύκων, Jaſenſis, *Athenæo teſte l. 10.* Pythagoræ vitam memoriæ tradidit. Lyconis, Comici, *Plutarchus in vita Alexandri M.* meminit. Vid. *Jonſius de S. H. Ph. pag. 337.*

LYCOPHRON, Λυκόφρων, Chalcidenſis, tempore Ptolemæi Philadelphi regis claruit. Struxit 20. tragœdias. Nomina earum erant, Αἴολος, Ἀνδρομέδα, Ἀλεξάνδρα, Ἀλήτης, Ἐλεφήνωρ, Ἡρακλῆς, Ἱκέτης, Ἱππόλυτος, Λᾶιος, Μαραθώνιοι,

Ναύ-

Ναύπλιος, Οἰδίπες, Ὀρφανός, Πενθεύς, Πελοπίδαι, Σύμμαχοι, Τηλίγονος, Χρύσιπποι. Ex his omnibus unicũ hodiè po-e[illegible]rium extat, *Alexandra* ſeu *Caſſandra*, σκοτεινὸν ποίημα, ut *Suidæ* appellatur. Id *Iſaacius Tzetzes* & *Joh. Meurſius* notis illuſtrare conati ſunt. Scripſit etiam anagrammatiſmos. Sic ex Πτολεμαῖος fecit ἀπὸ μέλιτος: ex Ἀρσινόη, ἴον Ἥρας. Vid. *Jonſius de S. H. Ph.* 2, 2. *pag.* 124. *B[illegible] in Ibin, v.* 533.

LYCOSTHENES (Conr.) Rubeaquenſis, philologus & Theologus, natus eſt An. 1518: obiit An. 1561. Collegit apophtegmata & ſimilitudines: item, libellum de prodigiis. Theatro humano, quod poſteà *Zwingerus* abſolvit, primus manum admoviſſe dicitur.

LYCURGUS, Λυκοῦργος, Lacedæmonius legiſlator, annis 150. ante 1. Olymp. claruit. Vid. *Marſamus in chronolog. pag.* 450.

LYCURGUS, Athenienſis orator, Demadis æqualis fuit. Ejus orationes quindecim feruntur. Oratio contra Leocratem à *Melanchthone* edita & latinè verſa eſt. *Dionyſius Halicarnaſſeus* σεμνὸν καὶ ὅλον καλήγορικὸν καὶ φιλαλήθη καὶ παρρησιαστικὸν in dicendo fuiſſe refert. Vid. *Meurſius in Lect. Att.* 3, 3. *Voſſius de nat. rhet. pag.* 83.

LYCUS, Λύκος, Rheginus, hiſtoricus, tempore Ptolemæi Lagi innotuit. *Clemens Alex.* 1. *Stromat.* facit peripateticum. Scripſit hiſtoriam Libyæ & Siciliæ. Ex Libyca hiſtoria quædam *Antigonus in hiſt. mirab. c.* 66. allegat. De Alexandro quoq; ſcripſiſſe, ex *Stephano* didicimus.

LY[illegible]S, Macedo, medicus, ſeculo ſecundo à Chriſto nato floruit. Eum *Galenus* libro ſingulari oppugnavit. Erat celebris anatomicus.

LYDGATE (Joh.) de caſibus illuſtrium virorum novem libros collegiſſe traditur. Vide, LIDGATUS.

LYDIAT (Thomas) de variis annorum formis, Anno 1606: item, de annis miniſterii Chriſti, Anno 1613. commentatus eſt.

LYDICIUS (Jac.) emiſit notitiam Pruſſiæ, An. 1677.

LYDIUS (Balth.) duos tomos Waldenſium exaravit, An. 1616.

LYDIUS (Jacobus) agoniſtica ſacra, An. 1657. item, Belgium glorioſum, Anno 1668. ſcribere aggreſſus eſt. Videatur *Borremanſ. pag.* 262.

LYDIUS (Joh.) tractatum de conciliis publicavit, An. 1610.

LYDIUS (Martinus) Lubecenſis, carminibus inclaruit. Vid. *Tomus* 3. *Delit. Germ. pag.* 1511.

LYDUS (Joh.) Λυδὸς, Philadelphienſis, tempore Juſtiniani Imp. floruit. Scripſit de Nilo. Vid. *Simocatta in hiſt. Mauricii* 7, 16. *Photius, Cod. CLXXX. Suidas, in* Ἰωάννης. *Conſtantinus Porphyrog. de Themat. pag.* 11.

LYGÆUS (Joh.) paraphraſin adornavit in Hippocratis aphoriſmos, Anno 1591. Ejus carmina occurrunt *T.* 2. *Delit. Gall. pag.* 423. Vid. *Linden, pag.* 368.

LYKERKIUS (Guil.) inter poëtas aliquod nomen habere meruit.

LYMBISANUS (Horat.) Calaber, medicus, Anno 1629. claruit. De febribus 3, de peſte 4. libros adornavit.

LYMVICUS (Nicol.) Cimber, medicus, natus eſt Anno 1538: obiit An. 1603. Condidit carmen de exitio navis ſine pari. Vid. *Vinding. in R. H. pag.* 140.

LYNCÆUS (Rich.) philoſophiam ſcholaſticam univerſam tribus tomis Anno 1655. complexus eſt.

LYNCEUS, Λυγκεὺς, Samius, tempore Ptolemæi Philadelphi floruit. Confecit Αἰγυπτιακά: item, apophthegmata. *Suidas* Theophraſti diſcipulum fuiſſe affirmat. Videatur *Jonſius de Scr. hiſt. Phil.* 2, 2.

LYONNET (Rob.) Anicienſis, de peſte, An. 1639: item, de morbis hæreditariis, Paris. Anno 1647. commentari cœpit.

LYRÆUS (J.) ſcripſit de imitatione Chriſti patientis, Antverpiæ, Anno 1655.

LYRANUS (Nicol.) origine Judæus, R. *Samuel Levita* dictus (teſte *Hilperto in diſp. contra Jud. §.* 11.) fide Chriſtianus, Anno 1340. obiit. Compoſuit poſtillam ſive commentarios in univerſa Biblia: item, librum contra Judæos. *Epitaphium* ejus apud *Waddingum in S. O. M. pag.* 266. occurrit, in quo S. Theologiæ venerabilis Doctor ſalutatur. Videatur *Ph. Labbe Tom.* 2. *diſſert. de S. E. pag.* 120.

Buxtorf.

Buxtorf. de *arcano punctat. pag. 155. Olearius in Abaco, pag. 328.*

LYRERUS (Thomas) chronicon Suevo-Germanicum compilavit. *Zeillerus part. 3. de hiſt. pag. 139.* eum Anno 1200. vixiſſe affirmat.

LXSANIAS, *Λυσανίας, περὶ Ἰαμβοποιῶν ἔγραψε*, teſte *Athenæo l. 7.* Vid. *Jonſius de S. H. Ph. 2, 2. pag. 123. Plutarchus de malign. Herodoti* Lyſaniam Malloten allegat.

LYSCA (Alex.) Veronenſis, JCtus, A. 1610. claruit. Scripſ. de Rom. curiæ rapacitate, perfidia & tyrannide contra *Baronium.*

LYSCANDER (Claud.) collegit hiſtoriam Danicam ſeu genealogiam regum Danorum, fol. Anno 1622. Extat ejuſdem chronicon Grönlandiæ, Anno 1608. editum. Videatur *Barth. in Danis ſcr. pag. 33.*

LYSCANDER (Joh.) texuit de antiquitatibus Danicis 18. ſermones, teſte *Zeillero part. 2. pag. 139.*

LYSERUS (Mich.) edidit cultrum anatomicum, Anno 1653. Vid. *Bartholinus l. c. pag. 102.*

LYSERUS (Polycarpus) celebris Theologus, natus eſt Anno 1552: obiit Anno 1610. Condidit tres libros harmoniæ Evangelicæ: item, comment. in Geneſin. Videatur *Spizelius in Templo Honor. pag. 9.*

LYSERUS (Polycarpus) itidem Theologus, natus eſt Anno 1586: obiit Anno 1633. Lipſiæ docuit. In epiſtolam ad Galatas. item, in formulam Concordiæ commentatus eſt. Pugnavit etiam contra *Polanum* de prædeſtinatione. Mortuo parentavit *Henr. Hopfnerus.* Vid. *H. Witte in Theol. pag. 370.*

LYSERUS (Wilh.) Polycarpi filius, natus eſt Anno 1592: obiit Anno 1649. Scripſit diſpp exegeticas in Evangelium S. Johannis. Vid. *Witte, pag. 704.*

LYSIAS, *Λυσίας*, Athenienſis orator, Olympiad. LXXXVII. claruit. Compoſuit CCC. orationes, ex quibus nonniſi triginta quatuor ſuperſ... Eas *Jodocus Vanderheidius* latinè vertit & notis politicis illuſtravit Anno 1615. *Photius* in eo τὸ τῆς κώλων συνάρμοσιν ... καθαρώτατον ἐξέταξις, i. e. membr...rum concinnitatem & florem puri...atis commendat. *Fabii* judicio nihil in ...mane, nihil arceſſitum: putat tamen ... fonti quàm magno flumini eſſe pro...em. Vid. *Manut. part. 1. in epiſt. Cic.* ...am. pag. *188. Meurſius in lect. Att. 3, 8. & 14.* item, *3, 29. Voſſius de nat. rhet. pag. 327. Jonſius de ſcr. hiſt. Ph. 1, 7.*

LYSIMACHIDES, *Λυσιμαχίδης*, tempore Auguſti Octaviani claru... Teſte *Ammonio in diff. vocum*, ad C...ium de decem rhetoribus comment. ...pſit. Vid. *Jonſius 2, 1. pag. 216.*

LYSIMACHUS, *Λυσίμαχος*, Alexandrinus, exaravit libros *περὶ Νόστων* item, *Θηβαϊκὰ παράδοξα*, ex quibus *Sc...aſtes Sophoclis ad Oedipum Coloneum* n... ulla adducit. Vid. *Gisb. Cuperus l. 1.* ... *c. 4. pag. 23.* Legitur etiam tra... ...e agricultura. Ejus operis *Plin... in hiſt. nat.* aliquoties meminit. Co... *Varronem l. 1. c. 1.* Vid. *Jonſius 1, 3.*

LYSIMACHUS, Cyrenæus, *Tzetzæ in Chil. pag. 117.* allegatur.

LYSIMACHUS, Hippocrateus ... *Scholiaſte Nicandri, pag. 88.* ad...

LYSIPPUS, *Λύσιππος*, Tr... *Suida & Athenæo* laudatur. Ex e...us dramatibus erant *Βάκχαι* & *Θυρσοκόμος.*

LYSIS, *Λύσις*, Pythagoric... ...ſophus, Olymp. XCIIX. flo... Hujus ſunt aurea illa carmina, quæ vulgò *Pythagoræ* tribuuntur. Teſtis *Diogenes Laërtius in Pythag. pag. 571.*

LYUS (Anton.) JCtus, Anno 1...08. obiit. Videatur *Panzirolus in JCtis, pag. 145.*

M.

MACALDUS (J. Bapt.) Jeſuita Gallus, exaravit notationes in hiſtoriam *Thuani* ſub nomine *Joh. Bapt. Galli*, teſte *Alegambe, pag. 224.*

MACAREUS, Μακαρεὺς, *Athenæo* teſtante, Κοινὰ compoſuit.

MACARIUS, Μακάριος, S. Antonii diſcipulus, An. Chr. 340. claruit. Reliquit 50. homilias ad monachos. Vid. *Phil. l'abbe T. 2. diſſ. de S.E. pag. 40. Olearius pag 298.*

MACARIUS (Joh.) Grevelinganus, Flander, An. 1604. obiit. *Paulum Leopardum* præceptoré habuit. Romæ 20. annis egit in eruendis & ſcrutandis veterum monumentis & bibliothecis. Compoſuit diſquiſitionem de gemmis Baſilidianis, quibus titulus *Abraxas*: item, comment. de picturis & ſculpturis ſacris antiquioribus. Vid. *Swertius, pag. 445. Hallervordius in B.C. pag. 187.*

MACASIUS (J.G.) Egranus, paravit promtuarium materiæ medicæ, An. 1654.

MACASIUS (Paul.) de acidulis Egranis, An. 1613. commentatus eſt.

MACCABÆUS (Joh.) Scotus, An. 1557. obiit, relicta enarratione in Deuteronomium.

MACCÆUS (Bacharius) Britannus, S. Patricii diſcipulus, circa A.C. 460. librum de prognoſticis nativitatis exaravit.

MACCIUS (Lucill. Philalth.) medicus, duo volumina conſiliorum de morbis graviſſimis: item, theoricam & practicam medendi edidit, teſte *Ghilino vol. 1. pag. 155.* Vide, LUCILLUS.

MACCIUS (Paulus) emblemata Latino Italica, Bononiæ, Anno 1628. edi curavit.

MACCIUS (Sebaſt.) ſuperiori ſeculo claruit. *Nicius Erythræus part. 1. Pinacoth. pag. 277.* memorat, eum tam multa operſcribendo fecisſe, ut in dexteræ manus pollice atq; índice, qua ab ejus parte calamus adſtringitur, ex aſſidua illius tractatione duo quaſi ſulci alté impreſſi conſpicerentur. Vitam ejus celebravit P. *Gibelinus.* Inter ſcripta ejus liber de ſcribenda hiſtoria: tract. de bello Aſdrubalis: liber de hiſtoria Liviana: variæ lectiones: inſcriptiones antiquæ, ex tota Italia collectæ: Soteris, &c. maximé eminent.

MACCOVIUS (Joh.) Theologus reformatæ religionis, diſpp. Theologicas, An. 1640. publicavit.

MACEDUS (Franc.) Luſitanus, hoc tempore claret & Patavii philoſophiam moralem docet. Quadraginta ſeptem voluminum autor eſſe prædicatur. Edidit inter alia elogia Gallorum: Palladem togatam: artem poeticam: encyclopædiam: theatrum meteorologicum: controverſias ſelectas: ſcholas Theologicas poſitivas: concentum euchologicum; tract. de conciliis: medullam hiſtoriæ eccleſiaſticæ: picturam urbis Venetæ: collationem Thomæ & Scoti, 3. Tomis: tract. de clavibus Petri: myrothecium morale in textum Ariſtotelis de amicitia, &c. Conf. *Alegambe, pag. 126. & Greg. Letum in Ital. regn. pag. 192. 214.*

MACER (Bebius) compoſuit Faſtalia dierum, teſte *Fulgentio.*

MACER (Æmilius) Vide, ÆMILIUS & MARBODÆUS.

MACER (Æmilius) JCtus, imperante Alexandro Mammææ claruit. Scripſit de militaribus publicis, officio præſidis, viceſima hæreditatum & appellationibus. Vid. *Panzirolus in JCt. 1, 60. & Bertrandus, pag. 176.*

MACERATEN (Marc. Ant.) JCtus, reliquit reſolutiones rerum practicabilium, quæ prodierunt Genevæ Anno 1614. in 4.

MACHABÆUS (Chriſt.) Alpinus, natus eſt, Anno 1541: obiit, Anno 1598. Vitam & obitum Herl. Trolle ſtilo expreſſit.

MACHADUS (Pet.) elaboravit annulum Chriſtianum ſive exegeſin Evangel. Anno 1608.

MACHÆUS (Phil.) tractavit de regulis juris antiquis, An. 1668.

MACHATUS (Gratiadeus) A. 1500. floruit. Habuit orationes.

MACHELLUS (Joh.) JCtus, An. 1550. claruit.

MACHELLUS (Nic.) Mutinenſis medicus, *Rhaſæ* librum de peſte, An. 1586. latiné tranſtulit. Extat ejuſdem tractatus de morbo Gallico.

MACHERENTINUS (Joh. Theod.) Vide, THEODORICI.

MACHEROPIUS (Nicol.) carmina elaboravit. Vid. *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 1.*

MACHHOLD (Alex.) JCtus, collegit Formulare.

MACHIAVELLUS (Jac.) *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 127.* memoratur.

MACHIAVELLUS (Lucas) Bonon. An. 1565. floruit. Reliquit orationes & dialogos.

MACHIAVELLUS (Nicol.) Florentinus, tempore Leonis X. pontificis vixit. Compoſuit hiſtoriam Florentinam: diſcurſus in Livium: item, librum de principe. *Jovius in elog num. 87.* irriſorem & atheum appellat. *Alii* Achitophelem Florentinum nuncupant. Vid. *Carpzov. ad Miſpat Hammelech Schickardi pag. 226. Thomaſius de plagio, §. 502.* De morte ejus *Tollius in tr. de Infel. literat. pag. 24.* legi poterit. Multi eum laudant, inter quos *Albericus Gentilis* & *Chriſtoph. Forſtnerus in Hypomnem. pag. 109.* Vid. *Rupertus in Valer. Max. pag. 50. Funccius in orbe imperante, T. 2. pag. 37.*

MACHON, Μάχων, Sicyonius vel Corinthius, Comicus, dramatibus luſit.

MAGINIUS (Joh.) Siradienſis Polonus, Lexicon latino-Polonicum conſtruxit, Anno 1564. fol. *Starovolſcius pag. 87.* exactam Hebr. Græcæ, latinæ aliarumque linguarum ſcientiam habuiſſe refert.

MACOLLONE (Joh.) excogitavit jatriam chymicam ſuis Venereæ, Lond. in 8. An. 1622.

MACRINUS (Charil.) Salmonii filius, in laniena Pariſienſi periit. In poëſi & græca literatura plurimos ſui ævi ſuperavit. Vid. *Tollius, de Inf. lit. pag. 70.*

MACRINUS (Salmonius) Juliodunenſis, poeta, Anno 1557. obiit. Carmina ejus habentur *T. 2. Delit. Gall. pag. 453.* Vid. *Sammarthanus, pag. 20.*

MACROBIUS (Aurel.) tempore Theodoſii Imp. floruit. *Reineſius in epiſt. ad Rup. p. 462.* In ſumma dignitate vel præfecturæ prætorianæ vel proconſulatus Africæ eum vixiſſe exiſtimat. In ſomnium Scipionis commentatus eſt. Edidit etiam libros Saturnaliorum. *Celius Rhodiginus* autorem excellentiſſimum & virum reconditiſſimæ ſcientiæ nominat. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 148.* Macrobius (inquit) Æſopica cornicula ex aliorum pannis ſuos contexuit centones. Itaque ſua lingua non loquitur, &, ſi quando loquitur, Græcum latinè balbutire credas. Vid. *Colomeſius in Cimeliis, c. 38. pag. 90. Barthius in Claud. pag. 791. Thomaſius de plagio, §. 403.*

MACROBIUS, Diaconus, Afer, centum capitula de DEI patris majeſtate, & filii DEI adventu, incarnatione, paſſione, reſurrectione & aſcenſione in cœlos, &c. reliquit, teſte *Iſidoro in viris illuſtr. cap. 2.*

MACROPEDIUS (Georg.) Gemertanus, Anno 1558. obiit. Fertur fuiſſe raræ felicitatis poëta & exactæ diligentiæ Grammaticus. Plurima cum ſacra tum profana argumenta comico ſtilo exornavit & utriuſque linguæ rudimenta literarum monumentis complexus eſt. Vid. *Sweertius, pag. 274.*

MACRUS (Dominicus.) Vide, MAGRUS.

MADANATHUS (Henr.) edidit aureum ſeculum redivivum. *Lindeu pag. 236.* *Adrianum Mynſicht* verum autorem eſſe prodit.

MADELENETUS libellum carminum conſtruxit.

MADERUS (Joach. Joh.) hoc tempore vivit & de re literaria optimè meretur, dum non tantum veterum monumenta in lucem profert, sed & Scripta, multa curâ elaborata, cum orbe literato communicat. *Veterum* ſcripta, quantum ſcio, ſeqq. vulgavit: Polycarpi epiſtolam ad Philippenſ. Ann. 165. Clementis ad Corinthios, Anno 64. Barnabæ, Anno 1656. Cent ſcriptorum illuſtrium, Anno 1660. Chronicon montis Severi, An. 1665. Chronicon Dietmari Merſpurgenſ. An. 1667. hiſtoriam eccleſiaſt. Adami Bremenſis, An. 1670. Chronicon Theod. [..]elhuſii, An. 1671. compendium hiſt. eccleſiaſticæ Haymonis, Anno 1671. Gervaſium Tilberienſem de imperio Rom. Germ. An. 1673. Onuphrium Panvinium de triumphis, An. 1675. De *ſuis* verò ſeqq. tractatus edidit, diſput. de conciliis, An. 1650. diſſertationem de S. Laurentio, A. 1656. antiquitates Brunſwicenſes, An. 1661. tract. de coronis, An. 1662. librum de bibliothecis, Anno 1666. epiſtolam de ſcholarum antiquitate, Anno 1674. In po-

In poſterum etiam Martinum Polonum: item, Johannis Chraw, Ratisb. presbyteri, qui An. 1459. vixiſſe creditur, chronicon ſeſe publicaturum eſſe, in literis ad amicum pollicitus eſt.

MADERUS (Joh. Melch.) edidit equeſtria vel artem equitandi, Anno 1621.

MADIUS (Vinc.) in Ariſtotelem de re poëtica, Venet. Anno 1550. commentatus eſt.

MADRIDIUS (Chriſt.) ſcr. de frequenti ſacramenti uſu, Col. An. 1604. Vid. *Alegambe, pag. 76.*

MADRILIENSIS (Alf.) emiſit ſpeculum illuſtrium perſonarum, An. 1608.

MÆNAVINUS (Joh. Ant.) de Turcarum legibus & religione Anno 1578. ſcribere cœpit.

MÆNDELIUS tractavit peculiari ſcripto de horologio univerſali.

MÆRATIUS (Lud.) Trecenſis, Anno 1640. claruit. Edidit tria volumina diſputationum in ſummam Thomæ Aquinatis, Pariſ. Anno 1613. fol. Videatur *Alegambe, pag. 313.*

MAES. Vide, TITIANUS.

MÆSERIUS (Phil.) Caroli V. Galliæ R. miniſter, ſub nomine *Philothei Achillini* ſcr. de juriſdictione regia & ſacerdotali: item, vitam Petri Thomæ, patriarchæ Conſtantinopolitani. Vid. *Placcius pag. 131.*

MÆSTERTIUS (Jac.) JCtus, reliquit illuſtres juris materias, Anno 1664.

MÆSTLINUS (M.) celebris mathematicus, condidit tabulas chronologicas. Vide, MOESTLINUS.

de MAETS (Carol.) edidit ſilvam quæſtionum inſignium, Ultraject. An. 1650.

MAFANAFUS (Dan.) edidit confutationem defenſionis Pilati, à *Stellero* ſuſceptæ, Anno 1675. Verum autoris nomen eſt *Dan. Hartnaccius.*

MAFFÆUS (Raph.) Vide, MAPHEUS.

MAFFEIUS (Bernh.) Bergomas, Card. natus eſt An. 1514: obiit Anno 1553. Scripſit comm. in Cic. epiſtolas: item, hiſtoriam de antiquorum toreumatum inſcriptionibus. Vid. *Donatus Calvus, pag. 78.*

MAFFEIUS (Joh. Pet.) Bergomas, Anno 1603. vivere deſiit. Struxit ſedecim libros rerum Indicarum: item, epiſtolas de rebus Indicis & Japonicis. *Emanuelis Acoſtæ* commentarium quoque de rebus Indicis latinè reddidiſſe dicitur. Vid. *Zeillerus part. 3. pag. 140. Alegambe, pag. 263. Donatus Calvus pag. 266.*

MAFFEUS (Joh.) Piſanus, ſuſcepit propugnationem Ariſtotelis adv. *Gaſſendum*, Anno 1675. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 479.*

MAGALIANUS (Coſmus) Bracarenſis, An. 1624. obiit. In Joſuam, in libros Judicum, in epiſt. Pauli ad Tim. & Titum commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 86.*

de MAGALOTTIS (Greg.) Romanus, JCtus, ſcripſit de ſalvo conductu & ſecuritate. Extat *T. 11. Tract. tract.*

MAGANDEUS (Andr.) AntiBaronium, Amſt. An. 1675. edi curavit.

MAGARINUS, edidit Bullarium Caſinenſe, Venet. fol.

MAGATUS (Cæſar) Scandianenſis, tractavit de vulnerum curatione, Anno 1616. fol.

MAGATUS (J.B.) Scandianenſis, conſiderationes medicas Anno 1637. publicavit.

MAGDALIUS (F.) edidit compendium Biblicum metricum, An. 1617.

MAGDEBURGUS (Joh.) Annæbergenſ. An. 1595. obiit, ætatis 77. Scripſit elegias Græcas evangelicas: item, librum de inveſtigatione thematum ex poſtremis nominum verborumque ſyllabis.

MAGELLANEUS (Pet.) emiſit tract. de prædeſtinationis executione, Lugd. Anno 1676.

MAGENHORST (Julius) commentatus eſt ad ordinationem Cameræ Imp. An. 1661. Vide, KOCH.

MAGENTINUS, Μαγεντῖνος, Nicænus Metropolitanus, juxta *nonnullos* 6. ſeculo à C. N. claruit. *Alii* recentiorem faciunt. Scripſit in priora analytica: item, in libr. περὶ ἑρμηνείας.

MAGERUS (Mart.) advocatiam armatam An. 1625. typis tradidit.

MAGERUS (Pet.) methodum concionandi, Lugd. An. 1653. concinnavit.

MAGGIUS (Barth.) Bononienſ. ſcr. de curatione vulnerum, An. 1555.

MAGGIUS (Fr. Maria) compoſuit ſyntagma linguarum orientalium, quæ in Georgiæ regionibus audiuntur, Romæ, Anno 1643. fol.

MAGGUS (Vinc.) Brixianus, An. 1530.

obiit. In artem poëticam Horatii commentari cœpit. Scripſit etiam de ridiculis. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 240.*

MAGINUS (Joh. Ant.) Patavinus, profeſſione mathematicus, An. 1617. obiit. Edidit comm. in 3. libr. Hippocratis de diebus criticis, unà cum lib. de legitimo aſtrologiæ uſu in medicina: item, tabulas ſecundorum mobilium, tomis 2. Ptolemæi quoq; geographiam comm. & tabulis illuſtravit: Italiæ verò regiones formis æreis elegantiſſimè expreſſit.

MAGIRUS (Dav.) JCtus, regulas juris comm. exornavit, An. 1628.

MAGIRUS (Georg.) edidit enchiridion variarum hiſtoriarum, carmine redditarum, An. 1676.

MAGIRUS (Joh.) Confluentinus, Anno 1609. obiit. Phyſiologiam peripateticam ſex libris complexus eſt, An. 1603. Vid. *Alegambe, pag. 255.*

MAGIRUS (Tob.) florilegium vel polymnemonem compoſuit, Anno 1629. fol.

MAGISTER (Guilh.) condidit iſagogen therapeuticam tempore peſtis, Anno 1572.

MAGISTER (Rudolf.) doctrinam Hippocratis, An. 1613. vulgavit.

MAGISTRAT (Guil.) ſcr. de peſtis ſævitia & ejus curatione, Venet. An 1572.

MAGIUS (Barth.) Bonon. medicus, An. 1541. floruit. Tractavit de bombardarum vulnerum curatione. *Hier. Magius l. 3. miſc. c. 3.* eum fratrem ſuum appellat.

MAGIUS (Baſil.) edidit theorema, quòd æterna habent cauſam effectricem.

MAGIUS (Hieron.) Anglarienſis, Famaguſta Anno 1571. à Turcis capta, unà cum aliis in Aſiam abductus eſt. In captivitate ſua, libris deſtitutus, ſola memoria adjutus libellum de tintinnabulis & alium de equuleo exaravit. Illum *Fr. Sweertius*: hunc *Thomas Segethus* in lucem exire permiſit. Tandem à Mahomete Baſſa crudeliter ſtrangulatus eſt. Ante captivitatem annotationes in *Corn. Nep.* conſcripſerat, ut & librum de mundi exuſtione & die judicii. Ipſe *l. 3. miſc. c. 5.* ſe de ſepulcris & ritu ſepeliendi ſcripſiſſe memorat. Extant ejuſdem quatuor libri miſcellaneorum in *Lamp. Critica Gruteri.* Vid. *Thuanus lib. 49.*

MAGIUS (Octav.) reliquit duos libros de legato.

MAGIUS (Virgin.) hoc tempore claret. Videatur *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 503.*

MAGLIABECHUS (Ant.) vel Malabeccus, Sereniſſimi Principis Florentini bibliothecarius vir doctiſſimus & celeberrimus, hodiè vivit, & à multis ob ſummam eruditionem & humanitatem meritò celebratur. Literas enim & literatos omnibus modis juvat atque promovet. Vid. *Aſpaſius in Biblioth. Aproſiana, pag. 250. Gregorius Letus in Ital. regn. pag. 423, &c.*

MAGNANIMUS (Andr.) vel Magnanus, poëta, Anno 1500. floruit. Scripſit rythmorum juncturas, ſyllabas facili dictamine ad votum connectens, teſte *Bumaldo.*

MAGNANUS (Fulv.) inter viros doctos numeratur à *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 127.*

MAGNENUS (Joh. Chryſoſt.) Ticinenſis profeſſor, edidit Democritum reviviſcentem, Anno 1658: item, lib. de tabaco & manna, An. 1648.

MAGNES, Μάγνης, Athenienſis, veteris comœdiæ poëta, Olympiade LXXII. claruit. Meminit ejus *Ariſtophanes in Equitibus. Pollux* eum in Λυδοῖς allegat.

MAGNESIUS (Hugo) Minorita, apologiam apologiæ Scoti exaravit. Vid. *Mareſius T. 2. contra Tirin. pag. 586*

MAGNETIUS (Lud.) paraphraſin Pſalmorum adornavit, An. 1632. Vid. *Alegambe, pag. 313.*

MAGNI (Jonas) Theologus Upſalienſis, ſtruxit tubam angelicam de antichriſto.

MAGNI (Joh.) Gothus, reliquit opus hiſtoricum de regibus Suecorum atq; Gothorum, Romæ, Anno 1554. fol.

MAGNINUS, Mediolanenſis, medicus, ante CC. & quod excurrit, annos claruit. Extat ejus regimen ſanitatis, Argent. An 1503. impreſſum, in 4.

MAGNO, archiepiſcopus Senonenſis, tempore Caroli M. claruit, ad quem collectionem & explicationem notarum antiquarum perſcripſit præmiſſo ejuſmodi diſticho:

Hæc juris munia libens rex accipe Carle,
Offert devotus quæ tibi Magno tuus.

Vid. *Ph. Labbe in B. B. pag. 371.*

MAGNUS, Μάγνος, Antiochenus, medicus, tem-

tempore Juliani & Valentis Impp. floruit. Scripſit de urinis dignoſcendis, ceu docet *Theophilus in præf. lib. de exact. urinæ notitia.* Ejus vitam deſcripſit *Eunapius, pag. 138.*

MAGNUS (Alex.) Bononienſ. medicus, in Ariſtotelis libros de phyſico auditu, Bonon. Anno 1657. in 4. commentatus eſt.

MAGNUS (Aloyſ.) Bononienſis, A. 1668. ſcripſit de arte aptæ argumentationis ſecundum formam inveniendæ. Vid. *Greg. Letus in It. regn. pag. 171.*

MAGNUS (Dominicus) emiſit notitiam rituum & vocum eccleſiaſticarum, teſte *Chimentellio de honore biſellii, pag. 89.*

MAGNUS (Gilb.) Anglus, Anno 1280. obiit. Fecit notas in Pſalmos. Pro Chriſtianis contra gentiles verſu elegiaco dimicavit. Videatur *Ghilinus*, *vol. 2. pag. 115.*

MAGNUS (Jac.) Toletanus, univerſam fermè S. Scripturam annotationibus illuſtravit. Extat etiam ejus volumen, titulo *Sophologii* inſignitum & 10. libris diſtinctum. Quidam *Jacobum Magnum de Pariſiis* nuncupant.

MAGNUS (Joh. Ant.) edidit 2. volumina geographiæ veteris & novæ, Anno 1617.

MAGNUS (Olaus) Gothus, Anno 1555. compoſuit hiſtoriam gentium Septentrionalium.

MAGNUS (Petrus) de conſilio & conſiliariis Anno 1618. commentatus eſt.

MAGNUS (Pet. Paulus) medicus, librum emiſit de miſſione ſanguinis, Romæ, An. 1584.

MAGNUS (Valerianus) Mediolanenſis, A. 1650. claruit. Librum de regula credendi conſtruxit. Multa contra Ariſtotelem protulit, quibus ejuſdem errores detexit. Vid. *Waddingus in Scr. O. Min. pag. 328. Carolus Viſch in Bibl. Ciſt. pag. 187.*

MAGO, Carthaginenſis, ſcripſit lingua Punica de agricultura. *Varro l. 1. cap. 1.* Hos (inquit) nobilitate Mago Carthaginenſis præteriit Pœnica lingua, quod res diſperſas comprehendit 28. libris: quos *Caſſius Dionyſius*, Uticenſis, vertit libris 10. ac Græca lingua Sextilio prætori miſit: in quæ volumina de Græcis libris eorum, quæ dixi, adjecit non pauca, & de Magonis demſit inſtar librorum octo. Hosce ipſos utiliter ad 6. libros redegit *Diophanes* in Bithynia & miſit Deiotaro regi. Hæc ille. Confer *Columellam l. 1. c. 1.*

MAGONIUS (Hieron) JCtus, collegit deciſiones Florentinas & Lucenſes, Anno 1610.

MAGONIUS (Joh. B.) JCtus, edidit lucernam moralem, An. 1602: item, cynoſuram advocatorum, A. 1610.

MAGRUS (Dominicus) concinnavit Hierolexicon ſeu dictionarium ſacrum, Romæ, Ann. 1677. Item, librum contradictionum Sacræ Scripturæ, Lov. Anno 1671.

MAGUINUS (Gilbertus) Gallus, Anno 1674. obiit. Reliquit refutationem fabulæ prædeſtinat.

MAHARIL (R.) aliàs *Jacob Movilin Saiel* dictus, A. M. 5187. obiit. Is una cũ præceptoribus ſuis *R. Salom* & *R. Kadeſch* primus nomine *Morenu vel doctoris noſtri* inſignitus eſt. Scripſit librum ritualem, qui vocatur מנהגי מהרי״ל. Vid. *Gans in Zemach David, pag. 147. Buxtorf.* in *Abbrev. pag. 201.*

MAHSIUS (Conr.) emiſit examen Cath. & Calvin. congregationis, Duaci, Anno 1601.

MAHUSIUS (Joh.) Aldenardenſis, Anno 1577. obiit. *Franc. Titelmanni* commentarium in Pſalmos in compendium contraxit, teſte *Swertio*. Annotationes etiam Eraſmi in Novum Teſtamentum epitomavit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 213.*

MAIDALCHINUS, de naturæ mirabilibus commentari aggreſſus eſt.

MAIER (Chriſt.) Auguſtanus, An. 1626. obiit. Octo controverſias, ob quas plerîq; à Rom. eccleſia abhorrent, diſcutere conatus eſt. *Alegambe pag. 76.* vocat diſputatorem egregium, acrem & jucundum.

MAIER (Joh.) Brabantus, Ann. 1577. vivis exceſſit. Scripſit in decalogum & S. Pauli epiſtolas. Extant etiam ejus orationes, Latinè & Græcè exaratæ. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 82.*

MAIER (Matth.) Conſtantienſis poëſeos profeſſor, hiſtorias Sanctorum Græcis & latinis verſibus, ut audio, deſcribere laborat. In Græcis verſibus Nonnum imitari dicitur.

MAIER (Mich.) de legibus fraternitatis, Anno 1618. nonnulla meditatus eſt. Extant etiam ejus arcana arcaniſſima ſeu hieroglyphica.

MAIER (Wolfg.) de vulneribus eccleſiæ Romanæ nondum curatis, A. 1619. ſcribere cœpit.

MAIGNAN (Eman.) perſpectivam horariam, Romæ, Anno 1648. fol. edi curavit: item, curſum philoſophicum.

MAIGRET (Amadeus) ſcr. de generatione & corruptione, An. 1519.

MAIGRETIUS (G.) Bullonienſis Belga, Anno 1633. mortuus eſt. Compoſuit lacrimas Heracliti Chriſtiani, ab inferis luſcitati ac baptizati, ut omnes & ſingulos homines doceat artem deflendi ſuam miſeriam ſecundum utrumque hominem: item, martyrographiam Auguſtinianam. Videatur *Swertius, pag. 275. & Valerius Andreæ in faſt. Lovan.*

MAIHEW (Eduard.) Anglus, monachus ord. Benedict. edidit trophæa congregationis Anglicanæ ord. Bened. Anno 1625. in 4.

MAILHAT (Raym.) ſummam philoſophiæ 4. voluminibus complexus eſt, An. 1664.

MAILLARDUS (Oliv.) Britannus, Pariſienſis Theologus, A. 1502. obiit. Reliquit opus quadrageſimale, Anno 1515. impreſſum. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 270.*

MAILROSIUS (Joh.) Scotus, ſub Carolo M. circa An. Domini 800. claruit. Condidit librum de Euchariſtia.

MAIMONIDES (Moſes) celebris Judæus, Cordubenſis, Anno Chriſti 1262. obiit, juxta *Hotting. in bibliothec. quadripart. pag. 288.* In Ægypto ſcholam erexit: unde à nonnullis *Moſes Ægyptius* dictus eſt. Calluit linguam hebraicam, Chaldaicam, Arabicam, Turcicam, Græcam. Philoſophiæ etiam, Theologiæ, juriſprudentiæ & medicinæ peritiſſimus fuit. Anno ætatis 20. commentarium ſcripſit in Miſnaioth: Anno 42. abſolvit יד: Anno 50. conſcripſit librum מורה נבוכים, i. e. doctorum perplexorum. A Judæis magnis laudibus afficitur. Quidam eum נר ישראל, i. e. lucernam Iſraëlis appellant: aliis אור מזרח ומערב, i. e. lumen orientis & occidentis: à nonnullis חכם עבר וערב, id eſt, ſapiens Hebræorum & Arabum nuncupatur. *Elias in Thisbi* ita de eo ſcribit: ממשה עד משה לא קם כמשה, i. e. à Moſe propheta uſque ad hunc Moſen non ſurrexit ſicut Moſes. Vide *Buxtorfii præfationem, libro More Nevochim præmiſſam*, in qua Maimonidis vita prolixè deſcribitur. Confer *Dietericum, part. 1. Antiq. Bibl. pag. 171. Hornbeck de conv. Jud. pag. 32. Quenſtadium, pag. 7.*

MAINARDUS (Lib.) de ponderibus & menſuris commentatus eſt.

MAINARDUS (Matth.) Anno 1632. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 164.*

MAINOLDUS (Jac.) Cremonenſis, An. 1612. obiit. Extat ejus opus de titulis Auſtrii regis Catholici. Videatur *Ghilinus, vol. 1. pag. 71. Rhodius de ſcript. ſuppoſ. pag. 9.*

MAJOLUS (Laur.) Genuenſis, librum de gradibus medicinarum, Venet. An. 1497. edi curavit.

MAJOLUS (Simon) Vultuarienſis epiſcopus, compoſuit tractatum de irregularitatibus. Ei etiam liber, [illegible] dierum Caniculariũ tribuitur & continet 7. tomos, quorum primi autor [illegible] Majolus, reliquorum verò *Georgius Draudius*, paſtor Ortenburgenſis, quemadmodum patet ex ejus *Catalogo univerſali, pag. 349. & 1076.* Conf. *Quenſtadium pag. 287.*

MAJOR, Μαίωρ, Arabius Sophiſta, ſub Philippo Cæſare & ante floruit. Tredecim libros de ſtatibus, teſte *Suida*, conſtruxit.

MAJOR (Æſchacius) edidit ſcrutinium ingeniorum Anno 1663. Vide, CÆSAR.

MAJOR (Georgius) cond[illegible]t libellum de vitis Patrum, teſte *Zeillero part. 2. pag. 207.*

MAJOR (Georg.) Norimbergenſis, natus eſt Anno 1502: obiit Anno 1574. Witebergæ Theologiam profeſſus eſt. Commentatus eſt in præcipuos evangelicos & apoſtolicos libros. Adverſarios nactus eſt, quod diceret, fieri non poſſe, ut, qui non ſtudeant bonis operibus, ſalutem conſequantur æternam: item, bonorum operum ſtudium eſſe neceſſarium ad ſalutem. Scripta ejus tribus tomis continentur.

MAJOR

MAJOR (Joach.) poëta, ſcr. de S. Urbano in laudem vini.

MAJOR (Joh.) Joachimicus, poëta & profeſſor Witebergenſis, natus eſt An. 1533: obiit Anno 1600. Pſalterium verſibus heroicis expreſſit. Carmina ejus habentur *Tom. 4. Delit. Germ. pag. 2.* Videatur *Joh. Pet. Lotichius, Tom. 3. B. P. pag. 92.*

MAJOR (Joh.) Hadingtonenſis, Scotus, Anno 1520. floruit. Erat Græcè & latinè perquam eruditus. Reliquit hiſtoriam majoris Britanniæ: item, comm. in 4. Evangeliſtas. Opera ejus *Ph. Labbe T. 1. differt. de S. E. pag. 590.* enumerat. Confer *Olearium, pag. 259.*

MAJOR (Joh.) Reinſtadenſis, celebris Theologus, natus eſt An. 1564: obiit Anno 1654. ætatis nonageſimo. Jenæ 43. annis docuit.

MAJOR (Joh. Daniel) medicus & profeſſor Chilonienſis, edidit lithologiam curioſam, Anno 1662: item, prodromum chirurgiæ infuſoriæ, Anno 1665.

MAJOR (Joh. Tobias) Theologus & profeſſor Jenenſis, natus eſt Anno 1615: obiit Anno 1655. Scripſit de natura & cultu angelorum: de 3. ſymbolis: de precibus pro defunctis: de filiatione Chriſti ut hominis: de ſabbato: de natura & conſtitutione eccleſiæ: de ſcientia media, &c. Vid. *Hadrianus Beier in Rect. Jen. pag. 493.*

MAJORAGIUS (Marcus Ant.) An. 1555. vivere deſiit. Anteà *Antonius Maria* dictus erat: ipſe verò à vico Majoragio, in quo pater ipſius habitabat, Majoragius dici maluit. Unde à *Fabio Lupo* & *Maximo Nigro* accuſatus eſt: verum is luculenta oratione in ſenatu Mediolanenſi habita ſeſe purgavit, & non abſq; exemplo hoc factū eſſe oſtendit. Multū eloquentiā valuit, & Ariſtotelis ac Ciceronis de ea arte libros maximè illuſtravit: hunc etiam adv. Calcagnini calumnias defendit. Vid. *Thuanus l. 16. Imperialis, pag. 126. Hanckius part. 1. de ſcr. R. R. pag. 215.*

MAJORANUS (Lud.) edidit clypeum eccleſiæ, Antv. An. 1576.

MAJORANUS (Nicol.) vir Græcè eruditus, Anno 1550. claruit. Euſtathii comm. in Homerum unà cum ipſo *Homeri* textu Romæ excudi curavit, cum indice copioſo.

MAJORETUS (Joh.) JCtus, in 4. libros inſtitutionum juris, Toloſ. Anno 1669. commentatus eſt.

de MAIRE (Guilh.) ſcr. ſtateram Saulis ex regis.

de MAIRE (Joh.) edidit ſingularitates urbis Trecarum, An. 1549.

Le MAISTRE, tractavit de bonis eccleſiaſticis, Pariſ.

MAJUS (Ant.) Brixienſis, circa An. Chr. 1515. vixit. Exaravit hiſtoriolam de ſpiritibus, qui apparuerant in Garda, Veronenſis diœceſis villa; item, epiſtolam philologicam.

MAJUS (Henr.) natus eſt Anno 1545: obiit Anno 1607. Primò Theologiam Witebergæ docuit: inde dimiſſus Heidelbergæ in ſenatum eccleſiaſticum adſcitus eſt. Struxit comment. In Danielem.

MAJUS (Jac.) Poperinganus, elucubravit carmina.

MAJUS (Junianus) Parthenopæus, Anno 1480. claruit. Scripſit de priſcorum verborum proprietate.

MAJUS (Thomas) Anglus, ſupplevit Lucanum de bello Pharſalico, Lond. Anno 1646.

MAKDOWEL (Guilh.) Teviotia Scotus, JCtus, A. 1590. natus eſt. Gröningæ philoſophiam docuit. Vid. *Autor vitarum Proff. Gröningenſ. pag. 71.*

MALABAYLA (Phil.) Aſtenſis, monachus ord. Ciſterc. Anno 1649. vixit. Texuit hiſtoriam S. Mariæ Virg. propo montem regalem in Subalpinis miraculis coruſcantis, Pariſ. Anno 1622.

MALABRANQUE (Jacobus) Audomarenſis, Anno 1600. innotuit. Scripſit de Morinis eorumque rebus, Anno 1639. tribus voluminibus. Vid. *Alegambe, pag. 206.*

MALACHIAS, Hibernus, Anno 1148. obiit. Reliquit prophetiam de futuris Romanis pontificibus, quam edidit *Arnoldus Wion in Ligno vitæ, l. 2. c. 40.* cum adjuncta expoſitione *Alfonſi Ciacconii* uſq; ad Urbanum VII. *Carriere tamen in hiſt. Pontif.* illam prophetiam elevat nec pro genuino Malachiæ partū agnoſcere audet. Vid. *Waræus in ſcr. Hibern. pag. 55. Bucelinus in chronologia, ſub finem: Carolus Viſch in B. Ciſterc. pag. 244.*

MALACIOLA (Curt.) edidit dialogum Bullam.

MALACREDA (Laur.) Vincentinus, JCtus Patavinus, *Gregorio Leto in Ital. regn. pag. 548.* celebratur.

MALACUS, Μάλακος, poëta Syracuſanus, *Ariſtoteli in quæſtionibus* memoratur, qui refert, eum tum maximè in pangendis verſibus valuiſſe, cum minus eſſet mentis ſuæ compos. *Malacus*, hiſtoricus, ἐν Σιφνίων ὥροις allegatur ab *Athenæo*.

MALAFOSSIUS (Jacob.) Bargius, ſcripſ. enarrationem in ſententias Scoti, Patav. Anno 1560. *Waddingus in S. O. M. pag. 183.* ait, fuiſſe diſputatorem acerrimum: ingenium verò habuiſſe ſubagreſte.

MALAGUZZUS (Horat.) de imperii Turcici magnitudine diſſeruit.

MALALA (Joh.) Μαλαλᾶς, Chronographus, à *Joh. Tzetze, chiliad. 5. hiſt. 29. & 30.* laudatur. *Voſſius* Joh. Antiochenum & Johannem Malalam pro eodem habet: cujus ſententiæ etiam *Reineſius in epiſt. ad Hofm. pag. 584.* ſubſcribit. *Montacutius* tamen vocat blennum, fungum, fatuum. Ajunt, eum *Becmannum* editurum eſſe.

MALAMINUS (Dominicus) An. 1546. floruit. Scripſit de officio inquiſitoris.

MALAPERTIUS (Car.) Montenſis, An. 1630. obiit. Compoſuit poëmata: Sedekiam tragœdiam: duos libros de ventis. Vid. *Alegambe, pag. 68.*

MALAROTUS (Marc.) de baptiſmate Pariſ. An. 1578. commentatus eſt.

MALASPINA compoſuit emendationes & ſuſpiciones in epiſtolas Ciceronis ad Atticum, teſte *H. Magio l. 2. miſcell. c. 2.*

MALATERRA (Gaufr.) res geſtas Rob. Guiſcardi 4. libris perſecutus eſt, Anno 1578.

MALATESTA (Cat.) carmina ſtruxit. Vid. *T. 2. Delit. Ital. pag. 1.*

MALAVOLTA (Caſp.) in coronam XII. virtutum S. Matiæ ſcribere cœpit.

MALAVOLTUS (Ubaldinus) JCtus, Anno 1270. vixit. Reliquit quæſtiones.

MALAXUS, Μάλαξος, congeſſit hiſtoriam aliquot Patriarcharum Conſtantinopolitanorum. Ea extat in *Turco-Græcia Cruſii.* Videatur *Mallincrot, pag. 40.*

MALCHIAVELLUS (Hier.) Bononienſ. Anno 1496. floruiſſe & inſignis geometra fuiſſe traditur.

MALCHUS, Μάλχος, Philadelphienſis Sophiſta, tempore Anaſtaſii Imp. claruit. Compoſuit ſeptem libros hiſtoriæ Byzantinæ. *Photius, Cod. LXXIIX* ſtilum ipſius admodum commendat. Videatur *Hanckius in Byzant. Script. pag. 671.*

MALCOLMUS (Joh.) Polonus, An. 1624. obiit. In Acta apoſtolorum commentari aggreſſus eſt.

MALCOMESIUS (Joh. Dan.) obſervationes fori Haſſiaci Anno 1625. edi curavit.

MALCOMESIUS (Joh. Rich.) confecit comment. ad Digeſta *Weſenbec.* Anno 1669.

MALCORPIUS (Mich.) Hell'ſſemenſis, vitam S. Norberti carmine elegiaco complexus eſt, An. 1599.

MALCOTIUS (Joh.) ſcr. de juris & facti ignorantia. Lovan, An. 1657.

MALCOTIUS (Odo) Bruxellenſ. Romæ matheſin docuit. Vid. *Swertius pag. 587. Alegambe, pag. 360.*

MALCOTIUS (Rob.) Lovanienſ. Anno 1578. obiit. Tractavit de eccleſiaſtica veneratione ſanctorum.

MALDEGHEMIUS (Adr. Chilius) Flander, Ariſtophanis Plutum verſu latino reddidit.

MALDERUS (Joh.) Bruxellenſ. An. 1633. obiit. Scripſit animadverſiones in Synodum Dordrechtanam: item, tractat. de ſigillo confeſſionis: & alium, de reſtrictionum mentalium abuſu. Extant ejuſdem comm. in Cant. Canticorum: item, prælectiones in Thomam. Videatur *Valer. Andr. in Faſtis Lovanienſ. pag. 131.*

MALDONATUS (Joh.) Hiſpanus, Anno 1583. obiit. Struxit commentarium in quatuor Evangeliſtas: item, alium in Jeremiam. Circumferuntur etiam ipſius diſputationes de ſeptem Sacramentis. Lectionibus ejus nec ipſi Calviniſtarum miniſtri abſtinebant. Duabus quotidiè tribuſve horis ſubſellia certatim implebant, quàm ludum ille ingrederetur, ne excluderentur. Sæpè in aperto atque adeo in viis publicis docere coactus eſt ob multitudinem auditorum, quos nullæ exhedræ caplebant. Vid. *Thuanus l. 78. Rivetus T. 2. oper. pag. 329. Alegambe, pag. 255.*

MALDURA (Pet.) Bergomas, An. 1470. obiit. Extat ejus tabula in omnia opera Thomæ Aquinatis.

MALEGONELLIUS (Ant.) habuit orationem de eligendo pontifice, Anno 1669.

MALFLA (Joh.) Vide, MALALA.

MALERMUS (Nicol.) vetus Teſtamentum circa An. 1558. Italicè tranſtulit.

de MALESCOT (Steph.) JCtus, de nuptiis commentatus eſt, An. 1572.

MALETESTUS (Ant.) varia ſcripſit. Opera ejus poſthuma Anno 1673. impreſſa ſunt.

de MALETIS (Alb.) Papienſis, tractat. de teſtibus compoſuit. Videatur *Tomus 4. Tract. tract.*

MALETTUS exaravit hierarchiam: item, Theologiam duobus voluminibus, fol.

MALEVOLTUS (Horat.) inter poëtas reponi meruit. Vid. *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 5.*

MALFANTIUS (Geneſ.) adornavit compendium civil. philoſophiæ, Patav. Anno 1587.

MALHERBE (Franc.) Cadomenſis, Anno 1628. ætatis 73. obiit. Carmina reliquit. In converſatione paulo moroſior, verborum parcus, aliorum contemtor fuiſſe dicitur. Vid. *Hoſm. in L. U. pag. 975.*

MALINÆUS (Guil.) Brugenſis, commentarium *Lud. ab Avila* de bello Germanico, à Carolo V. geſto, latinè vertit, An. 1550.

MALINGRE (Cl.) hiſtoriam Ludovici XIII. conſcribere aggreſſus eſt.

à MALINIS (Joh.) condidit ſpeculum hiſtoriale Carmelitarum libris decem, teſte *Sweertio.*

MALLEOLUS (Felix) ſcripſit de exorciſmis.

MALLEOLUS (Iſaac) Argent. natus eſt Anno 1564. Argentinæ matheſin docuit.

MALLETUS (Ant.) Rhedonenſis, compoſuit hiſtoriam virorum illuſtrium, qui repoſiti fuerunt in convent. S. Jacobi Pariſienſis, An. 1634.

MALLETUS (Car.) edidit aurum Theologiæ moralis, Auguſt. An. 1656.

MALLIÆUS (Simon) archiepiſcopus Turonenſis, Anno 1597. ætatis 82. obiit. Vertit homilias S. Baſilii. Vid. *Sammartb. pag. 186.*

à MALLINCROT (Bernh.) Monaſterienſis Decanus, Anno 1640. claruit. Reliquit tractat. de ortu & progreſſu artis typographicæ: alium, de archicancellariis Rom. Imperii: quinque centurias de hiſtoricis Græcis, &c.

MALLINIUS (Caſp.) edidit jatrotheologonomicomachiam, Argentin. Anno 1575.

MALLONIUS (Daniel) Brixianus, diſputator acerrimus fuiſſe dicitur. Collegit bibliothecam Scholaſticam: item, librum de ſtigmatibus Chriſti. Videatur *Nicius part. 1. Pinacotb. pag. 134. & Sauſſay, pag. 138.*

de MOLLOSCO (Rigos) tractavit de verborum & rerum ſignificatione, Anno 1671.

MALMESBURIENSIS (Guilh.) tempore Conradi Suevi Imp. floruit. De eo ita *Henr. Savilius*: Guil. Malmesburienſis (Inquit) homo, ut erant illa tempora, literatè doctus, qui ſeptingentorum plus minus annorum res tanta fide & diligentia pertexuit; ut è noſtris propè ſolus hiſtorici munus expleviſſe videatur. Vid. *Zeillerus part. 1. Scr. biſtor. pag. 89.*

MALOMBRA (Pet.) vir doctus & picturæ imprimis peritus, An. 1618. obiit.

MALPÆUS (Pet.) Bruxellenſis, A. 1628. floruit. Bibliothecam de ſcriptoribus ordinis Prædicatorum collegit, teſte *Sweertio.*

MALPIGHIUS (Marcell.) philoſophus & medicus Bononienſis, h. t. claret. Scripſit de lingua: de cerebro: de externo ſenſus organo: de polypo cordis: de bombyce: de formatione pulli in ovo: de hepate: de viſcerum ſtructura, &c. Videatur *Greg. Letus, in Ital. regn. pag. 103.*

MALQUITIUS (Lud.) de vera JCtorum philoſophia commentatus eſt.

MALSOSSÆUS (Joh.) ſcripſit ſyntagma orationum, An. 1611.

MALTRAIT (Claud.) Jeſuita Tholoſanus, Procopii opera omnia, 2. tomis diſtincta, Græcè & latinè notis illuſtrata edidit, Pariſiis, An. 1663.

MALVASIA (Ant. Galeatius) Bonon. JCtus, Anno 1524. claruit. Collegit conſilia.

MALVASIA (Bonavent.) Bononienſ. An. 1622. floruit. Edidit dilucidationem

ſpeculi verum monſtrantis, in quo inſtruitur in fide Chriſtiana Hamet ben zin Elabedin, princeps Perſarum, & refellitur liber, à doctoribus Perſis editus, ſub titulo: Politor ſpeculi verum monſtrantis. Vid. *Leo Allatius in A.U. pag. 64. Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 82. Bumaldus pag. 41.*

MALVASIA (Carolus) compoſuit expoſitionem inſcriptionis, ÆLIA, LÆLIA, CRISPIS: confutationem ſubtilitatum Vaconii à Vacuna: inſtitutiones juris civilis: tractatum de jure tertil. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 113.*

MALVENDA (Thomas) Setabitanus, Anno 1610 vixit. Scripſit de antichriſto. Opera ejus 7. tomis comprehenſa, Lugd. An. 1650. prodierunt.

MALVETIUS (Lud.) An. 1624. floruit. Reliquit orationes & carmina.

MALVETIUS (Troilus) Bononienſ. JCt. Anno 1446. claruit. Scripſit de ſortibus: item, de ſanctorum canoniſatione.

MALVEZZUS (Virg.) Anno 1616. inclareſcere cœpit. Struxit diſcurſus in Tacitum. Videatur *Ghilinus vol. 1. pag. 222. Bumaldus, pag. 232.*

MALVINUS (Godofr.) poëmata condidit. Vid. *T. 3. Del. Gall. pag. 575.*

MALUMBRA (Rich.) Cremonenſis, JCt. Anno 1334. obiit. Vid. *Panzirolus in JCtis, l. 2. c. 54.*

MAMBRUNUS (Pet.) edidit horti Circæi deſcriptionem: item, diſſertationem de carmine epico, Pariſ. An. 1652.

MAMBURNUS (Joh.) Vide, MAUBURNUS.

MAMERANUS (Henr.) Luxemburgenſis, libellum de priſca moneta, Anno 1551. publicavit.

MAMERANUS (Nicol.) Luxemb. Anno 1547. iter Caroli V. ad bellum Smalcaldicum: item, inveſtituram Mauricii Electoris ſtilo perſecutus eſt. Vid. *Simon Schardius vol. 2. Germ. ſcr. pag. 504.* Extat ejuſdem venatio, in qua omnia vocabula à litera C. incipiunt.

MAMERCUS (Claudianus) vel Mamertus. Vide, CLAUDIANUS.

MAMEROLIUS (Rochus) conciones in Jonam, Anno 1575. exaravit.

MAMERTINUS (Claudius) fecit panegyricum Maximiano Auguſto: item, gratiarum actionem pro conſulatu ad Julianum.

MAMMOTHREPTUS, Mutinenſis, An. 1450. vixit. Collegit dictionarium vocabulorum ex Bibliis. Invenio, eum etiam ſcripſiſſe de menſibus, feſtivitatibus, veſtibus ſacerdotalibus, divinationibus, nominibus DEI apud Hebræos: item, de interpretibus S. Scripturæ. Aliis *Mammotrectus* dicitur. Videatur *Reiſerus* in *Ind. MS. Bibl. Auguſt. pag. 97.* Quære, MARCHESINUS

MAMPHRASIUS (Wolfg.) concinnavit panopliam ſeu praxin Theologicam, methodum de fide, ſacramentis & adiaphoris, &c.

MANÆCHMUS, Μάναιχμος, Alopeconneſius, philoſophus Platonicus, in Platonis tremp. tres libros exaravit, teſte *Suida.*

MANÆCHMUS, Sicyonius, hiſtoriam Alexandri M. contexuit, teſte *eodem.*

MANÆTHOS, Μαναίθως, Ægyptius. Vide, MANETHOS.

MANARDUS (Joh.) Ferrarienſis, medicus Ladislai Hungariæ regis, An. 1536 obiit. Struxit librum epiſtolarum medicis & pharmacopoliis perutilem. Vid. *Jovius in elog. num. 81.*

MANASSES (Conſtant.) Μανασσῆς, ſcriptor non aſpernandus, tempore Manuelis Commeni, Conſtantino[illegible] Imp. A.C. 1150. claruit. Σύνοψιν ἱστορικὴν verſibus politicis adornavit, [illegible] primus *Joh. Meurſius* typis exſcribi curavit. Comprehendit autem res à C. [illegible] uſque ad initium Alexii Comneni. Vid. *Oudinus in Abaco, pag. 119.*

MANASSES, ben Iſraël, celebris Judæus, An. 1659. obiit. Reliquit co[illegible]rem: librum de termino vitæ: tract[illegible] creatione: & alium de reſurrectione. Extat ejuſdem opuſculum de fra[illegible]ate humana. *B. Dilberrus* vocabat Judæum ſingulari modeſtia & laudabi[illegible] S. Scripturas Vet. Teſtamenti explicandi ſtudi[illegible] præditum. Vid. *Spizelius in ſpecimine bibl. pag. 380. &c.*

MANCHETTUS (Ant.) collegit flores ex S. Patribus, Venet. An. 158

MANCINELLUS (Ant.) Grammaticus, Anno 1490. floruit. Multa ſcripſit, quæ ad literas elegantiores faciunt. Vid. *Norweg. in Nomencl. autorum pag. 103.* Carmina ejus *Tomo 2. Delit. Ital. pag. 6.* inveniuntur.

MAN-

MANCINELLUS (Aſcan.) Anglonenſis, de morſu canis rabidi An. 1587. commentatus eſt.

MANCINELLUS (Julius) Maceratenſis, natus eſt Anno 1537: obiit 1618. ætat. 81. Scripſit de facie DEI, ſecundum Scripturas: apprehenſioné ſtatus beatorum: de 4. noviſſimis, &c. *Alegambe, pag.289.* ſtupenda de eo refert.

MANCINIUS (Læl.) condidit diſquiſitiones geniales. Patav. An. 1640.

MANCINUS (Car. Ant.) edidit perſpicilium pro oculo, Bonon. Anno 1660 in 4. tabulam primi mobilis: ſtellam Gonzagam, Anno 1650. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 155.*

MANCINUS (Celſ.) Ravennas, Anno 1586. claruit. Tractavit de ſomniis & riſu: item, de cognitione hominis, quæ lumine naturali haberi poteſt, Anno 1587.

MANCINUS (Dominic.) condidit libellum de prudentia, juſtitia, magnanimitate & temperantia.

MANCINUS (Jac.) adornavit practicam viſitandi infirmos, Venet. An. 1659.

MANCINUS (Joh. Bapt.) JCtus, Anno 1623. floruit. Caſum Sejani peculiari ſcripto expoſuit. Vid. *Ghilinus vol. 1 pag. 99. Bumaldus pag. 128.*

MANCINUS (Leop.) de paſſione Chriſti Anno 1663. commentari cœpit. Extat ejuſdem Viridarium morale principis Chriſtiani.

MANCINUS (Vincent.) egit de confeſſione, Romæ, Anno 1604: de juramento, Anno 1501: de tutela & cura minorum.

de MANDAGOTO (Guilh.) Nemauſenſis, JCtus, tractat. de prælatorum electione, An. 1573. compoſuit. Vid. *Tomus 15. Tract. tract.*

MANDELLUS (Jac.) JCtus, Anno 1555. obiit. Scripſit de verborum obligatione. Videatur *Guid. Panzirolus in JCt. 2, 182.*

MANDELSLOH, nobilis Holſatus, Itinerarium literis conſignavit.

à MANDER (Car.) Flander, natus eſt An. 1548: obiit Anno 1606. Vitas pictorum Italorum, Germ. & Belgarum ſtilo expreſſit. Vid. *Swertius, pag. 172.*

van MANDER (Car.) Danus, Apelles Regius, poëma de pulvere Tabaci elaboravit, An. 1665.

MANDERIUS (Adam) Brugenſis, medicus, ephemerides meteorologicas compoſuit.

de MANDERSTON (Guilh.) philoſophiam moralem, Pariſ. An. 1528. item, dialecticam publicari curavit. Vid. *Thomaſius de plagio, §. 504.*

MANDEVILLIUS (Joh.) nobilis Anglus, An. 1372. obiit. Triginta quatuor annis in Aſia & Africa peregrinatus eſt. Domum reverſus itinerarium edidit, in quo, quæ viderat apud Ægyptios, Arabes, Perſas, Græcos, Illyricos, Tartaros, &c. pluribus expoſuit. Vid. *Zeillerus part. 2. pag. 91.*

MANDOSIUS (Quint.) Romanus, JCtus, edidit praxin ſignaturæ gratiæ, Venet. Anno 1585: item, 2. tomos commentariorum in regulas Cancellariæ apoſtolicæ, An. 1606. fol.

MANDUGASINUS (Albert.) Brixianus, Anno 1340. claruit. Reliquit ſummam caſuum conſcientiæ: librum variorum ſermonum, & alia.

de MANECTIS (Janotius) ſcripſit de dignitate hominis, An. 1531.

de MANELFIS (Joh.) Eretano Sabinus, An. 1621. claruit. De febribus, An. 1625. de fletu & lacrimis: de helleboro commentatus eſt. Extant ejuſdem annotationes in aphoriſmos Hippocratis: item, menſa Romana. Vid. *Leo Allatius in A.U. pag. 162. Ghilinus vol. 2. pag. 181.*

MANENSIUS (Joſeph.) medicus, collegit reſponſiones & defenſiones, Panormi, Anno 1650.

MANENTUS (Caſal.) centuriam conſiliorum promulgavit, An. 1612. fol.

MANERBA (Alex.) Brixianus, peregrinationem Ruth Moabitidis notis illuſtrare cœpit, An. 1614. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 11.*

MANETHOS, Μανέθως, Mendeſius, phyſiologica verſibus expoſuit: item, ἀποτελεσματικὰ ſive ad ſiderum ſcientiam pertinentia. *Diogenes Laertius* ejuſdem epitomen phyſicorum allegat. Juxta *Suidam (in Μανέθως)* de confectione κυφίων quoque librum elaboravit. Eſt autem κῦφι ſuffimenti genus ſacerdotibus uſitatum.

MANETHOS, Sebennyta, ſacerdos, tempore

pore Ptolemæi Philadelphi floruit. Struxit hiſtoriam, orſus ab antiquiſſimis & fabuloſis temporibus, progreſſus usque ad Darium Codomanum. Eruit vero iſtam, teſte *Euſebio*, partim è columnis, in Seriadica terra poſitis, partim ex libris ſacris. De columnis illis in terra Seriadica, *Iſaacus Voſſius in diſſert. de ætate mundi cap. 10. pag. 271.* legi poterit. Meminit Manethonis etiam *Joſephus l. 1. Ant. Jud. c. 3. & l. 1. contra Apionem*: item, *Euſebius* in *chronico pag. 6. & 10.* Epitomen totius Manethonis *Africani* beneficio habemus. Quæ *Annius Viterbienſis* Manethonis nomine venditat, ficta ſunt & mala fide ambulant. Vid. *Simſonius inParaſceveChronici, pag. 8. Bormanſ. pag. 43.*

MANETTUS (Joh.) Florentinus, natus eſt An. 1396: obiit Anno 1459. Erat vir trium linguarum peritus. Transtulit Græca & hebræa in latinum. Compoſuit ſex libros de longævis illuſtribus: item, vitam Socratis, Senecæ, Plutarchi, Dantis, Petrarchæ, Boccacii, &c. Videantur *Moncæius de vitulo aureo, pag. 10.* *Voſſius de hiſt. lat. lib. 3. pag. 529.*

MANFREDUS (Hieron.) Bononienſis, JCtus, An. 1550. claruit. Scripſit ſummarium de Rom. pontifice: item, de appellationibus.

MANFREDUS (Hier.) medicus, Anno 1455. floruit. Edidit centiloquium de medicis & infirmis. *Quidam* omnium aſtrologorum ſui temporis ſapientiſſimum faciunt. Videatur *Bumaldus pag. 90.*

MANFREDUS (Mutius) inter viros doctos numeratur à *Ghilino vol. 1. pag. 172.*

MANFREDUS (Paulus) Lucenſis, medicus & philoſophus Romanus, Anno 1668. claruit. Tractavit de nova & inaudita medico-chirurgica operatione ſanguinem transfundente de individuo in individuum.

de MANGANELLIS (Ludov.) Franciſcanus monachus, edidit diſcurſus prædicabiles in Cant. Canticor. Madriti, Anno 1619.

MANGETUS (Fr.) de loco Anno 1645. commentatus eſt.

MANGIARIA (Hieron.) ſtruxit arborem conſanguinitatis & affinitatis.

MANGILIUS (Anton.) Bergomas, Anno 1644. obiit. Scripſit in univerſam Ariſtotelis philoſophiam. Vid. *Donat. Calvus, pag. 52.*

MANGILIUS (Joh. Ant.) An. 1636. tractavit de ſubhaſtationibus. Vid. *Leo Allatius in A. U. pag. 145.*

MANGINUS (Clem. Cyriacus) Cabilonenſis, Anno 1620. claruit. Erat 3. linguarum peritiſſimus. Videatur *Lud. Jacobus à S. Carolo in opere de claris ſcriptoribus Cabilonenſibus.* Confer *Colomeſium in G. O. pag. 271.*

MANGINUS (Joh.) adornavit geographiam veterem & novam.

MANGIONIUS (Valent.) Peruſinus, Anno 1639. vixit. Condidit Theoricam Aſtri inextincti, Colon. An. 1639. in 4. item, tractat. de religioſa paupertate. Vid. *Alegambe, pag. 440.*

MANGOTIUS (Adr.) Goudanus, natus eſt An. 1554. Collegit monitorum ſacrorum quatuor Tomos. Vid. *Swertius, pag. 99. Alegambe, pag 6.*

MANGOTIUS (Jac.) Juliodunenſis, An. 1587. obiit. Reliquit carmina, quæ habentur *T. 2. Delit. Gall. pag. 575.* Vid. *Thuanus l. 88.* qui eum à facundia & eruditione commendat.

MANIALDUS (Steph.) medicus Burdigalenſis, Hippocratis chirurgiam, Anno 1619. edicuravit.

MANIGART (J. H.) praxin paſtoralem emiſit, An. 1665.

MANILIUS, hiſtoricus, tempore Marii & Syllæ floruit. *Plinius in hiſt. nat. 10, 2.* vocat primum atq; diligentiſſimum togatorum, ſenatorem maximis nobilem doctrinis. Allegatur à *Varrone lib. 4. de lat. ling. & Arnobio l. 5 contra Gentes.*

MANILIUS, poëta, cujus Aſtronomicon habemus, juxta *quosdam* tempore Theodoſii ſenioris, juxta *alios* extrema Auguſti ætate claruit. *Ch. Ad. Rupertus in Val. Max. pag. 5.* poſterioribus ſubſcribit: *Gevartius* prioribus. Cum Gevartio *G. J. Voſſius, part. 1. Gramm. pag. 257.* aliqvando fecit: verum poſtea in *lib de Poëtis latinis* ſententiam hanc retractavit. Manilium *Julius Firmicus* ſecutus eſt. Vid. *Glandorpius in Onomaſt pag. 568. Scal. in Manil. pag. 20. 21. 370. Barth. in Claud. pag. 60. 1190. Borrichius in Cogit. ad Voſſ. pag. 10.*

MANILIUS, Chreſtus, librum de deorum hymnis compoſuit, teſte *Fulgentio*. Vid. *Glandorp. l. c.*

MANILIUS Sura *Plinio* allegatur. Vid. *Glandorpius, pag. 573.*

MANILIUS (Arn.) Gandav. medicus, reliquit elegias, epigrammata & epitaphia, teſte *Sandero*.

MANILIUS (Corn.) Gandenſis, condidit drama de morte, re omnium terribilium terribiliſſima, teſte *Sweertio*.

MANILIUS (Felix) Anno 1611. vitam S. Gebharti in literas redegit.

MANILIUS (Jacob.) chronicon epiſcopatus Conſtanrienſis condidir.

MANILIUS (Marcus) JCtus, tempore deletæ Carthaginis floruit. *Pomponius de Orig. Juris* eum cum P. Mutio & Bruto jus civile fundaſſe memorat. Compoſuit leges quasdam de venalibus vendendis, quæ Manilianæ leges dictæ ſunt. Vid. *Bertrandus in JCtis. pag. 208.*

MANINCOR collegit maximas Juris ex jure Canonico.

MANINUS (Octavian.) Utinenſis, carminibus famam aucupavit. Vid. *Tom. 2. Del. Ital. pag. 11.*

MANLIUS (Theodorus) An. Chriſt. 399. claruit. Edidit librum de rerum natura & cauſis naturalibus, de aſtris & aliis ejusmodi ſermone pedeſtri, qui extat in bibliothecis manu exaratus. Is eſt Theodorus Manlius, cujus Conſulatum Claudianus carmine celebravit. Vid. *Salmaſius in præfat. ad Ampel. pag. 301.* Scripta Manlii nonnulla apud *Cujacium* ſuperfuiſſe memorant, qui viderunt. Auctorem de metris & ratione carminum Manlium Theodorum citat venerabilis *Beda*. Vid. *Barthius in notis major. ad Claudian. pag. 60. 65. 84.*

MANLIUS (Chriſt.) Gorlicenſis, carmina conſtruxit, quæ habentur *Tom. 2. Delit. Germ. pag. 244.* Fertur etiam ſcripſiſſe Luſatiam.

MANLIUS (Joh.) collectanea locorum communium congeſſit, An. 1562.

MANLIUS (Joh. Jac.) de Boſco, Alexandrinus, collegit luminare majus & luminare minus ex *Serapione* & *Pandectario*.

MANNAGETTA (Joh. Guil.) coronam duodecim Cæſarum è domo Auſtriaca conſtruxit, An. 1654. Vid. *Carolus Viſch in Bibl. Ciſt. pag. 187.*

MANNELLIUS (Carol.) epiſcopus Termulenſis, epigrammata in lucem emiſit.

MANNICHIUS (Joh.) theologus, compoſuit emblemata ſacra.

MANNIUS (Florianus) Caſſius, catenam argenteam à ſcholaſticis theologis ad univerſam ferme ſcripturam ſpectantibus contexuit, Bononiæ, Anno 1587.

MANNIUS (Victorius) ſcr. de balneis S. Casſiani, Senis, An. 1617.

MANNUS (Auguſt.) condidit hiſtoriam rerum memorabilium in eccleſia geſtarum, Romæ, An. 1612.

MANNUS (Joh. Jac.) tractavit de malleorum ſcarificatione, Patav. A. 1583.

MANNUS (Valerius) memorabilia S. Imperii collegit, An. 1674.

MANOLESSIUS (Car.) vir Græcè doctus, An. 1644. claruit. Dionyſium Longinum περὶ ὕψους notis illuſtratum Bononiæ edidit.

MANRIQUE (Mich. Ferr.) quæſtiones morales & vicariales deciſas, Lugd. An. 1640. edi curavit.

MANRIQUEZ (Ang.) Burgenſis. A. 1640. floruit. Struxit quatuor tomos annalium Ciſtercienſium: item, geſta Eugenii III. & Alexandri III. Vid. *Card. Viſch, p. 21.*

à MANSFELT (Carolus) Luxenburgenſ. JCtus, Anno 1625. canonicorum originem promulgavit: item, caſtra DEI ſive parochiam religioſam militum, Anno 1650.

à MANSFELT (Regnerus) JCtus, edidit elementa rectæ rationis, An. 1668.

MANSONIUS (Ludov.) Panormitanus, An. 1610. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 314.*

MANSUERUS (Chriſt.) à monte Claro, vitam Catharinæ Senenſis ex variis collectam, An. 1597. in lucem protulit.

MANSUETUS (Franc.) conſilia matrimonialia conſtipavit.

MANSUS (Joh. Barth.) collegit deciſiones Juris, An. 1663.

MANSUS (Joſephus) compoſuit promtuarium ſacrum & morale, A. 1666. item, bibliothecam prædicabilem tomis 4. fol. An. 1670.

MANSUS (Victor) harmoniam Patrum & ſcholaſticorum adornavit, Neap. Anno 1594.

MANTELIUS (Joh.) Haſſeletanus, natus eſt, A. 1599. Reliquit ſpeculum peccatorum adſpirantium ad ſolidam vitæ emen-

emendationem ſive hiſtoricam S. Auguſtini converſionem : artem artium ſive diatriben de regimine ſanctimonialium : tract. de officio paſtorali : compendium hiſt. Loſſenſis, &c.

MANTICA (Franc.) JCtus, de conjecturis ultimarum voluntatum commentatus eſt. Prodiit hic liber Genevæ, An. 1631.

MANTIGHELLUS (Marſil.) de Ceretolo, JCtus, Anno 1260. floruit. Extant ejus quæſtiones.

MANTINUS (Jac.) Hebræus, Aviceennæ Fen 4. primi, de univerſali ratione medendi, latine vertit, Venet. An. 1530.

MANTONUS, Anglus, epiſtolam Jacobi & Judæ commentario illuſtrare aggreſſus eſt.

de MANTUA (Marcus) Benavidius, An. 1563. claruit. Vide, BENAVIDIUS.

MANTUANUS (J. Bapt.) Carmelita, natus eſt Anno 1444 : obiit Anno 1516. *Jovius num. 61.* ex damnato coitu natum affirmat. Condidit 12. libros faſtorum : Bucolicon contra poëtas impudicè ſcribentes : epigrammata, &c. Opera ejus 4. tomis Antverpiæ Anno 1576. excuſa ſunt. *Deſiderius Eraſmus* ipſum plurimi fecit, ut patet ex ejus *epiſtola ad Jac. Wimphelingium*, ubi ait : Malim hemiſtichium Mantuani, quam Marullicas myriades. Fridericus princeps, teſte *Jovio*, ipſi marmoream effigiem cum laurea poſuit, quæ in arcu lapideo juxta Virgilii Maronis ſimulacrum conſpicitur. Quidam *J. B. Hiſpaniolum* appellant. Vid. *Sauſſay de S.E. pag. 32. Labbe T. 1. diſſert. pag. 173. Olearius in Abaco, pag. 64.*

MANUEL, *Μανουὴλ*, Palæologus, Imp. Conſtantinopolitanus, An. 1180. obiit. Compoſuit præcepta educationis regiæ ad Johannem filium. Ea Græcè & latinè edidit *Leunclavius*, An. 1578.

MANUEL (Auguſt.) Vaſconcelas, vitam & res geſtas Johannis II. Portugalliæ Regis, literis mandavit, Madriti, Anno 1639. in 4.

MANUTIUS (Aldus) ſenior, Anno 1520. claruit. Compoſuit inſtitutiones grammat. Græcæ : notas in Horatium & Homerum, &c.

MANUTIUS (Aldus) Pauli filius, Aldi nepos, Anno 1597. obiit. Bononiæ literas humaniores profeſſus eſt, & ſcriptis tam propriis, quàm paternis in lucem editis maximam ab omnibus gratiam meruit. Exaravit tres libros quæſitorum per epiſtolam : orthographiam : notas ad Cenſorinum de die natali, &c. Nulla Ciceronis pars eſt (inquit *Nicius part. 1.*) quam ille commentariis vel notis non illuſtravit. *Thuanus l. 119.* refert, ipſum, repetita ad Florentinam familiam gentis ſuæ origine, pro Manutio *Manuccium* dici maluiſſe. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 5. Tollius, de Inf. lit. pag. 29.*

MANUTIUS (Paulus) Aldi filius, natus eſt An. 1512 : obiit An. 1574. Struxit commentarios in epiſtolas Ciceronis: librum de legibus Roman. tractat. de dierum apud vet. Rom. ratione : opus de ſenatu, civitate, & comitiis Romanorum. Carmina ejus extant *T. 2. Delit. Ital. pag. 22. Thuanus lib. 59.* ipſius induſtriam exactamque puritatis latinæ & antiquitatis Rom. cognitionem magnopere dilaudat. Videatur *Ghilinus vol. 1. pag. 187.*

MANZINUS (Aloyſ.) Anno 1630. floruit. Vid. *Bumaldus pag. 13.*

MANZINUS (Car. Ant.) Vide, MANCINUS.

MANZINUS (Vincent.) Vide iterum, MANCINUS.

MANZIUS (Caſp.) commentarium confecit in 4. libros inſtitutionum juris, *An.* 1645 : item, tract. de teſtamentis, An. no 1665.

MANZOLUS (Barth.) Anno 1378. floruit. Reliquit librum formalitatum.

MANZONUS (Hieron.) Bergomas, ſcripſit in artem poëticam Horatii ingenioſè & eleganter, An. 1604. Vid. *Donat. Calvus pag. 334.*

MANZUS (Joh. Galeacius) emiſit oculum iatrophyſicum. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 164.*

MAPA (Stylianus) *Στυλιανὸς Μάπας*, epiſcopus Neocæſarienſium, Anno 886. vixit & de rebus Conſtantinopolitanorum eccleſiaſticis epiſtolam reliquit. Vid. *Hanckius in Scr. Byz. pag. 399.*

MAPELLUS (Joh.) Bergomas, collegit quæſtiones quodlibetales, teſte *Donato Calvo pag. 316.*

MAPES (Gualt.) Anno 1192. inclaruit. Ab eruditione ſingulari & curialibus facetiis eum commendat *Silv. Giraldus.* Reliquit compendium topographiæ. Luſit

Luſit quoq; verſibus in papæ & cardinaliũ mores, qui reperiuntur inter poëmata veterum de corrupto eccleſiæ ſtatu.

MAPHÆUS (Raph.) Volaterranus, Anno 1524. ætat. 70. obiit. Condidit 11. libros anthropologię, in quibus recéſentur clari homines omnium temporum & gentium: item, librum de ſacerdotiis Rom.

MAPHANAFUS (Dan.) Vide, HARTNECCIUS.

MAPPUS (Marc.) ſcripſit θερμοποσίαν ſive tractatum de calido potu, An. 1674.

de MARA (Guil.) Neuſtrius, An. 1526. claruit. Tractavit de Ventre, Venere & ingluvie. Vid. *Simlerus.*

MARACCIUS (Hipp.) Lucenſis, collegit bibliothecam Marianam, ordine alphabetico digeſtam & in 2. partes diſtinctâ, in quibus autores, qui de Maria deipara virgine ſcripſerunt, cum recenſione operum continentur tomis 2. An 1648.

MARAFINIOTUS (Hier.) Poliſtinenſis Calaber, An. 1601. claruit. Libellum de arte reminiſcentiæ exaravit: item, chronicon & antiquitates Calabriæ. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag.* 171.

MARANTA (Barth.) Venuſinus, exaravit tres libros methodi cognoſcendorum ſimplicium, An. 1559. Item, 5. libros Lucullianarum quæſtionum, A. 1564. Extat ejuſdem tractatus de Theriaca & Mithridatio.

MARANTA (Rob.) Venuſinus, JCtus, An. 1520. flor. Aureum ſpeculum compoſuit.

MARANUS (Guil.) paratitla in 42. priores digeſtorum libros edi curavit. Prodiit ejus tract. de æquitate & juſtitia, Toloſæ, An. 1622.

MARATHUS (Julius) res Auguſti Imp. deſcripſit. Meminit ejus *Suetonius in Auguſt. cap.* 79. & 94.

MARAVIGLIA (Joſeph. Maria) Mediolanenſis, An. 1663. philoſophiam in academia Patavina profeſſus eſt. Extat ejus Proteus politicus de multiformi hominum ſtatu: legatus ad principes Chriſtianos: pſeudomantia veterum & recentiorum.

MARBACHIUS (Eraſm.) Johannis filius, vixit An. 1569. In Pentateuchum commentatus eſt.

MARBACHIUS (Joh.) Lindavienſis, natus eſt An. 1521: obiit A. 1581. Argentinæ Theologi munere functus eſt. Edidit de cœna Domini duo volumina: item, tract. de miraculis veris & falſis, ex verbo DEI dijudicandis.

MARBACHIUS (Phil.) Argentinenſis, natus eſt Anno 1550: obiit An. 1611. Argentinæ Theologiam per 19. annos profeſſus eſt. Compoſuit apologiam libri concordiæ, Vid. *Henn Witte, in Theol. p.* 61.

MARBÆSIUS (Gerh.) An. 1495. claruit. Emiſit dialogum de materia prima.

MARBODÆUS, Gallus, Rhedonenſis epiſcopus, Anno 1050. obiit, & Thebæorum paſſionem carmine expreſſit. *Voſſius* eundem eſſe autumat cum illo, qui de gemmarum natura & viribus carmen condidit. *Salmuth in Panciroll. pag.* 46. vocat *Mardebaum. Caſp. Barthius in Claudian. pag.* 704. Marbodæi libellum (inquit) non indoctė illuſtravit Alardus Amſtelrodamius olim, quem antė eodem titulo ediderat quidam Pictorius. Johannes Cornarius nec quid nec quare conturbato toto auctore, *Macro* de herbis affixit, mali exempli temeritate. Ediderunt alii Evacis vocabulo, quo citatum memini ante aliquot ſecula ab Henrico Mediolanenſi *l.* 1. *de controv. hominis & fortunæ.* Sanė potuit ex Arabum libris quædam addiſcere non ineruditus verſificator eo ævo. *Idem pag.* 1035. Cornarius nullo judicio Macri nomine eum libellum edidit. Cum vero in membranis priſcis Cœnomanenſi Marbodæo inſcribatur, ſuſpicari nos aliquando ſumus, doctiſſimum ejus civitatis epiſcopum, *Hildebertum*, cum legiſſet in *Plinio, Evacem* Arabum regem tale aliquid ſcripti ad Neronem miſiſſe, eo nomine commentatum hunc librum, &c. Confer *Daum. epiſt. ad Reineſ pag.* 12. *Bartholinum in med. poët. pag.* 128.

MARBURIUS (Edu) Anglus, ſcripſit in Obadiam & Habakuk, An. 1650.

á MARCA (Carol.) Gandenſis, Juditham ſeu tragœdiam de nece Holofernis Græcis verſibus expreſſit, teſte *Sweertio.*

de MARCA (Fr.) de Prado, expoſitionem Thomiſticam in phyſicam Ariſtotelis, Venet. An. 1636. fol. edi curavit.

á MARCA (Jac. Corn.) emiſit Duces Burgundiæ.

de MARCA (Petr.) archiepiſcopus Pariſienſis, An. 1662. obiit. Scripſ. 2. tomos de concordia regni & ſacerdotii. Vid. *Mareſius T.* 1. *contra Tirin. pag.* 221. *Hallervordius in B.C. pag.* 323.

MARCELLANUS (Seb.) Patavinus, ſcr. de differentiis & cauſis morborum, Anno 1564.

MARCELLINUS, Μαρκελλῖνος, reliquit diſſertationem de vita Thucydidis & ejus genere dicendi. *Geſnerus* eundem putat cum *Ammiano Marcellino*; quod *Voſſio* haud arridet, qui mavult eum pro illo habere, cujus commentarii in Hermogenem de ſtatibus ab *Aldo Manutio* editi ſunt.

MARCELLINUS, Illyrici Comes, vixit tempore Juſtiniani Imp. An. 535. Compoſuit chronicon, quod à *Caſſiodoro* valdè laudatur *libro de div. lect. c. 17. & 25.* Vid. *Phil. Labbe T. 2. diſſ. de S. E. pag. 45. Olearius, pag. 299.*

MARCELLINUS, Brigantius, Presb. An. 770. floruit. Vitam S. Willibrordi & Suitberti exaravit.

MARCELLINUS, Italiæ presbyter, ad Theodoſium & Arcadium Impp. opuſculum exaravit de geſtis epiſcoporum, qui Arimini ad deſtructionem Homouſii convenerant. Vid. *Iſid. in viris illuſtrib. cap. 14.*

MARCELLINUS (Ammianus) hiſtoricus. *Eraſmus in Cicer. p. 146.* Difficilis eſt Marcellinus in eloquendo, ac ſubinde compoſitio carmen moliri videtur. Vide, AMMIANUS.

MARCELLINUS (Evangeliſta) Italus, An. 1593. obiit. In librum Judicum, Pſalmos, Danielem, Habakuk, &c. commentatus eſt. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 107.*

MARCELLIUS (Henr.) edidit artem diſputandi: item, comm. in librum Joſuæ, An. 1661. Vid. *Alegambe, pag. 176.*

MARCELLUS, Burdigalenſis, ætate Theodoſii Magni floruit. Scripſit libros de medicamentis empiricis, phyſicis & rationalibus. Vulgò *Empiricus* vocatur, ſiquidem remedia etiam à ruſticis & plebejis hominibus collegit, ut ipſe fatetur in operis præfatione. *Barth. in 4. Thebaid. Papin. pag. 1222.* Marcellus (inquit) Theodoſianorum aut præter propter temporum ſcriptor, non indignus autor eſt, à quo uſurpata multa ſingularia augere poſſint latinæ linguæ ſi minus eloquentiam, at loquentiam tamen.

MARCELLUS, Μάρκελλος, Sidites, Marco Antonino imperante, claruit. Artem medicam 42. libris, verſibus heroicis perſcripſit. Meminit ejus *Hieronymus contra Jovinianum. G. Joh. Voſſius* inter Græcos poëtas refert.

MARCELLUS (Caſp.) Montagnenſis, An. 1551. viginti duobus libris contra Prœlũ de mundi æternitate decertavit.

MARCELLUS (Chriſt.) Venetus, Corcyrenſium epiſcopus, miſerè excarnificatus periit, teſte *Pierio Valeriano de Inf. lit. pag. 16.* Reliquit exercitationes in ſeptem priores Pſalmos, Romæ Anno 1525. editas.

MARCELLUS (M. Ant.) de jure ſeculari pontificis, An. 1627. commentari cœpit.

MARCELLUS (Petr.) edidit ſummam Seraphicam, Maſſiliæ, An. 1669: item, vitas Principum Venetorum.

MARCELLUS (Tullius) Carthaginenſis, de categoricis & hypotheticis ſyllogiſmis, quod à diverſis philoſophis latiſſimè dictum eſt, ſeptem libris breviter ſubtiliterque tractavit, teſte *Caſſiodoro de dialect. pag. 1044.*

MARCELLUS (Valerius) inter hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores à *Capitolino in Maximo & Balbino* collocatur.

MARCELLUS (Ulp.) JCtus, Antonino Pio Imp. familiaris erat. Compoſuit 3. libros digeſtorum: item, libros de officio Conſulis. Vid. *Bertrandus in JCt. pag. 101.*

MARCHANTIUS (Jac.) exaravit 4. libros de Flandria, An. 1596. reſolutiones paſtorales: hortum paſtorum, &c.

MARCHANTIUS (Joh.) tractavit de febri purpurata. Vid. *Hedovill. Tom. 2. Ephem. pag 347.*

MARCHANTIUS (Pet.) ord. Franciſc. monachus, Anno 1645. vixit. Compoſuit tribunal ſacramentale, An. 1672. item, tribunal animarum tribus tomis, Anno 1645. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 284.*

de MARCHE (Lud.) edidit apologiam pro conſtitutione Innocentii X. Leodii, An. 1654.

MARCHESANUS (J. Bapt.) Tiphernas, JCtus Romanus, tractatum de ſententiarum ſpeciebus earumque differentiis & quomodo cognoſcantur, Romæ, An. 1583. edi curavit.

MARCHESILLUS (Jac.) JCtus, collegit ſilvam quæſtionum practicarum, fol. A. 1646.

MARCHESINUS, à Regio Lepidi, librum ſtruxit, cui titulus *Mammotreptus.* Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 247.*

MARCHESINUS (Franc. Æg.) habuit orationem in obitum Fr. Hier. Scripandi, An. 1ſ63.

MARCHESIUS (Alb.) de Cottignola, ſcr. ſoliloquium morale, Bonon. An. 1ſ29. Vid. *Waddingus pag. 6.*

MARCHESIUS (Marc.) epiſcopus Signinus, reliquit ſ. libros de modo pugnandi contra Turcas, teſte *Naudeo.*

de MARCHETTIS (Dominicus) Patavinus, edidit anatomiam, Anno 16ſ2: item, obſervationes medicochymicas, Anno 1672. Vid. *Greg. Letus in Ital. reg. pag. 329.*

de MARCHETTIS (Pet.) ſyllogen obſervationum medicochirurgicarum, Anno 166ſ typis tradidit.

MARCHETTUS (Alex.) philoſophiæ profeſſor in academia Piſana, Anno 1674. claruit. Scripſit de motu: item, de reſiſtentia ſolidorum. Extant quoque ejus theoremata geometrica: Item, exercitationes mechanicæ. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 49ſ.*

MARCHETTUS (Seraph.) Bergomas, natus eſt A. 1603. Condidit 4. libros de rep eccleſiaſtica, Anno 1647. Vid. *Don. Calvus pag. ſſ.*

MARCHETUS (Jac. Baſilicus) Morini & Hedini expugnationem, Anno 1ſſſ. ſtilo expreſſit. Vid. *Simon Schardius vol. 2. Germ. ſcr. pag. ſ77.*

de MARCHIA (Ant.) Picenus, libros Dantis in metrum latinum tranſtulit, teſte *Waddingo in S. O. M.*

de MARCHIA (Jacobus) Picenus, Anno 1476. deceſſit. In beatorum numerum ab Urbano IIX. relatus eſt. Reliquit tractatum de ſanguine Chriſti, nondum impreſſum. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 184.*

MARCHIANENSIS (Andreas) An. 1194. obiit. Compoſuit tres libros de origine geſtisque Francorum.

MARCHINELLUS (Joh.) Anno 1410. floruit. Adornavit 3. libros ad omnium hominum ſtatus.

MARCHINUS (Philib.) de ſacramentis, An 1638. ſcribere aggreſſus eſt.

MARCHIUS (Ew.) de juſtitia & jure, An. 16ſ8. commentatus eſt.

de S. MARCHO (Hier.) reliquit parva logicalia.

MARCI (Corn.) natus eſt An. 1ſ94; obiit An. 1646 Altdorfii Theologiam docuit: inde Norimbergam vocatus eſt, ut gregi dominico præeſſet. Habuit ſermones in epiſtolam Judæ.

MARCI (Joh. Marcus) natus eſt Anno 1ſ9ſ: obiit Anno 1667. Pragæ medicinam profeſſus eſt. Erat Hebraicè, Græcè, Syriacè egregiè doctus. Emiſit philoſophiam vet. reſtauratam: libr. de arcu cœleſti: de ideis operatricibus: de gener. & corruptione, &c. Eum magnopere commendat *Caramuel à Lobkowiz in Theol. fundamentali, pag. 461.* Vid. *Carolus Viſch pag. 187. M. X. Volckman in elog. Prag. pag. 121.*

MARCIANUS (Æl.) JCtus, ſub Antonino Pio floruit. Struxit 16. libros inſtitutionum: quinque libros regularium, &c. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 1, 4ſ. Bertrandus pag. 164.*

MARCIANUS, Μαρκιανὸς, Heracleota, περιήγησιν carmine jambico complexus eſt: item, περίπλουν maris eoi & occidentalis. Utrumq; opus in lucem protraxit *Dav. Höſchelius.*

MARCIANUS, Smyrnæus, compoſuit librum de ſimplicibus effectibus, teſte *Plinio 24, 4.*

MARCILIUS (Theod.) Arnheimenſis Gelder, Anno 1617. obiit. Pariſiis regii profeſſoris munere functus eſt. *Symbolum* ejus erat: *deficiam aut efficiam.* Confecit notas in Horatium, Perſium, Agellium, Juvenalem, Martialem, Suetonium & 12. Tabulas. Aliquando ſub nomine *Muſambertii* latere voluit. Vid. *Swertius, pag. 790. Dieter. part. 1. Ant. Bibl. pag. 92.*

de MARCILLA (Pet. Vinc.) Vide, MARZILLA.

MARCKGRAVIUS (Georg.) de Liebſtad, Miſnicus, texuit hiſtoriam Braſilienſem, Anno 1648. Vid. *Linden, pag. 207.*

MARCONETUS (Abrah.) edidit aulicum inculpatum, An. 166ſ.

MARCUCIUS (Caſp.) Lucenſis, quæſtiones de morbo melancholiæ Romæ, Anno 164ſ. edi fecit. Videatur *Linden, pag. 200.*

MARCULFUS, monachus, ſeculo VII. circa An. Chr. 660. vixit. Duos formu-

latum libros reliquit, quos Bignonius Anno 1613. vulgavit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 300.*

MARCUS, Μάρκος, Evangeliſta, hiſtoriam Chriſti literis mandavit. Videantur *Rivetus Tom. 2. operum, pag. 1072. Bruſchius de Monaſteriis, pag. 8. b.*

MARCUS, S. Benedicti diſcipulus, Anno 610. floruit & vitam præceptoris ſui carmine hexametro exaravit. Hoc carmen An. 1590. libro 3. poëmatum *Proſp. Martinengi* inſertum eſt.

MARCUS, Byzantinus, ſophiſtarum numerum auget. Vid. *Philoſtratus in Sophiſt. pag. 542.*

MARCUS, Eremita, *Aſcetes* dictus, Chryſoſtomo ſynchronus fuit, judice *Labbeo.* Tractavit de paradiſo & lege ſpirituali. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 50. Olearius pag. 301.*

MARCUS, hieromonachus, ſcr. de dubiis typici. Prodiit Venetiis, An. 1615.

MARCUS (Fr.) JCtus, deciſiones parlamenti Delphinalis, Anno 1600. fol. promulgavit.

MARDOCHAI, ben Hiliel, An. C. 1310. Norimbergæ ſupplicio affectus eſt. Compoſuit librum, quem Mardochæum vocavit. Vid. *Gans, pag. 143. Buxtorf. in Bibl. Rabb. pag. 308.*

MARDOCHAI Jophi, A. M. 5352. vixit. *Dav. Gans in Zemach David, pag. 159.* vocat doctorem magnum & excellentem ſapientia. Synagogæ Lublinenſi & Cremnizenſi multis annis præfuit. Extat ejus ſyntagma magnum libri *Lebuſch Malchut*, in quo continentur omnia judicia Talmudica & teſtimonia: comm. in legem: in *More Nebuchim:* item in *Hircanath*, &c.

MARDOCHAI Nathan, A. M. 5198. innotuit. Librum concordantiarum ex lingua latina in Hebræam tranſtulit. Vid. *Gans pag. 148.*

de la MARE (Phil.) ſenator Divionenſis, vitam *Jac. Guijonii* in literas retulit, An. 1658.

MARESCALCUS (Marc. Ant.) Bonon. condidit 2. libros humanæ perfectionis ſecundum naturam.

MARESCALCUS (Ob. Annib.) inter viros doctos hujus ſeculi refertur. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 168.*

MARESCALCUS (Ugolinus) JCtus, An. 1391. vixit. Collegit conſilia legalia.

MARESCALCUS (Vinc. Maria) h. t. claret. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 133.*

MARESCOTTUS (Agesil.) patricius Bononienſ. Anno 1618. obiit, ætatis 41. Condidit opus ſingulare de perſonis & larvis, earumque apud veteres uſu & origine.

MARESCOTTUS (Hercules) JCtus, An. 1596. floruit. Reſolutiones confecit, quæ prodierunt An. 1617.

MARESCOTTUS (Herc.) alter, JCtus, An. 1599. claruit. Vid. *Bumaldus pag. 63.*

MARESCOTTUS (Vinc.) inter viros doctos numeratur. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 142.*

MARESIUS (Rolandus) duos libros epiſtolarum philologicarum, Lutet. Anno 1650. emiſit.

MARESIUS (Samuel) Avimontenſis Picardus, natus eſt An. 1599. obiit Anno 1675. Groningæ Theologiam profeſſus eſt. Occulta quadam antipathia poma, pira, ceraſa, fraga ſemper averſatus eſt. A muſica & poeſi maxime alienus erat. Scriptis pugnavit contra *Tirinum* pontificium, & contra *Volkelium* Photinianum. Extant duo ejus tomi variarum diſpp. item, notæ in diſtinctiones Caſſanæi. Vid. *Autor vitarum proff. Groning. pag. 154. & Hofm. in lex Univ. part. 1. pag. 992.*

MARETTUS (Læl.) Senenſis, de principe tractatum adornavit, teſte *Naudæo.*

des MARETS (Jod.) Antverpianus. Anno 1637. obiit. Vir fuit Latinis Græcisq; literis egregie inſtructus. Edidit Horatium repurgatum. Compoſuit etiam onomaſticon latinum. Vid. *Alegambe pag. 281.*

MARETUS (D.) edidit tractatum quartarum, A. 1601. Vide, MARRETUS.

MARGANIUS (Lud. Gratus) Romanus, Anno 1531. ætatis 20. obiit. In *Epitaphio* utriusque linguæ eruditiſſimus, aſtrorum ac totius rei mathematicæ ſcientia doctiſſimus dicitur.

MARGARINUS (Joh.) Gerundenſis epiſcopus, paralipomena Hiſpaniæ decem libris complexus eſt. Claruit Anno 1480.

MARGARITA (Antonius) Judæus converſus, ſcripſit de fide Judaica. Vid. *Buxtorf. in Inſt. epiſt. pag. 194. Olearius in Abaco, pag. 42. Wagenſeil in Sota, pag. 1105. 1115.*

MAR-

MARGARITUS (Joh.) Cardin. An. 1448. obiit. Vid *Ghilinus vol. 1. pag. 83.*

MARGINUS (Phil.) tractavit de ordinis ſacramento, An. 1638.

MARGOLITH. Vide, OTTO.

MARGUNIUS (Maximus) Μαργούνιος, Cytherenſis epiſcopus, natione Græcus, An. 1602. Venetiis obiit. Is aliquot S. Patrum ſcripta, quæ à communi naufragio ſervaverat, publico bono evulgavit. In poeſi Græca non parum excelluit, quemadmodum ex anacreonticis hymnis apparet, quos Conr. *Rittershuſius* latine transtulit editosq; *Davidi Höſchelio* An. 1601. inſcripſit. Videatur *Thuanus lib. 127.*

MARIA (Angel.) Ariminenſis, edidit proverbia Vet. & Novi Teſtamenti, Venet. Anno 1563.

à MARIA (Auguſt.) collegit privilegia omnium religioſorum, Lugd. An. 1661.

à S. MARIA (Daniel) Eliam prophetam, An 1670. publicavit.

de S MARIA (Franc.) Granatenſis, ſcr. de viris illuſtribus Carmelitarum excalceatorum, 1644. fol.

à S. MARIA (Jacob Suarez) Luſitanus, An. 1614. obiit, æt. 62. Reliquit theſaurum quadrageſimalem. *Waddingus in S. [illegible] pag. 286.* vocat eum vehemens hæreticorum flagellum.

MARIA (Joh.) magiſter ſancti palatii fecit indicem expurgatorium.

à S. MARIA (Thomas) concordiam Chriſti cum Maria, Antv. Anno 1673. edi curavit.

MARIALES (Xantes) adornavit bibliothecam interpretum ad univerſam ſummam Theologiæ Thomæ Aquinatis, 4. tomis, Venet. An. 1660.

MARIANA (Joh.) Talabricenſis, celebris Jeſuita, An. 1624. obiit, ferè nonagenarius. Reliquit 3. libros de rege & regis inſtitutione: 30. libros rerum Hiſpanicarum: ſcholia in V. & N. Teſtamentum: ut & 7. tract. de adventu S. Jacobi in Hiſpaniam. *Gramondus* refert *lib. 1. hiſt. pag. 10.* damnatam Pariſiis Marianæ doctrinam, ejusq; librum de regis inſtitutione, pœnali judicio, flamma abſumtum eſſe. Vid. *Alegambe, pag. 258. Funccius T. 1. orb. imperant. pag. 336.*

MARIANELLUS (Felix) relationem arcanæ domus Lauretanæ, Anno 1650. edidit.

MARIANUS, Μαριανὸς, Marii filius, ſub Anaſtaſio Imp. claruit. Scripſit metaphraſin Theocriti, Apollonii Rhodii, Callimachi, Arati, Nicandri verſibus jambicis. Vid. *Suidas.*

MARIANUS, Genezanenſis, à *Politiano in epiſtolis & Jovian. Pontano in Ægid dialogo* plurimum commendatur. Vid. *Jovius in elog. num. 85.*

MARIANUS, Scotus, An. 1086. Moguntiæ obiit. Struxit chronicon, quod incipit à nativitate Chriſti & deſinit in An. 1082. Pſalmos Davidicos quoq; commentariis expoſuit. *Cujacius* ei præclarum illud opus, quod *Notitia imperii Romani* dicitur, adſcribere non dubitat. Videatur *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 52. Waræus in ſcr. Hibern. pag. 50. Olearius in Abaco, pag. 302.*

MARIANUS (Ang.) medicus, An. 1618. floruit. De peſte commentatus eſt. Collegit etiam 3. libros epigrammatum ruinarum Romæ.

MARIANUS (Chriſt.) erexit tropæa Mariana, An. 1601.

MARIANUS (Marius) à *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 169.* memoratur.

MARICIUS (Simon.) Pilna Polonus JCt. A. 1551. clar. Condidit 2. libros de ſcholis vel academiis, Cracov. Anno 1551. *Staravolſc. pag. 54.* vocat virum eruditum Græcarumque literarum apprime gnarum.

de MARIDAT (Pet.) tractavit de pileo & tegminibus capitis, Lugd. An. 1655.

MARILIANUS (Hieron.) JCtus, ſcr. in legem, Quoties, Cod. de rei vendit. Anno 1598.

MARILLIUS, rhetor, pauciſſima bellè, ſed non vulgato genere dicebat. Vid. *Seneca, controv lib. 1. proœmio, pag. 42.*

MARIMONTIUS in Jonam commentari cœpit, fol.

MARINÆUS (Luc.) Siculus, condidit 22. libros de rebus Hiſp. memorabilibus.

MARINARIUS (Anton.) conſonantiam JESU Chriſti & prophetarum, An. 1541. promulgavit.

MARINELLUS (Curt.) Venetus philoſophus & medicus, emiſit pharmacopœiam, An. 1617. item, tract. de morbis nobiliores animæ facultates obſidentibus, An. 1615.

MARINELLUS (Joh.) in omnes Hippocratis libros commentatus eſt, An. 1665.

MARINERIUS (Vinc.) ſtruxit carmina & orationes. Prodierunt junctim Anno 1633.

MARINETTUS (Joh.) Ariſculanus, celebris Theologus eſſe dicitur.

MARINGUS (Mar.) JCtus, practicam in ritus Siciliæ compoſuit, Panormi, Anno 1629. fol.

de MARINIS (Don. Ant.) reſolutiones Juris, An. 1662. edi fecit.

de MARINIS (Dominicus) ſcripſit in 3. partem Thomæ, Lugd. A. 1668.

de MARINIS (Joh. Thomas) de feudis tractavit, An. 1582.

MARINUS, Μαρῖνος, Neapolitanus, Procli diſcipulus, tempore Zenonis Imp. vixit. Deſcripſit vitam præceptoris ſui, idq; , ut *Suidas* ait, καταλογάδην καὶ ἐπικῶς, i. e. proſa & verſu. Ejus comment. in Data Euclidis *Claud. Hardicus* Pariſ. An. 1635. vulgavit. Vid. *Jonſius in S. H. Ph. 3, 19.*

MARINUS, Tyrius, Geographus, inter omiſſos ab aliis numeratur à *Mallincrot. pag. 40.*

MARINUS (And.) exaravit commentar. in Meſuem.

MARINUS (Joh. Bapt.) Neapolitanus, A. 1625. ſtranguria obiit. Fertur fuiſſe excellens poëta, ſed obſcœnus. Vid. *Nicius Erythr. l. 1. Pinacoth. numero 16. Imperialis in Muſeo, pag. 156. Ghilinus, vol. 1. pag. 102. Toll. de Inf. lit. pag. 36.*

MARINUS (Marcus) Brixianus, lexicon Hebræum duobus voluminibus abſolvit, Venet. An. 1593. fol.

MARIOTTUS (Bened.) inſtitutionem elogiſticam, encomiaſticam & acclamatoriam, Piſis An. 1638. typis imprimendam tradidit.

MARIOTTUS (Carolus) de febribus ſcribere aggreſſus eſt, Neapoli, Anno 1654. fol.

MARIPETRUS (Hieron.) Venetus, vitam S. Franciſci exaravit, A. 1532. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 172.*

à MARISCO (Adamus) Anglus, A. 1260. claruit. Vulgò doctoris illuſtrati nomen obtinuit. *Wilh. Etſengreinius* vocat moribus & doctrina inſignem, omni literatura ſua ætate nobiliſſimum. Reliquit elucidarium ſacræ ſcripturæ. Videatur *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 2.*

MARISCOTTUS (Ageſilaus) &c. Vide, MARESCOTTUS.

MARISCOTTUS (Bernh.) Bononienſ. Anno 1610. floruit. Videatur *Bumaldus pag. 38.*

MARISCOTTUS (Joh. Aloyſ.) Bonon. An. 1574. vixit. Scripſit de veteri eloquentiæ cultu.

MARISCOTTUS (M. Ant.) JCtus, An. 1506. claruit. De jure patronatus commentatus eſt.

MARISOTTUS (Claud. Barth.) edidit duas centurias epiſtolarum, An. 1656.

à MARIVORDA (Adeodatus) Brugenſis, An. 1576. obiit. Carmina ejus ſervantur *T. 3. Delit. Belg. pag. 400.* Vid. *Swertius, pag. 91.*

MARIUS Maximus, hiſtoricus, poſt tempora Severi Imp. claruit. Componit vitas Trajani, Hadriani, M. Antonini, Commodi, Seueri, Heliogabali, &c. *Vopiſcus* vocat hominem omnium verboſiſſimum & qui ſe mythiſtoricis voluminibus implicarit.

MARIUS, Aventicenſis ſive Lauſanenſis epiſcopus, chronicon ad An. 5[illegible] usq; perduxit. Extat *Tomo 1. corp. hist. Francicæ.*

MARIUS Victorinus, Rhetor, compoſ. comm. in libros rhetoricorú Ciceronis. Vulgó præceptor creditur S. Hieronymi: ſed eam opinionem in vita S. Patris ſatis refellunt *Deſid. Eraſmus & Hieronymus Reatinus*, qua de re *Voſſ. de Art. Rhet. pag. 95.* Vide, VICTORINUS.

MARIUS Victor, poëta. Vide VICTOR.

MARIUS (Ant.) carmina elucubravit. *Vid. Tomo 2. Delit. Ital pag. 25.*

MARIUS (Dom.) libros Amorum Ovidii commentariis illuſtravit.

MARIUS (Georg.) aliàs *Mayerus* dictus, An. 1606. obiit. Marpurgi, Norimbergæ & Heidelbergæ artem medicam feliciter tractavit. Condidit ſatiram in Judæos & librum de terra ſigillata.

MARIUS (Hadr.) Machlinienſis. An. 1568. obiit. Luciani aliquot dialogos carmine reddidit. Reliquos ejus verſiculos *Ranutius Gherus Tomo 3. Delit. Belg. pag. 402.* inſeruit.

MARIUS (Joh.) illuſtrationes Gallicas & Trojanas ediſiſſe fertur.

MARIUS (Leonh.) Zelandus, Anno 1624. floruit. In univerſam S. Scripturam commentatus eſt. Emiſit etiam Catholicam

licam eccleſiaſticæ hierarchiæ aſſertionem, adverſus *M. Anton. de Dominis*. Vid. *Sweertius*.

MARKIEVITZ (Joh.) ſcripſit de carcere Romano: item, de decima in regno Poloniæ contra exemtiones defenſa, Pariſ. Anno 1644.

MARLIANUS (Ambroſ.) Papienſis, theatrum Politicum, Romæ, An. 1631. publicavit.

MARLIANUS (Bernhardinus) Mantuanus, inter doctos refertur à *Gbilino vol. 2. pag. 45.*

MARLIANUS (Joh.) Mediol. An. 1430. floruit. Scripſit de febribus: de caliditate corporum: de antiperiſtaſi, &c. Vid. *Gbilinus, pag. 132.*

MARLIANUS (Joh. Barth.) conſtruxit topographiam urbis Romæ, An. 1539. Videatur *Hanckius pag. 2. de S. R. R. pag. 118.*

MARLIANUS (Reim.) deſcripſit Galliam veterem.

MARLORATUS (Aug.) natus eſt Anno 1506. obiit Anno 1562. ſtrangulatus à Guiſianis in expugnatione urbis Rhotomagi. Reliquit catholicam expoſitionem eccleſiaſticam in Geneſin, Pſalmos & Novum Teſtamentum: item, theſaurum locorum communium; quem à Marlorato cœptum, non verò abſolutum, poſteà *Guilb. Feugueraius* feliciter abſolvit. Vid. *Jacobus Verbeiden in elog. præſt. Theol. pag. 123.*

MARLOTTUS (Guilh.) ſtruxit hiſtoriam Rhemenſem, An. 1666.

MARMERIUS (Claud.) ſcr. in §. nihil commune ex L. naturaliter, digeſt. de acquirenda poſſeſſ.

MARNAUITIUS (Joh. Tomæus) edidit explicationem doctrinæ Chriſtianæ, Illyricè, Romæ, An. 1627. in 8.

MARNIXIUS (Phil.) de Aldegonde, natus eſt An. 1538: obiit An. 1598. Erat Theologus & politicus cum paucis conferendus. Scripſit Alvearium Romanum, opus varietate hiſtoriarum & acumine ſententiarum refertiſſimum, jocis facetiisq; mire conditum. Idem Pſalterium ex Hebræa in Belgicam linguam tranſtulit & rythmis expreſſit. *Druſius* ſcribit, eum cum theologica ſcientia ita hebraicarum linguarum cognitionem conjunxiſſe, ut, in utra magis excelluerit, dijudicari vix poſſit. Vid. *Jacobus Verbeiden in Elog. præſt. Theol. pag. 141. Meurſius in Ath. Bat. pag. 179. Placcius, pag. 241.*

MARO (Andr.) Brixianus, cum ſumma eruditorum admiratione ex tempore ad quamvis quæſtionem latinos verſus variis modis & numeris fundere potuit. Vid. *Jovius in Elog.* num. 72. *Pierius Valerianus de Infel. lit. pag. 128.*

MAROLDUS promtuarium rectè vivendi, Romæ An. 1608. emiſit.

MAROLDUS (Ortholf.) Francus, carmina elucubravit: item, practicam medicam. Carmina ejus leguntur *T. 4. Delit. Germ. pag. 254.*

de MAROLLES (Mich.) Novum Teſtamentum Gallicè interpretatus eſt.

MAROLOIS (Samuel) opera mathematica duobus voluminibus, Amſterd. Anno 1633. edi curavit.

MARONEA (Nicol.) Veronenſis medicus, ſyntagma adornavit de amomo. Vid. *Chiocius, pag. 114.*

MARONET (Abrah.) edidit aulicum inculpatum, An. 1664.

MARONUS (Nic.) Gualdenſis, JCtus, tractavit de treuga & pace. Vid. *T. XI. Tract. tract.*

MAROQUINUS (Andr.) An. 1606. vixit. Geſta martyrum collegit & in 4. tomos digeſſit.

MAROSTICUS (Ant.) peſte periit. Scripta ejus, quæ vitam illi dubio procul reparatura erant, una cum reliquo inſtrumento contremata ſunt, ut moris eſt, ad expurgandam morbi ejus contagiem. Videatur *Pierius Valerianus de Inf. Lit. pag. 38.*

MAROTUS (Clem.) Gallus, partem Pſalmorum Davidis metro reddidit. Erat homo facetus & natura ad poëſin factus. Vid. *Sammartb. pag. 23. Sleidanus lib. 15. pag. 393.*

MAROXA (Cypr.) ſcripſit de febri & lue venerea, Valliſoleti, An. 1641. fol.

à MARPURG (Conradus) vitam S. Eliſabetæ literis mandavit.

MARQUART (Joh.) JCtus, ſcr. de Jure mercatorum, An. 1662.

MARQUART (Joh.) med. condidit practicam theoricam empiricam morborum interiorum, An. 1589.

MARQUIS (Guilh.) Antverp. decadem & peſtifugam, A. 1627. item, aloën morbifugam An. 1633. in lucem prodire juſſit.

MARSCHALCUS (Nic.) Thurius, defloꝛationes antiquitatum publicè exhibuit.

MARSCHALLUS (Joh.) edidit ovum laboratorium, An. 1677.

MARRETUS (D.) JCtus, An. 1602. floruit. Vid. MARETUS.

MARRIER (Mart.) bibliothecam Cluniacenſem compoſuit, quæ prodiit Anno 1619.

MARSELAER (Frid.) Antv. ſtruxit 2. libros de legato, Anno 1626. Videatur *Swertius*, *pag. 261.*

MARSHAMUS (Joh.) Anglus, Icr. de canone chronico Ægyptiorum, Italicorum & Græcorum, Lond. Anno 1672. opus diffuſæ eruditionis potiſſimas *Scaligeri & aliorum* hypotheſes ſubvertens.

MARSICANUS (Leo) chronicon Caſinenſe condidit.

MARSILIUS ab Ingen. Vide, INGEN.

MARSILIUS, Patavinus, circa An. 1324. librum edidit, titulo: defenſor pacis, quo papam Imperatori ſubeſſe probare nititur. Liber impreſſus eſt Baſileæ, Anno 1522. Vid. *Olearius*, *pag. 303.*

MARSILIUS (Ant.) Neapolitanus, Anno 1633. obiit. Orationem de paſſione dominica habuit. Vid. *Alegambe pag. 40.*

MARSILIUS (Ant. Felix) inter viros doctos locum occupat. Vid. *Gr. Letus in Ital. Reg. pag. 130.*

MARSILIUS (Cæſ.) Bonon. An. 1625. floruit. Tabulas aſtronomicas circa ſecundo mobiles ſphæras, teſte *Bumaldo pag. 43.* publicavit.

MARSILIUS (Hipp.) JCt. Bononienſ. An. 1528. ætatis 78. obiit. Scr. de rebus criminalibus: item, de falſariis. Extat etiam ejus tract. de Bannitis.

MARSMANNUS (G.) JCtus, tractatum de juriſdictione: de mero & mixto imperio, Anno 1665. item, de millologia & metrologia, An. 1673. compoſuit.

MARSTALLERUS (G. H.) tractavit de divitiis, An. 1628.

MARSTALLERUS (Gerv.) theoremata edidit, Pariſ. An. 1549.

MARSUS (Domitius) poëta, tempore Auguſti claruit. Scripſit Amazonidem & alia. Supereſt ejus epigramma in Tibullum. Vide, DOMITIUS.

MARSUS (Paulus) Piſcinenſis, In Faſtos Ovidii commentatus eſt. *Autor Dialogi de reparat. Ling. lat. apud Giſanium p. 411.* Auſim propemodum affir[illegible]re (inq[illegible]t) plus illius lectionem, quam Na[illegible]is, cui ſe interpretem exhibuit, ad e[illegible]itionem conferre. Mira in hom[illegible]e dicendi facultas atque eo ma[illegible]re ad [illegible]mirationem digna, quo natura i[illegible] ad carmen multo quam ad pedeſtrem orationem fuit promtior: nullus no[illegible]pestate extemporalior poëta. Il[illegible] carmen eſt Faſtis inſertum, ex quo [illegible]tur intelligi, quantus in poëtica [illegible]u-iſſet, ſi temperare voluiſſet i[illegible]enio.

MARSUS (Petrus) Ceſenſis, Pauli conterraneus, celebris philologus [illegible]uiſſe dicitur. *Autor citati dialogi pag. 411.* Petrus Marſus (inquit) non ad poetas ſolum explicandos, ſed ad oratores, quoq; & philoſophos ſtudium adjecit. Extant [illegible]s in Silium Italicum commentarii m[illegible]ta eruditione referti: ſed longe [illegible]ra, quæ in Ciceronis opera conſcr[illegible]: eloquens, ut Pomponii auditorem agnoſcas, &, quod plus eſt, prope[illegible]m philoſophus: ſed quantuſcunq, i[illegible]loſophia eſt, cum Argyropuli con[illegible]nium effecit. *Epitaphium* ejus ta[illegible] *mihi* ſeſe obtulit:

Quæ ſola eloquii ſuperabat gloria [illegible] illam
Perdidimus, tecum vixit & [illegible]ut.

MARSYAS, *Μαρσύας*, Pellæus, frater Antigoni ejus, qui poſt Alexandrum regnavit, tempore Alex. Magni claruit. Reliquit librum de educatione [illegible]xandri. Edidit præterea 12. libros [illegible] rebus Atticis: item, decem libros rerum Macedonicarum, teſte *Suida* *H[illegible]ion in voce Μύρτιλον, Μαρσύαν [illegible]* appellat.

MARSYAS, Philippenſis, [illegible] *Μακεδονικὰ* conſcripſit. *Harpocr[illegible] in* λιτῇ, *Μαρσύας ὁ νεώτερος* vocatur. Eſt & tertius *Marſyas*, *Tabenus*, hiſtoricus, qui 12. libros antiquitatum & ſeptem [illegible] rerum fabuloſarum collegit, ceu v[illegible] eſt apud *Suidam*. Confer *Conſtant. Porphyrogennetam de Themat. pag. 85.*

MARTA, Neapolitanus JCtus, ſcripſit in digeſta, ſex. vol. Venet. An. 1620. item, Conſilia, An. 1628.

MARTA (Pet.) logicam juridicam ſtruxit, Patav. An. 1614.

MARTELLINUS (Hugolinus) in Horatii oden 2. lib. 4. Carm. Anno 1579. commentatus eſt.

MAR-

MARTELLUS (Nicolaus) Anno 1552. floruit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 174.*

MARTELLUS (Petrus) Florentinus, inter ætatis ſuæ literatos non ultimum locum obtinuit: ſive Græca, ſive Latina, ſive etiam Hebraica quis poſceret. Epiſtolam eleganter, epigrammata acute & erudite conſcripſit. Quatuor libros exactiſſimæ interpretationis in mathematicas diſciplinas abſolvit, qui, cum in *Petri Alcyonii* manus incidiſſent, ita ſuppreſſi ſunt, ut nuſpiam amplius apparuerint. Vid. *Pierius Valerianus de Inf. lit pag. 547.*

MARTELOTTUS (Franc.) edidit inſtitutiones linguæ Arabicæ, Rom. A. 1620.

MARTELY (Joh. Pet.) librum exaravit de natura animalium, Pariſiis, Anno 1638.

MARTHA (Jac. Ant.) Taruiſinus, An. 1599. obiit. Reliquit tract. de quatuor anni temporibus. Videatur *Alegambe, pag. 192.*

MARTIALIS (Valerius) Bilbilitanus, tempore Domitiani Imp. claruit. Reliquit epigrammata lepore & facetiis plena, quæ Ælius Severus Imp. in deliciis habuiſſe dicitur. Idem Martialem Virgilium ſuum vocare ſolebat. De morte hujus poëtæ videatur *Plinius l. 3. ep. 21.* Quidam, ut *Joh. Sarisb. l. 8. cap. 13. & alii Cocum* vocitare amant, quod nomen à paterno opificio ipſi adhæſiſſe *G. J. Voſſius* judicat. Vid. *Glandorp. in O. R. pag. 873.*

MARTIALIS (Gargilius) à *Vopiſco* inter ſecundæ notæ hiſtoricos, qui imperatorum vitas non tam diſertè, quàm verè memoriæ tradiderunt, reponitur. Vide, GARGILIUS.

MARTIALIS, Lemovicenſis epiſcopus, floruit ſeculo primo à Chriſto nato. *Clemens Alex. l. 4. Stromat.* eum *Cepham* cognominatum & unum ex 72. Chriſti diſcipulis fuiſſe dictitat. Fertur eſſe autor duarum epiſtolarum, quæ ſuperiori ſeculo in urbe Lemovica repertæ ſunt in arca ſaxea ſub terra, quarum una eſt ad Burdegalenſes: altera ad Toloſanos *Bellarminus in Catal. Scr. eccl.* epiſtolas dictas confictas & ſuppoſititias eſſe pronunciat. Vid. *Sixtus Sen. pag. 49. Ph. Labbe T. 2. pag. 58. Rivetus T. 2. oper. pag. 1074. Olearius, pag. 304.*

MARTIALIS (Franc.) condidit librum victoriæ, An. 1594.

MARTIANESIUS (Bapt.) JCtus, collegit conſilia variorum.

MARTIANUS (Proſper) Saxolenſis, Hippocratem annotationibus expoluit, Romæ, An. 1652.

MARTIGNA (Joh. Bapt.) Gallus, Anno 1527. obiit. Collegit ſilvam radicum hebraicarum.

MARTINELLUS (Florens) Romanus, edidit Romam ex ethnica ſacram, Romæ, An. 1653.

MARTINENGUS (Ambroſ.) Bergomas, ſcripſit in omnes Pſalmos Davidis, teſte *Donato Calvo pag. 39.*

MARTINENGUS (Aſcanius) Brixianus, collegit gloſſas magnas in S. Scripturam, Patav. An. 1597. fol.

MARTINENGUS (Celſus) medicus, tractavit de methodis: item, de providendis morborum evenribus, An 1584.

MARTINENGUS (Titus Proſp.) Brixianus, An. 1504. obiit. Reliquit poëmata ſacra Græca & Latina: Parthenodiam: item, 3. tomos poëmatum, in quibus varia antiqua nondumque edita opuſcula, ex MSS. eruta, primùm divulgantur, An. 1590. in 4. Vid. *Ghil. vol. 1. pag. 215.*

MARTINEZ (Did.) Cordubenſis, adornavit deſcriptionem Idumææ tomis duobus. Vid. *Alegambe, pag. 91.*

MARTINEZ (Eman.) Complutenſis, tractavit de rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam, Compl. An. 1637. fol.

MARTINEZ (Eugenius) Ciſtercienſis monachus, vitam S. Agnetis carmine heroico celebravit, Toleti, An. 1590.

MARTINEZ (Ferdin.) Maſcarenhas, exaravit 3. libros de auxiliis divinæ gratiæ ad actus ſupernaturales, Lugd. An 1605.

MARTINEZ (Joh.) Cordubenſis, edidit ſub nomine *Joh. Sanchez* artem grammaticæ, teſte *Alegambe. pag. 259.*

MARTINEZ (Martin.) Cantapratenſis, ſtruxit libros hypotheſeon. Vid. *Rivetus T. 2. oper pag. 895.*

MARTINEZ (Matth.) compoſuit Philotheam vel introductionem ad vitam devotam, Colon. An. 1654.

MARTINEZ (Mich.) ſcripſit de vera & legitima aloës electione, Pompejopoli, An. 1644.

MARTINEZ (Pet.) Hiſp. An. 1566. obiit. In epiſtolam Judæ commentatus eſt.

MARTINI (Bernhard.) quatuor libros variarum lectionum adornavit, Pariſ. An. 1605.

MARTINI (Corn.) Antv. celebris philoſophus, An. 1621. obiit. Helmſtadii philoſophiam docuit. Extat ejus metaphyſica & analyſis logica. Vid. *Sweertius, pag. 193. Calixtus de Utraq. p. 351.*

MARTINI (Jac.) Halberſtadienſis, natus eſt Anno 1570: obiit Anno 1649. Wittebergæ philoſophiam & Theologiam diu profeſſus eſt. Scripſit tract. de tribus Elohim: librum de loco: diſputationes de cognitione ſui: partitiones metaphyſicas, &c. Vid. *Spitzelius in templo Honor. pag. 176. Henning. Witte in Theol. pag. 714.*

MARTINI (Joh.) Slangerupenſis, chronicon Norvegiæ, Anno 1594. promulgavit.

MARTINI (Matth.) tractavit de morbis meſenterii abſtruſioribus, An. 1630.

MARTINI (Nicol.) profeſſ. Kilonienſis, compoſ. ſchediaſma, ſub titulo libertatis aquilæ triumfantis de jure, quod in imperium regi Galliarum competit nullum. Vid. *Funccius Tom. 1. Orb. imp. pag. 496.*

MARTINI (Olaus) Upſalienſis archiepiſcopus, ſcripſit contra cryptocalvinianos.

MARTINI (Raym.) Gotalanus, ſeculo XIV. claruit. Exaravit librum, titulo *Pugionis* fidei Chriſtianæ adverſus Mauros & Judæos. Hic liber diu ſuppreſſus fuit, donec tandem, curante *Joſepho de Voiſin*, in lucem Anno 1651. prodiret. Videantur *Hoornebeck de Converſ. Jud. pag. 7. Olearius in Abaco, pag. 398.* Quære, RAYMUNDUS.

MARTINIUS (Georg.) emiſit conciliationes omnium antinomiarum, quæ in inſtit. imperat. occurrunt, A. 1608.

MARTINIUS (Henr.) Dantiſcanus, anatomiam urinæ Galenoſpagiricam vulgavit, An. 1659.

MARTINIUS (Joh.) Dantiſcanus, confecit obſervationes in Malachiam, Anno 1647.

MARTINIUS (Martinus) Cantapetrenſis, profeſſor hebr. linguæ, edidit hypotheſes theologicas ad intelligendas ſcripturas divinas, Salmant. An. 1563. Vid. *Biblioth. Hiſp. pag. 572.*

MARTINIUS (Martinus) Tridentinus, apud Chinenſes longo tempore verſatus eſt. Extat ejus Decas I. hiſtoriæ Chinenſis, Anno 1658. Monachii impreſſa, in quarto: item, deſcriptio belli inter Tartaros & Chinenſes ante paucos annos geſti.

MARTINIUS (Matthias) Freienhagenſis, Theologus Bremenſis, An. 1628 obiit. Synodo Dordrechtanæ interfuit. Collegit etymologicon linguæ latinæ: item, memoriale biblicum metricum.

MARTINIUS (Petrus) Morentinus Navarrus, Anno 1594. obiit. Reliquit τεχνολογίαν grammaticæ Hebrææ. Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 67.*

MARTINIUS (Sam.) collationem Huſſi & Lutheri inſtituit.

MARTINIUS (Valer.) Venetus, correctionem totius medicinæ confecit, fol. An. 1628. Vid. *Linden pag. 5[illegible]3.*

à S. MARTINO (Simplicianus) vitas S. Auguſtini, Fulgentii & aliorum, T[illegible] An. 1641. fol. typis tradidit.

MARTINONUS inter viros doctos numeratur. Meminit ejus *Honor[illegible] in Euphryandro.*

MARTINUS, Bononienſ. JCtus, Irnerii diſcipulus, An. 1158. floruit. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 14.*

MARTINUS, Pannonius, Bra[illegible]renſis præpoſitus, Anno 580. obiit. [illegible]dam eum etiam *Dumienſem* cog[illegible]nant. Reliquit librum de moribus: item, collectionem canonum. V[illegible] *Olearius in Abaco pag. 305. Ph. Labbe T[illegible].60.*

MARTINUS (Cremonenſis) JCtus, in magno precio habetur. *Oldendo[illegible]ius* fatetur, ſe Martini opiniones in [illegible]putationibus maximarum rerum ver[illegible]mas expertum eſſe, teſte *Spigelio in Append. lex. Jurid.* Confer *Boccacius in Geneal. Deor. L. 12. c. 67.*

MARTINUS Polonus, Carſulanus, Anno 1279. obiit. Vide, POLONUS.

MARTINUS, Turonenſis epiſcopus, An. C. 402. obiit. Extat ejus fidei profeſſio in Bibliotheca Patrum tomo 4. Vitam ejus & res geſtas *Severus Sulpicius, Venantius Fortunatus & Paulinus* expoſuerunt. Videatur *Olearius in Abaco, pag. 398.*

MAR-

MARTINUS (David) ſcripſit de natura acidi & alcali, Anno 1676.

MARTINUS (Frid.) JCtus, de jure cenſuum, Colon. Anno 1660. commentatus eſt.

MARTINUS (G.) JCtus, edidit conſilia & parerga.

MARTINUS (Guib.) Gemblacenſis, An. 1208. obiit. Apologiam pro Severo Sulpicio compoſuit.

MARTINUS (Guilh.) Dunkerkanus, expoſuit ecphraſi elegiaca titulum de diverſis regulis juris antiqui, teſte *Sandero*.

MARTINUS (Joh.) Gallus, medicus, An. 1600. claruit. Scripſit in Hippocratis librum de vulneribus capitis. Vid. *Colomeſius in G. O. pag.* 93.

MARTINUS (Lud. Gunth.) tractavit de ſubſtitutione pupillari, An 1673.

MARTINUS (Matth.) philologus, vir multiplicis doctrinæ audit apud *Chimentellium de bon. ſubſ. pag.* 90.

MARTINUS (Pilius) ſtruxit carmen de ambitione, Anno 1599.

MARTINUS (Simon) edidit dividias ſalutis, Colon. An. 1652.

MARTINUS (Wern. Theod.) JCtus, juriſprudentiam criminalem, Anno 1669. publicavit.

MARTIUS Salutaris, inter Virgilii interpretes numeratur *à Chariſio* & vir perfectiſſimus dicitur.

MARTIUS (Franc.) deciſiones Delphinales, An 1586. typis exprimi curavit.

MARTIUS (Galeottus) Narnienſis, Anno 1490. claruit. Vide, GALEOTTUS.

MARTIOLOTTUS (Franc.) inſtitutiones linguæ Arabicæ emiſit Romæ, Anno 1620.

MARTORELLUS (Auguſt.) Luſitanus, ſcripſit in Galenum de pulſibus & urinis. Vid. *Linden. pag.* 48.

à MARTOWICE (Piſecius) edidit reſponſionem ad decem rationes Campiani.

MARTYR (Petrus) Anglarienſis, Anno 1502. floruit. Erat Ferdinando, Hiſpaniæ Regi, à conſiliis. Conſcripſit triginta libros de navigatione oceani & terris ſuo tempore repertis. Epiſtolæ ejus, Anno 1670. Amſtelrodami, fol. impreſſæ ſunt. Vid. *Jovius in Elog. numer.* 124. *Schottus in Bibl. Hiſp. pag.* 246.

MARTYR (Petrus) Vermilius, Florentinus, An. 1499. natus, & Anno 1663. iterum denatus eſt. Is, relictis pontificiorum ſuperſtitionibus, in Germaniam ſeſe contulit & primò Argentinæ S. literas exponere cœpit. Inde in Angliam vocatus eſt. Redux ex Anglia, primò Argentinæ ſubſtitit: mox Tigurum abiit, ubi reliquum vitæ ſpatium ad mortem uſque tranſegit. Erat Græcè & hebraicè doctus philoſophiæque bene peritus. Reliquit comm. in libros Judicum & epiſtolam ad Rom. tractatum de Cœna contra Gardinerum, &c. Vid. *Jacobus Verheiden in Elog. Theol. pag.* 166. *Quenſtad. pag.* 311.

de MARTYRIBUS (Barthol.) archiepiſcopus Braccarenſis, condidit compendium ſpiritualis doctrinæ, Anno 1603. item, ſtimulum paſtorum, ex ſententiis Patrum concinnatum.

MARTYRIUS (Adamantius) Grammaticus, allegatur à *Caſſiodoro, lib. de orthogr. c.* 5. 6. 7. 8.

MARULLUS, mimographus, ſub Antonino philoſopho floruit. Hujus eſt illud: *Tu ut Hector ab Ilio nunquam recedis.* Meminit ejus *S. Hieronymus* contra *Rufinum*. Vid. *Olandorpius pag.* 591.

MARULLUS, Calaber, poëta, cum Attilam, R. Hunnorum, per adulationem Deum & divinæ ſtirpis prolem nominaſſet, propemodum vivus ab ipſo unà cum carmine exuſtus eſt, teſte *Callimacho in Attila.*

MARULLUS (Marcus) Spalatenſis, An. 1510. vixit. Reliquit evangeliſtarium de fide, ſpe & charitate libris ſeptem: item, libros ſex dictorum & factorum memorabilium.

MARULLUS (Mich.) Trachaniota, Græcus, toga & ſago inclaruit. Quamvis Græcus eſſet, latina tamen carmina ſcribere non erubuit. Miſere periit, in amne Cæcinna ſuffocatus Anno 1500. De eo ita *Jul. Cæſ. Scaliger l.* 6. *de re poet. pag.* 769. Marullus totus durus, moroſus, aliorum obtrectator, ſui admirator ſimul & diffidens. Anxius enim, quo dicat modo, hæret negotioſus, omnino inveнuſtus. *Eraſmus in Ciceron. pag.* 161. Marulli pauca legi, tolerabilia, ſi minus haberent paganitatis. Uxor ejus, *Alexandra*, literis Græcis & latinis, perinde ut maritus, exculta, Anno 1506. obiit. Vid. *Jovius in Elog. num.* 28. *Pierius Valerius de Inf.*

Inf. lit. pag. 134. Joſeph. Scaliger in Caſtig. ad Catull. pag. 106. 131. Lanſius in Mantiſſ. pag. 794.

MARULUS (P.) compoſ. librum de benè vivendi inſtitutione, Colon. Anno 1610.

MARX (Caſp. Henr.) ſcr. anticoronidem Mayſarticam, An. 1630.

MARXIUS (Reinh.) emiſit cortinam ſapientiæ, Colon. An. 1664.

MARZAL (Fr.) Minoricenſis, An. 1645. edidit artem generalem ultimam *Raym. Lulli.* Vid. *Wadding. pag. 122.*

MARZALOGITUS (Thomas) An. 1304. floruit. Collegit conſilia legalia.

MARZARIUS (Franc.) JCtus, tractavit de materia fideicommiſſariæ, Anno 1578.

de MARZILLA (Pet. Vinc.) Cæſarauguſtanus, An. 1630. vixit. In Pentateuchum commentatus eſt.

MASARELLUS (Ang.) ſcripſit de ſynodo œcumenica epiſtolam ad Jac. Scioppium, Romæ, An. 1582.

MASCARDUS (Ald.) JCtus, exaravit concluſiones, An. 1609.

MASCARDUS (Auguſt.) teſte *Nicio Erythræo part. 1. Pinacoth. pag. 112.* doctiſſimos in tabulam Cebetis commentarios elucubravit; item, librum de arte hiſtorica, ut & diſſertationem de affectibus. Extant ejuſdem quatuor libri ſilvarum. Vid. *Imperialis in Muſeo pag. 200. Zeillerus part. 3. pag. 147. Naudæus in Bibl. Pol. pag. 55. 109.*

MASCARDUS (Joh.) de probationibus quatuor voluminibus, An. 1593. commentatus eſt.

MASCARENIA (Pet.) Luſitanus, Anno 1570. obiit. Reliquit epiſtolam de rebus Moluccenſibus. Videatur *Alegambe, pag. 386.*

MASCULUS (Joh. Bapt.) Neapol. ſtruxit ponderationes concionales in opera S. Auguſtini, An. 1652. fol. Encomia cœlitum, digeſta per ſingulos anni dies, una cum Vett. Faſtis, An. 1638. in 4. Extant & ejus odæ Antverpiæ impreſſæ Anno 1645. Vid. *Alegambe, pag. 224.*

MASENIUS (Jac.) Anno 1661. floruit. Extat ejus palæſtra eloquentiæ ligatæ tribus libris.

MASINUS (Ant.) An. 1640. claruit. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 168.*

MASINUS (Cæſar) Bonon. An. 1624. vixit. Habuit orationes.

MASINUS (Nicol.) Cæſenas, medicus, librum edidit de gelidi potus abuſu, An. 1587.

de MASIS (Cyprius) Florentinus, tractavit de prædeſtinatione & reprobatione, An. 1621.

MASIUS (Andr.) Bruxellenſis, JCtus, An. 1573. obiit. *Thuanus l. 56.* virum ſincero, candido & aperto ingenio, adhæc rara ac recondita doctrina præditum appellat. Elaboravit in Joſuam doctiſſimos & accurata diligentia compoſitos comentarios. *Simeon de Muis, T. 2. oper. pag. 20*: Andreas Maſius (inquit) vir peracri & limato judicio, quod teſtari p[illegible], quotquot ejus legerunt ſcripta. [illegible] autor unus inter pauciſſimos dign[illegible]que, cujus commentaria æternum [illegible]dantur ac recudantur: quæ tamen, ſi [illegible] EO placet, jacent neglecta & ta[illegible] non pro nihilo penduntur, quia refer[illegible] eruditione & doctrina ſunt. Vid *S[illegible]rtius pag. 123. Rivetus Tom. 2. oper. p[illegible]. 903. Olearius, pag. 34. Bruſ[illegible] de monaſt. pag. 13. b.*

MASIUS (Didac.) in phyſicam [illegible]telis, Colon. An. 1628. commentat[illegible].

MASIUS (Guil.) JCtus, compoſ. [illegible] libros ſingularium opinionum: item, tractat. de rei debitæ æſtimatione, An. 16[illegible]3.

MASONIUS (Laurent.) Neapol[illegible]nus eſt An. 1556: obiit An. 1631. [illegible] eſt in ejus laudibus *Alegambe, pag.* [illegible]

MASONIUS (Franc.) Anglus, lib. [illegible] miniſterio & conſcientia: item, vindicias eccleſiæ Anglicanæ, An. 163[illegible]

MASSA (Ant.) Galleſius, JCtus, [illegible] de origine & rebus Faliſcorum. [illegible] *P. Manutius, part. 2. in epiſt. famil. Cicer. pag. 34.*

MASSA (Nic.) Venetus, Anno 1[illegible]38. claruit. Exaravit 2. tomos ep[illegible]rum medicinalium, An. 1558: item, [illegible]rum introductorium ad anatomiam, Anno 1536.

MASSACUS (Ræm.) tractavit de lymphis Pugeacis, Pariſ. An. 1605. Vid. *Bartholinus in med. poet. pag. 135.*

MASSÆUS (Chriſt.) Cameracenas, An. 1546. obiit. Chronicon uni[illegible]erſale 20. libris complexus eſt. In eo con[illegible]nando 50. annos impendiſſe dicitur. Cal[illegible]ndarium quoque quadruplex, Ægyptium, Hebraicum, Macedonicum & Romanum

num publicavit. Vid. *Sweertius, pag. 175. Sauſſay, pag. 11.*

MASSAINUS (Henr.) Hetruſcus, vir multæ lectionis & emunctiſſimi judicii vocatur à *Pierio Valeriano de J. L. pag. 138.*

MASSALIA (Alex.) tractavit de mutuo, Lugd. An. 1640.

MASSANUS (Ant.) Hetruſcus, vixit An. 1430. A Martino V. pontifice Byzantium miſſus erat ad ſtabiliendam unionem in Græcos & Latinos. Scripſit librum de erroribus Græcorum. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 35.*

MASSARIA (Alex.) Ventinus, medicus & philoſophus, An. 1598. obiit. Dicere ſolebat, malle ſe cum Galeno errare, quàm cum aliis ſapere. Reliquit tractatum de peſte: item, reſponſa & conſilia medica. Vid. *Tomaſinus part. 1. Elog. Patav. pag. 166. Gbilinus, vol. 1. pag. 8.*

MASSARIUS (Barth.) medicus, An. 1625. floruit. Struxit dialogum conſolationis & [illegible] apologiam.

MASSARIUS (Hieron.) Vicentinus, medicus, An. 1564. fato functus eſt. Argentinæ docuit.

MASSINIUS (Phil.) ab Innocentiis, JCtus, obiit An. 1617. Emiſit comment. in ſecundam Inſortiati partem, ſol. item, centuriam diſtinctionum, &c. Vid. *Gbilinus, vol. 1. pag. 54.*

MASSINUS (Seraph.) ſcripſit de confiſcatione.

MASSOBRIUS (Joh. Ant.) edidit praxin epiſcoporum: item, tract. de conſervatoribus religionum. Vid. *Gbilinus vol. 1. pag. 93.*

MASSOLA (Jac. Phil.) Triſmegiſtum le-[illegible]lem, Genev. Anno 1675. fol. edi curavit.

MASSOLÆUS (Joh.) Herculem Gallicum ſive Gravelingam, An. 1647. exaravit.

MASSONIUS (Chriſt.) ſcripſ. anatomiam univerſalem, An. 1621.

MASSONIUS (Joh. Papyrius) Gallus, JCtus, Anno 1544. natus eſt: obiit An. 1611. *Poſſevinus in Appar. ſacr.* virum per acris judicii atque doctrinæ nominat. Edidit deſcriptionem fluminum Italiæ: 4. volumina deciſionum: quatuor libros annalium: notitiam epiſcopatuum Galliæ: geſta pontificum Romanorum: duas partes elogiorum, &c. Vid. *Henning. Witte in Philoſoph. pag. 46.*

MASSONIUS (Salvator) ſcripſ. origines Aquilegienſes.

MASSOTTE, ſtruxit ſpeculum Notarii.

MASSUTIUS (Thom.) Recinetenſis, An. 1636. obiit. Exaravit vitam S. Pauli hiſtoricè & dogmaticè conſideratam, Anno 1633. Vid. *Alegambe, pag. 434.*

à MASTRICHT (Gerh.) lib. de ſuſceptoribus infantum ex baptiſmo, An. 1670. alium, de ortu & progreſſu juris eccleſiaſtici & pontificii, An. 1677. reliquit.

à MASTRICHT (Pet.) confecit vindicias S. Scripturæ contra *Wittichium*, An. 1655: item, gangrænam ſeu theologiam Carteſianam, Amſterd. A. 1677. in 4.

MASTRILLUS (Garſias) JCtus, collegit deciſiones regni Siciliæ, An. 1615.

MASTRILLUS (Greg.) ſtruxit 2. tomos concionum. Prodierunt An. 1627.

MASTRILLUS (M. Fr.) Nolanus, A. 1637. à Japonibus interfectus eſt. Deſcripſit iter ſuum & ſociorum in Indiam. Vid. *Alegambe, pag. 320.*

MASTRIUS (Barth.) In metaphyſicam duobus tomis commentatus eſt. Extant ejuſdem diſp. in libros Sententiarum. Erat Scotiſta. Vid. *Wadding. in S.O.M. pag. 50.*

MASUERIUS, JCtus, practicam forenſem, An. 1573. publicavit.

MASULLUS (J. Bapt.) de attractione libellum adornavit, Neap. An. 1622.

MASURIUS Sabinus, celebris JCtus, tempore Auguſti Imp. & deinceps floruit. *Maſurium*, non *Maſſurium* ſcribendum eſſe, illud *Perſii* evincit *Sat. 5. Excepto, ſi quid Maſuri rubrica notavit. Athenæo* audit ὁ πάντα ἄριστος καὶ σοφὸς: item, νόμων ἐξηγητὴς οὐδενὸς δεύτερος. Condidit libros juris civilis: & alios de indigitamentis. *Macrobius* ejus libros faſtorum allegat. A *Paulo JCto, lib. de verb. ſignif.* ejuſdem memorialia laudantur: *Agellius* memorabilia appellat: quæ duo tamen maximè inter ſe differunt, qua de re *Voſſius in hiſt. Lat. pag. 97.* Confer *Colerum in Parerg. cap. 23. pag. 54. Rupertum in Pompon. de O. J. pag. 435. Guid. Panzirolum in JCt. 1, 24. Bertrandum, pag. 38.*

MASURIUS (Lud.) Nervius, Anno 1579. floruit. Reliquit varia poëmata. Scripſit inter alia de Babylonis ruina. Carmina ejus prodierunt Baſileæ, An. 1574.

de MATA (Joh.) ſcripſit in Pſalm. 105. fol. item, triumphum Chriſti, An. 1652.

MATALUS (Jac.) ſpeculum eccleſiæ, A. 1626. typis mandavit.

MATAMORUS (Ferd.) de Hiſpanis ſcriptoribus commentatus eſt.

MATAMORUS (Alf. Garcias) Hiſp. edidit narrationem apologeticam de doctis Hiſpaniæ viris, An. 1553.

MATENESIUS (Joh. Frid.) compoſuit ſyntagma criticum de ritu bibendi ſuper ſanitate principum, Anno 1637: item, de luxu & abuſu veſtium, Anno 1649.

MATERENSIS (Euſt.) condidit carmina de Bajanis thermis, Venet. An. 1587.

MATERNUS (Curiatius) ſcr. Medeam & Thyeſten, ceu patet ex *Autore dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ, c. 2. & 3.* Vide, CURIATIUS.

MATHEACIUS (Angel.) JCtus, tractavit de legatione & fideicommiſſis, A. 1602. Vid. *Guid. Panzirolus in JCt. 2. 195.*

MATHESIUS (Joh.) natus eſt Anno 1504: obiit Anno 1565. tribus horis poſt concionem habitam de filio viduæ Naimicæ, à Chriſto ſuſcitato. Eccleſiæ orthodoxæ in valle Joachimica 30. annis præfuit. Struxit Sareptam: chronicon vallis Joachimicæ: vitam Chriſti: vitam Lutheri, &c. Ejus *Epitaphium* tale invenio:

Securus recubo hic, mundi pertæſus iniqui:
Et didici & docui vulnera, Chriſte, tua.

Vid. *Thuanus l. 38. & Albinus in Chron. Miſn. pag. 356.*

MATHISIUS (Conr. Henr.) Brugenſis, medicus, An. 1526. claruit. Actuarii ſex libros de arte medendi in latinum ſermonem tranſtulit, teſte *Sweertio.*

MATHISIUS (Gerh.) Gelder, An. 1574. obiit. Fecit ſcholia in organum Ariſtotelis. Extat ejuſdem expoſitio in epiſt. S. Pauli ad Romanos.

MATHISIUS (Henr.) medicus, An. 1565. vivere deſiit. In aphoriſmos Hippocratis commentari aggreſſus eſt.

MATHSTADIUS (Joh.) edidit ichnographiam theologiæ, An. 1608. Jenæ.

MATIENCIUS (Joh.) JCtus, compoſuit dialogum relatoris & advocati, Anno 1604. item, repetitiones.

MATIENZUS (Seb.) Burgenſis, ſcr. commentarium in Virg. Æneidem. Vid. *Alegambe, pag. 420. Placcius, pag. 170.*

MATIEVICA (Steph.) edidit directorium ſacerdotum charactere Serviano, Romæ, An. 1630.

MATINA (Leo) Parthenopœus, profeſſor S. Scripturæ in acad. Patavina, An. 1663. claruit. Declamationes, Venet. An. 1669. varia elogia, Ti ini Anno 1654. Lazarium Ducalis Regiæ ſive reip. Venetæ principum icones & elogia, An. 1659. fol. publicavit. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 316.*

MATIUS (C.) ſcripſit de re culinaria. Sic enim *Columella 12, 4.* Quoddam tributum victui humano conferre dedignati non ſunt, ut M. Ambivius & Mænas Licinius, tum etiam C. Matius: quibus ſtudium fuit piſtoris & coci nec minus cellarii diligentiam ſuis præceptis inſtituere. Et iterum, *l. 12. 44.* Nec ignoro, plurima in hunc [illegible]rum non eſſe collata, quæ C. Matius [illegible]entiſſimè perſecutus eſt. Illi e[illegible] poſitum fuit urbanas menſas & lau[illegible] convivia inſtruere. Libros tres ed[illegible] quos inſcripſit nominibus coci & [illegible]ri & ſalgamarii. Confer *G. J. V[illegible] in Theol. Gent. 9, 38.*

MATMAN (Rud.) Lucernen[illegible] [illegible]612. obiit. Scripſit de tribus cap[illegible] contra *Joſeph. Scaligerum.* Vid. *Al[illegible]* p. 417.

de MATOS (Joh.) Olyſſi[illegible] An. 1640. vixit. Adornavit 2. [illegible] theologiæ moralis, in quorum [illegible] de judiciis humanis, in altero de [illegible] divinis tractatur. Vid. *Alegam.* [illegible] 2[illegible]9.

MATRANGA (Hier.) Pa[illegible] ſeptem ſyntagmata de Acad[illegible], Anno 1637. elaboravit.

à MATRE DEI (Andr.) c[illegible] Theologiæ moralis, Colon. Anno [illegible]641. adornavit.

à MATRE DEI (Ant.) emi[illegible]t præl[illegible]dia ad intelligentiam ſanctorum B[illegible]orum, Lugd. An. 1669. fol.

à MATRE DEI (Sebaſt.) e[illegible] Deiparæ elogia, Lubbini, An. 1652.

MATREAS, Ματρέας, cognomine Λαοπλάνος, ænigmata conſ[illegible]it. Mentio eorum apud *Athenæum* habe[illegible]ur.

MATRON, Μάτρων, poëta, parodiam Homericam compoſuit, ubi pri[illegible] verſus eſt Homericus leviter immutatus, alter Matronis. Ejus poëmation plane venuſtum apud *Athenæum* legitur

MATTARELLUS (Nicol.) Mutinenſis JCtus, An. 1314. floruit. Vid. *Guid. Panzirolus, pag. 181.*

MATTENBURGIUS (Joh.) ſcripſ. de hydrope, An. 1583.

MATTHÆI (Caſp.) Smalcald. hæreticorum ſententias & nomina in tabulas congeſſit.

MATTHÆI (Franc.) Corcaglenſis Hibernus, Anno 1644. ſuſpenſus eſt. Reliquit tractat. de ſtigmatibus Franciſci. Vid. *Waddingus pag. 122.*

MATTHÆI (Joh.) Smalcaldenſis, Anno 1588. obiit. Scripſit contra Amlingum, Calviniſtam: homilias in evangelia: quæſtiones de doctrina Phil. Melanchthonis. Vid. *Micrælius, pag 392.*

MATTHÆUS, Ματθαῖος, Evangeliſta, teſte *Euſebio l. 3. c. 18.* evangelium ſuum patrio ſermone compoſuit Idem *Theophylactus* aſſerit, dum in proœmio ad Matth. ita annotat: Matthæus omnium primus ſcripſit evangelium hebraico idiomate ad eos, qui ex Hebræis crediderant, poſt octo annos aſſumti in cœlos Chriſti: Johannes verò Græcè, ut ferunt, interpretatus eſt. Sanctus *Hieronymus in catalogo eccl. Script.* teſtatur, hebraicum M.tthæi evangelium in Cæſarienſi bibliotheca, quam Pamphilus martyr confecerat, manſiſſe ſuo tempore, atque à Nazaræis Berœenſibus ſibi factam eſſe deſcribendi poteſtatem. Vid. *G. J. Voſſius in diſſ. de genere Jeſu Chriſti c. 2 pag. 14. Rivetus T. 2. operum, pag. 1072. Ligtfoot in Horis Hebr. pag. 12, &c.*

MATTHÆUS, Camariothenſis, præceptor Gennadii, reliquit ſynopſin rhetoricam. Vid. *Relſer. in Bibl. Auguſtana, p. 42.*

MATTHÆUS Ἰατρὸς, monachus, compoſuit duo opuſcula, unum de offieiis eccleſiæ Conſtantinopolitanæ: alterum de officiis palatii Conſtantinopolitani, & quidem verſibus politicis Vid. *Hanckius in Script. Byzant. pag. 680.*

MATTHÆUS, Vindocinenſis, juxta *Reineſium* An. 1059. vixit. Hiſtoriam Tobiæ carmine elegiaco expreſſit. Extat apud *Barthium in Adverſariis l. 15. c. 16.* Vid. *Olearius in Abaco, pag. 310. Hallervordius in B. C. pag 268.*

MATTHÆUS (Abel) JCtus, vertit Dionyſium de ſitu orbis, An 1556.

MATTHÆUS (Andr.) ſcripſit de ordine equeſtri.

MATTHÆUS (Ant.) Francoberga Haſſus, natus eſt An. 1564: obiit An 1637. Primò Herbornæ, deinde Marpurgi, tandem Groningæ jura docuit. Compoſuit notas in 4 libros Inſtitutionum. Vid. *Autor vitarum proff Gröningenſ. pag 85.*

MATTHÆUS (Ant.) junior, opus nitidum de criminibus elucubraſſe dicitur.

MATTHÆUS (Conr.) Herbornenſis, Antonii filius, natus eſt An. 1603: obiit A 1639 Groningæ medicinam profeſſus eſt. Vid. *Autor vitarum proff. Gröning. pag. 115.*

MATTHÆUS (Joh.) medicus, ſcripſit diſcurſus de febri peſtilenti: item, centuriam difficultatum medicarum, Anno 1616.

MATTHÆUS (Joh.) Lunenſis, Hetruſcus, libellum de rerum inventoribus exaravit, qui curante *Auguſt. Juſtiniano, Nebbienſi epiſcopo*, Anno 1520. lucem aſpexit. Extat ejuſdem peplus Italiæ, in quo illuſtres viri, quotquot à 300 abhinc annis in Italia floruerunt, cùm carmine, tùm ſoluta oratione recenſentur.

MATTHÆUS (Petrus) Sequanus, Anno 1621. peſte periit. Ejus ſcripta, judice *Grammondo lib. 11. ſub fin.* magis panegyricum ſapiunt, quàm ſeveram hiſtorici majeſtatem, ut ſcripſiſſe eleganter & doctè in rhetoris & philoſophi morem dici poſſit, vana citatione autorum effuſus. Vid. *Imperialis in muſeo, pag. 167. Zeillerus part. 2 pag 94. & part. 3. pag 148. Naudæus in B. Pol pag. 95.*

MATTHÆUS (Phil.) JCtus, ſcripſit de regulis juris civilis: item, de rebus creditis, An. 1617.

MATTHESILLANUS (Marius) An. 1587. floruit.

MATTHESILLANUS (Matth.) JCtus, An. 1404. claruit. De ſucceſſionibus ab inteſtato commentatus eſt. Vid. *Guid. Panzirolus in JCt. 2, 81.*

MATTHESILLANUS (Pet.) An. 1410. vixit. Struxit repetitiones.

MATTHIADES (Laur.) Danus, Jonæ prophetiam carmine heroico reddidit, An. 1585.

MATTHIÆ (Jac.) natus eſt Anno 1532: obiit An. 1586. Erat vir Græcè & hebraicè doctus. Condidit 2. libros de literis: rhetoricam & dialecticam ſacram: comment. in Joëlem & Eccleſiaſt. Vid. *Vindingius in Rect. Hafn. pag. 136.*

MATTHIÆ (Jac.) Arhuſia Cimber, natus eſt An. 1602: obiit An. 1660. Scripſit de uſu philologiæ in omni ſtudiorum genere. Vid. *Vindingius l.c. pag. 324.*

MATTHIÆ (Joh.) manuductionem de diſciplina eccleſiaſtica typis tradidit.

MATTHIAS (Chriſtianus) Ditmarſus, An. 1640. claruit. Altdorfii aliquando Theologiam docuit: inde in Daniam ſeſe contulit, tandem in Belgium. Conſtruxit theatrum hiſtoricum: ſyſtema theologicum: ſyſtema politicum, ethicum, logicum: collegium antiphotinianum, &c. Vid. *Spizelius in Templo Honoris, pag. 203. Thomaſius de plagio, §. 506. Bartholinus in Danis, pag. 26.*

MATTHIAS (Petr.) Hanno Montenſis, edidit paradiſum cœleſtem, Anno 1640. Vid. *Alegambe, pag. 387.*

MATTHIOLUS (Pet. Andr.) Senenſis, celebris botanicus, An. 1577. obiit. Extat ejus opus de plantis: item, quinque libri epiſtolarum medicarum. Vid. *Thuanus, l. 64.*

MATTIOLUS (Hercl.) inter viros doctos locum obtinet. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 164.*

MATTIUS (Cn.) poëta, tempore Julii Cæſ. claruit. *Agellius 10, 24.* hominem impensè doctum & *15, 14.* virum eruditum appellat. Apud *Priſcianum* ejus nomen in *Trimattum* corruptum eſt. Mimijambos ſcazonte Hipponacteo compoſuit. Carmine quoque Iliadem Homeri expreſſit. Vid. *Glandorp. in Onom. Rom. p. 593.*

MATTIUS (Joh. Marius) Alexandrinus, Italus, An. 1600. obiit. Mediolani Græcas & latinas literas docuit. Scripſit 3. libros opinionum, in quibus plurima loca lat. & Græc. authorum explicantur: librum de orthographia, &c. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 110.*

MATTUGLIANUS (Paul.) Anno 1457. floruit. In omnes epiſtolas S. Pauli commentatus eſt.

MATURANTIUS (Franc.) aliquot orationes Ciceronis commentariis illuſtrare aggreſſus eſt. *Autor Dialogi de Ling. Lat. reparat. pag. 412.* Statii Achillem (inquit) Fr. Maturantius tractabiliorẽ reddidit, Papiniana illa duritate candido ſermone emollita. Sed in Verrinis actionibus explicandis majorem utilioremque ſe præſtitit, quanquam materiam diligentius quàm artem tractaverit. Velles & poëticæ vacaſſe: nihil ejus muſâ cultius.

MATURUS (Pet.) Arvernus, An. 1611. æt. 66. obiit. Antonini, Florentini archiepiſcopi, hiſtoriam collatione aliorum autorum locupletavit. Vid. *Alegambe, pag. 387.*

MAUBURNUS (Joh.) An. 1090. claruit. Condidit roſetum ſpiritualium exercitationum: item, librum de viris illuſtribus S. Auguſtini. Aliàs *Joh. de Bruxella*: item *Joh. Temporalis* dictus eſt. Confer *Hallerv. in B. C. pag. 189.* Vide, MAMBURNUS.

MAUCHTERUS (Matth.) ſcr. de doloribus Chriſti, Colon. An. 1656.

MAUCLERUS (Mich.) de monarchia divina, eccleſiaſtica & ſeculari tractavit, Pariſ. An. 1622.

MAUCORSIUS (Pet.) Rothomagenſis, A. 1635. vixit. Eſaiam notis exornavit.

à MAUDEN (David) Antverpianus, An. 1641. obiit. Exaravit diſcurſus morales in decalogum: item, tract. de vita Tobiæ, quem aureum ſpeculum vitæ moralis inſcripſerat, fol. An. 1631.

MAUGENBERTUS (Gall.) compoſuit practicam prudentiæ politicæ & militaris, Anno 1645.

MAUGUIN (Gilb.) vindicias prædeſtinationis & gratiæ 2. voluminibus, *Pariſ.* An. 1650. publicavit.

MAUKISCK (Joh.) Freiberga Miſnicus, Theologus Dantiſcanus, natus eſt An. 1617: obiit Anno 1669. Struxit anti-Spanhemium ſive exercitationes de univerſali gratia: antizwickerum: librum de notitia DEI naturali, &c.

MAULBERGIUS (Joh.) Baſileenſis, concionator inſignis, An. 1414. obiit. Baſileenſis eccleſiæ reformationẽ prædixiſſe dicitur & quidem his formalibus: Exultate, quotquot puri eſtis corde, quoniam gloria DEI appropinquat. Reformatione omninò opus eſt, quam ſi magnates præſulesq; morabuntur, lapides promovebunt. Vid. *Hofm. in Lex. Univ. part. 1. pag. 1010.*

MAULIUS (Frid. Alb.) JCtus, de tutelis commentatus eſt, Mogunt. An. 1667.

MAULLIUS (Thom.) JCtus, tractavit de homagio, A. 1632. de emtione & venditione: de pace publica: de pace religioſa: de mandatis ſine clauſula, &c.

MAU-

MAHMONTIUS (Janus) Lemovix, An. 1584. floruit. Videatur *Colomeſius in G. O. pag. 62.*

MAUPEAU, tract. de gratia, Pariſ. in 4. edi curavit.

MAURACH (Matth.) Polonienſis, Anno 1630. Calepinulum ad prælum adornavit. Vid. *Alegambe, pag. 334.*

MAURICCIUS (Joh. Bapt.) JCtus Bononienſis, An. 1600. claruit. Vid. *Bumaldus, pag. 128.*

de MAURICE (J. P.) Juris canonici ſelecta, An. 1659. evulgavit.

MAURICIANUS (Junius) JCtus, tempore Antonini Pii Imp. claruit. Reliquit notas in Julianum: item, ſex libros ad leges. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 1, 44. Bertrandus, pag. 96.*

MAURICIUS, Μαυρίκιος, Imperator Conſtantinopolitanus, Anno 602. à Phoca interfectus eſt. Confecit 12. libros Strategicorum, quos *Job Scheferus* unà cum Arrhiani Tacticis Græcè & latinè edidit, Upſaliæ Anno 1664.

MAURICIUS, Haſſiæ Landgravius, Apollo Germanicus, natus eſt Anno 1572. Conſcripſit admodum adoleſcens opus Davidicorum pſalmorum poetica paraphraſi ad amuſſim elaboratum. Vid. *J. P. Lotichius part. 3. Bibl. poet. pag. 1.*

MAURICIUS (Abbas) edidit tubam cœleſtem, Herbipoli An. 1662.

MAURICIUS (Calp.) ſtruxit exercitationes antiſocinianas, An. 1671. in 8.

MAURICIUS (Ericus) celebris JCtus, de principiis juris publici An. 1662. commentari cœpit.

MAURICIUS (Georg.) Norimbergenſis, An. 1610. obiit. Extant ejus carmina. Vid. *T. 4. Delit. Germ. pag. 282.*

MAURICIUS (Georg.) Georgii filius, Witebergenſis, natus eſt Anno 1570: obiit Anno 1631. tempore rectoratus. Altdorfii eloquentiam & poeſin profeſſus eſt. Condidit carmina.

MAURICIUS (Joh.) JCtus, edidit tres tomos de in integrum reſtitutionibus.

MAURICIUS (Petrus) de monte Buxerio, abbas Cluniacenſis, circa An. 1157. obiit. Ejus epiſtolæ, ſermones, proſæ, hymni, &c. Anno 1614. prodierunt. *Caſp. Barthius in Claud. pag. 75.* vocat ſcriptorem barbaro ævo eruditum & mirè eloquentem. Videatur *Olearius, pag. 369.*

de MAURO (Marcellus) reliquit allegationes feudales: quæ impreſſæ ſunt fol. An. 1614.

MAUROCENUS (Andr.) ſenator Venetus, condidit hiſtoriam Venetam ab An. 1612. uſque ad An. 1615. Prodiit ea Venetiis, fol. An. 1623.

MAUROCENUS (P.) Venetus, An. 1424. floruit. In ſextum Decretalium commentatus eſt.

MAUROCORDATUS (Alex.) edidit inſtrumentum pneumaticum circulandi ſanguinis, de motu & uſu pulmonum, An. 1612.

MAUROLYCUS (Franc.) Syracuſanus, An. 1575. vivere deſiit. Texuit martyrologium: computum eccleſiaſticum: tres libros coſmographiæ: tres libros arithmetices: & unum de lineis ſecantibus. Vid *Thuanus l. 61.*

MAUROLYCUS (Silveſter) Maſſanenſis patricius, An. 1613. claruit. Condidit quinque libros de initiis & progreſſibus omnium religionum, quod opus mare oceanum vocavit & Philippo III. Hiſp. Regi dicavit. Vid. *Carolus Viſch, in ſcr. ord. Ciſt. pag. 298.*

MAUROY (Henr.) Hiſp. apologiam pro Judæis adornavit, Pariſ. An. 1553. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 165.*

MAURUS (Franc.) Hiſpellas vel Spelienſis, ſtruxit Franciſciaden ſive vitam & geſta Franciſci, *l. 13.* carmine, An. 1572. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 123.*

MAURUS (Hartm.) librum compoſuit de coronatione Caroli Quinti, quem *Simon Schardius volumini ſecundo ſcript. Germ. pag. 17.* inſeruit.

MAURUS (Joh.) edidit theatrum vanitatis univerſæ, Pariſ. An. 1668.

MAURUS (Marc. Vetr.) JCtus, de jure liberorum, An. 1610. commentatus eſt.

MAURUS (Pyrrhus) JCtus, ſcr. de fidejuſſoribus, Venet. An. 1631. in 4.

MAUSERUS (Conr.) Norimb. JCt. A. 1548. obiit. Extat ejus tractatus de nuptiis.

MAUSONIUS elaboravit lib. de cauſis executivis, in fol.

MAUSSACUS (Ph. Joh.) An. 1614. claruit. Erat Græcè doctiſſimus. Edidit Harpocrationem: item, Plutarchum de fluminibus una cum notis. Vid. *Meurſius in lect. Att. 2, 5.*

MAUTINUS (Hier.) Narnienſis, Anno 1632. obiit, ætatis 70. Habuit ſermones in ſacr. palatio apoſtolico, qui An. 1631. fol. in lucem prodierunt. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 172.*

MAUTNERUS (Joh.) confecit anagrammata, An. 1636.

MAXENTIUS (Joh.) Μαξέντιος, Scytha, vixit ſeculo ſexto. Edidit catholicæ fidei profeſſionem: item, dialogorum 2. libros contra Neſtorianos, nec non reſponſionem ad epiſtolam Hormiſdæ papæ. Vid. *Calixtus in diſp. de perſona Chriſti p. 133. & ſeqq. Olearius in Abaco, pag. 259.*

MAXIMIANUS, poëta, confinio ſeculi VI. & VII. vixiſſe exiſtimatur *Reineſio ad Daumium pag. 203. 207.* Feruntur ejus carmina de ſenectute, virtute, ira, invidia, patientia, avaritia. *Pomponius Gauricus* ea edidit nomine *Corn. Galli.* Hodie Propertio accuduntur. Aliàs Maximiani cujuſdam verſus in Virg. & Cicer. inter 12. ſcholaſticorum poëtarum carmina quoq; reperiuntur: item, de 4. annis temporis, de iride, &c.

MAXIMILIANUS I. Imperator, res ſuas geſtas carmine Teutonico conſcripſit, libro titulum Theurdanck præſcribens, teſte *Th. Wagnero in Inſtit. hiſt. 7, 8.* Vide infrà, PFINTZING.

MAXIMUS, Μάξιμος, Ægienſis, ſcripſit, teſte *Philoſtrato*, res ab Apollonio geſtas in Ægis, civitate ſic dicta. *Voſſius* eum tempore Domitiani vixiſſe autumat.

MAXIMUS, Cæſarauguſtæ epiſcopus, tempore Phocæ Imp. claruit. Geſta Gothorum in Hiſpaniis hiſtorico & compoſito ſermone expoſuit, quemadmodum *Iſidorus in Catalogo illuſt. vir. c. ult.* memorat.

MAXIMUS, monachus & martyr, An. 641. floruit. Reliquit computum eccleſiaſticum; item, eclogas ſententiarum. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 72. Olearius pag. 310.*

MAXIMUS, Sophiſta, tempore Juliani Imp. vixit. Tandem, Valente imperante, jugulatus eſt. Videatur *Eunapius pag. 66.*

MAXIMUS, Taurinenſis, ſub Honorio & Theodoſio Juniore Impp. obiit. Extant ejus homiliæ. Videantur *Phil. Labbe l. cit. pag. 68. Rivetus T. 2. oper. pag. 1145. Olearius pag. 311.*

MAXIMUS, Tyrius, Platonicus philoſophus, tempore Commodi Imp. floruit, teſte *Suida.* Maximum Tyrium primus latinè redidit *Coſmas Paccius Florentinus.* Verſionem illam poſtea expurgavit *Dan. Heinſius* & commentario illuſtravit, Anno 1614. Vid. *Jonſius de S. h. ph. 3, 9.*

MAY (Thom.) Anno 1651. obiit. Vid. *D. Richteri epiſtolæ ſelectæ, pag. 489.*

MAYER (Chr.) Mengelrodenſis, Anno 1634. obiit. Reliquit diarium meditationum anniverſariarum. Videatur *Algambe, pag. 73.*

de MAYERNE (Theod.) compoſuit epiſtolam de gonorrhææ inveteratæ & carunculæ & ulceris in meatu urinario curatione.

MAYERUS, Anglus, in Pentateuchum: in prophetas; in Nov. Teſtam. item, in loca difficiliora commentatus eſt.

MAYERUS (Barth.) ſcr. de 70. hebdomadibus Danielis, An. 1618.

MAYERUS (J. Fr.) vulgavit Lutherum apocalypticum, An. 1677.

MAYFARTUS (Matth.) Theologus celebris, Anno 1630. claruit. Edidit anti-Becanum: nodum Gordium reſolutum: ſuſcitabulum clericorum: Grawerum continuatum: diſtinctiones theologicas: arcem Sionis: abſurda Jeſuitica: meletemata theologica: academicam diſciplinam: tractat. de pace concilianda inter evangelicos, &c.

MAYNARD (Gerh.) JCtus, collegit deciſiones Toloſanas, An. 1610. item, illuſtres converſias forenſes.

MAYNARDUS (Pet.) Veronenſis, medicus, An. 1574. floruit. Conſtruxit 2. tract. de morbo Gallico. Vid. *Chioccus, pag. 124.*

MAYNETTUS (Maynett.) medicus, An. 1539. vixit. Scripſit in libb. Ariſtotelis de cœlo, Bonon. An. 1570. item, de ſenſu & ſenſilibus, Florent. An. 1555.

MAYNUS (Jaſon) Mediolan. JCtus, natus eſt An. 1435: obiit An. 1519. Commentatus eſt in totum jus civile. *Jovius in Elog. num. 66.* memorat, eum omnia ſua ſimul & ſemel decoxiſſe, poſteà tamen reſipuiſſe tantosque progreſſus feciſſe, ut omnes eum adeò celeriter & feliciter profeciſſe mirarentur. *Epitaph.* ejus

ejus breve eſt & ita ſonat: Jaſon maximus JCtus, eques & comes, quisquis ille fuerit, hic requieſcit. Vid. *Guido Panſirolus in J Ct. 7, 127. Thomaſius de plagio, §. 479.*

MAYNUS (Lud.) JCtus, tractavit de actionibus. Liber prodiit Pariſ. Anno 1559.

MAYNWARINGIUS (Edoard.) ſcripſit hiſtoriam & myſterium luis venereæ, An 1675.

MAYOW (Joh.) JCtus & medicus, Oxonii collegii omnium animarum ſocius, condidit quinque tractatus, 1. de ſalnitro & ſpiritu nitri aëreo. 2. de reſpiratione. 3. de reſpiratione fœtus in utero & ovo. 4. de motu muſculari & ſpiritibus animalibus. 5. de rachitide, Anno 1674.

MAYR (Car.) JCtus, elaboravit obſervationes in artem notariatus, Anno 1602.

MAYR (Georg.) An. 1631. vixit. Edidit exercitationem grammaticam in Jonam cum inſtitutionibus linguæ hebraicæ. Vid. *Alegambe, pag. 157.*

MAYR (Joh. Frid.) ſtruxit ſpeculum tragicum eruditorum, A. 1671. it. librum de ſalute diabolorum.

MAYRHOVIUS (Matth.) Monachienſis, Ann. 1620. claruit. Scripſit de peccato mortali, veniali & originali: de rerum dominio: de reſtitutione: de ſacramento euchariſtiæ, &c. Videatur *Alegambe, pag. 337.*

MAYROLA (Barth.) compoſuit methodum in morbis acutis, Papiæ, Anno 1563.

MAYRONIS (Franc.) Scotus, Johannis Scoti diſcipulus, An. 1325. obiit. *Waddingus* tamen in *S. O. M. pag. 123.* Gallum facit. Vulgò *Doctor illuminatus* nominatur. Primus An. 1315. certamen Sorbonicum in Academiam Pariſienſem invexit, quo in æſtate per ſingulos dies Veneris reſpondetur à quinta matutina usq; ad ſeptimam veſpertinam ſine præſide, ſine ſocio, ſine prandio & paſtu, ſine ulla emigratione, in eadem perpetuus corporis ſede & animi contentione, donec cunctis Opponentibus ſatisfactũ ſit, qui ſunt ad minimum 60. & argumenta circiter centum agitant. Reliquit commentarium in 4. libros Sententiarum. Vid. *Olearius, pag. 165.*

MAYVARTIUS (Franc.) Gandavenſ. natus eſt, An. 1585: obiit, An. 1640. Groningæ philoſophiam docuit. Videatur *Autor vitarum profeſſ Gröningenſ. pag. 83.*

MAZAK (Albericus) opus cultus harmonici tribus tomis complexus eſt, Anno 1649.

MAZARINUS (Jul.) Panormitanus, Anno 1622, ætatis 78. obiit. Emiſit centum conciones in pſalmum 51. Colon. An. 1611. coloſſum Babylonicum 2. tomis: quatuor tomos ſermonum ſuper ſermone Domini in monte. Vid. *Alegambe, pag. 291.*

MAZARINUS (Julius) Siculus, Cardinalis, An. 1661. deceſſit. Extat ejus miniſterium.

MAZELLA (Scip.) ſcripſit de Puteolis & Cumis.

MAZERIUS (Philip.) exaravit vitam *Petri Thomaſii*, An. 1659.

MAZERUS (Bapt.) in cap. 20. Apocalypſ. Anno 1589. commentari aggreſſus eſt.

MAZOCHIUS (Jac.) collegit inſcriptiones antiquæ urbis Romæ, Anno 1521. Vid. *Martinus Hanckius, part. 2. S. R. R. pag. 125.*

MAZONIUS (Jac.) Cæſenas, An. 1603. & deinceps claruit. Conſtruxit quæſtiones de triplici hominum vita. Affirmavit inter alia, Platonis & Ariſtotelis inventa ab uno eodemq; ſapientiæ jugo, velut plura ex uno capite flumina, derivari ac defluere, propterea mirè inter ſe convenire congruereq;. *Joh. Imperialis in Muſeo hiſt. pag. 137.* tale de eo judicium profert: In cunctis ſcientiis tantum eum ſcire, quantum reminiſceretur: reminiſci autem, quantum legiſſet: legiſſe autem, quicquid uſpiam legeretur. Confer *Nicium part. 1. Pinacoth. pag. 65.* Prodigio ſimile eſt, quod *Nicius* laudatus memorat, ipſum menſes non amplius ſex ſtudio theologico dediſſe atque ſic doctoris nomen meruiſſe.

MAZOTTA (Bened.) ſcripſit de philoſophia naturali, aſtrologica & minerali, Bononiæ, An. 1653.

MAZURIUS (Luc.) Nervius, carmina componere in deliciis habuit. Vid. *T. 3. Del. Belg. pag. 479.*

MAZZA (P.) promittit hiſtoriam Gothicam & apologiam pro Savanarola.

dine. Conſtabat is liber olim 1239. verſibus: at hodie ſolum 373. reperiuntur. Dictum librum *Renatus Moreau* editis animadverſionibus illuſtravit. Confer *Placcium, pag. 42. Bartholinum in poët. med. pag. 138.* Vide ſuprà, JOHANNES.

MEDIUS, Μήδιος, hiſtoricus, à *Luciano in macrobiis, pag. 823.* allegatur.

MEDOLAGUS (Lact.) Bergomas, Anno 1611. obiit. Reliquit comm. in univerſam Ariſtotelis philoſophiam: item, in 4 libb. Sententiarum. Vid. *Don. Calvus pag. 344.*

de MEDRANO (Didacus) JCtus, emiſit comment. de conſenſu connubiali, Anno 1609.

MEDUS (Andreas) ſcripſit in prædicabilia Porphyrii, Venet. An 1600.

MEDUS (Joh.) librum ſtruxit de apoſtaſia noviſſimorum temporum.

MEDUS (Joſephus) Anglus, Anno 1638. obiit. Compoſuit clavem apocalypticam: item, diatriben in varia S. Scripturæ loca. Opera ejus duobus tomis diſtincta prodierunt Londini, Anno 1664.

à MEEKREN (Joh.) obſervationes mediochirurgicas Anno 1668. publicari fecit.

MEELFUHRERUS (Joh.) Theologus, ſcripſit vindicias evangeliorum: poſtillam Davidicam: notas in aliquot S. Pauli epiſtolas.

MEELFUHRERUS (Joh. Chriſtoph.) conſtruxir muſeum antiquitatis eccleſiaſticæ, An. 1673.

MEERBECANUS (Adrianus) Antv. Anno 1620. chronicon rerum in toto orbe geſtarum evulgavit.

MEERMANNUS (Arnold.) Aloſtanus, An. 1578. obiit. Extat ejus theatrum converſionis gentium: libellus de cruce: Davus perduellis, &c. teſte *Sandero in Flandris ſcr. pag. 24.* Vide, MERMANNUS.

MEFFRET, A. 1443. vixit. Sermones ejus 3. voluminibus prodierunt, Colon. An. 1625. Vid. *Olearius, pag. 211.*

MEGACLES Μεγακλῆς, περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν i. e. de viris illuſtribus ſcripſit, teſte *Athenæo lib. 10.* Vid. *Jonſius de Scr. hiſt. Phil. lib. 4. pag. 338.*

MEGACLIDES, Μεγακλείδης, peripateticus, de Homero commentatus eſt. Meminere ejus *Tatianus* λόγῳ πρὸς ἕλληνας, *Suidas* in ἀθλωταῖς, *Athenæus* 12, 1. Vid. *Jonſius l. alleg. pag. 338.*

MEGALIUS, promtuarium theologicum duobus tomis complexus eſt, Anno 1623.

MEGANDER (Caſp.) Helvetius, Anno 1536. vixit. In 4. Evangeliſtas: item, in utramque ad Timoth. commentari cœpit.

MEGANGUS (Pet.) Flander, tabulas Grammatices carmine expreſſit. *I. N. Loënſis in Epiphyll. 2, 1. ſub. fin.* vocat virum emunctiſſimi ingenii & de re literaria præclare meritum.

MEGASTHENES, Μεγασθένης, tempore Alexandri M. & deinceps vixit. Apud Indos diu verſatus eſt. Compoſuit Indica, ex quibus *Strabo l. 15.* multa mutuatus eſt. Fragmentum ejusdem adducitur à *Joſepho l. 1. contra Apionem.* Quæ ſub Megaſthenis nomine ab *Annio Viterbienſi* edita ſunt, omnia conficta ſunt. Et, quod mireris, *Annius* ille verum hiſtorici hujus nomen nequidem ſcivit, alioquin eum *Metaſthenem* haud vocaſſet. *Ælianus in hiſt. anim.* eum aliquot vicibus allegat, *l. 8. c. 7. l. 16. c. 41 l. 13. c. 39.* Adde *Euſebium in chronico pag. 32.*

MEGERLINUS (Pet.) celebris JCtus & mathematicus, natus eſt An. 1623. Baſileæ matheſin profitetur. Extant ejus diſſertatio de cyclis planetarum & eclipſium; tabula mathematica hiſtorica; patrocinium aſtrologiæ. Promiſit etiam aſtrologiam Carteſianam.

MEGILLUS, Μέγιλλος, hiſtoricus, à *Strabone l. 15. pag. 692.* allegatur.

MEGINFRIDUS, monachus Fuldenſis, tempore Henrici II. Imp. vixit. Vitam Emmeramni in literas redegit. Vid. *Caniſius T. 2. antiq. lect. Olearius in Abaco pag. 313.*

MEGINHARDUS, libellum de fide, ſymbolo apoſtolico & peſte hæreſium reliquit.

MEGISERUS (Hier.) Stutgardianus, ſcr. de lingua Turcica: theſaurum polyglottum: theatrum Cæſareopoëticum, &c. Vid. *Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 95.*

MEGLINGERUS (Joſeph.) edidit novam effigiem S. Bernhardi, An. 1670.

MEHL-

MEHLHORNIUS (Wolf.) ſcr. encomium ſexus feminei verſibus, An. 1585.

MEIBOMIUS (Henr.) Lemgovia Lippiaco Weſtphalus, natus eſt An. 1555: obiit An. 1625. Helmſtadii hiſtoriam & poëſin profeſſus eſt. Struxit notas in Sleidanum de quatuor monarchiis. Edidit quoque ſcriptores Saxonicos antiquiores. Carmina ejus occurrunt *T. 4. Del. Germ. pag. 310.* Vid. *Joh. Pet. Lotichius part. 3. Bibl. poët. pag. 173. Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 90.*

MEIBOMIUS (Joh. Henr.) medicus, ſcripſit epiſtolam de flagrorum uſu in re venerea, Lugd. An. 1643: Mœcenatis hiſtoriam, An. 1653: librum de vino & cereviſia, Anno 1668.

MEIBOMIUS (Marcus) edidit ſeptem auctores muſicæ antiquæ, An. 1652: item, dialogum de novis proportionibus. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 98.*

MEICHSNERUS (Joh.) JCtus, collegit 4. tomos relationum actorum, Anno 1604.

MEIENREIS (Sam.) adornavit analyſin epiſtolæ ad Hebræos, An. 1605.

MEIER (Albert.) Strantfriſius, geographus & hiſtoricus, ſtruxit methodum apodemicam, qua docetur, quid in peregrinando Studioſi obſervare debeant, An. 1591.

MEIER (Gebh. Juſtus) JCtus, de inveſtitura Saxonica, Anno 1663. commentatus eſt.

MEIER (Gerh.) Catechiſmum Heidelbergenſem reſolutum Anno 1676. promulgavit.

MEIER (Jac.) Brugenſ. Anno 1552. obiit. Chronicon Flandriæ confecit. Vid. *Thuanus l. 88.*

MEIER (Joh.) Cimber, manes Udalrici Principis Anno 1634. publicavit. Vid. *Bartholinus in Danis ſcr. pag. 76.*

MEIER (Juſtus) Noviomagius, natus eſt An. 1566: obiit An. 1622. Argentinæ jura profeſſus eſt. Tractavit de quæſt. Sintne Proteſtantes jure Cæſareo hæretici & ultimo ſupplicio afficiendi?

MEIER (Wolfg.) Baſileenſis, natus eſt An. 1577: obiit Anno 1653. Synodo Dordracenæ, An. 1618. interfuit. Ejus ſcripta extant varia, quorum indicem exhibet *Sam. Keſlerus in delineatione vitæ & mortis ejus.* Vid. *Hofm. in L. U. part. 1. pag. 1023.*

MEIGERIUS (Sam.) Anno 1598. nucleum hiſtoriarum emiſit in lucem.

MEIGERUS (Henning.) reliquit patrologiam, Anno 1661: item, Martialem renatum.

MEILLERIUS (Jacobus) proverbia Salomonis Græco carmine expreſſit, Anno 1599.

MEINARDUS (Franc.) ſcripſit de juribus epiſcoporum, An. 1612.

MEIR (R.) doctor Talmudicus, R. Akibæ diſcipulus, A. M. 3881. vixit. Judæi tradunt, eum fuiſſe ex nepotibus Neronis Imp. Vid. *David Ganz, in Zemach David, pag. 105. Wagenſeil ad Sota, pag. 974.*

MEIR (R.) Mittidros, Toletanus, A. M. 5005. obiit. Fecit expoſitionem legis magna cum ſubtilitate & ſolido acumine, inquit *Dav. Ganz lib. cit. pag. 141.*

MEIR (R.) Rotenburgenſis, A. M. 5046. vixit. Compoſuit Agahot Maimoni, teſte *Ganzio pag. 142.*

MEIR (R.) Aben Adelbi, ſcripſit librum Schebile Amuna A. M. 5120. Vid. *Ganz l. c. pag. 145.*

MEIR (Don) medicus Regis Caſtilienſis, tranſtulit librum ethicæ Ariſtotelis in linguam ſanctam, A. M. 5165. referente *Ganzio pag. 147.*

MEIR (Rab.) Paduenſis, A. M. 5318. obiit. Conſtruxit quæſtiones, reſponſiones & obſervationes in librum Maimonidæ. *Ganz, pag. 154.* vocat inſignem & pium doctorem.

MEISNERUS (Balth.) magnæ famæ Theologus, natus eſt An. 1587: obiit An. 1628. Witebergæ Theologiam profeſſus eſt. *Symbolo*, Beati mites, uſus erat. Edidit *ἀνθρωπολογίαν*: philoſophiam ſobriam: tractatum de purgatorio. Vid. *Spizelius in Templo Honor. pag. 60. Henning. Witte, in Theol. pag. 215.*

MEISNERUS (Euſeb.) elaboravit aulicum politicum, An. 1674.

MEISNERUS (Joh.) celebris Theologus, Witebergenſem cathedram hoc tempore illuminat. Prodierunt ejus exercitationes in evangelium Matthæi, An. 1664.

MEISNERUS (Michaël) Anno 1623. elegantem libellum de Stigmatis publicæ luci expoſuit, approbante *Caſp. Bartho-*

MEISTERUS (Joachimus) Gorlicienſis, natus eſt An. 1532: obiit Anno 1587. Græcarum literarum ita fuit peritus, ut, cùm nati Græci ejus promtitudinem in ſermone Græco audirent, exclamarint: Ἰταλία βαρβαρία, i. e. Italia nil niſi barbaries eſt, ad Germanorum in Græca lingua diligentiam comparata. Vid. *Melchior Adamus in elog. Philolog. pag. 387.* Scripſit de Eutyche & erroris ejus ſectatoribus. Vitam Rudolfi Habspurgici Imp. carmine heroico expreſſit & quidem 3. libris. Carmina ejus occurrunt *T. 4. Delit. Germ pag. 321.*

MELA (Favius) JCtus, ſcripſit ad edictum. Vid. *Bertrandus, pag. 293.*

MELA (Pomponius.) Vide, POMPONIUS.

MELAMP[illegible], Μελάμπους, de divinatione ex nævis corporis ad Ptolemæum regem epiſtolam exaravit, quam Græcè & latinè *Claudius Martinus de Laurendiere* unà cum Cardani metopoſcopia in lucem protulit

MELANCHTHON (Philippus) Bretta Palatinus, natus eſt An. 1497: obiit An. 1560. Witebergæ philoſophiam & theologiam cum omnium admiratione & fructu inſigni docuit. Sæpè ternas & quaternas lectiones uno die abſolvit. Aud[illegible]res interdum mille quingentos habuiſſe dicitur. *Thuanus l. 26.* animi ejus moderationem & quietis ſtudium plurimum commendat. *Nicolao Gerbelio* ſolus & unus ferè omnia acutè & doctè & breviſſimè agere viſus eſt. Reliquit locos communes theologicos: Auguſtanam Confeſſ. commentarium in epiſt. ad Rom. orationes: carmina & epiſtolas. Opera ejus 4. tomis continentur. *Eraſmus in Ciceroniano, pag. 181.* Phil. Melanchthonis ingenio (inquit) nihil felicius, ſi totum vacaſſet muſis. Nunc hanc laudem leviter affectavit, ac naturæ felicitate contentus nec artis nec curæ multum ad ſcribendum adhibuit, & haud ſcio an affectantem nervi fuerint defecturi: extemporali dictioni natus videtur: nunc aliis intentus eloquentiæ ſtudium magna ex parte videtur abjeciſſe. *Scaliger l. 6. de re poët. pag. 798.* Illius ingenium magnum atque ad omnia comparatum intelligimus ex iis poëmatiis, quibus Solis Lunæq; defectus cecinit. Idem in epigrammate jucundus atque feſtivus. Eleganter *Taubmannus part. 2. ſched. ſacr. pag. 146.*

Hei quam multorum lolio ſterileſceret arvum, (ſent.
Ni bove ſolerti Melanchthonis illud araſ-

Plura de Melanchthone apud *Verheiden in Elog. præſt. Theol. pag. 29. Melch. Adamum, in Theologis, & alios* legere licet. Vitam ejus *Joach. Camerarius* prolixè deſcripſit.

MELANDER (Otto) ſcripſit jocoſeria, Anno 1617: item, proceſſum criminalem, An. 1601.

MELANELIUS (Joh. Theod.) Antverp. anonymi autoris libellum de melancholia, ex Galeni, Rufi & Aëtii ſcriptis collectum, An. 1540. edi curavit.

MELANIPPIDES, Μελανιππίδης, Melius, Olympiade LXV. claruit. Fecit dithyrambos, elegias & epigrammata.

MELANNIPIDES, prioris è ſorore nepos, LXXX. Olympiade floruit. Compoſuit itidem dithyrambos.

MELANOPUS, Μελάνωπος, Cumanus, antiquus poëta, à *Pauſania in Eliacis pag. 154.* allegatur.

MELANTHIUS, Μελάνθιος, ſcripſit de rebus Atticis: item, de myſteriis Eleuſiniis, teſte *Harpocratione & Athenæo.*

MELANTHIUS, pictor, de arte ſua libros condidit, ceu refert *Laërtius in Polemone, l. 4. pag. 264.*

MELANTHIUS, Rhodius, philoſophus, *Diogeni Laertio in Æſchine* memoratur. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 100.*

MELANTHIUS, Tragicus, Olymp. XCV, claruit. Ejus Medeam *Ariſtophanis Scholiaſtes pag. 472.* allegat. Meminit Melanthii ſemel iterumque *Plutarchus in Cimone*, ubi & diſtichon ejus in laudem Cimonis legitur.

MELASIUS (Valer.) JCtus, edidit collegium feudale, An. 1618.

MELCHIODUS (Pet. Phil.) reliquit conſilia de profluvio ſanguinis ex alvo.

MELCHIOR (Joh.) tractavit de religionis natura & principio, Ultraject. Anno 1672.

MELDENIUS (Rup.) parænesin elaboravit pro pace eccleſiæ.

MELEAGER, Μελέαγρος, Gadarenſis, Cynicus, Menippi Cynici æqualis fuiſſe perhi-

perhibetur. Ejus συμπόσιον *Athenæus* 11, 14. allegat Confer *eundem* 4, 14.

MELEAGER, philoſophus, περὶ δοξῶν, i. e. opinionibus aliquot libros compoſuit. Vid. *Jonſius de S.H.Ph.pag.* 338.

MELEAGER, poëta Græcus, in *Anthol. l.* 1.c.27. allegatur.

MELECIUS (J. B.) monſtravit edito ſcripto viam compendioſam luſtrandi Germaniam.

MELELA. Vide, MALALA.

MELESAGORAS, Μελησαγόρας, à *Clemente Alex. l.* 6. *Stromat.* allegatur. Vid. *Meurſius in Antig.Caryſt.pag.* 150. Quære, AMELESAGORAS.

MELESANDER, Μελήσανδρος, Λαπιθῶν καὶ Κενταύρων μάχην ἔγραψε, teſte *Æliano in Var. hiſt.* 11, 2.

MELETIUS, Μελέτιος, apologiam contra Judæos pro fide Chriſtiana adornavit. Edita eſt Leopoli, An. 1593.

MELETIUS (Joh.) ſcr. de religione vet. Boruſſorum ad G. *Sabinum*.

MELICHIUS (G.) ſtruxit armamentarium medicum vel diſpenſatorium.

MELILLUS (J. Jac.) Vigibienſis, JCtus, ſcr. de vicarii præcedentia & de ſynodo diœceſana. Venet. An. 1582.

MELINUS (Celſus) contra Longolium cauſam Romanorum agendo vehementis & ingenioſi oratoris nomen meruit. In torrente, tertio ab urbe Roma lapide, miſerè ſuffocatus eſt. Vid. *Pierius Valerian. de inf. lit. pag.* 116.

MELINUS, Sangelaſius, carminibus nomen ſuum celebre fecit. Vid. *T.2.Delit. Gall.pag.* 573.

MELIORATUS (Paulus) collegit conſilia medica.

MELISSA (Antonius) Μέλισσα. Vide, ANTONIUS.

MELISSEUS, Μελισσεὺς, ἐν Δελφικοῖς *Tzetzæ in Chil. pag.* 117. memoratur.

MELISSUS, Μέλισσος, Samius, philoſophus, Parmenidis auditor, Olympiade LXXXIV. claruit. Meminit ejus *Ariſtoteles*.

MELISSUS, Euboicus, tractavit de apibus, ſi *Servio pag.* 1147. ſtandum. *Fulgentius l.* 2. *mythol.* eum omnium phyſiologorum ſententias diſputaſſe refert. Vid. *Meurſius in Chalcid. pag.* 40.

MELISSUS (Cajus) Mecœnatis libertus, ſub Auguſto Imp. floruit & ab eodem bibliothecæ in porticu Octaviæ præfectus eſt. Ab *Ovidio, eleg. ult. Pont.* inter Comicos numeratur. Hic novum genus *Togatarum* fabularum reperit, quas Trabeatas inſcripſit, ut eſt apud *Sue[illegible] in Grammaticis*. Videatur *Glando[illegible] pag.* 392. *Nic. Heinſius part.* 3. *N.* 1. *in Ovid. pag.* 418.

MELISSUS (Helius) Grammaticus, tempore Hadriani Cæſaris claruit. Meminit ejus *Agellius l.* 18. Videatur *Glandorpius*, *pag.* 392.

MELISSUS (Paul.) Schedius, Me[illegible]chſtatenſis Francus, natus eſt An. 1539 obiit Anno 1602. Erat in eo artifici[illegible] [illegible]pandi archaiſmos non vulgare. Scitè enim & tantùm ornandi gratia, ra[illegible] & parcè priſcis uti ſolebat, doct[illegible], propriis verbis dignitatem da[illegible] [illegible] quitate, & magis admirabilem orati[illegible]em fieri & grandiorem, quibus non q[illegible]libet erat uſurus. *Nonnulli* eum latinæ linguæ Pindarum vocant. Reliquit ſched[illegible]ata poëtica. Carmina ejus ex parte leguntur *T.4.Del.Germ.pag.* 340. Vid. *Cruſius Germano-Græc.pag.* 128. 136. 138. *J. P. Lotichius part.* 3.*B.P.pag.* 124.

MELITANUS (Joh.) *Albertini* emblemata hieropolitica verſibus & proſa [illegible]ſtravit, Colon. An. 1649.

MELITO, Μελίτων, Sardenſis epiſcopus, tempore Marci Aurelii flor[illegible] pro Chriſtianis apologiam obtulit. [illegible] nonnullis liber de tranſitu B. Virg[illegible] tribuitur, qui legitur in *Bibliotheca Patrum*, *T.*6. Verùm *S. Hieronymus* librum iſtum [illegible] opera Melitonis non recen[illegible] [illegible]ni judicio liber iſte indignus eſt [illegible] tanto viro tribuatur. *Beda* ſcribit, in eo multa contineri, quæ Actis apoſt[illegible]licis repugnent. Vid. *Ph. Labbe T.*[illegible] *pag.* 86. *Olearius pag.* 513.

MELITO, de familiis Athenienſ[illegible]m commentariū compoſuit, teſte *Ha*[illegible].

MELLA (Car. Aug.) de uſucapion[illegible]us, An. 1639. commentatus eſt.

MELLEMANNUS (Alb. Frid.) Berolinenſis, natus eſt Anno 1568. Carmina ejus *Tomo* 4. *Delit. Germ. pag.* 493. illata [illegible]. Vid. *J.P. Lotichius part.* 4. *B.P.* [illegible]

MELLERSTADIUS (Mart. [illegible]) An. 1512. obiit. Edidit curſ[illegible]m phyſicum & logicum. Videatur *Biſmarcus in vit. Theol.*

de MELLES (Steph.) condidit ſyntagma philoſophiæ, An. 1669.

MELLETUS (Joh.) ſtruxit theologiam naturalem, An. 1662: item, artis conjugativæ artificium, anno eodem.

MELLINIUS (Dominicus) ſcripſit in obtrectatores veteres nominis Chriſtiani, Flor. An. 1577.

MELLINUS (Benedictus) vir optimus & omnis Rom. antiquitatis intelligentiſſimus appellatur à *Spanheimio in Numiſm.* *pag.* 405. Confer *eundem l.c. pag.* 859.

MELLIUS (Joh.) Jobum commentario illuſtrare aggreſſus eſt.

à MELO (Calp.) Hiſp. vixit Anno 1589. Exaravit comm. in Matthæum, Lucam & Apocalypſin.

à MELPHIO (Santorus) Italus, Anno 1650. claruit. Compoſuit morales comment. in ſtatuta & obſervationes ord. Minorum. Vid. *Waddingus in S. O. M.* *pag.* 314.

MELTZIUS (Lud.) Mediolanenſis, Anno 1617. obiit. Videatur *Ghilinus vol.* 2. *pag.* 177.

MELVINUS (Andr.) Scotus, carmen de antichriſto elaboravit. Extat *T.* 2. *Delit. Scot. pag.* 124.

MEMMIUS (Quintus) in oratione pro ſe allegatur à *Donato in vita Terentii.*

MEMMIUS (Iſaac) Ultrajectinus, carmina modulatus eſt. Vid. *Tomus* 3. *Delit. Belg.* *pag.* 548.

MEMMIUS (Luc.) Fremiotus, poëſi famam ſibi conciliavit. Vid. *T.* 2. *Delit. Gall. pag.* 579.

MEMMOLUS (Dec.) Arianenſis, A. 1631. floruit. Dialogum de baſilica Mariæ majoris conſtruxit.

MEMNON, Μέμνων, ſub Auguſto Imp. claruit. Scripſit hiſtoriam de rebus Heracleæ Ponticæ, quæ 16. libris conſtabat. Eos pene univerſos in compendium re...git *Photius Cod. CCXXIV.*

MEMOR in tragœdia Herculis citatur à *Fulgentio.*

MEMUS (Joh. Maria) Venetus, Annò 1553. vixit. Videatur *Ghilinus, vol.* 1. *pag.* 109.

de MENA (Diez) JCtus, collegit practicas quæſtiones recentiores.

MENA (Ferd.) fuit Philippi II. & III. medicus. Scripſit in Galeni libros de miſſione ſanguinis & purgatione, An. 1589.

Videantur *Schottus in Bibl. Hiſp. pag.* 333. *Linden, pag.* 173.

MENABENUS (Apollonius) Inſuber, de Alce, cervo Rangifero & Gulone commentari cœpit.

MENÆCHMUS, Μέναιχμος, Sicyonius, ſub Ptolemæo I. vixit & res Alexandri Magni literis conſignavit. Ejuſdem librum περὶ τεχνιτῶν & Συνταγματικὰ *Athenæus* citat.

MENÆCHMUS, mathematicus, à *Proclo* laudatur.

MENAGIUS (Ægid.) Anno 1664. claruit. Condidit Gallicas origines, teſte *Nicol. Heinſio part.* 2. *Not. in Ov. pag.* 281: item, amœnitates juris univerſi, Pariſ. Anno 1664. Extant etiam ejus poëmata Græca & latina, An. 1663. edita. *Chimentellius de Hon. Biſ. pag.* 177. vocat virum amœniſſimi ingenii politiſſimæque literaturæ.

MENAHEM (R.) Racanatenſis vel Recinenſis, An. Chr. 1290. obiit. Scripſit טעמי המצות vel rationes præceptorum Moſis. Videatur *Ganz in Zemach David*, *pag.* 143.

MENAHEM, Aben Serach, An. C. 1375. obiit. Edidit צדה לדרך, i.e. viaticum pro via: & ſæpè ab hiſtoricis allegatur. Vid. *Ganz, l.c. pag.* 146.

MENANDER, Comicus, natus eſt Olympiade CIX; obiit Olympiadis CXXI anno ultimo. Inter novæ comœdiæ ſcriptores habetur pro principe. *Menandri* verſiculum, φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαὶ, dignum judicavit *S. Paulus*, ut epiſtolæ ſuæ *I. Cor. XV*, 33. infereretur. Docuit fabulas 108. Mihi ſequentes obſervatæ ſunt, Ἀδελφοὶ, Ἁλιεὺς, Ἀνατιθεμένη, Ἀνδρία, Ἀνδρόγυνος, Ἀνεψιοὶ, Ἀνύτη, Ἀξιόγραφος, Ἀπαγγελλόμενος, Ἀῤῥηφόρος, Ἀσπὶς, Ἀφροδίσια, Αὐλητρὶς, Αὐτὸν πενθῶν, Βοιωτία, Γεωργοὶ, Δαιδαλεῖς, Δακτύλιον, Δάρδανος, Δημιουργὸς, Δίδυμαι, Δὶς ἐξαπατῶν, Δύσκολος, Ἐγχειρίδιον, Ἑαυτὸν τιμωρούμενος, Ἐμπιπραμένη, Ἐπίκληρος, Ἐπιτρέποντες, Εὐνοῦχοι, Ἐφέσιος, Ἡνίοχος, Ἥρωες, Θαῒς, Θεοφορουμένη, Θετταλικὴ, Θρασυλέων, Θησαυρὸς, Ἱπποκόμος, Ἴμβριοι, Ἱέρεια, Κανηφόρος, Καρίνη, Καρχηδόνιος, Καταψευδόμενος, Κιθαριστὴς, Κόλαξ, Κωνειαζόμεναι,

μεναι, Κεκρύφαλος, Κρὴς, κυβερνῆται, Λευκαδία, Λημνίαι, Λοκροὶ, Μέθη, Μελαγκόρμος, Μεσσηνία, Μηναγύρτης, Μισογύνης, Μισούμενος, Ναννίον, Ναύκληρος, Νομοθέτης, Ὀλυνθία, Ὁμοπάτριοι, Ὀργὴ, Παιδίον, Παλλακὴ, Παρακαταθήκη, Περινθία, Πλόκιος, Πωλούμενοι, Πράγματα, Πρώτη, πλωχὴ, Ῥαπιζομένη, Ῥοδία, Σαμία, Σικυώνιος, Συναριστῶσαι, Συνερῶσα, Συνέφηβοι, Τροφώνιος, Ὑδρεία, Ὑμνὶς, Ὑποβολιμαῖος, Φάσμα, Φιλάδελφοι, Χαλκεῖα, Χαλκηδόνιος, Χήρα, Ψευδηρακλῆς, Ψοφοδεής. Menandri & Philiſtionis σύγκρισις extat apud *Jan. Rutgerſium in Variis l. 4. c. 12.* Vid. *Thomaſius de plagio*, §. 507.

MENANDER, Epheſius, collegit acta regum apud Græcos & barbaros. Fragmentum ejus de Hiramo, Phœnicum rege, & Salomone apud *Joſephum l. 1. contra Apionem* legitur. Meminit ejusdem *Tertullianus in Apolog. c. 19.*

MENANDER, Hercaleotes, & MENANDER, Prizneus, de agricultura ſcripſerunt, teſte *Varrone 1, 1.*

MENANDER, medicus, βιόχρηστα edidit. Laudatur à *Plinio*. Vid. *Reineſius in Var. lect. 2, 1. pag. 127.*

MENANDER, Pergamenus, res Phœnicias in literas redegit. Mentio ejus apud *Clem. Alexand. l. 1. Strom.* occurrit.

MENANDER, Protector, tempore Mauricii Imp. claruit. Reliquit hiſtoriam, quam ab obitu Agathiæ exorſus eſt, teſte *Suida*. Vid. *Mart. Hanckius in Byz. Script. pag. 184.*

MENANDER, rhetor, compoſuit libellum de diviſione cauſarum in genere demonſtrativo. Eum MS. *Joh. Meurſius* habuit. A *G. J. Voſſio in oratoriis partitionibus* allegatur. Vid. *Valeſius in Euſebium pag. 28.*

MENANDER (Arrhius) JCtus, tempore Severi Imp. claruit. Texuit quatuor libros militarium. Videantur *Guido Panzirolus in JCtis. l. 1. c. 56. Bertrandus, pag. 163.*

MENAPIUS (Guilh.) encomium febris quartanæ commentus eſt.

MENARDUS, monachus, ad Jacobum de Iſenaco ſcripſit generalem & compendioſam ſacrorum librorum notitiam, quæ Norimbergæ Anno 1478. impreſſa eſt, fol.

MENARDUS (Hugo) Benedictinus monachus, confecit notas in Gregorianum de ſacramentis librum, An. 1642.

MENASSES (Rabbi) ben Iſrael. Vide, MANASSES.

MENCELIUS (Joach.) ſcr. de natura religionis orthodoxæ, An. 1620.

MENCELIUS (Ph.) quatuor libros carminum reliquit, Ingolſt. A. 1596. *Drexelius libro de Jejunio* vocat medicum æternante memoria digniſſimum.

MENCIUS (Balth.) Witebergæ docuit, An. 1604.

MENCO (Hieron.) contexuit flagellum dæmonum. Prodiit Venetiis, An. 1595. Vide, MENGUS.

MENDEZ (Alphonſus) Luſitanus, Æthiopiæ patriacha à Greg. XV. conſtitutus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 18.*

MENDEZ (Eman.) JCtus, edidit repetitionem legis, cum oportet, &c. Auguſtæ, An. 1619.

MENDEZ (Joh.) Hiſpalenſ. Anno 1640. vixit. Oeconomiam tripartitam in conjugalem, filialem & ſervilem adornavit, teſte *Alegambe, pag. 259.*

MENDO (Andr.) Lucronenſis, Anno 1668. vixit. Emiſit criſin de ſocietatis Jeſu pietate, doctrina & fructu tractatum de ordinibus militaribus, &c. & alium, de jure Academico, An. 1668.

de MENDOZA (Alf. Hojeda) ſcr. de beneficiorum compatibilitate & incompatibilitate, An. 1579.

de MENDOZA (Ferdinand.) Pincianus, de judiciis & judicibus tract. conſtruxit. Vid. *Alegambe, pag. 110.*

MENDOZA (Franc.) Olyſſiponenſ. Anno 1626. obiit. In libros & Samuelis & regum commentatus eſt, 3. tomis. Extat ejuſdem Viridarium ſacræ & profanæ eruditionis. Vid. *Alegambe, pag. 126.*

à MENDOZA (Greg. Hurtadus) Luſitanus, annotationes in evangelia totius anni, An. 1638. edi curavit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 147.*

de MENDOZA (Ildef.) Hiſp. Salmanticenſis profeſſor, quæſtiones quodlibetales, An. 1588. emiſit.

à MENDOZA (Joh.) ſcripſit de regno Chinæ, in 4.

de MENDOZA (Pet. Hurtadus) tractavit de univerſa philoſophia, An. 1624. Vid. *Alegambe, pag. 383.*

MENECLES, Μενεκλῆς, Bacaleus, reliquit hiſto-

hiſtoriam, teſte *Athenæo*. Meneclem ἐν τῷ περὶ Ἀθληνῶν *Harpocration* in ἱκανὴν-μηδον & κεραμεικὸς allegat. Vid. *Meurſius in Athenis Att. 1, 1.*

MENECLES, Alabandenſis, orator, *Straboni l. 14.* memoratur. Confer ſuprà, HIEROCLES.

MENECRATES, Μενεκράτης, Elaita, exaravit περίοδον Ἑλλησποντιακὴν, è qua *Strabo l. 12. pag. 551.* quædam in medium adfert. Idem *Strabo l. 13. pag. 621.* ejus ſcriptum περὶ κτίσεων allegat.

MENECRATES, Epheſius, carmen de re ruſtica compoſuit, quemadmodum *Varro l. 1. de re ruſt. c. 1.* refert.

MENECRATES, medicus, tempore Philippi Macedonum Regis vixit. De ejus inſolentia *Ælianus in Varia hiſt. 12, 51.* legi poterit.

MENECRATES, medicus, alius à priore, tempore Tiberii & Claudii Impp. claruit. Eum *Galenus l 5. de compoſ. med ſimpl. c. 3.* & alii allegare ſolent. Extat de eodem vetus inſcriptio apud *Hieronym. Mercurialem in Var. lect. 3, 22. pag. 186.*

MENECRATES, Nyſæus, Ariſtarchi diſcipulus, ſub Ptolemæo Evergeta II. floruit.

MENECRATES, Syracuſius, Comicus, Manectorem aut Hermionea compoſuit. Videatur *Athenæus. Stobæus* ejuſdem Σάμιον citat.

MENECRATES, Tyrius, *Zenobio in proverbiis, pag. 91.* allegatur.

MENECRATES, Xanthius, Λυκιακὰ edidit, ex quibus *Antoninus Liberalis, in Metamorph. fab. 35.* quædam adducit. Confer *Stephanum in* Ἀρτύμνησσος.

MENEDEMUS, Μενέδημος, medicus, *Dioſcoridi pag. 267.* laudatur.

MENEDEMUS, philoſophus, Olympiade CXXII. floruit. Ab hoc *Eretriaca ſecta* dicta eſt. Vid. *Diogenes Laërtius l. 2.*

MENELAUS, Μενέλαος, Anæus, peripateticus philoſophus & ſummus hiſtoricus, *Stephano ἐθνογράφῳ* allegatur.

MENELAUS, Ægeus, poëta, Thebaidem 12. libris complexus eſt, teſte *Suida.*

MENELAUS, tempore Trajani Imp. claruit. Ejus tres libros ſphæricorum *Merſennius* edi curavit.

MENENSIUS (Guilh.) medicus, edidit tres libros aurei velleris, Antv. Anno 1604. Vide, MENNENS.

MENESIUS (Garcias) Eborenſis epiſcopus, Romæ orationem habuit, qua bellum infidelibus indicendum eſſe, perſuadere voluit. Prodiit ea oratio, An. 1561. Salamanticæ. Vid. *Schottus in Bibl. Hiſp. pag. 478.*

MENESTRATUS, Μενέστρατος, ſcripſit de agricultura, teſte *Varrone 1, 2.*

MENESTRIER (Franc.) carmine celebravit Delphini natales.

MENETOR, Μενέτωρ, ἔγραψε περὶ ἀναθημάτων, teſte *Athenæo l. 13.*

MENETREIUS (Claud.) Biſuntinus, collegit 6. tabulas numiſmatum, ad religionem Dianæ Epheſiæ ſpectantium, teſte *Labbeo in bibliotheca nummaria. Rhodius de Acia pag. 40.* vocat verum antiquitatis condum.

MENGERINGUS (Arnold.) Halenſis, natus eſt An. 1596. obiit An. 1647. Edidit inter alia Tobiam conſcientioſum: item, ſcrutinium conſcientiæ catecheticum. Vid. *Henning. Witte in Theolog: pag. 648.*

MENGINUS (Dominicus) emiſit enchiridion precum, Colon. An. 1628. Vid. *Alegambe, pag. 93.*

MENGOLIUS (Pet.) Bononienſis, Anno 1655. floruit. Struxit geometriam ſpecioſam: arithmeticam realem: planimetriam, &c. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 98.*

MENGUS (Hieron.) Vitellianenſis, ſcripſit de exorciſmis dæmonum, Venet. Anno 1587. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 172.*

MENGWEIN (Theod.) JCtus, reliquit juriſprudentiæ ichnographiam.

MENILIUS (Bapt.) An. 1569. obiit. Vid. *Thuanus l. 46.*

MENILLIUS (Sim. Oliv.) compoſuit ſilvas, An. 1642.

MENINUS (Oct.) JCtus, ſcripſit de potentia Rom. curiæ minuenda.

MENIOT (Ant.) medicus, edidit diſſertationes pathologicas, An. 1660.

MENIPPUS, Pergamenus, geographus, περίπλουν τῆς ἔσω θαλάσσης exaravit, teſte *Stephano*. Fortaſſis idem eſt, qui de ſtadiis ſcripſit & allegatur à *Conſt. Porphyrogenn. lib. de Themat. pag. 11. & 102.*

MENIPPUS, Μένιππος, Stratonicenſis, diſertiſſimus ſui temporis orator *Ciceroni* dicitur *in Bruto*. *Strabo l. 14. pag. 660.* hunc Menippum *Catocam* vocatum fuiſſe tradit.

MENIPPUS, Phœnix, Cynicus philoſophus fuiſſe traditur. *Strabo l. 16. pag. 759.* Gadarenſem facit & σπουδογέλοιον vocat. Libri ejus riſu pleni erant: hinc ſcripta χλευαστικὰ & σκωπτικὰ *Menippea* dici ſolent. Vid. *Laertius, l. 4. pag. 429.* & *Gatakerus in Antonin. pag. 252.*

MENIUS (Juſtus) Fuldenſis, An. 1558. obiit. In Samuelem & Acta apoſtolorum commentatus eſt.

MENIUS (Nicol.) pugnavit pro omnipræſentia carnis Chriſti, in Marchia.

MENIUS Rufus, medicus, citatur à *Galeno*.

MENLIUS (Jacob.) ſcripſit de majorum Maximiliani II. Imp. vita functorum monumentis, Aug. An. 1592.

MENNENIUS (Franc.) Antv. natus eſt Anno 1582. Edidit origines ordinum equeſtrium, Anno 1623. Vid. *Sweertius, pag. 246.*

MENNENS (Guilh.) Antverp. natus eſt Anno 1525: obiit Anno 1608. Condidit tres libros ſacræ philoſophiæ, naturæ & artis admirabilium, teſte *Sweertio, pag. 315.* Vide, MENENSIUS.

MENOCHIUS (Jac.) JCtus, Anno 1607. obiit. Patavii Cæſareum jus & pontificium feliciter interpretatus eſt. Tandem inter regios Mediolanenſium ſenatores relatus, imo præſes & conſiliarius regius factus eſt. Collegit 13. tomos conſiliorum: item, tres tomos de præſumtionibus, conjecturis, ſignis & indiciis, &c. Videantur *Guido Panzirolus in JCtis 2, 194. Ghilinus, vol. 1. pag. 73.*

MENOCHIUS (Joh. Steph.) Mediolanenſis, theologus, Anno 1656. obiit. Reliquit opus de rep Hebræorum: tres libros hieropoliticon ſive inſtitutionis politicæ è S. Scripturâ depromtæ: inſtitutionem œconomicam: notas in univerſa Biblia, &c. Videatur *Alegambe, pag. 274. Leo Allatius in Ap. Urb. pag. 165.*

MENODOTUS, Μηνόδοτος, Nicomedienſis, à *Laërtio in Timone, pa*[illegible]*4.* allegatur.

MENODOTUS, Samius, ſcripſit περὶ τῶν κατὰ Σάμον ἐνδόξων, i. e. de viris excellentibus in Samo: item, de iis, quæ pertinent ad templum Junonis Samiæ. Vid. *Athenæus l. 14. & 15.* Confer *Jon*[illegible] *de S. H. Ph. pag. 339.*

MENOPHANES, Μηνοφάνης, ἀρχαῖος καὶ οὐκ ἀκαταφρόνητος ſcriptor vocatur à *Photio, Cod. CLXXVI.*

MENOTUS (Mich.) Franciſcanus famoſus, conciones de paſſione Chriſti Pariſ. emiſit, Anno 1525. Vid. *Rivetus Tom. 2. Oper. pag. 329. 939.*

MENSINGA (Joh.) edidit Gron[illegible]gam triumphantem, An. 1673.

MENSSIK (Jac.) JCtus, libro de [illegible]ribus limitum, Pragæ edito, nomen [illegible] conſecravit.

MENTELIUS (Jac.) patricius Caſtro-Theodoricenſis, phyſicus Pariſienſis, emiſit parænesin de vera typ[illegible] origine, Pariſ. An. 1650. in 4. Vid. *Placcius, pag. 266.*

MENTIUS (Georg.) de arte pa[illegible] duo volumina vulgavit, Colon. Anno 1674.

MENTZELIUS (Chriſt.) ſcripſit [illegible] lapide Bononienſi, An. 1675.

MENTZELIUS (Joh.) theologus, Anno 1590. obiit.

MENTZERUS (Balth.) Allendorfenſis, magni nominis Theologus, A[illegible]565. natus eſt: obiit Anno 1627. [illegible] laudavit *Meno Hanneken*. [illegible] exegeſin Auguſt. Confeſſion[illegible] anti-Crocium: antiSteinium: anti[illegible]orium, &c. Videantur *Spitzelius in Templo Hon. pag. 68. Henning. Witte in Theolog. pag. 224.*

MENZINGERUS (Conr.) ſcripſ. de naturali memoria conſervanda.

MENTZIUS (Balth.) Nimece[illegible], Anno 1604. ſyntagma epitaphiorum & rerum Witebergenſium contexuit. Vide, MENCIUS.

MEOSSENUS, *Honorato Fabro in Euphyandro 3, 10.* celebratus.

de MEPPIS (Joh.) de conceptione [illegible]culatæ Virginis, A. 1495. commentatus eſt.

MERBITZIUS (Joh. Val.) fecit librum de varietate faciei humanæ, Anno 1676. in 4.

MER-

MERCADANTES, Bononienſis, Anno 1309. floruit.

MERCADO (Pet.) Hiſp. tractavit de febrium differentiis, cauſis, ſignis & remediis, An. 1583.

MERCATOR (Gerhardus) Flander, natus eſt An. 1512: denatus An. 1594. ætatis 82. Habitus eſt geographorum ſui temporis princeps. Geographiam Ptolemæi ferè reſtituit, nec non Atlantem compoſuit, quo univerſi orbis tabulas complexus eſt. Inclinata ætate (Inquit *Thuanus l. 109.*) ad theologica ſtudia animum adjecit & harmoniam evangelicam conſcripſit: cum chronologiam anteà ſcripſiſſet ad Solis & Lunæ curſum exactiſſimè putatam, quam *Onuphr. Panvinius*, acerrimus harum rerum judex, tanti fecit, ut omnibus ab aliis ubicunque editis præferre non dubitaverit. Vid. *Sweertius, pag. 285.*

MERCATOR (Marius) tempore S. Auguſtini, An. 430. vixit. Multum occupatus fuit contra Pelagium, Cœleſtium & Julianum: & quædam Cyrilli, Neſtorii, Theodori & Theodoreti è Græco in latinum tranſtulit.

MERCATOR (Nicol.) Holſatus, è ſocietate Regia, An. 1676. claruit. Edidit 2. libros inſtitutionum aſtronomicarum, *in* 8: item, Logarithmotechnicam, An. 1668. in 4.

MERCATUS (Lud.) Philippi II. & III. Regum Hiſp. medicus & profeſſor Valliſoletanus, An. 1604. claruit. Opera ejus omnia in 4. tomos digeſta, Francof. An. 1608. fol. prodierunt. Vid. *Schottus in B.H. pag. 328. Linden, pag. 436.*

MERCATUS (Mich.) protonotarius apoſtolicus, fertur theatrum metallicum elucubraſſe. An prodierit, non conſtat.

MERCATUS (Thomas) An. 1576. claruit. Reliquit tract. de contractibus.

MERCENARIUS (Archang.) à monte ſancto, edidit dilucidationes in complura Ariſtotelis loca obſcuriora, Anno 1574.

MERCERIUS (Guilh.) natus eſt An. 1572: obiit An. 1639. In 3. partem Thomæ, An. 1630. fol. commentatus eſt.

MERCERIUS (Joh.) JCtus, collegit 11. libros opinionum & obſervationum, An. 1598.

MERCERIUS (Nicol.) ſcr. de epigrammate, An. 1653.

MERCERUS (Joh.) Uticenſis, JCtus & philologus percelebris, An. 1570. obiit. *Franciſco Vatablo* in cathedra Pariſ. ſucceſſit. Geneſin, Jobum, Salomonem & ſex minores priores prophetas eruditiſſimis commentariis illuſtravit: *Pagnini* quoque theſaurum recognovit variiſque annotationibus locupletavit. Videantur *Thuanus l. 47. Colomeſius in O. O. pag. 47.*

MERCERUS (Joſias) Johannis filius, notas in Tacitum confecit. Vid. *Caſaubonus in Spartianum pag. 70. Barthius in Claudian. pag. 1244.* vocat virum acutiſſimum & eruditiſſimum.

MERCERUS (Saul.) Auguſtanus, condidit Virgilium Proteum, qui impreſſus eſt Helmſt. Anno 1600. ſtudio & opera *Henr. Meibomii.*

MERCHAN (Pet.) Hiſp. Lexicon hebraicum concinnaſſe dicitur. Vid. *Alegambe, pag. 387.*

MERCHISTONIUS (Baron.) arcana ſupputationis arithmeticæ, Lugd. Anno 1650. publicavit.

MERCK (Jac.) chronicon epiſcoporum Conſtantienſium conſtruxit.

MERCKELIUS (Joh.) obſidionem Magdeburgenſem Anno 1550. literis mandavit.

MERCKIUS (Joh. Conr.) compoſuit Caſtellum latini ſermonis, An. 1646.

MERCORIUS (Juſtus) baſin moralis Theologiæ, Anno 1663. imprimendam dedit.

MERCURIALIS (Hieron.) Forolivienſis, Anno 1604. obiit. Patavii, Bononiæ & Piſis medicinam profeſſus eſt. Edidit Gymnaſticam: varias lectiones: tract. de ponderibus antiquorum: praxin medicinalem: conſilia medica in 3. volumina diſtributa, &c. Mortuum Forolivienſes cives ſtatua honorarunt. Poſt mortem 120. aureorum millia reliquiſſe dicitur. Videantur *Nicius Erythr. part. 1. Pinacotb. pag. 150. Thomaſinus part. 1. Elog. pag. 155. Ghil. vol. 1. pag. 123.*

MERCURIANUS (Everh.) Luxemburgenſ. Anno 1580. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 106.*

de MERCURIIS (Scipio) exaravit ſcholia in lectiones *Joh. Zecchii* in 1. ſecti-

ſectionem aphoriſmorum Hippocratis, An. 1586.

MERCURIUS Triſmegiſtus. Vide, HERMES.

MERENDA (Ant.) edidit controverſias juris, Anno 1626. item, libr. de cambio nundinali.

MERENDA (Joh. Pet.) tractavit de ratione evacuandi.

MERENDA (Paulus) JCtus, collegit conſilia.

MERGILETUS (Andr.) Francus, theologus & poeta, Anno 1603. floruit. Sententias quaſdam inſignes Patrum eccleſiaſticorum verſibus elegiacis incluſit. Videatur *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 193.*

MERIANUS (Matth.) theatrû Europæum adornavit. De eo ita *Anonymus*: Primus & 2. tomi ſatis boni propter acta publica: reliqui deteriores: quintus omnium deterrimus, éque ſolis novellarum ſchedis compilatus.

MERIGONUS (Joh. Bertr.) Anno 1630. claruit. Grammaticam Græcam Clenardi aliquot acceſſionibus locupletavit. Græcam & Hebr. linguam Pariſiis docuit, teſte *Colomeſio, pag. 175.*

MERILLIUS (Edmundus) Gallus, JCtus, paſſionem Chriſti notis illuſtravit. Extant ejuſdem notæ in 4. libros inſtitutionum.

MERINDOLUS (Joh.) ſcr. de calido & humido, An. 1615.

MERINERUS (Joh.) Madritenſis, Anno 1629. claruit. In dialecticam Ariſtotelis juxta mentem *Scoti* commentatus eſt Videatur *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 215.*

MERINUS (Did.) Hurunnuellenſis, tractavit de morbis internis, Anno 1575. fol.

MERLETTUS (Joh.) edidit varia opuſcula medica, Pariſ. An. 1659.

MERLINGERUS (Barth.) Auguſtanus, ſcr. de morbis infantum.

MERLINUS (Ambroſ.) compoſuit vaticinia.

MERLINUS (Joh. Raim.) An. 1552. claruit Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 16.*

MERLINUS (Mercurius) JCtus, ſcripſit de legitima: item, de pignoribus, Anno 1626.

MERLINUS (Pet.) Gallus, in Jobi hiſtoriam commentari cœpit, An. 1599.

MERMANNUS (Arn.) Aloſtanus, ſcr. de quatuor plauſtris hæreticarum fabularum: de rogationibus: de peregrinationibus: de hymnis. Confer *Ghilinum, vol. 2. pag. 30.* Vide ſuprà, MEERMANNUS.

MERMANNUS (Thom.) edidit conſultationes medicas, Ingolſtad. An. 1676. fol.

MEROBAUDES, rhetor, allegatur à *Boëthio in Cic. Topic. pag. 614. 641.*

MEROBAUDES, Hiſpanus, ſtruxit carmen Chriſto. Quando vixerit, nondum conſtat.

MEROLLA (Franc.) diſp. in theologiam moralem, Neap. An. 1631. edi fecit.

MERONUS (P. Joſ.) in Pſ. 145. commentatus eſt, An. 1615.

MERRETTUS (Chr.) adornavit pinacem rerum naturalium botanicarum, Lond. An. 1667. Confer, NERUS.

MERSSÆUS (Pet.) Cratæpolius, comp. annales epiſcoporum Treuirentium. Vide, CRATÆPOLIUS.

de MERSENNE (Pet.) edidit brevem deſtructionem reſponſionis *Joh. Riolani* ad experimenta anatomica Joh. Pecqueti, An. 1654. Vid. *Placcius, pag. 211.*

MERSENNUS (Marinus) Cenomanenſ. An. 1648. ætatis 60. obiit. Scripſit in Geneſin: contra atheos: libros harmonicorum: cogitata phyſicomathematica, &c. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 270.*

MERULA (Gaudent.) collegit antiquitates Galliæ Ciſalpinæ, Anno 1538. Vid. *Hieronymus Magius l. 3. miſcell. cap. 5.*

MERULA (Georg.) Alexandrinus, philologus, An. 1494. obiit. Erat vir doctiſſimus, ſed maledicus & qui cenſuram in doctiſſimorum virorum, *Galeotti, Calderini & Politiani,* ſcripta exercere haud erubuit. Quadraginta amplius annis cùm Venetiis tùm Mediolani juventutem docuit. Reliquit libros annotationum. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 161.* G. Merulam Alexandrinum eſſe ſcio, an Græcus fuerit, neſcio: vir in reddendis Græcis ſplendidus & elegans, ut cum veteribus multis conferri queat. Vid. *Jovius in elog. num. 37. Ghilinus vol. 1. pag. 77.*

MERULA (Ang.) condidit hiſtoriam Tragicam, An. 1604.

MERULA (Barth.) Auſonii epigrammata cum præfat.edidit, An.1496.
MERULA (Paul.) Dordrechtanus, JCtus & hiſtoricus, An.1607. obiit. Hiſtoriam Romanam Lugduni Batavor. profeſſus eſt *Lipſii* ſucceſſor factus. Condidit Coſmographiam. Vid. *Sweertius pag.* 593. *Meurſius in Ath. Bat. pag.* 159. *Voſſius de mathem. pag.* 262. *Ghilinus vol.* 1. *pag.* 209.
MERUS (Paſq.) Germanus apoſtolicus, ſcr. de mirifica DEI virtute & operibus: item, paraphraſin Pſalm. An.1513.
de MERY (Ant.) edidit periochen 7. priorum librorum methodi Galeni, Pariſ. Anno 1534.
MERZIUS (Mart.) vitam S. Norberti calamo expreſſit, An.1628.
de MESA (Ferd Arias) 3. libros reſolutionum, Genev. An. 1658. emiſit.
MESCHINUS (Gotwaldus) Halopotamus, tabulam novam Harmoniæ evang. compoſuit.
MESHOVIUS (Andr.) hiſtoriam anabaptiſticam conſcripſit, Colon. Anno 1617.
MESOMEDES, Μεσομήδης, Cretenſis, lyricus, tempore Hadriani Imp. claruit. Antinoum, Cæſaris delicias, carmine celebravit. Verſus quoſdam anacreonticos Meſomedis *Claudius Salmaſius in Not.* ad *hiſt. Aug. ſcript. pag.* 69. reſtituit & *ſeq. pagina* ejuſdem ænigma ἀναλυσιν in medium adducit. Vid. *Meurſius in Creta, pag.* 242. Epigramma Meſomedis etiam in *Anthol. l.* 4. *c.* 32. occurrit.
MESQUITA (Mart.) Luſitanus, canonicas & civiles leges paraphraſi metrica expoſuit.
de MESSA (Did. Lopez) Anno 1615. obiit. Adornavit menſam ſpiritualium ciborum. Vid. *Alegambe, pag.* 91.
MASSALINUS (Walo) ſcripſit diſſertationem de epiſcopis & presbyteris adv. *Dion. Petavium*, An.1641. Sub hoc nomine *Claud. Salmaſius* latere voluit.
MESSALLA (Valer.) tempore Auguſti Imp. claruit. *Senecæ* judicio (*controverſ.* 12. *pag.* 116.) vir exactiſſimi Ingenii in omnes ſtudiorum partes & latini ſermonis diligentiſſimus æſtimatus eſt. Biennio antè mortem omnium planè, etiam nominis proprii oblitus dicitur, teſte *Plinio* 7, 24. Struxit amatoria, teſte *Plinio jun. l.* 5. *epiſt.* item, libros de auſpiciis, ex quibus *Agellius l.* 13. *c.* 14. quædam affert. Præterea ſenex de familiis Rom. libellum edidiſſe fertur. Extat hodiè ſub Meſſallæ nomine libellus de progenie Auguſti Cæſ. quem tamen fictitium & ſuppoſititium eſſe ſagaciores pronunciant. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag.* 103. *Glandorpius pag.* 865. *Hanckius part.* 1. *de S.R.R. pag.* 49.
de MESSANA (Franc.) monachus Hieronymianus, in Zachariam & reliquos undecim minores prophetas commentatus eſt, Anno 1597. Emiſit etiam difficilia loca S Hieronymi, Madriti, Anno 1593.
MESSENIUS (Joh.) Suecus, regnante Chriſtina, conjurationis una cum filio reus factus & publico ſupplicio affectus eſt. Edidit theatrum Suecanæ nobilitatis, Anno 1610; item, tumbas vel inſcriptiones ſepulcrales, Anno 1611. Vid. *Zeillerus part.* 2. *hiſt. pag.* 210. *Schefferus in Upſal. pag.* 261. 403.
MESSIAS (Pet.) Caroli V. hiſtoriographus, ſilvam variæ lectionis compoſuit. Confer *Ghilinum vol.* 1. *pag.* 196. Vide, MEXIAS.
MESSIER (Rob.) ord. minorum monachus, ſermones quadrageſimales habuit, qui prodierunt Pariſ. A.1531.
de MESSINA (Fr.) Vide, MESSANA.
MESSINGHAMUS (Thomas) exaravit vitas & acta ſanctorum Hiberniæ, Pariſ. Anno 1624. Vid. *Mareſius T.* 2. *contra Tirinum, pag.* 946.
MESSINUS ſcripſit de motu locali.
MESSIUS Ruſticus, JCtus, tempore Hadriani Imp. claruit. Vid. *Guido Panzirolus in JCt.* 1, 2.
MESSIUS (Aruſianus) elocutionis libellum excerpſit è Virgilio. Vid. *Glandorpius, pag.* 122.
MESTERTIUS (Jac.) JCtus, tractavit de juſtitia Romanarum legum, Anno 1634.
MESTREUS (Mart.) Gallus, vir Græcè doctus, An.1608. claruit. Ignatii epiſtolas latinè tranſtulit.
MESTREZATIUS (Joh.) ſcripſit ſermones in epiſt. ad Hebræos 4. voluminibus.
MESUE (Joh.) ſenior, Anno Chriſti 826. mortuus eſt. Vid. *Hottingerus in bibliotb. quadrip. pag.* 246.

MESVE (Johannes) Damaſcenus, fide Neſtorianus, profeſſione medicus, Anno 1028. obiit, teſte *Hottingero in bibl. quadripart. pag.261.* Reliq. 2. libros Arabicè ſcriptos. Prior continet canones univerſales: poſterior agit de ſimplicibus. Ante ſeſquiſeculum quidam magni nominis medici eum ſuum evangeliſtam dicere auſi ſunt. Verum libros ejus obſcuritate laborare & non paucos continere errores, oſtendit *Job. Manardus in epiſt. 1, 1.* ubi inter alia ait, nec bonum eſſe Galeniſtam nec medicum bonum. Vid. *Voſſius de philoſoph. cap. 14. pag. 111.*

METAGENES, Μεταγένης, Athenienſis, Comicus, fabulas docuit, quarum nomina erant Αὖραι, Θουριοπέρσαι, Μαμμάκυθος, Ὅμηρος ἢ ἀσκηταί, Φιλοθύτης. Vid. *Suidas.*

METAPHRASTES, Μεταφράστης. Vide, SIMEON.

METELLUS, Tegerſeenſis monachus, tempore Friderici Barbaroſſæ Imp. claruit. Condidit vitam S. Quirini carmine lyrico, quod habetur *Tom. 1. Antiq. lection. Caniſii.* Vid. *Olearius in Abaco pag. 314.*

METELLUS (Joh. Matalius) tabulas Europæ, An. 1600. publicari juſſit.

METERANUS (Eman.) Antverp. natus eſt Anno 1535: obiit Anno 1612. A quibuſdam *Emanuel Demetrius* vocatur. Extat ejus hiſtoria Belgica. Vid. *Sweertius pag. 227. Zeillerus part. 2. pag. 98.*

METEZELIUS (Paul.) tractavit de S. ſacerdotio, Pariſ. An. 1631.

METHODIUS, Μεθόδιος, Conſtantinopolitanus patriarcha, vitam Dionyſii Areopagitæ in literas miſit, teſte *Anaſtaſio.*

METHODIUS, Tyri epiſcopus & martyr, tertio ſeculo floruit. *S. Hieronymus* ſub Diocletiano paſſum aſſerit. Adornavit librum contra Porphyrium: item, commentarium in Geneſin, Canticum & Apocalypſin. Opera ejus omnia, curante *Fr. Combeſio,* Pariſ. Anno 1644. fol. prodierunt. Circumfertur etiam libellus revelationum ſub nomine Methodii, qui ſuppoſititius cenſetur. *Epiphanius* eum *Eubulium* appellat. Vid. *Ph. Labbe Tom. 2. diſſert. pag. 87. Rivetus Tom. 2. Oper. pag. 1099. Hallervord. in B. C. p. 271.*

METHODIUS, teſte *Naudæo in B. P. pag. 70.* de ortu & occaſu Imp. Romani eleganti libello ſapienter admodum diſſeruit.

METIUS (Adrianus) Alcmarianus, Anno 1620. in academia Franeckerana matheſin docuit. Edidit ſex libros geometriæ & unum de trigonometria: nec non alium de uſu circini & regulæ proportionalis. Fratrem habuit *Jac. Metium,* qui teleſcopium Batavum reperiit. Vid. *Sweertius pag. 100.*

METKERCHUS (Adolf.) Brugenſis, JCtus, Anno 1591. obiit. *Thuanus l. 100.* virum literis egregiè inſtructum appellat. Scripſit tractatum de vera pronunciatione linguæ Græcæ. Carmina ejus leguntur *T. 3. Delit. Belg. pag. 543.* Vid. *Sweertius, pag. 92.*

METON, Μέτων, Athenienſis, celebris aſtrologus, Olympiade LXXXVI. floruit. Is circulum decemnovennalem excogitavit, quem aureum numerum vocare ſolemus. Eſt autem hæc ἐννεακαιδεκαετηρὶς dierum ſolidorum 6940. Vulgò *annum magnum Metonis* nuncupant. Vid. *Cenſorinus de natali c. 18. Ælianus in var. hiſt. 10, 7. Tzetz. in Chil. pag. 194. 226.* Inſcripſit autem columnæ τὰς ἡλίου τροπάς. Aquiliciis & aquarum librationibus nobilem quoque fuiſſe Metonem multi affirmant. Confer *Scaligerum in l. 4. Manil. Aldum Manut. in quæſit. per epiſt. l. 1. c. 6.*

METOCHITA (Theodorus) Μετοχίτης, magnus Logotheta, Anno 1332. obiit. In phyſicam Ariſtotelis commentatus eſt. Comment. iſtum *Gentianus Hervetus* latinè tranſtulit. Vide, THEODORUS.

METOPUS, Μέτωπος, Metapontinus, Pythagoricus philoſophus, à *Stobæo ſerm. 1. pag. 7.* allegatur.

METOSCITA (Pet.) Cyprius, Anno 1625. obiit. Edidit inſtitutiones linguæ Arabicæ. Vid. *Alegambe, pag. 387.*

METROCLES, Μητροκλῆς, ἐν ταῖς χρείαις allegatur à *Laërtio in Diogene, l. 6. p. 385.*

METRODORUS, Μητρόδωρος, Athenienſis, erat Epicuri diſcipulus. Scripta ejus *Diogenes Laërt. lib. 10. pag. 722.* enumerat. Confer *Jonſium in Scr. hiſt. Ph. 1, 20. pag. 108.*

METRODORUS, Chius, Democriti diſcipulus

ſcipulus, tempore Artaxerxis Mnemonis floruit. Philoſophus & medicus fuit multaque ad artem ſuam pertinentia compoſuit. *Athenæus* ei Τεωικὰ quoque tribuit.

METRODORUS, Figeticus, à *Lutatio Placido in 3. Theb. Papinii* allegatur. *Voſſius* Periegeticum vocatum autumat. Vide *Maucrot, pag. 92.*

METRODORUS, Sceptius, *Plinio 3, 16.* memoratur. Libros ejus περὶ ἀλειπτικῆς *Athenæus l. 12.* citat.

METROPAGITA (Petrus) edidit commentar. in Pſalm. 11. & 109. Pragæ, An. 1591.

METROPHANES, Μητροφάνης, *Photio cod. CXLVI.* laudatur.

METROPHANES, Phryx, ſophiſta, præter comm. in Hermogenem & Ariſtidem, item volumen de ſtatibus ac ideis, ſcripſit quoq; libros duos de Phrygia, teſte *Suida.*

METROPHANES, Smyrnæus. A.C. 869. vixit & res à Photio geſtas brevi hiſtoria perſtrinxit. Vid. *Mart. Hanckius in Byzant. Script. pag. 263.*

METROPHANES Critopulus, Berrhœâ Macedo, à *Cyrillo Lucari*, Conſtantinopolitano patriarcha, in Angliam & Germaniam miſſus eſt, ut in eccleſiæ Chriſtianæ doctrinam paſſim inquireret. Vixit Tubingæ, Helmſtadii, Altdorfii, &c. & paſſim viris literatis innotuit. Tandem patriarchatu Alexandrino potitus eſt. Scriptam reliquit Confeſſionem eccleſiæ orientalis ſtilo puro & elegante, quam *Joh. Hornejus*, Anno 1661. latinè tranſtulit. Vid. *Eraſmus Smidius in N.T. pag. 900.*

METZGER (J. C.) JCtus, ſcripſit miſcellanea.

METZGERUS (Joſeph.) JCtus, edidit Panaceam juris, An. 1673.

METZGERUS (Th.) JCtus, collegit conſilia criminalia, An. 1618.

METZLERUS (Thom.) tractavit de conſolatione ſtauroſophiæ, A. 1650. Extant quoque ejus 4. libri epigrammatum ſacrorum, Friburgi editi, Anno eodem.

METZNERUS, (Laur.) Luneburgenſis, natus eſt An. 1571: obiit Anno 1629. Hafniæ jura profeſſus eſt. Scripſit de adulterio & ſtupro: de rerum diviſione: de ſponſalibus: de nuptiis: de jurisdictione regentium & civili: de injuriis & famoſis libellis. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 97. Vindingius, pag. 221.*

METTINGERUS (Joh.) Anno 1625. vixit. Reliquit harmoniam utriusque Teſtamenti.

MEVIUS (Dav.) natus eſt A. 1609: obiit A. 1670. Emiſit Tacitum politicum reſolutum: item, comm. in jus Lubecenſe, An. 1664. Vid. *Witte, in JCtis, pag. 495.*

MEVIUS (Sam.) JCtus, condidit ſpeculum calumniatorum.

van der MEULEN (Gerh.) ſcripſit de veritate religionis reformatæ, Lugd. Anno 1667.

MEURER (Noë) JCtus, tractavit de jure venandi & piſcandi.

MEURERUS (Wolf.) compoſ. comm. meteorolog. Lipſ. An. 1592.

MEURISSE (Mart.) confecit 3. libros rerum metaphyſicarum, Pariſ. An. 1623.

MEURSIUS (Joh.) Losdunô Batavus, philologus eximius, natus eſt Anno 1579: obiit, Anno 1639. Primò Lugduni literas elegantiores docere cœpit. Inde Soram migravit & regius hiſtoriographus factus eſt. *Græcos autores* plurimos edidit, quos aut latinè vertit aut notis eruditis illuſtravit, ut Alypium, Ariſtoxenum, Antigonum Caryſtium, Apollonium Alex. Conſtantinum Porphyrogennetam, Conſt. Manaſſem, Codinum, Euſebium in Cant. Heſychium Mileſium, Lycophronem, Leonem Imp. Methodium, Nicomachum, Palladium, Philoſtratum, Polychronium & Pſellum in Cant. Procopium Gazæum, Phlegontem Trallianum, Theodorum Metochitam, Theophylactum, Theocritum, &c. De *Athenienſium* rebus imprimis benè mereri voluit, edendo Regnum Atticum, Archontes Athen. Fortunam Atticam, Cecropiam, Areopagum, Populos Atticos, Athenas Atticas, Piſiſtratum, Solonem, Eleuſinia, Panathenæa, Græciam feriatam, &c. Adhæc *Lat. autores*, ut Arnobium, Apulejum, Catonem, Macrobium, Phædrum, Plautum, &c. annotationibus doctiſſimis meliores reddidit. *Extant* inſuper ejus Lexicon Græcobarbarum, Orcheſtra, Græcia ludibunda, Miſcellanea Laconica, libri de puerperio & funere, tractat. de luxu Romanorum, Guilh. Auriacus, Ferdinandus Albanus, Hiſtoria Danica, &c. ſcripta certè digniſſima

ſima, ut de novo recudantur & in certos tomos diſtribuantur. *Epitaphium* el Soræ è lapidea columna tale ſuſpenſum eſt: Aſpice heic Johannem Meurſium, nec majora quære elogia; teſtantur viri ſcripta, quod majus hoc nomine nihil habuerit Sora. Sic *Cl.Billbergius* me docuit. Præclarè de eo *Imperialis in Muſeo, pag. 204.* Unus hic verendus antiquitatis arbiter ac deliteſcentium ejus ſcriptorum indagator & heluo plura ex Græcis revocavit in lucem latineque reddidit, quàm alii centenis retrò annis præſtitiſſe dicantur. Plura de Meurſio apud *Swertium in Belg. Ath. pag. 448. Jonſium in S.H.Ph.3,20. pag. 313. Bartholinum in Danis pag. 76. Henning. Witte in philoſophis pag. 478.* in venies.

MEURSIUS (Joh.) Johannis filius, Danus, Anno 1640. claruit. Edidit librum ſingularem de coronis: obſervationes politicas: arboretum ſacrum: librum de tibiis veterum, &c.

à MEUSBACH (J.) tractavit de Aulico.

MEUSCHIUS (Theob.) edidit Anno 1604. harmoniam evangelicam: Anno 1612. ſyſtema chronologicum Vet. Teſtamenti.

MEXIAS (Pet.) compoſuit ſilvam variarum lectionum. Vid. *Schotti Bibl. Hiſp. pag. 457.* Vide, MESSIAS.

de MEY (Joh.) phyſiologiam ſacram 4. partibus complexus eſt, Venet. Anno 1602. Videatur *Borremanſius de poët. pag. 72.*

MEYCHEL (Joh.) conſtruxit myrothecium, Monachii, An. 1623.

de MEYEN (Joh.) Bergizomius, congeſſit notas variorum in Virgilium, Anno 1576.

MEYER (Dan.) edidit architecturam, An. 1659.

MEYER (Gerh.) collegit bibliothecam theologicam, An. 1660.

MEYER (Joh. Frid.) Vide, MAYER.

MEYERE (Hieron.) Antverp. An. 1646. obiit. Extremam cœnationem Domini JeſuChriſti carmine Jambico expreſſit. Videatur *Waddingus in S. O. M. pag. 173.*

MEYERUS (Ant.) Ulleteranus, An. 1597. obiit. Paræneſin Iſocratis ad Demonicum, Nili Gnomas, &c. latinis verſibus reddidit. Comites Flandriæ heroico carmine celebravit. Extant & ejus epigrammata. Vid. *Swertius, pag. 135.*

MEYERUS (Jac.) Baliolanus, natus eſt An. 1491: obiit An. 1552. Condidit 17. libros annalium rerum Flandricarum: item, Philippeidem: notas in nonnulla Prudentii. Vid. *Swertius pag. 367. Zeilerus part. 1. hiſt. pag. 96.*

MEYERUS (Phil.) Atrebas, An. 1613. claruit. Res in Belgio geſtas, An. 1613. deſcribere aggreſſus eſt. Compoſuit etiam 8. libros elegiarum: vitam Mahometis carmine: item, Valeſium & Phaëthontem, tragœdias. Videatur *Swertius, pag. 644.*

MEYERUS (Sebaſt.) adornavit ſyllogen ſelectorum phyſicorum, medicinalium & politicorum, An. 1617. Adhæc commentatus eſt in utramq; ad Corinthios.

MEYFARTUS (Joh. Matth.) Vide, MAYFARTUS.

MEYER (Herm.) JCtus, ſcripſit de teſtamentariis ſucceſſionibus, An. 1608: item, de præferentiis creditorum, Anno. 1607.

MEYSONNIERIUS (Laz.) Matiſconenſis, medicus, reliquit paræneticam velitationem de abditis epidemiorum cauſis, An. 1644.

MEZAMICUS (Cæſ.) inter viros doctos refertur. Vid. *Greg. Letus in Ital. reg. pag. 170.*

MEZERIACUS (Cl. Bachetus) Anno 1620. claruit. Condidit lib. de Æſopo & ejus fabulis. Paravit etiam comment. in Apollodorum. Vid. *Sarrav. in Epiſtolis.*

MICALIA (Jac.) edidit dictionarium Illyricum, Laureti, An. 1649.

MICANUS (Steph.) Leopolienſ. dialecticam & rhetoricam ſtruxit. Vid. *Starovolſcius, pag. 55.*

MICHAEL, Μιχαὴλ, Acominatus, Choniates, Athenarum archiepiſcopus, An. 1206. claruit. Reliquit monodiam de vita Nicetæ Choniatæ fratris. Vid. *Hanckius in Byz. Scr. pag. 539.*

MICHAEL, Epheſius, in 4. libros Ariſtotelis de partibus animalium commentatus eſt. Eum *Dominicus Montbeſaurus* latinè tranſtulit, An. 1559.

MICHAEL, monachus, encomium Ignatii, pa-

tii patriarchæ Conſtātinopolitani compoſuit. Vid *Hanckius in Byz.Scr.pag.676.*

S. MICHAELE (Ant.) Gallus, An. 1625. vixit. Edidit catecheſin theolog. in Apocalypſin.

S. MICHAELE (Caſp.) Indus orientalis, conſcripſit duos libros Indicé de rebus fidei Chriſtianæ. Vid. *Waddingus in S.O.M.pag. 144.*

MICHAEL (Greg.) lib. de vexillis, Anno 1670. in lucem exire juſſit.

MICHAEL (Henr.) collegit reſponſa juris Kilonienſium, An. 1675. in 4.

MICHAEL (M.Ant.) Venetus, An. 1516. floruit. Reliquit hiſtoriam urbis & agri Bergomatis, An. 1532.

MICHAELIS (Joh.) Theologiæ profeſſor in alma Gryphsw. Anno 1674. obiit.

MICHAELIS (Thom.) JCtus, de juriſdictione commentatus eſt.

de MICHAELIS monte (Rob.) Normannus, chronicorum opus reliquit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 414.*

MICHAELIUS, Μιχαήλιος, Grammaticus & poëta, inter epigrammatiſtas Græcos refertur *in Anthol l.4.c.31.*

MICHAELIUS (Eraſm.) ſcr. de re nautica.

MICHAELIUS (Joh.) Danus, natus eſt An. 1578: obiit An. 1651. Compoſuit tabellas in examen Philippi. Extat ejusdem tract. de oculi fabrica. Vid. *Vindingius in Rect.Hafn.pag 272.*

MICHAELIUS (Nicol.) Aalburgenſis, in Apocalypſin Joh. commentatus eſt. Extat ejuſdem medicina Danica. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 108.*

MICHAELIUS (Pet.) Venetus, inter viros doctos locum occupat. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 215.*

MICHALORIUS (Blaſ.) ſcripſit tract. de 2. fratribus, An. 1665.

MICHALORUS (Jac.) Urbinas, An. 1624. claruit. Edidit diſputationem de ſphæra mundiali. Judicium quoque tulit de cyclo Urbanico *Erycii Puteani*, cui cúm apocriſin ſuam *Puteanus* oppoſuiſſet, antapocriſin ſtatim repoſuit, in qua cyclum illum erroribus 70. refertum oſtendit. Vid *Nicius part. 1. Pinacoth. p. 286.*

MICHELBACH (Joh.) emiſit homilias in librum Judicum, A. 1612.

MICHELINUS (Famianus) celebris mathematicus, à *Chimentellio de Hon. Biſellii pag. 207.* commendatur.

MICHELSPACHERUS (Steph.) Tirolenſis, medicus, exaravit pinacem microcoſmographicum, An 1615 in 4.

MICHINUS (Fr.) de S Archangelo, emiſit obſervationes anatomicas, Venet. Anno 1554.

MICHONIUS (Mich.) ſcr. de receſſione ab eccleſia Romana, An. 1675.

MICHOVIUS (Matth) medicus & canonicus Cracovienſis, An 1521. vixit. Reliquit chronicon rerum Polonicarum: item, 2. libr. de Sarmatia, in quorum primo agit de Sarmatia Aſiatica: in altera, de Europæa Vid. *Starovolſc. pag. 61.*

MICHOVIENSIS (Juſtinus) collegit diſcurſus prædicabiles in litanias B. Virginis, Lugd. An. 1660. Opus conſtat 2. voluminibus.

MICQUELLUS (J.Lud.) ſcr. de obſidione caſtri Lycampæi, An. 1555.

MICRÆLIUS (Joh.) celebris Theologus & philoſophus, natus eſt An. 1597: obiit An. 1658. Condidit Pomeranica: ſyntagma hiſtoriarum: ethnophronium: lexicon philoſophicum, carmina, &c. Vid. *Zeillerus part. 2. hiſt. pag. 99. & part. 3. pag. 155.*

MICROLOGUS (Joh.) ſeculo XI. vel An. 1080. floruit. Reliquit librum de eccleſiaſticis obſervationibus, quem *Jac. Pamelius*, Brugenſis, primus in lucem protulit & à mendis repurgavit. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. de S. E. pag. 91.*

MICRONIANUS (Arnult.) Lingonenſis, carminibus famam quæſivit. Vid. *Tom. 2. Delit. Gall. pag. 580.*

MICRONIUS (Mart.) Gandav. medicus, Anno 1549. floruit. In pleroſque Galeni libros anatomicos commentatus eſt, teſte *Sandero.*

MICTON, Μίκτων, ſcripſit ῥιζοτομικά, teſte *Nicandri Scholiaſte, pag. 4.*

MICYLLUS (Jac.) aliter *Motzlerus* dictus, Argentinenſis, natus eſt Anno 1503: obiit Anno 1558. Micyllus vocatus eſt, quòd puer ſcité admodùm repræſentaſſet perſonam Micylli, unius ex interlocutoribus in dialogo Luciani, qui ὄνειρος ἢ ἀλεκτρυὼν inſcribitur. Heidelbergæ Græcas literas docere cœpit. Recenſione Ovidii, variiſque Luciani dialogis latiné redditis, uti & poeſi non mediocrem famam meruit. Eſt & ejus de re metrica opus, quo nihil in eo genere eruditius ſcriptum eſſe *Melanchthon* judica-

dicabat. Collegit quoque arithmeticæ logiſticæ libros duos ex variis autoribus, quos utiliſſimis exemplis illuſtravit. Carmina ejus habentur *T. 4. Del. Germ. pag. 515. Jul. Scaliger de re poët. l. 6. p. 788.* Micyllus Ovidio ſimilior, eodem in poëmate ſui diſſimilis: ut exiſtimem fuiſſe eum ingenio tam alieno, quam ſuo.

MICYLLUS (Jul.) Palatinus, poëmata conſtruxit. Vid. *Tom. 4. Delit. German. pag. 833.*

MIDDELBURGIUS (Paulus) epiſcopus Sempronienſis, Anno 1534. obiit. Struxit 19. libros de die paſſionis Chriſti & 14. libros de paſchali obſervatione. Extat ejuſdem prognoſticon ad Maximilianum Auſtriacum. Vid. *Sweertius, pag. 595. Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 173. Olearius pag. 358.*

de MIDDELBURGO (Barth.) An. 1564. claruit. Compoſuit tres tomos concionum. Videatur *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 51.*

de MIDDELBURGO (Nic. Everhardus) JCtus, reliquit topica legalia. Vide, EVERHARDUS.

MIDDENDORPIUS (Jac.) Tranſiſelanus, An. 1611. ætatis 73. obiit. Extant octo ejus libri de celebribus academiis: item, duo libri de officiis ſcholaſticis. Vid. *Sweertius, pag. 369.*

MIDDURA (Iſaac) vel Durenſis, An. M. 5094. vixit. Compoſuit librum *Sabare Duræ* dictum. Vid. *Gans in Zemach David, pag. 145.*

MIDORGIUS (Claud.) tractavit de Conicis, Pariſ. Anno 1644. Vide, MYDORGIUS.

MIECHOVIUS (Matth.) Vide, MICHOVIUS.

MIEDE (Bernh. Gomeſius) archidiaconus Saguntinus, ſcripſit 4. libros de Sale phyſico ſive naturali: medico ſive empirico: geniali ſive jocoſo: myſtico, Anno 1572. fol. Videatur *Bibl. Hiſp. pag. 589.*

de MIGNANELLIS (Beltramus) hiſtoriam Tamerlanis literis mandavit, An. 1416. Extat MS. inter codices bibliothecæ Viennenſis.

MIKKOTSI (Moſes) Vide, MOSES.

MIKUS (Franc.) vindicare conatus eſt Bellarminum adverſus *Sam. Mareſium*, Vilnæ An. 1638.

MILÆUS (Chr.) compoſuit hiſtoriam univerſitatis rerum.

MILANENSIS (Franc.) JCtus, emiſit deciſiones regni Siciliæ, An. 1600.

MILBURNUS ſcripſit manuale mercatorum: item, ſpeculum martyrum.

MILES (Joh.) repertorium edidit, fol. An. 1488.

MILESIUS (Dav.) Sileſius, montes Germaniæ deſcripſit. Carmina ejus extant *T. 4. Delit. Germ. pag. 841.*

MILETUS (Vitus) collegit mille ſexcentos errores hæreticorum de ſacramentis, An. 1593.

MILHET (Arnold.) emiſit ſummam philoſophiæ Angelicæ, Toloſæ, Anno 1663.

MILICHIUS (Jac.) Friburgenſis, medicus Witebergenſis, natus eſt Anno 1501: obiit An. 1559. Struxit practicam medicam: item, orationes de rebus ad medicinam pertinentibus: ut & comment. in librum 2. Plinii. Meminit ejus *Thuanus l. 21.*

de MILIS (Nicol.) JCtus, fecit repertorium aureum: quod prodiit Anno 1581.

de MILITONA (Guilh.) Anno 1260. floruit. Summæ theologiæ Alexandri Alenſis, juſſu Alexandri IV. pontificis, ſupplementum addidit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 154.*

MILIUS (Abrah.) confecit libellum de migratione populorum, An. 1667.

MILIUS (Joſeph.) Voltolina, tres libros de hortorum cultura, Anno 1574. typis tradidit.

de MILLANIS (Andromachus) Theologus, JCtus, medicus & philoſophus, An. 1449 floruit. Compoſuit orationes. Vid. *Bumaldus, pag. 17.*

de MILLANIS (Jacobus) medicus, Anno 1400. vixit.

de MILLARES (Alex. Luzon) edidit ideam politicam veri Chriſtiani, Anno 1665. fol.

MILLET (Germ.) vindicatam eccleſiæ Gallicanæ gloriam, Pariſ. Anno 1638. publicavit.

MILLETERIUS (Theoph. Brachetus) adornavit conſilium de inſtituenda concordia Chriſtiana, Anno 1636. Cui reſpondit Joh. Dallæus, An. 1637. De eo multa *Sarravius in epiſtolis.*

MIL.

MILLETOTUS (Benign.) tractavit de delicto communi & caſu privilegiato, An. 1612.

MILLIÆUS (Anton.) ſcripſit paſſionem Chriſti carmine: item, Moſen viatorem Anno 1636. Videatur *Alegambe, pag.* 40.

de MILLIARIO (Mich.) reliquit conſilia matrimon.

MILLUS (Julius) ſcripſit de arcanis naturæ, Venet. An. 1654. in 4.

MILO, Elnonenſis monachus, Anno 875. claruit. Exaravit vitam S. Amandi carmine & proſa. Extat ejuſdem tract. de ſobrietate ad Carolum Calvum Imp. Vide ſuprà, GALLUS.

MILTONUS (Joh.) librum edidit, cui titulus: defenſio pro populo Anglicano contra *Claud. Salm.* defenſionem regiam. Idem Miltonus ſecundam defenſionem pro populo Anglicano Anno 1654. emiſit. Summa horum librorum eò tendit, quòd ſumma poteſtas ſoli debeatur populo, quodque penes illum jure naturæ ſumma ſit poteſtas, & quod quicquid contra admittatur, ſit iniquum. *Breviter* exiſtimavit ille, ſtatum democraticum in rep. eſſe optimum. Vid. *Funccius T. 1. orb. pag.* 552.

MIMNERMUS, Μίμνερμος, Colophonius, lyricus & elegiacus poëta, Olympiade XXXVII. claruit. *Strabo l.* 14. αὐλητὴν ἅμα καὶ ποιητὴν ἐλεγείων vocat. Celebrant eum *Ælianus in V. H.* 12, 36. *Pauſanias in Bœoticis, Athenæus l.* 14. & 15. *Plutarchus l.* 1. *de muſica, & virt. morali*, ubi diſtichon ejus adducit de amore, ſine quo nec ſe vivere velle ait. Nimirum tota ferè ejus poëſis amatoria erat. Unde *Propertius* 1, 9. *Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero.* Confer *Horatium* 1. *epiſt. ad Numic. Solinus cap.* 43. eum inter inclita Aſiaticorum ingenia reponit. Fragmenta ejus *Fulv. Urſinus* collegit.

MINADOUS (Ant.) Rhodiginus, edidit tractat. de virulentia Venerea, Anno 1596.

MINADOUS (Joh. Thom.) ſcripſ. 2. libros de febri maligna: tractatum de ptiſana, Anno 1584: item, belli Turcoperſici hiſtoriam.

MINDANUS (P. Franc.) JCtus, de proceſſibus, mandatis & monitoriis, Anno 1618. commentatus eſt.

MINDERERUS (Raym.) reliquit aloëtarium: tract. de alcantho: medicinam militarem, An. 1616.

MINELLIUS (Joh.) compoſuit notas in Terent. Horatium, Valer. Maximum, &c.

MINERVA (Paul.) tractavit de neomeniis, An. 1599.

de la MINEZ (Raph.) edidit theologiam myſticam, An. 1662.

MINGO (Franc.) paravit comment. ad conſuetudines Andegavenſes, Pariſ. An. 1530.

MINIATES (Almericus) ab Horatio Balione ſtangulatus eſt, quòd potentiores quoſdam maledico carmine profciderat. *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag.* 151. promtam & elegantem extemporalitatem in verſu faciendo ei tribuit.

MINIATUS (Alf.) edidit 30. orationes, Græcè & latinè.

de MINIS (Thom.) confecit catalogum ſanctorum & beatorum totius ordinis Camaldulenſis, Florent. An. 1606.

MINIUS (Joh.) Picenus, An. 1312. obiit. Reliquit ſermones in feſta. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag.* 255.

MINOS (Claud.) ſcr. in emblemata Alciati: item, in Plinii epiſtolas.

MINOZZIUS (Pet. Fr.) Monſavinenſis, JCtus & poëta, An. 1630. claruit. Coronam virginitatis 7. centuriis complexus eſt. Extant ejuſdem epigrammata. Vid. *Ghilinus vol.* 1. *pag.* 190.

à MINSICHT (Adrianus) ſtruxit theſaurum & armamentarium medicochymicum, An. 1645.

MINTANOR, Μιντάνωρ, in libro χρωματικῶν allegatur à *Fulgentio in mythologia.*

MINTURNUS (Ant.) librum de poëta emiſit, Venet. An. 1559.

MINUCIANUS, Μινουκιανός, Athenienſis ſophiſta, tempore Galeni vixit, teſte *Suida.* Scripſit artem rhetoricam, progymnaſmata & varias orationes. Vid. *Scheferus ad Rhet. Anonymi pag.* 63. 83. Confer *Tzetzem in Chil. pag.* 114. 235.

MINUS (Paulus) peripateticus philoſophus, inter viros claros refertur. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag.* 1411

MINUTIUS Felix, An. Chr. 206. claruit. Erat cauſidicus Romanus inſignis, teſte *S. Hieronymo.* Reliquit dialogum, inter Chriſtianum Octavium & ethnicum Cæcilium inſtitutum, qui dialogus *Octavius* inſcribitur. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. de S. E. pag. 92.*

MINUTIUS Natalis, JCtus, tempore Trajani Imp. claruit. *Bertrandus, in JCtis, pag. 266.* eum de re nautica ſcripſiſſe exiſtimat.

MINUTIUS Plancus, Ciceronis diſcipulus, orator inſignis, Olympiad. CLXXXIIX. claruit, & teſte *Hieronymo in chronico,* cùm Galliam comatam regeret, Lugdunum condidit.

MINUTIUS (Gabr.) edidit curationem morbi Gallos infeſtantis, An. 1587. Vid. *Linden pag. 193.*

MINYES, Μινύης, hiſtoricus, *Diogeni Laërtio in Thalete pag. 18.* memoratur.

MIRABELLIUS (Dominicus Nanus) collegit Polyantheam. Ea Genevæ prodiit, An. 1539. fol.

de MIRABILIBUS (Nicol.) Claudiopolitanus, An. 1493. floruit. Scripſit tractatum de prædeſtinatione: item, alium de vera felicitate, teſte *Sigiſm. Ferrario in Hung. pag. 456.*

MIRÆUS (Aubertus) Bruxellenſis, Anno 1630. claruit. Natus erat Anno 1573. *Lipſii* in hiſtoria auditor fuit: in theologia Colvenerii. Poſt varias functiones, à ſacris fuit Principum Alberti & Iſabellæ. Struxit faſtos ſacros Belgicos ac Burgundicos: item, chronicon rerum Belgicarum à Jul. Cæſaris adventu uſque ad Annum 1635. Videantur *Sweertius, pag. 146. Ph. Labbe in Bibl. bibl. pag. 16. Ghilinus vol. 2. pag. 32. Thomaſius de plagio, §. 508. Boſius in Not. ſcr. eccl. cap. 3. pag. 30.*

MIRANDA (Barth.) An. 1587. orationem habuit.

MIRANDULA (Ant.) Anno 1629. floruit. Vid. *Bumaldus pag. 22.*

MIRANDULA (Franc. Picus) Anno 1533. interfectus eſt cum Alberto filio à Galeotto fratris filio, cùm nocturnis inſidiis, capta arce, Mirandulæ dominatum ex paterno jure invadendum exiſtimaſſet. Condidit poëmata ſacra: libros de veritate fidei Chriſtianæ, in quibus diſciplinarum omnium acervus continetur: item, duos libellos de optimo imitationis genere ad Bembum. Carmina ejus occurrunt *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 201.* Vid. *Jovius in elog. num. 87. Olearius pag. 253.*

MIRANDULA (Joh. Picus) natus eſt Anno 1463: obiit Anno 1494. Doctorum nobiliſſimus, nobilium doctiſſimus, ac, cùm Picus diceretur, verè ſui ſeculi Phœnix fuit. Compoſuit 12. libros diſputationum adverſus aſtrologos. *Epitaphium* ejus tale legitur:

Johannes jacet hic Mirandula: cætera norunt (des.
Et Tagus & Ganges: forſan & Antipo-

Vid. *Jovius in elog. num. 39. Phil. Labbe T. 1. differt. de S. E. pag. 592. Olearius, pag. 262. Autor dialogi de L. L. reparat. pag. 402.* Vide, PICUS.

MIRANDULA (Octavianus) flores poëtarum in locos communes diſtribuit.

MIRANDULANUS (Bernh.) Caſertanus epiſcopus, dialogos de honore conſcripſit, teſte *Naudæo, pag. 84.*

MIRCHONDUS, Perſa, aliàs *Emir Choand* dicitur. Condidit hiſtoriam Aſiaticam, 7. libris conſtantem, linguâ Perſica. Eam MS. habuit *Erpenius.* In Vienenſi bibliotheca quoque extare traditur.

MIRICA (Andr.) Friſius, medicus, Anno 1585. obiit. Erat quatuor linguarum, Lat. Græcæ, Hebr. & Chaldaicæ callentiſſimus. Habuit plurima tam in medicina, quam in ſacris ad prælum parata: ſed hæc omnia, cùm ſibi mortem imminere vidiſſet, flammis abſumi voluit. Videatur *Sufridus Petri dec. 13. de Scr. Friſiæ.*

à MIRICA vel MIRICÆUS (Joh.) Lovanienſis, Anno 1582. obiit. Medicinam errantium duobus libris complexus eſt.

MIRO (Jac.) Valentinus, Hiſp. An. 1590. obiit. Summarium conſtitutionum ſocietatis JESU confecit. Videatur *Alegambe, pag. 207.*

MIRTÆUS (Rol.) comment. rerum in Belgio geſtarum à P. Henriquez, A. 1610. Madriti vulgavit.

MIRULÆUS (Henr.) Franckenthalenſis, natus eſt Anno 1551: obiit Anno 1621. Erat in poëſi rythmica (latino præſertim

tim idiomate) facilis, lepidus ac expeditus. Videatur *J. P. Lotichius, part. 4. B. P. pag. 103.*

MISLENTA (Cœleſtinus) theologus, natus eſt An. 1558: obiit An. 1653. Vide, MYSLENTA.

MISLERUS (Joh. Hartm.) edidit curſum moralem methodicum: item, diſputatorem extemporaneum, An. 1674.

MISLERUS (Joh. Nic.) adornavit ſpeculum anti Jeſuiticum, Anno 1660: item, ſcrutinium S. Scripturæ, Anno 1654: ut & 14. diſſertationes de articulis nonnullis controverſis, An. 1677.

MITHÆCUS, Μίθαικος, grammaticus, ſcripſit ὀψαρτυτικὰ, καπηλικὰ, &c. quemadmodum *Suidas* tradit. Meminit ejus *Plato* in *Gorgia, pag. 310.*

MITHOBIUS (Burcard.) medicus, Anno 1565. obiit. Reliquit στερεομετρίαν. Extat ejusdem quoque compoſitio annuli aſtronomici.

MITHOBIUS (Conr.) epiſtolam concinnavit de aqua vitæ juniperina.

MITHRIDATES, Μιθριδάτης, rex Ponti & Bithyniæ, Olympiade CLXXIII. & ſeq. vixit. De arcanis morborum remediis commentarios compoſuit, quos in theſauri ſui ſcrinio reconditos diligentiſſimè ſervavit: eos poſtmodum Pompejus, regia præda potitus, Lenæum libertum ſuum ſermone latino transferre juſſit, ceu *Plinius 24, 2.* refert. De eruditione & ſcriptis Mithridatis *Agellius 17, 17.* & *Appianus l. de bello Mithrid.* conſuli poterunt.

MITIO (Gothofr.) JCtus, edidit centuriam controverſiarum juris publici & civilis.

MITTENDORPIUS (Jac.) Vide, MIDDENDORPIUS.

MITTERNACHT (Joh. Sebaſt.) ſcripſit de Pontio Pilato: item, de Joh. Baptiſta, An. 1666.

MIVERUS (D.) formavit apologiam pro *Lansbergio* contra *Chriſtmannum*, Anno 1602.

MIZALDUS (Ant.) Gallus, profeſſione medicus, An. 1578. obiit. Emiſit complura raræ doctrinæ & judicii ſcripta, quæ à rerum peritis nunquam negligentur, inquit *Thuanus l. 65.* Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 17.*

MNASALCES, Μνασάλκης, Platæenſis, poëta, *Straboni l. 9. pag. 412.* memoratur. Epigrammata ejus nonnulla apud *Athenæum* occurrunt: item, in *Anthologia Gr.*

MNASEAS, Μνασέας, Berytius, juxta *Suidam*, de arte dicendi: item, de verbis Atticis libros confecit.

MNASEAS, Colophonius, teſte *Athenæo l. 7.* παίγνια conſtruxit.

MNASEAS, Patarenſis, hiſtoricus, tempore Ptolemæi Phyſconis R. admodum celebris evaſit. *Scaliger ad Varronem de L. L. pag. 120.* Mnaſeæ nomen ex Hebræo *Manaſſis* nomine factum autumat. Scr. περίπλουν ſive περιήγησιν: item, libr. περὶ Ἀσίας. Imprimis celebrantur ejus Εὐρωπιακὰ, unde locum adducit *Suidas* in Πεφεισμένος. Meminit Mnaſeæ etiam *Joſephus l. 1. contra Apionem*, ubi eum Judæorum ait mentionem facere. *Varro de re Ruſt. 1, 1.* eundem de agricultura allegat. Vid. *Tzetzes in Chil. pag. 179. Berkelius ad fragm. Steph. pag. 32.*

MNESAGORAS, Μνησαγόρας, apud *Apollodorum in Bibl. l. 3. pag. 115.* adducitur.

MNESILOCHUS, poëta, allegatur à *Laërtio in Socrate, pag. 100.*

MNESIMACHUS, Μνησίμαχος, Comicus, Olymp. CI. claruit. Ex ejus fabulis Βούσιρις, Δύσκολος, Ἱπποτρόφος & Φίλιππος celebrantur. Vid. *Athenæus.*

MNESIMACHUS, Phaſelites, ἐν Διακόσμοις à *Scholiaſte Apollonii l. 4.* allegatur.

MNESIPHILUS, Μνησίφιλος, ſcripſit de Themiſtocle, teſte *Plutarcho in Themiſt.*

MNESIPTOLEMUS, Μνησιπτόλεμος, citatur *Athenæo l. 10.*

MNESITHEUS, Μνησίθεος, Athenienſis, medicus, vir tum in rebus omnibus, quæ ad artem ſpectant, abunde doctus, tum, quantum methodo artem medicam exercere oporteat, nulli peritia ſecundus erat, judice *Galeno l. 1.* περὶ θεραπ. *ad Glauconem.* Libros ejus περὶ ἐδεστῶν à Romanis diligenter lectitatos fuiſſe, *Athenæus l. 3.* teſtatur. *Idem libro 11.* epiſtolæ ipſius περὶ κωθωνισμοῦ meminit. Videatur *Reineſius in Var. lect. 2, 6. pag. 163.*

MOCANTUS (Bernh.) Romanus, Anno 1629. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 57.*

MOCCIUS (Jac.) Friburgenſis, medicus, Anno 1594 claruit. Scripſit de morbis humani corporis ex bolari & ſabuloſa ſubſtantia excitatis.

MOCENICUS (Andr.) Anno 1523. floruit. Bellum Cameracenſe ſex libris proſecutus eſt. Videatur *Ghilinus, vol. 1. pag. 11.*

MOCENICUS (M.Ant.) nobilis Venetus, ſcr. de divino raptu animæ ad DEUM, Venet. An. 1581.

MOCENICUS (Leonh.) edidit philoſophum peripateticum, Romæ, An. 1615.

MOCENICUS (Phil.) apparavit tract. de hominis perfectione, Venet. An. 1599.

MOCHINGERUS (Joh.) Dantiſcanus profeſſor, Anno 1652. obiit. Reliquit Florida rhetorica, in 4.

MOCHIUS (J.Raph.) Gerundenſis, edidit methodum medendi per venæſectionem morbos muliebres acutos, Anno 1612.

MOCHUS, Μῶχος, Phœnix, lingua Phœnicia res patrias conſignavit. Meminit ejus *Athenæus l. 3. c. 36.* Mentio ipſius apud *Joſephum quoque l. 1. Ant. cap. 8.* occurrit, ubi inter *Beroſum* & *Hiſtiæum* medius collocatur: item apud *Tatianum, orat. contra gent.* & *Euſebium l. 10. de præparat. Evangel.* Vid. *Scheferus in Ital. philoſ. pag. 19.*

MOCKERUS (Ant.) JCtus, edidit orationes, Erfurti An. 1591: item, regulas utriuſq; juris verſibus incluſas, A. 1574.

MOCKIUS (Jac.) de cauſis concretionis & diſſolutionis, A. 1596: item, de aquarum affectionibus, An. 1569. commentatus eſt.

MOCQUETIUS (Joh.) Lotharingus, profeſſor Ingolſtad. An. 1620. claruit. Edidit methodum Gonterianam ſeu modum diſputandi ex ſolo DEI verbo: item, tract. de ſponſalibus & matrimonio. Vid. *Alegambe, pag. 259.*

MODERATIUS, Μοδερᾶτος, Gadareus, ſcripſit πέντε βιβλία σχολῶν Πυθαγορικῶν. Vid. *Stephanus* in Γάδαρα. *Porphyrius de vita Pythag. pag. 202.* Μοδερᾶτος ὁ ἐκ Γαδείρων, πάνυ συντόμως ἐν ἕνδεκα βιβλίοις συναγαγών, &c. Allegatur à *Stobæo in phyſicis, pag. 3.* Videantur *Jonſius in Scr. H. Ph. 3, 5. Tennulius ad Jambl. pag. 60. Valeſius ad Euſeb. pag. 122. Scheferus in Ital. Phil. pag. 4. 6. 179.*

MODESTINUS (Herennius) JCtus, ſub Alexandro & Gordiano Impp. floruit. Compoſuit duos libros de excuſationibus tutorum Græca lingua ad Ignatium Dextrum. Periochas etiam in libros Virgilii conſtruxit. Vid. *Guido Panzirol. in JCt. l. 59. Bertrandus, pag. 171.*

MODESTUS, ſcr. epitomen rei militaris. *C. Barthius in Claudianum, pag. 1218.* Modeſti (inquit) epitomen *Vegetio* excerptam dicas, niſi *Vegetio* antiquiorem eſſe ex fine ſuſpicari poſſis.

MODESTUS (Joh. Ant.) Umber, ſcr. carmen ad Maximilianum Cæſ. A. 1510.

MODICIUS (Guilh.) Monteferratenſis, carmina ſtruxit. Vid. *T. 2. Del. Ital. p. 32.*

MODITIUS (Alf.) collegit dubitationes & reſolutiones, Turin. An. 1614.

MODIUS (Franc.) Brugenſis, natus eſt An. 1556: obiit An. 1597. Aliquando ita calamitatibus ſuccubuit, ut DEUM & divinam providentiam in dubium vocaverit. Quamobrem *Lipſius* permotus epiſtolam compoſuit, in qua validis & arduis argumentis ad mentis ſanitatem miſerum reducere conatus eſt. Scripſit poëmata: novantiquas lectiones: notas in Livium, Curtium, Juſtinum, Vegetium, &c. Lectiones ejus *Lampadi Criticæ Gruterianæ* inſertæ ſunt. Carmina habentur *T. 3. Del. Belg. p. 597.* Vid. *Swertius, pag. 247. J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 176 Thomaſius de plagio, §. 510.*

MODREVIUS (Andr.) Regis Poloniæ ſecretarius, Lutheri partes ſecutus eſt. Scripſit de ſchola & eccleſia: 3. libros de emendanda republica: libellum de moribus: tract. de legibus: & alium, de bello ad Regem, in quo ingentem facundiæ ſuæ vim & ingenii vires declaravit, teſte *Starovolſc. in Hecat. p. 81.* Vide, FRICIUS.

MODUINUS, epiſcopus Auguſtodunenſ. reliquit epiſtolas ad Theodulfum. Vid. *Olearius in Abaco pag. 317.*

MODZIANOWSKI (Thom.) edidit prælectiones metaphyſicas & logicas, Gedani, An. 1671. fol. Item, tract. de DEO & Trinitate, An. 1666. fol.

MOEBIUS (Georg.) Theologus, emiſit hiſtoriam prophetiæ Bileami, Lipſ. Anno 1676. Extat etiam ejus aſylologia.

MOEBIUS (Gothofr.) anatomiam Camphoræ, An. 1660. publicavit.

MOENETIUS (Jac.) Hiſpanus, ſcripſit de municipio Eborenſi.

MOER

MOER (Frid.) phænomena cathol. controverſiarum, Herbip. Anno 1661. edi curavit.

MOERAGENES, *Μοιραγένης*, compoſuit 4. libros de Apollonio Tyaneo, quibus fidem habendam negat *Philoſtratus* 1, 4. Meminit ejus etiam *Tzetzes in Chiliad.* 3, 60.

MOERBECIUS (Adrianus) paravit ſcalam purpuream Dominicæ paſſionis, Antv. An. 1634. fol.

MOERMANNUS (Joh.) Antverp. Anno 1621. obiit. Apologos creaturarum carmine expreſſit, additis iconibus. Vid. *Sweertius.*

MOESTLINUS (Mich.) celebris mathematicus, An. 1550. obiit. Heidelbergæ matheſin publicè docuit. Cum in Italia aliquando orationem habuiſſet pro ſententia Copernicana, *Galilæus Galilæus*, perpenſis argumentis, manibus pedibuſque ipſius ſententiam amplexus eſt, licet antè Ariſtoteli & Ptolemæo penitus addictus eſſet.

à MOFFAN (Nicol.) ſcripſit de parricidio Solimanni, An. 1555.

MOGIOROSUS (Alex.) adornavit Panopliam Chriſtianam ad potiora dicta V. & N. Teſtamenti, Franeckeræ, A. 1651.

MOGIUS (Jer. Laur.) de ſponſalibus, Anno 1668. commentari cœpit.

MOGLINGIUS (Joh. Lud.) edidit botanologica progymnaſmata, Tubingæ, An. 1612.

MOHEDANUS (Jac.) JCtus, collegit deciſiones Rotæ Romanæ, Anno 1603. fol.

MOHR (Andr.) emiſit portiunculam parvam portiunculæ Aſſiſiatis, Saliſb. An. 1670.

MOHR (Eth.) Moguntinus JCtus, tractavit de juriſdictione.

MOHR (G.) JCtus, ſcripſ. de jure divortiorum: item, de jure venandi, aucupandi, piſcandi, An. 1602.

MOHY (Erh.) Eburo, de pulvere ſympathetico, An. 1660. nonnulla meditatus eſt. Vid. *Linden, pag.* 165.

MOIBANUS (Joh.) medicus, Anno 1562. obiit. Erat primus unà cum *Joh. Heſſo* Uratislaviæ reformator. Dioſcoridis *Εὐπόριστα* latinè tranſtulit.

MOINARDUS (Joſeph) JCtus, rubricas interpretatus eſt, An. 1571.

MOINE (Jac.) medicus, deliramenta φæmophobi publicavit. Vid. *Rhodius in ſuppoſ. ſcript. pag.* 24.

MOINGENAT (Joh.) edidit Jonam fluctuantem, An. 1662. in 4.

MOJOLUS (Joh. Bapt.) Bergomas, Anno 1630. obiit.

MOLANUS (Joh.) Lovanienſis, natus eſt An. 1533: obiit An. 1585. Scripſit 4. libros de picturis & imaginibus ſacris: de medicis ſanctis: tres libros de canonicis: tres itidem libros de fide hæreticis ſervanda, &c. Vid. *Sweertius, pag.* 452. *Thuanus l.* 82. *Rivetus T.* 2. *Oper. pag.* 409. *Sauſſay pag* 135.

MOLANUS (Joh.) ſtruxit eccleſiaſticum medicorum diarium, Lovan. An. 1595.

MOLCHU (Salomo) A. M. 5293. vivus combuſtus eſt, quod Carolo V. Imp. Judaiſmum perſuadere vellet. Reliquit librum cabaliſticum. Videatur *Gans pag.* 152.

MOLERIUS (Elias) ſyncriſin eclipſium cum S. Scripturæ locis, Genev. An. 1607. typis mandavit.

MOLES (Vincent.) Hiſp. pathologiam morborum, quorum in S. Scripturis mentio fit, exaravit, Madriti, An. 1642. item, philoſophiam naturalem corporis Chriſti, An. 1639. Vid. *Linden, pag.* 581.

MOLETIUS (Joh.) Meſſinenſis mathematicus, An. 1588. obiit. Reliquit ephemerides cœleſtium motuum ab Anno 1563. uſque ad An. 1580. Vid. *Ghilinus, vol.* 1. *pag.* 136.

MOLIGNATUS (Joh. Pet.) JCtus, de retentione & reconventione, An. 1604. commentatus eſt.

à MOLINA (Alf.) Hiſp. An. 1580 obiit. Linguæ Mexicanæ Grammaticam & vocabularium: catechiſmum doctrinæ Chriſtianæ: preces & evangelia totius anni Mexicano idiomate conſtruxit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag.* 13.

MOLINA (Ant.) inſtructionem ſacerdotum ex Patribus, Antverp. Anno 1644. adornavit.

de MOLINA (Baſil.) Hiſp. theologus, A. 1617. obiit. Scripſ. de immunitate eccleſiaſtica, Madriti, An. 1607. fol.

MOLINA (Conſalv. Arg.) compoſuit libellum de nobilitate Hiſpanica.

MOLINA (Lud.) Conchenſis, An. 1600. obiit. Reliquit librum de concordia gratiæ & lib. arbitrii: item, tractatum de

de juſtitia & jure. De ea ita *Silveſter Maurolycus:* Molina in theologia morali tantæ eſt autoritatis tantæque æſtimationis in tribunalibus & apud juriſtas, ut ſine ullo adminiculo aut copia aliorum autorũ adſerat lumen veritati, deciſionem cauſis, terminum litigiis. Vid. *Alegambe, pag. 314.*

de MOLINA (Pet. Fel.) Peruanus, ſyntaxin concinnavit carmine latino. Vid. *Alegambe, pag. 380.*

MOLINÆUS (Carolus) JCtus, An. 1566. obiit. Edidit conſultationem in concilium Tridentinum, in qua contendit, concilium nullum, vitio indictum, habitum & determinatum contra antiqua Patrum decreta & regni Francici dignitatem & libertatem. Auguſtanam Confeſſionem, quæ in Germania obtinet, Helvetica tolerabiliorem eſſe affirmabat. Scripſit etiam notas in jus conſuetudinarium Gallicum, & alias doctiſſimas lucubrationes, quæ apud Gallos, teſte *Thuano*, pro ratis juris deciſionibus habentur. Vid. *Tollius de Inf. lit. pag. 60. Placcius pag. 171. Funccius Tom. 1. orb. pag. 477.*

MOLINÆUS (Joh.) Gandenſis, JCtus, An. 1575. obiit. Vulgavit decretum Ivonis 17. tomis conſtans, teſte *Sandero.* Tantam hic utriuſque linguæ cognitionem conſecutus eſt, ut ex tempore epiſtolas utroque idiomate dictaret: tantâ memoriâ, ut ad duas treſve horas cum audientium admiratione memoriter diceret. Vid. *Sweertius, pag. 453.*

MOLINÆUS (Lud.) ſcripſit apologiam pro epiſtola Irenæi Philadelphi, Genev. Anno 1667. Videatur *Placcius, pag. 21. & 178.*

MOLINÆUS (Petrus) natus eſt A. 1568. Lugduni Batavorum philoſophiam docuit: à philoſophia deinde ad theologiam tranſiit. Initio elementa logica vulgavit. Ut Arminianis ægrè faceret, Arminianiſmi anatomiam conſcripſit, quam poſtea *J. Corvinus* refutavit. Vid. *Meurſius in Athen. Batav. pag. 173. Placcius, pag. 197.*

MOLINÆUS (Pet.) Petri filius, tres libros parergorum poëticorum compoſuit. Vid. *Placcius pag. 197.*

MOLINERIUS de rep. commentatus eſt. *Naudeus in B. P. p. 62.* Molinerius (inquit) presbyter Tholoſas lectorem ſuum catenulis eloquentiæ vel nolentem etiam, quocunque vult, trahit ac mulcedine quadam vehementer reficit ac recreat.

MOLINETTUS (Ant.) Veronenſis medicus & philoſophus, edidit diſſertationes anatomicas & pathologicas, Anno 1669. Patav. Videatur *Greg. Letus in Ital. reg. pag. 292.*

MOLINIUS (Claud.) Anno 1574. claruit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 58.*

MOLITOR (Chriſt.) Norimbergenſ. natus eſt An. 1627: obiit An. 1674. Altdorfii linguam Hebr. & oratoriam docuit. *B. Dilherro* parentavit.

MOLITOR (Joh.) tabulas confecit in ſummam Antonini, An. 1490. fol.

MOLITOR (Oſw.) Lucernus, de Helvetia commentatus eſt.

MOLITOR (Ulricus) JCtus, ſcripſit de pythonicis mulieribus. Vid. *Reiſerus in B. A. pag. 103.*

MOLL (Pet.) Snecanus, *Longi Ποιμενικά*, i. e. paſtoralia notis illuſtravit, Anno 1660.

de MOLLE (Pet.) in litania B. Virginis, An. 1653. nonnulla meditatus eſt.

MOLLENBECIUS (Ant. Henr.) collegit tres centurias diviſionum juridicarum, Anno 1673.

MOLLENBROCCIUS (Val. And.) ſcripſit de arthritide vaga ſcorbutica, Anno 1661. Extat ejusdem Cochlearia curioſa, Anno 1674. impreſſa.

MOLLENSIS (Henr.) An. 1524. claruit.

MOLLERUS (Bernh.) Monaſterienſis, An. 1571. Rheni deſcriptionem carmine elegiaco edidit.

MOLLERUS (Dan.) JCtus, ſemeſtria publicavit An. 1631. Scripſit etiam in conſtitutiones Saxonicas.

MOLLERUS (Dan. Guilh.) Polonienſis Hungarus, natus eſt An. 1643. Hoc tempore Altdorfii hiſtorias & Metaphyſicam publicè profitetur. Edidit varia opuſcula, quorum tituli ſunt iſti: Modeſta refutatio novæ Logicæ *Eliæ Schneegaſſii*: juſtiſſima retorſio ad criminationes dicti *Schneegaſſii*: ædificatio Evæ: Bohemicum nihil alchymiſticum: pedis admiranda: meditatio Stoica de conditione temporis præſentis: meditatio de prodigioſis inſectis Hungaricis: ſchediaſma de mulieribus hominibus: meditatio quæſtionis: num S. Pauli caput primum ad Rom. ſine prophanorum auto-

autorum, maximè *Petronii*, cognitione intelligi queat? Curriculum poëticum: Metaphyſica du Valiana: diſſertatio de ſalamandra: oratio de confuſione linguarum Babylonica. Nec intra hæc ſtabit ſingularis Viri induſtria: ſequentur plura cum tempore doctiſſima ejuſmodi ſcripta, quæ partim habet affecta, partim etiam ad prælum parata.

MOLLERUS (Frid.) Brabantus, An. 1600. floruit. Struxit carmen elegiacum de creatione & lapſu Angelorum. Vid. *Swertius, pag. 261.*

MOLLERUS (Henricus) Heſſus, celebris Theologus, Anno 1589. obiit. In Eſaiam & pſalmos commentatus eſt. Carmina ejus habentur *T. 4. Delit. Germ. pag. 845. Thuanus, l. 96.* Witebergæ & Hamburgi vixiſſe & hebraicè doctiſſimum fuiſſe memorat.

MOLLERUS (Jac.) ſcripſit de Rheni tractu.

MOLLERUS (Joh.) reliquit hiſtoriam Ducum Lignicenſium.

MOLLERUS (Mart.) edidit praxin evangeliorum, Anno 1601.

MOLLERUS (Vitus) Tubingenſis profeſſor, tractavit de deitate filii DEI per Lutherum aſſerta.

MOLLERUS (Wig.) texuit repertorium Carpzovianum, An. 1676. fol.

MOLLINIUS (Anton.) lib. compoſuit de cognoſcenda diverſa hominum natura.

MOLLUS (Pamph.) JCtus, ſcripſit ſingularia.

MOLNAR (Alb.) collegit Lexicon Latino-Græco-Hungaricum, An. 1621.

MOLO, Μόλων, Rhodius, Olymp. 185. claruit. *Cicero in Bruto* vocat eum actorè in cauſis veris ſcriptoremq; præſtantem, tum in notandis vitiis & in inſtituendo docendoq; prudentiſſimum. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 85.*

MOLON (Apollonius.) Vide, APOLLONIUS.

MOLOSSUS (Tranq.) Caſſalenſis, poëtis connumeratur. *Scaliger de re poët. pag. 790.* Moloſſi ſpiritus ingens, nihil ſonans plebejum: multa bona in eo poëmatio, quo duorum certamen quoddam ſcripſit. Malim tamen aliqua non potuiſſe. Hoc plerique vitio laboramus, ut libros grandiores atque offertiores noſtros velimus. Confer *Pignorium in ſymb. epiſt. pag. 123. 129.*

MOLPEUS (Joh.) confecit tabulas, quibus tres libri prognoſticorum Hippocratis comprehenduntur.

MOLPIS, Μόλπις, ſcripſit de rep. Lacedæmoniorum, ceu patet ex *Athenæi l. 4.*

MOLSA (Fr. Marius) Mutinenſis, Anno 1548. obiit. Carmina ejus habentur *T. 2. Delit. Ital. pag. 38.* Vid. *Manut. part. 2. not. in epiſt. Cic. famil. pag. 191. Thuanus l. 5.*

MOLRADUS (Winold.) fecit tract. de matrimonio, An. 1592.

MOLTHERUS (Joh.) Marpurgi Theologi munere functus eſt. Quatuor filios in medica arte doctores habuiſſe dicitur. Malleum obſtinationis Judaicæ An. 1600. publicæ luci commiſit.

MOLTHERUS (Meinh.) ſtruxit chronicon.

MOLTKEN (Lev. Nic.) Eques, ſcr. de diverſo hominum propoſito, Anno 1661. Extant ejuſdem annotationes in religionem medici *Thomæ Browne.*

MOLUMBRA (Rich.) Cremonenſis, JCtus celebris eſſe fertur.

MOMBRITIUS (Boninus) Mediolanenſ. A. 1480. clar. Paſſionem Domini verſibus celebravit. *J. C. Scaliger l. 6. de re poët. pag. 770.* Mombritius (inquit) generoſioribus utitur dicendi legibus: &, cum multa admittit, conſtat ſibi tamen neque dejicitur de animi contentione. Confer *Reineſ. ad Daum. pag. 28.*

de MOMIGNO (Evangeliſta) edidit directorium Superiorum, Colon. Anno 1658.

MOMMA (Wilh.) ſcripſit de ſtatu Patriarcharum: item, œconomiam temporum, Lugd. An. 1668.

MOMMERIUS (Ægid.) JCtus, tractavit de ratione legendi & diſcendi jura.

MOMMORIUS (Per.) varia exaravit. Opera ejus in 2. tomos diviſa prodierunt Lutetiæ, An. 1643.

MONACHIUS (Steph.) Cadomenſis, Theologus Rothomagenſis, An. 1665. claruit. E Gallia ad theologicæ profeſſionis Spartam Leidæ adornandam evocatus eſt. Meditatur novam Flav. Joſephi editionem. *Nili Doxopatrii* libellum de Synodis è tenebris eruit. Confer *Colomeſium in Gallia Orient. pag. 262.*

MONACHUS (Ant.) JCtus, ſcripſit de recta feudorum interpretatione, An. 1635.

MONACHUS (Franc.) Mechlinienſis, edidit epiſtolam de ſitu orbis, Anno 1565: item, epiſtolam de presbyteri Johannis ditione & ſitu paradiſi. Vid. *Waddingus pag. 125.*

MONACHUS (Joh.) Ciſtercienſis, JCtus, emiſit practicam judiciariam, Anno 1606.

del MONACO (Franc.) Drepanitanus, in univerſam Ariſtotelis philoſophiam Pariſ. An. 1652. fol. commentatus eſt.

MONÆUS (Joh. Conr.) Crucenacenſis, JCtus, jura Groningæ interpretatus eſt. Elaboravit tractatum de jure publico. Vid. *Autor vitarum Proff. Gröningenſ pag. 202.*

MONALDUS, Dalmata, Anno 1332. floruit. Condidit ſummam juris canonici, quæ *Aurea* vocatur: item, quæſtiones in 4. libros Sententiarum. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 95. Olearius pag. 317. Waddingus pag. 261.*

MONALDUS (Franc.) collegit conſilia & deciſiones, Venet. An. 1597. fol.

MONANTHOLIUS (Franc.) edidit ludum jatromathematicum, teſte *H. Cardano.*

MONANTHOLIUS (Henr.) tractavit de puncto. Emiſit etiam Ariſtotelis mechanica, Lugd. An. 1600.

MONANTHOLIUS (Pet.) in rhetoricam Ariſtotelis commentatus eſt, Pariſ. Anno 1599.

MONARDES (Nicol.) ſcripſ. de ſimplicibus medicamentis ex India allatis, An. 1574.

MONARDUS (Joh. Jac.) compoſuit Ἰατρολογίας ſive curiam medicam, Anno 1611.

à MONASTERIO (Arturus) ſtruxit martyrologium Franciſcanum, Pariſ. Anno 1653. fol. item, martyrologium ſanctarum mulierum, Anno 1657. fol. Vid. *Waddingus, pag. 41.*

à MONASTERIO (Theod.) Weſtphalus, An. 1515. obiit. Extat ejus ſpeculum Chriſtianorum. Videatur *Waddingus pag. 321.*

MONAVIUS (Jac.) Uratiſlavienſ. Anno 1603. obiit, teſte *Thuano l. 129.*

MONAVIUS (Petrus) medicus, An. 1588. obiit.

de MONCADA (Joh.) Madridienſis, in epiſtolam S. Judæ commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 259.*

MONCÆIUS (Franc.) Atrebas, An. 1590. floruit. Condidit vitulum aureum non aureum: hiſtoriam apparitionum divinarum: ſyntagma de Claudia Rufina: librum ſingularem de portis civitatis Judææ & de fori judiciorumque in iis exercendorum priſco more. Extat ejuſdem paradiſus: templum juſtitiæ: Heſdinum carmine elegiaco conſtructum: item, Laban ſive tract. de lucis. Carmina ejus ex parte leguntur *T. 2 Del. Belg. pag. 631.* Vid. *Sweertius pag. 148. Rivetus T. 1. oper. pag. 1177.*

MONCÆUS (Phil.) ſcripſit in Thomam Aquinatem, An. 1622. Vid. *Alegambe, pag. 405.*

MONCENAT (M.) tract. de divinitate Jeſu Chriſti & regno DEI, Hagæ, An. 1650.

MONCIACENUS (Ant.) Noviomenſis, Anno 1560. vixit. De miſſæ ſacrificio commentatus eſt adverſus Calvinum. Vid. *Sauſſay, pag. 102.*

MONCONISIUS, Gallus, edidit itinerarium.

MONCURTIUS (Ægid.) emiſit typum omnium ſcientiarum, An. 1591

MONEGLIA (Joh. Andr.) Florentinus, medicus, An. 1657. claruit. Tractavit de viribus arcani aurei podagrici, An. 1666. Videatur *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 403.*

MONERIUS (Martial.) Lemovicenſis, inter poëtas locum habet. Vid. *Tomus 1. Del Gall pag. 584.*

MONETA (Alex.) JCtus, ſcripſ. de optione canonica & decimis, An. 1628.

MONETA, Cremonenſis, monachus ord. Dominic. inter alia Summam caſuum edidit, quam Monetanam vocant. Vid. *Quenſtadius, pag. 292.*

MONETA (Joh. Pet.) Mediolanenſis, ſcr. de diſtributionibus quotidianis, Romæ, An. 1621.

MONETUS (Phil.) conſtruxit geographiam Galliæ, An. 1633. delectum latinitatis, An. 1641. item, captam rupeculam, Cracinam ſerratam. Vid. *Alegambe, pag. 404.*

MONEZ (Franc.) tractavit de ratiociniis & computationibus adminiſtratorum, An. 1606.

MONFERRAT (Guilh.) de ſucceſſione Regum ſcribere inſtituit.

MONFERRATUS (Joh. Crotus) pontificiſ

ficii & Cæſarei juris monarcha audit in *epitaphio.*

MONFORTIUS (Gratianus) collegit axiomata philoſophica, An. 1626. Videatur *Waddingus pag. 147.*

MONGAILLARDUS (Ant.) Gallus, An. 1626. obiit. Reliquit hiſtoriam Vaſconicam. Vid. *Alegambe, pag. 40.*

MONGAJUS (Andr.) Bellunenſis, medicus, Damaſcum profectus, perquiſitis antiquis codicibus iiſque diligenter excuſſis, totum Avicennam meliorem & correctiorem effecit, quemadmodum *Pierius Valerianus de l. L. pag. 65.* memorat.

MONGIORGIUS (Nic.) Bonon. JCtus, Anno 1588. floruit. Compoſuit tractatum in pact. francandi & ſuper inciſione arborum ab emphyt. facienda. Vid. *Bumaldus.*

MONGIUS (Joh. Paul.) libros canonicos annotationibus illuſtrare aggreſſus eſt.

MONHEMIUS (Joh.) ſeptem libros elementorum phyſiologiæ, Col. An. 1542. edi curavit.

MONIARDUS (Joſeph) in rubricam C. publ. læt. Venet. An. 1563. commentari cœpit.

de la MONIERE (Joh.) tractavit de fluxu dyſenterico.

MONILIANUS (Clem.) adornavit compendium theologicar. inſtitutionum, A. 1562.

MONIMUS, Μόνιμος, ſcr. de rebus admirabilibus, teſte *Clem. Alex. & Euſebio de P.E. 4, 16.*

du MONIN (Ægid.) Belga, edidit ſacrarium comitatus Namurcenſis, Anno 1619. Vid. *Alegambe, pag. 8.*

de MONIN (Joh. Edoard.) Burgundus, erat juvenis in omni ſcibili verſatiſſimus, teſtante *Naudeo* in *ſyntagmate de ſtilo liberali.* Vixit An. 1579. Reliquit Bereſithiadem, quo nomine opus creationis ſex dierum inſignire voluit. Carmina ejus nonnulla habentur *T. 2. Delit. Gall. pag. 581.* Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 268.*

MONINGERUS (Joh.) Onolsbacenſis, An. 1584. obiit. Librum carminum conſtruxit: item, genealogiam familiæ Juſſæ. Vid. *Hanckius part. 2. de S.R. R. pag. 158.*

MONITTOLA (Aug.) edidit theoremata logica, phyſica & metaphyſica, Pariſ. An. 1586.

MONLASCOVIUS (Pet.) condidit duos libros de homine, An. 1585.

MONLORIUS (Joh. Bapt.) Valent. philoſophus, in Ariſtotelis priora analytica commentatus eſt. Extat ejuſdem tract. de entelechia & univerſis Anno 1593. excuſus. Confer *Voſſium de nat. log. pag. 74.*

MONLUCIUS (Joh.) A. 1579. obiit. Edidit præſcriptionem adv. Furneſterium, Pariſ. An. 1575. Vid. *Thuanus l. 68.*

MONNERUS (Baſil.) JCtus, tractavit de matrimonio. Vid. *Placcius, pag. 140.*

MONODUS (Pet.) Camberienſis Allobrox, Anno 1631. vixit. Scripſit Amedeum pacificum, in quo continetur Baſileenſis concilii hiſtoria. Vid. *Alegambe, pag. 388.*

MONOSINIUS (Angel.) vulgavit novem libros florum Italicæ linguæ, An. 1594. Venet.

MONRADIUS (Joh.) edidit theſaurum concionatorum, An. 1614.

de MONREAL (Ant.) Belmontanus, Anno 1602. obiit. Reliquit comment. in S. Scripturam tribus voluminibus diſtinctos. Vid. *Alegambe, pag. 41.*

MONSALVENSIUS (Jac.) de benedictionibus patriarcharum, Salam. An. 1635. commentatus eſt.

MONSELICIUS (Laur.) Veronenſ. medicus, An. 1544. floruit. Vid. *Chioccus, pag. 133.*

MONSENUS (Joh.) Amſtelr. Anno 1540. claruit. Obſcura aliquot loca S. Scripturæ interpretatus eſt, teſte *Sweertio.*

MONSIDEL (Eraſmus) ſcripſ. in logicam, ethicam & metaphyſicam, An. 1509.

MONSIUS (Gualt.) Flander, hymnos ſacros diverſo carminum genere cecinit.

MONSTRELETUS (Enguerrandus) deſcripſit bella inter domum Aurelianenſem & Burgundicam: Anglorum in Gallia progreſſus: & reliqua memorabilia ſui temporis ab An. 1400. uſque ad An. 1467. teſte *Verderio.*

MONTACUTIUS (Rich.) Anglus, Anno 1641. obiit. Texuit exercitationes contra Baronium: item, antidiatribas contra *J. C. Bullingerum* pro *Caſaubono*. Extat ejuſdem tractatus de Originibus eccleſiaſticis, Lond. Anno 1640. fol. editus.

MONTAGNANA (Aug.) inter viros doctos

ctos refertur à *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 333.*

MONTAGNANA (Barth.) medicus & philoſophus Bononienſis, An. 1440. claruit. A nonnullis alter Hippocrates dicitur. Vid. *Quenſtadius, pag. 279.*

MONTAGNANA (M. Ant.) de herpete, phagedæna, gangræna, ſphacelo, Venet. Anno 1559. ſcribere aggreſſus eſt.

MONTAGNANA (Pet.) opus edidit, in quo picturis & imaginibus interiora hominis accuratè expreſſa ſunt. Vid. *Quenſtadius l. c.*

MONTAGNOLUS (Joh. Domin.) emiſit defenſionem philoſophiæ Angelicæ & Thomiſticæ, Venet. An. 1609.

MONTAIGNE (Joh.) JCtus, tractavit de bigamia: item, de Parlamentis. Prior tractatus extat *T. 9. Tract. tract.* poſterior, *Tom. 16.*

de MONTAIGNES (Mich.) de morali doctrina ſcripſiſſe perhibetur. Vid. *Naudeus in B. P. pag. 53.*

à MONTALBANO (M. Nepos) JCtus, reliquit librum de exceptionibus.

MONTALBANUS (Joh. Bapt.) philoſophus & medicus, An. 1613. vixit. Scripſit commentar. de moribus Turcarum: item, grammaticam Turcicam. *Bumaldus pag. 130.* vocat Italicum Ulyſſem. Confer *Leon. Allatium in A. U. pag. 151.*

MONTALBANUS (Marcus) inter viros claros numeratur. Vid. *Greg. Letus in It. regn. pag. 163.*

MONTALBANUS (Ovid.) Bononienſis, celebris Botanicus, Anno 1641. inclareſcere cœpit. Edidit ſub *Job. Antonii Bumaldi* nomine bibliothecam Bononienſem: bibliothecam botanicam: hortum botanographicum: dendrologiam, &c. Videantur *Bumaldus, pag. 180. Ghilinus, vol. 2. pag. 206. Placcius, pag. 170.*

de MONTALDO (J. B. Aurelius) ſcripſit de reſurrectione mortuorum. Videatur *Barth. adv. 60, 52.*

de MONTALDO (Barn.) Ciſtercienſis monachus, edidit 5. libros chronicorum Ciſtercienſium, Madriti, Anno 1602. fol.

MONTALTO (Philoth. Elianus) Ludovici XIII. Galliarum R. medicus, archipathologiam de capitis affectionibus A. 1614. typis tradidit.

MONTALTIUS (Ludov.) compoſuit epiſtolas provinciales, An. 1665.

MONTALTUS (Hieron.) Siculus, tractavit de homine ſano, An. 1591.

MONTALTUS (Lud.) Siculus, JCtus, ſcripſit de reprobatione ſententiæ Pilati. Continetur ea *Tomo 14. Tract. tract.*

MONTALTUS (Phil.) Luſitanus, opticam An. 1606. edi fecit.

MONTANARIUS (Geminianus) Mutinenſis, Bononienſis mathematicus, An. 1668. claruit. Collegit meditationes phyſicomathematicas ſuper qvædam experimenta à Car. Ant. Sampieri erecta, circa diverſos effectus liqvorum in cannulis vitreis & aliis vaſis facta. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 187.*

de MONTANOR (Guido) de arte chymica commentatus eſt.

MONTANUS Votienus, rhetor, teſte *Seneca in Controv. 29. pag. 213.* habet hoc vitium: ſententias ſuas repetendo corrumpit, dum non eſt contentus unam rem ſemel benè dicere, efficit, ne benè dixerit, & propter hoc & alia, quibus orator poteſt poetæ ſimilis videri, ſolebat *Scaurus* Montanum inter oratores *Ovidium* vocare. Num & Ovidius neſcit, quod benè ceſſit, relinquere. *Glandorpius in Onomaſt. pag. 881.*

MONTANUS (Arn.) ſcripſit de eſu carnium & quadrageſima pontificiorum, A. 1662: item, Forbeſium contractum vel inſtitutionum hiſtorico-eccleſiaſticarum compendium, An. 1663. Vid. *Quenſtad. pag. 5.*

MONTANUS (Bened. Arias) Andaluſius, An. 1598. obiit. Condidit novem libros antiquitatum Judaicarum. A Philippo II. Hiſpaniar. rege, editioni Bibliorum Complutenſium præeſſe juſſus eſt: quæ res multum illi invidiæ peperit. Itaque ſæpius ad cauſam dicendam Romam ire coactus eſt. Qua in re maximam ei moleſtiam exhibuit Leo Caſtrius, qui de LXX. Interpretibus comment. ſcripſit. Vid. *Thuanus, l. 120. Scioppius in Inf. Famiani, pag. 137. Ghilinus, vol. 2. pag. 41. Rivetus Tom. 2. Oper. pag. 915. Voſſius de mathemat. pag. 303. 400. Colomeſius in Cimeliis cap. 34.*

MONTANUS (Comes) Vicentinus, quinque libros de morbis, Anno 1591. edi curavit.

MON-

MONTANUS (Elias) rerum metallicarum fertur fuiſſe ſcientiſſimus.
MONTANUS (Gerh.) Belga, Anno 1632. obiit. Extat ejus metaphraſis poëtica in Cant. Cant. Vid. *Alegambe, pag. 561.*
MONTANUS (Henr.) plura conſcripſit. Opera ejus theologica prodierunt, Londini, An. 1675.
MONTANUS (Jac.) Spirenſis, carmina reliquit. Vid. *Tomus 4. Delit. Germ. pag. 865.*
MONTANUS (J. Bapt.) Veronenſ. medicus, An. 1551. obiit. Tantæ autoritatis erat, ut in eum Galeni animam transvolaſſe, creditū penè fuerit. Tractavit de medicina univerſa. Vid *Thuanus l. 8. Chiroccus, pag. 39. Ghilinus vol 2. pag. 140.*
MONTANUS (Joh. Fabr.) Helvetius, An. 1566. claruit. Scripſit contra Pontidonium & Cardillum, Hiſp. Concilii Tridentini propugnatores: item, carmen elegiacum de motu Monaſterienſi. Extant quoque ejus carmina *Tom. 2. Delit. Germ. pag. 101.* Vid. *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 507.*
MONTANUS (Joh Ferd.) JCtus, de jure emphyteutico commentatus eſt.
MONTANUS (Julius) poëta, tempore Tib. Imp. vixit. Meminit ejus *Ovid. de Ponto 4, ult.*

Quiq, vel imparibus numeris, Montane, vel æquis
Sufficis & gemino carmine nomen habes.

Item, *Seneca, epiſt. 122.* Recitabat Montanus Julius carmen, tolerabilis poëta & amicitia Tiberii notus & frigore. Ortus & occaſus libentiſſimè inſerebat. Itaque cum indignaretur quidam, illū toto die recitaſſe, & negaret, accedendum ad recitationes ejus, *Natta Pinarius* ait: numquid liberalius poſſum agere? paratus ſum illum audire ab ortu ad occaſum.
MONTANUS (Matth.) JCtus, ſcripſit in L. ſeptimo menſe, ff. de ſt. h.
MONTANUS (Matutin.) de ſucceſſione ab inteſtato commentari cœpit.
MONTANUS (Mich.) Anno 1592. obiit. Vid. *Thuanus l. 104. Baudius in not. ad poëmata ſua, pag. 662.*
MONTANUS (Paul.) Ultraject. JCtus, natus eſt An. 1530: obiit Anno 1587. Conſtruxit commentarium de tutelis, teſte *Swertio.*
MONTANUS (Pet.) Batavus, Anno 1506. Zwollis emiſit librum Satirarum.
MONTANUS (Pet.) Gandenſ. An. 1617. luculentam Belgii deſcriptionem edidit, teſte *eodem.*
MONTANUS (Phil.) Armenterius, Anno 1576. obiit. Recenſuit Theophylacti enarrationes in prophetas, evangelia & epiſtolas. Vid. *Swertius, pag. 645.*
MONTAUREUS (Petrus) Aurelianenſ. medicus & philoſophus, An. 1557. obiit. Mortuum verſibus *Mich. Hoſpitalius* celebravit. *Thuanus l. 47.* vocat virum magni & excellentiſſimi ingenii. Edidit comment. in 10. Euclidis. Carmina ejus ſervantur *T. 2. Gall. Delit. pag. 711.* Vid. *Tollius de Inf. Lit pag. 62.*
de MONTE (Hier.) JCtus, egit de finibus regundis, An. 1562.
de MONTE (Innocentius) tractavit de Turcarum ritibus, An. 1554.
de MONTE (Joh.) Anno 1361. claruit. Extant ejus monumenta hiſtorica, titulo, manipulus florum.
de MONTE (Lambinus) in Ariſtotelem de anima commentatus eſt.
de MONTE (Pet.) Venetus, epiſcopus Brixienſis, ſcripſit de primatu papæ & Imperatoris.
de MONTE ACUTO (Henr.) edidit dæmonis mimicam in progreſſu magiæ, Pariſ. An. 1612.
de MONTE LAUDANO (Guilh.) in 6. Decretalium commentatus eſt.
de MONTE LEONIS (Fab.) JCtus, condidit praxin arbitralem, Venet. An. 1560.
à MONTE MAJORE (Joh.) Hiſp. natus eſt Anno 1549: obiit Anno 1641. De ejus ſcriptis *Alegambe, pag. 259.* legi poterit.
à MONTE MARSANO (Cœleſt.) clavem Davidis, An. 1659. edi curavit.
à MONTE MARTYRUM (Claud.) An. 1550. claruit. Apocalypſin commentario illuſtravit.
de MONTE PESSULANO (Fr. Pet.) JCtus, ſcripſ. de arbitris & arbitratoribus.
MONTECALVUS (Honorat.) An. 1630. floruit. Trium barbarorum, Abaris Hyperborei, Anacharſis Scythæ & Aſclepii Imutis vitas literis conſignavit. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 168.*
MONTECALVUS (Jac.) medicus, Anno 1350. vixit. Scripſiſſe dicitur ſuper nonum Almanſoris.

MONTECALVUS (Vincent.) natus eſt, An. 1573: obiit, An. 1637. Patavii philoſophiam profeſſus eſt. Edidit de primis & ſecundis intĕtionibus metaphyſicas ſpeculationes, in quibus totius entis tam realis, quam rationis naturam, prædicationes, paſſionesq; lucidiſſimè explicavit. Vid. *Thomaſinus part. 2. Elog. p. 104. Ghilinus vol. 2. pag. 241.*

MONTECATINUS (Ant.) An. 1597. claruit. Comment. in Ariſtotelis tres libros politicorum: in 8. libros phyſicorum: in 3. libros de anima, An. 1587. adornavit. Videatur *Naudæus in B. P. pag. 67.*

MONTEFALCHIUS (Pet. Jac.) Anno 1497. claruit. Liber ejus de cognominibus deorum, Peruſiæ Anno 1525. prodiit.

MONTERENTIUS (Annibal) Bonon. JCtus, An. 1535. floruit. Ad ſtatuta Bon. commentatus eſt.

MONTERUS (Mart.) à Cueva, Hiſpan. JCtus, collegit deciſiones regni Arragonum, An. 1601.

à MONTESA (Bernh.) Celtiber, Anno 1458. claruit, & elucidationes confecit in librum *Phil. Ribotti* de geſtis Carmelitarum. Videatur *Hallerv. de hiſtor. pag. 43.*

MONESDOCA (Jac.) Hiſpalenſ. Patavii annuo ſexcentorum ducatorum ſalario naturalem doctrinam docuit. Videatur *Schottus in bibl. hiſp. pag. 539.*

MONTESPERATUS (Lud.) ſcr. vindicias pacificationis Monaſterienſis Anno 1653.

de MONTGAILLARD (Bernh.) abbas aureæ vallis, Anno 1628. obiit. Habuit varias orationes de rebus variis, quas tamen omnes ante obitum in ignem conjecit. Vid: *Carol. Viſch. pag. 51.*

MONTHESAURUS (Dominicus) Veronenſis medicus, Michaëlem Epheſium in primum de partibus animal. è Græco transtulit: ut & Simeonem Sethum de alimentorum facultate, An. 1561. Vid. *Chioccus, pag. 57.*

MONTHESAURUS (Natalis) Veronenſ. de morbo Gallico tractavit.

MONTICELLUS (Joh. Maria) de Bobio, ſcr. de teſtibus, An. 1575. Vid. *Tomus 4. Tract. tract.*

MONTICUCULI (Raym.) Inter eximios theologos refertur à *Caramuele.*

MONTICULUS (Sebaſt.) JCtus Vicentinus, ſcr. de inventario hæredis: Item, de patria poteſtate. Vid. *T. 8. Tract. tract.* Extat & ejus carmen epicum, An. 1556. impreſſum.

MONTISIANUS (M. Ant.) Geminianenſis, An. 1555. claruit. Tractavit de ſanguinis miſſione in morbo laterali.

MONTIUS (Pamphilus) medicus, Anno 1509. floruit. Elaboravit methodum medendi. Vid. *Bumaldus.*

MONTIUS (Pet.) Mediolanenſ. egit de unius legis veritate & ſectarum falſitate, Anno 1509.

MONTLUCIUS (Blaſius) An. 1560. vixit. De rebus geſtis ſuis comm. exaravit.

MONTMORENCIUS (Franc.) Arlenſis, An. 1640. obiit. Canticorum ſacrorum poëticam expoſitionem adornavit. Vid. *Alegambe, pag. 127.*

MONTMORENCY (Nicol.) Comes Stegriæ in Flandria, Anno 1617. obiit. Struxit librum titulo, flos campi, Anno 1604: item, manna abſconditum, duobus tomis. Vid. *Sweertius pag. 579.*

MONTOYA (Alf.) Ocanienſis Hiſp. An. 1590. obiit. Exaravit tract. de votis ſocietatis. Vid. *Alegambe, pag. 19.*

de MONTOYA (Ant. Ruiz) Peruanus, Anno 1640. floruit. Condidit grammaticam, vocabularium & catechiſmum lingua Guaranica. *Idem, pag. 44.*

de MONTOYA (Did. Ruiz) Hiſpalenſis, Anno 1632. deceſſit, ætatis 70. In 1. partem Thomæ Aquinatis ſex tomos commentariorum conſtruxit. *Idem, pag. 92.*

MONTURSIUS (Ang. Maria) in primum Sententiarum commentatus eſt, Florent. An. 1579.

MONTUUS (Hier.) Mirabelli Dominus, novem libros de febribus An. 1558. imprimi curavit.

MONTUUS (Seb.) Gallus, elaboravit 2. libros dialexeon medicinalium.

de la MOOR (Thomas) deſcripſit vitam & mortem Eduardi II.

MOPHA (M. Grib.) JCtus, tractavit de homicidio, An. 1583.

MOQUOTUS (Steph.) Nivernenſis Gallus, An. 1628. obiit, ætatis 57. Erat Græcè & latinè doctus. Grammaticam Græcam *Nic. Clenardi* in meliorem formam redegit, quæ jam totâ ferè Gallia in uſu eſt. Luciani dialogos quoſdam caſtigavit

gloſſaq; interlineari ad verbum expreſſit. Vid. *Alegambe, pag. 427.*

de MORAES (Ant.) An. 1630. innotuit. Scripſit de ornatu ſummi pontificis. Vid. *Alegambe, pag. 41.*

MORÆUS (Franc.) de febri maligna, An. 1670. commentatus eſt.

MORAGUEZ (Andr.) Majoricenſis, elegiaca poëmata typis tradidit. Vid. *Alegambe, pag. 28.*

MORAINES (Ant.) à *Caramuele* inter eximios & celebres Theologos refertur. Edidit anti Janſenium, Pariſ. Anno 1652. fol.

MORAINVILLERUS (Ludov.) ſtruxit examen philoſophiæ Platonicæ duobus tomis, An. 1650.

MORALES (Ambroſ.) Cordubenſis, An. 1590. humanis exceſſit. Cùm ab initio Dominicanorum ſodalitio nomen dediſſet, à ſodalibus ordine motus eſt, quòd veſano impetu ad refrenandas libidines ſibi virilia amputaſſet. Compluti oratoriam profeſſus eſt. Hiſtoriam patriam valdè illuſtravit, quam à Floriano Compenſi inchoatam uſque ad A. 1037. profecutus eſt. Vid. *Thuanus l. 99. Schottus in B. H. pag. 347.*

MORALES (Pet.) Valdepennenſis, quinque libros confecit in cap. 1. Matthæi, Lugduni Anno 1614. Vid. *Alegambe, pag. 389.*

MORALIS (G.) Venetus, in Hippocratis aphoriſmos, Anno 1648. commentatus eſt.

de MORANDIS (Neſtor) Anno 1466. floruit. Diſputandi peritia & arte nemini ſecundus fuit. Reliquit quæſtiones in logica & philoſophica.

MORANDUS (Bened.) Bonon. An. 1480. floruit. Habuit orationem de laudibus Bononiæ.

MORANDUS (Franc.) Sirena, carmina modulatus eſt. Videatur *T. 2. Del. Ital. pag. 79.*

MORANDUS (Joh.) Veronenſis, ſcripſit de Deo & Angelis, Venet. Anno 1650. fol.

MORANUS (Did.) Luſitanus, medicus, edidit 3. apologias, de epilepſia hyſterica: de venæſectione in fluore hæmorrhoidum: de ventris tumore, Anno 1626. in 4.

MORASINUS (Thomas) Aberdonanus Scotus, tractavit de metallorum cauſis & tranſmutatione.

MORATINUS (Iſidorus) muſas miſcell. An. 1667. edidit.

MORATTUS (Pet.) An. 1630. claruit.

MORAVIUS (Thomas) condidit Naupactiadem, An. 1604.

MORBACHIUS (Ach.) ſcr. dialogum, in quo philoſophus medicaſtrum quendam ſuper erroribus in medendo commiſſis coram prætore accuſat.

de MORBECA (Pet.) medicus, An. 1646. floruit. Compoſuit prognoſtica & epigrammata, teſte *Sweertio.*

de MORBECTA (Guil.) Anno 1268. vixit. Procli inſtitutionem philoſophiæ Platonicæ, 3. capitibus comprehenſam, latinè tranſtulit. Extat in Viennenſi Bibliotheca.

MORBETUS (Guil.) Anno 1540. claruit. Simplicii commentarios in 4. libros Ariſtotelis de cœlo latinos reddidit. Vid. *Simlerus.*

MOREANUS (Bald.) edidit regulam S. Bernhardi, An. 1620.

MOREAU (Carol.) paravit vindicias quadripartitas pro Auguſtino, Antv. Anno 1650.

MOREAU (Phil.) Burdigalenſ. librum de inſigniis gentilitiis, Anno 1609. compoſuit.

MOREAU (Renatus) Andegavenſ. exaravit epiſtolam de Laryngotomia. Extat ejusdem commentarius in ſcholam Salernitanam, An. 1625. impreſſus. Vid. *Linden, pag. 523.*

MORELLES (Coſmas) opera Thomæ Aquinatis 12. tomis edi curavit Anno 1612. Videatur *Leo Allatius in Ap. Urb. pag. 77.*

MORELLIUS (Guilh.) Tillanus, A. 1564. Collegit theſaurum latino-Græco-Gallicum. Vid. *Thuanus l. 36.*

MORELLUS (Joh.) Ebrodunenſis, Anno 1581. obiit. Erat vir Græcè & latinè doctiſſimus. Vid. *Sammarthanus in elog. pag. 151.*

MORELLUS (Frid.) edidit Piſidem, Græcum ſcriptorem: comment. in Statium & Libanii orationes duobus tomis, Anno 1606. fol.

MORELLUS (Greg.) Bergomas, Anno 1567. claruit. Scripſit de aquis medicatis agri Patavini. Extat & ejus dialogus de febri peſtilenti.

MORELLUS (Joh.) librum adornavit de eccleſia ab antichriſto liberanda, Lond. An. 1594.

MORELLUS (Pet.) monſtravit methodum præſcribendi remediorum formulas, An. 1639.

MORENA (Otto) Laudenſis, res Friderici Barbaroſſæ Imp. literis conſignavit.

MORENTINUS (Mart.) Juliani Imp. ſcripta latinè tranſtulit.

MORESCOTTUS (Alf.) Hiſpan. reliquit compendium medicum, An. 1588.

MORESINUS (Thom.) Aberdonanus, Scotus, tractavit de metallorum cauſis & tranſubſtantiatione, An. 1593.

MORESTELLUS (Pet.) ſcripſit de priſcorum Roman. feriis, An. 1605: item, de pompa ferali, An. 1621. Extat ejuſdem regina omnium ſcientiarum.

MORETUS (Joſ.) deſcripſit obſidionem fontis Rabiæ.

MORETUS (Theod.) Antverpienſis, tractatum phyſicomathematicum de æſtu maris Anno 1665. elaboravit. Vid. *Funccius Tom. 1. Orb. Imp. pag. 513. Alegambè, pag. 430.*

MORGALANTUS (Guido) philoſophus & medicus eruditiſſimus vocatur ab *H. Magio in miſc. 2, 4.*

MORGENSTERN (Bened.) ſcr. de Calviniſtarum & Waldenſium conſenſu, An. 1598.

MORGENSTERN (Georg.) de Odern, JCt. paravit ſermones contra perverſum mundi ſtatum, quem DEUS & æquitas naturalis damnat. Prodierunt Auguſtæ, An. 1505.

MORGUNUS, Anglus, emiſit Chriſtianum diurnum.

MORHARDUS (Joh.) ſtruxit theatrum ſapientiæ, Argent. An. 1631.

MORHOFIUS (Dan. G.) condidit comm. de ungue: polypragmonem: librum Venerum & funerum, &c. An. 1667.

MORIGIUS (Paul.) Mediolanenſis, Anno 1604. obiit. Multa ſcripſit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 187.*

MORILLONUS (Ant.) vir multiuga doctrina & omnifaria lectione, humanitatis & philoſophiç omnis *ἀφροδίτη ϗ χάρις* appellatur ab *Hadr. Junio in animadv. 4, 19.*

MORILLONUS (Guid.) in Livium commentatus eſt. Vid. *Nannius in miſcell. 5, 1.*

MORINGUS (Gerard.) Gelder, An. 1556. obiit, relicto in Eccleſiaſten commentario. Vid. *Sweertius, pag. 248.*

MORINUS (Joh.) Bleſenſis, Anno 1650. obiit, ætatis 68. Edidit Biblia Græca LXX. Interpretum: item, exercitationes eccleſiaſticas in utrumque Samaritanorum pentateuchum: de illorum religione & moribus: de antiquis hebr. literis & ſiclis: cabbaliſticis Script. S. interpretationibus, ejuſque obſcuris locis, Samaritano codice illuſtratis: variis Maſoræ & Judaicorum Bibliorum corruptelis, &c. Pariſ. An. 1631. in 4. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 167.*

MORINUS (Joh. Bapt.) mathematicus, An. 1656. ætatis 74. obiit, cum jam in eo eſſet, ut aſtrologiam Gallicam, opus 30. annorum, ederet. Scripſit de nova mundi ſublunaris anatomia: item, de atomis & vacuo contra *Gaſſendum*, An. 1651.

MORISANUS (Bernh.) apoteleſma in logicam, ethicam & phyſicam Ariſtotelis, An. 1646. publicavit.

MORISON (Rob.) profeſſor medicinæ in academia Oxonienſi, hortum regium elaboravit, An. 1669. Prior pars continet catalogum omnium plantarum, quæ in regio Bleſenſi horto extant: pars 2. autem obſervationes in *Bauhini* pinacem, & in *Joh. Bauhini* ſtirpium hiſtoriam. Fertur etiam ſcripſiſſe de plantis umbelliferis.

MORISOTUS (Claud. Barth.) Divionenſis, ſex poſteriores libros Faſtorum *Ovidio* addidit, Anno 1649. in 4. Eos valdè commendat *Conſt. Hugenius l. 11. Epigr. pag. 379. ſub finem.* Scripſit præterea hiſtoriam orbis maritimi, Anno 1643. Epiſtolæ ejuſdem prodierunt An. 1656. Vid. *Placcius pag. 141.*

MORISOTUS (Joh.) vir Græcè doctus, An. 1550. claruit. Ciceronis paradoxa, exemplo *Gazæ* & *Planudis*, in Græcam linguam convertit. Vid. *Simlerus & Hadr. Junius l. 2. animadv. c. 10.*

MORIUS (Henr.) edidit vitam & doctrinam Chriſti, Antv. An. 1649.

MORLA (Pet. Aug.) ſtruxit emporium U. J. quæſtionum.

MORLANDINUS (Joh.) Lemovicenſis, tractavit de ſanguine Jeſu Chriſti, An. 1352. contra nonnullos, qui aſſerebant, ſanguinem Chriſti in cruce fuſum non eſſe adorandum.

MORLINUS (Dav.) apophoretum precationum, Ingolſt. Anno 1624. publicavit.

MORLINUS (Joach.) Witeberg. Anno 1571. obiit. Enarrationem in Pſ. conlecit. Vid. *Thuanus l. 50. Colbius in Presbyterolog. Boruſſ. pag. 9.*

MORLINUS (Max.) An 1560. claruit.

MORMILEUS (Joſeph.) deſcriptionem urbis Neapoleos, Anno 1625. typis mandavit.

MORMILIUS (Joh. Evang.) monachus Caſinenſis, An. 1590. claruit. Scripſit hymnos, libros triſtium, eclogas, epigrammata.

MORNACIUS (Ant.) JCtus, compoſuit obſervationes ad Theocritum, teſte *Bourdelotio ad Heliodorum, pag 106.* item, obſervationes ad 24. libros Digeſt. & 4. Codicis, Pariſ. An. 1631.

MORNÆUS (Phil.) Pleſſiaci Dominus, Theologus, JCtus & philologus, non minus eruditione quàm virtute militari inclaruit. Tanti fuit nominis inter reformatos Galliæ, ut vix quisquam pontificiorum cum eo congredi in religionis negotio auſus fuerit. Condidit librum, titulo myſterii iniquitatis: alium de euchariſtia: opus item de religione Chriſtiana. Exaravit etiam admonitionem de Meſſia ad Judæos. Obiit Anno 1623. Videatur *Colomeſius in Gall. Or. pag. 247.*

MOROCURTIUS (Joh.) Tornacenſis, An. 1548. obiit. Struxit 4. libros Bruniados ſive de vita S. Brunonis carmine heroico. Vid. *Sweertius, pag. 454.*

MORONUS (Albert.) Cremonenſis, recitavit orationem de paſſione Domini, Anno 1639. Adornavit etiam hiſtoriam eccleſiaſticam. Videatur *Alegambe, pag. 9.*

MORONUS (Bonavent.) ſcr. 6. libros Cataldiados ſive de S. Cataldo, Romæ, An. 1614. Vid. *Waddingus pag. 83.*

MORONUS (Illuminatus) Bergomas, JCtus, edidit centum reſponſa moralia ad centum quæſita, Venet. An. 1645. fol. Vid. *Don. Calvus pag. 339.*

MORONUS (Joh. Bapt.) Bergomas, obiit Anno 1645. Scripſit veritatis ſomnium, ſatiram in proſa. Vid. *Don. Calvus in Bergom. pag. 227.*

MORONUS (Matth.) concinnavit directorium medicopracticum, An. 1650.

MORONUS (Nic.) JCtus, de fide, treuga & pace An. 1574. commentatus eſt.

MORTARIUS (Barth.) de viris illuſtribus ord. prædicat. Bonon. Anno 1515. ſcribere inſtituit.

MORTIERIUS (Rob.) Duacenus, Anno 1600. floruit. Habuit orationem de querimoniis profeſſionis literariæ.

MORTONUS (Thomas) Anglus, ſcripſit de autoritate & dignitate principum contra *Bellarminum*, Anno 1620. item, de euchariſtia. Commentatus etiam eſt Anno 1596. In 1. epiſtolam S. Pauli ad Corinthios. *Gatakerus in Cinno* vocat acutum & accuratum S. Scripturæ interpretem.

MORVIELLERIUS (Joh.) An 1577. obiit. Vid. *Thuanus l. 64.*

MORUS (Alex.) Anno 1670. obiit. Emiſit notas in loca quædam Novi Teſtamenti: item, ad caput 53. Eſaiæ. Liber ejuſdem de gratia & lib. arbitrio, adv. *Dionyſ. Petavium* in multorum manibus verſatur.

MORUS (Aſcanius) viris doctis adnumeratur à *Ghilino vol 1 pag 22.*

MORUS (Fr.) ſcripſit de cauſis & effectibus rerum naturalium, Lugd. Anno 1586.

MORUS (Henr.) in academia Cantabrigienſi collegii Chriſti ſocius, edidit Cabbalam philoſophicam: item, explicationem magni myſterii pietatis, libris decem, An. 1660. Opera ejus chronologica cum ſynchroniſmo apocalyptico prodiere, Londini, An. 1675. fol.

MORUS (Horat.) Florentinus, ſtruxit tabulas univerſam chirurgiam miro ordine complectentes, An. 1572.

MORUS (Joh.) Eboracenſis, Anno 1592. obiit. Reliquit chronologiam ſacram.

MORUS (Thomas) Anglus, regius Cancellarius, Maximiliano I. imperante floruit. Is cùm Henrici IIX. regis ſui conſiliis gravius ſeſe opponeret, In carcerem conjectus ac tandem ſecuri percuſſus eſt, An. 1535. Scripſit carmina: item, Utopiam, in qua agit de optimo reip. ſtatu. De Utopiâ epiſtola *G. J. Voſſii*, quæ habetur in *epiſt. eccleſ. præſtantium virorum pag. 768.* legi meretur. Idem dialogos nonnullos Luciani elegantiſſimè tranſtulit. De eo ita *Eraſmus in Ciceroniano pag. 174:* ingenium (inquit) fe-

 liciſſi-

liciſſimè natum & quod nihil non potuiſſet efficere, ſi totum his ſtudiis vacare licuiſſet. Cæterum iſto puero vix tenuis odor literaturæ melioris demigravit in Angliam. Deinde parentum autoritas ad leges ejus gentis diſcendas, quibus nihil illiteratius, adegit: mox in cauſis agendis exercitatus, hinc ad reip. munia vocatus, vix ſuccifivis horis reſpicere potuit ad eloquentiæ ſtudia. Tandem in regiam protractus & regni regiorumque negotiorum undis immerſus magis amare potuit ſtudia quàm colere. Et tamen dicendi genus, quod aſſecutus eſt, magis vergit ad Iſocraticam ſtructuram & dialecticam ſubtilitatem, quàm ad fuſum illud Ciceronianæ dictionis flumen, quanquam urbanitate M. Tullio nihilo inferior eſt. Quoniam autem adoleſcens diverſatus eſt in poëmatibus ſcribendis, poëtam agnoſcas & in oratione proſa. Hæc ille. Vid. *Jovius in elog. num. 89. pag. 209. in Britann. pag. 100. Phil. Labbe Tom. 2. diſſert. pag. 445. Loticbius part. 4. B.P. pag. 13. Naudæus in B.P. pag. 65.*

MORZILLUS (Sebaſt.) Vide, FOXIUS.

MOSANDER (Jac.) Flander, Anno 1589. obiit. In ſeptimo tomo Sanctorum adornando laboravit. Edidit etiam Adonis martyrologium. Videatur *Sweertius, pag. 369.*

MOSANUS (Theoph.) vulgavit Scultetum otthodoxum, An. 1621. in 4.

MOSCARDINUS (Paulus) inter viros doctrina illuſtres refertur à *Gr. Leto in Ital. regn. pag. 164.*

MOSCATELLUS (Jord.) Vicentinus, A. 1631. obiit. Philippum Fabrum, Scotiſtam, adverſus Marialem duobus libris defendit. Tractatum etiam de potentia neutra adverſus eundem elucubravit, teſte *Thomaſino.*

MOSCHEROSCHIUS (G.) centuriam epigrammatum emiſit.

MOSCICENSIS (Matth.) An. 1623. peſte extinctus eſt. *Starovolſc. pag. 101.* vocat poëtam haud contemnendum.

MOSCICENSIS (Nicol.) collegit elementa ad S. Confeſſiones, Colon. An. 1610.

MOSCHION, Μοσχίων, de navi Hieronis librum compoſuit, teſte *Athenæo 5, 9.* Fuit & alius Moſchion, qui ſcripſit de paſſionibus mulierum. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 337.*

MOSCHIUS (Joh.) prædicator Baſileenſis, tractatum de horis canonicis exaravit. Prodiit is Auguſtæ, An. 1489.

MOSCHOPULUS (Manuel) Μοσχόπουλος, ſcripſ. libellum de ratione examinandæ orationis. Vid. *Simlerus.*

MOSCHUS, Μόσχος, Siculus, Bucolicus poëta, tempore Ptolemæi VI. floruit.

MOSCHUS, Sidonius, vixit ante tempora Trojana. Vid *Strabo l. 15. pag. 757. & Scheferus de Ital. Philoſ. pag 20.*

MOSCHUS (Fr.) Nivellenſis Brabantus, An. 1600. vixit. Vitas S. Arnulfi Villarienſis, Simonis Alnenſis, & Mariæ Oigniacenſis in lucem protulit.

MOSCHUS (Joh.) ſeculo ſeptimo vel A. C. 630. juxta *Bellarm.* floruit. Scripſit Pratum ſpirituale ad Sophronium, Patriarcham Conſtantinopolitanum. Vid. *Photius Cod. CXCIX. Ph. Labbe Tom. 1. diſſert. pag. 564. C. Barthius in Claudian. pag. 89.*

MOSCONIUS (Iſid.) Peruſinus, JCtus, tractavit de majeſtate militantis eccleſiæ, Vener. An. 1602.

MOSE (Joh.) de diſciplina eccleſiaſtica Anno 1640. commentari aggreſſus eſt.

MOSELLANUS (Petrus) Anno 1524. vivere deſiit. Lipſiæ Græcam linguam docuit. Compoſuit notas in A. Gellium: item, in Quintillanum. Et, quia Græcè doctiſſimus fuit, Nazianzeni quinque libros ex Græco in latinum tranſtulit. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 171:* Petri Moſellani admiror parem utriuſque linguæ peritiam, ingenium candidum, minimeque ſordidum, induſtriam indefatigabilem, dictionem vividam, floridam ac dilucidam. Nihil ab eo non erat expectandum, niſi juvenem præpropera mors ſuſtuliſſet. *Sepulcro* ejus Græcus ille verſus inciſus eſt:

Μικρὸς ἐὼν ῥώμην ἦτος, γνώμῃ δὲ μέγιστος.

MOSES, Judæorum legislator, meritò inter antiquiſſimos ſcriptores refertur. *Quidam* tamen Jobum Moſe vetuſtiorem faciunt. Pentateuchum Moſen ſcripſiſſe, extra dubium eſt. *Abeneſra* ipſi etiam דברי הימים של משה tribuit, i. e. verba dierum Moſis. *Serarius* ex *Abulenſi* refert, eſſe librum quendam à Moſe conſcriptum de præteritis futuriſque rebus,

Apoca-

Apocalypſi noſtræ conſimilem. *Origenes* quoque περὶ ἀρχῶν *3, 2.* libri Aſcenſionis Moſis dicti meminit, qui fortè idem eſt ac ille, quem *Epiphanius* ἀνάληψιν Μώσεως in ſynopſi nominat. Fictitios eſſe omnes & ſingulos nemo cordatus ambigit. Plura de Moſe apud *Marſamum in Chronolog. pag. 141. Langbainium* ad *Longinum pag. 52. Ottonem* in *Lex Rabb. pag. 386. Hofm. in Lex. Univ. in Moſes*, invenies.

MOSES, Aben Tibbon, An. M. 5030. Euclidis librum ex lingua Arabica in Hebraicam tranſtulit, teſte *Gans in Zemach David, pag. 142.* Vide, ABEN TIBBON.

MOSES Alſchech, ſcr. Thorat Moſche. Vide, ALSCECH.

MOSES, ben Nachman, Gerundenſis, A. Chr. 1212. floruit. Exaravit comment. in legem, comm. in aliquot tractat. Talmudicos: *Thorat Adam: Sepher Zechot: Schulchan arbah: Bitchon: Milchamot: Adjagot* & annotationes novas in *Gemaram*. Vid. *Gans l. c. p. 140.* Quære, NACHMANIDES.

MOSES Cohen, A. M. 4958. vixit. *Gans l. c. pag. 140. Ramech* vocatum eſſe refert.

MOSES Dathrani, An. M. 5335. docuit. Compoſuit *Kriat ſepher* & *Beit Elohim*. Vid. *Gans pag. 156.*

MOSES Iſerles, A. M. 5332. obiit. In cœtu Cracovienſi per 20. fermè annos legem expoſuit. Reliquit librum *Thorat habola, Thorat Chataat, & Schulchan aruch.* Vid. *Gans pag. 155.*

MOSES Kimchi. Vide, KIMCHI.

MOSES Luria, præſes ſcholæ & pater domus judicii in cœtu Wormacienſi, An. M. 5351. obiit. *Gans pag. 158.* vocat excellum ſapientem in ſcientia & ſenectute.

MOSES Maimonides. Vide, MAIMONIDES.

MOSES Mikkotſi, A. C. 1236. floruit. Scripſit librum *Smag*, qui prodiit Venetiis An. 1547. fol. teſte *Daſſovio*. Vid. *Gans in Zemach David, pag. 141. Buxtorf. in Synagog. pag. 48.*

MOSERUS (Barth.) theſaurum bibliaticum collegit.

MOSNERIUS (Pet.) tria volumina de rebus philoſophicis, Lugd. An. 1646. edi curavit.

MOSQUERA (Chr.) de diſciplina militari commentatus eſt, Madriti Anno 1596.

MOSSUMUS, Anglus, proſpectum Sionis publicavit.

de MOTA VAYERII, (Franc.) Pariſinus, hiſtoriographus regius, multa ſcripſit, quibus principe informare conatus eſt, ut geographiam principum: phyſicam & logicam principum: rhetoricam principum, &c. Opera ejus omnia, 3. tomis incluſa, Pariſiis prodierunt, An. 1662. fol.

MOTIS (Joh.) Neapol. apologiam mulierum in viros probroſos contexuit.

MOTOLINUS (Turibius) Hiſp. Mexici religionem Chriſtianam prædicavit. Scripſit de ritibus & moribus Indorum: item, catechiſmum linguâ Mexicana. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 328.*

MOTORIUS (Arn.) ſtruxit carmen elegiacum in C. Julium Cæſarem, teſte *Sandero*.

MOTT (Herm.) edidit manum religioſorum, Colon. A. 1670 in 8.

MOVELIN (Jac.) Saiel, aliàs *Maharil* dictus eſt. Vide, MAHARIL.

MOUFETTUS (Thom.) Londinas, theatrum inſectorum, olim ab *Ed. Wottone, Geſnero & Pennio* inchoatum, feliciter abſolvit. Prodiit id opus, Lond. Anno 1634. fol. Exaravit etiam epiſtolas medicinales.

MOVIUS (Caſp.) demonſtrationem evidentem & orthodoxam, *Bergio* oppoſitam, Regiomonti, An. 1622. evulgavit. Extat ejuſdem antiCrocius, An. 1625. editus. Erat gymnaſii Stralſundini prorector. Obiit An. 1671.

MOVIUS (Frid.) JCtus, tractavit de amore ſui, Anno 1666.

de MOURE (Fernand.) An. 1610. claruit. Examen theologiæ moralis ſtruxit.

MOURET (Franc.) Gallus, emiſit pſalterium, An. 1586.

MOXIUS (J. Raph.) Gerundenſis, compoſ. methodum medendi morbos muliebres per venæſectionem, An. 1612. Vide, MOCHIUS.

MOYA (Joh. Pereſius) Portuenſis, medicus, ſcripſit de claris Hiſpaniæ mulieribus, Madriti, Anno 1583: item, ſilvam eutrapelias, teſte *Lindenio*.

de MOYNE (Alf.) doctor Sorbonicus, tractatum de gratia, An. 1647: item, de dono orandi An. 1650. adornavit.

 MU

le MOYNE (Joh.) An. 1303. claruit. Ei tribuitur comm. in 6. Decretalium. Vid. *Olearius,pag.260.*

MOZOLINUS (Silv.) Dominicanus, An. 1510. innotuit. Is primus calamum in B. Lutherum ſtringere auſus eſt. Compoſuit inſuper Summam moralem, quæ *Silveſtrina* & *Summa ſummarum* dicitur: item, Roſam auream ſeu evangeliorum expoſitionem. Videatur *Quenſtadius, pag.268.*

MOZZIUS (P. Nic.) JCtus, de contractibus commentatus eſt, Colon. An. 1597.

MUCIANUS Gaudentii tract. de muſica in latinum tranſtulit, teſte *Caſſiodoro de div.lect.pag. 1112.*

de MUCRONE (Blaſ.) JCtus, reliquit ſingularia.

MUDÆUS (Gabriel) Brechtanus, natus eſt An. 1500: obiit An. 1561. Docuit Lovanii. *Cujacius* de eo ad quendam Belgam dixiſſe fertur: Ante illum talem in Belgio non habuiſtis, nec poſt illum habituri eſtis. *Weſenbecius* refert, ipſum quinquies hebdomatim legiſſe duabus continuè horis ſine faſtidio audientium. Ejus tempore duo Studioſorũ juris millia Lovanii numerata fuiſſe, Idem *Weſenbecius* affirmabat. Scripſit de contractibus: item, de pignoribus & hypothecis, &c. Vid. *Sweertius,pag. 263.*

MUDSEARTUS (Dionyſ.) texuit hiſtoriã eccleſiaſticam à nato Chriſto uſque ad An. 1622.

MUGACATA (Phil.) opera logica An. 1494. edi fecit.

MUGELLANUS (Dynus Roſſanius) JCt. An. 1303. obiit. Bononiæ jus civile profeſſus eſt. Scripſit in titulum de regulis juris. Vid. *Ph. Labbe T. 1.diſſ. de S.E.pag. 256.Panzirolus in JCtis,2,45.*

de MUGLIO (Melch.) JCtus, Anno 1442. floruit. Fecit lecturas in Decreles.

de MUGLIO (Pet.) An. 1356. claruit.

MUHAMMED, filius Abdallæ, A. C. 631. obiit. Ab hoc Mahummedanorum, id eſt, Arabum, Turcarum & Perſarum religio orta eſt. Alcoranus, impius & fabuloſus liber, huic impoſtori originem debet. De Alcorani ſignificatione *Salmaſius in Prolegom. ad Solin.* legi poteſt.

MUHAMMED, ben Iſaac, Arabs, ſcripſit de ſecta Manichæorum. MS. habuit *Hottingerus.* Videatur *Hallervord. in B. C. pag. 279.*

MUISIUS (Æg.) vixit An. 1348. Condidit chronicon à nato Chriſto uſque ad annum memoratum.

MUISIUS (Simon) Aurelianenſis, Anno 1644. obiit. Hebræam linguam Pariſiis docuit. Sæpè auditoribus carere viſus eſt. Sed non mirum (inquit *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 159.*) Sorbonæ ſcholaſticos linguam ſanctam flocciſacere, cùm abſq; hujus cognitione ſacerdotes quotidiè fiant. Scripſit comm. in Pſalmos: item, triplicem aſſertionem veritatis hebraicæ contra exercitationes *Joh. Morini. Joh. Tarinus* tale ei *epitaphium* conſtruxit: Simon Muiſius, Aurelianenſis, archidiaconus Sueſſionenſis, ſacrarum hebraicarum literarum apud Pariſios in regio Franciæ collegio lector & profeſſor Regius, vir omni laude cumulatus, nullius loci hoſpes, quia in ejus ore omnes linguæ: nullius hominis inimicus, quia in ejus vultu omnes gratiæ: nullius rei inſcius, quia in ejus animo omnes ſcientiæ: nullius vitii conſcius, quia in ejus moribus omnes virtutes eminebant.

MULDENERUS (Chr. Nicol.) JCtus, de concurſu creditorum An. 1633. commentari cœpit.

MULDRAG (Ant.) Ciſtercienſ. monachus, circa An. 1655. Chronicon cœnobii de longo Ponte adornavit, teſte [illegible] tho.

MULENIUS (Janus) medicus, condidit hiſtoriam febris, An. 1598. Vid. *Bartholinus in Danis,pag. 65.*

MULERIUS (Nic.) Brugenſis, natus eſt An. 1564: obiit An. 1630. Erat medicus & mathematicus excellens. Edidit opus tabularum Friſicarum Lunæ-Solarium: libros duos aſtronomicarum inſtitutionum: item, librum de anno Judaico & Turcico, &c. Extat ejuſdem Calendarium Rom. unà cum Iſagoge. *G. J. Voſſius* vocat opus eruditum atque accuratum. Vid. *Autor vitarum profeſſ. Gröningenſ.pag. 65.*

MULERIUS (Pet.) Harlingenſis, Nicolai Mylerii filius, natus eſt An. 1599: obiit Anno 1647. Groningæ medicinam docuit. Vid. *Autor vitar. cit.pag. 113.*

MULERTUS (Ger.) Ultrajectinus, JCtus, collegit additiones in flores ultim. voluntatum Rolandi.

MULHUSINUS (Joh.) Thuringus, aliàs Spitznas dictus, An. 1609. obiit. Scriptis decertavit contra Dav. Pareum. Vid. *Alegambe pag. 260.*

MULINUS (Joh.) Salisburgenſis, tractavit de ſcribendis epiſtolis.

MULLERUS (Andr.) Greiffenh. edidit excerpta Turcici MS de cognitione DEI & hominis, An. 1665: item, examen monumenti Chinici, quod *Athan. Kircherus in China illuſtrata*, An. 1673. prodiderat.

MULLERUS (Dav.) collegit lexicon medico-Galeno-chymico-pharmaceuticum, fol. An. 1661.

MULLERUS (Frid.) compoſuit 3. libros de ſepulcris Hebræorum veterum: 11 libros de ſtatuis Romanorum, Anno 1666: item, reſolutiones juris Berolini, An. 1673.

MULLERUS (Gallus) ſtruxit alvearium ſacrarum meditationum, Colon. Anno 1676.

MULLERUS (Gothofr.) Θεολόγιον Biblicum, An. 1676 concinnavit.

MULLERUS (Henr.) Anno 1675. obiit. Scripſit de baptiſmo pro mortuis & ſabbato deuteroproto, Anno 1660: item, hiſtoriam Berengarianiſmi.

MULLERUS (Hieron.) exaravit hiſtorias Turcicas.

MULLERUS (Jac.) emblemata ſacra in 8. imprimi curavit.

MULLERUS (Joh) Roſtochienſis, JCtus, tractavit de injuriis: item, de emtione & venditione. Vid. *Vindingius in Haſn. pag. 391.*

MULLERUS (Joh.) Tigurinus concionator, hoc tempore claret. Diſputationes multas, varias & elegantes compoſuit, quarum nonnullas commemorare placet. A. 1653. quæſtiones miſcellaneas de Muhammedanorum DEO: Perſico Tawaſi pentateucho: de Sadducæis: Anno 1654 dyadem quæſtionum de nomine Jeſu & verſione Æthiopica: A. 1659. diſput. de hiſtoriæ definitione: de ſacris ſcriptoribus in genere: A. 1660. de evangelica magorum hiſtoria: de ſcriptis S. Matthæi: An. 1672. heptadem quæſtionum de nativitatis Chriſti feſto: An. 1673. vindicias locorum Vet. Teſtam. *Geneſ. 1, 3, 11. Gen. 17, 11.* publicavit. Extant & alia ejus ſcripta, ex. gr. Decas concionum: horologium pœnitentiale: tuba Joelis: ſpeculum pœnitentiale: tract. de monachatu & euchariſtia.

MULLERUS (Joh. G.) JCtus, de ſtatu hominum commentatus eſt.

MULLERUS (Joh.) Hamburg. theologus, An. 1642. claruit. Extat ejus Judaiſmus refutatus.

MULLERUS (Laur.) ſcripſit de variis rebus in Polonia, Livonia, Moſcovia, Suecia, &c. geſtis.

MULLERUS (Mart.) paſtor Gorlicenſis, poſtillam & alia practica ſcripta promulgavit.

MULLERUS (Pet.) libellum de annulo pronubo, An. 1672. confecit.

MULLERUS (Phil.) Friburg. miracula & & myſteria chymico-medica quinque libris complexus eſt, Anno 1614.

MULLERUS (Rom.) edidit olorem laureatum ſive S. Simonis triumphale, Salisb. An. 1664.

MULLERUS (Sam.) paſtor Muchlæ in Thuringia, ſpem vanam papiſticam *Pet. Cutſemio* oppoſuit.

MULLERUS (Seb.) paſtor Colonienſis in Marchia, homilias de reſurrectione edidit.

MULMANNUS (Hieron.) cenſuram diſquiſitionis *Cocceji* adornavit, Anno 1659.

MULMANNUS (Joh.) Theologus, natus eſt An. 1573: obiit An. 1613. Lipſiæ theologiam profeſſus eſt. Scr. de veritate & integritate cœnæ Dominicæ. Vid. *Henning. Witte in memor. Theol pag. 73.*

MULTZIUS (Jac. Bernh.) JCtus, de vera & genuina majeſtatis imperatoriæ repræſentatione commentari aggreſſus eſt, An. 1673.

MUMMIUS, Atellanarum inſtaurator, *Macrobio Saturn. 1, 10.* memoratur.

MUNARENUS (Ant.) tractavit de animæ creatione & immortalitate, Venet. An. 1646.

MUNARIUS (David) edidit Davidem contritum, ex Pſalmis pœnitentialibus, Cracov. An. 1641.

MUNATIUS Plancus, fuit orator & diſcipulus Ciceronis. *Plinius in præfat.* refert, cùm Aſinius Pollio diceretur orationes in eum parare, ſed poſt mortem primum edendas, ne reſpondere poſſet, dixiſſe Plancum, *cum mortuis non niſi larvas luctari*, quo dicto ſic repreſſit adver-

ſarios, ut apud eruditos nihil impudentius judicaretur. Ejus ſtatua viſitur Baſileæ in curia, cum inſcriptione à *B. Rhenano* concepta. Vid. *Voſſius de nat. Rhet. pag. 103.*

MUNATIUS Rufus, quemadmodum ex *Valerio Max. l. 4. c. 3.* colligitur, Cypriacam Catonis expeditionem literis mandavit. A dicto *Valerio* Cypriacæ expeditionis fidus comes appellatur.

MUNCKERUS (Phil.) emiſit Hermem grammaticum, Daventriæ, An. 1652.

MUNCKIUS (Joh.) An. 1650. deſcripſit navigationem ad fretum Hudſons inſtitutam, cum explicatione vet. & novæ Grœnlandiæ.

à MUNDELHAIM (Nebridius) compoſuit Antiquarium monaſticum, A. 1650. fol. item, faſciculum nymphæ, Anno 1648.

MUNDELLA (Aloyſ.) Brixienſis, ſtruxit theatrum Galeni, Anno 1568. Extant ejuſdem epiſtolæ medicæ. Vid. *Quenſtadius, pag. 301.*

MUNDERIUS (Joh.) Gandavenſis, elucubravit varios epigrammatum libellos.

MUNDINUS de Luciis, Mediolanenſis, An. 1290. floruit. A medicis magni æſtimatur. Statuta Patavina jubent, ut anatomici Patavini explicationem textualem ipſius Mundini ſequantur. Condidit anatomiam de omnibus humani corporis interioribus membris. Vid. *Bumaldus, pag. 170.*

MUNDINUS Mundinius, Vicent. habuit diſputationem, in qua ea, quæ de ſemine ſunt controverſa inter peripateticos & veteres medicos & neotericos, diſcutiuntur An. 1609.

MUNDINUS (Trypho) adornavit Iſagogen ad omnes Ariſtotelis libros, Venet. An. 1614.

MUNDINUS (Vinc.) med. An. 1563. floruit. Scripſit in artem medicinalem Galeni.

MUNDIUS (Georg.) Francus, JCtus, An. 1616. floruit. Tractavit de diffamationibus, An. 1628: item, de Comitibus Palatinis Cæſareis. Extant etiam ejus parodiæ & amores.

MUNFORDIUS (Jac.) librum compoſuit de miſericordia fidelibus defunctis exhibenda, An. 1649.

MUNIER (Joh.) advocatus regius apud Hæduos, commentarios hiſtoriæ Auguſtodunenſis An. 1660. confecit.

MUNNIGK (Joh.) medicus, de urinis & earum inſpectione diſſeruit, Traject. A. An. 1674.

MUNNOZ (Franc.) Hiſp. de ratiociniis adminiſtratorum, Anno 1664. commentari cœpit.

à MUNSTER (Joh.) ſcripſit de regeneratione & reformatione eccleſiæ, Anno An. 1621.

MUNSTERUS (Chriſt.) edidit diſpp. metaphyſicas, An. 1661.

MUNSTERUS (Joh.) Heilbronnenſis, emiſit 5. libros diſpp. de pædophlebotomia, An. 1604. Vid. *Linden, pag. 375.*

MUNSTERUS (Sebaſt.) natus eſt Anno 1489: obiit An. 1552. Baſileæ linguam ſanctam profeſſus eſt. Matheſeos fuit quam peritiſſimus. Edidit horologiographiam: organum uranicum: opus coſmographicum, &c. Primus Chaldaicam grammaticam conſcripſit: Moſis Kimchi grammaticam ex hebræo in latinum tranſtulit: *Gorjonidis* quinque hiſtoriarum libros latino idiomate expreſſit: Biblia hebraica de novo convertit & annotationibus haud pœnitendis illuſtravit. Ob merita non immeritò *Germanorum Eſdras & Strabo* indigitatus eſt. Vid. *Thuanus l. 11. Rivetus T. 2. oper. pag. 916. Placcius, pag. 267.*

MUNTING (Henr.) gazophylacium univerſæ materiæ medicæ Anno 1646. edi curavit.

MUNTZENBERG (G.) edidit manuale biblicum, An. 1610.

MUNTZERUS (Valent.) A. 1549. floruit. Chronicon Fuldenſe reliquit.

MUNTZERUS (Wolfg.) itinerarium Norimb. An. 1624 typis mandavit.

MUNTZIUS (G.) deprecationes omnium catholicor. Frib. An. 1620. emiſit.

MURA (Alb.) Taurinenſis, An. 1633. obiit. Vid *Alegambe, pag. 20.*

MURATORIUS (Franc.) ſtruxit apologiam adverſus calumniatores therapiæ, quam ipſe in vulnere brachii ex ſclopeto adhibuit, Bononiæ, An. 1600.

MURCIA, condidit curſum philoſophicum: item, ſelecta in libb. de generat. & corruptione.

MURER (Henr.) haud ita pridem Helvetiam ſanctam divulgavit.

MURETUS (Marcus Ant.) Lemovix, na-

tus eſt An. 1526: obiit An. 1585. In Gallia primum literas humaniores & jus civile docuit: ex Gallia poſtea in Italiam conceſſit ſedemque Romæ poſuit, ubi 21. annos philoſophiam & juriſprudentiam profeſſus eſt. Edidit varias lectiones, quibus nihil uberius, nihil elegantius fingi poteſt: orationes & poëmata: diſpp. in quatuor libri primi pandectarum titulos de orig. Juris: de legg. & ſenatuſconſultis: de conſtitutionibus principum: de officio ejus.cui mandata eſt juriſdictio, &c. Mortuum *Fr. Bencius* laudavit. Confer *Nicium Erythr. part. 1. Pinacoth pag. 11. Imperialem in Muſeo, pag. 111. Ghilinum, vol. 1 pag. 165.*

de MURGA (Pet.) Æmilianenſis, ſtruxit diſquiſitiones morales & canonicas, tomis duobus, Lugd. An. 1666. fol.

MURILLUS (Did.) vitas illuſtrium Cæſarauguſtanorum virorum ſtilo expreſſit. Prodierunt ejuſdem conciones quadrageſimales, An. 1612. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 101.*

MURMELLIUS (Joh.) Ruræmundanus, An. 1517. obiit. Scripſit ſcoparium ad profligendam è ſcholis barbariem: comment. in Boëthium de conſolat. ſcholia in verſilogum Mancinelli: protrepticon poëtantium: epigrammata: notas in ruſticum Politiani, &c. Vid. *Barth. Adv. 56, 2. Ghilinus vol. 2. pag. 133.*

MURNERUS (Thomas) Argentoratenſis, Theol. D. compoſuit chartiludium annis abhinc centum & quod excurrit, cujus ope intra ſpatium unius menſis etiam indoctos & rudes, artis logicæ ad miraculum uſque peritos effeciſſe ſe jactabat.

MURNERUS (Th.) JCtus, ſcripſit de pythonico quæſtu. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 325.*

MURSCHELIUS (Iſr.) antichriſtologiam Argentinæ publicavit, An. 1634. item, apocalypſin fœtorum Romæ papalis, An. eodem.

MURDATY, Gaphiphæ fil. Arabs, de miraculis Ægypti commentatus eſt. *Pet. Vatterius* eum edidit Pariſ. An. 1666.

MURTOLA (Caſp.) Genuenſis, inter viros doctos refertur à *Ghilino vol. 2. pag. 104.*

MUSA, rhetor, multum habuit ingenii, nihil cordis, inquit M. *Seneca controverſ. l. 5. pag. 222.*

MUSA (Ant.) medicus, tempore Aug. claruit. Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 97.* Quære, ARTORIUS.

MUSÆUS, Μυσαῖος, Athenienſis, Orpheo coævus fuiſſe traditur. Ejus χρησμῶν præter *Herodotum*, *Ariſtophanes in Ranis* meminit. Vid. *Palmerius in Emendat. pag. 690.*

MUSÆUS, Ereſius, poëta, decem libros Perſeidos exaravit, teſte *Suida*. Quidam ſeptem Muſæos numerant. Vid. *Meurſius in lect. Att. 2, 19.*

MUSÆUS, Grammaticus, judice *G. J. Voſſio*, poſt 4. ſeculum, ſub Anaſtaſio Imp. fortaſſe floruit. *J. C. Scaliger*, *in libr. de re poët.* carmen de amoribus Herûs & Leandri Muſæo Athenienſi, tanquam antiquiori, tribuit. Rectius alii Muſæo grammatico id adſcribunt, quos juvat *vetus inſcriptio* poëmatis, Μυσαίου τοῦ γραμματικοῦ, quam in vett. Codd. *Michaël Sophianus* invenerat.

MUSÆUS (Joh) Longopratenſis, inſignis Theologus, An. 1613. natus eſt. Hodiè Jenæ Theologicam cathedram illuſtrat. Scripſit de uſu philoſophiæ in controverſiis theologicis, Anno 1661. Vid. *Hadr. Beier in rect. Jen. pag. 492.*

MUSÆUS (Pet.) frater Johannis, orationē contra atheos, An. 1656. elaboravit.

MUSÆUS (Simon) An. 1577. obiit. Reliquit poſtillam. Videatur *Hadr. Beier l. c. pag. 455.*

MUSAMBERTIUS (Claud.) ſcripſit contra *Ramireſium*, Anno 1607. Quære ſuprà, MARCILIUS.

MUSART (Carol.) Arienſis Belga, Anno 1631. claruit. Texuit manuale parochorum. Vid. *Alegambe, pag. 69.*

MUSATUS (Albertinus) Patavinus, An. 1329. obiit. Reliquit 16. libros de geſtis Henrici VII. Imperatoris: 12. libros de geſtis Italicorum. Opera ejus *Felix Oſius* è tenebris in lucem produxit & notis illuſtriora reddidit. *G. J. Voſſius* vocat hiſtoricum gravem, diſertum & veritatis amantem.

MUSCATELLUS (Bernh.) JCtus, ſtruxit practicam fidejuſſoriam, An. 1600.

MUSCATUS, Judæus, eſt commentator Coſri. Vid. *Simon de Muis in caſtig. animadverſ. Joh. Morini, pag. 159.*

MUSCONIUS (Joh. Thom.) carminibus non-

nonnihil famæ conſecutus eſt. Vid. *T.2. Delit. Ital.pag.79.*

MUSCONIUS (Paulus) parthenomachiam quatuor libris Anno 1609. complexus eſt.

MUSCORNUS (Hieron.) JCtus, de jurisdictione Anno 1581. commentatus eſt.

MUSCULUS (Andr.) Snebergenſis, Theologus, An. 1580. obiit. Scr. compendium doctrinæ Chriſtianæ & tractatu contra neceſſitatem phyſicæ locationis in corpore Chriſti glorioſo. Vid. *Becmann. in proleg. bibl. Francof. pag. 40. 50. Juſtus in Chronico, pag. 27.*

MUSCULUS (Barth.) JCtus, tractavit de ſucceſſione conventionali & anomala, 1608.

MUSCULUS (Joh. Henr.) edidit Augiæ ſtabulum, Bernæ, An. 1652.

MUSCULUS (Wolfg.) Duſanus, Lotharingus, natus eſt An. 1497: obiit Anno 1563. Auguſtæ Vindelicorum concionatoris munere functus eſt. Poſteà Bernam ſe contulit, ibique theologum egit. Reliquit locos communes: comm. in Geneſin, Pſalmos, Eſaiam & Pauli epiſtolas. Euſebii, Socratis & Sozomeni eccleſiaſticam hiſtoriam latinam fecit. In Baſilio, Chryſoſtomo, Cyrillo & Athanaſio plurima tranſtulit. Erat latinè, Græcè, Hebraicè & Arabicè peritiſſimus. Vid. *Thuanus l. 36. Jac. Verheiden in elog. præſt. Theol. pag. 100.*

MUSIUS (Corn.) Delphenſis, natus eſt An. 1503: obiit An. 1572. Compoſuit carmen de laude ſolitudinis. Vid. *Tomus 3. Delit. Belg. pag. 667*: item, *Sweertius, pag. 194.*

MUSLADINUS Sadus, Perſa, ſcripſit *Kuleſtan*, i.e. roſarium politicum, Perſicè. Prodiit An. 1651.

MUSONIUS Rufus, Μουσώνιος, dialecticus & Stoicus philoſophus, tempore Neronis floruit. Propter nimiam in dicendo licentiam à Nerone cœſus eſt, teſte *Suida*. *Glandorpius* tamen *Suidam* errare affirmat, ſiquidem Muſonius ab exilio per Tiberium revocatus eſt, teſte *Euſebio*. Ei orationes & epiſtolæ philoſophicæ tribuuntur.

MUSONIUS, Pamphylius, bonorum virorum & honeſtatis admodum amans fuiſſe traditur. Ferunt, ob amicitiam Muſonii ſtatim aliquem bonum virum æſtimatum eſſe. Videatur *Glandorpius, pag. 615.*

MUSSA (Vinc.) ſcr. de regno & regia Plutonis in inferno, A. 1646.

MUSSAPHIA (Benjamin) Hamb. Judæus, medicus, h. t. claruit.

MUSSATUS (Albert.) An. 1329. obiit. Condidit tragœdiam de Accialino tyranno. Vide, MUSATUS.

de MUSSIS (Pet. Dom.) ſcr. de arte Notoria, Venet. An. 1530.

MUSSONIUS (Pet.) Virdunenſis, Anno 1621. claruit. Compoſuit tragœdias. Vid. *Alegambe, pag. 389.*

MUSSOTTUS (Ant.) poëta eximius, An. 1500. floruit. De eo ità *Codrus*:

Ingenium Tulli, ſacri vel adeſſe Maronis
Temporibus noſtris maxima turba negat. (*ſcripta,*
Quæ tua ſi, Antoni, legeret nitidiſſima
Hoc utrumq; ſibi cerneret eſſe loco.

MUSSUS (Corn.) Placentinus, Bitontinus epiſcopus, An. 1574. obiit. A 12. ætatis anno publicum ſacrarum declamationum munus aggreſſus eſt. A nonnullis *Italorum Chryſoſtomus* dictus fuit. Compoſuit comment. in omnes Pauli epiſtolas: item, duos tomos concionum in Symbolum Apoſtol. Vitam ejus *Bernardinus Tomitanus* illuſtri panegyrico celebravit. In *epitaphio* ſuo incòparabilis concionator & catholicæ fidei acerrimus propugnator nominatur. Vid. *Imperialis in Muſeo pag. 67. Ghilinus vol. 1. pag. 39. Waddingus in Scr. Ord. Minor. pag. 95.*

MUSTELIUS (Vinc.) admonitionem adornavit de vitanda peſtis contagione, Pariſ. An. 1545.

MUSURUS (Marcus) Μουσοῦρος, Cretenſis, exactæ diligentiæ grammaticus & raræ felicitatis poëta, Anno 1517. obiit. In gymnaſio Patavino aliquamdiu Græcos poëtas interpretatus eſt. Ingenium hominis teſtantur Græca nonnulla epigrammata, inter alia illud, quod in limine *operum Platonis* legitur, cujus ergò à Leone XI. pontifice factus putatur archiepiſcopus Epidaurenſis. *Epitaphium* ejus ita habet:

Muſure, ô manſure parùm, properata tuliſti (*citò.*
Præmia. Namq; citò tradita, rapta

Eraſmus in Ciceron. pag. 161. M. Muſurum propius novi, virum inſigniter eruditum

ditum in omni diſciplinarum genere, in carmine ſubobſcurum & affectatum: oratione proſa præter unam alteramve præfationem nihil, quod ſciam, reliquit: mirabar, hominem Græcum tantum ſcire latine. Et hunc fortuna retraxit à Muſis: dum Leonis favore Romam accitus incipit archiepiſcopus eſſe; fato præreptus eſt. Vid. *Jovius in elog. num. 30. Cruſius in Germano Græcia, pag. 156. Pierius Valerianus de Infel. literat. pag. 18.*

MUTA (Marius) in antiquiſſimas S.P.Q.R. conſuetudines commentatus eſt, Panormi, An. 1605.

MUTHESIUS (Zach.) Anno 1611. vixit. Confecit notas in Nov. Teſtamentum.

MUTHIUS (Gerh.) edidit artificioſum aſtro-geographicum mobile, Anno 1673.

à MUTIIS (Don.) Raguſæus, reliquit epiſtolam de terebinthinæ reſinæ facultatibus, An. 1534.

MUTIUS (P.) JCtus, A.U.C. 621. claruit. Vid. *Bertrandus in JCtis, pag. 200.*

MUTIUS (Ach.) Bergomas, An. 1594. obiit. Condidit theatrum 6. partibus diſtinctum, quo illuſtrium Bergomatum monumenta poëtice referuntur. Vid. *Donatus Calvus, pag. 5.*

MUTIUS (Ang.) Bergomas, An. 1558. claruit. Extat ejus liber axiomatum.

MUTIUS (Bernh.) Bergomas, obiit Anno 1623. Compoſuit comment. in 4. libros Sententiarum ad mentem Bonaventuræ.

MUTIUS (Hier.) Bergomas, An. 1570. claruit. Edidit crucis victoriam. Vid. *Don. Calv. pag. 275.*

MUTIUS (Henr.) 31. libros de Germanorum origine, legibus & geſtis elaboravit.

MUTIUS (Joh. Aurel.) Mantuanus, carmina exaravit. Vid. *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 91.*

MUTIUS (Macarius) Bergomas, Anno 1639. floruit. Scripſit de recta poëſeos ratione: de Chriſtiana poëſi: Siceli dem, parthenodiam: triumphum Chriſti: Vid. *Don. Calv. pag. 380.*

MUTIUS (Pius) Bergomas, natus eſt An. 1574: obiit An. 1659. Emiſit conſiderationes in *Corn. Tacitum*. Hinc *quidam* ita ludebat:

Impius eſt Tacitus; melior tamen incipit eſſe,
Fitq; tua Tacitus dexteritate pius.

Extant etiam ejus ſex libri epiſtolarum. Vid. *Donatus Calvus pag. 449.*

MUTIUS (Quintus) Anno Urb. conditæ 658. floruit. Jus civile primus conſtituit & in 18. libros digeſſit. Ex his unus ὅρων, id eſt, regularum inſcriptus erat. Vid. *Panzirolus in JCtis, 1, 11.*

MUTIUS (Victor) tractavit de bello & pace, Papiæ, An. 1594.

MUTONUS (Nicol.) Mediolanenſ. ſcripſit luminare majus & *μυθεγδαλεολεχγίαν*.

MUTSCHLERUS (Conr.) edidit manuale literatorum, Paſſav. An. 1646.

MUTTA (Matth.) catechiſmum Græcobarbarum edi curavit, Hafniæ, An. 1638. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 100.*

MUTTINUS (Simplicianus) de 7. ſacramentis, Venet. Anno 1620. commentatus eſt.

à MUXELLO (Dynus) JCtus. Vide, DYNUS & MUGELLANUS.

MUZIUS (Pius) Mediolanenſis, natus eſt Anno 1574. teſte *Ghilino vol. 1. pag. 199.*

MYCONIUS (Frid.) Anno 1548. obiit.

MYCONIUS (Oſw.) Lucernas, Anno 1552. obiit. Reliquit expoſitionem in Marcum.

MYDORGIUS (Claud.) Pariſinus, edidit quatuor libros Conicorum, Pariſ. Anno 1648: item, prodromum catoptricorum & dioptricorum, ibid. Anno 1641.

van der MYE (Frid.) Delphenſis, ſcripſit de arthritide & gemino calculo, Hagæ, Anno 1624: item, de morbis & ſymptomatibus Bredanis tempore obſidionis, Anno 1626. Videatur *Linden, pag. 183.*

van der MYL (Abr.) Anno 1611. claruit. Librum conſtruxit de lingua Belgica & illius communitate cum aliis: item, meditationes in teſtament. Jacobi & Moſis. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 2.*

MYLÆUS (Chriſtoph.) de ſcribenda univerſitatis rerum hiſtoria, An. 1551. fol. tractare aggreſſus eſt.

MYLERIUS (Nicol.) Vide, MULERIUS.

MYLERUS (Nic.) ab Ehrenbach, JCtus, elaboravit metrologiam, Anno 1667. item, hyparchologiam, An. 1677.

MYLIUS (Caſp.) ſcr. de diluvii univerſalitate, An. 1667.

MYLIUS (Conr.) meletemata catechetica vulgavit, An 1616.

MYLIUS (Georg.) Auguſtanus, natus eſt An. 1548: obiit Anno 1607. In patria Superintendentis officio functus eſt. Verùm cùm calendarium pontificium recipere nollet, juſſu Senatus Auguſtani urbe exactus eſt. Inde Witebergæ & Jenæ docere cœpit. Edidit explicationem epiſtolæ Pauli ad Romanos: volumen diſp. theologicarũ: expoſitionem Auguſtanæ Confeſſionis, &c. Vid. *Hadr. Beier in Rect. Jenenſ. pag. 478.*

MYLIUS (Joh.) Libenrodenſ. A. 1568. clar. Reliquit 2. libros hieronicarum, S. Polycarpi martyrium, hymnos, &c. Vid. *T. 4. Delit. Germ. pag. 883.*

MYLIUS (Joh. Dan.) Wetteranus, emiſit antidotarium medicochymicum, Anno 1620. Vid. *Linden, pag. 337.*

MYLIUS (Mart.) Sileſius, inter poëtas referri meruit. Videatur *Tom. 4. Delit. Germ. pag. 917.*

MYLIUS (Tilem.) annales Hebræorum carmine heroico 65. libris complexus eſt, Anno 1600. Vid. *G. J. Voſſius* in *Etymologico lat.* in *Obedio.*

MYLLERUS (Joh. Jac.) inſtituit σύγκρισιν concilii Nicæni & Tridentini.

MYLON, Μύλων, inter παροιμιογράφους numeratur. Vid. *Zenobius, pag. 38.*

MYNSICHT (Adrianus.) Vide, MINSICHT.

MYNSINGERUS (Joach.) JCtus, natus eſt Anno 1514. cum dente: obiit Anno 1588. Friburgi mortuo Udalrico Zaſio ſuffectus fuit. Inde BrunſwicenſisDucis cancellarius factus eſt. Ætate ad ſenium vergente quietis cupidus, dimiſſo Cancellariatu, reliquum vitæ Helmſtadii in otio literario tranſegit. Julio Principi ſuaſor fuit, ut An. 1576. Academiam ibi erigeret. Poëſi excelluit & 2. libros Auſtriados elaboravit. Vid. *Tomus 4. Delit. Germ. pag. 924.* In jure commentarium in Inſtitutiones edidit. Extant quoque ejus centuriæ obſervationum Cameralium: decades conſiliorum, &c.

MYREPSUS (Nicol.) Μυρεψὸς, qui & *Præpoſitus* dici ſolet, inter recentiores Græcorum medicos collocatur. Superest ejus liber de compoſitione medicamentorum particularium ſecundum genera, ordine literarum.

à MYRIACA (Balth.) Anno 1573. obiit. Compoſuit 85. ſermones in Cantica. Videatur *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 46.*

MYRICANUS (Serv.) texuit enchiridion fratrum Minorum, Colon. Anno 1618.

MYRINCA (Joh.) Lovanienſis, condidit tres libros ſermonum de conjugio Chriſtiano carmine heroico, teſte *Geſnero.*

MYRINUS, Μυρῖνος, Græcus epigrammatarius, in *Anthol. Gr. Epigr. l. 2. c. 9. & l. 3. c. 27.* allegatur.

MYRMEX, Μύρμηξ, inter dialecticos locum occupat. Videatur *Stephanus* in Ἐνετοί.

MYRON, Μύρων, Prlenenſis, Meſſeniaca condidit. Ex ſecundo libro ejus operis quædam *Athenæus* allegat. Confer *Pauſaniam in Meſſeniacis*, qui eum ſoluta oratione ſcripſiſſe aſſ.

MYRONIANUS, Μυρωνιανὸς, Amaſtrianus, ἔγραψεν ὁμοίων ἱστορικῶν κεφάλαια. Vid. *Laërtius* in *Polemone*, pag. 262.

MYRSILUS, Μυρσίλος, antiquus ſcriptor, paradoxa hiſtorica reliquit. Ea *Antigonus Caryſtius* allegat. *Apollonii Scholiaſtes* eundem ἐν Λεσβιακοῖς citat. Meminit ipſius etiam *Dionyſius Halicarnaſſ. l. 1. & Strabo l. 13.* Myrſili Lesbii liber de origine Italiæ & Tyrrhenorum *Annii Viterbienſis* fœtus eſt & quidem ſuppoſititius. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. S. R. R. pag. 299.*

MYRTEUS (Pet.) Forojulienſis, carminibus nomen ſuum celebre fecit. Vid. *T. 2. Delit. Ital. pag. 97.*

MYRTILUS, Μύρτιλος, veteris comœdiæ poëta, *Hermippo* comico coævus fuit. Edidit Amores & Titanopanes.

MYSLENTA (Cœleſtinus) Theologus, natus eſt Anno 1558: obiit An. 1653. Scripſit contra Rathmannum, Movium, Bergium, &c. Mortuo parentavit D. *Calovius.*

N. NA

N.

NABINALIS (Elias de) Gallus, An. 1363: obiit. In libros Sententiarum & Apocalypſin commentatus eſt. Vid. *Waddingus in S.O M. p. 104.*

NABOD (Valent.) Vide, NAIBODA.

NACHMANIDES (Moſes) Gerundenſis, circa An. Chr. 1212. inclareſcere cœpit. Compoſuit ספר הבטחון, librum ſpei: השגות, animadverſiones: ספר הזכות, librum meritorum: & תורת האדם, diſpoſitionem hominis. Vid. *Gans in Z.D. pag. 113.*

NACHTENHOFERUS (C. F.) ſcripſit Vergilias vel pleiades ſacras, An. 1669.

NACLANTUS (Jac.) Clodienſis epiſcopus, Anno 1569. obiit. *Sixtus Senenſis* vocat philoſophum & theologum ſui temporis celebratiſſimum. Reliquit enarrationes in epiſt. Pauli ad Rom. & Epheſios: medullam S. Scripturæ & theoremata theologica. Extat ejusdem tractat. de origine contingentiæ. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 73.*

NACLANIUS (Joh.) edidit Florum Hungaricum, Amſterd. An. 1663.

NADA (G.) JCtus, tractavit de pactis.

NADASIUS (Joh.) Hungarus, ſtruxit 2. volumina dierum memorabilium Societatis Jeſu, Antv. An. 1665: item, Mariam matrem agonizantium. Vid. *Alegambe, pag. 260.*

de NAELDWICK (Pet.) Batavus, medicus Gothoburgenſis in Suecia, confecit 2. libros philippicorum ſive de equorum natura, electione, educatione, diſciplina & curatione, Lugd. Batav. An. 1631. in 4.

NÆRANUS (Sam.) Dordracenſis, Anno 1611. claruit. Reliquit carmina. Vid. *T. 3. Delit. Belg. pag. 680. Swertius in A.B. pag. 671.*

NÆVIUS (Caſp.) Chemnitius, collegit conſilia & epiſtolas medicas. Vid. *Linden, pag. 200.*

NÆVIUS (Cn.) Anno U.C. 549. obiit. Stipendia fecit bello Punico primo, teſte *Agellio l. 17. cap. ult.* Carmine deſcripſit celebre illud bellum, uti teſtatur *Cicero in Catone majore.* Ob maledicentiam in carcerem conjectus eſt, in quo duas fabulas, Leontem putà & Ariolum elaboravit, uti iterum *Agellius* refert *l. 3. cap. 3. Hieronymus in chronico* Romà pulſum, Uticæ tandem mortuum eſſe memorat. Videantur *Glandorpius in O. R. pag. 621. Caſp. Sagittarius in vitis ſcript. Rom. pag. 8.*

NÆVIUS (Joh.) medicus, natus eſt Anno 1499. Videatur *Albinus in Chr. Miſn. pag. 366.*

NÆVIUS (Joh.) Mechlinienſis, An. 1627. floruit. Vitam S. Monicæ literis propagavit.

NÆVIUS (Seb.) JCtus, edidit 2. volumina ſyſtematis ſelectorum.

NAGELIUS (Paul.) exaravit novam philoſophiam & aſtronomiam, A. 1621.

NAGELMACKER (Laur.) de Jubilæo, Antv. An. 1578. ſcribere aggreſſus eſt.

NAGENGAST (Mauricius) emiſit alterum idiotam, Saliſb. in 4.

NAGONIUS (J. Mich.) Antonianus, geſta Joh. Bentivoli 4. libris carminum expreſſit. Videatur *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 179.*

NAHUM (Jodocus) ſtruxit homilias in evangelia, An. 1627: item, comment. in epiſt. ad Hebræos.

NAIBODA (Valent.) Colonienſis, mathematicus, multis doctiſſimis ſcriptis inclaruit. Occiſus inter libros repertus eſt. Ferro ſe periturum eſſe aliquoties amicis prædixerat. Cauſam mortis fuiſſe invidiam eorum, qui ſe ab illo multis partibus ſuperari videbant, *Tomaſinus part. 1. Elog. pag. 183.* exiſtimat. Scripſit comment. in *Alchabitium* & ſphæram Sacroboſci: tres libros inſtitutionum aſtronomicarum: comm. in *Ptolemæi* quadripartitum.

de NAIERA (Franc. Perez.) Anno 1623. obiit. Tractavit de orthographia linguæ Caſtellanæ. Vid. *Alegambe, pag. 130.*

NAKATENUS (Wilh.) palmetum cœleſte concinnavit.

NALDINUS (Joh. Maria) Florentinus, inter viros doctos locum habet. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 418.*

NALDIUS, in aphoriſmos Hippocratis, Romæ, A. 1667. commentatus eſt.

NALDUS (Ant.) corpus juris canonici, in 3. partes diſtinctum & diverſorum gloſſis illuſtratum, noviſſimè edidit,

Lugd. An. 1671. Extant ejuſdem quæſtiones in foro pœnitentiæ frequentes, An. 1646. impreſſæ.

NALDUS (Matthias) ſcripſit pamphiliam vel de mundi univerſi amicitia.

NANCELIUS (Nic.) Noviodunenſis, condidit analogiam microcoſmi & macrocoſmi Anno 1611: item, vitam Petri Rami.

de NANGIACO (Guilh.) Anno 1301. floruit. Reliquit triplex chronicon, teſte *Zeillero part. 1. Scr. hiſt. pag. 97.*

NANI (Bapt.) tractavit de rebus Venetis. Extat & ejus philoſophia peripatetica dogmatica, Anno 1671. Patavii edita.

NANNINUS (Remigius) Florentinus, Anno 1581. obiit. Condidit annales in Vet. & Novi Teſtament. libros, quibus hiſtoriam illuſtrium virorum & deſcriptionem animalium, plantarum, lapidum, montium, fluminum, urbium, opidorum, &c. complexus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 204.*

NANNIS (Joh.) An. 1581. vixit, & gloſſam in apocalypſin conſtruxit.

NANNIUS (Florianus) ſtruxit catenam argenteam in Geneſ. cap. 1. Anno 1587.

NANNIUS (Pet.) Alcmarienſis, An. 1557. obiit. Humaniores literas Lovanii in Buslidiano collegio octodecim annos profeſſus eſt, uti habetur in ejus *epitaphio*. Erat Græcè & latinè doctiſſimus. Multa Patrum ſcripta feliciter tranſtulit. Reliquit miſcellanea, orationes, dialogos. Miſcellanea *Tomo 1. Lamp. Crit. Gruteri* continentur. Scripſit etiam in Cant. Cant. & Salomonis ſapientiam ſcholia; notas item ad Ambroſii adverſus Symmachum relationem. Meminit ejus *Thuanus l. 19.* Vid. *Swertius pag. 625. Ghilinus vol. 2. pag. 216.*

NANNO, Staurienſis Friſo, philoſophus, Anno 1380. floruit. In ethicam univerſam, teſte *Swertio*, commentatus eſt.

NANSIUS (Franc.) Iſembergenſis Flander, JCtus, Anno 1595. ſeptuagenarius obiit. Exaravit notas ad Nonni paraphraſin in Johannem. Vid. *G. J. Voſſius part. 1. rhet. pag. 88.*

NANUS (Dominicus) Albenſis, collegit Monoteſſaron Evangeliorum, in quo unà cum ſententiis evangelicis omnes autoritates & ſententias gentilium philoſophorum, poëtarum & oratorum contulit, quæ cum ſingulis evangeliorum locis concordare videntur. Vid. *Sixtus Senenſis l. 4. pag. 224.*

NAPÆUS (Cæl.) Bononienſis, An. 1490. floruit. Vid. *Bumaldus pag. 44.*

NAPHTHALI, ben Jacob Elchanan, Francofurtenſis, edidit *Sepher emek hammelech*, librum Cabbaliſticum, Amſterd. An. 1653. fol.

NAPHTHALI, aliàs *Hirſ h Altſchuler* dictus, Judæus, librum *Aijala Schelucha*, Cracoviæ typis exſcribi curavit. Eſt comment. in libros biblicos, ubi textus hebraicus adjectus eſt cum punctis.

NAPHTHALI (Heerſ.) in caput 9. *Eſaiæ*, Regiomonti Anno 1643. commentari cœpit.

NAPIERUS, Anglus, Apocalypſin notis illuſtrare conatus eſt.

NARDINUS (Famianus) edidit Romam antiquam.

NARDIUS (Balth.) collegit explicationes locorum de papatu contra *Antonium de Dominis*, Anno 1618.

NARDIUS (Joh.) Florentinus, diſquiſitionem de rore, Anno 1642: item, noctes geniales conſcripſit, Anno 1656. Extat & ejus commentarius in Lucretium cum figuris, Florent. Anno. 1648. excuſſis.

NARDUS (Joh. Leo) Pedemontanus, A. 1555. vixit. In Apocalypſin commentatus eſt.

NARVATIUS (Matth.) Curvæquercus, collegit ſilvam rerum ad chirurgiam pertinentium, An. 1576.

NASCIMBÆNIUS (Naſcimb.) fecit comment. in Cic. de inventione, Venet. An. 1563.

NASIREDDINUS, Tuſius Perſa, recenſuit Euclidem Arabicum, Romæ impreſſum, teſte *Ravio*.

NASIUS (Chr.) emiſit electa logica, An. 1648.

NASIUS (Seb.) ſpeculum methodi medendi, Brixiæ, An. 1633. fol. edi curavit. Vid. *Linden. pag. 538.*

NASO (Ephraim Ign.) ſcripſit trophæa cœlitum & veros amores, An. 1666.

NASSANDER; *Νάσσανδρος, περὶ τῶν ἀοιδῶν*, allegatur ab *Heſychio in ἀοι-*

NASUS (Joh.) Francus, monachus, Lutheranorum hoſtis acerrimus, An. 1562. vixit. Compoſuit ſex centurias controverſiarum theologicarum. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 215.*

de NATALIBUS (Pet.) An. 1470. claruit. Collegit Sanctorum hiſtorias. Vid. *Olearius pag. 374.*

NATALIS (Hervæus) Brito, juxta *Bellarm.* An. 1325 obiit. Condidit librum adverſus *Durandum & Henr. à Gandavo*: tractatum de poteſtate Papæ &c. Elaboravit etiam ſcripta philoſophica, qualia ſunt de æternitate mundi, de relationibus, & de ſecundis intentionibus. Vid. *G.J. Voſſius in Theſib. Theol. pag. 354. Olearius in Abaco, pag 207.*

NATALIS (Hier.) Majoricenſis, Anno 1581. obiit. Extant ejus annotationes & meditationes in evangelia, cum iconibus, Antv. An. 1607. editæ, fol. Vid. *Alegambe, pag. 185.*

NATALIS (Minutius) JCtus, tempore Trajani Imp. floruit. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 1, 31.*

NATHAN, Babylonius, circa A.Chr. 130. vixit. Collegit פרקי אבות, i e. *capitula patrum*, quę nihil aliud ſunt, quam apophthegmata moralia & alia piè dicta patrum eccleſiæ Judaicæ. Vid. *Ganz, pag. 106.*

NATHAN, ex Hordana, A.M. 5337. obiit. Reliquit comm. in Raſchi, & comm. in R. Iſaac Medura. Videatur *Ganz pag. 156.*

NATHAN, Jechielides, A. C. 1106. Romæ obiit. Diſcipulus fuit R. Moſis Haddarſan, Narbonenſis. Scripſit lexicon Talmud. & Chaldaicum, ערוך dictum.

NATHEN (Steph.) edidit juſtitiam vulneratam, juridicè curatam, Colon. An. 1646.

NATOLIUS (Juſtus) tractavit de fide hominis, qui in mundo recte vivere velit, Lugd. An. 1605.

NATTA (G.) JCtus, An. 1475. floruit. Compoſuit tractat. de ſtatutis fœminas excludentibus.

NATTA (M. Anton.) Aſtenſis, JCtus, edolavit 9. libros de principum doctrina: Item, librum de paſſione Chriſti: & alium de pulcro. Extant etiam 15. ejus libri de DEO. Videatur *Guido Panzirolus in JCt. 2, 132. Quenſtad. pag. 287.*

NATUS (Pet.) Florent. medicus, obſervationes de malo limonia citrata aurantia, An. 1674. edere cœpit. Vid. *Greg. Letus in Ital regn. pag. 413.*

NAVÆUS (Matth.) edidit ſponſum virginis decoratum corona, Duaci, Anno 1630.

NAVARCHUS (Jac.) Flander, An. 1576. obiit. Reliquit epiſtolam de ſectis in religione orientalium populorum. Vid. *Alegambe, pag. 208.*

NAVARRA (Pet.) Hiſp. de reſtitutionibus, Anno 1593. commentatus eſt.

NAVARRETE (Balth.) defenſionem Thomæ ſuſcepit, An. 1605.

NAVARRETE (J.B.) Cordubenſis, comment. in Threnos, Anno 1602. publicavit.

NAVARRO (Vinc.) Valentinus, A. 1640. claruit. Habuit ad prælum paratam theologiam Marianam. Vid. *Alegambe, p. 443.*

NAVARRUS (Pet. Paul.) Calaber, Anno 1622 à Japonibus combuſtus eſt. Compoſuit apologiam fidei Chriſtianæ adverſ. calumnias gentilium Japonicè. Vid. *Alegambe, pag. 392.*

NAUCLERUS (Joh.) aliàs *Vergenhans* dictus, Theologus & JCtus, Anno 1490. floruit. In Tubingenſi academia, recens erectâ, primus rector conſtitutus eſt Anno 1477. Compoſuit chronicon, in 2. volumina diſtinctum, quorum prius 63. generationes, Vet. Teſtament. ſcilicet: poſterius 63. easque Novi Teſtament. continet. Vid. *Olearius in Abaco pag. 260.*

NAUCRATES, Ναυκράτης, Comicus, ἐν Περσίδι, *Athenæo l.9.* allegatur.

NAUCRATES, Erythræus, à *Stephano* in ἐρυθραὶ & à *Scholiaſte Hom.* adducitur.

NAUDÆUS (Gabr.) medicus, natus eſt An. 1606: obiit An. 1653. Edidit pentadem quæſtionum jatrophilologicarũ: item, bibliographiam politicam. Ejus epiſtolæ An. 1667. prodierunt. *Anonymus in Bibliogr.* In Naudæo (inquit) obſervare licet, eum interdum ſtudio partium odioq; nationis aut religionis quibuſdam iniquiorem eſſe, multos etiam autores egregios ob eaſdē cauſas, ut videtur, planè præterire. Exemplo eſt poſ-

ſunt, quæ de *Clapmario, Grutero, Forſtnero, Scipione Gentili* & quibuſdam aliis ſatis frigidè aut etiam malignè ſcripſit. Vid. *Imperialis in Muſeo, pag. 202. Leo Allatius in Ap. Urb. pag. 114. Labbe in Bibl. Bibl. pag. 47.*

NAUGERIUS (Andr.) Sabellici diſcipulus, ſcripſit orationes & epigrammata. Carmina ejus habentur *T. 2. Delit. Ital. pag. 104. J. C. Scaliger de re poët. pag. 796.* Naugerii ſtilus (inquit) generoſus totus. Semper enim aliquid vult, quantū poteſt. Ecloga tamen ad Julium pontificem minus ſuavis eſt: nihil enim adfert novi, quod excitet. Vid. *J. P. Lotichius part. 4. B. P. pag. 37. Jovius in Elog. num. 78. Pierius Valer. de J. L. pag. 99.* vocat *Andr. Navagerium.*

NAVIS (Franciſc. Simſon) Brixianus, Anno 1499. obiit, ætatis 85. Extant ejus commentaria in ethica Ariſtotelis. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 135.*

NAUMACHIUS, Ναυμάχιος, poëta incertæ ætatis, laudatur ab *Arſenio*, Monembaſiæ epiſcopo, qui & varios ejus verſus adducit. *Voſſius* Chriſtianum poëtam exiſtimat.

NAUNTELIUS (Rhem.) ſtruxit rationale Jeſuiticorum, An. 1597.

NAURATH (Mart.) JCtus, de rationariis, An. 1656: item, de vita & morte hominis, An. 1666. commentatus eſt.

NAUSEA (Frid.) Blancicampianus, Anno 1552. in concilio Tridentino obiit. Vid. *Sauſſay, in Scr. eccl. pag. 29.*

NAUSICRATES, Ναυσικράτης, Comicus, reliquit comœdiam Ναυκλήρους, cujus *Athenæus l. 7.* meminit.

NAUSICRATES, rhetor, à *Plutarcho in Cimone* allegatur.

NAUTONERIUS (Guilh.) adornavit mecographiam. Videatur *Caſaub. epiſt. 274.*

NAXERA (Eman.) Anno 1610. claruit. Fecit comment. in librum Judicum: item, in libros Regum tomis quatuor.

NAZARIUS, inſignis rhetor, panegyricum compoſuit Conſtantino Imper. Meminit ejus *Euſebius in chronico, Auſonius in profeſſ. Burdigal.* & *epigr. ad Cenſor. Att.* Habuit filiam, Eunomiam nomine, de qua *S. Hieronymus in Chronico, in principio.*

NAZARIUS (Joh. Paul.) Cremonenſis, natus eſt Anno 1556. Extant ſex ejus volumina in Thomam. Vid. *Ghilinus vol. 2 pag. 149.*

NAZARUS (J. B.) Brixienſis, emiſit diſcurſum de futura & ſperata contra Turcas victoria, è ſacris prophetiis, aliisq; vaticiniis, prodigiis & prognoſticis deſumtum. Videatur *Wolfius in memorab. cent. 16. pag. 884.*

NEAGEORGIUS (Thomas) Straubingenſis, natus eſt An. 1511. Alias *Kirchmaier* dictus erat. Luſit ſatiris. Fecit etiam Pammachium & Pyrgopolinicem tragœdias. Vid. *Tomus 4. Delit. Germ. pag. 997.*

NEANDER (Chriſtoph.) edidit orationes funebres, Anno 1614. item, diſpp. phyſicas.

NEANDER (Joh.) Bremenſ. ſcripſit tabacologiam, Anno 1622: item, medicinæ natalitia. Videatur *Labbe in B. B. pag. 98.*

NEANDER (Mich.) Soraviā Sileſius, natus eſt An. 1525: obiit An. 1595. Ilfeldenſi ſcholæ totos 40. annos cum laude & commodo ſtudioſæ juventutis præfuit. Compoſ. Ἀνθολογικὸν, in quo veterum Græcorum ſcriptorum ſententiæ pleræq; continentur. Coluthum, Tryphiodorum & Cointum latinè tranſtulit. Poëſin Græcam ſummo ſtudio promovere conatus eſt, editis eum in finem 4. libris de re poet. Græcorum, Hebræam linguam quoque exactè calluit, ceu ex erotematibus hebraicis ab eo editis ſatis apparet. Confer *Lundorpium T. 3. hiſt. pag. 13.* & *Thuanum l. 113.*

NEANDER (Sam.) JCtus, ſcr. de jure perſonarum, Anno 1626: item, de patria poteſtate.

NEANTHES, Νεάνθης, Cyzicenus orator, tempore Ptolemæi Philadelphi claruit. Ejus Ἑλληνικὰ *Athenæus l. 13.* citat. Scripſit quoque librum περὶ πλάνης: alium περὶ ἀνδρῶν ἐνδόξων: item, ὅρος. Neanthes etiam *Parthenio c. 33.* item, *Porphyrio* περὶ ἀποχῆς *l. 4.* memoratur. Ejus nomen *S. Hieronymo l. 2. contra Jovinianum Mallincrot pag. 23.* reſtituit, apud quem *Eanthes* malè hactenus lectum eſt. Vid. *Voſſ. de hiſt. Græc. 1, 15. Jonſius de Scr. hiſt. Phil. 1, 2. & 2, 4.*

NEA-

NEAPOLIS (Carolus) compoſuit anaptyxin ad faſtos *Ovidii*, Antverp. Anno 1639. fol.

NEARCHUS, Νέαρχος, claſſis Indicæ præfectus, tempore Alexandri M. floruit. De India commentatus eſt. *Arrhianus l. 5. de Exped. Alex.* Nearchum inter eos ponit, quos fide dignos judicat: *Strabo contra* omnem penè fidem illius relationibus derogat.

NEBELKRA (Henr.) JCtus, collegit deciſiones forenſes, A. 1617. In 4.

NEBIENSIS (Auguſtinus) An. 1530. obiit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 60.* Quære, AUGUSTINUS: item, JUSTINIANUS.

NEBRISSENSIS (Anton.) penè octogenarius An. 1544. obiit. Salamanticæ primùm multos annos docuit: exinde Complutum à *Franc. Ximenio* vocatus eſt, qui Biblia edidit toto orbe celebrata. In iis divulgandis Ximenius etiam Ant. Nebriſſenſis opera uſus eſt. Reliquit coſmographiam cum iſagoge: item; tres *Quinquagenas*, quas ita vocavit, quod ſingulis 50. explicaret Scripturæ vocabula. Tertia Quinquagena extat: duæ priores adhuc deſiderantur. Scripſit etiam lexicon trilingue. *Jovius in elog. num. 64.* natura mulieroſum & ad ſupremum uſque diem venereis uſum affirmat. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 71.*

NECEPSO, Rex Ægypti, compoſuit de ſorte fortunæ libros, quorum decimus tertius allegatur à Valente. Vid. *Seldenus ad Marm. Arundell. pag. 130. 131. Marſamus in chronolog. pag. 474. Borrichius de Hermete, pag. 176. 319.*

NECHONIAS, ben Hakkana, annis 30. aut 40. ante natum Chriſtum vixit & Jonathanis paraphraſtæ coævus fuit. Condidit librum cabbaliſticum, פליאה dictum, magnæ autoritatis apud Judæos & in quo multa arcana contineri dicuntur. Hic eſt ille Nechonias, cujus dictum celebratur in *Pirke Avoth*: Quicunq; recipit in ſe jugum legis, ab eo tollitur jugum regni & jugum viæ terræ. quicunque autem abjicit à ſe jugum legis, ſuper eo decernitur, ut ferat jugum regni & jugum viæ terræ. Vid. *Buxt. in Bibl. Rabb. pag. 278.*

NECKAM (Alex.) Vide, NEQUAM.

NECKERIUS (Guilh.) ſcripſit propægnion, quo viam ad cæteras Grammat. partes ſternere voluit.

NECTARIUS, Νεκτάριος, hieromonachus, condidit carmen de Abbatibus, qui ante ipſum claruerunt. Videatur *Mallincrot.*

NECTARIUS, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Anno 397. obiit. Reliquit homilias. Videantur *Phil. Labbe Tom. 2. diſſert. de S. E. pag. 98. Olearius in Abaco, pag. 318.*

NECTARIUS, Pictavienſis, floruit ſeculo III. & imperante Diocletiano martyrio affectus eſt. Struxit comm. in Apocalypſin. Quidam *Victorinum* cognominant.

à NEDDEN (Ad. Fr.) compoſuit tract. de expenſis litium, An. 1672.

NEEDHAM (Gualt.) edidit diſquiſitionem anatomicam de formato fœtu, An. 1667.

NEELSIUS (Nic.) Brabantus, An. 1601. obiit. In Geneſin & Cant. Cant. commentatus eſt.

NEGRONIUS (Joh. Bapt.) Corſus, Patavii philoſophiam profeſſus eſt. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 544.*

NEGUSANTIUS (Anton.) JCtus, tractavit de pignoribus & hypothecis, Anno 1566.

NEHEMIAS (Abrah.) Luſitanus, libros 2. methodi medendi univerſalis per ſanguinis miſſionem & purgationem, An. 1591. publicavit.

NEIDECCERUS (Laurent.) JCtus, ſcripſit de ſponſalibus & matrimonio, Anno 1596.

NEIPEJUS (Melch.) Bredä Flander, collegit adagia poſt Eraſmum, Junium & alios, An. 1571.

NELDELIUS (Joh.) Glogovienſis, Anno 1612. obiit. Lipſiæ philoſophiam docuit. Confecit ſynopſin in analytica poſteriora. Vid. *Henn. Witte in philoſoph. pag. 53.*

NELLUS à S. Geminiano, ſcripſit de Bannitis.

NEMEIERUS (Andr.) analyſin logicam epiſtolæ ad Romanos, Anno 1608. confecit.

NEMESIANUS (Aurel.) Carthaginenſis, tempore Cari Imp. claruit. Reliquit Cynegeticon & quatuor eclogas. Meminit ejus *Vopiſcus.* Vid. *Glandorpius in Onomaſt. pag. 641. C. Barthius in Claudian. pag. 1212.*

NEMESIUS, Νεμέσιος, Emiſenus epiſcopus, quando vixerir, non certo conſtat. *Quidam* quinto ſeculo vixiſſe autumant. Scripſit de natura hominis: item, de conjunctione animæ & corporis. Vid. *Ph. Labbe T. 2 diſſert. pag. 100. Barthius in Claud. pag. 859. Olearius in Abaco, pag. 318.* Ejus 8. libri de philoſophia Græce & latine prodierunt Oxonii, An. 1671.

NEMIUS (Caſp.) Siluæducenſis, exaravit varias orationes, teſte *Sweertio.*

NEMIUS (Joh.) Silvæducenſis, A. 1553. floruit. Compoſuit Tyli Saxonis hiſtoriam vel humanæ ſtultitiæ triumphum verſu Jambico: poëma, cui titulus; Parens & noverca, &c. Vid. *Sweertius, pag. 456.*

NEMORARIUS (Jordanus) juxta *nonnullos* A. C. 700. vixit, & arithmeticam 10. libris conſignavir quos *Jac. Stabulenſis* commentario illuſtravit.

NENNIUS, Anglus, A.C. 620. vixit. Condidit hiſtoriam de origine Britannorum.

NEOCLES, Νεοκλῆς, Athenienſis, frater Epicuri, ἔγραψε περὶ ἰδίας αἱρέσεως, inquit *Suidas.*

NEOFANIUS (Melch.) poëta, An. 1596. claruit.

NEOMAGUS (Joh.) Gelder, An. 1537. floruit. In Roſtochienſi Academia matheſin profeſſus eſt. Scripſit arithmeticam libris duobus; Bedam vero de ratione temporum, natura rerum, & loquela per geſtum digirorum ſcholiis illuſtravit: Claud. Ptolemæi geographiam latinè vertit, eiq; regionum & urbium indicem adiecit. Vid. *Sweertius, pag. 457.*

NEON, Νέων, vixit tempore Marci Aurelii Imp. Vitas Speuſippi, Eleuſippi & Meleuſippi literis conſignavit. Vid. *Surius Tom. 2. de Sanctis.*

NEONOBELLUS (J. W.) JCtus, tractavit de fatuitate Baſiana.

NEOPHON, Νεοφῶν, vel NEOPHRON, Νεόφρων, Tragicus, ſub Alexandro M. claruit, à quo etiam inrerfectus eſt, quod *Calliſtheni* philoſopho amicus eſſet. Edidit CXX. Tragœdias. Ejus quoq; credita eſt Medea, quæ *Euripidi* tribui ſolet. Primus introduxit in ſcenam pædagogos & ſervorum tormenta. Videatur *Suidas.*

NEOPTOLEMUS, Νεοπτόλεμος, Parius, Gloſſographus, *Straboni l. 13. pag. 589.* memoratur.

NEOSTADIUS (Corn.) JCtus, natus eſt An. 1549: obiir, An. 1606. De pactis antenuptialibus commentatus eſt. Extant ejuſdem deciſiones Hollandiæ. Vid. *Meurſius in Ath. Batav. pag. 258. Sweertius, pag. 194.*

NEOVILLÆUS (Joh.) Genvillanus, vixit, An. 1550. Scripſit in Pſalmos pœnitentiales: item, quinq; libros de pulcritudine animi.

NEPERUS (Joh.) librum de rhabdologia, Edimburgi, An. 1667. edi curavit.

NEPITA (Coſmus) in conſuetudines Siciliæ, An. 1594. commentatus eſt.

NEPOS (Cornelius) hiſtoricus. Vide, CORNFLIUS.

NEPOS de monte Albano, JCtus, tractavit de exceptionibus, An. 1573.

NEPOS (Joh.) Silvanus, epiſcopus Hieroſolymitanus, tempore S. Hieronymi & Auguſtini vixit. Opera ejus omnia cura *Pet. Waſtelii* prodierunt Bruxellis, An. 1643. fol.

NEQUAM (Alex.) ſive, ut poſtea vocari voluit, NECKAM, An. Ch. 1127. vixit. Scripſit de tropis & ſchematibus. *Tumulo* ejus ſequens verſiculus inſcriptus erat: *Dictus erat Nequam, vitam duxit tamen æquam.* Vid. *Baleus cent. 3. c. 86. Voſſius de nat. rhet. pag. 96.*

NERATIUS (Priſcus) JCtus, claruit ſub Adriano & Marco Aurelio, Impp. Compoſuit regularum quindecim: reſponſorum tres libros, &c. Vid. *Panzirolus in JCt. 1, 35. Bertrandus. pag. 70.*

NERIUS (Laur.) Emporienſis, medicus, *Gregorio Leto in Ital. regn. pag. 501.* memoratur.

NERIUS (Phil.) An. 1580. claruit. Scripſit nonnulla, quæ tamen morte jam inſtante flammis tradidit. Vitam ejus *P. Jac. Bacitius* ſtilo expresſit. Videatur *Sauſſay, pag. 126.*

NERO, Imperator, Troica ſcripſiſſe fertur. Vid. *Servius ad l. 5. Æneid. pag. 925. Aulus Perſius ſat. 1. v. 99.* ſequentes verſiculos ex ejus *Bacchis* allegat:

Torva mimalloneis implerunt cornua bombis:
Et raptum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris, & lyncem Mænas flexura corymbis (echo.
Evion ingeminat: reparabilis adſonat

Scripſit præterea ſatiram in Quinctianum, teſte *Tac. annal. 15.* item, llii haloſin, teſte *Oroſio 7, 7.*

NERVA (Coccejus) JCtus, ſenior, Tiberio Imp. familiaris fuit. Is tantæ probitatis erat, ut vitam abſtinentia cibi finire maluerit, quam crudelitatem, qua Tib. in cives bonos graſſabatur, diutius perpeti. *Filium* habuit ſibi cognominem *Cocc. Nervam*, qui de uſufructu & uſucapionibus commentatus eſt. Vid. *Bertrandus, p. 317.* Quære, COCCEIUS.

NERVIUS (Barth.) reſpondit ad calumnias G. Caſſandri, An. 1564.

NERUS (Ant.) Florentinus, de arte vitraria 7. libris commentatus eſt. Editus eſt ille tractatus Amſterd. Anno 1668. cum obſervationibus & notis *Chriſt. Merretti.*

NERUTIUS (Matth.) emiſit varias repetitiones ad jus canonicum.

NESEKIUS (Nathan) ſcripſit de præſentia Chriſti in S. Cœna, An. 1574.

NESSELIUS (Mart.) Moravus, exaravit poëmata, An. 1643: item, exercitationes miſcellas, Anno 1666.

NESTOR, Νέστωρ, Larendenſis, poëta epicus, tempore Severi Imp. claruit. Hic, teſte *Suida*, fecit Iliadem λειπογράμματον, cujus liber primus nullam A. habuit, liber ſecundus nullam B. liber tertius nullum Γ. & ſic deinceps. *Stephanus* laudat etiam ejus Ἀλεξανδριάδα: & *Menander rhetor* allegat ejuſdem Μεταμορφώσεων. Fertur etiam Neſtor quidam ſcripſiſſe Ἀλεξίκηπον verſibus elegiacis, teſte *Conſtantino Cæſ. de re ruſt. l. 12. cap. 16. & 17.*

NESTOR Dionyſius, Novarienſis, dictionarium compoſuit ordine alphabetico, Anno 1507. Videantur *Merula in Enn. pag. 549. Waddingus in Scr. Ord. M. pag. 262.*

NESTOR, poëta, in *Anthologiâ Gr. Epigr. l. 1. c. 33. & 79.* allegatur.

NESTOR, Ruthenicus, condidit Πατερικὸν, librum Slavonicum, in quo patrum Kyovienſium in cryptis ſepultorum res geſtæ prolixè enarrantur. Impreſſus eſt Kyoviæ Anno 1661. fol. Latinè quædam ex eo reddidit *Joh. Herbinius.* Vid. *Hallerv. in B.C. pag. 282.*

NESTOR, Tarſenſis, Academicus, Auguſteo ævo floruit. Erat præceptor Marcelli, Octaviæ filii, qui à *Virgilio* laudatus eſt. Teſtis *Strabo l. 14.* Struxit θεατρικὰ ὑπομνήματα. *Lucianus in Macrobiis* Stoicum facit & 92. annis vixiſſe perhibet.

NETHENUS (Matth.) tractavit de transſubſtantiatione, An. 1666. Amſt. item, de interpretatione ſcripturæ, An. 1674.

NETTELET (Ægid.) Anno 1494. vixit. Compilavit opus ex Hieronymi epiſtolis collectum & quatuor libris diſtinctum.

NETTERUS (Thom.) Anglus, An. 1430. obiit. Scripſit in Geneſin, Exodum, Leviticum, epiſtolam ad Romanos, Acta, &c. Item, contra Wicleſiſtas, Huſſitas & ſimiles. Videatur *Oblinus vol. 2. pag. 236.*

NEUBRIGENSIS (Guilh.) cognomine *Litle* dictus, natus eſt Anno 1135. Edolavit libros duos de regibus Anglorum: item, quinq; libros de geſtis Anglorum. Eos primus in lucem protraxit *Guilh. Silvius. Polydoro Virgilio* veridicus autor nuncupatur. Vid. *Zeillerus part. 1. ſcr. hiſt. pag. 99.*

NEUCRANTZIUS (Paulus) exercitationem edidit de harengo, Anno 1654: item, librum de purpura & febri purpurata, An. 1660.

NEUCRANTIUS (Zach.) tract. de reſpiratione humana, Anno 1676. emiſit.

NEUDORFIUS (Mich.) poëta, An. 1598. claruit.

NEVELLETUS (Joh. Nicol.) μυθολογίαν Æſopicam, An. 1610. edi curavit.

NEVELLETUS (Pet.) Trecenſis, verſibus innotuit. Videatur *Tomus 2. Delit. Gall. pag. 814.*

NEVENARIUS (Herm.) Comes, de Gallia Belgica commentari cœpit. Extat ejuſdem libellus de febri ſudatoria, quam vulgò ſudorem Britannicum vocare ſolent.

NEUENHAHN (Henr.) tractavit de privilegiis viduitatis, Anno 1669.

NEUFELD (Conr.) edidit octavum mundi mi-

di miraculum, Anno 1653 : item, vindicias Manualis Prutenici, An. 1652.

de NEUFELD (Ulricus) ſcr de regula credendi *Valeriani M.* An 1643.

de NEUFVILLE (Gerh.) ſtruxit arithmethicam theoreticam & practicam, Anno 1624. item, coſmologiam & anthropologiam.

NEUGEBAUERUS (Salomo) Prutenus, condidit libellum de peregrinatione, Anno 1605 : quinque libros rerum Polonicarum, Anno 1611 : item, ſymbola heroica, An. 1619.

de NEUHOVEN (Franc.) Anno 1572. obiit. Opera ejus tribus tomis conſtant, teſte *Sweertio pag. 249.*

NEUHUSIUS (Edo) concinnavit theatrum ingenii humani : item, fatidica. Videatur *Mart. Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 185.*

NEUHUSIUS (Henr.) fecit poëmata extemporanea, An. 1656.

NEUHUSIUS (Reinerus) contexuit florilegium philologicum, An. 1650.

NEVIANUS (Marc.) Gerardimontanus, medicus, A. 1563. claruit. Compoſuit poëmatium de plantarum viribus, Lovan. Anno 1563 : item, carmen de curandis morbis, An. 1572. Vid. *Barthol. in med. poët. pag. 140.*

NEVIUS (Johan.) medicus. Vide, NÆVIUS.

NEVIZANUS (Joh.) Aſtenſis, JCtus, An. 1540. obiit. Scripſit ſilvam nuptialem. Vid. *Guid. Panzirolus in JCt. 2, 155.*

NEUMEYER (Joh. Wilh.) Anno 1626. vixit. Reliquit itinerarium Hiſpaniæ & Italiæ.

NEUSERUS (Adamus) ex Reformato Socinianus & tandem Muhammedanus factus eſt. Vid. *Hoornbeck T. 1. Socinianiſm. ref. pag. 49. Kempius pag. 383.*

NEUSER (Bruno) librum elaboravit de hortis canonicis, qui prodiit Mogunt. Anno 1699 : item, prodromum pro Auguſtino, adv. *Henricum de Noris*, An. 1676. fol.

NEUTONUS (G.) Anglus, cap. 17. Johannis notis illuſtravit.

de NEUVILLE (Franc.) ſcripſit de perſonis illuſtribus ex ſtirpe genealogica Domini noſtri JESU Chriſti, Pariſiis, Anno 1577.

NEUWALD (Herm.) edidit transformationem hominis veteris in novum, An. 1631. Item, tract. de purgatione ſagarum per aquam frigidam, An. 1584.

NEUWALD (Joh.) de antiquis Weſtphaliæ colonis; Anno 1674. commentatus eſt.

NEZENIUS (Abel) An. 1610. claruit. Compoſuit exercitationes in Pentateuchum, Joſuam, Judices, Ruth, libros Samuelis, Regum & Paralip.

NICÆNETUS, Νικαίνετος, poëta, in Λύρκῳ allegatur à *Parthenio, cap. 1.* Meminit ejus etiam *Athenæus 13, 15.* Nicæneti epigramma *l. 3. Anth. c. 22.* occurrit.

NICAGORAS, Νικαγόρας, Athenienſis Sophiſta, tempore Philippi Imp. vixit. Vitas clarorum virorum & legatorum ſtilo expreſſit, teſte *Suida.* Vid *Jonſius* *de S. H. Ph. 3, 14.*

NICAGORAS, Cyprius, de diis ſcripſiſſe videtur. Citatur *Arnobio l. 4.*

NICANDER, Νίκανδρος, Alexandrinus, *Suida* teſte, librum confecit de Ariſtotelis diſcipulis. Videatur *Jonſius lib. cit. pag. 339.*

NICANDER, Chalcedonius, ſi *Athenæo l. 11.* credimus, Περσίδος συμμαχίας ſcripto mandavit.

NICANDER, Colophonius, tempore Attali, extremi regis Pergameni, floruit. Struxit quinque libros τῶν ἑτεροιουμένων; opus non abſimile *Ovidianæ* metamorphoſi. Ex iis *Antoninus Liberalis hiſt. 1, 2.* quædam allegat. Item, Γεωργικὰ & Μελισσουργικὰ, quorum *Athenæus* meminit. In hiſtoricis Αἰτωλικὰ, Βοιωτικὰ, Οἰταϊκὰ, Κολοφωνιακὰ exaravit. *Scholiaſtes Nicandri pag. 38.* ejus Ὑάκινθον cit. *Suidas* ipſi προγνωστικὰ quoque tribuit : ut taceam Γλώσσας & alia. Hodiè nihil ejus extat præter Θηριακὰ & Ἀλεξιφάρμακα.

NICANDER, Thyatirenus, ἐν τῷ περὶ Δήμων, i. e. *de populis Atticis* citatur *Harpocrationi in* Θυργωνίδαι & Τιτακίδαι.

NICANDER (Ambroſ.) Toletanus poëta, An. 817. claruit. In ſingulos *Silii Italici* libros argumenta verſibus compoſuit. Idem S. Cyriaci martyrium carmine celebravit. Videatur *Hallervo. in B. C. pag. 282.*

NICANOR, Νικάνωρ, res geſtas Alexandri M. conſcripſiſſe traditur *Lactantio l. 1. de F. R. c. 6.*

NICA-

NICANOR, Alexandrinus, Grammaticus, Στιγματίας dictus, tempore Adriani Imp. claruit. Scripſit de Alexandria: item, περὶ στιγμῶν. Vid. *Puteanus in facula diſtinct. 2, 7.* Ejusdem μιλοδωμασίας *Athenæus* & *Stephanus* collaudant.

NICARCHUS, Νίκαρχος, *l. 1. Anthol c. 38.* inter epigrammatiſtas refertur.

NICAS, Νίκας, Grammaticus, *Etymologici M.* autor exiſtimatur *Iſaaco Voſſio in Notis* ad *Pomponium Melam, pag. 99.*

NICASIUS, à Wœida, JCtus, An. 1492. obiit. Tertio ætatis anno oculis captus eſt. Leges, ſemel auditas, firma mente tenuit & publice & privatim recitare potuit. Dictavit commentarium in 5. libros inſtitutionum Juris. Vid. *Sweertius, pag. 575.*

NICELLUS (Ant.) JCtus, reliquit compendium gloſſarum. Extat *T. 18. Tract. tract.*

NICELLUS (Chriſt.) Placentinus, Anno 1482. ætatis 93. obiit. Scripſit in 2. partem digeſti novi: item, conciliationes 333. locorum Bartoli. Videatur *Guido Panzirolus in JCtis, 2, 105.*

NICEPHORUS, Νικηφόρος, ὁ Βασιλάκης, rethorices profeſſor, An. Ch. 1182. floruit. Ejus fabulæ, narrationes & ethopœiæ inter excerpta Græc. rhetorum, à *Leone Allatio* edita, comparent. Vide, BASILACES.

NICEPHORUS, Bryennius, hiſt. An. Ch. 1118. vixit. Reliquit 4. libros commentariorum de rebus Byzantinis. Vid. *Hanck. in Byzant. Script. pag. 492.*

NICEPHORUS, Calliſti fil. Xanthopulus, tempore Emanuelis, Imp. Conſtantinop. juxta *Sixtum Senenſem* vixit. Reliquit 18. libros hiſtoriæ eccleſiaſticæ, quibus interdum putidas & prodigioſas fabulas immiſcet. Videatur *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 101. Olearius in Abaco, pag. 319.*

NICEPHORUS, chartophylax, juxta nonnullos An. 830. epiſtolas ſcripſiſſe fertur. Vid. *Olearius l. c. pag. 319.*

NICEPHORUS, Conſtantinopolitanus Patriarcha, Anno 828. obiit. Texuit ἱστορίαν σύντομον à Mauricii Imp. cæde uſque ad Conſtantini Copronymi & Irenes nuptias. Eam primus publicavit *Dionyſ. Petavius.* Vid. *Phil. Labbe T. 2. diſſ. pag. 103. Hanckius in Scr. Byzant. pag. 223. Olearius pag. 320.* Confer *Hallerv. B. C. pag. 283.*

NICEPHORUS, Gregoras. Vide, GREGORAS.

NICEPHORUS, philoſophus, A. C. 895. vixit. Antonii Cauleæ, patriarchæ Conſtantinopolitani, vitam oratione complexus eſt. Vid. *Hanckius in Scr. Byzant. pag. 397.*

NICEPHORUS (Herm.) Rami ſectator, ſcripſit contra analyſin *Corn. Martini.*

NICERATUS, Νικήρατος, medicus, *Dioſcoridi* memoratur, *pag. 1.* Nicerati poëtæ epigramma *l. 1. Anth. c. 59.* invenies.

NICERO (J. Franc.) edidit thaumaturgum opticum, Pariſ. An. 1646. fol.

NICESIUS, Νικήσιος, Maronita, de agricultura commentatus eſt, teſte *Varrone 1, 1.*

NICETAS, Νικήτας, Choniates, initio ſeculi XIII. claruit. Reliquit theſaurum orthodoxiæ: item, 21. libros hiſtoriarum; quibus 85. annorum res geſtas complexus eſt; nempe ab obitu Alexii Comneni, ubi *Zonaras* deſierat, uſq; ad captam à Balduino Conſtantinopolin. *Lipſius in notis ad Polit. 1, 9.* purum rectumq; ingeniũ ipſi tribuit, & addit narrationem ejus eſſe fidam, monita crebra & oportuna, judicia libera & ſana. Vid. *Phil. Labbe T. 2. diſſert. pag. 108. Olearius pag. 321. Mart. Hanckius in ſcript. Byzant. pag. 522.*

NICETAS, Dabrydenſis, philoſophus, An. 873. floruit. Scholiis Greg. Nazianzenum illuſtravit. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 111.* Quære, DAVID.

NICETAS, Heracleæ epiſcopus, conſtruxit catenam in Jobum: quæ prodiit Londini An. 1637. fol.

NICETAS, Nicænus, ſcevophylax, de diſſidiis orientalis & occidentalis eccleſiæ ſcripſiſſe fertur.

NICETAS, Paphlago, *Cedreno in proœmio* memoratur.

NICETES, rhetor, (inquit *Seneca, ſuaſ. 3.*) ſuo impetu valde Græcis placuit.

NICETES, Smyrnæus, ſophiſta, judiciale genus ſophiſtico exornavit & ſophiſticum roboravit judiciali. Vid. *Philoſtratus in vitis ſophiſt. pag. 537. Voſſius de nat. rhet. pag. 86.*

NICE-

NICETUS (Guilh.) JCtus, tractavit de culpa, An. 1675.

NICIARIUS, Νικιάριος, autor eſt dialogi, qui habetur in *Gloſſis Græcolatinis Stephani, pag.294.*

NICIAS, Νικίας, Mallotes, *Plutarcho in parallelis minoribus* allegatur.

NICIAS, Nicænus, *φιλοσόφων ἱστορίας καὶ διαδοχὰς* conſignavit, teſte *Athenæo l. 4. & 6.* Videatur *Jonſius de Scr. hiſt. phil. pag. 340.*

NICIAS Ἀρκαδικὰ ſcripſiſſe fertur. Vid. *Athenæus l. 14.* Νικίαν περὶ λίθων *Plutarchus libro de fluminibus* allegat. Confer *Stobæum ſerm. 98. pag. 540.*

NICIAS in *Anth. l. 3. c. 24.* inter poëtas comparet.

NICIUS Erythræus, Romanus, paucis abhinc annis claruit. Scripſit Eudemiam, pinacothecam, orationes, dialogos & epiſtolas. De eo ita *Reineſius, epiſt. 67. ad Rupertum:* Nicii epiſtolis delector ideò, quòd res urbanas & doctos hac ætate homines ex iis poſſim cognoſcere. Videtur hoc ſolum quæſiſſe iſto ſcribendi genere, ut quantum lingua latina valeat, experiretur. In vitis multa memorabilia obſervat: in exemplis τὰ ἐπίφορα εἰς μυθάρια ſuæ ſuperſtitioni accommodat. *Hæc ille.* Verum ejus nomen eſt *Victorius Roſſus.* Vid. *Ph. Labbe in B. B. pag. 75.* Confer *Placcium, pag. 230.*

NICOCHARES, Νικοχάρης, Comicus Athenienſis, Olymp. XCVII. claruit. Inter dramata ejus ſequentia occurrunt, Γαλάτεια, Ἀμυμώνη, Ἡρακλῆς γαμούμενος, Ἡρακλῆς Χορηγός, Κρῆτες, Κένταυροι, Λάκωνες, Πέλοψ, Λήμνιαι, Χειρογάστορες. Vid. *Suidas.*

NICOCLES, Νικοκλῆς, itidem Comicus, Icarios, fabulam ſic dictam, docuit. Fuit & NICOCLES, Lacedæmonius, cujus meminit *Autor Etymologici magni in σκόλοψ.* Vid. *Meurſius in Miſc. Lacon. 4, 17.*

NICOCLES, medicus, *Æliano in hiſt. anim. l. 17. c. 15.* allegatur.

NICODEMUS, Νικόδημος, Phariſæus, qui noctu Chriſtum acceſſerat, Evangelium de Chriſti paſſione & reſurrectione, cujus initium erat, Annas & Caiphas, juxta nonnullos reliquiſſe putatur. Vid. *Hallervordius in B. C. pag. 284.* Figmentum eſſe hominis otio ſuo abutentis, quivis, qui vel leviter judicare poteſt, deprehendet.

NICODEMUS, Heracleota, antiſtrephonta carmina exaravit. Vid. *Anthol. l. 6. c. 4.*

NICOLAI (Chriſtoph.) Norimbergenſis, medicus, natus eſt An. 1618: obiit, Anno 1662. Medicinam Altdorfii profeſſus eſt.

NICOLAI (Gilb.) Aquitanus, An. 1532. obiit. Reliquit regulam ordinis Annunciatarum. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 146.*

NICOLAI (Henr.) ſcripſit tract. de pane, An. 1651: item, panſophiam Anno 1646.

NICOLAI (Herm.) Selandus, natus eſt An. 1570: obiit, A. 1629. Inſtituit comparationem linguæ Aramææ cum Hebræa. Videatur *Vindingius in Rect. Hafn. pag. 229.*

NICOLAI (Jerem.) Theologiam è S. Scriptura concinnatam, Anno 1604 edi curavit.

NICOLAI (Joh.) JCtus, de jure patronatus, An. 1584 commentatus eſt.

NICOLAI (Melch.) celebris Theologus, natus eſt An. 1578: obiit, An. 1659. Tubingæ theologiam docuit & contra Forerum ſcriptis fortiter dimicavit. Vid. *Spizelius in Templo Honor. pag. 244.*

NICOLAI (Phil.) Theologus, natus eſt, An. 1556: obiit, An. 1608. Hamburgi Verbum divinum magna frequentia docuit. Scripſit de regno Chriſti. Opera ejus omnia quatuor Tomis conſtant. Vid. *Henningus Witte in Theol. pag. 32. Spizelius in T. H. pag. 17.*

NICOLAI (Phil. Cyriac.) compoſuit monoſticha Biblica.

NICOLAI (Valent.) edidit ſtemmata Principum, An 1643.

NICOLAIUS (Nicol.) Grudius, Henrici II. Galliarum R. geographus, itinerarium reliquit. Videatur *C. Barthius in 4. Theb. Papinii pag. 977.* Vide, GRUDIUS.

NICOLART (Laur.) emiſit compendioſam praxin beneficiorum, Colon. Anno 1650. in 4.

NICOLASIUS (G.) condidit panegyrin heroicam Henrici II. Imp. An. 1598.

NICOLAUS, Νικόλαος, Damaſcenus, peripateticus & hiſtoricus, tempore Octaviani Auguſti floruit. Herodi Regi *Jud.* à legationibus fuit. Hiſtoriam univer-

ſalem

ſalem centum & quadraginta quatuor librorum reliquit, ceu conſtat ex *Athenæi libro 6.* Fragmenta ejus in *Excerptis Peireſcianis, pag. 414.* occurrunt. Vid. elegantiſſima *Hugonis Grotii* epiſtola ad *Peireſc. pag. 249.* Comœdias etiam & tragœdias eaſque *ἀιδονίμους* confecit. Inter eas erat tragœdia Suſanna, cujus *Euſtathius in comment. ad Dionyſium* meminit. Vid. *Simplicius in Epictet. pag. 194 Jonſius in S. hiſt. Phil. 3, 2. Hanckius part. 2. de S.R.R pag. 37.*

NICOLAUS, IV. pontifex, aliàs *Hier. Picenus* dictus, An. 1292. obiit. In libros Sententiarum commentatus eſt. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 173.*

NICOLAUS, Cataniensis, abbas Siculus, JCtus, *Æneæ Silvio comment. 2, 11.* memoratur.

NICOLAUS, Claræ vallenſis, Anno 1152. vixit. Epiſtolas reliquit.

NICOLAUS, Rievallenſis, Regiæ vallis in agro Eboracenſi monachus, vixit ſeculo decimo tertio. Scripſit encomium Ealredi. II. abbatis Rievall. rythmicum, quod vulgavit *Picardus in Notis ad Guil. Neubrigenſem*, & *Chryſoſtomus Henriquez in Phœnice reviviſcente.* Carmina ejus MS. extare feruntur in bibliotheca S. Victoris, Pariſ. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 160.*

NICOLAUS (Jacobus) Loënſis, celebris philologus, reliquit 9. libros epiphyllidum, qui continentur *T. 5. Lampadis Criticæ Gruterianæ.* A *Paulo Leopardo* vocatur vir ad olfaciendas mendas ſagaciſſimus. Vid. *Caſp. Barthius ad l. 4. Theb. Papinii pag. 1009.* Vide, LOENSIS.

de NICOLINIS (Hannib.) Eugubinus, ſcr. de curativis & mittendi ſanguinem ſcopis, Anno 1591.

NICOLINUS (Dominic.) de conciliis quinque volumina emiſit, Venet. Anno 1585.

NICOLINUS (Hieron.) JCtus, de modo procedendi judiciario commentatus eſt, Neapol. Anno 1656.

NICOLS (Thomas) academiæ Cantabrigienſis profeſſor, tractavit de gemmis.

NICOLSONUS (Guilh.) Anglus, Anno 1669. claruit. Scripſit in Pſalmos.

NICOLUS (Nicol.) Florentinus, totam artem medicam tribus vaſtis voluminibus complexus eſt, An. 1507.

NICOMACHUS, Νικόμαχος, περὶ ἱερῶν αἰγυπτίων librum conſtruxit. Videatur *Athenæus l. 11.*

NICOMACHUS vitam Apollonii Tyanei exaravit, de quo *Sidonius Apollinaris in epiſt. 8, 3.*

NICOMACHUS, Geraſenus, arithmeticâ duobus libris illuſtravit. Vid. *Caſſiodorus, pag. 1111.* In priorem librum *Joach. Camerarius* explicationem adornavit. Idem Nicomachus ἀριθμητικὰ θεολογούμενα reliquit. In arithmeticam *Jamblichus* commentatus eſt. Eum *Tennulius* vertit notiſque illuſtravit, An. 1668.

NICOMACHUS, Athenienſis, Tragicus, Olymp. LXXXVII. claruit. *Suidas* ſequentes ejus fabulas recenſet, Ἀλέξανδρον ἢ Ἐριφύλην, Ἀλκαίδην, Εἰλήθυιαν, Νεοπτόλεμον, Μυσοὺς, Μεταβαινούσας, Οἰδίπουν, Περσίδα ἢ Πολυξένην, Τεῦκρον, Τρίλογίαν, Τυνδάρεων ἢ ἀλκμαίωνα.

NICOMEDES, Νικομήδης, teſte *Athenæo*, librum de Orpheo concinnavit.

NICON, Νίκων, incertæ ætatis ſcriptor, de Armeniorum religione quædam literis mandavit. Vid. *Olearius pag. 335.*

NICOPHON, Νικοφῶν, vel NICOPHRON, Νικόφρων, veteris comœdiæ poeta, olympiade XCVII. claruit. Ejus dramata erunt, ὁ ἐξ ᾅδου ἀνιών, Ἀφροδίτης γοναὶ, Πανδώρα, Σειρῆνες, Χειρογάστορες. Vid. *Suidas.*

NICOSTRATUS, Νικόστρατος, *Cenſorino vel autori de muſicâ cap. 10.* librum de Muſico, fratre Rythmonii, conſcripſiſſe dicitur.

NICOSTRATUS, Comicus, eò quòd hiſtrioniam optimè exerceret (unde in *proverbium* abiit, ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον) Κιθαρίστης nuncupatus eſt. Complures fabulas ejus invenio, ſequentes videlicet, Ἅβραν, Ἀντερῶσαν, Ἀπαλαυνόμενον, Βασιλεῖς, Γάμους, Διάβολον, Ἑκάτην, Ἱεροφάντην, Ἡσίοδον, Κλίνην, Μάγειρον, Νομοθέτην, Πάνδροσον, Πατριώτης, Πλοῦτον, Σύρον, Τοκιστὴν, Ψευδοστιγματίαν, Ὠδίδα. Vid. *Suidas.*

NICOSTRATUS, Macedo; Æſopicis & dramaticis fabulis delectatus eſt, teſte *Hermogene.* Nicoſtrati philoſophi fragmentum

mentum de nuptiis *Stobæus in eclogis moralibus* allegat.

NICOTIUS, reliquit lexicon Gallicum. Videatur *Caſp. Barthius in Briton. pag.* 491.

NICQUETIUS (Honoratus) Avenionenſis, An. 1630. claruit. Edidit nomenclatorem Marianum: phyſiognomiam humanam: hiſtoriam tituli S. crucis: tractatum de angelo Gabriele: item, Lyrica. Vid. *Alegambe, pag.* 189.

NICUESA (Hilar.) compoſuit Exorciſmarium magnum, Venet. Anno 1639.

NIDEPONTANUS (Joh.) librum de ſudore Anglico emiſit, An. 1529. in 4.

NIDERUS (Joh.) tempore Sigiſmundi Imp. claruit. Scripſit rudi, ſed aperto ſermone in cap. 20. Exodi eruditum & grande volumen: item, in evangelia totius anni duos tomos ſermonum.

NIDERSTEDT (Burchard.) deſcripſit Maltham veterem & novam, Anno 1660.

NIDESCIUS (And. Patr.) An. 1583. obiit. Compoſuit librum parallelorum eccleſiæ orthodoxæ cum ſynagoga hæreticorum: quinque libros de vera & falſa eccleſia: fragmenta Ciceronis, &c. Vid. *Starovolſcius, pag.* 27.

NIELLIUS (Joh.) Veſalienſis, JCtus, Anno 1597. obiit. Tractavit controverſias juris feudalis.

NIEM (Theod.) Nihemlo, opido agri Paderbornenſis oriundus, teſte *Conringio in dedic. pag.* 451. Anno 1400. claruit. Hiſtoriam ſchiſmatis univerſalis condidit.

NIEMAN (Sebaſt.) Lubecenſis, natus eſt An. 1625. Scripſit de merito bonorum operum: item, de miraculis. Videatur *Adrianus Bejer in Rect. Jen. pag.* 497.

NIEMCHANIUS vel NIEMCZANIUS (Joh.) Hunnobrodæ natus, obiit An. 1611. Sacra Biblia in Bohemicam linguam tranſtulit.

NIEREMBERGIUS (Joh. Euſeb.) Madritenſis, natus eſt Anno 1595. In academia Madritenſi primus hiſtoriæ naturalis profeſſor conſtitutus fuit. Condidit 4. libros de arte voluntatis: Sigalionem libris 8: de adoratione in ſpiritu & veritate libros quatuor: hiſtoriam naturæ maximé peregrinæ, libris 16: de origine S. Scripturæ libros quinque: curioſæ philoſophiæ & theſauri mirabilium libros ſex, &c. Vid. *Alegambe pag.* 238.

NIES (Joh.) Holtzenſis, An 1634. obiit. Scripſit de ortu & occaſu latinæ linguæ: item, alphabetum Chriſti. Vid. *Alegambe, pag.* 260.

NIEULANTIUS (Guil.) Antverp. Anno 1626. claruit. Struxit ſex tragœdias, Saulem, Neronem, Liviam, Cleopatram, Sophonisbam & Salomonem. Extat ejusdem poëma de homine.

NIFANIUS (Chriſtianus) confecit tract. de fide infantum baptizatorum, A. 1662. item, matæologiam Labadianam, Anno 1673.

NIGELLUS Wirecker *Brunellum* ſive ſpeculum ſtultorum elaboravit. *Balæus* Johannem Sariſberienſem in Nigelli Brunellum commentatum eſſe memorat. Prodiit Brunellus iſte Wolterbyti cum vetula Ovidii, Anno 1662. ſed ſub *Vigelli* nomine. Videatur *Reineſius in epiſt. ad Daumium, pag.* 300.

NIGELLUS (Ermoldus) exul, ut exilii ſui remiſſionem impetraret, in honorem Ludovici Pii Imp. poema elegiacum de vita & rebus geſtis ejus compoſuit: cujus editionem *Lambecius* ſe procuraturum recepit.

NIGER, Νίγερ, medicus, celebratur a *Dioſcoride pag.* 1. 2.

NIGER (Alex.) Bononienſis, edidit Maniliani Bononienſis monumenti hiſtoricomyſticam lectionem, An. 1611.

NIGER (Ant.) JCtus, de ſubhaſtatione An. 1641. commentatus eſt.

NIGER (Ant.) medicus, An. 1555. obiit. Medicinam aliquamdiu Marpurgi docuit: inde Brunſwigam abiit. Emiſit conſilium de tuenda valetudine: item, tract. de erroribus & abuſibus, propter quos medicina infamari ſolet. Pſalmos Davidicos aliquot Græcis verſibus expreſſit.

NIGER (Anton.) Patavinus, medicus, in Patavino gymnaſio per 26. annos Avicennam interpretatus eſt. Vid. *Todius de Inf. lit. pag.* 46.

NIGER (Dominicus Marius) Anno 1557. geographiam publicavit. Vid. *Hofman. in Lex. Univ. in Dominicus.*

NIGER (Franc.) de modo epiſtolandi, An. 1489. commentatus eſt. *Autor apologi de repar. Lat. L. p.* 414. ita de eo judicat: diffi-

difficile eſt judicare, major ne orator ſit an poeta.

NIGER (Nicol.) edidit chiragogiam de auro philoſophico.

NIGER (Pet.) ord. prædicat. monachus, Anno 1475. floruit. Hebraicam linguam in Hiſpania didicit. Clypeum Thomiſticum pro arte veteri Ariſtotelis: item, tract contra Judæos conſtruxit. Videatur *Sigiſm. Ferrarius in Hung. pag. 449.*

NIGER (Steph.) Cremonenſis, An. 1517. vixit. Mediolani per multos annos Græcas literas docuit. Dialogum reliquit quo, quicquid memorabile de Græciæ rebus Pauſanias prodiderat, complexus eſt. Vid. *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag. 127.*

NIGETTUS (Franc.) Florentinus, h. t. clarus. Videatur *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 210.*

NIGIDIUS (P.) Figulus, celebris aſtrologus, Ciceroni συγχρονος fuit. Scripſit commentarios grammaticos, *Agellio* aliquoties laudatos: libros de animalibus, *Plinio* plus vice ſimplici allegatos: librum de diis: de vento: de ſphæra: de extis: item, conitruale. Fragmenta Nigidii *Janus Rutgerſius in Var. lect. 3, 16.* ſtudioſe collegit, digeſſit, emendavit. Vid. *Glandorp. pag. 625. N. Grævius part. 1. not. in epiſt. fam. Cic. pag. 217.*

NIGIDIUS (Petrus) ſtruxit elenchum profeſſorum Marpurgenſium, An. 1591.

NIGIDIUS (Placidus) Siculus, in Cant. Cant. commentatus eſt, Romæ, Anno 1616.

NIGONIUS (Mich.) Garatanus, JCtus fuiſſe fertur. Vid. *Spigelius in append. ad Juris.*

NIGRI (Phil.) de Campo, Bononienſis, Anno 1562. obiit. Compoſuit tractatum de exemptione canonica. Liber poſt autoris obitum prodiit, Antv. Anno 1593. fol.

NIGRINUS (Ant. Beffa) Anno 1602. de ceſſit. Texuit elogium gentis Caſtilioneæ. Videatur *Ghilinus, volum. 2. pag. 24.*

NIGRINUS (Georg.) Battenburgenſis, Anno 1603. vivere deſiit. Scripſit anticalviniſmum: tractat. de antichriſto: explicationem Danielis & Apocalypſeos.

NIGRINUS (Mart.) JCtus, de proteſtationibus, Anno 1617. commentatus eſt.

NIGRINUS (Wilh.) ſcripſit de legis impletione, An. 1617.

de NIGRIS (Alex.) exaravit epiſtolam ad J. B. Capponium de vetuſtiſſimæ lapideæ cujuſdem inſcriptionis eraſione, Bonon. An. 1660. in 4.

de NIGRIS (Jac.) Bononien. JCtus, Anno 1516. floruit. Videatur *Bumaldus, pag. 103.*

de NIGRIS (Joh. Franc.) An. 1631. claruit. Vid. *Idem, pag. 135.*

de NIGRIS (Syllanus) Papienſis, compoſuit expoſitionem in librum 9. Rhaſis ad Almanſorem. Liber prodiit Venetiis An. 1483.

NIGRONIUS (Julius) Genuenſis, Anno 1625. ætatis 71. obiit. Elaboravit tractatum de caliga veterum. Extant ejuſdem tractatus aſcetici. Vid. *Alegambe, pag. 291.*

NIHUSIUS (Bartholdus) vir multarum literarum, *Jani Nicii Erythræi* amicitiâ fuiſque propriis libris clarus, cùm in Belgio apud *Leonardum Marium* Lutheri ſeceſſionem ejuraſſet atq; ibi diu inter Catholicos latuiſſet, ab Archiepiſcopo Moguntino Erfordiam eſt evocatus, ut ejus in pontificalibus vicarius eſſet. Quare epiſcopi inſignibus ornatus, antiſtitis Myſiæ nomen ac titulum ſuſcepit, eoque vicariatu & vita An. 1657. ſub Martii nonas defunctus eſt. Hæc *Tuldenus part. 2. hiſt. pag. 165.*

NILUS, Νεῖλος, Conſtantinopolitanus monachus, Chryſoſtomi diſcipulus, An. Chr. 445. floruit. Exaravit inſtitutionem ad monachos: aſceticum: parænetica & alia. De Nilo & ejus ſcriptis legantur *Nicephorus in Hiſt. eccleſ. l. 14. c. 14. & 53. Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 123. Olearius pag. 536.*

NILUS, aliàs Damylas dictus, monachus Cretenſis, circa An. 1400. vixit. Scripſit contra Latinos de proceſſione Spiritus S. Fertur extare MS. in Bibliotheca Regia, Pariſiis.

NILUS, Doxopatrius, archimandrita, An. 1043. floruit. Reliquit tractatum de quinque thronis patriarchalibus, teſte *L. Allatio.*

NIMMERUS (Jac.) de regalibus commentari inſtituit.

NINGUARDA (Felicianus) fertur ſcripſiſſe contra fidem & falſum martyrium Annæ Burgenſis, Venet. Anno 1563.

NIPHUS (Auguſt.) Sueſſanus, philoſophus inſignis fuiſſe traditur. Compoſuit perampla commentaria in omnes Ariſtotelis libros rudi & incondita quadam ubertate, ut tum mos erat. Luculentius ejus operum exiſtimatur, quod pro *Averroë* adv. Algazelem diſputante publicaverat. Opera ejus in 6. tomos diſtincta prodierunt Venet. An. 1559. Septuagenarius (inquit *Jovius in elog. num. 92.*) puellæ impotenti amore correptus eſt uſque ad inſaniam, ut plerique philoſophum ſenem atq; podagricum ad tibiæ modos ſaltantem miſerabili cum pudore conſpexerint. Vid. *Minos in Alciatum pag. 391. Tollius de Infel. lit. pag. 14.*

de NIPHO (Fabr.) elucubravit Ophnium.

NIRMUTANUS (Chr.) emiſit Proteum poëticum, An. 1626: item, cathedram oratorum.

de NISSE (Nicol.) in libros Sententiarum commentatus eſt, Anno 1574. Vide, NYSE.

NISSELIUS (J.G.) librum Ruth Æthiopicè edidit, Anno 1654. Extat ejuſdem Cant. Canticorum, Lugduni An. 1656. impreſſum.

NISSENIUS (Didacus) ſtruxit vitam Abrahæ tribus tomis. Sermones ejuſdem in evangelia 4. voluminibus, An. 1646. prodierunt.

NISSIM, diſcipulus R. Moſis Nachmanidis, An. C. 1268. obiit. Reliquit דרשות vel homilias. Videatur *Gans in Z. D. pag. 145.*

NISUS, Grammaticus, *Arnobio* laudatur *libro* 1. Ejus autoritatem celebres grammatici, *Chariſius, Servius, Priſcianus*, ſequi non verentur. *Velius Longus* artigraphum appellat. Confer *Lud. Carrionem, in Ant. lect. 2, 11.*

NITHARDUS, Angilberti filius, Caroli M. ex filia nepos, An. 843. floruit. Reliquit quatuor libros de diſſidio filiorum Ludovici Pii. Edidit autem Nithardum *Pithœus in Annalibus Francorum.* Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 126. Olearius pag. 337.*

NITSCHIUS (Fr.) tranſtulit ephemerides eruditorum è Gallico in [illegible] An. 1667.

NITZEN (Paulus) ſelecta nove[illegible]arum Ju-ſtinianearum emiſit, Ann[illegible] 6[illegible]

NIZOLIUS (Marius) ſtruxit a[illegible] lat. linguæ è ſcriptis Tu[illegible] collectum. Videatur *Nor[illegible] pag. 120.*

NIZOLIUS (Mich.) JCtus, colleg[illegible] ega-tiones juris, An. 1602.

NOALIS (Nic.) JCtus, tractavit d[illegible] tranſ-miſſione fideicommiſſorum [illegible] An. 1626.

NOALIUS (Joh.) Patavinus de [illegible] ctione urbis Patavinæ atq[illegible] familiis ſcripſiſſe perhibet[illegible] MS. apud *Felicem Oſium* ex[illegible].

NOBILIUS (Flaminius) Lu[illegible] philo-ſophus & theologus, Ann[illegible] Editioni Bibliorum lat. à S[illegible] pro-curatæ egregiam operam [illegible] Scri-pſit etiam de gen. & corrup[illegible] Vid. *Thuanus l. 99.*

NOCITO (Girardus) Sic[illegible] lib. primum ſimplicium m[illegible]rum, Neap. An. 1531.

NOCTINOT (Auſonius) a[illegible] *Cotonius* dici ſolet. Texu[illegible] Dianæ. Videatur *Waddingus* [illegible]. *Ord. Min. pag. 44.*

NODINUS (Joh.) edid[illegible] bræorum adverſum Æ[illegible] Anno 1611. fol. Videatur [illegible] cit. pag. 216.

NOEDHAN librum ad[illegible] fœtu formato.

NOGAROLA (Ludov.) [illegible] Co-mes, Anno 1552. clarui[illegible] nes Platonicas ex Plutarch[illegible] Lucani libellum de univ[illegible] ſtulit. Texuit etiam ep[illegible] bus Italis, qui Græ[illegible] ejuſdem dialogus de N[illegible] eodem impreſſus.

NOGUERA (Jac.) ſcr. de ecc[illegible] Chriſti à conciliabulo hæreticorum [illegible] da, Diling. An. 1650.

NOGUIER (Ant.) edidit hiſt[illegible] ſanam, An. 1556.

de NOIR (Phil.) Gallus, A[illegible] vixit. Exaravit paraph[illegible] 4. evangelia.

NOLA (Joh. Andr.) de ſed[illegible] com-mentatus eſt, Venet. An. 1562.

NOLANUS (Ambroſ.) confecit notas in Averroëm. Venet. An. 1ſ32. fol.

NOLDEN (Joſ.) tractavit de nobilitate, An. 1623.

[illegible]DIUS (Chr.) natus eſt Anno 1626. [illegible]ipſit de virtute & vitio diſtinctionis, Anno 16ſ7. Extat quoque ejus logica recognita: item, microſcopium hebraicarum particularum. Vid. *Bartholinus in [illegible]anis, pag. 27. Vinding. in R. H. pag. 442.*

NO[illegible]LIUS (Henr.) emiſit phyſicam Herm[illegible]m, An. 1619.

NO[illegible]SEIUS (Nic.) edidit Parnaſſum [illegible]m, An. 1608.

N[illegible]IUS (Frid.) Anno 1672. claruit. [illegible]ideatur *Greg. Letus in Ital. regn. pag.* [illegible].

[illegible]IUS Marcellus, grammaticus & pe[illegible]eticus Tiburienſis, ſcripſit de pro[illegible]te latini ſermonis. Vid. *Lipſius in* [illegible] 2, 4.

NO[illegible]S [illegible]Duard.) librum de vera Regum P[illegible]alliæ genealogia condidit.

N[illegible]IUS (Ferd.) Pintianus, Anno 1ſſ2. [illegible]nario major obiit. In Complutenſi & Salmanticenſi academia Græ[illegible] [illegible]eras profeſſus eſt. *Tumulo* ſuo 4 [illegible] verba inſcribi curavit: *Maximum* [illegible]*æ bonum, mors.* Vid. *Lipſius in E*[illegible] *2, 8. Thuanus l. 11.* Quære, PINTIA[illegible]US.

NO[illegible]IUS (Pet.) Salacienſis, Luſitanus, med[illegible]s & mathematicus, Anno 1ſ77. oct[illegible]genarius obiit. Conimbricæ artes mathematicas profeſſus eſt. Edidit doctiſſimos libros de arithmetica ab[illegible]trus[illegible]ore: optica: aſtronomica: item, de crepuſculis & arte navigandi. No[illegible] ejus in *Purbachium* laudantur tùm ab a[illegible]ine & perſpicuitate: tùm etiam, [illegible]d multa dicat aliis indicta varios[illegible] aliorum caſtiget errores. Vid. *Thu*[illegible] *l. 64.*

NONIUS (Tob.) collegit interpretatio[illegible] in nonnullos inſtitutionum titulos, Venet. An. 1ſ66.

NONNIUS (Alvarus) Hiſp. annotationes ad [illegible]bros 2. Fr. Arcæi de recta vulne[illegible]m curatione edi curavit, An. 1ſ74.

NONNIUS (Ludov.) Antverp. medicus, compoſ. Hiſpaniam; ichthyophagiam: quatuor libros de re cibaria: poëmata, &c. Carmina exhibet *Tomus 3. Delit. Belg. pag. 693.* Vid. *Sweertius pag. ſ41. C. Barthius in l. 2. Theb. Papinii, pag. 630.*

NONNOSUS, Νοννόσος, tempore Juſtiniani Imp. claruit. Hiſtoriam edidit, qua legationem ſuam ad Æthiopes & Saracenos complexus eſt. Ex eo opere excerpſit nonnulla *Photius, Cod. 111.* Videatur *Mart. Hanckius in Byzant. Scr. pag. 141.*

NONNUS, Νόννος, Panopolites, poëta, ſi *Voſſio* ſtamus, tempore Theodoſii Junioris Imp. floruit. Extant ejus Διονυσιακά: item, paraphraſis evangelii S. Johannis. Meminit ejus *Agathias l. 8. Joſephus Scaliger in epiſt. 276.* fanaticum poëtam nominat. *Idem in epiſt. 247.* de eo ita ſcribit: Nonni redundantiam excuſaret materia, niſi in evangelii paraphraſi majorem immodeſtiam, ut ita loquar, profeſſus eſſet. Eum ita ſoleo legere, quomodo mimos ſpectare ſolemus, qui nulla alia re magis nos oblectant quàm quod ridiculi ſunt. Confer *Dan. Heinſium in Ariſtarcho.* Vid. *Barthius in Claudian. pag. 13. In l. 3. Thebaid. Pap. pag. 798. in l. 4. pag. 1047. Olearius, pag. 338.*

NONUS, Conſtantini Porphyrogennetæ coævus, medicus, ſeculo X. claruit. Scripſit de curatione morborum particularium.

NOODT (Gerh.) JCtus, edidit probabilia juris civilis, An. 1674.

NOPELIUS (Joh.) compoſ. confeſſionem Ambroſianam, Colon. An. 1ſ80.

NOPPIUS (Joh.) chronicon urbis Aquisgrani, Anno 1630. vulgavit, teſte *Zeillero.*

NORBERTUS, Præmonſtratenſium monachorum fundator, Anno 1134. obiit. Ejus reliquiæ An. 1627. Magdeburgo Pragam delatæ ſunt. Reliquit 3. libros de ſuis viſionibus. Videatur *Sweertius, pag. ſ8ſ.*

NORDENHOLD (Henr.) exaravit aulæ magiſtram, Ultraject. An. 1662.

de NORES (Jaſon) in *Horatium de arte poët.* Pariſ. Anno 1ſſ4. commentatus eſt.

NORIBERGIUS (Ern. Goth.) JCtus, edidit jus conſiſtoriorum, An. 1631.

NORICUS (Joh. Ern.) JCtus, emiſit notas in Inſtitut. juris, An. 1673.

de NORIS (Henr.) Veronenſis, Augu-

ſtinianus, ſereniſſimi Magni Hetruriæ Ducis, Coſmi III. theologus & in academia Piſana eccleſiaſticæ hiſtoriæ profeſſor, edidit hiſtoriam Pelagianam, A. 1673: item, duplicem diſſertationem de duobus nummis Diocletiani & Licinii, An. 1675. in 4. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 453.*

NORITIUS (Silv.) Somerſetenſis Anglus, Anno 1630. obiit. Exaravit antidotum controverſiarum contra ſectarios. Vid. *Alegambe, pag. 421.*

NORTHOVIUS (Levoldus) nobilis Germanus, reliquit origines Marcanas. Eas *Meibomius* edidit An. 1613. fol. cum notis. Vid. *Caſp. Barthius in Briton. pag. 314. 722.*

NORTHUSIUS (Caſp.) librum concinnavit de vera eccleſia, Londini, Anno 1597.

NORTONUS (Joh.) Anglus, ſtruxit evangelicum orthodoxum: item, reſponſiones ad quæſtiones ab Apollonio propoſitas, Londini, An. 1645. Vid. *G. Richteri epiſtolæ ſelectæ, pag. 493.*

NORTANUS (Sam.) Briſtollenſis, compoſuit catholicon phyſicorum & alchymiæ complementum. Videatur *Linden, pag. 535.*

NORWEGUS (Joh.) Sungleſienſis Haſſus, emiſit promtuarium grammaticum, An. 1621.

NORWEGUS (Laur. Nic.) nomine & patria, A. 1622. obiit. Scripſit confeſſionem Chriſtianam de via domini, quam chriſtianus populus in Dania, Norwegia & Suecia plus annis 600. confeſſus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 299.*

NOSCOWITZ (Joh.) edidit civitatem in quadro poſitam, Colon. A. 1663. fol.

NOSLERUS (Georg.) Berolinenſis, medicus, Altdorfii medicinam profeſſus eſt. Habuit varias diſpp. medicas & philoſophicas. *Epitaphium* ejus tale invenio: Georgius Noſlerus, Berolin. Marchicus, cum charitatibus ſuis hic ſitus eſt. Natus d. 10. Maij, Anno 1591, denatus Altdorfii d. 9. Jul. A. M DC L. Vitæ ſanctimoniam, eruditionis copiam, inſignia merita, quibus artem medicam & philoſoph. per annos 31. ſummè ſibi devinxit vir optimus, in famæ templo quam in hoc cippo legi maluit. Mortuum laudavit *Nicolaus Rittersbuſius.* Vid. *G. Richter. JCt. in decad. 3. Orat. pag. 204.*

NOSLERUS (Mart.) theſaurum diſpoſitionum evangelicarum elaboravit.

NOSTRADAMUS (Mich.) San-Remigius, An. 1566. ætatis 72. obiit. Fuit præſtantiſſimus mathematicus & Henrico II. Galliarum Regi diem fatalem prædixit. Vid. *Weberus in Curioſ. pag. 72.*

NOTHIPPUS, Νόθιππος, Tragicus, cognomine Ὀψοφάγος, *Athenæo* memoratur.

NOTKERUS, vixit tempore Ottonis I. & II. Impp. Vitam S. Fridolini & S. Galli calamo exaravit. Extat ejusdem martyrologium. Videantur *Caſp. Barthius in Claud. pag. 202. Olearius pag. 339.*

NOTNAGELIUS (Chr.) reliquit ſynopſin mathematicam, An. 1665.

NOTTINGHAMUS (Guilh.) Anglus, Anno 1336. obiit. In Pauli epiſtolas & magiſtrum ſententiarum commentatus eſt. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 154.*

à NOVARIA (Thomas) edidit theſaurum Arabico-Syro-Latinum, Romæ, An. 1636.

NOVARINUS (Aloyſ.) Veronenſis, Anno 1640. claruit. Emiſit adagia eccleſiaſtica, fol. electa ſacra: commentar. in Joh. & Paulum: riſum ſardonicum ſive tract. de ficta mundi lætitia. Opera ejus ſeptem voluminibus conſtant. Videantur *Leo Allatius pag. 24. Ghilinus, vol. 2. pag. 186.*

NOVARIUS (Joh. Maria) ſcripſit de vaſallorum gravaminibus, [illegible]. Anno 1634. fol.

NOVATERRANUS (Franc.) doctrinam chriſtianam Græco & Latino ſtilo expreſſit, An. 1560.

NOVELLUS (Bald. Barthol. [illegible]) JCtus, Anno. 1479. claruit. Extat [illegible] tract. de dote.

NOVELLUS (Jac.) Venetus, JCtus, tractatum criminalem confecit. Vid. *Tom. XI. Tract. tract.*

NOVENARIUS (Mart.) edidit apothecam ſpiritualem, Colon. An. 1618.

NOVICAMPIANUS (Alb.) Anno 1558. obiit. Tractavit de ſcopo utriuſque teſtamenti, An. 1559. Extant ejuſdem annotationes in fabricationem [illegible], à *Cic. l. 2. de nat. deor.* deſcriptam.

Vide-

Videantur *Starovolſcius, pag. 51. Linden, pag. 14.*

NOVILLÆUS (Joh.) compoſuit Horas, Pariſ. An 1531.

de NOVIOMAGO (Rudolfus) Gelder, vitam Alberti Magni 4 libris complexus eſt. Prodiit Colon. An 1490.

NOVIOMAGUS (Gerh.) hiſtoriam Batavicam elaboravit.

NOVIOMAGUS (Joh.) vitas præſtantium aliquot virorum ſtilo expreſſit. Vid. NEOMAGUS.

NOVIDS (Fanc.) inter viros claros à [illegible]*arthano, pag. 171.* relatus eſt.

NOVIUS (Quintus) Atellanarum ſcriptor, Olymp. CLXXI. claruit. *Macrobius ſat. 1, 10.* vocat in eo argumenti genere probariſſimum. Compures fabulas [illegible]quit, quemadmodum ex *Feſto & No*[illegible] patet. Vid. *Glandorpius in O. R. pag.* [illegible].

NO[illegible]ZENUS (Seb. Aug.) Flandder, Anno 153[illegible] floruit. Marpurgi hebraicas literas docuit & de lectione ſermonis hebraici [illegible]m emiſit.

NOWELLUS (Alex.) Lanceſtrenſis, An. 1601. obiit. Reliquit catechiſmum, lat. Græc. & hebraicè.

NOT[illegible]N (Joh.) Turnhoutanus, JCtus, A. [illegible] obiit. Edidit caſus breves ad cor[illegible] civilis: item, librum de dogmat[illegible] Scripturæ.

de la NUE vel NUÆUS (G.) ſcripſit de m[illegible]. *Naudæus in B. P. pag. 115.* Nuæi diſcur[illegible] (inquit) devium à vera fide & m[illegible]atem autoris animum ardore ipſo a[illegible]ertate loquendi præ ſe ferunt.

NUCFRINUS (Corv.) mortem *Thomæ M*[illegible] ſcripto expoſuit.

N[illegible]KINIUS (Sebaſt.) Polonus, habuit [illegible]iem de laudibus & utilitate mo[illegible] theologiæ *Starovolſcius in Hecatont. pag. 120.* vocat undequoque doctum & [illegible]entem.

de NUCIARELLIS (Hieron.) ſcripſit de ſecundis eſſentiis, Venet. Anno 1[illegible]17.

NUCULA (Horat.) deſcripſit bellum Aphrodiſienſe.

à NUENARE (Herm.) de ſudore Britan[illegible]o differuit.

à NUGNO (Didacus) in 3. partem Thomæ commentatus eſt, Venet. Anno 1612.

NUMA Pompilius, poſt exceſſum Romuli, regno præfectus eſt. Sapientiæ perſtudioſus fuiſſe traditur. Condidit 7. libros de jure pontificio & totidem Græcos de doctrina ſapientiæ. Hi libri poſt annos complures, Cornelio & Bæbio Coſſ. in agro L. Petilii ſcribæ in arca lapidea inventi ſunt. Latinos (inquit *Valer. Max. 1, 1.*) magna diligentia aſſervandos curaverunt. Græcos, quia aliqua ex parte ad ſolvendam religioné pertinere exiſtimabantur, Q. Petilius, Prætor urbanus, ex autoritate ſenatus per victimarios igne facto in conſpectu populi cremavit. Confer *Plinium, 13, 13. Auguſtinum de C. D. 7, 34. Lactantium in Inſt. div. 1, 22.*

NUMANNUS (Phil.) Bruxellenſ. Anno 1617. obiit. Struxit varia poemata, teſte *Swertio.*

NUMENIUS, Νουμήνιος, Apameenſis, inter Pythagoricos philoſophos excelluit. Scripſit Epopem: item, libri, περὶ ἀριθμῶν, περὶ τόπου, περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, περὶ ἀφθαρσίας τῆς ψυχῆς. *Origenes* autor eſt *l. 4. contra Celſum pag. 198.* ipſum multa ſuis commentariis inſerere ſolitum depromta è Moſis & prophetarum libris. *Heſychius Mileſius* hoc dictum ei tribuit: Τί ἐστι Πλάτων ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; i. e. *quid aliud eſt Plato, quam Moſes atticiſſans?* Frequentiſſima ejus mentio extat apud *Porphyrium in vita Plotini.* Vid. *Jonſius in Scr. hiſt. phil. 3, 10. Valeſius in Euſebium, pag. 121.*

NUMENIUS, rhetor, tempore Hadriani Imp. claruit, ad quem conſolationem exaravit de Antinoo. Vid. *Suidas.*

NUMENIUS, ὀψαρτυτικὰ compoſuit, teſte *Suida* in Τιμαχίδας. Confer *Schol. Nicandri, pag. 18. 42. Meurſio* idem eſſe videtur cum illo, cujus ἁλιευτικὸν allegat *Athenæus l. 7.*

NUMESIUS (Joh.) condidit chorographiam Hiſpaniæ.

NUMIUS Craſſus, mediocris ingenii poëta, ſcripſit Iliadem, cujus 23. librum citat *Priſcianus.* Videatur *Glandorpius, pag. 631.*

NUNESIUS (Ildefonſ.) edidit tractat. de pullibus, Salmanticæ, An. 1606.

NUNNESIUS (Auguſt.) de Delgadillo, Hiſp. An. 1630. claruit. Struxit methodum, qua ſine difficultate & magno ſtudio de quacunq; re moralem doctrinam

concernente differendi ars traditur, Pariſ. An. 1624. fol.

NUNNESIUS (Pet. Joh.) Hiſp. An. 1602. obiit. In Barcinonenſi academia plurimos annos eloquentiam Græcasq; literas magno juventutis emolumento publice docuit. Edidit grammatiſticam: inſtitutionem peripateticæ philoſophiæ: Phrynichum de vocibus Atticis, &c. Videatur *G. J. Voſſius part. 1. Rhet. pag. 178.*

NUNNEZ (Chriſt.) tractavit de coctione & putredine, Madriti, Anno 1613. in 4.

NUNNEZ (M.) Vide, BARRETUS.

NUNNEZ (Pet.) Hiſpan. ſcripſit de exequendis mandatis regum Hiſpan. Anno 1620. fol.

NUNNIUS (Greg.) librum concinnavit de vera Chriſti eccleſia, Romæ, Anno 1597. fol.

de NUYSEMENT (Dominic.) de vero ſale philoſophorum & univerſali mundi ſpiritu commentatus eſt, Lugd. Anno 1651.

de la NUZA (Franc.) conſtruxit medullam cedri Libani, Colon. An. 1665.

de la NUZA (Hier. Bapt.) Aragonius, edidit diſcurſus ſuper Evangelia duobus voluminibus, Col. An. 1617.

NYENBUBG, ſelecta variarum lectionum publicavit.

NYENDALIUS (Laur.) poemata exaravit, An 1645.

NYMMANUS (Georg.) medicus, A. 1638. obiit. Extat ejus tract. de apoplexia.

NYMPHIDIANUS, Νυμφιδιανός, Smyrnæus, tempore Juliani Imp. cl[illegible]it. *Eunapius, pag. 137.* vocat m[illegible]s appoſitum conſcribendis declamationibu[illegible] & diſceptationibus, quàm epiſtolis co[illegible]endis.

NYMPHIS, Νύμφις, Heracl[illegible]tes, tempore Ptolemæi Evergetæ claruit. Scripſit de Alexandro & ſucce[illegible]ibus ejus & ſucceſſorum poſteris libr[illegible]s [illegible]4. item, de Heraclea 13. libros. Sic *Suidas.*

NYMPHODORUS, Νυμφόδωρος, Amphipolites, compoſuit *νόμιμα βαρβαρικά.* Hoc opus plurimis con[illegible]ibris, è *Sophoclis Scholiaſte in Oedip.* [illegible].colligere licet, à quo liber 13. *βαρβαρικῶν* allegatur. Meminit ejus *Clemen. Alex. in Adhort.* & *l. 1. Stromat.*

NYMPHODORUS, Syracu[illegible]s, *περί[illegible] Ἀσίας* texuit, teſte *At[illegible]* I-dem *Athenæus l. 13.* Nymp[illegible] librum de Siciliæ mirabilibus alle[illegible]at.

NYPHUS (Auguſt.) Sueſſan[illegible]ebus criticis ſcribere aggreſſus eſt [illegible]519. Vide, NIPHUS.

NYSE (Nicol.) reliquit librum [illegible]dicantium. Videatur *Rivetus T[illegible] 2. Oper. pag. 942. Olearius, pag. 330.* Q[illegible] ſuprà, NISSE.

O.

OAMUS (J. Pet.) hiſtoriam condidit, An. 1643.

OATESIUS, Anglus, in epiſtolam Judæ commentatus eſt. Extat ejusdem tract. de origine animæ.

OBADIAS (R.) fecit comment. in Kiddusch Chodeſch Rambam, A. M. 5085. Vid. *Ganz in Z. D. pag. 144.*

OBADIAS Bartenora. Vide, BARTENORA.

OBADIAS, Ziphronæus, compoſuit librum Or Adonai, obiitq; A. M. 5310. Vid. *Ganz, pag. 153.*

OBBO, Ravennas presbyter, à *Reineſio in epiſt. ad Rupert. pag. 517.* allegatur.

de L'OBEL (Matth.) Inſulanus, condidit plantarum ſeu ſtirpium hiſtoriam. Vid. *Linden, pag. 448.* Quære, LOBELIUS.

OBENHEIM (Chriſt.) Otti[illegible] Anno 1562. vixit. Edidit expo[illegible]ocorum pugnantium in Novo [illegible]ento: item, exempla virtutum & [illegible]rum.

OBERASCHER (Maurus[illegible] arcam cœli, Anno 1669. emiſit: item tra[illegible]. de ſacramentis, An. 1676.

OBERTUS (Ant.) Audom[illegible]ren[illegible] medicus, lib. de venæſectione in [illegible] de confecit. Vid. *Linden, pag* [illegible]2.

OBICINUS (Bernh.) ab Oria, An. 1612. claruit. Edidit ſpeculum confeſſionis. Videatur *Waddingus in S[illegible]r. Ord. Min. pag. 56.*

OBICINUS (Thom.) Novarien[illegible]s, Anno 1638. obiit. Arabicam gra[illegible]maticam, Anno 1631. edi curavit. Ex[illegible]dem logica Arabica Videatur *Leo A[illegible]us in Apib. Urb. pag. 244. Wadd[illegible]gus [illegible] cit. pag. 325.*

OBICIUS (Hippol.) Ferrarienſis, ſcr. de nobilitate medici, An. 1619. Ejuſdem ſtaticomaſtix vel medicinæ ſtaticæ demolitio, Ferrariæ An. 1615. prodiit.
OBLADEN (Petrus) filium prodigum, Colon. An. 1669. imprimi fecit.
OBRECHT (Georg.) Argentoratenſis, natus eſt An. 1547: obiit Anno 1612. In academia patria 40. annis jura feliciſſimè docuit, fecitque, ut juventus in juris ſtudio citatis poſſet paſſibus progredi. Edidit œconomiam juris: topicam legalem: Jus feudale, &c.
OBRECHT (Ulric.) ſcripſit de vexillo imperiali, An. 1674: Item, de nummo Domitiani Iliaco, An. 1665. Idem hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores recenſuit & notis eruditis illuſtravit.
OBRYSIUS (Rob.) Hermopagita Atrebas, A. 1584. obiit. Struxit ſacrorum Idylliorum in utrumq; Teſtamentum libros duodecim: hymnorum ſeptem, &c. Vid. *Swertius, pag. 659.*
OBSEQUENS (Julius) libro de prodigiis inclaruit: cujus hodie tantùm fragmentum ſupereſt. Primus hoc fragmentum à *Jucundo Veronenſi* ſibi donatum edidit *Aldus* An. 1508. Defectum ſupplere conatus eſt *Conr. Lycoſthenes.*
de OBSTERGA (Cypr. Regnerus) in 12. libros codicis commentatus eſt.
OBUGÆUS (David) An. 1320. claruit. Condidit regulas juris & comm. in S. Biblia. Vid. *Waræus, pag. 67.*
OCAMPIUS (Florianus) Zamorenſis, reliquit quinque libros rerum Hiſpaniæ.
OCCAM (Guilh.) Anglus, An. 1347. obiit. Is, quòd pontificum acta interdum improbaret, à pontifice Romano anathemate notatus eſt. Unde ad Ludovicum Bavarum æque excommunicatum ſeſe contulit, cui dixiſſe fertur: *Defende me gladio & ego te ſcriptis defendam.* Edidit librum de poteſtate pontificum & Imperatorum. Appellatus eſt *venerabilis inceptor: doctor ſingularis:* item, *doctor invincibilis. Scaliger* limam veritatis vocabat. Ab hoc Occamo *Occamiſtarum* ſecta originem traxit. *Occamiſtæ* etiam nominales dicuntur. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſert. pag. 407. Waræus in Scr. Hibern. pag. 66. Waddingus in S. O. M. pag. 155. Olearius in Abaco, pag. 193.*
OCCAM (Nicol.) Anglus, An. 1320. claruit. Scr. de latitudine oppoſitionum. Vid. *Waddingus l. c pag. 267.*
OCCHUS (Hieron.) egit de febri & humoribus, Venet. An. 1657.
OCCO (Adolph.) Friſius, natus eſt Anno 1524: obiit An. 1605. Collegit Imperatorum Rom. numiſmata à Pompejo Magno uſque ad Heraclium Imp. Extat ejuſdem pharmacopœja.
OCEANUS (Hier.) tractavit de matrimonio poſt baptiſmum.
OCHINUS (Bernhardinus) Italus, Anno 1563. innotuit. Confecit triginta dialogos, quos *Sebaſt. Caſtellio* latinè reddidit. In eorum uno polygamiam defendere omnibus viribus conatus eſt. Ob hoc ſcriptum urbe agroque Tigurino excedere juſſus eſt. Inde Baſileam venit: ſed nec ibi locus ei conceſſus. Itaque in Poloniam abiit, quò ut venit, dicitur palàm hypoſtaſin Spiritus S. oppugnaſſe. Sed nec ibi commorari ei diutius licuit. Quare in Moraviam ad Anabaptiſtarum conventicula ſe recepit: ubi & obiit. Vid. *Rhodius in Scr. ſuppoſ. pag. 33.*
OCELLUS, Ὄκελλος, Lucanus, antiquus philoſophus, libellum reliquit de univerſo. Verſus is eſt à *Nogarola.* Vid. *Barthius in Adv. 42, 1.*
OCLERIUS (Franc.) in aphoriſmos Hippocratis commentari cœpit; Vincent. An. 1610. Vid. *Lindeni, pag 183.*
OCRICULARIUS (Bernh.) Florentinus, hiſtorias elaboravit. *Eraſmus in apophthegm. pag. 709.* Itali quidam eruditi (inquit) licet pulcrè calleant latinè, tamen vix unquam adduci poſſunt, ut in familiari congreſſu latinè loquantur. Ac ſi quando compellit neceſſitas, dicunt exactè qualique de ſcripto. Novi Venetiæ *Bernh. Ocricularium*, civem Florentinum, cujus hiſtorias ſi legiſſes, dixiſſes alterum Saluſtium aut certe Saluſtii temporibus ſcriptas. Nunquam tamen ab homine impetrare licuit, ut mecum latinè loqueretur.
OCTACILIUS (L.) Pilutus, Marii Syllæque temporibus floruit. *Suetonius lib. de Gramm.* eum Cn. Pompejum cognomine Magnum docuiſſe patriſque ejus res geſtas nec minus ipſius compluribus libris expoſuiſſe memorat. In *chronico S. Hieronymi* corruptè *Vultacilius Plotus* vocatur. Videatur *Glandorpius in Onom. pag. 649.*

OCTAVENUS, JCtus, quando vixerit, non certo conſtat. Meminit ejus *Pomponius*. Vid. *Bertrandus pag. 286.*

OCTAVIANUS (Veſtrius) ſcr. practicam, introductionem in aulæ Rom. actionem & mores continentem, Colon. Anno 1597.

OCTAVIUS Cleophilus, Fanenſis, An. 1490 obiit. Vitam ejus *Franc. Polyardus* literis conſignavit. Extant ejus duo itineraria. Vid. *Pierius Valer. de Inf. lit. pag. 156.* Confer, CLEOPHILUS.

OCTAVIUS Herſennius, libro de ſaliaribus Tiburtium ſacris innotuit. Meminit ejus *Macrobius, Saturn. l. 3. cap. ult.*

OCTAVIUS Horatianus, tempore Imp. Gratiani claruit. Reliquit duos libros de curationibus morborum: unum de ægritudinibus mulierum: unumque experimentorum. Præceptorem habuit Vindicianum, medicum percelebrem, uti patet ex ejus præfatione ad filium. Vide, HORATIANUS.

OCTAVIUS (Franc.) Italus, carminibus ſe illuſtrem reddidit. Ejus carmina prodierunt Argentinæ An. 1509. una cum carminibus *Gregorii Tipherni*. Vid. *Tomus 2. Delit Ital. pag. 136.*

OCYORUS (Tarq.) ſcr. de 25. radicibus peſti reſiſtentibus, An. 1589. Vid. *Linden, pag. 551.*

ODASIUS vel ODAXIUS (Ludov.) Bergomas, An. 1488. obiit. Cebetis tabulam latinè tranſtulit, teſte *Merico Caſaubono*. Reliquit etiam epiſtolas & orationes. Videatur *Donatus Calvus pag. 358.*

ODDO, Aſtenſis, monachus Benedictinus, expoſitionem in Pſalmos adornavit. Vid. *Olearius pag. 342.*

ODDO (Joh.) JCtus, tractavit de reſtitutione in integrum, An 1627: item, de fideicommiſſis, Ven. An. 1626. fol.

ODDONIS (Girald.) Ruthenenſis Gallus, An. 1349. obiit. Vulgò *Doctor moralis* dictus eſt. Commentarios reliquit in decem libros ethicorum. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 145.*

ODDUS de Oddis, Patavinus, celebris medicus & Galeniſta fuiſſe dicitur. Quidam eum animam Galeni appellaverunt. Docuit Patavii. Edidit apologiam pro Galeno: item, novem libros de peſte. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 176.*

ODDUS (Marcus) ſcripſ. de compoſ. medicam. & de Turbith.

ODDUS (Mutius) mathematicus, Anno 1639. vi[illegible]s exceſſit. In carcere libros de norma. de fabrica uſuque c[illegible] polymetri: de horologiis ſolaribus compoſuit, nullo librorum auxi[illegible]o ſublevatus. Dicti libri poſtmodum M[illegible]lani & Venetiis impreſſi ſunt. Vid. *Nicius part. 1. Pinacoth. pag. 174.*

ODERBORNIUS (Paulus) miniſter eccleſiæ Rigenſis, condidit homilias. item, vitam Baſilidis Moſcorum tyr[illegible] An. 1585.

ODERISIUS, Caſinenſis Abbas, v[illegible] nonnemine mirabilis verſificat[illegible].

ODESCALCUS (Aloyſ.) Comen[illegible], philoſophiam Romæ multis an[illegible]uit. Collegit præclarum opus ex [illegible]nibus Græcis philoſophis atque A[illegible]telis interpretibus, in quo doctrinam peripateticam plurimum illuſtravit.

ODESCHALCUS (Pet. Georg.) Anno 1620. obiit. Videatur *Ghil[illegible], vol. 1. pag. 198.*

ODESPUN (Lud.) edidit conc[illegible]ma Galliæ, An. 1646. fol.

ODILO, Abbas, Anno 1048. [illegible] Reliquit epiſtolas, hymnos, ſer[illegible] Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. de S. E. p[illegible]7. Olearius, pag. 340.*

ODO, medicus, autor eſt libel[illegible] herbis, qui vulgò *Macro Æmilio* trib[illegible]. Vid. *Placcius, pag. 221.*

ODO, Cluniacenſis Abbas, An [illegible]42. obiit. Extant ejus hymni & ſermon[illegible] Moralia ejus in Jobum, Anno [illegible] [illegible] prodierunt. Vid. *Ph. L[illegible] pag. 129. Barthius in Claudian. pag 1080. Olearius, pag. 343.*

ODO, Soliacenſis, An. 1208 [illegible]it. Reliquit conſtitutiones & præcepta Synodalia de 7. ſacramentis. Vid. *Olearius, pag. 344.*

ODO, Tornacenſis, An. 11[illegible]3 [illegible] vere deſiit. Canonem miſſæ primus c[illegible]mmentariis illuſtraſſe dicitur. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 128.*

ODOARDUS, Cameracenſis e[illegible]opus, An. 1113. obiit. Scripſit de m[illegible]er[illegible] incarnationis: de peccato orig. [illegible] blaſphemia in Spiritum S. Videatur [illegible], *pag. 348.*

ODOENUS (Thom.) Hamtonien[illegible] Anno 1618. deceſſit. Patav[illegible] reſponſionem

onem ad antiCottonum. Vid. *Alegambe, pag. 434.*

ODOFREDUS, JCtus, An. 1266. obiit. Commentarium in Pandectas & Codicem elaboravit. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 2, 35.*

ODOFREDUS, ſecundus, Bononienſ. Odofredi I. nepos, JCtus, An. 1246 floruit. Struxit ſummam de feudis. Vid. *Bumaldus, pag. 179.*

ODOFREDUS (Alb.) Odofredi nepos, An. 1280. claruit. Compoſuit varias quæſtiones legales.

ODOFREDI (Honeſtus) Bonon. JCtus, Anno 1240. floruit. Videatur *Bumaldus pag. 94.*

ODOMARUS (M.) medicus, practicam publicavit.

ODONTIUS (Caſp.) Weiſenburgenſis, aliis *Zahn* dictus, natus eſt An. 1547: obiit An. 1584. Altdorfii literas humaniores docere cœpit. Hiſtoriam Petri & Pauli carmine decantavit, teſte *J. L. a Carolo in bibl. pontif. pag. 319.* Extat ejusdem mythologia Muſarum, Anno 1581. excuſa.

ODONTIUS (Joh. Caſp.) natus eſt Anno 1580: obiit An. 1626. Altdorfii matheſeos profeſſus eſt. Scripſit de Cometis.

ODONUS (Cæſar) Bonon. medicus, An. 1554. claruit. Sententias Theophraſti de plantis publicavit. Videatur *Bumaldus, pag 44.*

ODORICIUS (Val.) carmina exaravit.

ODRY (Steph.) adornavit poëmation Chriſti naſcentis, An. 1644. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 320.*

ODULPHUS, An. 1330. floruit. Compoſuit amuletum adverſus ſtriges, incubos, ſuccubos & ſimiles dæmonum præſtigias.

OEZKO (Alb.) libros de affectionibus corporis humani egregios reliquit, teſte *Starovolſcio pag. 99.*

OECOLAMPADIUS (Joh.) aliàs *Haus-ſchein* dictus, natus eſt An. 1482: obiit An. 1531. Baſileæ concionatoris & theologi munere functus eſt. Fecit commentar. in Geneſin, Jobum, Pſalmos & Prophetas pleroſque. In *epitaphio* primus evangelicæ doctrinæ autor & templi Baſileenſis vetus epiſcopus nuncupatur. Videatur *Jovius in elog. pag. 292. Jac. Verheiden in elog. præſt. Theol. pag. 56. Dietericus part. 2. Ant. Bibl. pag. 91.*

OECUMENIUS, οἰκυμένιος, juxta quoſdam nono ſeculo: juxta alios verò, An. 1070. claruit. Confecit explicationem in acta apoſtolorum & epiſtolas S. Pauli. Tranſtulit hoc opus in linguam lat. *Johannes Hentenius* Vid. *Phil. Labbe T. 2. diſſert. pag. 132. Olearius pag. 344.*

OELHAFIUS (Nicol) medicus, edidit elenchum plantarum circa Dantiſcum, An. 1643.

OELHAFIUS (Pet.) JCtus, exaravit 16. diſp. in 4. libros Inſtitut. Dantiſci, An. 1648.

OELHAFIUS (Tobias) Norimb. JCtus, An. 1666. obiit. Munere Pro-Cancellarii Univerſ. Altdorfinæ laudabiliter perfunctus eſt. Habuit varias orationes, rem monetariam concernentes, quæ An. 1665. impreſſæ ſunt. Vid. *Henningus Witte in memoriis JCtor. pag. 432.*

OELINGERUS officinam pharmaceuticam vulgavit.

OENOMAUS, οἰνόμαος, Gadarenſis, ſcr. de Cynica ſecta: item, de Homerica philoſophia. Vid. *Suidas & Valeſius in in Socratem & Sozomen. pag. 44.*

OENOMAUS, Tragicus Athenienſis, Olympiade XCV. & ſequenti claruit. *Suidas* octo fabulas ei tribuit.

OENOMAUS, poeta, carmina fecit. In *Anthol. l. 4. c. 17.* diſtichon ejus in Cupidinem adfertur.

OENOPIDES, οἰνοπίδης, Chius, egit de rebus phyſicis. Vid. *Seneca in N. Q. l. 4. c. 2. Simocatta l. 7, 17. de geſtis Mauric.*

OENOPOLA (G.) harmoniam evangelicam conſtruxit, fol.

OENOTOMUS (Joh.) in inſtitutiones juris, An. 1555. commentatus eſt.

OESTENIUS (Chriſt.) JCtus, ſcripſit de eo, quod intereſt.

OETHÆUS (Jac.) habuit orationes duas, quarum una erat de optima medicorum ſecta: altera de laudibus diæteticæ. Vid. *Linden, pag. 296.*

OETINGERUS (Joh.) Anno 1609. vixit. Reliquit tractatum de jure & controverſiis limitum, & finibus regundis.

OEXLINUS (Joh.) phyſicus Göppingenſis, epigrammata ſacra elucubravit. Vid. *Tomus 4. Delit. Germ. pag. 1161.*

OFFILLIUS (A.) JCtus, tempore Auguſti Imp. floruit. Plurimos de jure civili libros compoſuit. Ad Atticum de jure ſcri-

ſcripſit: de juriſdictione etiam tractatum exaravit. Vid. *Guido Panzirolus, in JCt. 1, 17. Bertrandus, pag. 235.*

OFFREDUS (Apollin.) Cremonenſis, in Ariſtotelem de anima commentatus eſt. Liber prodiit Venetiis, An. 1496. Extat ejuſdem comm. in libellum poſterior. Ariſtotelis.

OFFREDUS (Carol.) inter viros eruditos refertur à *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 260.*

OFFREDUS (Paulus) aphoriſmos Hippocratis, Anno 1606. commentario illuſtravit.

OGERIUS (Simon) Audomaropolitanus, An. 1597. floruit. Carmina elaboravit, quæ habentur *Tomo 3. Delit. Belg. p. 706.* Vid. *Sweertius pag. 676.*

OGILBEUS (Joh.) Scotus, Anno 1615, laqueo periit. Vid. *Alegambe, pag. 260. Biſſelius in 3. ſeptennio pag. 57. 113.*

OGINSKIUS (Car.) excogitavit artem placendi in aula, An. 1643.

OHACAN (Did. Alvar.) edidit commentum novum in parabolas Arnaldi de Villa nova, An. 1514. fol.

OHEMIUS (Chr.) JCtus, tractavit de conſulibus aliisque magiſtratibus.

OJEDA (Pet.) Marcenſis Hiſp. An. 1627. obiit. In epiſtolas canonicas commentatus eſt. Vid. *Alegambe pag. 989.*

OISELIUS (Ant.) Bellovacus, verſibus celebris factus eſt. Extat ejuſdem dialogus, titulo Paſchaſius, de advocatis ſupremæ curiæ Pariſienſis. Vid. *Tomus 2. Delit. Gall. pag. 836.*

OISELIUS (Jac.) ſtruxit notas in inſtitutiones juris, An. 1658: item, theſaurum ſelectorum numiſmatum, Anno 1676.

OKOLSKI (Simon) orbem Polonum, An. 1641. publicari curavit.

OLAI (Andreas) Danus, fecit carmen in comœdiam electionis Salomonis, Anno 1585.

OLAVIUS (Joh.) Danus, ſcripſit epigrammata ad poëtas, qui in Dania emment, A. 1650: item, carmen gratulatorium ad Fridericum III. An. 1660. Vid. *Bartholinus in Danis pag. 85.*

OLAVIUS (Mart.) Cantaber, Anno 1556. obiit. Compoſuit aſſertiones de conditione, lapſu & reparatione hominis. Vid. *Alegambe, pag. 329.*

OLAUS (Joh.) Schlagendorpianus, in Eccleſ. An. 1590. commentatus eſt.

OLBERTUS, Gemblacenſis abbas, Anno 1148. obiit. Exaravit vitam S. Veroni confeſſoris.

OLDEKOP (Juſt.) edidit obſervationes criminales, An. 1654: item, lib. de pejurando in alterius animam.

OLDENBURG (Henr.) ſocietatis Regiæ Londinenſis ſecretarius, emi[illegible] acta philoſophica Annorum 1665. [illegible]666. 1667. 1668. quatuor tomis, An. 16[illegible]4.

OLDENBURG (Ph. Andr.) ſub nomine *P. A. Burgoldenſis* notitiam rerum [illegible]uſtrium imperii Rom. Germ. tracta[illegible] de elementis juridicè conſideratis [illegible] item, manuale principum Chriſtian[illegible] curavit. Vid. *Placcius, p. 171.* Prodiit e[illegible]dem tract. de Rebuſp. in tranquillum [illegible]tum reducendis, An. 1677.

OLDENDORPIUS (Henning.) Hamburgenſis, An. 1589. obiit. Argen[illegible] linguam hebraicam docuit.

OLDENDORPIUS (Joh.) JCtus, Anno 1561. defunctus eſt. Colon[illegible]p-pinæ & Marpurgi jura publicè [illegible]erpretatus eſt. Audit JCtus acris [illegible] ſingularis in praxi dexteritatis. [illegible]pſit practicam actionum forenſium [illegible] libros variarum lectionum & varios commentarios. De eo ita *Spigelius in l*[illegible] *rid. in dict. reſtaurari*: Noſter Olde[illegible]orpius minimè ad ſomnia nugament[illegible] ſcribenda natus, imo, ut res ipſa [illegible] eſtat, à DEO miſſus, ut, quod Eraſmus [illegible] bonarum artium ſtudio repu[illegible]ræſtitit, ipſe quoque Oldend[illegible] noſtra juriſprudentia rectè [illegible] efficeret.

OLDERICUS Vitalis, An. 1[illegible]20. claruit. Reliquit tredecim libros hiſtoriæ eccleſiaſticæ. Eum unà cum aliis rerum Normannicarum ſcriptoribus edidit *Andr. Duchesnius*, An. 1619.

OLDOINUS (Auguſt.) condi[illegible]t necrologium pontificum Romanor. Romæ, An. 1671.

OLDRADUS, è Laude Pompeja, JCtus, conſcripſit conſilia: item, quæſtiones aureas. *Hieronymus Balbus, Gurs*[illegible] *epiſcopus*, teſtatur in *libro de coronatione Caroli V.* ipſum admodum iniquum [illegible]e in Imp. dignumq; eſſe, ut culeo inſuereturu *Guido Panzirolus 2, 52.* Olradum vocat & An. 1320. obiiſſe memorat.

de OLEA (Alſ.) JCtus, ſcripſit tract. de ceſſione jurium & actionum. Prodiit Genevæ, Anno 1665. fol.

OLEARIUS (Adamus) compoſuit itinerarium in Perſiam, An. 1663: item, Perſicum roſetum.

OLEARIUS (Gottefridus) S. Theol. D. & Superintendens Halenſis, Anno 1677. annotationes Biblicas theoretico-practicas: item, theologiam poſitivam, polemicam, exegeticam, moralem, An. 1676. in 4. edi curavit. Agit jam annum ætatis 73.

OLEARIUS (Joh.) Theol. Licentiatus & Profeſſor Lipſienſis, orationes & epiſtolas Herodoti in unum volumen redegit & luci publicæ An. 1675. expoſuit. Extat ejusdem elegans tractatus de ſtilo Novi Teſtamenti, in 4. Obſervationes autem philologicæ in epiſt. Dominicales, An. 1671. prodierunt. Præterea oratoriam eccleſiaſticam An. 1665. publicavit.

OLEARIUS (Joh. Gottfridus) Halenſis, abacum Patrologicum conſcripſit, An. 1673. in 8. Eſt parvus quidem ille liber, ſed in quo multa continentur non Studioſis tantum, ſed & Theologis ſcitu pernecesſaria. Ego me ex eo non parum profeciſſe ingenuè fateor atque agnoſco.

ab OLEASTRO (Hieron.) Luſitanus, An. 1563 obiit, relicto in Pentateuchum & Eſaiam commentario.

OLEMANNUS (Conr.) JCtus; edidit diſpp. juridicas ex lectionibus *Giſanii* collectas, An. 1605.

OLEN, Ὠλὴν, Græcus poëta, inter hymnographos recenſetur. Struxit hymnum in Junonem, cujus *Pauſanias in Atticis & Corinthiacis* meminit. Ex eodem *Pauſania in Phocicis* diſcimus, Ὤληνα ἆσαι πρῶτον τὸ ἑξάμετρον. Confer *Herodotum l. 4.*

OLEVIANUS (Caſp.) Trevirenſis, natus An. 1536: obiit An. 1587. Heidelbergæ & Herbornæ Theologi partibus functus eſt. Reliquit epitomen inſtitutionum Calvini; notas in evangelia & in epiſtolam ad Galatas. Vid. *Jac. Verheiden in elog. Theol. pag. 162.*

OLEVITANUS (Pet. Rob.) Pariſienſ. An. 1538. Ferrariæ obiit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 258.*

OLHAGARAY (Pet.) hiſtoriam Fuxenſem An. 1609. publicavit.

OLIBANUS (Ant.) JCtus, de actionibus commentatus eſt. Liber prodiit Barcinone, fol. An. 1606.

OLIVA (Albericus) ſcripſit in Inſtitut. Syn. Curiæ Neapolitanæ, Venet. Anno 1601.

OLIVA (Anellus) Neapolitanus, Anno 1630. vixit. Condidit hiſtoriam regni Peruani. Vid. *Alegambe, pag. 32.*

OLIVA (Joh. Paulus) edidit conciones habitas ad pontificem max. Anno 1668. Videatur *Honoratus Faber* in *Euphyandro l. 3. c. 14.*

OLIVA (Joſephus) emiſit analoga gemmea, Barcinone, An. 1646.

OLIVARIUS (Joh.) Gandenſis, JCtus, vix ſeptemdecim annos natus Græcas literas Gandavi docuit. Compoſuit varia poëmata: item, duas comœdias, Michæam & Nabuchodonoſorem. Vid. *Sweertius, pag. 457.*

OLIVARIUS (Pet. Joh.) Valent. Hiſpanus, An. 1536. claruit. Tractavit de prophetia & ſpiritu prophetico. Vid. *Simlerus.*

OLIVARIUS (Seraph.) collegit deciſiones, Anno 1615. Videatur *Sauſſay, pag. 175.*

OLIVARIUS (Thom.) ſcripſit de miſſione ſanguinis in pueris ante decimum annum.

OLIVEIRA (Nicol.) deſcriptionem Portugalliæ & urbis Liſſabonæ adornavit.

OLIVUS (J. B.) de præcipuis collectaneis, à *Calceolario* in *muſeo* adſervatis, Anno 1593. publico ſcripto teſtari voluit.

OLIZAROVIUS (Aaron Alex.) tres libros de politica hominum ſocietate, Gedani, An. 1651. imprimi curavit.

OLLER (Raph.) Majoricenſis, An. 1621. obiit. Edidit repertorium in 7. tomos hiſtoriæ *Hier. Suritæ.* Vid. *Alegambe, pag. 406.*

OLLERIUS (Bernh.) Hiſp. An. 1388. vivere deſiit. Librum fecit de ordinis Carmelitarum origine. Vid. *Hallerv. de hiſt. pag. 44.*

OLLICINUS (Pet.) Senenſis, JCtus, An. 1551. claruit. Edidit comm. in Ariſtotelis categorias: libr. de Platonica & Ariſtotelica diatriba, in quo exponitur differentia inter Platonem & Ariſtotelem;

telem : comm. in Iſocratis orationem de regno. Vid *Simlerus.*

de OLMOS (Andr.) Hiſp. An. 1571. obiit. Quadraginta tribus annis Indis convertendis operam dedit. Linguæ Mexicanæ, Totonacæ & Vaſtacæ, quas expedite loquebatur, dictionaria compoſuit. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 18.*

de OLMOS (Didacus) Culcenſis, grammaticam Indicam elaboravit. Videatur *Waddingus l.c. pag. 402.*

OLMUS vel ULMUS (Fortunatus) Caſinenſis, hiſtoriam Venetam de Friderico Imp. & Alexandro III. papa reliquiſſe dicitur. Vid. *Lud. Jac. a Carolo in Biblioth. pontif. pag. 305.*

OLMUS (Franc.) Bergomas, Anno 1612. obiit. Scr. quatuor libros de ratione judicandi ex urinis : de ebrietate fugienda : item, de occultis in re medica proprietatibus. Vid. *Donatus Calvus pag. 164. Ghilinus vol. 1. pag. 59.*

OLMUS (Paulus) Bergomas, An. 1484. defunctus eſt. Egit de ſpirituali aſcenſu ad Deum.

OLMUS (Valer.) Bergomas, Anno 1560. mortuus eſt. In quatuor libros Sententiarum: item, in Matthæum & Johannem commentatus eſt. Vid. *Don. Calvus pag. 495.*

OLORINUS collegit centuriam arborum & herbarum mineralium.

OLRADUS, de ponte, Laudenſis, JCtus. Vide, OLDRADUS.

OLSOWSKIUS (Andr.) vulgavit cenſuram candidatorum ſceptri Polonici.

OLYMPIANUS, Ὀλυμπιανός, *Stephano in* Δυλόπολις memoratur.

OLYMPICHUS, Ὀλύμπιχος, Samiaca ſtilo perſecutus eſt. Videatur *Clem. Alex. pag. 30.*

OLYMPIODORUS, Ὀλυμπιόδωρος, Alexandrinus, Platonicus philoſophus, A. C. 470. claruit. In Platonis Alcibiadem commentatus eſt. Extat ejus libellus de vita Platonis.

OLYMPIODORUS, Alex. junior, ſeculo 6. floruit. Meteorologicos Ariſtotelis libros commentario illuſtravit.

OLYMPIODORUS, Chemicus, à *Borrichio lib. de Hermete, pag. 76.* laudatur.

OLYMPIODORUS, theologus, An. 1076. claruit. Catenam in Jobum confecit. Ea integra extare dicitur in bibliotheca Vaticana. Vulgavit eã *Laur. Comitus* Lugd. An. 1586. Vid. *Ph. Labbe T. 2 d*[illegible]*ert. pag. 133. Olearius pag. 344.*

OLYMPIODORUS, hiſtoricus, tempore Theodoſii junioris Imp. claruit. Reliquit 22. libros hiſtoriarum. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de Scr R R. pag* [illegible].

OLYMPIUS, Ὀλύμπιος, Alexa[illegible]inus, Ammonii diſcipulus, Plotini [illegible]ulus, *Porphyrio in vita Plotini* memora[illegible].

OLYMPUS, Ὄλυμπος, Marſyæ [illegible]ſcipulus, ἔγραψε θρηνητικὰς νόμους, teſte *Suida* in Συναυλίαν.

OMEIS (Magnus Daniel) Norimbergenſis, natus eſt An. 1646. A[illegible] h. t. eloquentiam & moralem philoſ[illegible]hiam publicè profitetur. Edidit [illegible] de 4. Paradiſi fluminibus : [illegible]ones academicas : & commen[illegible]em de ſcriptoribus epiſtolicis.

OMPHALIUS (Jac.) JCtus, An. [illegible] expiravit. Coloniæ juriſpruden[illegible] profeſſus eſt. Condidit commen[illegible] civili politia : libros 10. de officio [illegible]clareque principis in rep. bene [illegible] gerenda : item, nomologiam.

ONASIMUS, Ὀνάσιμος, ſop[illegible] tempore Conſtantini claruit. Scri[illegible]tuum diviſiones, artem judicial[illegible] ad Apſinem, progymnaſmata, decl[illegible]ma[illegible] encomia, teſte *Suida.*

ONATIUS, Ὄνατος, ὁ [illegible] à *Scholiaſte Theocriti pag. 17*[illegible] *Confer Scholiaſten Apollon*[illegible] 1[illegible] 165.

ONCALCHUS (Joh. Bapt.) conſilium exaravit de læſione motu[illegible]rum & macie brachii ſiniſtri.

ONCIACUS (Guil.) JCtus [illegible] quæſtiones juris philoſophica[illegible], A[illegible] 1[illegible]3.

ONDEGEERSIUS (Pet.) res [illegible] tractavit.

ONESICRITUS, Ὀνησίκριτος, tempore Alex. magni vixit & res [illegible]s literis mandavit. *Strabol. 15.* ex e[illegible] addidit. Meminit ipſius *Agellius* [illegible] l. 9. c. 4. Item, *Plutarchus in Alex.* [illegible] refert, Oneſicritum Xenophontem [illegible] imitandum propoſuiſſe, ſed e[illegible]us affequi minimè po[illegible]iſſe. [illegible] *hiſt. animal. l. 16. c. 39.* Aſt palæum [illegible].

ONESIMUS, Probi Imp. tempore vixit ejuſdemq; vitam d[illegible]entiſſime perſcripſit, teſte *Vopiſco.*

ONE-

ONESTES, 'Ονέστης, Corinthius, inter Græcos poëtas refertur, ceu videre eſt in *Anthol. l. 1. c. 8. & 73.*

ONETOR, 'Ονήτωρ, librum compoſuit, cujus titulus, an pecunioſum oporteat eſſe ſapientem? Videatur *Laërt. l. 3. in Platone.*

ONKELOS, Chaldæus paraphraſtes, quinque libros Moſis in linguam Chaldaicam tranſtulit. Fertur fuiſſe filius ſororis Titi Veſpaſiani & ad Judaiſmum converſus. Vid. *R. Gans, in Z. D. pag. 100. Buxt. in abbrev. pag. 105. 180. Iſ. Voſſius de ætate mundi contra Hornium pag. 17. Otto in lex. Rabb. pag. 431.*

de ONNATE (Pet.) JCtus, de contractibus, Romæ, An. 1646. commentari cœpit.

ONOMACRITUS, 'Ονομάκριτος, Athenienſis, Olympiade LXV. claruit. Hujus Onomacriti poëmata eſſe feruntur, quæ *Orpheo* vulgò tribuuntur: item, χρησμοὶ ſive reſponſa, quæ *Muſæo* adſcribebantur. Ipſum ab Hipparcho, Piſiſtrati filio, Athenis ejectum eſſe, quòd ſortes Muſæi corrupiſſet, *Herodotus l. 7.* memorat.

ONOMARCHUS, 'Ονόμαρχος, Andrius, ſophiſta, *Philoſtrato in vitis Sophiſt. pag. 1..*, memoratur.

ONOSANDER, 'Ονόσανδρος, Platonicus philoſophus, ſcripſit, teſte *Suida*, Τακτικά, de ſtratagematibus, & comm. in libros Platonis de rep.

OONTELIUS (Guil.) Antv. natus eſt An. 1571. Exaravit officinam Biblicam: victoriam & triumphum Rom. eccleſiæ: item, hieroglyphica ſacra. Vid. *Sweertius, pag. 316.*

OPALENIUS (Lucas) tractavit de officiis. Erat *Mareſcalcus* Curiæ regni Poloniæ. Per anagramma *Paulus Neocœlus* vocari ſolet.

OPELIUS (Conſtant.) ſcripſit de fabrica triremium Meibomiana, Anno 1673. in 4.

OPHELIO, 'Ωφελίων, Comicus poëta, *Athenæo & Suidæ* memoratur. Ejus comœdiæ erant, Δευκαλίων, Κάλλαισχρος, Κένταυρος, Ἰαλεμος, Μονότροποι, Σάτυροι.

OPHTHALMICUS (Vit.) JCtus, edidit proceſſum juris municipalis Pragenſis.

OPICELLUS (Jac. Phil.) Mediolan. collegit monumenta bibliothecæ Ambroſianæ, An. 1618.

OPILIUS (Aur.) grammaticus, rhetoricam & philoſophiam docuit & libros Muſarum concinnavit. Videatur *Suet.* & *A. gellius.*

OPIMA (Laur.) Bononienſis, Anno 1362. floruit. In 4. libros Sententiarum commentatus eſt.

OPITIUS (Henr.) edidit atrium linguæ Sanctæ tripartitum, An. 1671.

OPITIUS (Mart.) Sileſius, Anno 1639. obiit. Mortuum laudavit *C. Colerus.* Reliquit librum variarum lectionum: epitomen rerum Sarmaticarum: Daciam, &c. *Caſp. Barthio* audit Phœbeja Siren, Germani princeps carminis Opitius. Videatur *Hemming. Witte in philoſoph. pag. 439.*

de OPIZONIBUS (Ambroſ.) ſcripſ. in legem, ſi quis arbitratu, dig. de verbor. obligat.

OPMEERUS (Pet.) natus eſt Anno 1525: obiit Anno 1595. Juriſprudentiæ & medicinæ ſingularem cognitionem αὐτοδίδακτος conſecutus eſt. Memoria tenaciſſima fuiſſe dicitur, adeò, ut ſeptuagenarius omnes Terentii comœdias & Flacci odas, quas puer didicerat, abſque ulla hæſitatione recitaret. Struxit hiſtoricam aſſertionem miſſæ: item, orbis univerſi opus chronographicum. Vid. *Sweertius pag. 628. Melchior Adamus in Philolog. pag. 405.*

OPORINUS (Joh.) alias Herbſt dictus, Anno 1507. natus eſt: obiit An. 1568. Primò Baſileæ Græcas literas profeſſus eſt: poſteà relicta profeſſione ad typographiam tranſiit. Ariſtotelis opera omnia ut latinè ederentur, primus curavit, doctiſſimorum virorum translationibus undique conquiſitis & in ordinem redactis. Ipſe ſcholia in Solinum compoſuit. Vid. *Thuanus l. 63. Cruſius in Germano-Græcia pag. 114.*

ab OPPENBUSCH (Mich.) librum de religione Moſcovitarum, Anno 1666. evulgavit.

OPPERMANN (Caſp. Henr.) JCtus, de juriſdictione Anno 1627. ſcribere aggreſſus eſt.

OPPIANUS, 'Οππιανὸς, Cilix, ſub Antoni-

tonino Caracalla Imp. claruit. Caracallæ ſua ἁλιευτικὰ, vivo adhuc patre Severo, dedicavit: κυνηγετικὰ vero eidem, patre mortuo, obtulit. Ita *Scaliger in animadv. ad Euſeb. pag. 202.* Dicitur etiam ἰξευτικὰ, i. e. libros de aucupio exaraſſe. In hæc *Eutecnius* ſcholia adornavit. Vid. *Glandorpius in Onomaſt. Rom. pag. 647. & Lambecius in catalog. propr. ſcript.*

OPPIUS (Cajus) Cajo Julio Cæſari coævus erat. Condidit libellum de bello Hiſpanienſi: item, vitas illuſtrium virorum. Vitam Africani ſuperioris *A. gellius 7,1* allegat: *Chariſius* vitam Caſſii: *Plinius 11, 45.* vitam C. Marii laudat.

OPSERSENUS (Pet.) confecit catalogum omnium totius orbis epiſcoporum & archiepiſcoporum.

OPSOPOEUS (Joh.) Bretta Palatinus, natus eſt Anno 1561 obiit Anno 1596. Heidelbergæ phyſiologicam medicinam docere juſſus eſt. Nonnulla Hippocratis ſcripta edidit & quidem emendatè.

OPSOPOEUS (Vinc.) Francus, ſcripſit de arte bibendi carmine. Vid. *Tomus 4. Delit. Germ. pag. 1202.*

OPTATIANUS (Publilius.) Vide, PUBLILIUS.

OPTATOVIUS (Adam) tractatum de Sacramentis, Cracoviæ, An. 1642. in 4. edi curavit.

OPTATUS, Milevitanus epiſcopus, An. 365. floruit. Septem libris Donatiſtas oppugnavit. Hunc autorem *Carolus Albaſpinæus* commentario illuſtravit: item, *Mericus Caſaubonus*, cujus annotationes, Londini, An. 1631. in folio lucem viderunt. Videantur *Phil. Labbe Tom. 2. diſſert. de Scr. eccl. pag. 135. Rivetus Tom. 2. Oper. pag. 1120. Olearius, pag. 346.*

OPTATUS (Cæſ.) Neapolitanus, edidit opuſculum de febri hectica, An. 1562. Vid. *Linden, pag. 108.*

ORÆUS (Henr.) Afenheinenſis, nomenclatorem præcipuorum ſcriptorum An. 1619 contexuit.

ORANUS (Joh.) Leodic. librum *P. Ribadineiræ* de principe Chriſtiano adverſus *Nic. Machiavellum* ex Hiſpanico in latinum ſermonem tranſtulit, teſte *Swertius.* Vid. *Alegambe, pag. 260.*

ORANUS (Nicol.) converſionem Cornelii centurionis adornavit. Prodiit ejuſdem tract. de Judæ proditoris apoſtaſia, An 1611.

ORAPION, Ὡραπίων, de diis Ægyptiis commentatus eſt, teſte *Tatiano.* Vid. *Mallincrot pag 92.*

de ORBELLIS (Nicol.) Andegavenſis, philoſophus & theologus, Anno 1455. claruit. Scripſit in libros phyſicorum libros octo: in libros metaphyſicorum libros 12: in libros ethicorum libros decem. In 3. libros Sententiarum quoq; comm. compoſuiſſe dicitur. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 268. Olearius in Abaco. pag. 331.*

ORBILIUS Pupillus, grammaticus, Ciceroni coævus erat. Vixit propè ad centeſimum ætatis annum, amiſſa jam pridem memoria. *Horatius* plagoſum appellat. Juxta *Suetonium* librum edidit, cui erat titulus perialogus, continentem querelam de injuriis, quas profeſſores negligenter ab ambitione parentum acciperent.

ORCHAMUS (Jan.) tractat. de generatione animantium, Colon. Anno 1667. publicavit.

ORCHIUS (Nicol.) conciones annuales tribus voluminibus complexus eſt, An. 1668.

ORDELAPHUS (Joh.) JCtus, ſcripſit in leg. fin. de rei vindicatione.

ORDONNEZ (Andr.) tractavit de ſanguinis miſſione, Neap. An. 1623.

ORDONNEZ (Pet.) de Cevallos, deſcriptionem Indiæ orientalis reliquit. Prodiit Amſterd. An. 1622.

de ORE (Lud. Hier.) Peruanus, Anno 1598. floruit. Symbolum Indianum, in quo myſteria doctrinæ Chriſtianæ continentur: item, catechiſmum & rituale Peruanum compoſuit. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 243.*

ORECHOVIUS (Stanisl.) Anno 1561. vixit. Vulgò ob dicendi vehementiam Demoſthenes Roxolanus dictus eſt. Reliquit orationes de notis eccleſiæ. de dignitate ſacerdotali: pro & contra cœlibatum: inſtitutionem principis: librum de ſumma regni &c. Videatur *Starovolſcius, pag. 78.*

OREGIUS (Aug.) edidit tract. de Angelis, Romæ, An. 1632.

OREM (Nicol.) ſcr. de latitudine formarum, Venet. An. 1505.

ORENSIUS, Illiberitanus epiſcopus, carmen commonitorium reliquit. Vid. *Olearius pag. 347.* Quære, ORIENTIUS.

ORESIESIS, monachus, An. 420. claruit. Condidit regulas de inſtitutione monachorum divino ſale cooditas, teſte *Gennadio.* Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 138.*

ORESIUS, abbas, libellum de ſex cogitationibus Sanctorum exaravit. Videatur *Olearius pag. 347.*

ORESMIUS (Nicol.) Lexovienſis epiſcopus, Caroli ſapientis, Francorum Regis, præceptor, Anno 1378. floruit. Reliquit tractatum de mutatione monetæ. Vid. *Olearius, pag. 331. Naudæus in B. P. pag. 66.*

ORGANTINUS, Brixienſis, An. 1609. obiit. Vid. *Alegambe pag. 360.*

de ORIANO (Lanfr.) JCt. practicam judiciariam compoſuit.

ORIBANTIUS, Ὀριβάντιος, poëta, ſi *Æliano in V. H. 12, 2.* ſtamus, ante Homerum claruit.

ORIBASIUS, Ὀριβάσιος, Pergamenſis, celebris medicus, tempore Juliani Imp. floruit & deinceps. Vulgò Sardianum vocant, quòd Sardis habitaverit. A Valente & Valentiniano I. omnibus bonis ſpoliatus & in hoſtilem terram ejectus eſt, ut necaretur: ſed, cum magno in honore apud barbaros reges eſſet ac ingens viri deſiderium in imperio Rom. ab imperatoribus revocatus eſt. Hæc *Eunapius pag. 139.* *Suidas* refert, Oribaſium ad Julianum Imp. libros 72: item, librum de regno & affectibus ſcripſiſſe. Oribaſius vulgò *ſimia Galeni* dici ſolet.

ORICELLARIUS (Bernh.) de urbe Roma aliquot libros cootexuit, teſte *Crinito.* Vid. *Hallero. de hiſt. pag. 44.*

ORIENTIUS, Tarraconenſis epiſcopus, A. C. 517. floruit. De eo ita *Sigebertus Gemblacenſis in Catal. c. 24.* Orientius commonitorium fidelibus ſcripſit metro heroico, ut mulceat legentem ſuavi breviloquio. Hoc commonitorium *A. Rivinus* notis illuſtravit Anno 1651. Videatur *Reineſius ad Daumium, pag. 200.*

ORIGANUS (Dav.) celebris mathematicus, Anno 1609. claruit & ephemerides reliquit. Videantur *Becmannus in proleg. Bibl. Francoſ. pag. 53. Thomaſius de plagio, §. 515.* Adde *epiſtolas ſelectas, Richteri pag. 205.*

ORIGENES, Ὠριγένης, Adamantius, *Clementis Alexandrini* diſcipulus, tertio ſeculo claruit. Erat in omni diſciplinarum genere verſatiſſimus adeò, ut ipſis Chriſtiani nominis hoſtibus admirationi fuerit. *Porphyrius* arcem totius eruditionis tenuiſſe largitur. *Didymus* ſecundum poſt Apoſtolos eccleſiarum magiſtrum nominat. *Epiphanius* & *Rufinus* ſex millia voluminum in S. Scripturas elaboraſſe referunt. De ejus ſcriptis *Bellarminus in Catalogo ſcript. eccleſ. pag. 38. & Sixtus Senenſis, l. 4. B. S. pag. 278.* legi poterunt. Libros octo contra Celſum unà cum Philocalia *Guilb. Spencerus* Anno 1658. edidit & notis neceſſariis illuſtravit. Propter perverſas quaſdam ſententias à *nonnullis* inter hæreticos relatus & ſcripta ejus ut impia & heterodoxa damnata ſunt. Eum tamen ex veteribus *Euſebius & Rufinus*: è recentioribus *Picus Mirandulanus, Merlinus Victurienſis & Gilb. Genebrardus* editis apologiis defendere conati ſunt. Confer *A. Rivetum Tom. 2. Oper. pag. 897. 1092. Phil. Labbe Tom. 2. diſſert. pag. 139. Valeſium in Euſeb. pag. 120. Olearium, pag. 348.*

de ORIO (Ferd.) in Tertullianum de patientia, Antverp. Anno 1648. commentatus eſt.

ORION, Ὠρίων, Thebanus, grammaticus, tempore Leonis M. Imp. claruit, & Eudociam in rhetoricis informavit. Scripſit Ἀνθολόγιον, i. e. florilegium vel collectionem ſententiarum ad Eudociam, Theodoſii Junioris Imp. uxorem, libris tribus. Ita *Suidas.* Confer *Joh. Tzetzem in Chiliad. pag. 183.*

ORLANDINUS (Nicol.) edidit 2. partes hiſtoriæ ſocietatis Jeſu, An. 1615. Vid. *Alegambe, pag. 355.*

ORLANDIUS (Cæſar) tractatum elucubravit de urbis Senæ & ejus epiſcopatus antiquitate.

ORLANDUS (Alemannus) JCtus, Anno 1559. floruit. Reliquit tractat. de Rom. eccleſiaſtica majeſtate, An. 1572: Item, orationes.

d' ORLEANS (Lud.) edidit novas cogitationes in annales Corn. Taciti, Pariſ. Anno 1622. fol.

ORLOSHAUSEN (Jac.) tractavit de ſucceſſione fœminarum in regno, An. 1606.

ORMANNIUS (Joh.) habuit orationem de Catharina in Sinai tumulata.

ab OROSCHO (Alf.) Hiſp. ſcripſit in Magnificat Lucæ l. Brugis, Anno 1586.

OROSCIUS (Chriſtophorus) Pintiani diſcipulus, medicus, edidit annotationes in *Albert. Torinum* & *Guinterium*, Aëtii & Pauli Æginetæ interpretes, ſimulque varios medicorum errores oſtendit.

OROSIUS (Paulus) Hiſpanus, tempore Arcadii & Honorii Impp. claruit. Struxit apologiam de libertate arbitrii, cui ſeptem integra *Auguſtini* folia cum parte octavi inſerta ſunt, quæ ex illo opuſculo plane debent furcillari. Qua de re *G. J. Voſſius l. 2. de hiſt. lat. cap. 13.* & *l. 1. hiſt. Pelag. cap. 17.* legi poterit. Idem Oroſius, ſuaſu *S. Auguſtini*, ſeptem libros hiſtoriarum compoſuit, quibus oſtendit, ab O. C. uſque ad ſuam ætatem maximas ſemper atque atrociſſimas calamitates paſſim contigiſſe. Hoc opus à quibuſdam *Hormeſtes* inſcribitur. *Voſſius* putat, ἑρμηνὴν vel ὀρμαθὸν vocari: *Barthius* ſtatuit, epigraphen hanc ex verbis tituli: Oroſ. de miſer. hominatam eſſe. *Steph. Vignandus Pighius in Hercule Prodicio pag. 112.* verum & genuinum titulum, Orcheſtram mundi, fuiſſe exiſtimat. Pighii ſententiam ut rationabilem *Reineſius in Var. lect. 3, 3. pag. 386.* amplectitur. Videantur *Caſaubonus in Exercit. pag. 85. Phil. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 184. Olearius, pag. 359. Hallerv. in B. C. pag. 307.*

OROSIUS (Pet.) Hiſp. grammaticam linguâ Ottomina compoſuit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 287.*

de OROZ (Hieron.) de apicibus juris commentatus eſt, fol.

ORPHEUS, Ὀρφεὺς, Thrax, poëta, una generatione bello Trojano antiquior fuiſſe dicitur *Theodoreto*. Eum hymnos ſcripſiſſe: item Ἀργοναυτικὰ: ut & carmen περὶ λίθων nonnulli exiſtimant. Verum carmina iſta ψευδεπίγραφα eſſe, dudum viri doctiſſimi ſubodorati ſunt. *Quidam* ea *Onomacrito* cuidam vel Cecropi tribuunt. Imò *Ariſtoteles apud Ciceronem l. 1. de nat. Deor.* Orpheum aliquando fuiſſe prorſus negat. Confer *G. Joh. Voſſium de nat. & conſtit. artis poët. cap. 13. pag. 78.* Interim plures fuiſſe, qui Orphei dicti fuerint, admodum veriſimile eſt. *Plinius* certè *l. 25. cap. 2.* Orphei cujuſdam meminit, qui de herbis curioſè ſcripſerit. Orphei φυσικὸν *Suidas* in τριαγμοῖς allegat. Orpheum etiam περὶ ἰδιοφυῶν ſcripſiſſe *Reineſius in Var. lect. 2, 1. pag. 126.* oſtendit. Orpheum Crotoniatam, epicum poëtam, Argonauticorum auctorem, Olympiade LI. Piſiſtrati ævo vixiſſe *Suidas* memorat. Videatur *Euſebius in Chronico, pag. 4.*

ORRIGONIUS (Car. Joſeph.) Mediolanenſis, inter viros eruditos locum habet. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 55.*

de ORSCELAR (Martinus) librum elaboravit, titulo, JESUS omnia, M[illegible]hii, Anno 1622.

ORSUS (Aurelius) carminibus famam ſibi peperit. Vid. *Tomus 2.* [illegible] *Ital. pag. 147.*

de ORTEGA (Chriſt.) ſcripſit duos tomos de DEO uno, fol. item, de Trinitate & incarnatione, Lugd. An. 1664.

ORTELIUS (Abraham) Antv. natus eſt Anno 1527; obiit Anno 1598. Edidit orbis theatrum: item, theſaurum geographicum, opus eruditum lepidumque jucundum. A Philippo II. Hiſp. Rege geographi regii inſignibus ornatus eſt. Septuagenario major cœlebs deceſſit, teſte *Thuano l. 120.* Videatur *Sweertius in Athen. Bat. pag. 89. Ghilinus, vol. 2. pag. 1.*

ORTELIUS (Hier.) Auguſtanus, condidit hiſtoriam rerum in Ungaria & Tranſilvania geſtarum.

ORTELIUS (Vitus) Græcæ linguæ profeſſor, An. 1570. obiit.

ORTH (Phil. Alb.) Remlinga Francus, JCtus, natus eſt An. 1643. Commentari cœpit de regali conducendi jure, Anno 1672. Brevi editurus eſt eccleſiaſten zeloten.

ORTHAGORAS, Ὀρθαγόρας, de rebus Indiæ volumen condidit. Ejus *Ælianus in hiſt.*

in Inſt. anim. 16, 35. & 17, 6. meminit. Philoſtratus autor eſt Orthagoram quoque de mari rubro ſcripſiſſe. Vid. Iſ. Voſſius in Pomp. Melam, pag. 133. & [illegible]

ORTHOLANUS (M.) practicam veram Alchymiæ publicavit.

ORTHUS (Zach.) hiſtoriam Turcicorum Cæſarum adornavit.

ORTIZ (Didac.) curſum philoſophicum, Angelico-Thomiſticum, An. 1667. tribus voluminibus complexus eſt.

OR[illegible]IUS (Blaſ.) edidit itinerarium Adriani VI. pontif. Toloſæ, An. 1548.

O[illegible]IUS (Fr.) JCtus, examen notariorum immatriculandorum edi fecit.

ORUS, Ὧρος, Alexandrinus, grammaticus (inquit *Suidas*) Conſtantinopoli docuit. Scripſit περὶ διχρόνων, i.e. de antiſpiritibus vocalibus: περὶ ἐγκλιτικῶν μορίων, i.e. de encliticis particulis: de ει diphthongo: ſolutiones propoſitionum, & alia. Vid. *Berkelius ad fr. Steph. pag. 44.*

ORW[illegible]GEN (Joh.) JCtus, tractavit de probatione, quæ fit per teſtes, Marp. An. 1639.

ORY (Matth.) de quinque verbis S. Pauli, Venet. An. 1588. commentatus eſt.

ORY (Rich.) emiſit calendarium Palæſtinæ An. 1594.

OSC[illegible], rhetor, nihil ſine ſchemate dicere voluit. *Seneca lib. 5. controverſ. pag. 223.* Ipſe (inquit) ab eloquentia multum aberat, natus ad contumelias omnium ingeniis inurendas. Nulli non impreſſit aliquid, quod effugere non poſſet.

OSEHIA Rabah, juxta nonnullos, *Bereſit raba* compoſuiſſe dicitur. Vid. *Ganz in Z. D. pag. 109.*

OSIANDER (Andr.) Bavarus, natus eſt Anno 1498: obiit Anno 1552. Norimbergæ in æde Laurentiana concionatorem egit. Relicta Norimberga, in Boruſſiam ſeſe contulit, ubi dogma illud ſpargere cœpit, *nos ſola eſſentiali juſtitia DEI juſtos eſſe*: quod poſteà maximas turbas peperit. Reliquit librum de magiſtratu politico: qui liber aliquoties diverſis in locis excuſus eſt ſine nomine autoris. Vid. *Thuanus l. 11.*

OSIANDER (Andr.) Lucæ filius, Suevus, natus eſt Anno 1562: obiit Anno 1617. Erat eccleſiæ Tubingenſis præpoſitus & academiæ cancellarius. Ferunt, fuiſſe robuſtum elenchticum, perſpicuum exegeticum, & artificioſum orthotomicum. Edidit Biblia cum emendationibus ſuperiorum verſionum & obſervationibus doctorum virorum: aſſertiones de conciliis: & reſponſionem ad analyſin *Gregorii à Valentia* de eccleſia. Mortuo parentavit *Matthias Haſenrefferus* Doctor.

OSIANDER (Lucas) Andreæ ſenioris filius, theologus Tubingenſis, An. 1604. obiit. Compoſuit enchiridion controverſiarum: epitomen hiſtoriæ eccleſiaſticæ: commentarium in univerſa Biblia: inſtitutionem religionis Chriſtianæ, &c.

OSIANDER (Joh. Adamus) theologus Tubingenſis, hoc tempore claret. Edidit ſpecimen Janſenianiſmi: libellum de aſylis: obſervationes in Grotium de J. B. & P. comment. in Pentateuchum, &c. Promittit etiam notas perpetuas in totum Vet. & Nov. Teſtamentum.

OSIUS, Cordubenſis epiſcopus, Anno 347. claruit. Epiſtolam ad ſororem ſuam exaravit de laude virginitatis: item, tractatum de interpretatione veſtium ſacerdotalium, quæ ſunt in Vet. Teſtament. Ad extremum à fide orthodoxa deficere & Arianorum impietati adhæreſcere cœpit, damnans τὸ *Homouſion*, cujus antea ſtrenuus aſſertor fuerat. Videatur *Iſidorus in Vir. Ill. cap. 5. & 14.*

OSIUS (Felix) Italus, Anno 1631. obiit. *Voſſius* alicubi diſertiſſimum profeſſorem appellat. Condidit ſex libros de ſepulcris & epitaphiis ethnicorum: & totidem de ſepulchris & epitaphiis Chriſtianorum: elogia ſcriptorum illuſtrium: adagiographiam novantiquis proverbiis refertam: poëtarum & hiſtoricorum vindiclas: Romano-Græciam: & alia plura, quæ *Thomaſinus part. 2. elog. pag. 252.* enumerat. Confer *Obilinum vol. 2. pag 75.*

OSIUS (Hieron.) Thuringus, Anno 1558. floruit. Edidit hiſtoriam belli Dithmarſici. Carmina ejus leguntur *Tom. 4. Delit. German. pag. 1273.* Videantur *J. P. Lotichius part. 4. B. P. pag. 93. Simon Schardius volum. 3. German. ſcript. pag. 48.*

OSIUS (Staniſl.) Polonus, An. 1579. obiit. Scripſit de verbo DEI expreſſo: de ſacerdotum conjugio: de actis Elbingenſibus, &c. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 228.* Quære, HOSIUS.

OSIUS (Theodatus) Mediolanenſis, edidit meditationes rythmicas, in duas partes diſtinctas, quarum una theoricam, altera praxin facultatis ſciendi per numeros ſive reſtitutam Pythagoræorum doctrinam pollicetur: item, ſilvam novarum opinionum, Anno 1669. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 213.*

OSORIUS (Hieron.) Hiſp. ſenior, Anno 1580. obiit. Exaravit librum de nobilitate civili & Chriſtiana: alium de gloria: alium de juſtitia: & rurſus alium de ſapientia. Commentatus etiam eſt in epiſtolam ad Romanos libris quatuor. Vid. *Thuanus l. 71. Lundorpius Tom. 2. pag. 428.*

OSORIUS (Hier.) junior, vixit An. 1580. Scripſit in Pſalmos, Proverbia, Eccleſiaſt. Sapientiam, &c. Opera utriuſque Oſorii quatuor tomis conſtant.

OSORIUS (Joh.) Burgenſis, Anno 1594. obiit. Struxit ſex tomos concionum. Vid. *Alegambe, pag. 261.*

OSSA (Barth.) Bergomas, An. 1340. mortuus eſt. *Trithemius* vocat philoſophum & hiſtoricum inſignem. Reliquit 16. libros hiſtoriarum. Vid. *Donatus Calvus pag. 67.*

OSSA (Joh.) Bergomas, pontifex, natus eſt Anno 1244: obiit Anno 1334. Elaboravit quæſtiones in jus canonicum & civile, teſte *eodem pag. 207.*

ab OSSA (Melch.) egit de principatu feliciter adminiſtrando.

OSSATUS (Arnold.) Cardinal. An. 1604. deceſſit. Is natalibus adeo obſcuris natus erat, ut nullum poſſet neque cognatum neque affinem monſtrare, nullamque gentilitiam hæreditatem cernere. Juvenis in ſchola Ramæa exercitatus fuit & cum *Jac. Carpentario* acerrimas contentiones exercuit. Vid. *Thuanus l. 92. & 131. Sauſſay, pag. 155. Naudæus in B.P. pag. 110.*

OSSOLINSKI, orator celebris eſſe & orationes exaraſſe dicitur.

ab OSSUNA (Franc.) Bæticus, Hiſp. An. 1530. claruit. Reliquit ingentem commentar. in paſſionem Domini.

OSTENFELD (Chriſtianus) Viburgenſis Cimber, An. 1619. natus eſt. Pro[illegible] Pharum latinitatis. Vid. *Vindingius in R. H pag. 419.*

OSTENIUS (Joh.) JCtus, tractavit de mora, An. 1589.

ab OSTERHAUSEN (Chriſtianus) de ordine Melitenſi prolixam narrationem edidit, An. 1650.

OSTERMANNUS (Pet.) JCtus, ſcripſit ad legem, Stigmata, Colon. An. 1629: item, artem parendi & imperandi. Extat ejuſdem clavis & avis bifida, Viennæ Anno 1644. excuſa.

OSTERMARIUS (Joh. Conr.) JCtus, ſynopſin inſtitutionum Manzianarum, A. 1648. in lucem protulit.

OSTHANES, primus de magia commentatus eſt, teſte *Plinio l. 30. c. 1.* [illegible] *Hadr. Junius l. 1. Animadv. c. 7.*

OSTHOVIMUS (Balth.) Bohemus, An. 1600. obiit. Vid. *Alegambe, p*[illegible]*1.*

OSTIENSIS (Henr.) Vide, HOS[illegible]NSIS.

OSULLEVANUS (Phil.) de S. P[illegible]icii vita, purgatorio & miraculis, Madriti An. 1629. ſcribere aggreſſus eſt.

OSWALDUS (Eraſmus) An. 1579. obiit. Vid. *Thuanus l. 68.*

OSWALDUS (Pelbartus) Temeswarienſis, An. 1500. claruit. Condidit aureum Roſarium: Stellarium B. Virginis: ſermones de tempore, &c. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 274.* Quære, PELBARTUS.

OTACILIUS. Vide, OCTACILIUS.

OTBERTUS, Leodienſis, exaravit vitam Henrici IV. Imperatoris. [illegible] *Barthius in Claudian. pag. 1055.* [illegible]t mirandum prudentiæ & ingenii [illegible]rem.

de OTERO (H Fern.) JCtus, [illegible]ctavit de actionibus, Venet. An. 1628.

OTFRIDUS vixit ſeculo nono. Evangelium Germanicis verſibus expreſſ[illegible] Videantur *Olearius in Ab*[illegible]*co, pag. 3*[illegible]. *Hallerv. in B.C. pag. 299.*

OTHELIUS (M. Ant.) confec[illegible] reſp. pro decretis reip. Venet.

OTHLONUS, Fuldenſis mon[illegible]s, vitam S. Pyrminii literis con[illegible]navit.

OTHO, vetus gnomologus, [illegible] ab *Alano* in Sententiis. Vid. *B*[illegible] *in Claud. pag. 515.*

OTHO (Joh.) Brugenſis, A[illegible] 1581. obiit. Iſagogen elaboravit in hiſtoriam Romanam, teſte *Sweertio.* V[illegible]atur

Mar-

Martinus Hanckius part. 1. de S. R.R. pag. 236.

OTHO (Val.) de triangulo duo volumina, An. 1596. publicavit.

OTREB (Rud.) compoſuit tractatum de vita, morte & reſurrectione, Anno 1617.

OTTINELLUS (Cæſ.) de curanda porrigine, Romæ, Anno 1586. commentatus eſt.

OTTLERUS (Servat.) edidit encomiaſticam ethologiam de S. Franciſco, Colon. An. 1651.

OTTO, Foſſatenſis, vitam S. Mauri proſa & carmine deſcripſit: item, vitam S. Benedictæ martyris & B. Wilfridi. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 192.*

OTTO, Friſingenſis, ætate Friderici Barbaroſſæ Imp. claruit. *Æneas Silvius* male Friſienſem vel Friſium fuiſſe autumat. Friſingenſis à Friſingenſi epiſcopatu dictus eſt. Obiit Anno 1150. teſte *Radevico.* Otto iſte univerſale chronicon octo libris complexus eſt. Eos primus in lucem protraxit *Joh. Cuſpinianus:* auctiores edidit *Chriſt. Urſtiſius.* Scripſit etiam 2. libros de geſtis Friderici. *Epitaphium* ejus tale invenio:

Quicquid in orbe beat præclaros & meliores, (*res.*
Præſidis Ottonis mire cumulavit bono-
Si proavi vel avi probitas, ſacer ordo, poteſtas
Deberent mortis furias cobibere moleſtas,
Non moriturus erat præclare præditus illis:
Heu talem communibus acceſſiſſe favillis.
Quam facunda viri vox, qualis philoſophia, (*phia.*
Hortatu regum docet edita chronogra-
Luxit eum patria, propria comitata ruina.
Propitietur ei DEUS & pia virgo Maria.

Vid. *Olearius in Abaco pag. 351. Ph. Labbe T. 2. diſſ. de S.E. pag. 149. Carol. Viſcb. in Ciſt. pag. 255.*

OTTO (Andr.) emiſit anthropoſcopiam ſive judicium hominis de homine, Anno 1663.

OTTO (Dan.) JCtus, de jure publico commentatus eſt, An. 1620.

OTTO (Jac.) JCtus, ſcripſit de legitimatione illegitimorum, Auguſtæ, An. 1673.

OTTO (Joh. Henricus) Bernas Helvetius, edidit hiſtoriam doctorum Miſnicorum, An. 1672: item, lexicon Rabbinico-philologicum, An. 1676. In ſcriptis Rabbinorum admodum verſatus eſſe videtur.

OTTO (Jul. Conr.) Judæus, prius *Naphthali Margolith* dictus, aliquando Chriſtianum ſeſe ſimulavit. Unde Altdorfii ſacras literas profiteri juſſus eſt. Verum non diu ibi ſubſtitit. Nam præter ſpem & opinionem inde diſceſſit, nec conſtat, quò pervenerit. Librum reliquit, cui *Gali Razia* titulum impoſuit. Extat & ejus grammatica hebraica. De hominis nequitia & fraude Cl. *Wagenſeilius in Sota, pag. 705.* legi poterit. Confer *Caſaubonum, epiſt. 436.* & *Colomeſium in Cimeliis, pag. 175.*

OTTUS (Joh.) Schaphuſio Helvetius, cogitationes phyſico-mechanicas de natura viſionis, Heidelb. Anno 1670. edi curavit.

de OVALLE (Pet. Hernand.) Placentinus, compoſ. 2. partes obligationum, ex quibus tenemur colere Angelos cuſtodes. Vid. *Alegambe, pag. 383.*

de OVANDO (Joh.) ſcripſit diſcurſus prædicabiles, An. 1606. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 216.*

OVANDUS (Franc.) adornavit breviloquium ſcholaſticæ theologiæ, Annò 1584.

OUDARTUS (Nicol.) Bruxellenſis, Anno 1608. obiit. Reliquit faſtos ſacros & alia poëmata, teſte *Sweertio, pag. 581.* Carmina ejus habentur *T. 3. Delit. Belg. pag. 699.*

ab OUDENHOVEN (Ant.) laudationem Alexandri Scagliæ, Antverp. An. 1641. concinnavit.

OVERSTADIUS (Rol.) Bruxellenſis, An. 1568. natus eſt. Videatur *Alegambe, pag. 416.*

OUGTRED (Wilh.) vulgavit trigonometriam, An. 1657: item, clavem mathematicam, Oxonii, An. 1669.

OVIDIUS Naſo, poëta, natus eſt Anno ſecundo Olympiadis CLXXXIV: obiit A. primo Olympiadis CXCIX. Confecit libros transformationum, epiſtolas Heroidum, artem amandi, ſex libros faſtorum, Medeam tragœdiam, &c. Sunt etiam quædam, quæ falſo ei tribuuntur, qualia ſunt carmen panegyricum ad Piſonem,

ſonem, Philomela, pulex &c. Quædam etiam Ovidio prorſus indigna ſunt, ut tres libri de *Vetula*, quæ Ovidium minus referunt, quàm ſimius hominem. Librum tamen de medicamine faciei aliqui Ovidio malè abjudicant. De Ovidii halieuticis *C. Barthium in Celeſtin. pag. 312.* conſule. Confer *Glandorpium in O.R. pag. 650. Voſſium l. 5. Inſt. rhet. c. 3. pag. 287. Epitaphium* Ovidii tale circumfertur:

Hic ſitus eſt vates, quem divi Cæſaris ira
Auguſti Latia cedere juſſit humo.
Sæpè miſer voluit patriis occumbere terris,
Sed fruſtrà: hunc illi fata dedere locum.

Vid. *Voſſ. l. 2. Inſt. poet. pag. 73.*

OVIDIUS (Alb.) Juventinus, fuit autor Philomelæ carminis. Vid. *C. Barthius, part. 3. in Papin. pag. 11.* item, *Goldaſtus, præfat. in Pſeudovidiana-opuſcula*, Francof. Anno 1610. edita. Adde *Reineſ. ad Daum. pag. 204. 205. 207.*

OVIEDUS (Andr.) Caſtellanus, An. 1577. extinctus eſt. Condidit librum de Rom. eccleſiæ primatu: deq; erroribus Abyſſinorum, ad quos Oviedus ille à Luſitaniæ Rege miſſus fuerat. Vid. *Alegambe, pag. 28.*

de OVIEDO (Franc.) Anno 1657. obiit. Struxit curſum philoſophicum. Vid. *Alegambe, pag. 128.*

de OVIEDO (Gonſales) Anno 1535. hiſtoriam Indicam generalem promulgavit.

d'OULTREMANNUS (Henr.) Hanno, Anno 1605. obiit. Reliquit varia poëmata.

d'OULTREMANNUS (Pet.) Valencianus Hanno, An. 1657. vivere deſiit. Scripſit de Amore increato [illegible] tat [illegible] em Conſtantinopolis Belgica, h. e. libri quinque de rebus geſtis [illegible] & Henrico, Impp. Conſtanti[illegible]po[illegible]s, ortu Valencinianenſibus, una cum libro de excidio Græcorum, An. 1613. Vid. *Alegambe, pag. 390. 405.*

d'OULTREMANN (Phil.) pæ[illegible] Chriſtianum 2. Tomis, An[illegible] 1654. complexus eſt.

OUTRAMUS (Guilh.) tractatu[illegible] de ſacrificiis, Londini, Anno 1677. in 4.

OWEN (Corb.) fecit carmen Pindaricum in theatrum Scheldonianum.

OWENUS (Joh.) Britannus, con[illegible]avit tres libros epigrammatum, [illegible] 1614. Notetur proprium ejus de [illegible] dicium:

Qui legis iſta, tuam reprehe[illegible], ſi mea laudas
Omnia, ſtultitiam: ſi nihil, [illegible]

Barleus in epiſt. pag. 888. Mul[illegible]) ingenioſe ſcripſit Owenus in [illegible] carminum genere: ſed interc[illegible] non pauca villoris monetæ. Mag[illegible] auſu apud Anglos leguntur.

OWENUS (Joh.) Oxonienſis [illegible]gus, ſcr. de juſtitia divina contra [illegible], Anno 1653. item, vindicationem textus Hebræi in Vet. & Græci [illegible] Teſtamento.

de OXONIO (Henr.) Anglus, [illegible]ones Dominicales & Feriales reli[illegible]. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 16*[illegible]

de OXONIO (Joh.) vel OXF[illegible], A[illegible]o 1199. floruit. Itinerarium [illegible] liam exaravit.

P.

PAAW (Pet.) medicus, natus eſt An. 1564: obiit An. 1617. Condidit tractatum de exercitiis, lacticiniis & bellariis. Vid. *Meurſ. in Ath. Bat. p. 264.*

PACÆUS (Rich.) Anglus, Anno 1532. obiit. Reliquit præfationem in Eccleſiaſt. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 173.* Rich. Pacæus (inquit) inter Tullianæ facundiæ candidatos cenſeri poterat, niſi nimium illi placuiſſet extemporalis illa ſcribendi celeritas, & niſi mox juvenem è medio ſtudiorum curſu pontificum ac regum negotia profanis curis [illegible]pemodum obruiſſent. Vid. *Jovius in* [illegible] *pag. 96.*

PACARDUS (G.) ſcripſit de con[illegible]ione ſacerdotum, An. 1603.

PACATUS (Drepanius) rhetor Lat[illegible]us, compoſuit panegyricum ad [illegible]odoſium Imp.

PACATUS (Minucius) Πακα[illegible], Alexandrinus, grammaticus, [illegible] libros de dialecto Alexandrinorum ordine alphabetico: ſimiliter [illegible] de Attica conſuetudine, &c. Vi[illegible]

PACCO-

PACCONUS (Franc.) Capuanus, edidit duos catechiſmos Æthiopico ſermone. Vid. *Alegambe, pag. 128.*

PACCIUS (Coſm.) Vide, PACTIUS.

à PACE (Dominicus) Hiſp. compoſuit ſermones, qui prodierunt Venet. Anno 1580.

PACEMUTUS (Nomicus) de JCto perfecto commentatus eſt, An. 1664.

PACHOMIUS, Παχώμιος, An. C. 340. floruit. Ex milite monachus factus eſt. Struxit regulam monachorum Angelo, ut ferunt, ad calamum dictante. Videatur *Phil. Labbe Tom. 1. diſſ. de ſcr. eccleſ. pag. 150.*

PACHUS (Matth.) JCtus, tractavit de mandatis apoſtolicis.

PACHYMERIUS (Georg.) Παχυμέριος, incipit ſuam hiſtoriam à tempore Michaëlis Palæologi, qui imperare cœpit An. 1261. & deſinit in A. 23. ſenioris Andronici, ſub quo vixit. Edidit ejus nonnulla cum Nicephori breviario *Dionyſ. Petavius* Pariſ. An. 1616. Vid. *Tomus 2. Ephem. Hedov. pag. 455. Hanckius in Byz. ſcript. pag. 566.*

PACIANUS, Barcinonenſis epiſcopus, An. 360. claruit. Reliquit tres epiſtolas adverſus Novatianos: parænesin ad pœnitentiam: libellum de Baptiſmo. Filium habuit, *Dextrum* nomine, cui S. *Hieronymus* catalogum ſuum de ſcriptoribus eccleſiaſticis dedicavit. Videantur *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 151. Olearius in Abaco, pag. 352.*

PACIANUS (Fulv.) JCtus, ſcripſit de probationibus: item, conſilia & reſponſa.

PACICHELLUS (J. B.) Apocriſiarius apoſtolicus, edidit chiroliturgiam ſive tractatum de manus officio, An. 1673. alium de pede, An. 1675. Extat ejusdem liber de hoſpitalitate.

PACIDIUS epiſtolam exaravit ad *Rivetum*, An. 1645.

PACIFICUS, Minorita, An. 1470. vixit. Struxit ſummam, nomine *Pacificam.* Videatur *Phil. Labbe Tom. 2. pag. 152. Olearius, pag. 352.*

PACIFICUS, Aſculanus, fecit 2. libros de Lucretia: 2. de Virginia carmine: ſeptem de bello Cyri: undecim, de bello Syllæ & Marii: ſex de bello ſeruili. Ejus ſcripta prodierunt An. 1500. Vid. *Zeillerus part. 3. de hiſt. pag. 169.*

PACIFICUS (Herm.) tractavit de vera & reali manducatione veri corporis Chriſti in cœna Dom. A. 1581.

PACIFICUS (Statilius) JCtus, de Salviano interdicto commentatus eſt. Prodiit liber Genevæ, An. 1619.

PACINUS (Jac.) Bononienſis, ſcripſit de tenuis humoris, febrim facientis, ante purgationem per artem incraſſatione, An. 1558.

PACIUCHELLUS (Ang.) de monte Politiano, An. 1659. vixit. Compoſuit excercitationes in Pſalm. 86. fol. Venet. An. 1659.

PACIUS (Ang.) JCt. elucubravit conſilia: item, hiſtoriam belli Cenomanici. Vid. *Ghilinus, vol. 2 pag. 19.*

PACIUS (Fabius) Vicentinus, medicus & philoſophus, An. 1614. obiit. Extat ejus comment. in ſeptem libros Galeni de methodo medendi: pro quo labore aureum torquem conſecutus eſt. Vid. *Thomaſinus part. 2. pag. 162.*

PACIUS (Jul.) *Fabii* frater, JCtus & philoſophus, natus eſt An. 1550. obiit Anno 1635. In academia Heidelbergenſi organum Ariſtotelis interpretatus eſt. Inde in Pannoniam abiit ad juris civilis profeſſionem. In Galliam vocatus primò in Sedanenſi academia, deinde Nemauſi, poſt in Montiſpeſſulano gymnaſio cathedram obtinuit. Tandem Valentiam profectus, ibidem ingenii & doctrinæ radios latiſſimè ſpargere cœpit. A Venetis etiam Patavium invitatus eſt, ubi tamen non diu ſubſtitit: ſed Valentiam rediit ibique reliquum vitæ ſtadium in ſummo honore abſolvit. Scripta ejus tam philoſophica quàm juridica *J. Phil. Thomaſinus part. 2. elog. pag. 176.* enumerat. Vid. etiam *Imperialis in Muſeo, pag. 175.*

PACIUS (Pacius) JCtus, A. 1275. floruit. Reliquit quæſtiones.

PACMEISTERUS (Nic.) Anno 1551. obiit.

PACONIUS, JCtus, à *Paulo JCto* citatur. Vid. *Bertrandus, pag. 268.*

PACTIUS (Alex.) Florentin. A. 1537. clar. Libros Ariſtotelis de poëtica non ineptè tranſtulit, judice *Jovio in elog. numero 146.*

PACTIUS (Coſmus) Alexandri frater, Florentinus archiepiſcopus, Maximum Tyrium, Platonicæ ſectæ philoſophum,

phum, è Græco in Latinum ſcitiſſimè tranſtulit.

PACUVIUS, Tragicus latinus, Olympiade CLVI. claruit. *S. Hieronymus in Chronico* Brunduſinum facit & Tarenti nonagenarium obiiſſe perhibet. Erat verò Pacuvius ex ſorore Ennii natus: qui avunculi veſtigiis inſiſtens artem poëticam ſcenæ gloria fecit clariorem, ut ait *Plinius* 35, 4. Fabulam Oreſtem magno cum ſpectatorum plauſu habuit, An. U. 624. Laudatur *Ciceroni*, *Varroni*, *Horatio* & *Quintiliano*. Fragmenta ejus *Rob. Stephanus* collegit. Vid. *Glandorpius pag.* 653. *Sagittarius in Vitis Rom. Vet. pag.* 36.

PACUVIUS (G. Atejus) JCtus, Servii auditor, partem Edicti de commodato interpretatus eſt. Videatur *Bertrandus pag.* 240.

de PADILLA (Ant.) Hiſp. Anno 1612. obiit. Vid. *Alegambe, pag.* 41.

de PADILLA (Ildefonſ.) in Habakuk commentari cœpit Anno 1674.

de PADILLA (Lud.) ſcripſit de Sanctis Hiſpaniæ.

de PADILLA (Mich. Vaſq.) Hiſpalenſ. Anno 1624. ætatis 65. obiit. Reliquit tract. de myſterio Trinitatis. Vid. *Alegambe, pag.* 345.

PADOANUS (Helidæus) Forolivienſis medicus, Anno 1535. floruit. Emiſit proceſſus, curationes & conſilia in curandis particularibus morbis, quæ proſperos habuerunt eventus.

de PADUA (Ant.) Ulyſſiponenſis, Anno 1231. obiit & ſequenti anno à Gregorio IX. inter Sanctos relatus eſt, teſte *Bellarmino.* Reliquit conciones de tempore & Sanctis. *Trithemius* vocat excellentiſſimum prædicatorem & teſtatur, ſummum pontificem eum ideò *Arcam Teſtamenti* appellare conſuevisse. Vid. *Ph. Labbe T.* 1. *diſſert. pag.* 94. *Quenſtad. pag.* 15.

de PADUA (Marſilius.) Vide, MARSILIUS.

PADUANUS (Fabr.) Ictus de ventis & terræmotu: item, catenam temporis. Vid. *Dietericus part.* 2. *Antiq. Bibl. pag.* 58.

PADUANUS (Joh.) Luſitanus, commentatus eſt de vero die paſſionis dominicæ. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag.* 216.

PADUS (Sebaſt.) Genuenſ. tractavit de cortice Peruviæ febrium profligatore, Anno 1656.

PÆANIUS, Παιάνι@, ſophiſta, *Eutropii* breviarium è latino in Græcum tranſtulit. Metaphraſis iſta à *Frid. Sylburgio* una cum aliis Rom. hiſt. ſcriptoribus edita eſt in fol. Alii *Capitoni Lycio* eam tribuunt, qua de re *Cujacius in Obſ.* 74. 7. At erant diverſæ. *Suidas* Capitonis verſione aliquoties uſus eſt.

PÆON, Παίων, Amathuſius, librum de Theſeo & Ariadna condidit, teſte *Plutarcho in Theſeo.* Vid. *Meurſius in Cypro, pag.* 167.

PAEPP (Joh.) vitam Ciceronis in literas retulit, Anno 1618.

PAES (Balth.) Luſitanus, epiſtolam S. Jacobi, Anno 1617. commentario illuſtravit.

PAESMAN (Ægid.) Anno 1541. natus eſt. Compoſuit tractatum de ſeptem Sacramentis.

PÆTUS (Lucas) Anno 1581. ætat 69. obiit. Scripſit de menſuris & ponderibus Rom. & Græc. item, librum variarum lectionum, Venet. Anno 1573. fol. Vid. *Thuanus l.* 74.

de PAEZ (Ferd.) librum de excuſatione parentibus à publicis muneribus ob numerum liberorum confecit.

PAEZ (Pet.) Hiſp. Anno 1622. [illegible] in Æthiopia obiit. Elucubravit [illegible] volumen, quo copioſè de rebus differit Æthiopicis: item, tractatum de Abyſſinorum erroribus linguâ Amarica. Vid. *Alegambe, pag.* 390.

PAFFENRODIUS (Joh.) tractavit de militia Græca & Romana, teſte *B*[illegible] *in Var. lect. pag.* 239.

PAFRADIUS (Gaſp.) Theol. compoſ. commentarium de prædic[illegible]bus ſacramentalibus, lib. arbitrio & prædeſtinatione.

de PAGANICA (Nicol.) circa An. 1330. claruit. Reliquit compend[illegible]nalis aſtrologiæ. Extat Mſ. V[illegible] inter libros Petrarchæ, teſte *Thomaſino.*

PAGANUS (M. Ant.) Venetus, Ictus, de ordine & reſidentia epiſcoporum, Venet. Anno 1570. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag.* 36.

PAGANUS (Jac.) Bellunenſis, literatura non incelebris *Pierio Valeriano de* [illegible] *L. pag.* 72. dicitur.

PAGANUS (Pet.) Wanfridia H[illegible] Anno 1576. obiit. Hiſtoriam te[illegible]orum Rom. & Albanorum fratrum carmine

mine epico expreſſit. Carmina ejus occurrunt *T. 5. Del. Germ. pag. 1. J. P. Lotichius part. 3. Bibl. poët. pag. 96.* ait, fuiſſe omnium horarum arbitrum mirè feſtivum, ſalium leporumq; mercurialium æquales inter amicosq; temperatorem ſcitiſſimum, vatem imprimis excellentem, elegantem & diſertum.

PAGETIUS (Guilh.) ſcripſit hiſtoriam Bibliorum: item, hæreſiographiam & Chriſtianographiam.

PAGGUS (Carol.) Genev. ſtruxit enchiridion medico-aſtro-chymicum, Olysſip. Anno 1664.

PAGNINUS (Sanctes) Lucenſis, Anno 1541. mortuus eſt. Hortante Leone X. pontifice, novam Vet. Teſtamenti verſionem juxta veritatem hebraicam edidit. *Sixtus Senenſ. l. 4. B. S. pag. 297.* tradit, eam verſionem à peritiſſimis Hebræorum Rabbinis cæteris translationibus omnibus præferri. Publicavit etiam theſaurum linguæ ſanctæ: item, iſagogen in S. literas: ut taceam ejus catenam argenteam geminam, unam in Pentateuchum: alteram in pſalmos. Vid. *Rivetus Tom. 2. Oper. pag. 915. Ghilinus, vol. 2. pag. 224. Sauſſay pag. 149. Quenſtad. pag. 317.*

PAGNIUS (Joh.) Piſanus, medicus, h. t. claret. Videatur *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 482.*

PAGNONIUS (Ang.) Bononienſis, Anno 1591. floruit. Satiras Horatii commentario exornavit.

PAIESIUS (Maginus) An. 1630. vixit & curſum univerſæ philoſophiæ adornavit. Vid. *Alegambe, pag. 320.*

le PAIGE (Joh.) collegit bibliothecam ordinis Præmonſtratenſis, Pariſ. Anno 1633. fol.

PAINUS (Apoll.) Anno 1600. floruit.

PAIOT (Carol.) Pariſinus, ſtruxit tirocinium eloquentiæ, An. 1673.

de PALACIOS Ruvios (Joh. Lupus) Segobienſis JCtus, emiſit varia politica & juridica ſcripta, Antv. Anno 1618.

de PALACIOS (Mich.) Theologus Granatenſis, circa Annum 1584. claruit. Extat ejus commentarius in Eſaiam, Johannem & in epiſtolam ad Hebræos: item, comm. in tres libros Ariſtotelis de anima.

de PALACIOS (Paulus) Granatenſ. frater Michaëlis, comp. brevem, ſed eruditum in Matthæum commentarium, Anno 1569.

PALÆMON. Vide, RHEMNIUS.

PALÆONYDORUS (Joh.) ſive de Aqua Veteri, Belgii opido, ord. Carmelitarum monachus, Anno 1507. obiit. Texuit triplicem faſciculum de origine, ſtatu & profectu ordinis ſui. Liber prodiit Moguntiæ, Anno 1497. Videatur *Olearius, pag. 269.*

PALÆOTTUS (Alf.) JCtus & Theologus, Anno 1557. claruit. Tractavit de ſtigmatibus Jeſu Chriſti, Duaci, Anno 1616.

PALÆOTTUS (Camillus) Bononienſis, poëta, Anno 1503. floruit. Carmina ejus inveniuntur *T. 2. Delit. Ital. pag. 163.* Videatur *Reineſius in epiſt. ad Daum. pag. 17.* item, *Pierius Valerianus, de J. L. pag. 47.*

PALÆOTTUS (Gabr.) Bononienſ. Anno 1597. obiit. Collegit acta concilii Tridentini: librum de ratione conſultandi: alium, de bono ſenectutis, &c. Videatur *Thuanus l. 119. Panzirolus in JCtis 2, 149. Bumaldus p. 75. Naudæus in B. P. pag. 94.*

PALÆOTTUS (Rud.) Anno 1588. epiſcopale Imolenſ. publicavit.

PALÆOTTUS (Vinc.) JCtus, An. 1448. floruit. Mortuus filiorum humeris elatus eſt. Tractavit de dote. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 149.*

PALÆPHATUS, Παλαίφατος, Abydenus, tempore Alex. Magni claruit. *Suidas* autor eſt, eum Cypriaca, Attica & Arabica compoſuiſſe.

PALÆPHATUS, Ægyptius, Grammaticus, ſcripſit, ſecundum *Suidam*, philoſophiam Ægyptiam: argumenta in Simonidem: librum μυθικῶν & λύσεις τῶν μυθικῶν εἰρημένων. Huic etiam nonnulli Τρωϊκὰ tribuunt. Vid. *Stephanus in χαραμάται.*

PALÆPHATUS, Athenienſis, antiquiſſimus poëta fuiſſe traditur. *Suidas* ἐποποιὸν appellat & Phemonoæ σύγχρονον facit aut ſupparem. Condidit κοσμοποιΐαν: Apollinis & Dianæ partum: Veneris & Cupidinis ſermones: Minervæ & Neptuni contentionem: & Latonæ comam.

PALÆPHATUS, Parius vel Prienenſis. tempore Artaxerxis Longimani floruit.

Ex

Ex *Suida* diſcimus, eum ſcripſiſſe quinq; libros περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν, ex quibus hodiè tantum primus ſupereſt. Meminit ejus *Virgilius in Ciri:* Docta Palæphatia teſtatur voce papyrus.

PALAEZ (Melch.) collegit quæſtiones feudales. Vide, PELAEZ.

de PALAFOX (Joh.) edidit chartam paſtoralem, in qua notitia Gratiæ divinæ & noſtrarum calamitatum renudatur, Anno 1667.

PALAIN (Mich.) ſcripſit in evangelia quadrageſimalia, An. 1651. fol.

PALAMAS (Greg.) Παλαμᾶς, ſeculo undecimo vixit. Erat archiepiſcopus Theſſalonicenſis & ſtruxit animæ contra corpus in judicio contendentis proſopopœiam ſtilo dialogico & maximè judiciali. Edidit Turnebus Græcè Anno 1553. Videatur *Olearius in Abaco*, *pag. 188.*

PALAMEDES, Παλαμήδης, Eleates, ſcripſit, teſte *Suida*, λέξιν τραγικὴν καὶ κωμικήν: ut & ὀνοματολόγον καὶ ὑπόμνημα εἰς Πίνδαρον. *Autori Etymologici magni* in ἁρμάτειον vocatur ἱστορικὸς, ὁ τὴν κωμικὴν λέξιν συναγαγών.

PALAMEDES (Jul.) tabulas in Ariſtotelem & Averroëm confecit, Venet. Anno 1562.

PALANTERIUS (Joh. Paulus) à Caſtro Bononienſi, Anno 1580. claruit. Compoſuit commentariorum in Pſalmos 2. volumina: lectiones aureas in libros Sententiarum: explanationem in hymnos eccleſiaſticos. Vid. *Wadding. in S.O.M. pag. 217.*

PALAO (Ferd.) tractavit de Juſtitia.

de PALAO Caſtro, (Franc.) multa ſcripſit. Opera ejus ſeptem tomis fol. prodierunt. Vid. CASTRO.

de PALATIIS (Laur.) JCtus, de ſtatutis, Anno 1606. commentatus eſt.

de PALATIOS (Mich.) Vide, PALACIOS.

PALATIUS (Joh.) Aquilam Saxonicam, Venet. Anno 1673. edi curavit. Extat ejusdem tractatus de dominio maris, Anno 1663. excuſus.

PALAZZIUS (Joh. Ant.) ſcr. de gubernaculo & vera ſtatus ratione, An 1637.

PALAZZOLUS (Andr.) Tarviſinus, diſſertationem inſtituit de thermis Capheronianis, Venet. An. 1610.

PALCZOVIUS (Paul.) Polonus, exaravit tract. de ratione inſtituendi hominis nobilis & modo conſequendi perfectionem eam, quæ in eum cadere poſſit. Vid. *Staravolſcius, pag. 103.*

PALEA, Gratiani diſcipulus, ſacras conſtitutiones collegit. Vid. *Micrælius in Lex. Philoſ. pag. 176.*

PALEARIUS (Aonius) Verulam[illegible], Anno 1566. Romæ combuſtus eſt. Struxit carmen de immortalitate animæ Vid. *Tomus 2. Del. Ital. pag. 149. & Thuanus l. 39.* De eo *J. C. Scaliger l. 6. de re poët. pag. 796.* Aonii materia illuſtris eademque difficilis: quare ſtilum quoque ſui ipſius diſſimilem fuiſſe, par eſt. Aſſurgit igitur interdum neque n[illegible]ligit figuras: aliàs ſerpit humi d[illegible]re contentus. Adeò verò fuit ſuperſ[illegible]oſus, ut etiam hemiſtichia quædam r[illegible]erit imperfecta.

PALEDORPIUS (Joh.) Mec[illegible]enſis, An. 1500. floruit. Adornavit ſpeculum hiſtoriale.

PALEOTTUS (Camill.) Vide PALÆOTTUS.

PALERMUS (Polyc.) ſcr. de [illegible] Plinii patria adverſus *Cigalinum*, V[illegible], Anno 1608. Vid. *Tollius de Inf.* [illegible] pag. 34.

PALERMUS (Val.) carmina rel[illegible], quæ habentur *T. 2. Delit. Ital. pag.* 1[illegible].

PALIARINUS (Bapt.) vixit te[illegible] Friderici III. Imp. Anno 1435 [illegible] didit ſex libros de urbis Vicen[illegible]æ [illegible]ne, amplitudine, imperio.

PALINGENIUS (Marcellus [illegible]), Anno 1531. floruit. Exara[illegible] vitæ, in 12. libros diſtri[illegible], opus non contemnendum. *J. C.* [illegible]iger *l. 6. de repet. pag. 792.* ita de eo [illegible]dicat: Palingenii poema totum ſatira e[illegible]: ſed ſobria, non inſana, non fœda. [illegible]s dictio pura. Verſus ac ſtilus in im[illegible]ere dicendi. Non placet tamen co[illegible]um inſcriptionis. Et deinde: Hom[illegible]em non ignarum bonarum literarum arbitratus ſum: ſed levis ingenii & [illegible]squam poëtam eſſe ſuſpicor. Si qu[illegible] arripuit ad dicendum, omnes i[illegible]s r[illegible]i vicinias, omnes excutit affi[illegible] at[illegible]. Neque prius quieſcit aut abſtinet, [illegible]m exhauſerit omnia vel minima quæque.

PALINGENIUS (Elias) tract[illegible] de S. Cœna, Anno 1575. Genevæ.

PALIN-

PALINGENIUS (Guil. Roland.) poemata, Pariſ. An. 1650. excudenda dedit.

PALASSY (Bernh.) Gallus, artificio figulus, ſcr. de natura aquarum & fontium: de ſale: de lapidibus: de agricultura. Nec Græcè doctus erat nec Latinè, & tamen de rebus naturalibus ingenioſè locutus eſt. Vid. *Sorellus de hominis perfect. pag. 470.*

PALLADAS, Παλλαδᾶς, poëta, epigrammata docta & erudita compoſuit, quæ in *Anthologia* paſſim conſpiciuntur. Eum valdè commendat *Petrus Victorius in Var. lect. 16, 15.*

PALLADIUS Rutilius Taurus Æmilianus, latinus rei ruſticæ ſcriptor, *Columellam* ſequi, ſæpius etiam exſcribere ſolet. *Caſp. Barthius ad l. 2. Theb. Pap. pag. 630.* Rutilium Palladianum in vet. membranis dici memorat.

PALLADIUS, Παλλάδιος, Galata, tempore Theodoſii Magni Imp. claruit. Condidit hiſtoriam Lauſiacam, quam *Lauſo* præfecto dedicavit, & in qua vitæ aliquot ſanctorum continentur. Hunc ſcriptorem primus *Joh. Meurſius* Græcè edidit Anno 1616. Vide, an idem ſit ac ille, qui de Brachmanibus ſcripſit proditque Anno 1665. curante *Edoardo Biſſeo.* Vid. *Niceph. Calliſtus in hiſt. eccl. 11, 44. Olearius pag. 353. Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 152.*

PALLADIUS (Methonæus) tempore Conſtantini & Irenes matris vixit. Struxit, præter orationes & diſputationes varias, librum de feſtis Romanorum. Vid. *Suidas.*

PALLADIUS, Sophiſta, adornavit Græcum commentarium in ſextum librum Hippocratis de morbis popularibus. Eum Græce ſcriptum ex bibliotheca *Joh. Sambuci* accepit *Hieron. Mercurialis*: Latinè tranſtulit *Julius Paulus*, profeſſor Patavinus: à cujus obitu vulgavit *Celſus Craſſus* filius.

PALLADIUS (Andr.) Italus, emiſit antiquitates Romanas, una cum diſcurſu de focis antiquorum, An. 1599.

PALLADIUS (Bloſius) carmina conſcripſit. Vid. *T. 2. Delit. Ital. pag. 173.*

PALLADIUS (Pet.) Ripenſis, epiſcopus Roſchildiæ, Anno 1560. obiit. Texuit librum de pœnitentia: commenr. in Geneſ. & Threnos, &c. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 65. Bartholinus in Dan. ſcr. p. 122.*

PALLARIENSIS (Jac.) Senenſis, JCtus, An. 1321. floruit. Vid. *Guid. Panzirolus, in JCt. 2, 68.*

PALLAS, Παλλᾶς, de myſteriis Mithræ ſcripſiſſe fertur. Allegatur à *Porphyrio l. 2. περὶ ἀποχῆς, pag. 94.* item, *l. 4. pag. 166.* Confer *Euſebium de præp. evang. 4, 16.*

PALLAVICINUS (Auguſt.) paraphraſin adornavit in libros phyſicorum Ariſtotelis. Vid. *Nicius Erythræus part. 2. Pinacoth. pag. 146.*

PALLAVICINUS (Fabr.) Genuenſis, A. 1600. mortuus eſt. Tractavit de cambiis mercatorum. Vid. *Alegambe, pag. 107.*

PALLAVICINUS (Ferrantes) Placentinus, Anno 1636. floruit. Avenione ob ſcripta nonnulla prohibita decollatus eſt. Opera ejus duobus tomis Anno 1660. impreſſa ſunt. Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 77. Placcius, pag. 118.*

PALLAVICINUS (Sfortia) Romanus, emiſit hiſtoriam concilii Tridentini: artem perfectionis Chriſtianæ, Anno 1676. comm. in primam ſecundæ Thomæ, An. 1653. fol. Vid. *Alegambe, pag. 421.*

PALLIOT (Pet.) Pariſ. collegit indicem Armorialem, A. 1660. Vid. *Labbe in B. B. pag. 139.*

PALLU (Victor) Tyronenſis, exaravit ſtadium medicum, Pariſ. An. 1630.

PALMA (Blaſius) edidit tractatum de actibus internis virtutum, Lublini, Anno 1646.

PALMA (Georg.) medicus Norimbergenſis, An. 1591. obiit. Reliquit conſilia, nondum excuſa, quæ ſervantur in Bibliotheca Norimbergenſi, teſte *Sauberto in Orat. de Biblioth. pag. 83.*

de PALMA (Hugo) vulgavit Theologiam myſticam Amſterd. An. 1647.

de PALMA (Lud.) Toletanus, An. 1641. obiit, æt. 81. Elaboravit praxin vitæ ſpiritualis: item, hiſtoriam paſſionis Dominicæ. Vid. *Alegambe, pag. 314.*

de PALMA (Nic. Ant.) JCtus, compoſuit praxin rerum notabilium juris communis, Neapol. An. 1629.

PALMA (Pet. Victor) Cajetanus, Anno 1610. obiit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 144.*

PALMARIUS (Jul.) ſeptem libros de morbis contagioſis, An. 1578. edi fecit.

PALMATIUS (Pet.) vulgavit philoſophicum dogmaticorum lapidem, Pariſ. Anno 1609.

PALMERIUS (Fr.) Romanus, philoſophiam Piſis & Romæ publicè profeſſus eſt. Vid. *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag.* 109.

PALMERIUS (Jac.) à Grentemeſmil, Gallus, edidit exercitationes in Græcos veteres ſcriptores, Anno 1668. in 4. in quibus multa difficilia loca emendat atque illuſtrat.

PALMERIUS (Janus Mellerus) Burgenſis, celebris philologus, ſpicilegium condidit, quod habetur *T. 4 lamp. Crit. Gruterianæ.* Carmina ejus leguntur *T. 3. Delit. Belg. pag. 545.* Vid. *Acidalius in Velleium pag. 465. Modius in novant. lect. pag. 198.*

PALMERIUS (Matth.) Florentinus, Anno 1448. claruit. Interfuit Concilio Florentino. Scripſit quatuor libros de vita civili. *Paulus Jovius in Elog. n. 132.* memorat, eum de divinis perperam Incauteq; locutum in hæreſis Arianæ ſuſpicionem incidiſſe, ejuſque librum ex Theologorum ſententia damnatum eſſe atque crematum. *Tritbemius in Catalogo*, ipſum Palmerium, eo quòd revocare nollet quæ libro de Angelis ſcripſiſſet, flammis exuſtum fuiſſe tradit. Vid. *Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 107. & ſeq.*

PALMERUS (Anglus) ſcripſit de libertate Chriſtiana contra *Humphredum.*

PALMIUS (Bened.) Parmenſis, natus eſt Anno 1525: obiit Anno 1598. Vid. *Alegambe, pag. 60 Quenſtad. pag. 304.*

PALMUCCIUS (Annib.) JCtus, vulgavit triumphum pietatis de S. Juone, advocato pauperum An. 1629.

PALMYRENUS (Ant.) paravit ſcholia in Bruttum.

PALMYRENUS (Laur.) Alcanizenſis, Anno 1[illegible]92 obiit. Confecit Lexicon de animal[illegible]ûs omnis generis, nec non campum eloquentiæ.

PALOEZ (Jon. Horvath.) tractavit de quatuor [illegible] Patav. A. 1629

PALONIUS (Marcellus) Romanus, vixit Anno 1500. De clade Ravennati à Gallis [illegible] duos libros carmine epico compoſuit. Vid. *Tom. 2. Delit. Ital. p. 175.*

PALTONUS (Alex.) JCtus, Anno 1491. floruit. Extant ejus conſilia.

PALTRONUS (Car. Lanc.) medicus, edidit Hippocratis oracula Anno 1667. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 16[illegible].*

PALUDANUS (Joh.) Mach[illegible]ienſ. Anno 1630. obiit. Struxit vindicias theologicas adverſus verbi DEI corruptelas, Anno 1620. teſte *Sweertio*: item, apologeticum Marianum.

PALUDANUS (Mich.) Gand[illegible] natus eſt Anno 1593. In Lovanienſi [illegible] Theologiam profeſſus eſt [illegible] Anno 1628. chronologiam regum Judæ & Iſrael. Vid. *Sanderus in Gandav. Script. pag. 100. Val. Andr. in faſt. Lovan. p. 140.*

PALUDANUS (Pet.) Anno 1441 obiit. In quatuor libros Sententiarum commentatus eſt. Extat ejuſdem tract. de cauſa immediata eccleſiaſticæ poteſtatis. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. p. [illegible]9. Olearius pag. 375.*

PALUDIUS (Joh.) Sileſius, e[illegible]bor[illegible] vit carmina. Vid. *Tomus 5. Delit. Germ. p. 22.*

PALUMBUS (Ant.) emiſit Fa[illegible]e regularium, Colon. An. 1662.

de PALTZ (Joh.) 2. par[illegible]s cœl[illegible]dinæ Anno 1516. in lucem protul[illegible]

PAMELIUS (Jac.) Brugenſis, Anno 1587. mortuus eſt. De Tertulliani & Cypriani ſcriptis optimè meruit, [illegible] partim emendare, partim notis illu[illegible] conatus eſt. Ejus Rituale ſanct. Pat[illegible], Col. Anno 1676. duobus volumin[illegible] prodiit. Vid. *Sweertius pag. 370. [illegible]nderus in Brug. ſcr. pag. 42.*

PAMINGERUS (Soph.) edidit d[illegible] libros poematum, Anno 1557.

PAMLERUS (Caſp.) colloq[illegible]eberg enſe, Anno 1601. luci exh[illegible]

PAMMENES, Παμμένης, [illegible] περὶ θηρίων, teſte *Æliano in hiſt. an[illegible] 16. c. 13.*

PAMPHILUS, Πάμφιλος, Alexandrinus grammaticus, [illegible], id eſt, pratum. Ἐςι δὲ ποικίλων [illegible], inquit *Suidas*: item, libros 205. [illegible] oſſis: τέχνην κριτικὴν, &c

PAMPHILUS, Amphipolita, philoſophus, cognomine φιλοπράγματος, ſcripſit εἰκόνας: τέχνην [illegible] libros tres de re ruſtica: [illegible]ura & illuſtribus pictoribus. Vi[illegible]

PAMPHILUS, Tragicus, reliquit tragœdias. Vid. *Suidas, tragœdia.*

PAMPHILUS, poeta, *l. 3. Anth[illegible] c. 24.* adducitur.

PAMPHILUS, Maurillanus, edidit carmen elegiacum de amore, quod *Goldaſtus* An. 1610. vulgavit. Vid. *Reineſ. ad Daum. pag. 200. Barthius in Briton. pag. 349.*

PAMPHILUS (Joſeph.) Veronenſis, condidit chronicon ordinis eremitarum S. Auguſtini, An. 1581: item, 3. libros de S. ritibus.

PAMPHOS, Πάμφως, vetuſtiſſimus poëta, Athenienſibus hymnos compoſuit. Idem de Cereris erroribus & raptu Proſerpinæ ſcripſerat, teſte *Pauſania in Atticis, pag. 37.* Vid. *Palmerius in emendat. ad Gr. ſcript. pag. 690.*

PAMPOLITANUS (Rich.) Anglosaxo, An. 1349. obiit. Scripſit comm. in Pſalmos: item, encomium nominis JESU. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 406.*

PAMPREPIUS, Παμπρέπιος, Panopolita, tempore Zenonis Imp. claruit. Athenas veniens ab Athenienſibus grammaticus factus & juventuti docendæ præfectus eſt. *Suidas* ἱερῶν ποιητὴν appellat, additque, eum à *Proclo* in omnibus reconditæ ſapientiæ partibus eruditum fuiſſe. Scripſit ἐτυμολογιῶν ἀπόδειξιν & Ἰσαυρικὰ ſoluta oratione.

PANÆTIUS, Παναίτιος, Rhodius, Stoicus philoſophus, Olymp. CLIIX. claruit. Erat diſcipulus Antonii Sidonii, & Lælii & Scipionis Africani familiaris, quem etiam in Africam & Ægyptum ſecutus eſt. Magnum nomen retulit libris de officiis, quibus ſcriptis 30. annis ſupervixit, teſte *Cicer. l. 3. de off. Laërtius in Ariſtippo* ejus librum περὶ αἱρέσεων, & *in Parmenide* ejuſdem lib. περὶ εὐθυμίας allegat. Vid. *Jonſius de S. H. P. 2, 13. Meurſius in Rhodo, pag. 101.*

PANÆTIUS (Franc.) Ferrarienſis, An. 1494 floruit. Scripſit de ruina imperii Romani: item, de monte Sinai. Extat ejuſdem chronicon Ferrarienſium, teſte *Zeillero.*

PANAGATHUS (Lævinus) Gandenſis, A. 1547. Ulmæ obiit. Reliquit orationes & carmina, teſte *Sandero.*

PANAROLA (Dominic.) collegit jatrologiſmos ſive medicas obſervationes, Romæ, An. 1643. Vid. *Rhodius in ſcript. ſupp. pag. 32.*

PANCALDUS (Joh. Peregrinus) Anno 1636. floruit.

PANCHENIUS (Andr.) adornavit reſponſionem ad *Palmerii* proteſtationes, formulæ concordiæ oppoſitas, Anno 1579.

PANCIATICUS (Laur.) Florentinus, ante paucos annos claruit. Vid. *Chimentellius de bon. Biſell. pag. 144. Greg. Letus in Ital. regn. 359.*

PANCIROLA (Octav.) Rhegienſis, An. 1610. vixit. Is librum, ab *Hippolyto* fratre compoſitum, in quo de omnium, quæ ſunt Romæ, eccleſiarũ origine & nominibus, ſanctorum reliquiis, noſocomiis, Xenodochiis, &c. agebatur, pro ſuo edidit. Videatur *Nicius Erythr. Pinacoth. 3. num. 53.*

PANCIROLUS (Guido) Rhegienſis, JCtus Patavinus, natus eſt An. 1523: obiit An. 1599. ætatis 76. Compoſuit 2. libros rerum memorabilium: commentar. in notitiam imperii: theſaurum variarum lectionum: notas in Tertullianum: libell. de origine equitum: 4. libros de claris juris interpretibus, & alia, quorum catalogum apud *Thomaſinum part. 1. elog. pag. 193.* invenies. Libros memorabilium Panciroli *Henr. Salmuth* ex Italico latinè tranſtulit notisque illuſtravit. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 140. Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R pag 252.*

PANCOTTUS (Mich.) An. 1612. floruit.

PANCOVIUS (Thomas) ſtruxit herbarium portatile, An. 1671.

PANCRATIUS, Παγκράτιος, tempore Leonis & Zenonis Impp. floruit. Reliquit ἁλιευτικά, teſte *Suida.*

PANCRATIUS, poëta, in *Anthol. epigr. Græc. l. 3. c. 22* & *l. 6. c. 27.* allegatur.

PANCRATIUS (Andr.) homilias & methodum concionandi adornavit.

PANDOLPHINUS (Horat.) imaginem naturæ, Patav. Anno 1593. typis imprimendam dedit.

PANDOLPHINUS (Joſephus) à S. Martiano, ſcripſit de ventoſitatis ſpinæ graviſſimo morbo. Eum edidit *G. A. Mercklinus* An. 1674.

PANDULPHUS, Piſaurenſis, JCtus, laqueo vitam finire coactus eſt. Vid. *Pierius Valerianus de J. L. pag. 154.*

PANDULPHUS (Alf.) Comaclenſis epiſcopus, exaravit tract. de fine mundi, Bonon. An. 1658.

PANDUS (Joh. Bernh.) Gravinenſis, JCtus,

JCtus, de dotario commentatus eſt. Extat *T.9.Tract.tract.*

PANETIANUS (Joh.) Bohemus, ab imperatore Maximiliano poëta laureatus creatus eſt, An. 1505. teſte *Edero.*

PANHUSIUS (Pet.) JCtus, tractavit de mutatione ultimæ voluntatis, Hagæ, An. 1653.

PANIGAROLA (Franc.) Mediolanenſis, An. 1548. natus eſt: obiit An. 1594. In arte concionandi præ omnibus excelluiſſe traditur: unde à quibuſdam *concionatorum norma* dictus eſt. Alii *Demoſthenem Chriſtianum* vocabant. Eum omnes imitari cupiebant: atque ille quidem ſe prædicatorem dici putabat, qui Panigarolæ poſſet cenſeri diſcipulus. Eloquentiâ omnia obtinebat. Una concione Neapoli habita duodecim aureorum millia aliquando collegiſſe fertur. Scripſit vitam S. Petri per modum aureæ catenæ contextam: prædicatorem ſive paraphraſin in Demetrium Phalereum: diſputationes 18. tripartitas contra Calvinianos: cenſuram in conſtitutiones Pariſ. *Molinei*, &c. Carmina ejus leguntur *T.2.Delit.Ital.pag.* 175. Vid. *Nicius Erythr.part.1.Pinacoth.pag.* 81. *Wadding. in S. O. M.pag.* 128. *Imperialis in Muſeo, pag.* 105. *Ghilinus vol.1.pag.*61.

PANISCOTIUS (Jac.) Amalfitanus, An. 1550. vixit, & in decalogum commentatus eſt. Vid. *Wadding. in S.O M.pag.* 184.

PANITZA (Lud.) Mantuanus medicus, ſcr. de venæſectione in inflammatione An. 1544: item, de minoratione facienda, An. 1561. fol. Vid. *Linden, pag.* 432.

PANNONIUS (Cœl.) vero nomine *Franc. Gregorius*, Hungarus, An. 1540. claruit. In Apocalypſin commentari cœpit, An. 1547. Venet.

PANNONIUS (Janus) epiſcopus Quinqueccleſienſis, celebris poëta, An. 1508. floruit. In utroq; genere ſcribendi admodum excelluit. Si latinè peroraret, Romæ: ſi Græcè, ipſis Athenis natum dixiſſes. Reliquit panegyricos, elegias & epigrammata. Fertur etiam annales Hungariæ verſibus heroicis, quibus ſeipſum ſuperavit, compoſuiſſe. *Epitaphium* ei tale factum:

Hic ſitus eſt Janus, patrium qui primus ad (Iſtrum
Duxit lauriferas ex Helicone Deas.
Hunc ſaltem titulū, livor, permitte ſepul-
Invidiæ non eſt in monumentalocus. (to:

Vid. *Pierius Valer. de I.L.pag.* 26. *J.P. Lotichius T 4 B.P pag* 27.

PANNONIUS (Steph.) tractavit de circulo operum & judiciorum DEI, Anno 1608.

PANODORUS, Πανόδωρος, Ægyptius, monachus, tempore Arcadii Imp. claruit. Condidit χρονογράφιον. Ex hoc Panodoro multa *Syncellus* adducit: atque ex eo *Scaliger in animadverſ. ad Euſebium.*

PANOLBIUS, Πανόλβιος, poëta, elaboravit epitaphium Hypatiæ, Erythrii filiæ. Vid. *Suidas.*

PANORMITA (Anton.) Sicul s, Anno 1460. floruit. Struxit epiſtolas: item, quatuor libros de dictis & fact's Alfonſi Regis, quos *Æneas Silvius* a exemplis intertextis locupletiores r dd dit. Cum Laurentio Valla ſcriptis certavit. A *Joviniano Pontano*, qui ele anti carmine mortuum laudavit, *el arum pater* appellari meruit. *Anonymus* *talogo de L. L. repar. pag.* 399. dure de eo judicat, quando ait: Dulcis, candi us & facetus Panormita, ſed laſ vi carminis amator, atque ob id probis v s minimè legendus. Confer *Jovi elog. num.* 12.

PANORMITANUS, abbas, Anno 1443. obiit. Quære, TUDESCUS.

PANSA (Mart.) An. 1609. clarui Conſilium antipodagricum edi te om, conſilium antinephriticum.

PANSA (Mutius) ſcripſit de c u ethnicæ & Chriſtianæ philoſoph æ, Anno 1605.

PANSA (Paulus) poëmatib aruit. Vid. *T.2.Delit.Ital.pag.* 73.

PANSEMANN (Hier.) JCtus, nſilia publicavit, An. 1598.

PANSOVIUS (Georg.) JCt. & Camerarius Strali incomparabilis poëta e .

PANTSCHMANN (Hier.) JCtus, æſtiones practicabiles. An. 1623 e t.

PANTÆNUS, Πάνταινος, Stoicus philoſophus & Chriſtianus, A.C. 2 claruit, & poſt converſionem ſuam ſcholæ Alexandrinæ præfuit. Poſt à Demetriano in Indiam miſſus eſt, ut Ch tum apud Brachmanes & Gymnoſophi ta prædicaret. Commentaria ipſius permulta in S. Scripturas ſuo te ore extitiſſe, *S. Hieronymus* autor eſt. De Pantæno *Euſebius*

Euſebius in H. E. 5, 9. legi poteſt. Diſcipulum ſibi ſimilem reliquit *Clementem Alexandrinum.*

PANTAGATHUS (Octavianus) qui & Pacatus dici voluit, Brixianus, An. 1567. obiit. Antiquitatis & omnis literaturæ apprime gnarus fuit. Inter alios doctrinæ ſuæ admiratores & ſectatores habuit *Onufrium Panvinium, Ant. Auguſtinum & Fulv. Urſinum;* qui plurima ſe ab humaniſſimo viro hauſiſſe & in publicum ab illo accepta communicaſſe ingenuè profeſſi ſunt. Ipſe præter literas officiis etiã adeò in cunctos propenſus fuit, ut vulgo *Patris* cognomine in urbe coleretur. Hæc & plura *Thuanus, l. 41.* Vid. etiam *Manutius part. 5. in Cic. fam. epiſt. pag. 430.*

PANTALEON, Παντολέων, ſermonem de luminibus ſanctis, (i. e. de Chriſto ejusque præcurſore) reliquit, qui inter orthodoxographa *Grynæi pag. 396.* occurrit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 353.*

PANTALEON, ſcripſit de miraculis S. Michaëlis, teſte *Mallincrot, pag. 93.*

PANTALEON (Henricus) Helvetius, natus eſt An. 1522: obiit Anno 1595. Baſileæ primo theologiam, poſtea medicinam profeſſus eſt. Struxit librum de peſte: proſopographiam: chronographiam: acta martyrum, &c. Vid. *J. P. Lotichius part. 4 B. P. pag. 109.*

PANTAMARIUS (Alex.) academiam nobilitatis Gallicæ erexit.

PANTHEUS (Joh. Ant.) Veronenſ. Anno 1488. floruit. Scripſit de thermis Calderinis & Pliniorum patria.

PANTHEUS (Joh. Auguſt.) Venetus ſacerdos, reliquit *Voarchdumiam* contra Alchymiam, quæ impreſſa eſt, Venet. A. 1530.

PANTHONUS (Lud.) de uſu turundarum poſt extractionem calculi commentatus eſt.

PANTINUS (Guilh.) Tiletanus, medicus, *Cornel. Celſum* commentario illuſtravit.

PANTINUS (Joh. Bapt.) Veronenſ. medicus, *Chiocco pag. 125.* memoratur.

PANTINUS (Pet.) Tiletanus, An. 1611. ætatis 56. obiit. Toleti Græcas literas aliquando docuit. *Michaëlis Apoſtolii* parœmias latinè tranſtulit: & commentar. de dignitatibus & officiis Gothorum edidit. Carmina ejus occurrunt *T. 2. Del. Belg. pag. 796.* Vid. *Swertius, pag. 609.*

PANTOCIUS (Hipp.) Peruſinus, poëta, Grittiaden & Feltriaden compoſuiſſe ſcribitur. Vid. *Waddingus in S. O. M. p. 176.*

PANTOGIA (Jac.) An. 1602. vixit. Hic primus orbi Europæo Imperium Chinenſe literis prodidit. Literæ ejus Anno 1670. latinè verſæ & Moguntiæ impreſſæ ſunt, ex quibus deſcriptio reip. Chinenſis deſumta, quæ in theſauro politico *Caſp. Ens,* inque diſſertationibus *Nic. Belli* reperitur. Vid. *Funccius T. 1 orb. imp. pag. 313.* Credo eundem eſſe cum *Didaco Pantoja,* qui An. 1618. obiit. Hic, teſte *Alegambe, pag. 92.* Chinenſibus unà cum *Matth. Riccio* fidem Chriſtianam annunciavit: in quorum gratiam etiam Chinica linguâ conſcripſit tractatum in ſymbolum Apoſtol.

PANTUSA (Joh. Ant.) exaravit comm. in epiſt. ad Romanos, An. 1596.

PANVINIUS (Onufr.) Veronenſis, Anno 1568. ætat. 39. obiit. *Platinam* notis minime contemnendis illuſtravit & præterea vitas ſequentium pontificum uſq; ad Pium V. addidit. Extant ejuſdem libri 2. de ludis circenſibus: item, deſcriptio triumphi Romanorum. *Thuanus l. 43.* virum ad omnes & Romanas & eccleſiaſticas antiquitates è tenebris eruendas natum appellat. Vid *Ghilinus, vol. 1 pag. 177. Mart. Hanckius, part. 1. de S. R. R. pag. 224 Maderus de triumph pag. 38.*

PANVINIUS (Pantal.) edidit notas in varia utriuſq; Teſtam loca duriora, Vicent. An. 1612: item, ſpeculum animæ, Anno 1606.

PANYASIS, Πανύασις, poëta, juxta quosdam Olympiade LXXVII. juxta *alios* LXXII. claruit. Erat aruſpex ſive, ut *Suidas* ait, τερατοσκόπος nec non poëta nobilis. Occiſus eſt à Lygdamide, tertio Halicarnaſſi tyranno, teſte *eodem.* Refertur inter ſex illos, qui, ut *Oppiani interpres* ait, κατ' ἐξοχὴν poëtæ nominantur. Ii ſunt Homerus, Heſiodus, Eupolis, Antimachus, Nicander & Panyaſis. Condidit Heracleidem verſibus novies mille: item, Jonica verſu pentametro. Vid. *Thomaſius de plagio, § 513.*

PANYASIS, alias à priore, de ſomniis 2. libros compoſuit, teſte *Suida.* Eum *Artemidorus in Onirocriticis* allegat.

PANZIROLUS (Guido.) Vide, PANCIROLLUS.

PANZIROLUS (Hippol.) Italus, Anno 1624. obiit. Theſauros abſconditos urbis Romæ fratri *Octavio* edendos conceſſit: qua de re ſuprà in PANCIROLA dictum eſt. Videatur *Alegambe*, *pag. 189.*

PANZONUS (Guilh.) JCtus, An. 1188. floruit.

PAOLETTUS (Aug.) exaravit viridarium ſacrarum concionum in dominicas & feſta, 4. voluminibus, An. 1660.

PAPA (Frid.) edidit poëſin ſacram, Anno 1588.

PAPA (Guido) JCtus, An. 1483. floruit. In jus utrumque, Cæſareum & pontificium, commentatus eſt. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſert. pag. 132. & 401.*

PAPA (Jac.) Iprenſis, compoſ. elegias de certamine Galli cum Aquila: item, 2. libros de mendicis.

PAPÆUS (Pet.) Flander, An. 1542. claruit. Samariten, comœdiam, & 2. libros elegiarum adornavit, teſte *Sweertio.* Vide, PAPPÆUS.

PAPAFAVA (Mich.) edidit deciſionem contra montes pietatis.

PAPARELLA (Sebaſt.) à Monte ſancto, medicus & philoſophus Peruſinus, ſcripſit duos libros de catarrho, An. 1562: librum unum de efficientia primi motoris: tres libros de calido: ſeptem tractatus de judicationibus curativis, &c. Vid. *Linden. pag. 538.*

PAPAZZONIUS (Flam.) vel de Vulpe, medicus, Anno 1572. floruit. Habuit orationes.

PAPAZZONIUS (Vital.) A. 1588. claruit. Reliquit apologiam.

PAPEBROCHIUS (Dan.) Jeſuita, exaravit comment. de geſtis Sanctorum; cujus labores æternum orbis mirabitur, inquit *Bartholinus, lib. de puerper. pag. 44.*

PAPHIUS (Hieron.) Saxolenſis, ſtruxit libellum de reſurrectione; Bon. Anno 1589.

de PAPIA (J. Pet.) novam practicam compoſuit, quæ prodiit Norimb. Anno 1482.

PAPIAS, Παπίας, antiquus autor, *S. Polycarpo* familiaris fuiſſe dicitur. *Quidam* Johannis presbyteri diſcipulum faciunt. *Euſebio in hiſt. eccl. 3, 33.* dicitur σφόδρα μικρὸς τὸν νοῦν. Ἐξήγησιν λογίων κυριακῶν quinque libris complexus eſt. In ſcriptis ſuis multas peregrinas Chriſti parabolas & novas doctrinas protulit. Inter alia etiam aſſerere auſus eſt, regnum Chriſti poſt univerſalem reſurrectionem mille annos humano & corporeo more in hac terra futurum eſſe. Vid. *A. Varenius in rationario de ſcr. eccl. ſec. 2. pag. 17.*

PAPIAS, Lombardus, Anno Chr. 1200. tempore Innocentii III. pontif. floruit: id quod ex *Platina, pag. 474.* colligo, qui ita: Sunt, qui ſcribant, & Gratianum compilatorem decreti & Papiam Lombardum, qui vocabula latina in ordinem redegit, tempore Innocentii fuiſſe. De Papia non ambigitur, &c. *Hæc ille. G. Barthius in Adv. 3, 3.* non diu poſt tempora Henrici II. vixiſſe exiſtimat. Nam (inquit) in vocabulo *Ætas* ordine omnes retro principes numerans in hoc definit. Non dubitat laudatus *Barthius*, Papiam pleriſque bonorum autorum interpretibus uſum eſſe. Curioſiſſimè enim omnia corraſit. Virgilii, Horatii, Juvenalis, Martiani commentatores laudat nominatim in præfatione: inter grammaticos verò *Suerium* (quem ille ſe noſſe negat) & *Luctatium Placidum.*

PAPILLONIUS (Thom.) JCtus, tractavit de jure accreſcendi. Prodiit Anno 1640.

PAPINIANUS (Æmil.) JCtus, tempore Severi Imp. claruit. Vulgo *Juris aſylum & doctrinæ legalis theſaurus* appellatus eſt. Severus Auguſtus, quòd virum ſummopere probaret, præfectum prætorio fecit eique moriens liberos ſuos commendavit. Interemtus eſt ab Antonino Caracalla, quòd parricidium ejus excuſare nollet, teſte *Lampridio.* Libros reliquit quæſtionum 37: reſponſionum 19: definitionum 2: ſingulares de adulteriis. & ἀστυνομικός. In fragmento reſponſorum ejus, quod *Jac. Cujacius* vulgavit, *Papianus* vocatur. Plura de Papiniano vide apud *Jac. Lectium in orat. pag. 68. Panzirolum in JCtis, 1, 55. Salmuth in Pancirol. part. 2. pag. 222. Bertrandum, pag. 14.*

PAPINIUS Statius, poëta ſub Domitiano Auguſto floruit. Reliquit 5. libros Silvarum: 12. Thebaidos: quinque Achilleidos. In Thebaidem & Achilleidem Luta-

Lutatius Placidus commentatus eſt. *Caſp. Barthius* etiam prolixum comment. in eundem poëtam compoſuit, quem *Chriſt. Daumius, defuncto Barthio*, edi curavit. *J. C. Scaliger l. 6. de re poët. pag. 843.* vocat cultiſſimum atque ingeniosiſſimum poëtam. Neque enim *(addit)* ullus veterum aut recentiorum propius ad Virgilianam majeſtatem accedere valuit. Etiam propinquior futurus, ſi tam prope eſſe noluiſſet. Siquidem naturâ ſua elatus, ſicubi excellere conatus eſt, excrevit in tumorem. Eſt profectò heroicorum poëtarum (ſi Phœnicem illum noſtrum eximas) tum latinorum, tum etiam Græcorum facilè princeps. Nam & meliores verſus facit, quàm Homerus, &c. Vid. *Glandorp. pag. 812.*

PAPINIUS (Nicol.) Bleſenſis, de pulvere ſympathetico, An. 1646: item, de aurium ceraminibus, Salmur. Anno 1648. commentatus eſt.

PAPINUS (Carol.) nucleum philoſophiæ, Pariſ. An. 1625. vulgavit.

PAPIUS (Alex.) ſtruxit epigrammata, An. 1610.

PAPIUS (Andr.) Gandenſis, Anno 1581. in aquis ſubmerſus eſt, cùm per dies caniculares natando ſeſe exerceret. *Thuanus l. 74.* utriuſque linguæ & muſicæ poeticæque peritiſſimum vocat. Decimo octavo ætatis anno Dionyſii librum de ſitu orbis carmine heroico à ſe redditum emiſit. Adhæc latinam Priſciani vel Rhemnii Fannii paraphraſin cum MS. contulit, emendavit, notiſque illuſtravit. Vid. *Swertius pag. 124. Modius in elog. novant. epiſt. 66.*

PAPIUS (Joh.) Regiomontanus, ſcripſit de medicamentorum præparationibus, An. 1612.

PAPO (Joh.) contexuit 4. libros in præceptum decalogi de non mœchando, An. 1552.

PAPONIUS (Joh.) JCtus, conſtruxit deciſiones: item, corpus juris Francici, An. 1624.

PAPPÆUS (Joh.) Flander, edidit comœdiam, Samaritem, in quam erudita ſcholia confecit *Alex. Vanegus*, Toletanus, teſte *Swertio*. Vide, PAPÆUS.

à PAPPENHEIM (Matth.) An. 1488. claruit. Scripſit de origine & familia Dominorum à Calatin. Vide, BAPPENHEIM.

PAPPUS, Πάππος, Alexandrinus, Theodoſio M. imperante, floruit. Reliquit χωρογραφίαν οἰκουμενικὴν: librum de fluviis Africæ: & 8. libros mathematicarum collectionum: ex quibus tamen duo priores perierunt. Sex ſuperſtites latinè reddidit & uberi commentario exornavit *Frid. Commandinus*.

PAPPUS, hiſtoricus, memoratur *Plutarcho in vita Demoſthenis*.

PAPPUS (Joh.) Lindovienſis, natus eſt An. 1549: obiit An. 1610. Argentorati theologicâ profeſſione functus eſt. Exaravit hiſtoriam eccleſiaſticam: anti-Sturmiana, & alia. Vid. *Micrelius pag. 401.*

PAPROCIUS (Barth.) Ivoniæ res geſtas in literas retulit.

PAPROCKI (Nic.) de ſtemmate Rogala commentatus eſt, fol.

PAPYRIANUS, grammaticus, de orthographia ſcripſit. *Aurelius Caſſiodorus* multa ex hoc Papyriano in *c. 4. de orthogr. p. 965.* tranſtulit. Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 663.*

PAPYRIUS, ſcriptor juris Papyriani, tempore Tarquinii Superbi floruit.

PAPYRIUS Fabianus, philoſophus, libros civilium reliquit. *Seneca epiſtola 101.* genus ejus dicendi commendat: & inter ſui temporis declamatores numerat, *l. 2. procem. Plinius l. 35. c. 15.* eundem allegat. Vid. *Glandorp pag. 660.*

PAPYRIUS Juſtus, JCtus, ſub Severo & Antonino Impp. vixit & viginti libros conſtitutionum compoſuit. Videantur *Guido Panzirolus in JCtis 1, 51. Bertrandus, pag. 139.*

de PAR (Barth.) edidit nucleum catholicæ devotionis, Monachii, Anno 1638.

PARABOSCUS (Hieron.) inter viros literis claros refertur à *Ghilino vol. 1. pag. 124.*

PARACELSUS (Theophraſtus) alias *Bombaſt* dictus, natus eſt Anno 1493: obiit An. 1541. Oratio latina ejus barbara fuit: igitur Baſileæ medicinam in vernacula lingua docere cœpit. Erat Ariſtotelis, Galeni & Avicennæ maximus contemtor; quem poſtremum etiam Baſileæ publicè combuſſit. Spiritu familiari uſus fertur, quem capulo enſis incluſum habuiſſe putabatur.

Scripſit libros 230. in philoſophia, & 46. in medicina. Scripta ejus tanti æſtimata ſunt, ut à nonnullis in latinum, Italicum & Gallicum ſermonem translata fuerint. *Rambdius* etiam medicos libros Græcè convertit. Varia variorum judicia de Theophraſto *Chriſt. Becmannus* collegit in *Exercit. Theol. exerc. 21. pag. 346.* Confer *Erneſti Soneri orationem,* quæ philoſophiæ Altdorfinæ addita eſt ſub finem: *Salmuth, part. 2. in Panzirol. p. 140. Borrichium* In *Hermete pag. 217. 282. 420. Thomaſium de plagio, §. 514.*

PARADINUS (Claud.) compoſ. ſymbola heroica, An. 1560.

PARADINUS (Guil.) Anno 1555. claruit. Scripſit de antiquo Burgundiæ ſtatu: hiſtoriam Lugdunenſem: lib. de Itio expugnato. Vid. *Simon Schardius vol. 3. Germ. ſcr. pag. 9.*

de PARADISO (Jacob.) aliàs *Jacobus à Cluza,* Icr. de eccleſiæ autoritate & reformatione. Vid. *Carolus Viſch, pag. 165.*

PARÆUS (Ambroſ) medicus, de chirurgia tractavit. Opera ejus An. 1582. prodierunt.

à PARANO (Ludov.) canonicus Legionenſis, ſtruxit 3. libros de officio inquiſitionis Hiſpaniæ, Madriti, Anno 1598. fol.

PARASCANDALUS (Juniperus) edidit ſpicilegium evangelicum, An. 1647. fol. Vid. *Wadding. in S.O.M. pag. 233.*

à PARASIN (Matth Max.) adornavit petram ſalutis, An. 1639: item, orationes & poëmata.

PARATUS (Wilh.) paravit ſermones in evangelia & epiſtolas.

PARAVICINUS (Parthen.) carmina edolavit, Vid. *T. 2. Del. Ital. pag. 177.*

PARAVICINUS (Pet. Paulus) tractavit de ſitu Malinenſi & Burmienſium thermarum.

PARCEVALLUS (Joh.) An. 1450. claruit. Reliquit compendium divini amoris. Vid. *Olearius pag. 261.*

PARDUS (Hier.) medullam dialecticæ, An. 1500. in lucem prodire juſſit.

PARDUS (Joh.) inter poëtas locum obtinet. Vid. *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 182.*

PARENT (Guilh.) methodum curandi peſte affectos Anno 1675. edendam dedit.

de PARENTINIS (Bernh.) ord. prædic. monachus. Lilium miſſæ emiſit. Liber prodiit Pariſiis An. 1517.

PARENTUCELLUS (Ant. Maria) Sarzanenſis, An. 1589. obiit. Reliquit commentaria in Ariſtotelem. Vid. *Alegambe, pag. 40.*

PAREUS (Ambroſ.) tractavit de chirurgia. Vide, PARÆUS.

PAREUS (Dan.) An. 1631. edidit medullam hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

PAREUS (David) Francoſteino Bohemus, theologus reformatæ religionis, natus eſt An. 1548: obiit Anno 1622. Ejus commentarii in epiſt. ad Roman. quòd de monarchico regimine liberius ſcripſiſſet, Londini combuſti ſunt, Vid. *J. Lætus in Compend. hiſt. pag. 754.*

PAREUS (Joh. Phil.) natus eſt An. 1576. Concinnavit lexicon Plautinum calligraphiam: electa Plautina, &c.

PAREXA (Franc.) Hiſp. catechiſmum & grammaticam in lingua Timuquana conſcripſit. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 131.*

de PAREYA (Gabr.) reliquit duos tomos de univerſa inſtrumentorum editione, An. 1668.

de PARIS (Joh.) vitam JESU Christi, An. 1657. in literas redegit.

PARIS (Julian.) onomaſticon Ciſtercienſe, Pariſ. An 1664. publicavit.

PARIS (Matthæus) vel Pariſienſis, Albanenſis monachus, An. 1259. obiit. Condidit hiſtoriam Anglicanam ab Anno Chr. 1067. uſque ad annum 1250. Vid. *Lipſius cent. 5. miſc. epiſt. ep. 83. Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 67. Olearius in Abaco pag. 9. Funccius in O. J. pag. 578.*

PARIS (Steph.) expoſitionem [illegible], Verbum caro factum eſt, An. 1515 adornavit: item, Chriſtiani hominis inſtitutum, Pariſ. An. 1552.

PARISANUS (Æmil.) Romanus, ſcripſit contra *Guil. Harvejum* de motu [illegible], Anno 1647. item, de ſubtilitate microcoſmica, Venet. Anno 1623. Vid. *Lindenpag. 11.*

PARISETUS (Hier.) Regienſis, natus eſt Anno 1520: obiit An. 1600. Romæ jus pontificium cum laude profeſſus eſt. Vid. *Guido Panzirol. in JCt. 3, 59.*

PARISETUS (Lud.) tres orationes habuit Venet. An. 1552.

PARISIUS (Flam.) tractavit de confidentiis beneficialibus, Venet, An. 1593.

PASI-

PARISIUS (P.P.) JCtus, An. 1521. floruit. Conſulentibus ſingulas reſponſorum chartas aureo vendere conſuevit. Reliquit quatuor conſiliorum volumina. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 158.*

PARKERUS (Matth.) Anglus, An. 1574. obiit. De antiquitate Cantuarienſis eccleſiæ nonnulla prodidit.

PARKERUS (Rob.) elaboravit quatuor libros de deſcenſu Chriſti ad inferos.

PARKERUS (Thomas) edidit politiam eccleſiaſticam, de cujus mutilata editione An. 1638. *Hoornbeck in ſumma controverſ. l. 16. pag. 762.* legi poterit. Confer *Placcium pag. 146.*

PARKINSONUS (Joh.) Londinenſis, confecit paradiſum terreſtrem, Anno 1629. fol. item, theatrum botanicum, An. 1640.

PARLADORIUS (Joh. Yanez) JCtus, tractavit de rebus quotidianis, Anno 1604.

PARLISTANEUS (Joſeph.) conſcripſit poëmata. Videatur *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 182.*

de PARMA (Blaſius) ſcr. de latitudine formarum, Venet. An. 1505.

de PARMA (Hippol.) reliquit praxin chirurgicam, Venet. An. 1608.

de PARMA (Ugolinus) grammaticus, Philogenium comœdiam exaravit. Meminit ejus *Philelphus l. 4. epiſt. ult.* equitem auratum & JCtum nominans, carpens etiam, quòd exteros Italis ſuis prætul(iſ)ſet. Vid. *Reineſius ad Daum pag. 167.*

PARMENIDES, Παρμενίδης, phyſicus philoſophus, Xenophanis diſcipulus, Olymp. LXXXVI. floruit. Statuit duo tantùm elementa, ignem & terram. Idem primus terram globoſam affirmavit. Vitam ejus videre eſt apud *Diogenem Laërtium.* Philoſophiam carmine tractavit. Fragmenta ejus apud *Ariſtotelem, Clementem Alex. & Stobæum* occurrunt.

PARMENIO, Παρμενίων, in jambis à *Scholiaſte Nicandri pag. 53.* allegatur.

PARMENIO, Macedo, poëta, epigrammata condidit, ceu patet ex *Anthol. 1, 12.*

PARMENISCUS, Παρμενίσκος, ſcripſit de ſideribus. Allegat ex eo nonnulla *Hyginus in Aſtronomico*, quo loco de Arcto minore, & iterum ubi de Heniocho ſive auriga agit.

PARMENON, Παρμένων, Byzantius, jambos compoſuit. Vid. *Stephanus in* Φοίνικων & Βυδινοί.

PARMENON, Rhodius, ſcr. περὶ διαλέκτου, teſte *Athenæo l. 10.* Ejuſdem μαγειρικὴν διδασκαλίαν laudatus *Athenæus* allegat. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 102.*

PARNASIUS, Παρνάσιος, inter ſophiſtas locum obtinuit. Videatur *Eunapius pag. 130.*

PAROLINUS (Ant. Maria) Ferrarienſis, condidit conſilium de tumore hypochondriorum. Vid. *Linden, pag. 48.*

PARPALIAS (Thomas) collegit varias repetitiones in jure civili.

de la PARRA (Seb.) vitam S. Tereſiæ à Jeſu, An. 1610. literis conſignavit.

PARRÆUS (Henr.) ſermones exaravit de regno DEI & victoria Chriſtiana, Lond. An. 1616.

PARRHASIUS (Janus) ſtruxit quæſita per epiſtolas, quæ extant *T. 1. Lamp. Crit.* Vid. *Jovius in elog. num. 127. Pierius Valerianus de J. L. pag. 46. Erycius Puteanus in orat. pag. 76.*

PARRICIUS (J. Seb.) Darocenſis Aragonius, natus eſt An. 1546: obiit An. 1622. Scripſit de bono, excellentiis & obligationibus ſtatus clericalis & ſacerdotalis libros quatuor. Videatur *Alegambe, pag. 272.*

de PARRIVAL (J. Nic.) hiſtoriam hujus ſeculi tribus voluminibus, Anno 1675. complexus eſt.

PARRY (Henr.) laqueos ridiculoſos, Lond. An. 1613. promulgavit.

PARSIMONIUS (Joh.) Auguſtanus, An. 1588. obiit.

PARTHENIANUS (Æmil.) hiſtoricus, à *Vulcatio Gallicano in vita Avidii Caſſii* allegatur.

PARTHENIUS, Παρθένιος, Nicænus, tempore Auguſti Imp. claruit. Eo in Græcis præceptore *Virgilius* uſus eſt, teſte *Macrobio, ſat. 5, 17.* Scripſit Aretes, conjugis ſuæ, encomium: item, elegias in Venerem. Archelaidem ejus laudat *Hephæſtion.* Præterea μεταμορφώσεις compoſuit, ut ex *Plutarcho* diſcimus: quas *Ovidium* ſecutum eſſe admodum eſt probabile. Libellus περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων hodiè ſupereſt & continet narrationes collectas ex ſcripto-

ptoribus antiquis & deperditis. Eum dicavit Cornelio Gallo, primo Ægypti præfecto. *Sunt*, qui ſcribant, Parthenium moretum Græcè ſtruxiſſe, idque *Virgilium* latinè expreſſiſſe. *Suetonius* refert, Tiberium Imp. eum imitari ſolitum in pangendis verſibus.

PARTHENIUS, Chius, *Chaos* cognomine, de patre ſuo Theſtore librum conſcripſit, teſte *Suida*.

PARTHENIUS, Dionyſii diſcipulus, grammaticus, tempore Trajani vivere deſiit. Scripſit περὶ τῶν λέξεων παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς ζητουμένων. Laudat eum *Athenæus l.11.*

PARTHENIUS, Phocenſis, *Stephano* in γόρτυι & Δικαιάρχεια memoratur.

PARTHENIUS (Ant.) Veronenſis, Catullum & Tib. commentario expoſuir.

PARTHENIUS (Barthol.) An. 1480. claruit. Vid. *Ghilinus vol 1.pag. 24.*

de PARTIBUS (Jacobus) Tornacenſis, commentariis in Avicennam inclaruit, An. 1497. Vid. *Linden.pag 297.*

PARTLICIUS (Sim.) JCtus, metamorphoſin mundi, Lugd. Bat. An. 1626. publicavit.

PARUTA (Paulus) Venetus, An. 1599. obiit. *Thuanus l.122.* virum vocat rara in explicandis negotiis ſolertia & eloquentia, cujus ſcripta magno in precio habeantur inter prudentiæ civilis ſectatores. Reliquit hiſtoriam belli Cyprii: libros de perfectione politica: & politicos in Tacitum commentarios. Vid. *Ghilinus volum. 1. pag. 189. Naudæus in B.P. pag. 63. 114.*

PARVUS (Bartholomæus.) Vide, BARTHOLOMÆUS.

PARVUS (Joh.) An. 1536. claruit. Vid. *Colomeſius in G.O.pag.5.*

del PAS (Angel.) natus eſt An. 1540: obiit An. 1596. Scripſit in ſymbolum Apoſtolicum, 14. libris digeſtum. Vid. *Ghilinus vol.1.pag.13. Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 23.*

PASCHALIS (Joh.) tractavit de morbo Gallico.

PASCHALIS (Pet.) adornavit reſponſionem ad epiſtolam *Lubenicii* de ſtatu Chriſti, An. 1638.

PASCHALIS (Phil.) JCtus, de viribus patriæ poteſtatis commentatus eſt. Liber prodiit Auguſtæ Taurinor. An. 1619.

PASCHALIS (Val.) Utinenſis, edidit librum de rebus Moſchicis: alium, de fluminibus Italiæ: item, poëmatium, quod inſcribitur, Cometis nulla fides, factum ab eo, ut Paulo V. adularetur. Vid. *Nicius Erythræus part. 1. Pinacoth.pag.255.*

PASCHALIUS (Carol.) vitam *Vidi Pibracii* exaravit. Extat etiam ejus tract. de coronis: item, cenſura animi ingrati, An. 1601. edita. Videatur *Naudæus in B.P.pag. 96.*

PASCHALIUS (Mich. Joh.) concinnavit methodum curandi, An. 1585.

PASCHALIUS (P.) An. 1565. obiit. Res geſtas Henrici II. Gall. Regis literis conſignavit.

PASCHARIUS (Jac.) Lotharingus, inter poetas referri meruit. Vid. T.2. *Delit. Gall. pag. 841.*

PASCHASINUS, Sicilienſis epiſcopus, ſub Theodoſio juniore vixit. Edidit epiſtolam ad Leonem Papam. Vid. *Iſid. de vir. illuſtr. c. 24.*

PASCHASIUS, Diaconus, An. Chr. 512. obiit. Reliquit duos libros de Spiritu S. Vid. *Phil. Labbe T.2.de S.E.pag.154. Olearius in Abaco pag. 354.*

PASCHASIUS (F.) edidit poëſin artificioſam, Herbip. An. 1668.

PASCHASIUS (Henr.) medicus Hafnienſ. ſtruxit purgatorium medicum, An. 1631. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 15.*

PASCHASIUS (Juſtus) de alea An. 1642. commentari cœpit.

PASCHASIUS (Steph.) carminibus incleſcere ſtuduit. Vid. *Tomus 2 Del. Gall. pag. 843*: item, *Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 111.*

PASCHETTUS (Barth.) Veronenſis, ſcripſit de catarrhi cognitione & curatione 3. libros, Venet. An. 1615.

de PASCOLO (Durandus) edidit aulicum politicum.

PASICRATES, Πασικράτης, Rhodius, Ariſtotelis diſcipulus, in librum κατηγοριῶν ſcribere cœpit, teſte *Galeno de libr. propriis.* Vid. *Voſſius de nat. Log. pag. 57.*

PASINUS (Lud.) de thermis Patavinis tractare aggreſſus eſt.

PASIPHILUS. Vide, BUSCHIUS.

PASIPHON Lucianus, Πασιφῶν, *Diogeni Laërtio, in Diogen. pag. 411.* memoratur. *Idem Diogenes in Æſchine pag. 128.* Paſiphontis Eretrici meminit.

PASI-

PASITELES, Πασιτέλης, à nonnullis omiſſus, à *Mallincrot. pag. 55.* obſervatus eſt.

PASIUS (Cur. Laur.) librum elaboravit de literatura non vulgari, Parmæ, Anno 1514.

PASOR (G.) Ellaranus, theologiæ & linguæ Hebr. profeſſ. Herbornæ, grammaticam Græcam & Lexicon Græcum Novi Teſtam. compoſuit.

PASOR (Matthias) Herbornenſis, Georgii filius, natus eſt Anno 1599: vixit adhuc An. 1645. Primùm Heidelbergæ mathemata profiteri cœpit: verùm bello graſſante inde ejectus in Angliam venit & Oxonii orientalium linguarum profeſſor conſtitutus eſt. Inde Groningam venit, ubi philoſophiam moralem docere juſſus eſt. tandem theologica profeſſio ei conceſſa eſt. Vid. *Autor Vitt. proff. Gröning. pag. 109.*

PASQUALIGUS (Zach.) An. 1634. metaphyſicas diſpp. Romæ habuit. Anno 1655. ejuſdem tractat. de eunuchis, & An. 1662. alius tract. de ſacrificio novæ legis prodiit 2. voluminibus.

PASQUALIUS (Raym.) ord. prædic. monachus, in 8. priora capp. epiſtolæ ad Rom. commentatus eſt Anno 1597. fol. item, in cap. 9. An. 1601.

PASQUALUS (Joh.) inter philoſophos locum h. t. occupat. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 155.*

PASSAGERIUS (Roland.) Bononienſ. JCtus, An. 1255. floruit. Summam artis notariæ, Rolandinam dictam, elaboravit. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 37. Bumaldus pag 205.*

PASSARUS (Felix) Neapolitanus, Caſſinenſis monachus, Anno 1590. claruit. Vitam Placidi Abbatis & martyris carmine heroico decantavit.

PASSAVANTIUS (Bened.) epiſtolas concinnavit, An. 1568.

PASSENNIUS (Paulus) elegos fecit, teſte *Plinio l. 6. epiſt. 15.*

PASSERA (J. Pet.) Bergomas, ſcripſit de cauſis mortis in vulneribus capitis & r[illegible] eorum curatione, An. 1590. teſte *Calvo pag. 321.*

PASSERATIUS (Joh.) Trecenſis, Anno 1603. obiit. Reliquit abſolutiſſimum commentarium in Catullum, Tibullum, Propertium: item orationes & carmina. De eo ita *Thuanus l. 129.* Magnam laudem in academia Pariſienſi meruit homo emunctæ naris & cui alienæ vix placerent. Ultimo elogio vovit, ne manes ſui malis carminibus onerarentur; itaque pauci mortuum laudaverunt, dum verentur, ne voto ejus minus reſpondeant. Carmina ejus habentur *T. 3. Delit. Gall. pag. 1.* Vid. *J. P. Lotichius part. 4. B. P. pag. 69. Henning. Witte in mem. philoſ. pag. 18.*

de PASSERIBUS (M. Ant.) philoſophus, compoſ. commentar. in libros de anima, de cœlo, de generatione: item, in metaphyſicam. Videatur *Thomaſinus in elog. part. 1. pag. 102.*

de PASSERIBUS (Nic.) natus eſt Anno 1585: obiit An. 1615. Vulgavit comm. in libros inſtitutionum: tractatus duos de ſcriptura privata: de verbis enunciativis: conciliationem legum, & alia. Vid. *Thomaſinus l. c. pag. 257.*

PASSERINUS (Franc.) theologus & JCtus, Anno 1661. claruit. Scripſit de pollutione eccleſiarum: de hominum ſtatibus & officiis: de electione canonica.

PASSERINUS (P. Maria) de Sextula, edidit tract. de electione ſummi pontificis, An. 1670. fol.

PASSEUS (Criſpinus) medicus, conſtruxit librum de creatione hominis & humani generis propagatione, An. 1612.

PASSEUS (Criſp.) junior, emiſit hortum floridum, An. 1614.

PASSIENUS (Mevanienſis) ſub Flaviis Impp. & deinceps claruit. Poeta fuit elegiacus, *Propertii* nepos vel pronepos, eumque in elegiis, in lyricis vero Horatium imitabatur. Meminit ejus *Plinius in epiſt. 6. ad Rom. & 9. ad Severum.* De tribus Paſſienis, avo, patre, filio nonnulla affert *Andr. Schottus in diſſert. de claris apud Marcum Senecam Rhetoribus.* Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 104.*

PASSIPOVERUS à Paſſipoveris, JCtus, An. 1246. floruit. Collegit conſilia & quæſtiones.

PASSIPOVERUS (Vianneſ.) JCtus, Anno 1299. floruit. Reliquit quæſtiones.

PASSUS (Joh. Aug.) Bergomas, An. 1513. obiit. Scripſit de DEO Uno & Trino, juxta principia *Gregorii Ariminenſis*: comment. in 4. libros Sententiarum; eccleſiaſticas traditiones; teſte *Calvo pag. 214.*

PASSUS (Joſeph.) de ſtatu maritali Ambergæ, An. 1652. commentatus eſt.

PASTA (Andr.) Bergomas, Anno 1630. obiit. Extant ejus exercitationes grammaticæ: oratio de voluptate: & poema de partu virgineo. Videatur *Donatus Calvus, pag. 46.*

PASTORIUS (Aug.) Florum Germanicum adornavit.

PASTORIUS (Joach.) edidit Theodoſium Magnum, A. 1662 : item, bellum Scytho-Coſacicum, An. 1652. Vid. *Bartholinus in med. poët. pag. 144.*

PASTREGICUS (Guil.) Veronenſis, compoſuit libellum de originibus rerum. Prodiit is Venetiis An. 1547.

à PASTURA (Joh.) Sanctenſis, vixit An. 1510. Fecit paraphraſin in Pſalmos.

PATÆCUS, Παταικος, Æſopi animam ſe habere affirmabat. Eum *Plutarchus* in *vita Solonis* allegat.

PATERNUS, JCtus, tempore Commodi Imp. claruit. *Vegetius l. 1. c. 8.* vocat diligentiſſimum juris aſſertorem. Scripſit de re militari. Vid. *Stewechius ad Veget. pag. 20.* Quære, TARRUNTENUS.

PATERNUS (Bernhardinus) Salonenſis, medicus, An. 1592. obiit. Contexuit tractatum de humorum purgatione in morborum initiis tentanda : & alium, quo probabat, cœnam uberiorem eſſe debere prandio. Vulgò *Galeni anima* vocatus eſt. Vid. *Thomaſinus vol. 1. pag. 154. Chioccus pag. 93.*

PATHERIUS, Gregorii I. diſcipulus, An. C. 600. floruit. Collegit ex omnibus *S. Gregorii* operibus libros tres explanationum in varios locos utriuſque Teſtamenti. *Sixtus Senenſis* ait hoc opus Romæ excuſum eſſe.

PATIENS (Pet.) Superintendens in Palatinatu, Anno 1580. obiit. Emiſit reſolutionem aliquot locorum S. Scripturæ, An. 1577.

PATINA (Bened.) An. 1577. obiit, relicto tract. de venenis. Vid. *Ghilinus, vol. 1. p. 28.*

PATINUS (Carolus) Pariſienſis, Guidonis filius, h. t. claret. Familias Romanas *Urſini & Auguſtini* emendavit & auxit, An. 1663. Extat ejuſdem tractat. de numiſmatibus Impp. An. 1671. editus : ut & notæ in *Suetonium*, quæ An. 1675. prodierunt. Vid. *Wagenſeil. in Sota pag. 576. Bartholinus in med. poët. pag. 125.*

PATRICIUS, Πατρικιος, phi[illegible]hus, librum, [illegible] nomine, [illegible]mpo[illegible]t.

PATRICIUS, vetus autor, A. C. 4[illegible] Reliquit tractatum de tribus hab[illegible]aculis, qui extat *T. 9. Operum S. Aug[illegible]i.* Vid. *Waræus, pag. 101. Kempius* [illegible]g. 11[illegible].

PATRICIUS (Alex.) edidit Martem Gallicum, An. 1635.

PATRICIUS (Franc.) An. 1597. R[illegible]mæ deceſſit, anno ætatis 67. Juxta B[illegible]um *in l. 1. Thebaid. Papinii pag.* 4[illegible] [illegible] capite truncatus eſt. Ferra[illegible]æ totos 17. annos philoſophiam [illegible]ca[illegible] profeſſus eſt. Totus in eo er[illegible] Ariſtotelicæ philoſophiæ fabricam funditus everteret atque dirueret. Adverſarios habuit *Theod. Angel*[illegible] *Mazzonum*, qui editis libris [illegible]riter impugnarunt. Scripſit parall[illegible]litaria, quæ *Joſ. Scaliger* plu[illegible]ommendat: item, diſcuſſiones p[illegible]eticas & novam de univerſis [illegible]i-am. Ut taceam novam geo[illegible]am: novam rhetoricam : dial[illegible] de ſcribenda hiſtoria, &c. Vid. [illegible] 119. *Sorellus de Hom. perſ. pag.* 4[illegible] *Erythr. part. 1. Pinacoth. pag.* 2[illegible] *pag. 271.*

PATRICIUS (Petrus.) Vide, [illegible]US.

PATROCCIUS (Barthol.) P[illegible] An. 1614. obiit. Leges connubi[illegible] carmine expreſſit. Reliquit etiam [illegible] tomos de armis ſeu inſignibus tam [illegible]onæ quam Bohemicæ nobilitati[illegible] [illegible]atur *Starovolſc. pag. 119.*

PATROCLES, Πατροκλῆς, t[illegible]re Seleuci Nicatoris & filii e[illegible]tiochi floruit. Scripſit de rebus [illegible] Huic *Strabo* præ aliis omnibus [illegible] habendam eſſe affirmat.

PATROPHILUS, Πατρόφι[illegible] Scythopolita, An. Chr. 300. clar[illegible] Scripturam hebraicam univerſ[illegible] tranſtuliſt. Meminit hujus trans[illegible] *Gregorius*, Laodicenus epi[illegible], in *vita Euſebii Emeſeni.*

PAVENTIUS (G.) edidit [illegible], Lugd. Batav. An. 1653.

PAVILLONIUS (Nic. G.) Pa[illegible] carmina contexuit. Vid. *[illegible]omus 3.* [illegible] *pag. 178.*

de PAVINIS (Joh. Franc.) Patavi[illegible], JCtus, An. 1460. floruit. [illegible] de officio & poteſtate Capituli, ſede [illegible]cante: de

...te: de decimis: de ſubſidio charitativo. Vid. *Tom.13. Tract.tract.* Item, *Panziro-lus in JCtis, pag. 472.*

PAVISIUS (Joh.Jac.) Calaber, in prologum Averrois ſuper analytica commentatus eſt, Patav. An. 1552.

PAULACCIUS (Dominic.) ord. prædic. monachus, edidit conceptus prædicabiles in Dominicas & feſta, Olomucii, An. 1676. In 4.

de PAULHACO (Bereng.) JCtus, ſcripſ. in legem, Unicam C. de ſententia, quæ pro e..., qui Injur. perfer.

PAULINUS (Eutropius Meroplus) Aquitanus, A.C. 431. obiit. Cum Senatoriæ dignitatis eſſet, ut Chriſtianæ religioni magis vacare poſſet, omnia ſua divendidit & Nolam conceſſit. Aliquanto poſt epiſcopus Nolanus factus eſt. Ejus epiſtolæ & carmina extant. Septem libris natalem (i.e. obitum) Felicis Nolani decantavit. *Auſonio teſte, epiſt. 19.* tres *Suetonii* libros, quos ille de regibus ſcripſerat, in epitomen redegit tanta elegantia, ut ſolus videatur aſſecutus, ut brevitas obſcura non eſſet. Paulini vitam ſcripſit *Franc. Sacchinus.* Vid. *Glandorp. pag. 707. Ph. Labbe T.2. diſſ. de S.E. pag. 61. Olearius pag. 356. Caſſiodorus de div. lect. c. 21. ...etus T.2. oper. pag. 1134.*

PAULINUS, Aquilegienſis patriarcha, An. 802. obiit. Reliquit tres libros contra Felicem Urgelitanum. Vid. *Phil. Labbe l.c. pag. 159.*

PAULINUS, Mediolanenſis presbyter, exaravit vitam S. Ambroſii ad Auguſtinum: item, librum de benedictionibus patriarcharum. Vid. *Iſidorus in viris illuſtr. c. 17.*

PAULINUS (Bened.) Petrocorius, compoſuit 6. libros de vita S. Martini, carmine. In hunc Paulinum *Juretus* animadverſiones elaboravit: item, *C. Barthius,* quæ tamen lucem nondum viderunt.

PAULINUS, Pellæus, carmen eucharisticon conſtruxit, quod habetur in *appendice* Biblioth. Patrum *Bignei.*

PAULINUS (Marcus Fab.) Utinenſis, prælectiones adornavit in Thucydidis hiſtoriam de peſte Athen. Venet. Anno 1603: item, 7. libros de numero ſeptenario, An. 1589.

PAULINUS (Laur.) Suecus, ſcripſit ethicam & politicam Chriſtianam, doctrinæ *Ariſtotelis* oppoſitam: hiſtoriam arctoam: limoſcopiam: libr. de cometis: alium de ſpectro Kumlenſi. Vid. *Schefferus in Upſalia pag. 402.*

PAULINUS (Steph.) dictionarium Georgianum ſive Ibericum emiſit Romæ, An. 1629. in. 4.

PAULI (Chriſtoph.) Anno 1282. floruit. Struxit decachordon ſuper Canticum.

PAULI (Jac. Henr.) anatomen anatomiæ Bilſianæ protulit, An. 1665. Vid. *Vindingius in Rect. Hafn. pag. 540. Barthol. in med. poët. pag. 148.*

PAULI (Menel.) paſtor Hafn. quædam de vulneribus Chriſti meditatus eſt, Anno 1631. Videatur *Bartholinus in Danis, pag. 101.*

PAULI (Simon) Swerinenſis, An. 1581. obiit. Reliquit homilias & methodum doctrinæ.

PAULI (Simon) medicus Hafn. edidit quadripartitum de ſimplicium medicamentorum facultatibus, Anno 1639. ſyntagma de anatomiæ origine & utilitate: Floram Danicam, &c. Vid. *Barth. in Danis, pag. 133.* Vide, PAULUS.

à S. PAULO (Carolus) epiſcopus Abrincenſis, An. 1642. claruit. Emiſit geographiam ſacram ſive notitiam epiſcopatuum univerſæ eccleſiæ, Pariſ. An. 1641. fol. item, templum felicitatis. Vid. *Carolus Viſch, pag 161.*

à S. PAULO (Euſtath.) ſummam philoſophiæ quatuor partibus complexus eſt, Pariſ. An. 1609. Extant ejuſdem duo tomi theologiæ ſcholaſticæ, Pariſ. An. 1613. impreſſi. Vid. *Car. Viſch, pag. 100.*

à S. PAULO (Laurent.) confeſſionem veritatis catholicæ eccleſiæ, An. 1652. publicavit.

PAULUCIUS (Anton.) Patav. profeſſor, comp. juriſprudentiam ſacram & eccleſiaſticam. Videatur *Greg. Letus in I. R. pag. 214.*

PAULUS, Παῦλος, Apoſtolus Jeſu Chriſti, ſub Nerone Imp. martyrio coronatus eſt. Vid. *Placcius, pag. 6.*

PAULUS, Ægineta, medicus. Vide, ÆGINETA.

PAULUS, Brugenſis, Anno 1435. obiit. Reliquit ſcrutinium Scripturarum. Vid. *Hoornebeck, de Conv. Jud. pag. 8. Olearius, pag. 357.* Quære, BRUGENSIS.

PAULUS, Diaconus, aliàs *Winefridus* dictus, Anno 774. claruit. Scripta ejus

Ph. Labbe T. 2. diſſert. de S E. pag. 170. enumerat. Vide, DIACONUS & WARNEFRID.

PAULUS, Genuenſis, ab infantia fertur fuiſſe cœcus. Vixit tempore Henrici III. Imp. Dictavit in Pſalmos, Jeremiam & 4. Evangeliſtas.

PAULUS Geometra, Florentinus, *Boccatio in Geneal. Deor. l. 8. c. 2. & l. 15. c. 5.* memoratur.

PAULUS, Peruſinus, An. 1344. claruit. Commentatus eſt in libros Sententiarum. Meminit ejus *Boccatius in Geneal. Deor. præfat. & l. 15. c. 6.* Confer *Olearium in Abaco, pag. 359.*

PAULUS, philoſophus, edidit iſagogen aſtrologiæ & ἀποτελεσματικὰ, teſte *Suida.*

PAULUS, Silentiarius, tempore Juſtiniani Imp. claruit. Struxit poëma de auguſtiſſimo S. Sophiæ templo, quod ἐκφρασις τῆς ἁγίας Σοφίας inſcribitur. Teſtis eſt *Agathias l. 5.* In *Anthologia Græc. epigr.* in ſingulis pene libris & capitibus hujus Pauli mentio occurrit. Vid. *Reineſius in Var. lect. 3, 7. Hanckius in Byzant ſcript. pag. 163.*

PAULUS, Tyrius, tempore Adriani Imp. vixit. Scripſit, teſte *Suida*, artem rhetoricam, progymnaſmata & declamationes.

PAULUS (Andr.) emiſit thematologiam Nov. Teſtam. An 1661.

PAULUS (Conr.) JCtus, tractavit de uſuris, excommunicatione, &c. An. 1561.

PAULUS (Gualt.) Huenſis, An. 1630. claruit. Adornavit Summam humanæ & divinæ ſapientiæ. Vid. *Alegambe, p. 167.*

PAULUS (Hier.) An. 1491. vixiſſe traditur. Reliquit librum de Hiſpaniæ fluminibus & montibus: item, deſcriptionem urbis Barcinonis.

PAULUS (Julius) Patavinus, JCtus, tempore Severi Imp. flor. Plurima, quot nullus alius JCtus, opera reliquit, ferme ad 70. volumina, ex quibus ſoli extant quinque libri ſententiarum ad filium. Vid *Panſirolus in J Ctis, 1, 58. Bertrandus, pag. 140.*

PAULUS (P. Fr.) Florent. medicus, ſcripſ. de venæſectione adv. Avicennam, An 1534.

PAULUS (Pet.) edidit doctrinam Chriſtianam in lingua Armena, Pariſ. Anno 1634.

PAULUS (Segerus) ſtruxit viridarium Urſulanum, Colon. An. 1630

PAULUS (Simon) Roſtochi[illegible]ſis, medicus regis Daniæ, natus eſt Anno 160[illegible] Condidit Quadripartitum de ſimplicium medicamentorum facultatibus [illegible] tem, tractat. de abuſu tabaci & herbæ Thee, Anno 1666. Vid. *Vurdingius in R. H. pag. 358.* Quære, PAULI.

PAULUTIUS (Fabr.) Foroliv[illegible]ſis, An. 1619. claruit. Commentatus [illegible] in Pentateuchum & totum Nov. Teſtament.

PAVONUS (Franc.) Italus, An. 1637. obiit. Edidit commentarium dogmati[illegible]um in Pentateuchum. Vid. *Alegambe, pag. 128.*

PAUPERUM (Joh.) ſcn de ſecretis ſecretorum.

PAURMEISTERUS (Tob.) [illegible]urg. JCtus, librum de juriſdictione [illegible]mani imperii, An. 1616 elabora[illegible]

PAUSANIAS, Παυσανίας, tempore Antonini philoſophi Imp. vixit. [illegible] ei erat Cæſarea Cappadociæ. [illegible]pulus fuit Herodis Attici; qua de re *Phi[illegible]ſtratus l. 2. de vitis Sophiſtarum, pa[illegible]* Ex[illegible]tat ejus eruditum opus de Græ[illegible]a 10. libris conſtans, quo totius Græ[illegible]æ antiquitates & quicquid ea memo[illegible]e habuit, magno philologiæ & hi[illegible] ſtudioſorum bono, complexus eſt. [illegible]*banus* etiam Pauſaniæ librum de An[illegible]a allegat, in Σελλανιάβηλος. Add[illegible] *in Chil. pag. 122. Barthium in* [illegible] *Pap. 120. & librum 4 pag. 1234.*

PAUSANIAS, Damaſcenus, a *Con[illegible]tino Porphyrog. in Themat. pag. 12* [illegible] geographos refertur.

PAUSANIAS, Laco, teſte *Sui*[illegible]it de Helleſponto: Laconica[illegible] Lacedæmoniorum: de Amphi[illegible]us, &c.

PAUWIUS (Pet.) Amſtelrod[illegible]cus, natus eſt A. 1564: obiit A. [illegible]6[illegible] [illegible]quit aliquot tractatus de exercit[illegible]s, bellariis, &c. item, notas in [illegible] de cibis. Vid. *Swеertius, pag 63*[illegible]

PAXAMUS, Παξαμος, teſte [illegible] ὀψαρτυτικὰ, Βαφικὰ, Βουκολικὰ, [illegible]εωργικὰ compoſuit. Vid. *Athenæus l.* [illegible] *Pollux 6, 10. Columella 12, 4.*

PAXILLUS (Bernh.) defenſionem S. Trinitatis, Cracov. Anno 1616. pu[illegible]cavit. Vid. *Starovolſc. pag. 96.*

PAYER (Wenceſl.) tractavit de thermis Carolinis, An. 1614.

PAYN-

PAYNGIUS (Ferdinand.) ſcr. de vita DEI in hominibus, An. 1628.
PAYSSACETUS carmine doctrinam de moribus expreſſit. Alii *Facetum* nominant. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 211.*
de PAYVA (Job.) Conimbricenſis, doctrinale S. Scripturæ elaboravit, Anno 1631.
de PAZ (Angel.) Perpinianus, commentatus eſt in Marcum tomis duobus, Romæ, An. 1628.
de PAZ (Chriſt.) tractavit de Tenuta ſeu interdicto, An. 1671.
de PAZ (Jac. Alvarez) Toletanus, Anno 1620. ætatis 60. exſpiravit. Scripſit de vitiorum extinctione: de humilitate: de vita ſpirituali, &c. Vid. *Alegambe, pag. 101.*
PAZMANY (Pet.) Hungarus, Card. Anno 1637. obiit. Edidit diatribam de viſibili Chriſti in terris eccleſia adverſus *Wenckerum*. Vid. *Alegambe, pag. 392.*
PAZZINUS (Jac.) Mediolanenſis, A. 1522. floruit. Vide, PACINUS.
PEARSON (Joh.) Anglus, edidit vindicias epiſtolarum S. Ignatii, Cantabrig. in 4. item, notas in Diogenem Laertium, An. 1663. *Mericus Caſaub. in Hieroclem p 181.* Joh. Pearſon (inquit) vir doctiſſimus & in Græcis literis & libris omne genus (quod ex luculentis *Heſychii* & *Suidæ*, quas dudum molitur, editionibus, ſi vita ſuperat, qua digniſſimus eſt, literatis aliquando conſtabit) eximiè verſatus.
PEARSON (Rich.) prælectiones theologicas, Londini, Anno 1661. edi curavit.
PECCANA (Alex.) de chondro & alica, Venet. Anno 1627. ſcribere aggreſſus eſt.
PECCENSTEINIUS (Lautent.) theatrum Saxonicum, Anno 1608. exſtruxit 4. partibus.
PECCETIUS (Franciſc.) Cortonenſis, chirurgiam in 4. libros digeſſit, An. 1616. Vid. *Linden, pag. 183.*
PECCHAMUS (Joh.) Cantuarienſis epiſcopus, Bonaventuræ diſcipulus, Anoo 1292. obiit. Perſpectivam communem libro uno: altero item perſpectivam particularem conſignavit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 217.*
PECHANUS (Joh.) edidit collectaneum biblior um quinq; libris, An. 1541.

PECHECUS (Mich.) vitam & miracula S. Antonii in literas redegit. Prodiit liber Lucernæ, An. 1659.
PECHLINUS (Joh. Nic.) medicus, ſcripſit de medicamentis purgantibus, A. 1672: item, de habitu & colore Æthiopum.
PECKIUS (Fr. Mar.) tractatum de aquæductu, Ticini Anno 1671. fol. publicavit.
PECKIUS (Pet.) Zirizæus, JCtus, natus eſt Anno 1529: obiit An. 1589. Lovanii jura publicè interpretatus eſt. Reliquit varios libros de re nautica: commentarium de teſtamentis conjugum & regulis juris canonici: item, de amortiſatione bonorum. Videatur *Sweertius, pag. 631.*
PECORARUS (Joh.) Neapolitanus, An. An. 1600. claruit. Edidit tract. de legatis & debitis: item, 2. tomos moralium probabilitatum. Videatur *Alegambe, pag. 186.*
PECQUETIUS (Joh.) Diepenſis, medicus Pariſ. primus lactearum thoracicarum inventor, protulit experimenta nova anatomica, An. 1651.
PEDEMONTANUS (Alex.) ſtruxit ſeptem libros de ſecretis, An. 1560.
PEDEMONTANUS (Franc.) Veronenſis, medicus, compoſuit quædam de balneis: item, additiones ad *Meſuen.*
PEDIASIMUS (Joh.) in aula Conſtantinopolitana ὕπατος τῶν φιλοσόφων ϗ διάκονος, condidit librum de muſices harmoniis: geometricæ compendium, de dimenſione terræ.
PEDIONÆUS (Joh.) Rhætus, confecit 2. libros de claris oratoribus, teſte *Mich. Neandro.* Carmina ejuſdem leguntur *T. 5. Delit. Germ. pag. 24.*
PEDROCHA (Ach.) JCtus, de contractibus commentatus eſt.
PEDIUS (Sextus) JCtus, ante tempora Ulpiani claruit. Scripſit ad edictum. Vid. *Bertrandus, pag. 282.*
de PEGA (Chriſt.) antichriſtum demonſtratum, An. 1624. publicavit.
de PEGA (Theoph.) tractavit quæſtionem, an hoſtia ſit verus panis, Anno 1618.
PEGAS (Eman. Alvarez) JCtus, de competentiis inter epiſcopos, archiepiſcopos & nuntium apoſtolicum, An. 1675. ſcribere inſtituit.

Ph. Labbe T. 2. diſſert. de S E. pag. 170. enumerat. Vide, DIACONUS & WARNEFRID.

PAULUS, Genuenſis, ab infantia fertur fuiſſe cœcus. Vixit tempore Henrici III. Imp. Dictavit in Pſalmos, Jeremiam & 4. Evangeliſtas.

PAULUS Geometra, Florentinus, *Boccatio in Geneal. Deor. l. 8. c. 2. & l. 15. c. 5.* memoratur.

PAULUS, Peruſinus, An. 1344. claruit. Commentatus eſt in libros Sententiarum. Meminit ejus *Boccatius in Geneal. Deor. præfat. & l. 15. c. 6.* Confer *Olearium in Abaco, pag. 359.*

PAULUS, philoſophus, edidit iſagogen aſtrologiæ & ἀποτελεσματικά, teſte *Suida.*

PAULUS, Silentiarius, tempore Juſtiniani Imp. claruit. Struxit poëma de auguſtiſſimo S. Sophiæ templo, quod ἔκφρασις τῆς ἁγίας Σοφίας inſcribitur. Teſtis eſt *Agathias l. 5.* In *Anthologia Græc. epigr.* in ſingulis pene libris & capitibus hujus Pauli mentio occurrit. Vid. *Reineſius in Var. lect. 3, 7. Hanckius in Byzant ſcript. pag. 163.*

PAULUS, Tyrius, tempore Adriani Imp. vixit. Scripſit, teſte *Suida*, artem rhetoricam, progymnaſmata & declamationes.

PAULUS (Andr.) emiſit thematologiam Nov. Teſtam. An. 1661.

PAULUS (Conr.) JCtus, tractavit de uſuris, excommunicatione, &c. An. 1561.

PAULUS (Gualt.) Huenſis, An. 1630. claruit. Adornavit Summam humanæ & divinæ ſapientiæ. Vid. *Alegambe, p. 167.*

PAULUS (Hier.) An. 1491. vixiſſe traditur. Reliquit librum de Hiſpaniæ fluminibus & montibus: item, deſcriptionem urbis Barcinonis.

PAULUS (Julius) Patavinus, JCtus, tempore Severi Imp. flor. Plurima, quot nullus alius JCtus, opera reliquit, ferme ad 70. volumina, ex quibus ſoli extant quinque libri ſententiarum ad filium. Vid *Panzirolus in JCtis, 1, 58. Bertrandus, pag. 140.*

PAULUS (P. Fr.) Florent. medicus, ſcripſ. de venæſectione adv. Avicennam, An. 1534.

PAULUS (Pet.) edidit doctrinam Chriſtianam in lingua Armena, Pariſ. Anno 1634.

PAULUS (Segerus) ſtruxit viridarium Urſulanum, Colon. An. 1630.

PAULUS (Simon) Roſtochienſis, medicus regis Daniæ, natus eſt Anno 1603. Condidit Quadripartitum de ſimplicium medicamentorum facultatibus; item, tractat. de abuſu tabaci & herbæ Theé, Anno 1666. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 358.* Quære, PAULI.

PAULUTIUS (Fabr.) Forolivienſis, An. 1619. claruit. Commentatus eſt in Pentateuchum & totum Nov. Teſtament.

PAVONUS (Franc.) Italus, An. 1637. obiit. Edidit commentarium dogmaticum in Pentateuchum. Vid. *Alegambe, pag. 128.*

PAUPERUM (Joh.) ſcn de ſecretis ſecretorum.

PAURMEISTERUS (Tob.) Magdeburg. JCtus, librum de juriſdictione Romani imperii, An. 1616 elaboravit.

PAUSANIAS, Παυσανίας, tempore Antonini philoſophi Imp. vixit. Patria ei erat Cæſarea Cappadociæ. Diſcipulus fuit Herodis Attici; qua de re *Philoſtratus l. 2. de vitis Sophiſtarum, pag 561.* Extat ejus eruditum opus de Græcia, 10. libris conſtans, quo totius Græciæ antiquitates & quicquid ea memorabile habuit, magno philologiæ & hiſtoriæ ſtudioſorum bono, complexus eſt. *Stephanus* etiam Pauſaniæ librum de Antiochia allegat, in Σελευκόβηλ@. Adde [illegible] *in Chil. pag. 122. Barthium in 1. [illegible] Pap. 120. & librum 4 pag. 1234.*

PAUSANIAS, Damaſcenus, à *Conſtantinô Porphyrog. in Themat. pag. 12.* inter geographos refertur.

PAUSANIAS, Laco, teſte *Suida*, [illegible] fit de Helleſponto: Laconica: de [illegible] Lacedæmoniorum: de Amph[illegible]us, &c.

PAUWIUS (Pet.) Amſtelrod. medicus, natus eſt A. 1564: obiit A. 161[illegible]. Reliquit aliquot tractatus de exercitiis, lacticiniis, bellariis, &c. item, notas in G[illegible] de cibis. Vid. *Sweertius, pag 630*

PAXAMUS, Πάξαμ@, teſte *Suida*, ὀψαρτυτικά, Βαφικά, Βοιωτικά, Γεωργικά compoſuit. Vid. *Athenæus l. 9. c.* [illegible] *Pollux 6, 10. Columella 12, 4.*

PAXILLUS (Bernh.) defenſionem S. Trinitatis, Cracov. Anno 1616. publicavit. Vid. *Starovolſc pag. 96.*

PAYER (Wenceſl.) tractavit de thermis Carolinis, An. 1614.

…YNGIUS (Ferdinand.) ſcr. de vita Dei … hominibus, An. 1628.

…SSACETUS carmine doctrinam de …oribus expreſſit. Alii *Facetum* nominant. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 211.*

de PAYVA (Joh.) Conimbricenſis, doctrinale S. Scripturæ elaboravit, Anno 1631.

de PAZ (Angel.) Perpinianus, commen…s eſt in Marcum tomis duobus, Ro…æ An. 1628.

de PAZ (Chriſt.) tractavit de Tenuta ſeu …icto, An. 1671.

de PAZ (Jac. Alvarez) Toletanus, Anno …o. ætatis 60. exſpiravit. Scripſit de …iorum extinctione: de humilitate: …e vita ſpirituali, &c. Vid. *Alegambe, pag. 171.*

PAZMANY (Pet.) Hungarus, Card. Anno …37. obiit. Edidit diatribam de viſi… Chriſti in terris eccleſia adverſus …kerum. Vid. *Alegambe, pag. 392.*

P…INUS (Jac.) Mediolanenſis, A. 1522. …it. Vide, PACINUS.

P…R…ON (Joh.) Anglus, edidit vindicias …larum S. Ignatii, Cantabrig. in 4. … notas in Diogenem Laertium, An. 1…3. *Mericus Caſaub. in Hieroclem p. 181.* … Pearſon (inquit) vir doctiſſimus & … Græcis literis & libris omne genus …d ex luculentis *Heſychii* & *Suidæ*, …udum molitur, editionibus, ſi vita …perat, qua digniſſimus eſt, literatis aliquando conſtabit) eximiè verſat…

PEA…N (Rich.) prælectiones theologicas, Londini, Anno 1661. edi curavit.

PECCANA (Alex.) de chondro & alica, Venet. Anno 1627. ſcribere aggreſſus eſt.

…ENSTEINIUS (Laurent.) theatrum Saxonicum, Anno 1608. exſtruxit 4. partibus.

…CETIUS (Franciſc.) Cortonenſis, …irurgiam in 4. libros digeſſit, An. 1616. … *Linden, pag. 183.*

P…CHAMUS (Joh.) Cantuarienſis epi…pus, Bonaventuræ diſcipulus, Anno …292. obiit. Perſpectivam communem …ro uno: altero item perſpectivam …articularem conſignavit. Vid. *Wad…gus in S. O. M. pag. 217.*

P…CHANUS (Joh.) edidit collectaneum B…liorum quinq; libris, An. 1541.

PECHECUS (Mich.) vitam & miracula S. Antonii in literas redegit. Prodiit liber Lucernæ, An. 1659.

PECHLINUS (Joh. Nic.) medicus, ſcripſit de medicamentis purgantibus, A. 1672: item, de habitu & colore Æthiopum.

PECKIUS (Fr. Mar.) tractatum de aquæductu, Ticini Anno 1671. fol. publicavit.

PECKIUS (Pet.) Zirizæus, JCtus, natus eſt Anno 1529: obiit An. 1589. Lovanii jura publicè interpretatus eſt. Reliquit varios libros de re nautica: commentarium de teſtamentis conjugum & regulis juris canonici: item, de amortiſatione bonorum. Videatur *Sweertius, pag. 631.*

PECORARUS (Joh.) Neapolitanus, An. An. 1600. claruit. Edidit tract. de legatis & debitis: item, 2. tomos moralium probabilitatum. Videatur *Alegambe, pag. 186.*

PECQUETIUS (Joh.) Diepenſis, medicus Pariſ. primus lactearum thoracicarum inventor, protulit experimenta nova anatomica, An. 1651.

PEDEMONTANUS (Alex.) ſtruxit ſeptem libros de ſecretis, An. 1560.

PEDEMONTANUS (Franc.) Veronenſis, medicus, compoſuit quædam de balneis: item, additiones ad *Meſuen.*

PEDIASIMUS (Joh.) in aula Conſtantinopolitana ὕπατος τῶν φιλοσόφων καὶ διάκονος, condidit librum de muſices harmoniis: geometricæ compendium, de dimenſione terræ.

PEDIONÆUS (Joh.) Rhætus, confecit 2. libros de claris oratoribus, teſte *Mich. Neandro.* Carmina ejuſdem leguntur *T. 5. Delit. Germ. pag. 24.*

PEDROCHA (Ach.) JCtus, de contractibus commentatus eſt.

PEDIUS (Sextus) JCtus, ante tempora Ulpiani claruit. Scripſit ad edictum. Vid. *Bertrandus, pag. 282.*

de PEGA (Chriſt.) antichriſtum demonſtratum, An. 1624. publicavit.

de PEGA (Theoph.) tractavit quæſtionem, an hoſtia ſit verus panis, Anno 1618.

PEGAS (Eman. Alvarez) JCtus, de competentiis inter epiſcopos, archiepiſcopos & nuntium apoſtolicum, An. 1675. ſcribere inſtituit.

PEGASUS, Πήγασ☉, JCtus, tempore Veſpaſiani Imp. floruit. Autor erat Senatusconſulti Pegaſiani. Meminit ejus Juvenalis, ſat. 4. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 1, 30.*

PEGELIUS (Magn.) theſaurum rerum ſelectarum collegit, An. 1604.

PEGIUS (Mart.) JCtus, ſcripſit de jure *προτιμήσεως* congruiq; retractus.

PEGNA (Franc.) edidit ſummarium Bullarum, An. 1610.

à PIGUERA (Lud.) Hiſp. collegit deciſiones regii conſilii Cataloniæ, Anno 1609.

PEGUILLONUS commendatur ab *Honorato Fabro in Euphyandro 3, 1.*

PEHERSBERGERUS (Wilhelm.) ord. Carmel. monachus, ſcripſit de meteoris.

PEIFERUS (Dav.) compoſuit carmina. Vid. *T. 5. Del. Germ. pag. 51.*

PEILIUS (Joh.) JCtus, tractavit de privilegiis ſenum. Liber prodiit Veſaliæ, An. 1643.

PEIRERIUS (Iſaac) epiſtolam elaboravit de Gronlandia, quam ſemel atq; iterum allegat *Pet. Gaſſendus de philoſophiâ Epicuri ad l. 10. Diog. Laërt. pag. 1139.* Vide, PEYRERIUS.

PEIRESCIUS (Nic. Cl. Fabr.) An. 1637. obiit, ætatis 57. Adornavit hiſtoriam Galliæ Narbonenſis. Mortuum laudavit *Joh. Jac. Buccardus.* Vid. *Colomeſius in Gall. Orientali pag. 175. Henning. Witte in memor. Philoſoph. pag 420.*

PEISSONEL (Joh.) de temporibus partus humani commentari cœpit. Vide, PEYSSONEL.

PELAEZ (Melch.) Hiſp. collegit quæſtiones feudales. Vide, PALAEZ.

PELAGIUS, Scotus, ob hæreſin, quæ ab ipſo Pelagiana dicta erat, An. 405. innotuit. Scripta ejus enumerat *Gerard. Job. Voſſius in hiſt. Pelag. 1, 4. pag. 11.*

PELAGIUS, Πελάγι☉, patricius, tempore Zenonis Imp. claruit & Ὁμηρόκεντρα ſive centones Homericos de CHRISTO compoſuit. Alii hoc opus *Eudociæ Auguſtæ* adſcribunt. Videatur *Mallincrot, pag. 50.*

PELAGIUS, chymicus, *Borrichio de Hermete, pag. 80.* memoratur.

PELAGIUS (Alvar.) Hiſp. Anno 1340. claruit. Reliquit inſigne opus, cui titulum indidit de planctu eccleſiæ : [illegible] quo eccleſiaſticorum omnium [illegible]ue reip. Chriſtianæ ſtatuum ordines reprehe[illegible]dit, adjunctis fermè ad ſingula ve[illegible]ba textibus utriusque juris & ſacræ Scripturæ locis. Videantur *Schottus in B. Hiſp. pag. 222. Waddingus in Scr. Ord. M. pag. 15.*

PELANDUS (Clem.) Bergoma[illegible], Anno 1638. claruit. Exaravit can[illegible]um animæ ſive ſeptem lucernas de [illegible]entia dialectica. Videatur *Donatus C[illegible]vus, pag. 24.*

PELARGUS (Ambroſ.) edidit varia [illegible]uſcula theologica, An. 1534.

PELARGUS (Chriſt.) Sileſiu[illegible], n[illegible] eſt An. 1565. In Geneſin, Exodu[illegible] N[illegible]eros, Leviticum, Matthæum [illegible], &c. commentatus eſt. Vid. [illegible] *pag. 401. Quenſtad. pag. 192. B[illegible]mann. in proleg. Bibl. Francoſ. pag. 50.*

PELBARTUS (Oſw.) Them[illegible]enſis, An. 1500. claruit. Scrip[illegible] [illegible]almos : item, pomerium de San[illegible] & quadrageſimale triplex. Vid [illegible], *pag. 361.* Quære, OSWALDU[illegible].

PELECYUS (Joh.) Ulmenſis, A[illegible] 1623. ætatis 78. obiit. Scripſit de in[illegible] gravitate peccati mortalis, Mona[illegible] Anno 1617. Vid. *Alegambe, pag. 262.*

PELEG (Jul.) JCtus, tractavit de [illegible]nubiorum.

PELEGRINUS, Laureacenſis, [illegible] An. 970. vixit. Condidit con[illegible]em fidei. Videatur *Olearius i[illegible] A[illegible]*, p[illegible]g. 361.

PELEGRINUS (Alex.) Picen[illegible]xa in Matthæum evangeliſta[illegible]it, Romæ, Anno 1638. fol. V[illegible]*gambe, pag. 13.*

PELEGRINUS (Jer.) conf[illegible] Gratiani redivivi de pon[illegible] ca[illegible]lomania, An. 1607.

PELEGROMIUS (Sim.) Siluædu[illegible] edidit ſilvam ſynonymorum, A[illegible].

PELEUFIUS (Julianus) geſta H[illegible] M. Galliarum regis, quatuor [illegible]nibus complexus eſt, An. 160[illegible].

PELICCIOLUS (Joh.) [illegible]ergomas, A[illegible]o 1612. claruit. Edidit artem orato[illegible] in orat. Ciceronis pro Mi[illegible]ne.

PELLA (Pet.) de caſtro Maz[illegible], J[illegible]s, tract. de tortura emiſit Romæ, [illegible] 1584.

...NS (Joh.) Leodicenſ. Anno 1604. ...t. Reliquit 3. libros de virtutibus moralibus. Vid. *Wadding. in Scr. Ord. Min. pag. 219.*

...LERUS (Chriſt.) Norimbergenſis, adornavit animadverſiones in Politi...m ſceleratum, An. 1669.

...LETA, JCtus, edidit conſilia.

...LETARIUS (Jac.) Cænomanus, me...cus, An. 1582. obiit. Scripſit de dimen...ne circuli: de contactu linearum, nec ... de duabus lineis in eodem plano ...e concurrentibus neque parallelis. ...t etiam commentarium in Eucli...m. Vid. *Thuanus pag. 76.*

...EUS (Lud.) Carnutenſis, JCtus, ...didit librum, quo aſſ...jus civile artem ...e & ſcientiam. Extat *T. 1. Tract. tract.*

...LICANUS (Conr.) Rubeacenſis, na...s eſt An. 1478: An. 1555. Primò mo...chus fuit, deinde relicto cucullo puri...em religionem amplexus eſt. Ti...ri hebraica docuit magno auditorum ...modo. Scripſit doctiſſimos com...tarios in Vet. & Nov. Teſtamenti ...os. Multa etiam Judæorum ſcripta ...o idiomate expreſſit, cum hebraicè ...modum peritus eſſet. Cujus linguæ ...erlo à puero ferè exarſit, maximè ... videret aliquando, theologum ...iam doctorem cum Judæo de fide ...iana diſputantem non ſolum à Ju...ſed & à Judæa confuſum eſſe. Cum præceptorem non haberet, propria in... verſiones inter ſe conferendo, ... ejus linguæ notitiam, omnibus ...ntibus, conſecutus eſt. Vid. *Thuanus l. 16.*

...LICCIONIUS, collegit quinquage...am quæſtionum utriuſq; juris.

...LLICERIUS (Guilh.) compoſuit anno...tiones in Plinium. Vid. *Jovius pag. 301. ...llius pag. 74. Thuanus l. 39.*

...LINGERUS (Actius Phil.) Trojanus, ...it de contradictionibus Avicennæ in ...culiari libello, Venet. Anno 1552. im...o.

...ISSO (Paul.) hiſtoriam academiæ ...lienſis, An. 1653. publicavit.

...ITARIUS (Pet.) quaſdam Cicero... orationes notis illuſtrare aggreſſus ...

...S (Joh.) Britannus, acutiſſimus ...thematicus vocatur *Voſſio de ſcient. math. pag. 37.* Is Diophantum promitte re viſus eſt.

PELLIZARIUS (Franc.) condidit manuale regularium 2. voluminibus, Anno 1665. fol.

PELOPS, Πέλοψ, medicus, tempore Hadriani Imp. claruit. Agnoſcit eum *Galenus* præceptorem ſuum.

PELS (Joh.) JCtus, vulgavit proceſſum judiciarium, An 1598.

PELSHOFERUS (J. G.) medicus, paravit tractatum de opio, An. 1635.

PELTANUS (Joh. Ant.) An. 1606. obiit. In 1. & 2. partem Thomæ commentatus eſt. Ligata oratione celebravit pleraque Dei-Hominis myſteria, teſte *Sweertio.*

PELTANUS (Theod.) Anno 1584. obiit. Proverbia Salomonis notis exornavit. Vid. *Sweertius pag. 687. Quenſt. pag. 142. Alegambe, pag. 430.*

PELTIUS (Joh.) ſtruxit harmoniam Remonſtrantium & Socinianorum, Anno 1633.

PEMBELIUS (Guilh.) Anglus, philoſophus & theologus, tractavit de formarum origine: de ſenſibus: de creatione & providentia.

PEMBERTONUS, Anglus, emiſit conciones.

PEMPELUS, Πέμπηλος, Pythagoricus, de parentibus allegatur à *Stobæo, ſerm. 77.*

PENA (Pet.) ſcripſit nova ſtirpium adverſaria, Antv. An. 1576.

PENCINUS (Innoc.) in Geneſin & Exodū, Venet. An. 1620. fol. commentatus eſt.

PENDASIUS (Frid.) Mantuanus, Anno 1603. obiit. Bononiæ philoſophiam profeſſus eſt. Paravit cenſuram phyſicæ auditionis.

PENIA (Franc.) collegit deciſiones S. Rotæ, Anno 1648. Vid. *Sauſſay pag. 168.*

PENIA (Henr.) An. 1514. claruit. Deſcripſit res à Sophi Rege Perſarum geſtas adverſus Turcas.

PENIA (Joh.) Gallus, An. 1558. mortuus eſt. Euclidis monumenta plurima, non antea viſa, latinitate donavit & explicuit, catoptrica imprimis, in quorum præfatione de uſu cylindrici ſpeculi multa dictu vix credibilia doctiſſimè demonſtravit. Vid. *Thuanus l. 21.*

PENINUS, librum de vanitate mundi, Lugd. An. 1668. exaravit.

PENNAFIEL (Alfonſus) Peruanus, Anno 1630. claruit & curſum philoſophicum condidit. Vid. *Alegambe, pag. 19.*

PENNAFIEL (Leonh.) Peruanus, Alfonſi frater, duos tomos de uno DEO, An. 1665. publicavit. Videatur *Alegambe, pag. 305.*

de PENNAFORTI (Raym.) An. 1265. obiit. A Clemente IIX. An. 1601. inter Sanctos relatus eſt. Compoſuit quinque libros decretalium. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. de S. E. pag. 280. Olearius, pag. 399. Biſſelius in 1. ſeptennio, pag. 36.* Quære, RAYMUNDUS.

de PENNALOSA (Ambroſ.) Mondejarenſis, An. 1640. claruit. Edidit vindicias Deiparæ Virginis à peccato originali. Item, tractatum de Chriſti & Spiritus S. divinitate contra Judæos, Photinum, Socinum, & Eniedinum, An. 1635. Vid. *Alegambe, pag. 24.*

PENNEQUIN (Pet.) Inſulenſis, Anno 1640. floruit. Struxit iſagogen ad amorem divinum, Anno 1662. Vid. *Alegambe, pag. 394.*

PENNIUS (Thom.) Anglus, tractavit de inſectis.

PENNOTUS (Gabr.) Novarienſis, elaboravit hiſtoriam tripartitam Clericorum canonicorum ordinis, teſte *Nicio Erythræo part. 2. Pinacoth. pag. 169*: item, propugnaculum humanæ libertatis, fol.

PENOTUS (Bernh. Georg.) Aquitanus, ſtudio chryſopœjas ad incitas redactus eſt. Scripſit de vera præparatione & uſu medicamentorum chymicorum, A. 1608. Extat ejuſdem tract. de denario medico.

PENSA (Joh. Maria) ord. Carm. monachus, tractatum de illuſtribus Carmelitis conventus Mantuani publicavit, An. 1618.

PENSABENIUS (Chriſt.) JCtus, Anno 1382. claruit. Condidit conſtitutiones recentiores totius archiconfraternitatis S. Mariæ de morte. Vid. *Bumaldus, pag. 51.*

PENSONIUS (Franc.) de beneficiis eccleſiaſticis, Pariſ. Anno 1654. tractare cœpit.

PENTADIUS, veterum poëtarum non poſtremus dicitur *Caſp. Barthio ad Claudian. pag. 629.*

PEPAGOMENUS (Demetrius) *Πεπαγώμενος*, medicus, ſcripſit de arthritide. Liber prodiit Pariſiis, An. 1558. item, Audomari, An. 1619.

PEPINUS (Guilh.) Gallus, An. 1527. obiit. Erat concionator facundus & cui parem temporibus illis Gallica l[illegible] non habuit. Compoſuit conciones in Geneſin, Exodum & ſeptem Pſalmos pœ[illegible]tentiales. Opera ejus omnia An. 1656. Antverpiæ prodierunt 9. tomis.

PEPPUS, An. 980. floruit. Juris g[illegible]orum primus eſſe & Irnerio viam [illegible]viſſe traditur. Vid. *Bumaldus, pag. 1[illegible]7.*

de PEPULIS (Tadæus) JCtus, An. 1[illegible]7. obiit. Bononienſibus leges [illegible]uit. V[illegible]. *Panzirolus in JCt. 2, 63.*

PERA (Ermengildus) Forolivi[illegible]ſis, medicus Patavinus, h. t. claret. V[illegible] *[illegible]r. Letus in Ital. regn. pag. 331.*

de PERA (Georg.) Byzantin[illegible] quæſtiones in metaphyſicam [illegible] *addingus in S. O. M. pag. 145.*

PERALDUS (Guilh.) Gallus, vi[illegible] Anno 1492. teſte *Trithemio*. Scripſit [illegible]am virtutum & vitiorum, quæ An[illegible] 1629. in lucem prodire cœpit. Quid [illegible] dum epiſcopum Lugdunenſem [illegible]t. Vid. *Olearius in Abaco p. 194.*

PERALES (Chriſt.) edidit vi[illegible] S. Bernhardi, 5. libris diſtinctam, V[illegible]eti, A. 1601.

PERALTA (Pet.) Hiſp. in tr[illegible] de Legatis, A. 1582. commentatu[illegible] eſt.

de PERAMATO (Pet.) tracta[illegible]co-chymia, Ann. 1576.

PERARDUS (Jac.) Gallus, A[illegible] vixit. Scripſit Pacificum a[illegible] & parochos. Vid. *Alegambe, [illegible]*

PERAZZUS (Joh. Bened.) e[illegible] res Apollinis floſculos, V[illegible] A. 1665.

PERBONUS (Hieronym.) [illegible] *no vol. 1. pag. 124.* inter viros claros [illegible].

PERCENNIUS (Manius) N[illegible], à *Catone de re ruſtica cap. 151.* c[illegible].

PERDICCAS, *Περδίκκας*, prot[illegible] phelinus, ſcr. de ſitu & d[illegible] Hieroſolymitanæ urbis. Extat [illegible] *Leonis Allatii.*

PERDULCIS (Barthol.) Pa[illegible] vulgavit univerſam medicinam, An. 16[illegible].

PEREDA (Pet. Paulus) fecit [illegible] in *Mich. Joh. Paſchali* methodum [illegible], A. 1587.

de PEREFIXE (Harduinus) ado[illegible]inſtitutionem principis, An. 164[illegible].

PEREGRINUS, Bononienſis, A[illegible]9. floruit.

floruit. Struxit chronicon ord. Franciſcan. Vid. *Olearius. pag. 361.*

PEREGRINUS (Alex.) Capuanus, JCtus, Anno 1628. claruit. Scripſit de privilegiis clericorum regularium: item, de duello.

PEREGRINUS (Barth.) Bergomas, Anno 1591. obiit. De antiquis Bergomi monumentis diſſeruit.

PEREGRINUS (Camillus) Campanus, Alexandri filius, edidit hiſtoriam Longobardicam, An. 1643.

PEREGRINUS (Conſtant.) condidit theatrum principum Vet. & Novi Teſtamenti, An. 1627.

PEREGRINUS (Franc. Arioſtus) medicus Italus, tractatum reliquit de petrelæ. MS. habuit *Joh. Rhodius.*

PEREGRINUS (Freder.) An. 1550. floruit. Pſalmos pœnitentiales commentario dilucidavit.

PEREGRINUS (J.B.) medicus, Anno 1[illegible]2. vixit. Scripſit de ratione cognoſcendi ſigna & cauſas morborum.

PEREGRINUS (Lælius) tractavit de mo[illegible], Romæ, An. 1600.

PEREGRINUS (M.Ant.) JCtus, natus eſt An. 1530: obiit An. 1618. Contexuit 8. libros de jure fiſci: ſex volumina conſiliorum: tractatum de pactis & conventionibus. Videatur *Thomaſinus T. 1. elog. pag. [illegible]77.*

PEREGRINUS (Matth.) JCtus, An. 1620. floruit. Vid. *Bumaldus pag. 165.*

PEREGRINUS (P.) Gallus, de magnete commentatus eſt Anno 1558. Vide, TAISNERUS.

PEREGRINUS (Pomp.) medicus, Anno 1[illegible]19. claruit. Reliquit librum de nobilitate medicinæ.

PEREIRA (Barth.) Luſitanus, An. 1630. floruit. Adornavit 12. libros de perſecutione Japonica: item, 12. libros Paciecidos vel poëma de morte Fr. Pacieci, provincialis in Japonia: comm. in Tobiam. Vid. *Alegambe pag. 57.*

PEREIRA (Bened.) Valentinus. Vide, PERERIUS.

PEREIRA (Bened.) alter, Luſitanus, An. [illegible]0. claruit. Compoſuit comment. in Horatium duobus tomis: librum de moribus omnium gentium, tam veterium quam recentibus: librum problematum, qui inſcribitur Pallas togata & armata. Vid. *Alegambe, pag. 61.*

PEREIRA (Georg. Gomezius) Methymna Duellenſis, Hiſp. homo acutus & doctus, bruta ſenſu prædita eſſe, opere operoſo & 30. annis elaborato, cui titulus, *Antoniana Margarita*, oſtendere conatus eſt. Ex eo omnia *Carteſium* hauſiſſe, quæ de brutorum anima commentatus eſt, *Olaus Borrichius in epiſtola quadam* aff. Vid. *Voſſius in Theol. Gentil. pag. 934. Hallerv. in B.C. pag. 103.*

PEREIRA (Hieron.) Luſitanus, obiit An. 1578. Tractavit de ſacramentis & Chriſti reſurrectione. Vid. *Schottus in B. H. pag. 241.*

PERELLUS (Franc.) tractatum de febribus intermittentibus, A. 1597. confecit.

PERELLUS (Joh.) Gallus, An. 1535. claruit. Gazæ librum de menſibus Atticis latinè tranſtulit. Vid. *Simlerus.*

PERENOTTUS (Nicol.) JCtus, de teſtibus commentari inſtituit, An. 1606.

PERERIUS (Bened.) Valentinus, Anno 1610. ætatis 75 obiit. Elaboravit comm. in Geneſin & Danielem: tomos quatuor diſpp. in Geneſin: tomum unum diſpp. in Exodum: tomos 2. diſpp. in epiſtolam ad Romanos, & tres tomos in Apocalypſin. Extant etiam 15. libri ejus phyſicorum. Videatur *Alegambe, pag. 60.*

PERERIUS (Guilh.) Toloſanus, condidit carmina. Vid. *Tomus. 3. Del. Gall. pag. 172.* Quære, PERRERIUS.

PERESIUS (Jac.) concinnavit 8. libros de ratione concionandi, Antverp. Anno 1598.

PERESIUS (Mart.) tractavit de Trinitate, An. 1639: item, de incarnatione, pœnitentia & matrimonio.

PERESIUS (Seb.) Hiſp. in librum de anima, Salam. Anno 1564. commentatus eſt.

PEREZ (Ant.) Cantaber, JCtus, ſcripſit in 12. libros Codicis Juſtiniani Imp. An. 1653. Extat ejuſdem jus publicum, An. 1668.

PEREZ (Chriſt.) de Herrera, Madritenſis, medicus, edidit clypeum puerorum ſive de ſanitate eorum tuenda, Pinciæ, An. 1604.

PEREZ (Didacus) de Salamanca, JCtus, ſtruxit 2. tomos commentariorum in 4. libros ordinationum regni Caſtellæ, Anno 1574. fol. Videatur *Schottus in B.H. pag. 463.*

PEREZ (Jac.) de Valentia, An. 1491. obiit. Scripſit in Pſalmos & cantica.

PEREZ (Ildefonſ.) JCtus. Vide, LARA.

PEREZ (Mich.) de Heredia, Aragonenſis, An. 1626. claruit. Reliquit librum unum concionum quadragefimalium: tomum concionum de Sanctis: librum de fuga B. Virginis in Ægyptum.

PERGAMINUS (Jac.) Foroſempronienſis, *Obilino vol. 1. pag. 74.* memoratur.

de PERGAMO (Alb.) ſcripſit de propoſitionibus.

de PERGAMO (Phil.) ord. Bened. monachus, exaravit expoſitionem in ſententias morales Catonis. Claruit Anno 1400.

PERGULENSIS (Paulus) edidit logicam, Venet. An. 1498.

PERIANDER, Περίανδρος, unus è ſeptem Græciæ ſapientibus, Olympiade XLVI. claruit & Corinthi tyrannidem 44. annis obtinuit, ceu *Ariſtoteles, polit. 5. 12.* teſtatur. Scripſit elegias. Unde *Athenæus* ἐλεγειακὸν appellat.

PERIANDER (Ægid.) Bruxellenſis, compoſ. elogia doctorum virorum, Anno 1567. Carmina ejus comparent *T. 5. Del. pag. 800.*

PERICLES, Περικλῆς, Athenienſis, ob facundiam Ὀλύμπιος, i. e. cœleſtis dictus eſt. Πρῶτος γραπτὸν λόγον ἐν δικαστηρίῳ εἶπεν, i. e. primus ſcriptam orationem in judicio habuit, inquit *Suidas.* Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag 67.*

du PERRIR (Carol.) exaravit carmen de machina Mommoriana.

PERIERIUS (Thom.) Pariſienſ. edidit lexicon Arabicum, teſte *Colomeſio in G. O. pag. 261.*

PERIGENES, Περιγένης, ἐν τῷ περὶ χαλκιδικῆς citatur à *Scholiaſte Apollonii, pag. 218.*

de PERIGLIS (Baldus) JCtus, de relaxatione carceratorum commentatus eſt.

PERILLIUS (Ang.) Peruſinus, JCtus, An. 1446. obiit. Reliquit opuſculum de ſuitate, & alterum de ſocietate. Vid. *Panzirolus in JCt. 2, 92.*

PERINUS (Leonh.) Lotharingus, natus eſt An. 1567: obiit An. 1637. Vitam S. Nicolai, Myrenſis: item, hilaria Muſſipontana publicavit. Vid. *Alegamb. p. 305.*

PERINUS (Paſchal.) Bergomas, Anno 1512. obiit. Cond[illegible] 7. libros de ſeptem vitiis capitalibus.

PERIONIUS (Joach.) Cormeriacenſis, An. 1559. humanis valedixit. Magna illi pro Ariſtotele contentio fuit cum *Petro Ramo.* Ariſtotelem latino ſermone expreſſit; in quo exprimendo magis elegantioris ſtili, quàm veri rationem, Ciceroni addictior, habuit [illegible] orum cenſuras graviſſimas expertus eſt. Tranſtulit in lat. ſermonē 10. lib. Ariſtotelis de moribus ad Nicomachum, [illegible] & commentariis illuſtravit: in q[illegible] de optima imitandi ratione ac [illegible] vertendis conjungendisque Græci[illegible] cum latinis præcepta traduntur. [illegible] libros politicorum Ariſtotelis [illegible] m latinitate donavit. Vid. *Thuanus, l.* [illegible]

PERISTERUS (Wenc. Georg [illegible] diſp. inter ethnicum, Judæum [illegible] ſtianum de Chriſto DEO hom[illegible].

PERITUS, Περῖτος, epigramma [illegible] in imaginem Priapi, quod ſervat [illegible] *b. Gr. epigr. l. 4 c. 12. pag. 198.*

PERIZONIUS (Ant.) ſcripſ. de ra[illegible] dii theologici, Daventriæ, An 16[illegible].

PERIZZONIUS (Chriſt.) Lip[illegible] natus eſt An. 1609: obiit An. 16[illegible] cinæ profeſſionem Gron[illegible] eſt. Vid. *Autor vitarum prof.* [illegible] *pag. 220.*

PERKINSUS (Guilh.) Va[illegible], theologus reformatæ religion[illegible] 1602. obiit. Dexteram ma[illegible] lam & ad ſcribendum inep[illegible]. Nihilominus ſiniſtra manu [illegible] mina conſcripſit, inter quæ e[illegible] licus reformatus: œcon[illegible] ana: Baſcarologia ſive de [illegible] ca tractatio. Opera ejus [illegible] tribus voluminibus.

PERLA (Fr.) Calvienſis, d[illegible] de orientali opoballamo, [illegible] confectione adhibito, Romæ [illegible] vulgari fecit.

PERLASCHA (Alex) ſcr. de [illegible] Johannis Auſtriaci, An 1657

PERLINUS (Hieron.) hiſtoriam [illegible], Romæ, Anno 1604. [illegible] etiam ejus tract. de alexeteri[illegible] pharmacis, An. 1610. excuſus

PERLINUS (Joh.) Madr[illegible]anus, A[illegible] obiit. Adornavit apologiam [illegible] cam, Lugd. An. 1630. Vid. *A*[illegible], *pag. 262.*

PERLITIUS (Greg.) condidit 2. libros threnodiarum contra Turcam, A. 1597.

PERNERUS (Mich.) medicus, emiſit conſilium antipodagricum, Anno 1636. in 4.

PERNUMIA (Joh. Paul.) Patav. edidit therapeuticen ſive rationem medendi affectus omnes præter naturam, Anno 1564.

PEROLS (Dan.) exaravit 3. libros elegiacorum exegematum de gloria filii hominis, An. 1624.

PERONDINUS (Pet.) vitam Tamerlanis, An. 1553. ſtilo expreſſit.

PERONNET (Dionyſ.) ſermones dominicales 2. tomis complexus eſt, Anno 1594.

PEROTTEUS (Dam.) edidit annulum [illegible]rrivirginalem, Pariſ. An. 1654. in 4.

PEROTTUS (Æmil.) JCtus, in legem [illegible]llus, digeſt. de lib. & poſt. commentatus eſt.

PEROTTUS (Nicol.) Saxoferratenſis, An. 1460. claruit. *Jovius in elogiis num.* [illegible] Sentinum (inquit) Umbriæ opidum, cui hodiè Saxoferrato nomen eſt, *Bar-*[illegible] JCto nobile, ſecundam à Nic. Perotto claritatem accepit. Romæ Græcas [illegible]s pertinaci ſtudio conſectatus [illegible]; Beſſarione, generoſo Mecœnate, [illegible] eo exactè feliciterq; profecit, ut ab eo Polybius, graviſſimus hiſtoriarum ſcriptor, latinitate donaretur. Non defuere tamen ex æmulis, qui ejus autoris [illegible]onem antiquiſſimam fuiſſe furtoque ſurreptam exiſtimarint, quòd Thucydidem, Diodorum, Plutarchum & Appianum, clariſſimo ingeniorum certamine converſos, unus Polybius [illegible] egia fide latinus æquabili & prædulci [illegible]ani ſermonis puritate prorſus antecedat. *Hæc ille.* Confer *Caſaubonum in Polyb. pag. 115.* Compoſuit quoque comment. in Martialem, quem *Cornucopiæ* appellavit. Tandem epiſcopus Sipontinus creatus eſt. Exceſſit è vita ſenex apud Sentinum, in villa peramœna, [illegible]m à pingui otio Fugicuriam appella[illegible]. *Caſaubonus* ita alicubi de eo judicat: Erat in hoc viro non vulgaris induſtria in Græcis ita vertendis (quæ quidem in [illegible]eret) ut nullum perſæpè Græci [illegible]tis in latina ejus verſione veſtigium appareret, quam interdum opus [illegible] e *αὐτοφυὴς* dicas, non alieni interpretationem. Vid. *Autor dialogi de L. L. reparat. pag. 400. Borremanſius, pag. 116. Quenſtad. pag. 344.*

PEROTTUS (Tarquin.) inter viros literis claros refertur à *Leone Allatio in A. U. pag. 246.*

de PERPINIANO (Guido) Catalanus, Anno 1340. claruit. Reliquit concordiam evangelicam, cum opere de hæreſibus. Utrumque opus Coloniæ prodiit An. 1631. fol.

PERPINIANUS (Pet. Joh.) Valentinus, Anno 1566. deceſſit. Condidit orationes: hiſtoriam Eliſabetæ, Luſitaniæ reginæ: tractatum de ſecretario. Vid. *Alegambe, pag. 383.*

PERRÆUS (Steph.) JCtus, collegit edicta prætoria, Pariſ. An. 1554.

PERRERIUS (Guil.) Tholoſas, moroſophiam centum latinis & totidem Gallicis tetraſtichis expresſit, teſte *Minoë in Alciat. embl. pag. 14.* Vide, PERERIUS.

PERRONIUS (Jac.) Cardinalis, natus eſt An. 1556: obiit An. 1618. Scripta ejus *Sauſſay pag. 203.* recenſet.

PERRINUS (Joh. Paul.) compoſuit hiſtoriam Waldenſium tripartitam.

PERRY (Claud.) Cabilonenſis, hiſtoriam urbis Cabilonenſis confecit Anno 1659.

PERSÆUS, Περσαῖος, Citienſis, Stoicus philoſophus, Zenonis ſectator fuit. *Laërtius in Zenone* ejus ὑπομνήματα συμποτικὰ & χρείας ἠθικὰς allegat. Idem Lacedæmoniorum rempub. literis mandavit, autore *Athenæo 4, 8.* Plura ejus ſcripta *Laërtius pag. 459.* enumerat. Vid. *Jonſius in S. H. Ph. 1, 2. Meurſius in Cypro, pag. 167.*

PERSÆUS (Mart.) poëta Cæſareus, Anno 1618. claruit. Exaravit otia poëtica. Vid. *Heideri carmina, part. 2. pag. 368.*

PERSES, Πέρσης, frater Heſiodi, à *Suida* inter ἐποποιοὺς numeratur.

PERSES, poëta, in *Anthol. l. 3. c. 6. & l. 4. c. 12.* inter epigrammatarios adducitur.

PERSES ſcripſit de agricultura, teſte *Varrone & Columella 1, 1.*

PERSICUS (Pamph.) epiſtolas conſtruxit. *Naudæus in B. P. pag. 98.* Elatior eſt (inquit) & à vulgi ſenſibus remotior Pamphilus Perſicus: quem unum eruditione, judicio, facilitate cæteris præferendum, imò vero inſtar omnium habendum eſſe exiſtimo.

PERSICUS (Pet. Anell.) Italus, An. 1600. claruit. Reliquit 3. libros de officio ſacerdotis. Vid. *Alegambe, pag. 370.*

PERSIUS (Aulus) Flaccus, natus eſt Anno Chriſti 34: obiit Anno 62. Patrem habuit *Perſium Flaccum*, matrem *Fuſiam Siſenniam*: præceptores *Rhemmium Palæmonem* grammaticum, *Virginium Flaccum* rhetorem, & *Annaum Cornutum* Stoicæ ſectæ philoſophum. Fuiſſe fertur morum leniſſimorum, verecundiæ virginalis, formæ pulcræ, pius in matrem, frugi atque pudicus. Mox, ut à ſcholis & magiſtris diverterat, lecto *Lucilii* libro 10. vehementer ſatiras componere ſtuduit. cujus libri principium imitatus eſt. Scripſerat etiam in pueritia *Prætextam*, & ὁδοιπορικῶν librum unum, & paucos in ſororem *Thraſeæ Arriæ* matrem verſus, quæ ſe ante virum occiderat. Hæc *Pſeudo-Cornutus*. Perſii Satirici mentionem facit *Quintilianus l. 10. Inſtit. orat.* Multum & veræ gloriæ, quamvis uno libro, Perſius meruit. Et *Martialis, 4. 29.*

Sæpius in libro memoratur Perſius uno,
Quam levis in tota Marſus Amazonide.

In Perſium commentati ſunt *Acron, Autumnus, Bondus, Britannicus, Caſaubonus, Foquelinus, Marcillus, Stellutus*, aliique complures. Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 670.*

PERSIUS (Ant.) philoſophus & JCtus, edidit tractatum novarum poſitionum in rhetoricis, dialecticis, ethicis, jure civili, jure pontificio adverſus *Ariſtotelem*, Venet. An. 1575.

PERSIUS (Aſcanius) ſuſcepit defenſionem Criticorum adv. *Petrellæ* logicam, Bonon. An. 1587. Vid. *Rhodius in Scr. ſuppoſ. pag. 33.*

PERSIUS (Horat.) JCtus, emiſit conſilia, An. 1642.

PERSONA (Chriſtoph.) Romanus, Anno 1486. peſte obiit. Græcam linguam in ipſa Græcia didicit. Procopium & Agathiam ex Græco in latinum convertit. Nonnulli *Porſenam* appellant. Vid. *Jovius in Elog. num. 116.*

PERSONA (Gobelinus.) Vide, GOBELINUS.

PERSONA (J. Bapt.) Bergomas, Anno 1613. claruit. Edidit noctes ſolitarias, ſive de iis, quæ ſcripta ſunt ab Homero in Odyſſea: in quibus præter non pauca theologica multa etiam phyſica, metaphyſica ethica, medica geometrica, aſtronomica, & phyſiogo[illegible] tractantur: item, tractatum, cur fil[illegible] ſ[illegible]les reddantur parentibus. Vid. *Donat[illegible]s Calvus in Bergomat. pag. 232.*

PERSONA (Lud.) Witebergenſis, JCtus, non incelebris fuiſſe fertur.

PERSONALIS (Ach.) de adipiſc[illegible]nda poſſeſſione, A. 1596. commentat[illegible] eſt.

PERSONALIS (Fr.) JCtus, c[illegible]ntexuit coronam quæſtionum juridicarum.

PERSONIUS (Rob.) Somerſet[illegible]ſis, Anglus, An. 1610. obiit. Scripſit [illegible] ſacris alienis non adeundis. Vid. [illegible], *pag. 412.*

PERSTENIUS (Andr.) in 4. l'br[illegible]les, An. 1605. nonnulla medicam[illegible].

PERTUCHIUS (Juſt.) condidit c[illegible]ronicon Portenſe, An. 1612.

PERUSCHUS (J. Bapt.) regis M[illegible], Mogunt. An. 1598. literis c[illegible]vit.

PERUSINUS (Paulus) aliter *Th[illegible]ius* dictus, aliquot annis *Boccatio* [illegible]ior fuit. Collegit fabulas Græc[illegible] & latinorum de Diis, operam præ[illegible]nte *Barlaamo*, Cæſarienſi monacho, t[illegible] *B[illegible]tio de geneal. Deor. 15, 6.* V[illegible] *[illegible] artibus ad 9. librum Theb. Papinii pag.* [illegible].

de PERUSIO (Ang.) Baldi frate[illegible], JCtus, ſcripſit de teſtibus & ſyndica[illegible].

de PERUSIO (Caſp.) tractavi[illegible] beneficiorum reſervatione.

PERUZZIUS (Ang.) JCtus, [illegible] 569. floruit. Vid. *Bumaldu[illegible] pa[illegible]*.

PESANTIUS (Alex.) in T[illegible]mmentatus eſt, Colon. An [illegible].

PESCENNIUS Feſtus, [illegible] hiſtoriarum per ſatiram, *Lact[illegible]* 21. allegatur. Hiſtorias per [illegible]m Græci vocant παιδικὰς ἱστορίας [illegible].

de PESCHWITZ (Gotho.) [illegible] de repreſſaliis, Anno 1660.

PESENTUS (Eliſæ[illegible]s) Ber[illegible], natus eſt Anno 1564. Erat h[illegible]c doctus. Edidit Sal Eliſæi, in 4. [illegible]ctum: item, favum me[illegible] ex flo[illegible]tis horti clauſi. Vid. *Donatus C[illegible]*, *pag. 122.*

PESENTUS (Joh. Paulus) B[illegible] natus An. 1579. ob[illegible]t An. [illegible] [illegible]quit iter Hieroſolymitanum. V[illegible], *pag. 262.*

les PESSIER (Joh.) Tornacenſis, natus eſt An. 1596. Adornavit 3. orationes de Luna, quarum 1. eſt: ſitne Luna orbis habitabilis? 2. Sintne in luna montes & cavitates? 3. Qualis ſit lunaris regio, quæ dierum & noctium vices, quales incolæ & animalia? Vid. *Alegambe, pag.* 263.

PESSINA (Th. Joh.) edidit phoſphorum ſepticornem de gloria & majeſtate eccleſiæ S. Viti Pragenſis, Pragæ Anno 1673. in 4.

PESTALUCIUS (Cæſ.) JCtus, ſcripſit de adulteriis coërcendis, Baſil. An. 1626.

PETANTIUS (Felix) An. 1480. claruit. Edidit tractatum, quibus itineribus Turci ſint aggrediendi: item, genealogias Turcicas.

PETAVIUS (Dionyſ.) Aurelianenſis, celebris Jeſuita, An. 1652. obiit. Erat inſignis philologus, hiſtoricus & theologus. Emiſit 13. libros de doctrina temporum, quos duobus tomis complexus eſt: item, rationarium temporum. Compoſuit etiam ingens opus de dogmatibus theologicis, quinq; tomis conſtans. Syneſii, Themiſtii, Epiphanii, Juliani, aliorumque opera latinè tranſtulit & utiliſſimis notis illuſtravit. Extat ejuſdem paraphraſis Pſalmorum Græcis verſibus expreſſa: item, lyrica, &c. *Claud. Salmaſius* eum *Cercoctium* ſalutare ſolebat. Vid. *Colomeſius in O.O. pag.* 217. *Alegambe, pag.* 98.

PETAVIUS (Paulus) Aurelianenſis, edidit *γνώρισμα* veterum nummorum; Pariſ. An. 1610: diſſertationem de epocha annorum incarnationis Chriſti, An. 1607: ſyntagma de Nithardo, Caroli M. nepote, &c.

PETEESIUS, medicus, à *Dioſcoride l.* 5. *c.* 114. alleg. tur.

PETELLIDES, Πετηλλίδης, Gnoſius, hiſtoriarum ſcriptor, ab *Hygino in aſtronomico poetico*, quo loco de arctophylace tradit, allegatur. Vid. *Meurſius in Creta, pag.* 242.

PETERSDORFIUS (Chr.) exaravit itinerarium ſacrum, An. 1582.

PETERSEN (Joh.) ſtruxit chronicon Holſatiæ, An. 1599. fol.

PETERSEN (Joh. Wilh.) edidit *Luciani Δια ἐλεγχόμενον*, An. 1674. in 4.

PETIANUS (Cyllenius) Πετιανός. Vide, CYLLENIUS.

de PETIGIANIS (Franc.) emiſit commentaria ſcholaſtica in Geneſin, Anno 1616.

PETILIUS (M. Ant.) Montecorvinas, JCtus, compoſ. libros decem de exterioris principis munere, An. 1620. Vitam ejus deſcripſit *Nicius Erythræus l.* 2. *Pinacoth. num.* 14.

de PETIT (Claud.) tractavit de ſpiritibus creatis, Pariſ. An. 1641.

PETITÆUS (Anton.) Ambianus, exaravit criſemerologion, An 1566.

PETITUS (Petr.) medicus Pariſ. ante paucos annos claruit. Scripſit de motu animalium ſpontaneo, An. 1660: de lucis & ignis natura: de extenſione animæ, An. 1665: de nova *Renati Carteſii* philoſophia, An. 1670.

PETITUS (Samuel) Nemauſenſis, Anno 1642. flor. Reliquit variarum lectionum 4. libros: commentarium in leges Atticas: miſcellaneorum libros 9: obſervationum libros tres: eclogas chronologicas: diatriben de edictis principum, &c. Vid. *Colomeſius in Gall. orient. pag.* 170. Fertur, eum Copticæ linguæ admodum fuiſſe peritum: *Reineſius in Var. lect.* 1, 25. honorificè ejus meminit.

PETOSIRIS, Πετόσιρις, Ægyptius philoſophus, ſcripſit aſtrologica: librum de Ægyptiorum myſteriis: & quomodo Græci & Ægyptii deorum delectus inſtituerint. Meminit ejus *Juvenalis in Sat. Plinius* 2, 23. & 7, 49. Vid. *Suidas & Marſamus in chronolog. pag.* 477.

de PETRA (Ant.) JCtus, de jure quæſito commentatus eſt, Venet. An. 1600.

de PETRA Sancta (Gerh.) collegit ſingularia ex utroque jure; Pariſ. Anno 1512.

de PETRA (Guilh.) Lauſannæ Græcam linguam docuit Anno 1612. Longinum latinè tranſtulit.

de PETRA (Herm.) Santdorpius, Anno 1428. obiit. Conſcripſit quinquaginta ſermones in orationem Dominicam, qui prodierunt An. eodem.

de PETRA (Pet. Ant.) JCtus, tractavit de poteſtate Principis, An. 1610: item, de fideicommiſſis.

de PETRA ficta (Sebaſt.) ſcripſ. de uſu externorum ſenſuum, An. 1594.

PETRA Sancta (Silveſt.) An. 1646. obiit. Extat ejus tract. de teſſeris gentilitiis & ſymbolis heroicis: alius de metaphoris Bibliorum: verbero Calvinianus. Vid. *Nicius Erythr. pag. 3. Pinacoth. num. 73. Alegambe, pag. 421.*

PETRACCIUS (Barth.) Mamertinus Siculus, Anno 1622. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 57.*

PETRADOLPHUS (Ivarius) emiſit medullam oratoriam, An. 1662.

PETRÆUS (Andr.) profeſſor Hafn. An. 1673. claruit. Scripſit de anno: horis: diebus: ſeptimana, &c. item, arborem conſanguinitatis & affinitatis. Videatur *Bartholinus* in *Danis, pag. 7.*

PETRÆUS (Henr.) exaravit *nomologiam* harmonicam, dogmaticam & Hermeticam, An. 1615.

PETRÆUS (Nicol.) Aurileſienſis, natus eſt Anno 1601: obiit Anno 1634. Erat Græcè & hebraicè doctiſſimus. Struxit lexicon hebraicum: animadverſiones in Galatinum, &c. Videantur *Vindingius in R. H. pag. 310. Bartholinus in Danis, pag. 109.*

PETRÆUS (Sever.) Calinburgius, natus eſt An. 1607: obiit An. 1657. Erat Græcè & hebraicè callentiſſimus. Emiſit hebr. grammaticam: item, ſynopſin Græcæ grammat. Vid. *Vinding. in R. Hafn. pag. 375. Bartholinus in Danis pag. 132.*

PETRÆUS (Theod.) prophetiam Jonæ ex Æthiopico in latinum vertit notisq; illuſtravit. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 136.*

PETRAMELLARIUS (Jac.) medicus, An. 1496. floruit.

PETRAMELLARIUS (Joh. Ant.) Onuphrium continuavit, Bonon. Anno 1599.

PETRARCHA (Franc.) natus eſt Anno 1304: obiit An. 1374. ceu conſtat ex ejus *epitaphio. Jacobus Bergomenſis* cœleſtem virum appellat. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 155.* Refloreſcentis eloquentiæ (inquit) princeps apud Italos videtur fuiſſe Fr. Petrarcha, ſuæ ætatis celebris & magnus, nunc vix eſt in manibus: ingenium ardens, magna rerum cognitio, nec mediocris eloquenti vis. Atq; eſt, ubi deſideres in eo linguæ latinæ peritiam, & tota dictio reſipit ſeculi prioris horrorem. *Hæc ille.* Scripſit epiſtolas, carmina, novem libros de bello Punico & alia. Opera ejus *Bellarminus* in *catal. eccleſ. ſcript. pag. 176.* recenſet. De Petrarcha prolixè agit *Thomaſinus* in peculiari libro, quem inſcripſit *Petrarcham redivivum. Epitaphium* ejus tale circumfertur:

Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrachæ.
Suſcipe, Virgo parens, animam [illegible] ſato virgine, parce.
Feſſaq; jam terris cœli requieſcat in arce.

Vid. *Boccacius in Geneal. Deor. præfat.* item, *l. 14. c. 10. & 19. l. 15. c. 6. B[illegible]megg. in idolo Laurent. pag. 120. Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 192.*

PETREJUS (Joh.) Toletan[illegible]s, apud Complutenſes eloquentiæ pr[illegible]feſſor, tempore Caroli V. floruit. P[illegible]t rhetoricæ progymnaſmata & ſch[illegible] in Senecæ declamationes. Extat e[illegible]dem heroicum poëma Magdalena q[illegible]tuor libris.

PETREIUS (Pet.) Upſal. Anno 1614. claruit. Condidit 4. libros rerum [illegible]citarum: item, chronicon rerum M[illegible]viticarum. Vid. *Scheferus in U[illegible]lia, pag. 400.*

PETREIUS (Roland.) JCtus, [illegible] An. 1564. comment. in epiſtolas [illegible] ad Quintum fratrem de ratione [illegible] gerendæ provinciæ, Pariſ. in 4.

PETREIUS (Sufrid.) Leova[illegible]dienſis, JCtus, natus eſt An. 1527: o[illegible] Anno 1597. Athenagoræ legati[illegible]em pro Chriſtianis latinè tranſtulit [illegible]oque & laborioſo commentario [illegible]ſtravit. Friſiæ etiam hiſtoriam ſtilo [illegible]. Vid. *Zeillerus part. de hiſt. pag. 176.*

PETREIUS (Theod.) Tranſ[illegible]s, An. 1610. floruit. Collegit b[illegible]thecam Carthuſianam: catalogum hæreticorum, &c. Hiſtoriam Jonæ verſ[illegible] heroico expreſſit. Vid. *Swerti[illegible]s [illegible] 90.*

PETRELLA (Bernhardinus) p[illegible]phus Patavinus, An. 1576. claru[illegible] [illegible]cit 7. libros diſpp. logicarum, An. 15[illegible]1.

PETRELLUS (Eug.) tractat. de [illegible]ticibus, floribus & fructibus in oc[illegible]ntalibus Indiis naſcentibus, Colon. Anno 1610. typis tradidit.

PETRI (Frid.) pro Chemnitio [illegible]ra *Danæum* Anno 1585. ſcriptis dim[illegible]vi[illegible].

PETRI (Laur.) Suecus Luth[illegible]cipulus, S. Biblia in linguam Suecicam tranſtulit

ſtulit, & dialogos de ceremoniis eccleſiæ utilibus compoſuit, teſte *Micrælio*.

PETRI (Olaus) frater Laurentii, paſtor Holmenſis, fidem Lutheranam variis ſcriptis defendit.

PETRI (Sebaſt.) Amſtelrodamenſis, An. 1533. floruit. Struxit Catthuſiaſticon, 4. diſtinctum elogiis, teſte *Swertio*.

a PETRICA (Angelus) à Sonnino, edidit librum, cujus inſcriptio, Turris David, Romæ, Anno 1647: item, tract. de nobilitate, An. 1659. Vid. *Feblav. ad Angelum, in præfat. lit. N. Waddingus in S.O. M. pag. 26.*

PETRICHUS, Πέτριχος, ἐν Ὀφιακοῖς allegatur à *Scholiaſte Nicandri*, *pag.* 37. 41.

PETRICIUS (Sebaſt.) Pilſnenſis, Anno 1583. vixit. Struxit varia epigrammata. Politica Ariſtotelis in Polonicum ſermonem vertit. Vid. *Starovolſcius pag.* 103.

PETRIDIUS, Ophiaca ſcripſit, teſte *Plinio* 20, 23. Videtur idem eſſe cum Petricho.

PETRIERIUS (Renatus) Pariſienſis, Orphei opera latinitate donavit. Vid. *Gesnerus.*

PETRIMICHAEL (Cæſar) tractavit de proportione papæ ad concilium, Pariſ. An. 1550.

de PETRIS (Franc.) JCtus Neapolitanus, condidit 3. libros feſtivarum lectionum, Neapol. An. 1622.

de S. PETRO (Anton.) JCtus, Anno 1409. floruit. Scripſit in libr. 1. Decretal.

de S. PETRO (Bapt.) JCtus, Anno 1424. innotuit. In jus civile commentatus eſt.

de S. PETRO (Florianus) JCtus, Anno 1386. vixit. Scripſit in ff.

de PETROGONE (Vincent.) Neapolitanus, edidit duellum literarium inter Neapolitanos medicos agitatum de inteſtinorum phlegmone & hepatis inflammatione, An. 1647.

PETRONIUS Arbiter, tempore Neronis claruit. *Tacitus l.* 16. *Annal.* elegantiæ arbitrum vocat & narrat, ut ſeſe erudito luxu perdiderit. *Alii* nequitiæ arbitrum: item, ſcriptorem puriſſimæ impuritatis appellant. Extat ejus Satiricon, ſed mutilum. Allegatur à *Terentiano Mauro, Servio & Macrobio.* De eo ita *Salmaſius in præfat. ad Ampelium:* Conſervatus eſt elegantiorum nequitiarum curioſis Petronius Arbiter. Quod enim ex ejus Satirico habemus, mera excerpta ſunt alicujus ſtudioſi, qui, quæ ad guſtum ſuum in illo autore invenerat, eodem quo opus legebat ordine adverſariis ſuis commendavit. Qui putant, à monachis ſic eviratum eſſe, vehementer errant. Qualis hæc caſtratio foret, quæ reſectis à reliquo corpore membris, vel potius ipſo corpore abjecto, ſolas pudendas partes reliquiſſe videatur? Certè, quæ deſiderantur, vix videri poſſunt ſalaciora ac nequiora fuiſſe his, quæ relicta ſunt. Imo iſta nullam procacitatis & protervitatis ὑπερβολὴν vel ipſis lenonibus uſurpandam reliquam faciunt. Hæc *Salmaſius.* Videantur *Glandorpius in O. R. pag.* 675. *Lotichius part.* 4. *B.P. pag.* 1. In Fragmentum Petronii Traguerienſe *Scheferus, Reineſius & alii* commentati ſunt. *Nicolaum Heinſium* quoque novam Petronii editionem adornare ajunt, utinam brevi prodituram.

PETRONIUS, Πετρώνιος, medicus, à *Dioſcoride in proœmio ὕλης ἰατρικῆς* inter botanicographos refertur.

PETRONIUS, Bononienſis epiſcopus, vixit tempore Valentiniani III. Collegiſſe fertur S. Patrum apophthegmata. Videantur *Glandorp. pag.* 677. *Bumaldus, pag.* 188.

PETRONIUS, Conſtantinopolitanus, Anno 450. floruit. Vitas Ægyptiorum patrum & monachorum Græcè & Latinè deſcripſiſſe exiſtimatur.

PETRONIUS. Diodotus, medicus, ἀνθολεγόμενα exaravit. Citatur à *Plinio l.* 20. *cap.* 8.

PETRONIUS (Alex. Trojan.) Citacaſtellanus, compoſ. librum de morbo Gallico. Vid. *Linden, pag.* 18.

PETRONIUS (Hyacinthus) edidit dialecticam, Romæ, An. 1609.

PETRONIUS (Læl.) condidit diarium rerum antiquarum urbis Romæ. Videatur *Hallerv. in B.C, pag.* 228.

PETRONIUS (Rich.) Senenſ. JCtus, An. 1311. vixit. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 2,49.*

PETROSIUS, Anglus, emiſit librum titulo, Vox Spiritus.

PETROWSKI (Caſp.) Polonus, Anno 1612. obiit. Ob memoriæ præſtantiam vulgò *Calepinus* dictus eſt. Concilium Florentinum è Græco in Polonicum tranſtulit. Vid. *Alegambe, pag. 150.*

PETRUCCIUS (Ant.) Bononienſ. Anno 1630. floruit.

PETRUCCIUS (Feder.) Senenſis, JCtus, Anno 1320. claruit. Compoſuit librum de permutatione beneficiorum. Videatur *Guido Panzirolus in JCtis, 3,23.*

PETRUCCIUS (Hier.) inter celebres philologos refertur.

de PETRUCIA (Ant.) JCtus, ſcripſit de effectibus juramentorum, An. 1587.

PETRUS, Πέτρος, Apoſtolus JesuChristi, duas epiſtolas reliquit. *Nonnulli* apocalypſin ei quandam tribuunt. Videatur *Zimmermannus in Analect. menſtr. pag. 459.*

PETRUS, Diaconus, An. Chr. 503. claruit. Exaravit librum de incarnatione & gratia Chriſti ad Fulgentium & alios epiſcopos Africanos. Liber ille inter opera *Fulgentii* reperitur. Videantur *Voſſius in hiſt. Pelag. 1, 22. Olearius in Abaco, pag. 371.*

PETRUS Hiſpanus, An. 1250. vixit. Hunc ſibi magiſtrum olim logicæ ſtudioſi delegerunt, docebaturque Summa ejus in ſcholis.

PETRUS, Ilerdenſis epiſcopus, edidit diverſis ſolennitatibus congruentes ſermones, teſte *Iſidoro in viris Illuſtr. c. 13.*

PETRUS Parvus, Roſæfontanus, Anno 1559. obiit. Semina Lutheranæ doctrinæ primus in Dania ſpargere cœpit. *Pontanus* eum vocat virum elegantis ingenii. Reliquit hiſtoriam Joh. Regis: item, ſcholia in Gnaphei Acolaſtum. Videatur *Vindingius in R. H. pag. 70.*

PETRUS, Patricius, Theſſalonicenſis, temporibus Juſtiniani Imp. claruit. Videatur *Martinus Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 189.*

PETRUS, Pictavienſis, poëta, Anno 1205. obiit. Sequioris temporis non ſpernendus autor dicitur *Caſp. Barthio in Claudian. pag. 599.* Vid. *Olearius in Abaco pag. 375.*

PETRUS, Ravennas, JCtus, collegit libros ſermonum, qui prodierunt Anno 1505. Vid. *Olearius l. 3. pag. 376.*

PETRUS, rhetor, tempore Mauritii Imp. claruit. Scripſit hiſtorias: item, de ſtatu reipublicæ, teſte *Suida.*

PETRUS, Siculus, Anno Chriſti 870. floruit. Condidit hiſtoriam de Manichæorum ortu, progreſſu & occaſu. Ex operâ *Matth. Raderi* primo in lucem prodiit.

PETRUS, Tripolitanus, Anno Chriſto 497. commentarios è ſcriptis S. Auguſtini in epiſtolas Paulinas confecit. Videatur *Caſſiodorus in lect. div. cap. 8. pag. 876.*

PETRUS (Barthol.) Lintrenſis, Brabantus, Anno 1630. obiit. Extant ejus commentarius in acta Apoſtolorum: item, notæ in Vincentii Lirinenſis libellum contra hæreſes.

PETRUS (Corn.) Leydenſis, medicus, An. 1533. claruit. Struxit annotationes in Dioſcoridis l. 4. de herbis.

PETRUS (Cunerus) Zelandus, An. 1580. obiit. Scripſit de gratia, lib. arbitrio, prædeſtinatione, juſtificatione &c. Vid. *Valerius Andr. in Faſtis Lovan. & Sweertius, pag. 200.*

PETRUS (Fr.) Æthiops, edidit Novum Teſtamentum Æthiopicum, Romæ, An. 1541.

PETRUS (G. Chr.) tractavit de carduo benedicto, An. 1669.

PETRUS (Hieron.) Bononienſis, Anno 1626. obiit. Videatur *Chilinus* [illegible] *1. pag. 125.*

PETRUS (Rudolph.) Amſtelrodamenſis compoſuit 4. libros, quibus Chriſti, Spiritus S. verbi DEI & eccleſiæ nomina exornavit.

PETSCHACHERUS (Bened.) ſcripſit de ſacramentis, Anno 1671: item, de reſtitutione.

PETTERUS (Georg.) Cantianus, Anno 1660. obiit. Reliquit expoſitionem in Marcum.

PEUCERUS (Caſp.) natus eſt An. 1525: obiit Anno 1602. Witebergæ medicinam publicè profeſſus eſt. Cùm rebus theologicis ſeſe immiſceret, ob ſuſpicionem Calviniſmi introducendi in carce-

carcerem conjectus eſt, in quo per decennium detentus fuit. Texuit eruditiſſimum commentarium de divinationibus: hypotheſes aſtronomicas, & alia. Hiſtoriam carceris ſui & ex eodem liberationem fusè ipſe perſcripſit, quæ edita eſt Tiguri A. 1615. Meminit ejus *Thuanus l. 127.* Vid. *Rubelius, part. 4. Concil. pag. 643.*

PEUERNAGE (Andr.) Antverp. Anno 1626. obiit. Edidit libellum de immaculata B. Virginis Mariæ conceptione. Vid. *Alegambe, pag. 29.*

PEUTINGERUS (Conr.) patricius Auguſtanus, natus eſt Anno 1465: obiit An. 1547. Condidit ſermones conviviales: epitomen de gentium emigratione: item, tractatum de fortuna. Videantur *Simon Schardius volum. 1. ſcript. Germ. pag. 200. Thuanus l. 3. Minos in Alciat. embl. pag. 29.*

PEXENFELDER (Mich.) edidit apparatum lat. linguæ, An. 1670: item, ethicam ſymbolicam, An 1674 in 4.

PEYRERIUS (Iſaac) Gallus, Præadamitas aſſerere auſus eſt: qua de re tractatum compoſuit An. 1656. Verùm hunc errorem poſtmodum ejuravit. Extat ejus epiſtola, in qua exponit rationes, cur ejurarit dogma de Præadamitis, quæ prodiit Romæ An. 1658. Ejuſdem tractatum de Gronlandia, A. 1647. Pariſiis editum, laudat *Bochartus in Hierozoico l. 3. c. 27.*

de PEYRINIS (Laur.) multa ſcripſit & varia. Opera ejus omnia, tribus tomis diſtincta, Lugduni prodierunt Anno 1668.

PEYRIUS (Jac. Auzdius) Arvernus, An. 1642. obiit. Texuit chronologiam ſanctam, fol.

PEYSSONEL (Joh.) ſcripſit de temporibus humani partus, Lugd An. 1666.

PEZELIUS (Chriſt.) theologus Bremenſis, An. 1604. obiit. Struxit mellificium hiſtoricum. Vid. *Zeillerus part. 2. hiſt. pag. 114.*

PEZZOLUS (Pet. Ant.) Bergomas, edidit librum titulo, Annus ſcientialis, ad inſtar anni ſolennis per theoremata compactus, An. 1590.

PFAFFRADIUS (Caſp.) egit de methodo Calviniſmi in doctrina de S. Cœna, An. 1595. Vide, PAFRADIUS.

PFALERUS (Georg.) Norimbergenſ. natus eſt An. 1550: obiit An. 1584. *Epitaphium* ejus tale erat: M. Georgius Pfalerus, Norimb. diaconus hujus eccleſiæ & profeſſor ſanctæ Hebrææ linguæ in hac celeberrima academia Altdorfina fidelis & diligens, moritur in Chriſto placidè 30. Septemb. An. 1584. ætatis ſuæ 35.

Religio queritur, mea ſpes cadis ergo, Pfalere?

Spes ait: hunc reddet mox tibi ſumma dies.

PFANKUCH (Gerh.) JCtus, tractavit de ſummariſſimo poſſeſſorio, Anno 1666: item, de prohibitis verbalium injuriarum retorſionibus, An. 1673.

PFAUSERUS (Joh. Sebaſt.) theologus & Maximiliani II. Imp. concionator aulicus, natus eſt Anno 1520: obiit An. 1569.

PFAUTZIUS (Joh.) de gramine medico, An. 1656. quædam meditatus eſt.

PFEFFERKORN (Joh.) primò à Judæis ad Papiſtas, hinc ad Judæos relapſus, Halæ Saxonum tandem combuſtus eſt. Compoſuit varia, ex. gr. ſpeculum adhortationis Judaicæ: lib. contra Judæorum uſuras: de Jud. paſchate: de abolendis Judæorum ſcriptis, ad Maximilianum Imp. Vid. *Hoornbeck de Converſ. Judæor. pag. 8. Dietericus part. 1. Ant. Bibl. pag. 173.* Confer *Sleidanum libro 2. comment.*

PFEFFINGERUS (Joh.) Bavarus, natus eſt An. 1494: obiit An. 1573. Lipſiæ Theologiam docuit. Scripſit de miniſterio & adiaphoris; item, hiſtoriam Jesu Chriſti. Vid. *H. Salmuth, ad part. 2. Panciroll. pag. 226.*

PFEIFFER (Auguſt.) Lawenburgo Saxo, hoc tempore claret. Edidit diſſertationem de Targumim, Anno 1665: aliam de feſtis Hebræorum: faſciculum de Talmude & Alcorano: examen Abarbinelis ad Obadiam, An. 1666. librum Judaicum de luſu: diſput. de cognomine Joſephi patriarchæ, Anno 1669.

PFEIL (Fr.) JCtus, emiſit conſilia, Anno 1600.

PFEIL (Joh.) medicus, Anno 1544. obiit. Videatur *Albinus in Chron. Miſnenſi, pag. 348.*

PFEILERUS (Joh. Conr.) Lucernenſis, clavem theologiæ fabricavit.

PFIFFERUS (Rud.) Lucernenſ. lauretum Apollinare, An. 1614. edi curavit.

PFINZING (Melch.) Norimbergenſis, præpoſitus ad D. Sebaldi, autor eſſe fertur hiſtoriæ de rebus geſtis Maximiliani I. Imp. quæ *Theurdanck* inſcribitur. Vid. *Cyr. Spangenberg, part. 2. de Nob. l. 11. cap. 48. Placcius, pag. 91. Hallerv. in B. C. pag. 387.*

PFLACHERUS (Moſes) paſtor Kemptenſis, An. 1589. obiit. Reliquit analyſin S. Scripturæ.

à PFLAUMERN (Joh. Henr.) JCtus, An. 1625. Mercurium Italicum typis tradidit.

PFLUG (Bernh.) JCtus, edidit librum, titulo, Irnerius non errans, An. 1661.

PFLUG (Julius) Numburgenſis epiſcopus, ſcripſit de ordinanda rep. Germaniæ. Librum INTERIM etiam unà cum *Mich. Sidonio* & *Joh. Islebio* conſarcinavit, A. 1548. Vid. *Albinus in Chron. Miſnenſi pag. 357.*

PFLUGERUS (Greg.) vitam *Nic. Friſchlini* calamo expreſſit.

PFOCHENIUS (Sebaſt.) compoſuit libellum de ſtilo Novi Teſtamenti, Anno 1629. In hoc libello hebraiſmos ex N. Teſtam. proſcribere conatus eſt: verùm Pfochenio *Thom. Gatakerus* Anglus, integrum tractatum oppoſuit An. 1648. in 4. in quo ejus ſententia doctiſſimè refutatur.

PFOCHIUS (Nic.) JCtus, tractavit de regalibus, Herbipoli, An. 1617.

PHACELLUS, Φάκελλος, poëta, in *Anth. l. 3. c. 32.* adducitur.

PHÆDIMUS, Φαίδιμος, elegiacus poëta, à *Stephano in* Βισάνθῃ allegatur.

PHÆDRO (Georg.) de Geleinen, ſtruxit Chirurgiam minorem ſive methodum perfectæ omnium ulcerum curationis: librum de balneis Puteolanis: opuſcula jatrochymica quatuor, &c. Vid. *Linden, pag. 209.*

PHÆDON, Φαίδων, Elienſis, primò ſervus erat, deinde ære redemtus, philoſophus factus eſt: qua de re *Agellius 2, 18.* Scripſit ſermones de Socrate. *Suidas* ei Zopyrum, Medium, Simonem, Antimachum, Niciam, Simmiam, Alcibiadem & Critolaum, dialogos ita dictos, tribuit. Confer *Meurſium in Not. ad Heſychium Illuſtr. pag. 211.*

PHÆDRUS, Thrax, Auguſti libertus, tempore Tiberii claruit. Reliquit quinque libros fabularum Æſopicarum verſibus jambicis conſcriptos. Notas in eas ediderunt *Rigaltius, Rittershuſius, Urſinus, Freinshemius, Axenius,* &c. Videatur *Borrichius in cogit. ad Voſſ. pag. 9.*

PHÆDRUS (Thom.) affluentiſſimum eloquentiæ flumen, quo non alius ſuo tempore clarior neque vehementior fuit, Romanæ cathedræ decus & ornamentum dicitur *Pierio Valeriano de Inf. lit. pag. 46.*

PHÆSTUS, Φαῖστος, poëta Græcus, à *Scholiaſte Pindari, Pyth. od. 4.* allegatur & quidem in Λακεδαιμονικοῖς. Alibi tamen in Μακεδονικοῖς ab eodem allegari ſolet. Vid. *Meurſius in Laconicis miſcell. l. 4. cap. ult. pag. 336.*

PHALARIS, Φάλαρις, tyrannus, Olymp. LIV. vixit. Ejus nomine epiſtolæ circumferuntur, quas tamen a *Luciano* conſcriptas eſſe, viri eruditiſſimi ſtatuunt. Videantur *Parrhaſius præfat. in epiſt. Cicer. ad Attic. Billius in formulis, Voſſius, Jac. Capellus in Chronol. ſacr. pag. 249,* &c.

PHANIAS, Φανίας, Ereſſius, peripateticus philoſophus, Ariſtotelis diſcipulus, varia compoſuit. *Diogenes Laërtius* ejus opus περὶ Φυτῶν: περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων: περὶ ποιητῶν Ἐρεσίων allegat. Videantur *Parthenius, cap. 7. Voſſius de nat. log. pag. 70. Caſaubon. in Athen. pag. 105. Jonſius de ſcript. hiſtor. Phil. 1, 15. pag. 84.*

PHANIAS, Lesbius, hiſtoricus, *Plutarcho in Solone & Themiſtocle* commemoratur. Phanias quidam, poëta, *l. 1. Anthol. cap. 40.* citatur.

PHANIAS, ὁ Ποσειδώνιος γραμματεύς, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ποσειδωνείων σχολῶν allegatur à *Laërtio in Zenone, pag. 462.*

PHANOCLES, Φανοκλῆς, poëta, condidit carmen de Ganymedis raptu à Tantalo facto. Ejus verſiculos aliquot habemus apud *Stobæum, Serm. 62.*

PHANOCRITUS, Φανόκριτος, teſte *Dionyſio Halicarnaſſeo,* ἀστικὴν ἀρχαιολογίαν conſtruxit: item, Ἀτθίδα, cujus librum 2. & 7. laudat *Athenæus.*

PANO-

PHANODEMUS, Φανόδημος, Deliaca exaraſſe fertur. Citatur à *Laertio* & *Apollonii Scholiaſte*. Confer *Harpocrationem* in Ἑκάτης νῆσος.

PHANODICUS, Φανόδικος, à *Laërtio in Thalete* allegatur.

PHANUCIUS, à Phanuciis, JCtus, de dote commentatus eſt.

PHAOSPHORUS (Janus) criſin adornavit in *Schenckelium*, Anno 1619.

PHAPANES (Joſeph. Dom.) à Cupertino, edidit ſtillulas Caſtalias, Parmæ, A. 1662.

PHARETRATUS (Mich.) tractavit de nobilitate in honore & precio habenda, An. 1632.

PHARNUCHUS, Φαρνοῦχος, Aſibenius, Perſicam hiſtoriam condidit. Teſtis *Stephanus* in Ἀσβύστα.

PHASGON, Φάσγων, ἐν τῷ περὶ μακροβίων, in libro de longævis allegatur à *Laërtio in Epimenide pag. 79.*

PHASIANINUS (Jac.) Bononienſ. JCtus, An. 1508. claruit. Collegit conſilia.

PHASIANINUS (Phil.) An. 1512. vixit. A quibuſdam *auratus Cycnus* nominatur. Palæphatum & Horapollinem latinè interpretatus eſt.

PHAVORINUS, Φαβωρῖνος, Arelatenſis, philoſophus, tempore Hadriani Imp. floruit. Si *Suidæ* credimus, ἀνδρόγυνος erat: ſi *aliis*, eunuchus. Ipſe tria hæc in ſe miranda eſſe dicebat, 1. quòd homo Gallus Græcè loqueretur: 2. quòd eunuchus adulterii cauſam ageret: 3. quod cùm imperatore diſceptaret & viveret. Scripſit libros παντοδαπῆς ὕλης ἱστορικῆς: περὶ τῶν παλαιῶν ἀπομνημονευμάτων ἐθνικὰ, & alia. *Demonax* in ejus ſermonibus τὸ ἐπικεκλασμένον ὡς ἀγεννὲς καὶ γυναικεῖον ſubſannabat, teſte *Luciano*. Plura de Phavorino habet *Philoſtratus in vitis Sophiſt. pag. 352.* Confer *Phrynichum Atticiſtam, pag. 41. 43.*

PHAVORINUS Varinus, Camers, collegit lexicon Græcum, idque Julio de Medices Card. dedicavit. Compilator fuit. & *Suidam, Heſychium, Euſtathium*, alioſque paſſim exſcripſit. Prodiit Romæ, An. 1523.

PHAVORINUS (Joſeph.) à Clavariis, edidit tract. de hominis excellentia, Peruſiæ, Anno 1607: Item, exercitationes medicas & philoſophicas, A. 1599.

de PHEDERICIS (Steph.) JCtus, tractavit de interpretatione legum Anno 1577.

PHEIFFIUS (Daniel) natus eſt An. 1618: obiit An. 1662. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 439.*

PHELIPPEUS (Johan.) Andegavenſis, An. 1633. inclareſcere cœpit. Quatuor tomos commentariorum in XII. prophetas minores elaboravit. Vid. *Alegambe, pag. 263.*

PHERECRATES, Φερεκράτης, Comicus, Olymp. LXXXIX. claruit. Ex comœdiis erant Ἀγαθοὶ, Ἄγριοι, Αὐτόμολοι, Γεῶργοι, Γραῦς, Δουλοδιδάσκαλος, Ἐπιλήσμων, Ἰπνὸς, Ἰσὸς, Κοριαννώ, Κραπατάλλοι, Λῆροι, Μυρμηκάνθρωπος, Μεταλλῆς, Πέρσαι, Πετάλη, Παννυχὶς, Τυραννὶς, Χείρων, &c.

PHERECYDES, Φερεκύδης, Syrius, ſic dictus à Syro, una Cycladum, phyſicus & theologus, Olymp. LXIX. floruit. Plerique eum Pythagoræ præceptorem faciunt. *Apulejus* ait, ipſum primum, verſuum nexu repudiato, conſcribere auſum eſſe paſſivis verbis, ſoluta liberâ oratione. Juxta *alios* eclipſes & lunæ periodos inveniſſe dicitur. *Theopompus* autor eſt, Pherecyden primum de natura & Diis ſcripſiſſe. Liber Θεογονία dictus erat & decem libris conſtabat. Teſte *Cicerone*, animas immortales eſſe primus affirmavit. Si *Suidæ* credimus, Pherecydes ſua ex occultis Phœnicum ſcriptis hauſit. *Lucianus in Macrobiis, pag. 830.* octoginta quinque annos ei tribuit. Obiit morbo pediculari, teſte *Æliano in V. H. 4, 18* Videantur *Antonius Liberalis, hiſt. 32. Palmerius in emendat. pag. 449.*

PHERECYDES, Lerius, qui & Athenienſis, Olymp. LXXIV. claruit. Condidit decem libros antiquitatum Atticarum. *Quidam* γενεαλόγον appellant. Lerium & Athenienſem unum & eundem fuiſſe, *G. J. Voſſius de H. Gr. 4, 4.* affirmat.

PHERENICUS, Φερένικος, Heracleota, inter eos, qui verſu de monſtroſis & fabuloſis hominum formis tractarunt, à *Tzetze Chiliad. 7. pag. 132. 133.* adducitur. Ex eodem *Athenæus l. 3.* nonnulla allegat.

PHEREZ, Cohen, An. M. 5000. vixit.

Compoſ. librum Maharechet Elohut. Vid. *Gans in Z.D.pag. 141.*

PHERNDORPHIUS (Pet.) *Dilberro* vocatur poëta non ignobilis.

PHILADELPHUS (Euſeb.) propemtica & elogia Jeſuitarum collegit.

PHILÆNIUS, Lacedæm. res Hannibalis memoriæ prodidit, teſte *Cornelio.*

PHILAGRIUS, φιλάγριος, Lycius, medicus, M. Aurelio Probo imperante claruit. Medicinam fecit Theſſalonicæ & reliquit comment. in Galenum: item, μονόβιβλα ſive libros ſingulares ſeptuaginta. Vid. *Suidas & Voſſius lib. de Philoſophia c. 12.§. 27.*

PHILAGRIUS, Rhodius, inter rhetores refertur. Meminit ejus *Dionyſius Halicarnaſſeus in Dinarcho.*

PHILAGRUS, φίλαγρος, Cilix, ſophiſta, Lolliani diſcipulus, *Philoſtrato in Vit. ſophiſt. pag. 556.* memoratur.

PHILALETHES, Polytopienſis, Forcianas quæſtiones, in quibus varia Italorum ingenia explicantur, adornavit, An. 1591.

PHILALETHES (Cand.) epigrammate expreſſit mores pios & amores ſanctos, Anno 1652. Struxit etiam tractatum de ſcientia DEI & prædeſtinatione: item, de cambio, An. 1662.

PHILALTHEUS (Lucillus) in Ariſtotelem de cœlo & mundo commentatus eſt, Venet. An. 1565. Extat ejusdem methodus recitandi curas & conſilia tomis duobus. Vide, LUCILLUS & MACCIUS.

PHILANAX (Philand.) ſcripſit de natura Jeſuitarum, An. 1619. in 4.

PHILANDER (Guilh.) Caſtilioneus, An. 1565. ætatis 60. obiit. Erat in antiquitate Romana & rebus mathematicis verſatiſſimus. Reliquit nonnulla in Vitruvium. Fertur etiam quædam compoſuiſſe de pictura & ſtatuaria antiquorum. Vid. *Thuanus l. 38.*

PHILARCHÆUS, φιλάρχαιος, tractavit περὶ Ἀρχῶν, teſte *Porphyrio in vita Plotini.*

PHILARETUS (Gilbert.) medicus, Anno 1567. obiit. Extat ejus tractatus de pulſibus. Vid. *Sweertius, pag. 289. Linden, pag. 215.*

PHILASTRIUS, Brixienſis epiſcopus, An. Chr. 380. claruit. Fecit librum de hæreſibus ad ſua uſque tempora. Sed multa in eo inter hæreſes refert, quæ hæreſes non ſunt, ut rectè *Bellarminus* obſervat. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. de S. E. pag. 211.*

PHILEAS, Φιλέας, Ægyptius, ſcripſit de laude martyrum, teſte *S. Hieronymo de Scr. Eccl.*

PHILEAS, geographus, librum de Aſia conſtruxit. *Macrobius, Saturnal. 5, 20.* veterem ſcriptorem nominat. *Stephanus* in Ἀρδεία eidem περίπλουν tribuit. Citat ipſum quoq; *Etymologus* in Ἀγχαθόν.

PHILELPHUS (Franc.) Anconitanus, natus eſt An. 1398: obiit Anno 1481. Literas Bononiæ, Romæ, Mediolani, Florentiæ, Patavii & Mantuæ profeſſus eſt. Cum de modulo ſyllabæ aliquando contentio ei foret cum *Timotheo Græculo*: atque ita conveniſſet, ut, ſi vinceretur, ipſe pecuniâ lueret errorem: ſin vinceret, adverſarius barbam ſibi totam ſineret recidi: victor uſque adeò fuit inexorabilis, ut barbam pecunia redimi minimè pateretur, ſed miſello *Timotheo*, non ſine ludibrio, eam novacula abradi totam neceſſe foret. Vid. *Jovius in elogiis num. 17.* Periit Bononiæ, copiis rei domeſticæ adeò diſſipatis, ut ad efferendum funus & cubiculi & coquinæ inſtrumenta vænierint. Ejus *effigiem* Tolontinates in publica decurionum domo cum equeſtris ordinis balteo laureatam peregrinis hoſpitibus oſtendunt. Tranſtulit Xenophontis Cyropædiam: Plutarchi Theſeum, Othonem & Galbam: Ariſtotelis rhetoricam: Lyſiæ orationem contra Eratoſthenem: Appianum Alexandrinum. Hippocratem de flatibus, &c. Reliquit etiam 39. epiſtolarum libros: odarum Græcis verſibus libros quatuor: item, 7. libros conviviorum, quos *Lud. Vives* ab hiſtoriæ & antiquitatis cognitione impenſè laudat. Extant etiam ejus decem libri hecatoſtichorum, quorum quiſque decem ſatiras continet. Notanter *Eraſmus in Ciceroniano pag. 156.* Fr. Philelphum planè dignaret Ciceroniani cognominis honore, ſi tàm placeret eruditis omnibus, quàm placuit ſibi. Et affectavit quidem illo ſeculo Ciceronis effigiem, ſed parum feliciter. Nec uſpiam

am illi diſſimilior eſt, quam ubi maximè oportuit eſſe ſimilem, nimirùm in orationibus. Nam in epiſtolis ſatis adumbrat Marcum Tullium. Confer *autorem dialogi de L. L. repar. pag. 398. Tollium de J. L. pag. 3.*

PHILELPHUS (Marius) Franc. filius, epigrammata reliquit, quæ prodierunt Wolferbyti, A. 1662. ex autoris autographo. *Autor dialogi de L. L. repar. p. 401.* ſacit promto ingenio memoriaque capaciſſima, quippe qui veſtigio ſtans in uno centum ordine dictantibus, confeſtim cuique eo, quo acceperat, ordine complexam carmine redderet materiam. Fuit adhæc rotato ſermone, utpote Graii ſanguinis, matre natus Chryſoloræ filia. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 179.*

PHILEMON, Φιλήμων, Comicus, Olympiade CXIV. floruit. Proximum locum meruit à *Menandro*: cui & ſæpè prælatus fuerat. Unde aliquando Menander: *Quæſo, Philemon, bona fide dic mihi: cum me vincis, non erubeſcis?* Ex dramatibus ejus erant Ἄγροικος, Ἀνακαλυπτήρια, Ἀρπαζομένη, Ἐγχειρίδιον, Ἔμπορος, Ἐνδικαζόμενος, Εὕρεσις? Ἔφηβος, Θυρωρὸς, Θηβαῖοι, Καταψευδόμενος, Μετιὼν ἢ ζωμίον, Κορινθία, Μυστὶς, Νεμόμενοι, Παλαμήδης, Παγκρατιαστὴς, Πτωχὴ ἢ ῥοδία, Πανήγυρις, Πυρφόρος, Πτερόκοπτομενος, Πυῤῥὸς, Πτέρυξ, Ῥόδιοι, Σάρδιος, Σικελικὸς, Φιλητὴς, Φιλόσοφοι. Philemon Comicus, (inquit *Lucianus in Macrobiis pag. 833.*) ſeptimum & nonageſimum ætatis annum agens decumbebat in lectulo quieſcens: qui cum vidiſſet aſinum, ficus ſibi præparatas devorantem, prolapſus in cachinnos & accerſito famulo multo ac vehementi cum riſu præcipiens aſino merum ad ſorbendum dari, riſu ſuffocatus eſt. Confer *Val. Max. 9, 12.* De Philemone etiam *Meurſius in lect. Att. 4, 17. Thomaſius de plagio §. 516.* legi poterunt.

PHILEMON, ſuperioris Philemonis filius, teſte *Suida*, 54. comœdias confecit. *Philemon* quidam de omnigenis oraculis ab *Athenæo l. 3.* allegatur.

PHILES (Eman.) Φιλῆς, vixit tempore Michaelis Balbi Imp. Librum ſtruxit de animalium proprietate verſibus jambicis, quem primus *Arſenius*, Monombaſiæ archiepiſcopus, in lucem protulit. A *nonnullis* plagii arguitur & Ælianum ſublegiſſe creditur. Editus etiam eſt à *Camerario*: item, à *Bersmanno*.

PHILESIUS, carmen condidit de Voſago. Vid. *Bruſchius de monaſt. pag. 154.*

PHILETÆRUS, Φιλέταιρος, Comicus, Athenienſ. Olympiad. CI. vixit. Juxta *Suidam* 20. fabulas exaravit. Mihi ſequétes occurrerunt, Ἀταλάντη, Ἀντυλλος, Ἀσκληπιὸς, Ἀχιλλεὺς, Αὐτοφιλέταιρος, Κέφαλος, Κορινθιαστὴς, Κυνηγὶς, Λαμπαδηφόροι, Μελέαγρος, Νικοστράτη, Οἰνοπίων, Τηρεὺς, Φίλαυλος.

PHILETÆRUS, ἐν Λημνομύαις allegatur à *Tzetze in Chil. pag. 21.*

PHILETAS, Φιλητᾶς, Cous, poëta, tempore Philippi, Alexandri M. & Ptolemæi Lagi claruit. Erat levi & exili corpore: unde ejus pedibus globi plumbei ſubjecti, ne à ventis everteretur, teſte *Athenæo 12, 13.* Confer *Ælianum in V. H. 9, 14.* A Ptolemæo præfectus fuit ſtudiis Philadelphi. Scripſit elegias & epigrammata. *Athenæus* ei etiam *Attica* tribuit. Ex pægniis hujus poëtæ quædam *Stobæus* adducit.

PHILETAS, Epheſius, à *Suida in* Βάκις citatur.

PHILETAS, Rhodius, poëta, reliquit γλώσσας καὶ Ναξιακά. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 102.*

PHILETICUS (Martin.) ſtruxit comm. in epiſtolas familiares Ciceronis: item, in officia ejuſdem, Venet. fol.

PHILIARCHUS (Coſmus) tractavit de officio ſacerdotis, An. 1597.

PHILGIUS (Barth.) edidit nucleum meditationum S. Auguſtini, An. 1643.

PHILICINUS (Pet.) Atrebas, Anno 1560. floruit. Compoſuit Magdalenam tragœdiam & dialogum de immolatione Iſaaci, teſte *Swertio*.

PHILICUS, Φιλικὸς, poëta, tempore Ptolemæi Philadelphi innotuit. Condidit hymnos Cereri & Libero. Apud *Hephæſtionem* gloriatur, à ſe inventum id carminis genus, quod quinque conſtat choriambis & bacchio: unde quidam hoc genus *Philicium* appellant. Vid. *Atilius Fortunatianus in arte metrica, cap. 6.* *Hephæſtio* tamen hoc metro anteà uſum

eſſe *Simmiam Rhodium in ſecuri* affirmat, ac collegit, Philicum non tam hoc metrum inveniſſe, quàm tota eo ſcripſiſſe poëmata.

PHILINGERUS (Plac.) Neapolitanus, orationem habuit in funere *Alex. Peretti*, An. 1623.

PHILINUS, Φιλῖνος, ſophiſta, ab *Harpocratione* in περὶ κέῤῥης allegatur ἐν τῷ κατὰ Δωροθέου: item, *in* Θυρεατικῷ, ἐν τῷ πρὸς Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνος.

PHILIPPI (Henr.) Arduennas, An. 1636. obiit. Compoſuit ſacras quæſtiones chronologicas, An. 1630. in 4. Vid. *Alegambe, pag. 176.*

PHILIPPI (Joh.) Lignicenſis Sileſius, JCt. natus eſt A. 1607: obiit A. 1674. Reliquit tract. de ſubhaſtationibus. Videatur *Henn. Witte in memor. JCt. pag. 533.*

PHILIPPIDES, Φιλιππίδης, Athenienſ. novæ comœdiæ poeta, Olymp. CXI. clareſcere cœpit. Erat, *Plutarcho* teſte, familiaris regi Lyſimacho, à quo rogatus, quæ dona cuperet? reſpondit: quæcunque, πλὴν τῶν ἀποῤῥήτων, i. e. arcanis exceptis. Cum præter opinionem victor eſſet pronunciatus, præ gaudio expiravit, ut narrat *Agellius*. Docuit 45. fabulas, ut eſt apud *Suidam*. Ex iis erant ſequentes, Ἀμφιάραος, Ἀνακαίνωσις, Ἀνανεοῦσα? Ἀργυρίου ἀφανισμὸς, Αὐλὴ, Ἀδωνιάζουσαι, Λακιάδαι, Συμπλέουσαι, Φιλάργυρος, Φιλευριπίδης, Φιλάδελφοι, Φίλιππος.

à S. PHILIPPO (Fidelis) conſtruxit quadrageſimale 7. voluminibus, Colon. An. 1659.

PHILIPPUS, Φίλιππος, Amphipolita, confecit 19. libros Rhodiacos: Coanos duos: duos de ſacrificiis, &c. Vid. *Suidas.*

PHILIPPUS, Comicus, comœdias nonnullas elaboraſſe traditur. *Suidas* κωδωνοφόρους, ὀβελιαφόρους & φιλύραν memorat.

PHILIPPUS, Eiſtettenſis, Anno 1305. vixit. Vitam S. Walpurgis ex *Wolfhardo* monacho excerpſit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 378.*

PHILIPPUS, Iſangelus, *Plutarcho* memoratur in *Alexandro.*

PHILIPPUS, Macedo, poeta jambicus, in *Anthol. l. 4. c. 7.* allegatur.

PHILIPPUS, II. rex Macedonum, conſtrinxit Theopompi hiſtorias, teſte *Photio.*

PHILIPPUS, Medmæus, aſtrologus, tractavit de ventis, teſte *Stephano in* Μέδμῃ.

PHILIPPUS, Megaricus, à *Diogene Laertio in Stilpone pag. 163.* adducitur.

PHILIPPUS, Opuntius, tempore Philippi, Macedonum R. vixit. Varia reliq[illegible] in arithmeticis & aſtrologicis, juxta *Suidam*. Scripſit, *teſte eodem*, περὶ Ἀκμῶν τῆς Ὀπτικῆς. Huic nonnulli Platonis Epinomidem tribuunt: qua de re *Laërtius pag. 209.*

PHILIPPUS, Sidetes, tempore Arcadii & Theodoſii Impp. claruit. Exaravit hiſtoriam Chriſtianam ſtilo Aſiatico atque pompoſo. Videatur *Photius, Cod. XXXV.*

PHILIPPUS, Theangelenſis, ſcr. Carica, quorum *Strabo l. 14. pag. 662.* meminit.

PHILIPPUS (Aurel.) vitam Alexandri Imp. teſte *Lampridio*, literis mandavit.

PHILISCUS, Φιλίσκος, Ægineta, tragicus, *Laërtio Diogeni pag. 411. 416.* tragœdiolas confeciſſe dicitur.

PHILISCUS, Comicus, varias comœdias docuit, teſte *Suida*. Nomina earum, ſi deſideras, erant Ἄδωνις, Διὸς γοναὶ, Θεμιστοκλῆς, Ὄλυμπος, Πανὸς γοναὶ, Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος γοναὶ, Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης γοναί.

PHILISCUS, Thaſius, de apib[illegible] ſcripſit, & quia in deſertis apes colebat, *Agrius* dictus eſt, quemadmodum [illegible] *l. 11. c. 9.* refert.

PHILISCUS, Theſſalus, ſophiſta, à *Philoſtrato in vitis Sophiſt. pag. 5[illegible]9.* deſcribitur.

PHILISTIO, Φιλιστίων, Locrenſis, medicus, tempore Philippi, Mace[illegible]um Regis, floruit. *Agellio 17, 11.* vetus & nobilis medicus appellatur. H[illegible]c quidam librum Hippocratis de diæta tribuunt.

PHILISTIO, Magneſianus, Olympiade CXCVI. extremis Auguſti temporibus vixit. *Hieronymus in chronico* mimographum vocat. Meminit ejus *Martialis L. 2. epigr. 41.* item, *Sidonius Apollinaris: Ammianus Marcell. l. 30. & alii.* Cùm daret mimum, cui nomen Φιλογέλως, riſu qui-

quidem implevit theatrum, ſed & ipſe eodem mortuus eſt. *In Anthol. epigr. Græc. 3, 6.* Νικαεὺς dicitur. Vid. *G. J. Voſſius l. 2. Inſt. poët. c. 33 §. 5.*

PHILISTIO, Pruſæenſis vel Sardianus, Olympiade XCII. claruit. Compoſuit comœdias βιολογικὰς ſive, ut alii malunt, βιολογικὰς, i. e. mimicas. *Suidas* ei φιλογέλωτα & Μισοψηφιστὰς tribuit. Confer *Gatak. in Anton. pag. 251. Wetſteinium in Orig. epiſt. ad Africanum pag. 163.*

PHILISTIDES, Φιλιστίδης, *Plinio* memoratur *l. 4. c. 12. & 22.* & geographica exaraſſe fertur.

PHILISTUS, Φίλιστος, Naucratita, Olymp. C. claruit. Vixit Syracuſis & Dionyſio ſeniori in conſtituendo principatu faviſſe dicitur. Pulſus eſt à dicto Dionyſio: ſed reductus à juniore, ut eum Platoni opponeret. Cum opem ferre domino vellet, prælio victus & occiſus eſt: qua de re *Plutarchus in Dione & Diodorus Siculus l. 16.* Erat homo doctus & diligens, ut de eo judicat *Tullius l. 1. de divinat.* Primus ex arte oratoria hiſtoriam condidit, ſi *Suidæ* fides habenda eſt; qui & eum ait Ægyptiaca ſcripſiſſe libris 12: res Siculas l. 11: de Dionyſio tyranno libris ſex: ut de arte ejus rhetorica & orationibus nihil dicam. *Cicero* alicubi puſillum Thucydidem vocare ſolet. Vid. *Tzetzes in Chil. p. 200. Voſſius de nat. rhet. pag. 78. Langbainius in Longin. pag. 109.*

PHILO, Φίλων, antiquus autor, navigationem in Æthiopiam literis mandavit. Ejus *Strabo, l. 2.* meminit: item *Antigonus Caryſtius in collect. hiſt. mirab. c. 160.*

PHILO, ſenior, ſcripſit de Judæorum Regibus. Vid. *Joſephus l. 1. contra Apionem & Clemens Alex. l. 1. Stromat.* Philonis priſci carmen de urbe Hieroſolyma *Euſebius de præp. Evang. 9, 37.* allegat.

PHILO, Alexandrinus, Claudii & Caligulæ temporibus floruit. Judæis *Jedidia* vocatur. Vid. *Hoornbeck. de Conv. Jud. pag. 500.* Opera ejus uno volumine edita ſunt à *Davide Höſchelio*, An. 1613. fol. *Photius Cod. CV.* ait, à Philone omnem allegoricum S. Scripturæ ſermonem promanaſſe. *Vulgo* de eo dici ſolet: Ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει. Hiſtoria Philonis ab Adamo usq; ad Saulem, Philonis nomine indigna eſt. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 214. Jonſius de S. H. P. 3, 4. Valeſius in Euſeb. pag. 35. Olearius in Abaco, pag. 379. Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 44.*

PHILO, Athenienſis, armamentarium Athenis ædificavit. *Vitruvius in præf. libri 7.* autor eſt, eum ſcripſiſſe de ædium ſacrarum ſymmetriis, & de armamentario, quod fecerat in Piræo portu. Extat ejus liber, quo primùm agit de fabrica turrium, murorum, aliarumq; munitionum: deinde exponit, quomodo ſe defendant obſeſſi: & quo pacto capiantur urbes. *Tzetzes in Chil. 2. hiſt. 30.* μηχανογράφον vocat. Confer *Meurſium de fort. Att. cap. 7. pag. 59.*

PHILO (Herennius) Byblius, grammaticus, ſub Veſpaſiano vixit & vitam ad Adrianum usque produxit. Condidit Ἀιθιοπικὰ: Φοινικικὰ: librum περὶ χρηστομαθείας: ῥηματικὸν: vitam Adriani: opus περὶ πόλεων, &c. Idem antiquiſſimum hiſtoricum, *Sanchoniathonem*, ex Phœnicia lingua in Græcam tranſtulit: quam translationem *Euſebius in libris de Præpar. Evang.* aliquoties allegat. Vid. *Jonſius de S. H. P. 3, 7. Berckelius ad fragm. Stephan. pag. 18.*

PHILO, Byzantius, opere de ſeptem orbis miraculis innotuit. Debemus hunc ſcriptorem *Leoni Allatio*, qui eum Anno 1640. Romæ edidit & doctis annotationibus illuſtravit. Eundem *Dionyſ. Salvagn. Boëſſius* Anno 1661. imprimi curavit. Vid. *Zeill. part. 3. pag. 178.*

PHILO, Carpathius, Anno Chriſti 394. claruit. In Cant. canticorum commentatus eſt. Eum Latinè vertit *Stephanus Salutatus* Anno 1534. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. diſſert. pag. 213. Rivetus T. 2. Oper. pag. 1112. Olearius, pag. 379.*

PHILO, dialecticus, *Clementi l. 4. & Hieronymo l. 1. contra Jovinian.* memoratur.

PHILO, Heracleota, περὶ θαυμασίων tractavit. Laudatur *à Porphyrio, libro de Styge.*

PHILO, Lariſſæus, Academicus philoſophus, laudatur *Stobæo in eclog. 2. c. 2.* Is forſan eſt Philo dialecticus, cujus Menexenum *Clemens Alex. l. 4.* citat.

PHILO

PHILO, Tarſenſis, medicus antiquus, ἰατρικὰ reliquit. Vid. *Berckelius ad fragm. Steph pag 21.* Plura de Philonibus habet *Joh. Meurſius in notis ad Heſych. pag. 217.* item, *Jonſius de S.H. Ph. 2,1.*

PHILOCHORUS, φιλόχορος, Athenienſis, vates & aruſpex, temporibus Ptolemæi Philopatoris & Epiphanis floruit. Periit inſidiis Antiochi. Scripſit de Attica 17. libros, quibus, ut *Suidas* ait, complectebatur res Athenienſium, eorumq; reges & archontes uſq; ad tempora Antiochi Thei: item, libros περὶ μαντικῆς, i.e. de divinatione. Primum citat *Clemens l. 1. Strom.* tertium *Suidas in* ἐγγαςρίμυθος. Τετράπολιν quoque edidiſſe ex *Athenæo* diſcimus. Præterea compoſuit duos libros Olympiadum: 17. libros de Athenienſium agonibus: librum de rerum inventoribus & alia. Vid. *Jonſius in S.H.Ph. 2,9.*

PHILOCLES, φιλοκλῆς, tragicus, Euripidi coævus fuiſſe fertur. Ex ejus dramatibus ſequentia olim extabant, Ἠριγόνη, Ναύπλιος, Οἰδίπους, Οἰνεὺς, Πανδίονις τετραλογία, Πρίαμος, Πηνελόπη, Τηρεὺς ἢ ἔποψ, φιλοκτήτης. Philocles quidam à *Plutarcho in Solone* allegatur.

PHILOCRATES, φιλοκράτης, exaravit Θετταλικά. Citat *Athenæus l. 6.*

PHILOECUS (Gratianus) JCtus, ſcripſit de vicariatu Palatino ad aureæ Bullæ locum, Anno 1659. Eſt idem, qui *Johannes Freinsheimius.*

PHILODEMUS, φιλόδημος, περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθίων, id eſt, de Sminthiis in Rhodo habitantibus, tractaſſe dicitur.

PHILODEMUS, Gadarenus, ſecta Epicureus, *Straboni l. 16. pag. 759.* memoratur. Floruit ætate *Ciceronis*, qui ejus meminit *oratione in Piſonem*, ubi ſic *Aſconius Pedianus*: Philodemum ſignificat, qui fuit Epicureus illa ætate nobiliſſimus, cujus & poëmata ſunt. Philodemus Epicureus ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῆς τῶν φιλοσόφων συντάξεως à *Laërtio pag. 708.* adducitur. Vid. *Jonſius in S. H. Ph. 2,18.*

PHILODEMUS, poëta, aliquoties in *Anth.* occurrit. Vid. *l. 1. c. 31. l. 3. c. 12. l. 4. c. 12.*

PHILOGELOS, φιλογέλως, à *Tzetze in Chiliad. 8. pag. 161.* allegatur. Videtur ſcripſiſſe de rebus ridiculis.

PHILOLAUS, φιλόλαος, Crotoniates, philoſophus Pythagoricus, tempore Dionyſii tyranni claruit. Omnia harmonia & neceſſitate fieri docuit, terramq; circulariter moveri credidit. Quidam eum primum de natura tractaſſe affirmant. Ejus tres libros Plato 10. millibus denariûm redemit. Vid. *Diogenes Laërt. l. 8. Stobæus in Eclog. phyſ. pag. 44. Jamblich. pag. 172. Scheferus de philoſoph. Ital. pag. 4.*

PHILOLOGUS (Thomas) Ravennas, ſcripſit de modo collegiandi, An. 1574: item, de vita hominis ultra 120. annos propaganda, Venet. An. 1553. Vid. *Linden, pag. 567.*

PHILOMARINUS (Aſcan) librum vernacula lingua compoſuit, nondum editum, In quo lectorem informat, quibus modis ſeſe in principis alicujus gratia conſervare poſſit. Vid. *Naudeus* B. P. *pag. 94.*

PHILOMATHUS (i. e. Alexander VII.) compoſuit juvenilia poëmata.

PHILOMETER (Chr.) edidit epigrammata ſacra, An. 1656.

PHILOMETOR, φιλομήτωρ, Siculus, ſcripſit de agricultura, teſte *Columella* 1,1.

PHILOMUSUS (Jacob.) aliter *Locherus* dictus erat. Vid. *Bruſchius de monaſt. pag. 120.* Quære, LOCHERUS.

PHILOMUSUS (Pet.) de origine Hebræorum commentari cœpit, Venet. An. 1588.

PHILONIDES, φιλωνίδης, Athenienſis, veteris comœdiæ poeta, Olympiade LXXXVII. vixit. Fabulæ ejus erant Ἀπήνη, Κόθορνοι, Κόρινθος, φιλέταιρος.

PHILONIDES, Siculus, medicus, *Herophili* diſcipulus, ſcripſit de hellebori medica potione, ut eſt apud *Dioſcoridem lib. 4.* Ejuſdem librum 18. de medicina laudat *Galenus de pulſibus*, 4, 10. Juxta *Stephanum in* Δυῤῥάχιον, 45. libros compoſuit.

PHILONIUS de febribus commentatus eſt.

PHILOPATER (Andr.) ſcriptis contra hæreſin Calvinianam, A. 1663. pugnavit.

PHILOPISTIUS (Agricola) Germanus, edidit revelatorem ſecretorum de lapide philoſophico, An. 1631.

PHIL

PHILOPONUS(Honor.) φιλόπονος, navigationem Indiæ orientalis, Anno 1621. fol. literis mandavit.

PHILOPONUS (Joh.) à diligentia ſic dictus, tempore Juſtiniani Imp. claruit. Inter ipſum & *Simplicium* mordaces controverſiæ intercedebant. *Nicephorus in hiſt. eccl. 18, 46.* perperam cum ad tempora Phocæ refert. Joh.Philoponus (inquit *Voſſius*) vir erat undecunque magnus, uno excepto, quod in Tritheitarum dogma abiens meritus non ſit in orthodoxorum numerum referri. Vid. *Suidas*, in Ἰωάννης. Commentatus eſt in priora & poſteriora analyticorum : in libros de auſcultatione: de generatione & corruptione : de anima: in quinque voces Porphyrii, &c. Vid. *Thomaſius, de plagio, §.517.*

PHILOSTEPHANUS, φιλοστέφανος, Cyrenæus, tempore Ptolemæi Philadelphi vixit. Scripſit περὶ πόλεων, περὶ νήσων, περὶ ποταμῶν, περὶ παραδόξων : item, περὶ εὑρημάτων, quod poſtremum opus *Clemens Alex. 1. Stromat.* allegat. Vid. *Conſtantinus Porphyrogenn. de Themat. pag. 46. Meurſius in Cypro pag. 3.*

PHILOSTORGIUS, φιλοστόργιος, tempore Theodoſii Junioris condidit hiſtoriam eccleſiaſticam, quam *Jac. Gothofredus*, An. 1642. evulgavit, additis de ſuo eruditiſſimis diſſertationibus. In ea hiſtoria paſſim amorem erga ſuæ ſectæ homines (erat autem Arianus) & odium erga Catholicos oſtendit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 381.*

PHILOSTRATUS (Flavius) φιλόστρατος, Lemnius, Severi Imp. temporibus & deinceps floruit. Reliquit de vita Apollonii Tyanei libros octo. In iis *Damidem Aſſyrium, Maximum & Mœragenem*, ut ipſe fatetur, ſecutus eſt. Scripſit juſſu Juliæ Auguſtæ. Ea erat conjux Severi Imp. Extant ejuſdem epiſtolæ & liber Iconum. Eſt, *Photii* judicio, τὴν φράσιν σαφὴς, ἐπίχαρίς τε καὶ ἀφορισικὸς, καὶ βρύων γλυκύτητος, καὶ τῷ ἀρχαϊσμῷ καὶ ταῖς καινοπρεπεστέραις τῶν συντάξεων ἐμφιλοχωρῶν. Vid. *Jonſius de S.H.Ph. 3, 13. Thomaſius de plagio, §. 518.*

PHILOSTRATUS, Ægyptius. Vid. *Philoſtratus junior in vitis Sophiſt. pag. 531.*

PHILOSTRATUS, Athenienſis, præter vitas Pelopidæ & Epaminondæ etiam Theſeida compoſuit, teſte *Laërtio.*

PHILOSTRATUS, junior, Flavii ex Nerviano fratre nepos & gener, tempore Macrini Imp. claruit. Hujus ſunt vitæ ſophiſtarum. Vide diſſertationem de *Philoſtratis*, quam *Joh. Meurſius* epiſtolis Philoſtrati primitus à ſe vulgatis adtexuit. Adde *Jonſium de S.H.P. 3, 14.*

PHILOTHEUS, φιλόθεος, Amphiſſenſis, medicus, Olymp. CLXXXVI. claruit. A Marco Antonio Triumviro ob ſophiſma, quo inſolentem medicum compeſcebat, donatus eſt menſa argenteis poculis onuſta, uti refert *Plutarchus in Antonio.* Extant hodiè ejus commentarii Græci in aphoriſmos Hippocratis : ut & liber de urina.

PHILOTHEUS, Heracleæ metropolitanus, compoſuit confeſſionem fidei : Item, ſermones dogmaticos adverſ. Barlaamum & Acindynum ſcriptos, qui feruntur extare Auguſtæ. Vid. *Olearius in Abaco pag. 381.*

PHILOTHEUS (Ant.) de Homodeis, Siculus, confecit Ætnæ topographiam incendiorumque Ætnæorum hiſtoriam, An. 1591.

PHILOXENUS, φιλόξενος, Alexandrinus, grammaticus, Romæ, teſte *Suida*, docuit. Scripſit de monoſyllabis : de verbis in μι definentibus : de Syracuſanorum & Laconum dialecto : ſex libros de helleniſmo, &c. Mentio ejuſdem occurrit apud *Stephanum in* Ἀλαβάνδα, Δωδώνη & Μεθύδριον. Vid. *Berckelius ad fragm. Steph. pag. 25. Phrynichus in Atticis pag. 45.*

PHILOXENUS, Cytherius, lyricus, tempore Platonis & Dionyſii tyranni floruit. Condidit 24. dithyrambos & genealogiam Æneidarum, Vid. *Suidas.* Memoratur quoque ejus Galatea, opus in lautumiis confectum, in quas conjectus erat à Dionyſio. Ita *Ariſtophanis Scholiaſtes in Pluto.* Ab *aliis* tamen dictum poëma Κύκλωψ nominatur. Vid. *Ælianus in V. H. 12, 44.* Reliquit etiam Sympoſium, unde quædam adducit *Athenæus l. 4. c. 14.* Vid. *Tzetzes in Chiliad. pag. 81. 200.*

PHILTEAS, Φιλτέας, τὰ Νάξια συντέθεικε. Vid. *Etymologici M. autor in* Φιλτέας.

PHILYLLIUS, Φιλύλλιος, veteris comœdiæ poëta, Olymp. LXXXVI. claruit. Ex ejus fabulis ſeqq. Αὔγη, Αἰγεὺς, Ἄντεια, Ἀταλάντη, Δωδεκάτη, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Πλυντρίαι, Πόλεις, Φρεωρύχος citantur. Vid. *Suidas*. Fuit & alius PHILYLLIUS, Incertæ ætatis poëta, qui carmen jambicum de urbibus contexuit.

PHLEGIDES, Φλεγίδης, poëta, *Ariſtoteli* memoratur *in libro de ſomno & vigilia*.

PHLEGON, Φλέγων, Trallianus, Adriani Imp. libertus, opus chronicon de Olympiadibus conſtruxit. Diviſum erat hoc opus in 16. libros, & CCXXIX. Olympiades continebat, quarum ultima deſinebat in 4. annum Antonini Pii. Fecit quoque librum de mirabilibus: & alium de longævis. Fragmenta Phlegontis primo à *Xylandro*, deinde à *Joh. Meurſio* in lucem prolata ſunt. Liber de vita Adriani, quem Phlegon ſuo nomine publicaverat, ipſius Adriani fuiſſe dicitur, quemadmodum *Spartianus* tradit. Plura ejus ſcripta *Suidas* recenſet.

PHOCAS, grammaticus, Romæ docuit. Præter ea, quæ de nomine, verbo & adſpiratione ſuperſunt, etiam carmine heroico vitam Virgilii deſcripſit.

PHOCION, Φωκίων, peripateticus, ἐν τῷ κύκλῳ τῆς Ἀμαλθείας allegatur à *Scholiaſte Ariſtophanis in Pluto pag. 9.* Confer *Agellium*, 1, 8.

PHOCUS, Φῶκος, Samius, hiſtoriam nauticam conſtruxit. Videatur *Laert. in Thalete pag. 15.*

PHOCYLIDES, Φωκυλίδης, Mileſius, Olympiade LX. claruit. Mentio ejus occurrit apud *Iſocratem in oratione ad Nicoclem pag. 51. Ariſtotelem 4. politicor. c. 11. Clementem Alex. l. 5. Stromat. Phrynichum in dictionibus Atticis, pag. 64. Plutarchum* περὶ τῶν ἀκούειν, *Dionem Chryſoſt. orat. 36. in Boryſth. fol. 440. Athenæum l. 10. c. 7. Suidam in* χρήσις, *&c.*

PHOCYLIDES, junior, vel Pſeudophocylides, quando vixerit, non exactè conſtat. Hujus eſt carmen νουθετικὸν, quod in manibus hodiè omnium verſatur. Notanter *Scaliger in Animadverſ. ad Euſebium pag. 88.* Carmen νουθετικὸν (inquit) nomine Phocylidis hodiè in manibus habetur omnium. Sed nemo animadvertit, nihil in eo eſſe, quod ad illius veteris Phocylidis exemplum expreſſum ſit, quantum ex illis, quæ ejus hodiè ſuperſunt, reliquiis odorati poſſumus. Ille enim vetus ſcripſit breves gnomas exemplo *Theognidis* & aliorum veterum gnomologorum, præeunte ſemper gnoriſmate hoc, καὶ τόδε Φωκυλίδου. At iſte vulgaris perpetuum carmen ſcripſit non appoſita illa veteri nota. Præterea nullus veterum ne unum quidem verſum ex hoc longo carmine producit, cùm ex Phocylide quædam apud *Stobæum & alios* legantur. Deniq; iſte homo fuit Judæus, niſi fallor, aut Chriſtianus. Univerſa poëſis illius rei fidem facit, ut negari non poſſit, aut unum ex helleniſtis Alexandrinis fuiſſe, cujuſmodi multi præſtantiſſimi floruerunt ſub Ptolemæis, aut, quod vero propius, Chriſtianum. *Et poſt alia iterum:* Noli putare, hoc carmen illius antiquioris (ſc.) Phocylidis eſſe, ſed anonymi Chriſtiani. Et fortaſſis fuerit idem autor cum illo *Naumachio*, qui Chriſtianum carmen νουθετικὸν ſcripſit de virginitate. Neque verò puto, ullum veterum carmen extare, quod cum poeſi hujus Phocylidis (ſi modò ei id nomen fuit) aut elegantia aut nitore aut cultu verborum conferri poſſit. Quod autem tamdiu ignoratum fuerit, ut nullus veterum ejus meminerit, *Clemens, Juſtinus, Theodoretus, alii*, magis mirari, quàm cauſam ejus reddere poſſum. Certe, ſi tempore *Euſebii* extitiſſet, non dubium eſt, quin ejus teſtimonia in theſaurum προπαρασκευῆς ſuæ impendiſſet. *Hæc ille.* Confer *Danielem Heinſium in exercit. ſacris ad Hebr. IV, 12. pag. 559. C. Barthium ad Claud. pag. 129.* *Suidas*, carmen illud ἐκ τῶν Σιβυλλιακῶν κεκλεμμένον affirmat.

PHOCYLIDES (Joh.) edidit epitomen aſtronomiæ reformatæ, An. 1654.

PHOEBADIUS, An. Chr. 360. claruit. *S. Hieronymus* Sebadium nominat. Compoſuit librum contra Arianos. Videatur *Phil. Labbe T. 2 diſſert. pag. 220. Olearius pag. 382.*

PHOEBAMMON, Φοιβάμμων, ſophiſta

περὶ τ̃ ϲώϲεων ἔγραψε. *Tzetzes in Chiliad. pag. 114.* eum *Minuciano* jungit. Vid. *Scheferus in rhet. Anonymi, pag. 63.*

PHOEBION, Φοιβίων, Stoicus, *Porphyrio in vita Plotini* memoratur. Vid. *Mallincrot, pag. 54.*

PHOENICIDES, Φοινικίδης, Comicus, fabulas docuit. Ex iis erant Μισουμένη & Φύλαρχος. Vid. *Caſaub. in Athenæum l. 14. c. 18. p. 929.* Confer *Stobæum ſerm. 6.*

PHOENICIUS (Franc. Stanisl.) Leopolienſis, An. 1640. claruit. Librum compoſ. titulo, Mancipium Mariæ. Vid. *Alegambe, pag. 135.*

PHORMUS, Φόρμος, Syracuſanus, Epicharmi tempore vixit. *Suidas* τροφέα liberorum Gelonis tyranni facit. Primus ποδήρει ſive talari veſte in ſcena uſus eſt. Meminit ejus *Ariſtoteles in arte poetica.* Fabulæ ejus ſequentes enumerantur, Ἄδμητος, Ἀλκίνοος, Ἀταλάντη, Ἰλίου πόρθησις, Ἵππος, Κηφεύς, Περσεύς.

PHOTIUS, Φώτιος, Conſtantinopolitanus patriarcha, An. C. 858. claruit. Erat homo magnæ eruditionis. Reliquit bibliothecam, quam *Andreas Schottus* latinè tranſtulit: nomocanonem, qui extat cum commentario Balſamonis: & epiſtolas. Epiſtolæ, An. 1651. Londini, una cum verſione *Richardi Montacutii* in lucem prodierunt. Vid. *Phil. Labbe Tom. 2. diſſert. pag. 221. Olearius in Abaco pag. 382. Hanckius in Byzant. ſcript. pag. 269.*

PHRANTZA (Georg.) Φραντζῆς, poſt captam Conſtantinopolin floruit. Condidit chronicon de rebus Byzantinis & Peloponneſiacis. Vid. *Zeillerus part. 1. hiſt. pag. 111. Hanckius in Byz. ſcript. pag. 645.*

PHREAS (Joh.) Londinenſis, An. 1465. Romæ veneno, ut creditur, extinctus eſt. E Xenophonte & Diodoro Siculo nonnulla latinè reddidit. Paulus II. pontifex uſque adeò translatione ſibi dedicata captus erat, ut eum epiſcopum Bathonienſem deſignaret. Vid. *Voſſius l. 3. de hiſt. lat. cap. 9.*

PHRYGIO (Paulus Conſtantinus) Seleſtadienſis, An. 1543. obiit. Tubingæ theologiam profeſſus eſt. Edidit chronicon: item, commentarium in Exodum, Leviticum & Michæam.

PHRYGIUS (P. Fr.) in hiſtorias epidemicas Hippocratis commentatus eſt.

PHRYNICHUS, Φρύνιχος, Athenienſis, tragicus, Theſpidis diſcipulus, Olympiade LXVII. claruit. Primus perſonam muliebrem in ſcenam induxit & tetrametrum reperit. *Suidas* ſequentes ejus tragœdias numerat Αἰγυπτίους, Ἀκταίωνα, Ἄλκηστιν, Ἀνταῖον, Ἀνδρομέδαν, Δαναΐδας, Δικαίους, Ἠριγόνην, Πέρσας, Πλευρωνίας, Συνθώκους. Vid. *Tzetzes in Chil. pag. 139. Langbainius in Longin. p. 89.*

PHRYNICHUS, veteris comœdiæ poeta, Olympiade LXXXVI. floruit. Ex ejus comœdiis erant Κωμασταί, Μοῦσαι, Μονότροπος, Μονότροπος, Ποάστριαι, Σάτυροι, Τραγῳδοί. Vid. *Suidas.*

PHRYNICHUS, grammaticus, ſcripſit de dictionibus Atticis. Eum edidit *David Höſchelius* unà cum notis *Nunneſii*, in 4. *C. Barthius ad Claudian. pag. 604.* vocat naſutum cenſorem, in quo multa veſtigia libertatis in cenſendo veteris.

PHRYSIUS (Laur.) de morbo Gallico commentari cœpit.

PHYLARCHUS, Φύλαρχος, hiſtoricus, Ptolemæi Evergetæ & Philometoris In. claruit. Scripſit περὶ τῆς τ̃ Διὸς ἐπιφανείας: librum de inventis: & alium de ſignificationibus. Prætereà duodetriginta hiſtoriarum libros compoſuit. *Suidas* etiam de rebus Antiochi & Eumenis Pergameni ſcripſiſſe memorat. Videantur *Parthenius cap. 16. & 26. Tzetzes in Chiliad. pag. 64.*

PHYTEUS, Φυτεὺς, teſte *Vitruvio in præfat. libri ſeptimi*, librum de Mauſoleo edidit.

PIAGGIUS (Ant.) Hiſpellas, JCtus, tractavit de tutela & cura minorum. Extat *T. 8. Tract. tract.*

PIASECIUS (Paul.) epiſcopus Premislienſis, compoſuit chronicon rerum geſtarum in Polonia: item, praxin epiſcopalem. Vid. *Starovoſc. pag. 55. Zeillerus part. 3. pag. 180. Funccius Tom. 1. Orb. imperantis, pag. 719.*

à PIBERACH (Matth.) Vide, BAPPENHEIM.

PIBRACIUS (Vidus Faber) Anno 1584. obiit. Reliquit carmina. Vid. *Thuanus l. 80.*

PICARDUS (Franc.) edidit homilias in evangelia totius anni. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 132.*

PICARDUS (Joh.) Gallus, collegit theſaurum theologorum. Vid. *Waddingus l.c.pag. 220.*

PICARDUS (Joh.) An. 1556. libr. de priſca Celtopædia in lucem emiſit.

PICCARTUS (Joh.) Bambergenſis, natus eſt An. 1545: obiit An. 1584. Altdorfii per 12. annos paſtoris & theologi munere perfunctus eſt. Filium habuit *Michaëlem Piccartum*, celebrem philoſophum.

PICCARTUS (Joh. Andr.) natus eſt An. 1620: obiit An. 1666. Sweinfurti eccleſiæ præfuit. Mortuum laudavit *Chriſtoph. Schmidt.*

PICCARTUS (Mich.) Altdorfinus, philoſophus, philologus, orator & poeta, natus eſt An. 1574: obiit Anno 1620. Altdorfii philoſophiam ſumma cum laude profeſſus eſt. Quantus vir fuerit, ſcripta ejus ſatis teſtantur. Scripſit autem commentar. in politicam Ariſtotelis: obſervationes hiſtorico-politicas: diſputationes philoſophicas: orationes: pericula critica, &c. Oppianum de venatione latino carmine expreſſit. Mortuo parentavit *Fr. Röſchius*, Prutenus. *Sepulcro* ejus hæc verba inſcripta: Michaëlis Piccarti, Franci, Profeſſoris Norici, Annæ matris, Barbaræ uxoris & liberorum ac poſterorum ſepulcrum familiare.

Corporis exuvias gens hîc Piccarta repo-(nit,
Remigio ut cœlum liberiore petat.

Vid. *Henning. Witte in philoſoph. pag. 181.*

PICCINARDUS (Seraphinus) Brixianus, Patavinus metaphyſicus, edidit dogmaticâ philoſophiam peripateticam Chriſtianam novem libris, An. 1671. Vid. *Greg Letus in Ital. regn. pag. 327.*

PICCIOLUS (Andr.) Cenetenſis, ſtruxit 3. libros de manus inſpectione, An. 1587.

PICCIOLPASSUS (Roder.) JCtus, Anno 1200. claruit. Emiſit gloſſas in Decretal. teſte *Bumaldo.*

PICCOLHOMINI (Archang.) Ferrarienſ. anatomicas prælectiones Anno 1586. publicavit.

PICCOLOMINEUS (Alex.) Senenſis, An. 1578. obiit, ætatis 70. Reliquit opuſculum de nova Calendarii reſtitutione. Vid. *Thuanus l.65. Voſſius de mathem. pag. 302. Imperialis in muſeo, pag. 82.*

PICCOLOMINEUS (Franc.) celeberrimus philoſophus, Anno 1604. ætatis 83. obiit. In variis Italiæ academiis 53. annis philoſophiam docuit. Edidit moralem & phyſicam philoſophiam: librum unum de rerum definitionibus: & comitem politicum adverſ. *Jac. Zabarellam.* Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 62. Imperialis pag. 114.*

PICCOLOMINEUS (Jacobus) Lucenſis, An. 1489. obiit. Reliquit epiſtolas. Vid. *Tollius de Inf. lit. pag. 7.* Quære, JACOBUS Papienſis.

PICCOLUS (Alex.) de antiquo jure eccleſiæ Siculæ, Meſſanæ Anno 1624. commentatus eſt.

PICENUS (Joh. Bapt.) habuit orationes, An. 1598.

PICERNUS (Barth.) egit de donatione Conſtantini.

PICHARDUS (Ant.) adornavit comm. ad inſtitutiones juris. Liber prodiit Genevæ, An. 1657. fol.

PICHARDUS (Joh. Monach.) JCtus, in 6. librum decretalium, Venet. An. 1585. fol. commentari inſtituit.

PICHENA (Curtius) compoſuit notas in Cornel. Tacitum, An. 1600.

PICHERELLUS (Pet.) Anno 1589. vixit. Confecit varia opuſcula theologica. Vid. *Colomeſius in G.O. pag. 28.*

PICHIUS (Pet.) ſcripſit de partu B. Virginis contra Judæos, Romæ, in 8.

PICHOTUS (Pet.) Andegavenſis, tractavit de rheumatiſmo, catarrho, &c. Burdigal. An. 1577.

de monte PICO (Paulus) hab[illegible] varias repetitiones in jure civili.

PICQUETUS (Claud.) Divionenſis, edidit deſcriptionem provinciæ S. Bonaventuræ. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 91.*

PICTOR (Fabius.) Vide, FABIUS.

PICTORIUS (Georg.) medicus, An. 1569. floruit. Scripſit de variis morborum remediis: de thermarum virtutibus: item, de rebus non naturalibus. Extant etiam quinque ejus libri ſalium & jocorum, ut & pantopolium carmine elegiaco confectum. Vid. *Bartholinus in Med poët. pag. 142.*

PICTORIUS (L. Bigus) Ferrarienſis, ſtruxit paraphraſin in Pſalmos. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 190.*

PICUS

PICUS (Joh.) Mirandulanus. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 158.* Joh.Pici Mirandulæ Comitis indoles planè divina, ingenium ad omnia factum: ſed hujus quoque dictionem nonnihil vitiavit linguarum ac philoſophiæ atque etiam theologiæ cura. Vide, MIRANDULA.

PICUS (Franc.) reliquit 3. libros de auro: item, vitam Joh.Pici, patrui ſui.

PICUS (Paulus) Papienſis, JCtus, multa ſcripſit. Opera ejus omnia ſimul prodierunt.

PIDERITIUS (Joh.) Anno 1627. chronicon Comitum Lippiæ conſtruxit, fol.

PIEN (Franc.) edidit tractatum de febribus, An. 1669.

PIENTINUS (Angel.) exaravit 4. libros de Jubilæo, Romæ, An. 1575.

PIERIUS, Πιέριος, Alexandrinæ eccleſiæ presbyter, ſub Diocletiano Imp. claruit. Compoſuit longiſſimum tractatum in Hoſeam prophetam: item, in priorem ad Corinthios, teſte *Hieronymo*.

PIERIUS (Chriſt.) Colonienſis, celebravit carmine Chriſtum crucifixum, An. 1576. in quo omnia verba incipiunt á litera C. teſte *Sweertio*. Extat etiam ejus Maximilianus, in quo omnes voces á litera M. incipiunt. Vid. *Tomus 3. Delit. Belg. pag. 805.*

PIERIUS (Gracchus) Bavarus, An. 1495. claruit.

PIERIUS (Jac.) Piſtorienſis, edidit contradictiones in prologum 1. & 2. Sententiarum *Scoti*. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 185.*

PIERIUS (Joh.) *Valerianus, Bolzanus*, Anno 1550. vivere deſiit, annum 82. ſupergreſſus. Inter alia Virgilianæ lectiones & hieroglyphica ejus maximè commendantur. Extat ejuſdem libellus de infelicitate literatorum. Poëmata ipſius leguntur *T. 2. Delit. Ital. pag. 1193.* Videantur *J. C. Scaliger de poët. pag. 795. Ghilinus, vol. 1 pag. 189. Voſſius in Etymolog. pag. 249. a. Imperialis in Muſeo pag. 39. Tollius de J. L. pag 11.*

PIERIUS (Urb.) á Birnfeld, emiſit repetitionem doctrinæ de perſona & officio Chriſti, An. 1591.

PIERSENÆUS (Jerem.) Antverp. JCtus, An. 1600. claruit. Carmina ejus occurrunt *T. 3. Delit. Belg. pag. 817.* Vid. *Sweertius, pag. 343.*

PIERUCCIUS (J.M.) Florentinus, JCtus, *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 325.* celebratur.

PIETIUS (Bald.) Gandenſis, JCtus, natus eſt An. 1546: obiit An. 1609. Scripſit de pignoribus & hypothecis: de jurejurando: item, conſilia. Vid. *Sweertius pag 152.*

PIEUX (Dan.) in organum Ariſtotelis, Toloſæ, An. 1644. commentatus eſt.

PIGAFETTA (Phil.) deſcriptionem regni Africani, Congus vocati, publicavit Francof. An. 1598. fol.

PIGHETTUS (Jac.) Bergomas, togatæ paludatæq; Palladis templum: animadverſiones in Tacitum: hiſtoriam hujus ſeculi conſcripſit. *Iconi* ejus tale carmen appoſitum:

Clarus avis, virtute ſua ſed clarior hic eſt
Pighettus, latè docta per ora volans.
De capite orta Jovis Pallas: de Palladis iſte
Mente ſatus, matrem provocat eloquio.

Vid. *Donatus Calvus pag. 195.*

PIGHIUS (Alb.) Campenſis, Anno 1543. obiit. Hadriano VI. & Clementi VII. admodùm familiaris fuit. Paulum III. in matheſi inſtituit, à quo donatus eſt duobus ducatorum millibus & præpoſitura Ultrajectina. Suſcepit defenſionem aſtrologiæ adverſus vulgus prognoſticorum. Vid. *Jovius, in elog. num. 105. Sweertius, pag 114.*

PIGHIUS (Steph. Vignandus) Campenſis, An. 1604. obiit. Struxit annales Romanorum magiſtratuum: Herculem Prodicium: notas in Valer. Maximum. Vid. *Sweertius pag. 681.*

PIGLIOWSKI (Alb.) Polonus, edidit elogia Regum, præſulum, heroum &c. qui ſocietatem Jeſu per Poloniam fundaverunt, An. 1640. Vid. *Alegambe, p. 9.*

PIGNA (J.Bapt.) Ferrarienſis, An. 1585. claruit. Octo libros de Ferrariæ principibus: duodecim libros quæſtionum poëticarum: item, tractatum de otio exaravit. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 102.* Carmina ejus exhibet *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 216.*

PIGNATELLUS (Fabr.) ſcr. de eccleſiæ ſacrificio, Pariſ. An. 1660.

PIGNATELLUS (Jac.) paravit conſultationes canonicas, Romæ An. 1668.

PIGNATELLUS (Morlinus) collegit controverſias forenſes, An. 1667.

PETRONIUS (Rich.) Senenſ. JCtus, An. 1311. vixit. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 2,49.*

PETROSIUS, Anglus, emiſit librum titulo, Vox Spiritus.

PETROWSKI (Caſp.) Polonus, Anno 1612. obiit. Ob memoriæ præſtantiam vulgò *Calepinus* dictus eſt. Concilium Florentinum è Græco in Polonicum tranſtulit. Vid. *Alegambe, pag. 150.*

PETRUCCIUS (Ant.) Bononienſ. Anno 1630. floruit.

PETRUCCIUS (Feder.) Senenſis, JCtus, Anno 1320. claruit. Compoſuit librum de permutatione beneficiorum. Videatur *Guido Panzirolus in JCtis, 3,23.*

PETRUCCIUS (Hier.) inter celebres philologos refertur.

de PETRUCIA (Ant.) JCtus, ſcripſit de effectibus juramentorum, An. 1587.

PETRUS, Πέτρος, Apoſtolus JESU CHRISTI, duas epiſtolas reliquit. *Nonnulli* apocalypſin ei quandam tribuunt. Videatur *Zimmermannus in Analect. menſtr. pag. 459.*

PETRUS, Diaconus, An. Chr. 503. claruit. Exaravit librum de incarnatione & gratia Chriſti ad Fulgentium & alios epiſcopos Africanos. Liber ille inter opera *Fulgentii* reperitur. Videantur *Voſſius in hiſt. Pelag. 1, 22. Olearius in Abaco, pag. 371.*

PETRUS Hiſpanus, An. 1250. vixit. Hunc ſibi magiſtrum olim logicæ ſtudioſi delegerunt, docebaturque Summa ejus in ſcholis.

PETRUS, Ilerdenſis epiſcopus, edidit diverſis ſolennitatibus congruentes ſermones, teſte *Iſidoro in viris Illuſtr. c. 13.*

PETRUS Parvus, Roſæfontanus, Anno 1559. obiit. Semina Lutheranæ doctrinæ primus in Dania ſpargere cœpit. *Pontanus* eum vocat virum elegantis ingenii. Reliquit hiſtoriam Joh. Regis: item, ſcholia in Gnaphei Acolaſtum. Videatur *Vindingius in R. H. pag. 70.*

PETRUS, Patricius, Theſſalonicenſis, temporibus Juſtiniani Imp. claruit. Videatur *Martinus Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 189.*

PETRUS, Pictavienſis, poëta, Anno 1205. obiit. Sequioris temporis non ſpernendus autor dicitur *Caſp. Barthio in Claudian. pag. 599.* Vid. *Olearius in Abaco pag. 375.*

PETRUS, Ravennas, JCtus, collegit libros ſermonum, qui prodierunt Anno 1505. Vid. *Olearius l. 3 pag 376.*

PETRUS, rhetor, tempore Mauritii Imp. claruit. Scripſit hiſtorias: item, de ſtatu reipublicæ, teſte *Suida.*

PETRUS, Siculus, Anno Chriſti 870. floruit. Condidit hiſtoriam de Manichæorum ortu, progreſſu & occaſu. Ea operâ *Matth. Raderi* primo in lucem prodiit.

PETRUS, Tripolitanus, Anno Chriſto 497. commentarios è ſcriptis S. Auguſtini in epiſtolas Paulinas confecit. Videatur *Caſſiodorus in lect. div. cap. 8. pag. 876.*

PETRUS (Barthol.) Lintrenſis, Brabantus, Anno 1630. obiit. Extant ejus commentarius in acta Apoſtolorum: Item, notæ in Vincentii Lirinenſis libellum contra hæreſes.

PETRUS (Corn.) Leydenſis, medicus, An. 1533. claruit. Struxit annotationes in Dioſcoridis l. 4. de herbis.

PETRUS (Cunerus) Zelandus, An. 1580. obiit. Scripſit de gratia, lib. arbitrio, prædeſtinatione, juſtificatione, &c. Vid. *Valerius Andr. in Faſtis Lovan. & Swertius, pag. 200.*

PETRUS (Fr.) Æthiops, edidit Novum Teſtamentum Æthiopicum, Romæ, An. 1541.

PETRUS (G. Chr.) tractavit de carduo benedicto, An. 1669.

PETRUS (Hieron.) Bononienſis, Anno 1626. obiit. Videatur *Chilinus l. 1. pag. 125.*

PETRUS (Rudolph.) Amſtelrod. compoſuit 4. libros, quibus Chriſti, Spiritus S. verbi DEI & eccleſiæ nomina exornavit.

PETSCHACHERUS (Bened.) ſcripſit de ſacramentis, Anno 1671: item, de reſtitutione.

PETTERUS (Georg.) Cantianus, Anno 1660. obiit. Reliquit expoſitionem in Marcum.

PEUCERUS (Caſp.) natus eſt An. 1525: obiit Anno 1602. Witebergæ medicinam publicè profeſſus eſt. Cùm rebus theologicis ſeſe immiſceret, ob ſuſpicionem Calviniſmi introducendi in carce-

carcerem conjectus eſt, in quo per decennium detentus fuit. Texuit eruditiſſimum commentarium de divinationibus: hypotheſes aſtronomicas, & alia. Hiſtoriam carceris ſui & ex eodem liberationem fusè ipſe perſcripſit, quæ edita eſt Tiguri A. 1615. Meminit ejus *Thuanus l. 127*. Vid. *Rubelius, part. 4. Concil. pag. 643.*

PEUERNAGE (Andr.) Antverp. Anno 1626. obiit. Edidit libellum de immaculata B. Virginis Mariæ conceptione. Vid. *Alegambe, pag. 29.*

PEUTINGERUS (Conr.) patricius Auguſtanus, natus eſt Anno 1465: obiit An. 1547. Condidit ſermones convivales: epitomen de gentium emigratione: item, tractatum de fortuna. Videantur *Simon Schardius volum. 1. ſcript. Germ. pag. 200. Thuanus l. 3. Minos in Alciat. embl. pag. 29.*

PEXENFELDER (Mich.) edidit apparatum lat. linguæ, An. 1670: item, ethicam ſymbolicam, An 1674 in 4.

PEYRERIUS (Iſaac) Gallus, Præadamitas aſſerere auſus eſt: qua de re tractatum compoſuit An. 1656. Verùm hunc errorem poſtmodum ejuravit. Extat ejus epiſtola, in qua exponit rationes, cur ejurarit dogma de Præadamitis, quæ prodiit Romæ An. 1658. Ejuſdem tractatum de Gronlandia, A. 1647. Pariſiis editum, laudat *Bochartus in Hierozoico l. 3. c. 27.*

de PEYRINIS (Laur.) multa ſcripſit & varia. Opera ejus omnia, tribus tomis diſtincta, Lugduni prodierunt Anno 1668.

PEYRIUS (Jac. Auzdius) Arvernus, An. 1642. obiit. Texuit chronologiam ſanctam, fol.

PEYSSONEL (Joh.) ſcripſit de temporibus humani partus, Lugd. An. 1666.

PEZELIUS (Chriſt.) theologus Bremenſis, An. 1604. obiit. Struxit mellificium hiſtoricum. Vid. *Zeillerus part. 2. hiſt. pag. 114.*

PEZZOLUS (Pet. Ant.) Bergomas, edidit librum titulo, Annus ſcientialis, ad Inſtar anni ſolennis per theoremata compactus, An. 1590.

PFAFFRADIUS (Caſp.) egit de methodo Calviniſmi in doctrina de S. Cœna, An. 1595. Vide, PAFRADIUS.

PFALERUS (Georg.) Norimbergenſ. natus eſt An. 1550: obiit An. 1584. *Epitaphium* ejus tale erat: M. Georgius Pfalerus, Norimb. diaconus hujus eccleſiæ & profeſſor ſanctæ Hebrææ linguæ in hac celeberrima academia Altdorfina fidelis & diligens, moritur in Chriſto placidè 30. Septemb. An. 1584. ætatis ſuæ 35.

Religio queritur, mea ſpes cadit ergo, Pfalere?

Spes ait: hunc reddet mox tibi ſumma dies.

PFANKUCH (Gerh.) JCtus, tractavit de ſummariſſimo poſſeſſorio, Anno 1666: item, de prohibitis verbalium injuriarum retorſionibus, An. 1673.

PFAUSERUS (Joh. Sebaſt.) theologus & Maximiliani II. Imp. concionator aulicus, natus eſt Anno 1520: obiit An. 1569.

PFAUTZIUS (Joh.) de gramine medico, An. 1656. quædam meditatus eſt.

PFEFFERKORN (Joh.) primò à Judæis ad Papiſtas, hinc ad Judæos relapſus, Halæ Saxonum tandem combuſtus eſt. Compoſuit varia, ex. gr. ſpeculum adhortationis Judaicæ: lib. contra Judæorum uſuras: de Jud. paſchate: de abolendis Judæorum ſcriptis, ad Maximilianum Imp. Vid. *Hoornbeck de Converſ. Judæor. pag. 8. Dietericus part. 1. Ant. Bibl. pag. 173.* Confer *Sleidanum libro 2. comment.*

PFEFFINGERUS (Joh.) Bavarus, natus eſt An. 1494: obiit An. 1573. Lipſiæ Theologiam docuit. Scripſit de miniſterio & adiaphoris; item, hiſtoriam Jeſu Chriſti. Vid. *H. Salmuth, ad part. 2. Panciroll. pag. 226.*

PFEIFFER (Auguſt.) Lawenburgo Saxo, hoc tempore claret. Edidit diſſertationem de Targumim, Anno 1665; aliam de feſtis Hebræorum: faſciculum de Talmude & Alcorano: examen Abarbinelis ad Obadiam, An. 1666. librum Judaicum de luſu: diſput. de cognomine Joſephi patriarchæ, Anno 1669.

PFEIL (Fr.) JCtus, emiſit conſilia, Anno 1600.

PFEIL (Joh.) medicus, Anno 1544. obiit. Videatur *Albinus in Chron. Miſnenſi, pag. 348.*

PFEILERUS (Joh. Conr.) Lucernenſis, clavem theologiæ fabricavit.

PFIFFERUS (Rud.) Lucernenſ. lauretum Apollinare, An. 1614. edi curavit.

PFINZING (Melch.) Norimbergenſis, præpoſitus ad D. Sebaldi, autor eſſe fertur hiſtoriæ de rebus geſtis Maximiliani I. Imp. quæ *Theurdanck* inſcribitur. Vid. *Cyr. Spangenberg, part. 2. de Nob. l. 11. cap. 48. Placcius, pag. 91. Hallerv. in B. C. pag. 387.*

PFLACHERUS (Moſes) paſtor Kemptenſis, An. 1589. obiit. Reliquit analyſin S. Scripturæ.

à PFLAUMERN (Joh. Henr.) JCtus, An. 1625. Mercurium Italicum typis tradidit.

PFLUG (Bernh.) JCtus, edidit librum, titulo, Irnerius non errans, An. 1661.

PFLUG (Julius) Numburgenſis epiſcopus, ſcripſit de ordinanda rep. Germaniæ. Librum INTERIM etiam unà cum *Mich. Sidonio & Joh. Islebio* conſarcinavit, A. 1548. Vid. *Albinus in Chron. Miſnenſi pag. 357.*

PFLUGERUS (Greg.) vitam *Nic. Friſchlini* calamo expreſſit.

PFOCHENIUS (Sebaſt.) compoſuit libellum de ſtilo Novi Teſtamenti, Anno 1629. In hoc libello hebraiſmos ex N. Teſtam. proſcribere conatus eſt: verùm Pfochenio *Thom. Gatakerus* Anglus, integrum tractatum oppoſuit An. 1648. in 4. in quo ejus ſententia doctiſſimè refutatur.

PFOCHIUS (Nic.) JCtus, tractavit de regalibus, Herbipoli, An. 1617.

PHACELLUS, Φάκελλος, poëta, in *Anth. l. 3. c. 12.* adducitur.

PHÆDIMUS, Φαίδιμος, elegiacus poëta, à *Stephano in* Βισάλτῃ allegatur.

PHÆDRO (Georg.) de Geleinen, ſtruxit Chirurgiam minorem ſive methodum perfectæ omnium ulcerum curationis: librum de balneis Puteolanis: opuſcula iatrochymica quattuor, &c. Vid. *Linden, pag. 209.*

PHÆDON, Φαίδων, Elienſis, primò ſervus erat, deinde ære redemtus, philoſophus factus eſt: qua de re *Agellius 2, 18.* Scripſit ſermones de Socrate. *Suidas* ei Zopyrum, Medium, Simonem, Antimachum, Niciam, Simmiam, Alcibiadem & Critolaum, dialogos ita dictos, tribuit. Confer *Meurſium in Not. ad Heſychium Illuſtr. pag. 211.*

PHÆDRUS, Thrax, Auguſti libertus, tempore Tiberii claruit. Reliquit quinque libros fabularum Æſopicarum verſibus iambicis conſcriptos. Notas in eas ediderunt *Rigaltius, Rittershuſius, Urſinus, Freinshemius, Axenius,* &c. Videatur *Borrichius in cogit. ad Voſſ. pag. 9.*

PHÆDRUS (Thom.) affluentiſſimum eloquentiæ flumen, quo non alius ſuo tempore clarior neque vehementior fuit, Romanæ cathedræ decus & ornamentum dicitur *Pierio Valeriano de Inf. lit. pag. 46.*

PHÆSTUS, Φαῖστος, poëta Græcus, à *Scholiaſte Pindari, Pyth. od. 4.* allegatur & quidem in Λακεδαιμονικοῖς. Alibi tamen in Μακεδονικοῖς ab eodem allegari ſolet. Vid. *Meurſius in Laconicis miſcell. l. 4. cap. ult. pag. 336.*

PHALARIS, Φάλαρις, tyrannus, Olymp. LIV. vixit. Ejus nomine epiſtolæ circumferuntur, quas tamen à *Luciano* conſcriptas eſſe, viri eruditiſſimi ſtatuunt. Videantur *Parrhaſius præfat. in epiſt. Cicer. ad Attic. Billius in formulis, Voſſius, Jac. Capellus in Chronol. ſacr. pag. 249,* &c.

PHANIAS, Φανίας, Ereſſius, peripateticus philoſophus, Ariſtotelis diſcipulus, varia compoſuit. *Diogenes Laërtius* ejus opus περὶ φυτῶν: περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων: περὶ ποιητῶν Ἐρεσίων allegat. Videantur *Parthenius, cap. 7. Voſſius de nat. log. pag. 70. Caſaubon. in Athen. pag. 105. Jonſius de ſcript. hiſtor. Phil. 1, 15. pag. 84.*

PHANIAS, Lesbius, hiſtoricus, *Plutarcho in Solone & Themiſtocle* commemoratur. Phanias quidam, poëta, *L. 1. Anthol. cap. 40.* citatur.

PHANIAS, ὁ Ποσειδωνίου γνώριμος, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ποσειδωνείων σχολῶν allegatur à *Laërtio in Zenone, pag. 462.*

PHANOCLES, Φανοκλῆς, poëta, condidit carmen de Ganymedis raptu à Tantalo facto. Ejus verſiculos aliquot habemus apud *Stobæum, Serm. 62.*

PHANOCRITUS, Φανόκριτος, teſte *Dionyſio Halicarnaſſeo,* ἀττικὴν ἀρχαιολογίαν conſtruxit: item, Ἀτθίδα, cujus librum 2. & 7. laudat *Athenæus.*

PHANODEMUS, Φανόδημος, Deliaca exaraſſe fertur. Citatur à *Laertio & Apollonii Scholiaſte*. Confer *Harpocrationem* in Ἑκάτης νῆσος.

PHANODICUS, Φανόδικος, à *Laërtio in Thalete* allegatur.

PHANUCIUS, à Phanuciis, JCtus, de dote commentatus eſt.

PHAOSPHORUS (Janus) criſin adornavit in *Schenckelium*, Anno 1619.

PHAPANES (Joſeph. Dom.) à Cupertino, edidit ſtillulas Caſtalias, Parmæ, A. 1662.

PHARETRATUS (Mich.) tractavit de nobilitate in honore & precio habenda, An. 1632.

PHARNUCHUS, Φαρνοῦχος, Aſibenius, Perſicam hiſtoriam condidit. Teſtis *Stephanus* in Ἀντιόχεια.

PHASGON, Φάσγων, ἐν τῷ περὶ μακροβίων, in libro de longævis allegatur à *Laërtio in Epimenide pag. 79.*

PHASIANINUS (Jac.) Bononienſ. JCtus, An. 1508. claruit. Collegit conſilia.

PHASIANINUS (Phil.) An. 1512. vixit. A quibuſdam *auratus Cycnus* nominatur. Palæphatum & Horapollinem latinè interpretatus eſt.

PHAVORINUS, Φαβωρῖνος, Arelatenſis, philoſophus, tempore Hadriani Imp. floruit. Si *Suidæ* credimus, ἀνδρόγυνος erat: ſi *aliis*, eunuchus. Ipſe tria hæc in ſe miranda eſſe dicebat, 1. quòd homo Gallus Græcè loqueretur: 2. quòd eunuchus adulterii cauſam ageret: 3. quod cùm imperatore diſceptaret & viveret. Scripſit libros παντοδαπῆς ὕλης ἱστορικῆς: προπχνολογήματα ἐθνικὰ, & alia. *Demonax* in ejus ſermonibus τὸ ἐπικεκλασμένον εἰς ἀγεννὲς καὶ γυναικεῖον ſubſannabat, teſte *Luciano*. Plura de Phavorino habet *Philoſtratus in vitis Sophiſt. pag. 352.* Confer *Phrynichum Atticiſtam, pag. 41. 43.*

PHAVORINUS Varinus, Camers, collegit lexicon Græcum, idque Julio de Medices Card. dedicavit. Compilator fuit. & *Suidam, Heſychium, Euſtathium*, alioſque paſſim exſcripſit. Prodiit Romæ, An. 1523.

PHAVORINUS (Joſeph.) à Clavariis, edidit tract. de hominis excellentia, Peruſiæ, Anno 1607: item, exercitationes medicas & philoſophicas, A. 1599.

de PHEDERICIS (Steph.) JCtus, tractavit de interpretatione legum Anno 1577.

PHEIFFIUS (Daniel) natus eſt An. 1618: obiit An. 1662. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 439.*

PHELIPPEUS (Johan.) Andegavenſis, An. 1633. inclareſcere cœpit. Quatuor tomos commentariorum in XII. prophetas minores elaboravit. Vid. *Alegambe, pag. 263.*

PHERECRATES, Φερεκράτης, Comicus, Olymp. LXXXIX. claruit. Ex comœdiis erant Ἀγαθοὶ, Ἄγγελοι, Αὐτόμολοι, Γείτονες, Γραῦς, Δουλοδιδάσκαλος, Ἐπισολὴ Ἐπιλήσμων, Ἰπνὸς, Ἱστὸς, Κοριάννω, Κραπατάλλοι, Ἄγριοι, Μυρμηκάνθρωπος, Μεταλλεῖς, Πέρσαι, Πετάλη, Παννυχὶς, Τυραννὶς, Χείρων, &c.

PHERECYDES, Φερεκύδης, Syrius, ſic dictus à Syro, una Cycladum, phyſicus & theologus, Olymp. LXIX. floruit. Pleríque eum Pythagoræ præceptorem faciunt. *Apulejus* ait, ipſum primum, verſuum nexu repudiato, conſcribere auſum eſſe paſſivis verbis, ſoluta liberâ oratione. Juxta *alios* eclipſes & lunæ periodos inveniſſe dicitur. *Theopompus* autor eſt, Pherecyden primum de natura & Diis ſcripſiſſe. Liber Θεογονία dictus erat & decem libris conſtabat. Teſte *Cicerone*, animas immortales eſſe primus affirmavit. Si *Suidæ* credimus, Pherecydes ſua ex occultis Phœnicum ſcriptis hauſit. *Lucianus in Macrobiis, pag. 830.* octoginta quinque annos ei tribuit. Obiit morbo pediculari, teſte *Æliano in V.H. 4, 18* Videantur *Antonius Liberalis, hiſt. 32. Palmerius in emendat. pag. 449.*

PHERECYDES, Lerius, qui & Athenienſis, Olymp. LXXIV. claruit. Condidit decem libros antiquitatum Atticarum. *Quidam* γενεαλόγον appellant. Lerium & Athenienſem unum & eundem fuiſſe, *G. J. Voſſius de H. Gr. 4, 4.* affirmat.

PHERENICUS, Φερένικος, Heracleota, inter eos, qui verſu de monſtroſis & fabuloſis hominum formis tractarunt, à *Tzetze Chiliad. 7. pag. 132. 133.* adducitur. Ex eodem *Athenæus l. 3.* nonnulla allegat.

PHEREZ, Cohen, An. M. 5000. vixit.

Compoſ. librum Maharechet Elohut. Vid. *Ganz in Z.D.pag.* 141.

PHERNDORPHIUS (Pet.) *Dilberro* vocatur poëta non ignobilis.

PHILADELPHUS (Euſeb.) propemtica & elogia Jeſuitarum collegit.

PHILÆNIUS, Lacedæm. res Hannibalis memoriæ prodidit, teſte *Cornelio.*

PHILAGRIUS, φιλάγριος, Lycius, medicus, M. Aurelio Probo imperante claruit. Medicinam fecit Theſſalonicæ & reliquit comment. in Galenum: Item, *μονόβιβλα* ſive libros ſingulares ſeptuaginta. Vid. *Suidas & Voſſius lib. de Philoſophia c.* 12. §. 27.

PHILAGRIUS, Rhodius, inter rhetores refertur. Meminit ejus *Dionyſius Halicarnaſſeus in Dinarcho.*

PHILAGRUS, φίλαγρος, Cilix, ſophiſta, Lolliani diſcipulus, *Philoſtrato in Vit. ſophiſt. pag.* 556. memoratur.

PHILALETHES, Polytopienſis, Forcianas quæſtiones, in quibus varia Italorum ingenia explicantur, adornavit, An. 1591.

PHILALETHES (Cand.) epigrammate expreſſit mores pios & amores ſanctos, Anno 1652. Struxit etiam tractatum de ſcientia DEI & prædeſtinatione: item, de cambio, An. 1662.

PHILALTHEUS (Lucillus) in Ariſtotelem de cœlo & mundo comentatus eſt, Venet. An. 1565. Extat ejusdem methodus recitandi curas & conſilia tomis duobus. Vide, LUCILLUS & MACCIUS.

PHILANAX (Philand.) ſcripſit de natura Jeſuitarum, An. 1619. in 4.

PHILANDER (Guilh.) Caſtilioneus, An. 1565. ætatis 60. obiit. Erat in antiquitate Romana & rebus mathematicis verſatiſſimus. Reliquit nonnulla in Vitruvium. Fertur etiam quædam compoſuiſſe de pictura & ſtatuaria antiquorum. Vid. *Thuanus l.* 38.

PHILARCHÆUS, φιλάρχαιος, tractavit περὶ Ἀρχῶν, teſte *Porphyrio in vita Plotini.*

PHILARETUS (Gilbert.) medicus, Anno 1567. obiit. Extat ejus tractatus de pulſibus. Vid. *Sweertius, pag.* 289. *Linden, pag.* 215.

PHILASTRIUS, Brixienſis epiſcopus, An. Chr. 380. claruit. Fecit librum de hæreſibus ad ſua uſque tempora. Sed multa in eo inter hæreſes refert, quæ hæreſes non ſunt, ut rectè *Bellarminus* obſervat. Vid. *Ph. Labbe T.2. diſſ. de S.E. pag.* 211.

PHILEAS, φιλέας, Ægyptius, ſcripſit de laude martyrum, teſte *S. Hieronymo de Scr. Eccl.*

PHILEAS, geographus, librum de Aſia conſtruxit. *Macrobius, Saturnal.* 5, 20. veterem ſcriptorem nominat. *Stephanus* in Ἀνδεία eidem περίπλουν tribuit. Citat ipſum quoq; *Etymologus in* Ἀγχιβαίη.

PHILELPHUS (Franc.) Anconitanus, natus eſt An. 1398: obiit Anno 1481. Literas Bononiæ, Romæ, Mediolani, Florentiæ, Patavii & Mantuæ profeſſus eſt. Cum de modulo ſyllabæ aliquando contentio ei foret cum *Timotheo Græculo*: atque ita conveniſſet, ut, ſi vinceretur, ipſe pecuniâ lueret errorem: ſin vinceret, adverſarius barbam ſibi totam ſineret recidi: victor uſque adeò fuit inexorabilis, ut barbam pecunia redimi minimè pateretur, ſed miſello *Timotheo*, non ſine ludibrio, eam novacula abradi totam neceſſe foret. Vid. *Jovius in elogiis num.* 17. Periit Bononiæ, copiis rei domeſticæ adeò diſſipatis, ut ad efferendum funus & cubiculi & coquinæ inſtrumenta vænierint. *Ejus effigiem* Tolontinates in publica decurionum domo cum equeſtris ordinis balteo laureatam peregrinis hoſpitibus oſtendunt. Tranſtulit Xenophontis Cyropædiam: Plutarchi Theſeum, Othonem & Galbam: Ariſtotelis rhetoricam: Lyſiæ orationem contra Eratoſthenem: Appianum Alexandrinum: Hippocratem de flatibus, &c. Reliquit etiam 39. epiſtolarum libros: odarum Græcis verſibus libros quatuor: item, 7. libros conviviorum, quos *Lud. Vives* ab hiſtoriæ & antiquitatis cognitione impensè laudat. Extant etiam ejus decem libri hecatoſtichorum, quorum quiſque decem ſatiras continet. Notanter *Eraſmus in Ciceroniano pag.* 156. Fr. Philelphum planè dignarer Ciceroniani cognominis honore, ſi tàm placeret eruditis omnibus, quàm placuit ſibi. Et affectavit quidem illo ſeculo Ciceronis effigiem, ſed parum feliciter. Nec uſpiam

am illi diſſimilior eſt, quam ubi maximè oportuit eſſe ſimilem, nimirùm in orationibus. Nam in epiſtolis ſatis adumbrat Marcum Tullium. Confer *autorem dialogi de L. L. repar. pag. 398. Tollium de J. L. pag. 3.*

PHILELPHUS (Marius) Franc. filius, epigrammata reliquit, quæ prodierunt Wolferbyti, A. 1662. ex autoris autographo. *Autor dialogi de L. L. repar. p. 401.* facit promto ingenio memoriaque capaciſſima, quippe qui veſtigio ſtans in uno centum ordine dictantibus, confeſtim cuique eo, quo acceperat, ordine complexam carmine redderet materiam. Fuit adhæc rotato ſermone, utpote Graii ſanguinis, matre natus Chryſoloræ filia. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 179.*

PHILEMON, φιλήμων, Comicus, Olympiade CXIV. floruit. Proximum locum meruit à *Menandro:* cui & ſæpè prælatus fuerat. Unde aliquando Menander: *Quæſo, Philemon, bona fide dic mihi: cum me vincis, non erubeſcis?* Ex dramatibus ejus erant Ἄγροικος, Ἀνακαλυπτήρια, Ἁρπαζομένη, Ἐγχειρίδιον, Ἔμπορος, Ἐνδικαζόμενος, Εὑρετός, Ἔφηβος, Θυρωρὸς, Θηβαῖοι, Καταψευδόμενος, Μετιὼν ἢ Ζωμίον, Κορινθία, Μυστὶς, Νεμόμενοι, Παλαμήδης, Παγκρατιαστὴς, Πτωχὴ ἢ Ῥοδία, Πανήγυρις, Πυρφόρος, Πιθοκοπούμενος, Πυῤῥὸς, Πτέρυξ, Ῥόδιαι, Σάρδιος, Σικελικὸς, Φιλητὴς, Φιλόσοφοι. Philemon Comicus, (inquit *Lucianus in Macrobiis pag. 833.*) ſeptimum & nonageſimum ætatis annum agens decumbebat in lectulo quieſcens: qui cum vidiſſet aſinum, ficus ſibi præparatas devorantem, prolapſus in cachinnos & accerſito famulo multo ac vehementi cum riſu præcipiens aſino merum ad ſorbendum dari, riſu ſuffocatus eſt. Confer *Val. Max. 9, 12.* De Philemone etiam *Meurſius in lect. Att. 4, 17. Thomaſius de plagio §. 516.* legi poterunt.

PHILEMON, ſuperioris Philemonis filius, teſte *Suida*, 54. comœdias confecit. *Philemon* quidam de omnigenis oraculis ab *Athenæo l. 3.* allegatur.

PHILES (Eman.) φιλῆς, vixit tempore Michaelis Balbi Imp. Librum ſtruxit de animalium proprietate verſibus jambicis, quem primus *Arſenius*, Monombaſiæ archiepiſcopus, in lucem protulit. A *nonnullis* plagii arguitur & Ælianum ſublegiſſe creditur. Editus etiam eſt à *Camerario:* item, à *Bersmanno.*

PHILESIUS, carmen condidit de Voſago. Vid. *Bruſchius de monaſt. pag. 154.*

PHILETÆRUS, φιλέταιρος, Comicus, Athenienſ. Olympiad. CI. vixit. Juxta *Suidam* 20. fabulas exaravit. Mihi ſequêtes occurrerunt, Ἀταλάντη, Ἀντύλλος, Ἀσκληπιὸς, Ἀχιλλεὺς, Αὐτοφιλέταιρος, Κέφαλος, Κορινθιαστὴς, Κυνηγὶς, Λαμπαδηφόροι, Μελέαγρος, Νικοστράτη, Οἰνοπίων, Τηρεὺς, Φίλαυλος.

PHILETÆRUS, ἐν Λαμπαδηφόροις allegatur à *Tzetze in Chil. pag. 21.*

PHILETAS, φιλητὰς, Cous, poëta, tempore Philippi, Alexandri M. & Ptolemæi Lagi claruit. Erat levi & exili corpore: unde ejus pedibus globi plumbei ſubjecti, ne à ventis everteretur, teſte *Athenæo 12, 13.* Confer *Ælianum in V. H. 9, 14.* A Ptolemæo præfectus fuit ſtudiis Philadelphi. Scripſit elegias & epigrammata. *Athenæus* ei etiam *Attica* tribuit. Ex pægniis hujus poëtæ quædam *Stobeus* adducit.

PHILETAS, Epheſius, à *Suida in Βάκις* citatur.

PHILETAS, Rhodius, poëta, reliquit *γλώσσας ϗ Ναξιακά.* Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 102.*

PHILETICUS (Martin.) ſtruxit comm. in epiſtolas familiares Ciceronis: item, in officia ejuſdem, Venet. fol.

PHILIARCHUS (Coſmus) tractavit de officio ſacerdotis, An. 1597.

PHILGIUS (Barth.) edidit nucleum meditationum S. Auguſtini, An. 1643.

PHILICINUS (Pet.) Atrebas, Anno 1560. floruit. Compoſuit Magdalenam tragœdiam & dialogum de immolatione Iſaaci, teſte *Sweertio.*

PHILICUS, φιλικὸς, poëta, tempore Ptolemæi Philadelphi innotuit. Condidit hymnos Cereri & Libero. Apud *Hephæſtionem* gloriatur, à ſe inventum id carminis genus, quod quinque conſtat choriambis & bacchio: unde quidam hoc genus *Philicium* appellant. Vid. *Atilius Fortunatianus in arte metrica, cap. 6. Hephæſtio* tamen hoc metro anteà uſum eſſe

eſſe *Simmiam Rhodium in ſecuri* affirmat, ac collegit, Philicum non tam hoc metrum inveniſſe, quàm tota eo ſcripſiſſe poëmata.

PHILINGERUS (Plac.) Neapolitanus, orationem habuit in funere *Alex. Peretti*, An. 1623.

PHILINUS, Φιλῖνος, ſophiſta, ab *Harpocratione* in περὶ κόῤῥης allegatur ἐν τῷ κατὰ Δωροθέου: item, *in* Γεωργικά, ἐν τῷ πρὸς Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνος.

PHILIPPI (Henr.) Arduennas, An. 1636. obiit. Compoſuit ſacras quæſtiones chronologicas, An. 1630. in 4. Vid. *Alegambe, pag. 176.*

PHILIPPI (Joh.) Lignicenſis Sileſius, JCt. natus eſt A. 1607: obiit A. 1674. Reliquit tract. de ſubhaſtationibus. Videatur *Henn. Witte in memor. JCt. pag. 533.*

PHILIPPIDES, Φιλιππίδης, Athenienſ. novæ comœdiæ poeta, Olymp. CXI. elareſcere cœpit. Erat, *Plutarcho* teſte, familiaris regi Lyſimacho, à quo rogatus, quæ dona cuperet? reſpondit: quæcunque, πλὴν τῶν ἀποῤῥήτων, i. e. arcanis exceptis. Cum præter opinionem victor eſſet pronunciatus, præ gaudio expiravit, ut narrat *Agellius*. Docuit 45. fabulas, ut eſt apud *Suidam*. Ex iis erant ſequentes, Ἀμφιάραος, Ἀνανεώσεις, Ἀνανεώσις, Ἀργυρίου ἀφανισμὸς, Αὐλὴ, Ἀδωνιάζουσαι, Λακιάδαι, Συμπλέουσαι, Φιλάργυρος, Φιλευριπίδης, Φιλάδελφοι, Φιλιππος.

à S. PHILIPPO (Fidelis) conſtruxit quadrageſimale 7. voluminibus, Colon. An. 1659.

PHILIPPUS, Φίλιππος, Amphipolita, confecit 19. libros Rhodiacos: Coanos duos: duos de ſacrificiis, &c. Vid. *Suidas.*

PHILIPPUS, Comicus, comœdias nonnullas elaboraſſe traditur. *Suidas* κωδωνισμὸς, ἐβδομαφόρος & φιλάργυρος memorat.

PHILIPPUS, Eiſtettenſis, Anno 1305. vixit. Vitam S. Walpurgis ex *Wolfhardo* monacho excerpſit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 378.*

PHILIPPUS, Iſangelus, *Plutarcho* memoratur in *Alexandro.*

PHILIPPUS, Macedo, poeta jambicus, in *Anthol. l. 4. c. 7.* allegatur.

PHILIPPUS, II. rex Macedonum, conſtrinxit Theopompi hiſtorias, teſte *Photio.*

PHILIPPUS, Medmæus, aſtrologus, tractavit de ventis, teſte *Stephano in* Μέδμη.

PHILIPPUS, Megaricus, à *Diogene Laërtio in Stilpone pag. 163.* adducitur.

PHILIPPUS, Opuntius, tempore Philippi, Macedonum R. vixit. Varia reliquit in arithmeticis & aſtrologicis, juxta *Suidam*. Scripſit, *teſte eodem*, περὶ ἀστραπῶν τῶν Ὀπτικῶν. Huic nonnulli Platonis Epinomidem tribuunt: qua de re *Laërtius pag. 209.*

PHILIPPUS, Sidetes, tempore Arcadii & Theodoſii Impp. claruit. Exaravit hiſtoriam Chriſtianam ſtilo Aſiatico atque pomposo. Videatur *Photius, Cod. XXXV.*

PHILIPPUS, Theangelenſis, ſcr. Caricorum quorum *Strabo l. 14. pag. 662.* meminit.

PHILIPPUS (Aurel.) vitam Alexandri Imp. teſte *Lampridio*, literis mandavit.

PHILISCUS, Φιλίσκος, Ægineta tragicus, *Laërtio Diogeni pag. 411. 416.* tragœdiolas confeciſſe dicitur.

PHILISCUS, Comicus, varias comœdias docuit, teſte *Suida*. Nomina earum, ſi deſideras, erant Ἄδωνις, Διὸς γοναὶ, Θεμιστοκλῆς, Ὄλυμπος, Πανὸς γοναὶ, Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος γοναὶ, Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης γοναί.

PHILISCUS, Thaſius, de apibus ſcripſit, & quia in deſertis apes colebat, *Agrius* dictus eſt, quemadmodum *Plinius l. 11. c. 9.* refert.

PHILISCUS, Theſſalus, ſophiſta, à *Philoſtrato in vitis Sophiſt. pag. 5[?]9.* deſcribitur.

PHILISTIO, Φιλιστίων, Locrenſis, medicus, tempore Philippi, Macedonum Regis, floruit. *Agellio 17, 11.* vetus & nobilis medicus appellatur. Huic quidam librum Hippocratis de diæta tribuunt.

PHILISTIO, Magneſianus, Olympiade CXCVI. extremis Auguſti temporibus vixit. *Hieronymus in chronico* mimographum vocat. Meminit ejus *Martialis l. 2. epigr. 41.* item, *Sidonius Apollinaris: Ammianus Marcell. l. 30. & alii.* Cum daret mimum, cui nomen Φιλογέλως, riſu qui-

quidem implevit theatrum, ſed & ipſe eodem mortuus eſt. *In Anthol. epigr. Græc. 3, 6.* Νικαεὺς dicitur. Vid. *G. J. Voſſius l. 2. Inſt. poët. c. 33 §. 5.*

PHILISTIO, Pruſæenſis vel Sardianus, Olympiade XCII. claruit. Compoſuit comœdias βαιολογικὰς ſive, ut alii malunt, βιολογικὰς, i. e. mimicas. *Suidas* ei φιλογέλωτα & *Μισοψηφιστὰς* tribuit. Confer *Gatak. in Anton. pag. 251. Wetſteinium in Orig. epiſt. ad Africanum pag. 163.*

PHILISTIDES, Φιλιστίδης, *Plinio* memoratur *l. 4. c. 12. & 22.* & geographica exaraſſe fertur.

PHILISTUS, Φίλιστος, Naucratita, Olymp. C. claruit. Vixit Syracuſis & Dionyſio ſeniori in conſtituendo principatu faviſſe dicitur. Pulſus eſt à dicto Dionyſio: ſed reductus á juniore, ut eum Platoni opponeret. Cum opem ferre domino vellet, prælio victus & occiſus eſt: qua de re *Plutarchus in Dione & Diodorus Siculus l. 16.* Erat homo doctus & diligens, ut de eo judicat *Tullius l. 1. de divinat.* Primus ex arte oratoria hiſtoriam condidit, ſi *Suidæ* fides habenda eſt; qui & eum ait Ægyptiaca ſcripſiſſe libris 12: res Siculas l. 11: de Dionyſio tyranno libris ſex: ut de arte ejus rhetorica & orationibus nihil dicam. *Cicero* alicubi puſillum Thucydidem vocare ſolet. Vid. *Tzetzes in Chil. p. 200. Voſſius de nat. rhet. pag. 78. Langbainius in Longin. pag. 109.*

PHILO, Φίλων, antiquus autor, navigationem in Æthiopiam literis mandavit. Ejus *Strabo, l. 2.* meminit: item *Antigonus Caryſtius in collect. hiſt. mirab. c. 160.*

PHILO, ſenior, ſcripſit de Judæorum Regibus. Vid. *Joſephus l. 1. contra Apionem & Clemens Alex. l. 1. Stromat.* Philonis priſci carmen de urbe Hieroſolyma *Euſebius de præp. Evang. 9, 37.* allegat.

PHILO, Alexandrinus, Claudii & Caligulæ temporibus floruit. Judæis *Jedidia* vocatur. Vid. *Hoornbeck. de Conv. Jud. pag. 500.* Opera ejus uno volumine edita ſunt à *Davide Höſchelio*, An. 1613. fol. *Photius Cod.* CV. ait, à Philone omnem allegoricum S. Scripturæ ſermonem promanaſſe. *Vulgo* de eo dici ſolet: Ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει. Hiſtoria Philonis ab Adamo usq; ad Saulem, Philonis nomine indigna eſt. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 214. Jonſius de S. H. P. 3, 4. Valeſius in Euſeb. pag. 35. Olearius in Abaco, pag. 379. Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 44.*

PHILO, Athenienſis, armamentarium Athenis ædificavit. *Vitruvius in præf. libri 7.* autor eſt, eum ſcripſiſſe de ædium ſacrarum ſymmetriis, & de armamentario, quod fecerat in Piræo portu. Extat ejus liber, quo primò agit de fabrica turrium, murorum, aliarumq; munitionum: deinde exponit, quomodo ſe defendant obſeſſi: & quo pacto capiantur urbes. *Tzetzes in Chil. 2. hiſt. 30.* μηχανογράφον vocat. Confer *Meurſium de fort. Att. cap. 7. pag. 59.*

PHILO (Herennius) Byblius, grammaticus, ſub Veſpaſiano vixit & vitam ad Adrianum usque produxit. Condidit Αὐθεντικά: Φοινικικά: librum περὶ χρηστομαθείας: ῥηματικὸν: vitam Adriani: opus περὶ πόλεων, &c. Idem antiquiſſimum hiſtoricum, *Sanchoniathonem*, ex Phœnicia lingua in Græcam tranſtulit: quam translationem *Euſebius in libris de Præpar. Evang.* aliquoties allegat. Vid. *Jonſius de S. H. P. 3, 7. Berckelius ad fragm. Stephan. pag. 18.*

PHILO, Byzantius, opere de ſeptem orbis miraculis innotuit. Debemus hunc ſcriptorem *Leoni Allatio*, qui eum Anno 1640. Romæ edidit & doctis annotationibus illuſtravit. Eundem *Dionyſ. Salvagn. Boëſſius* Anno 1661. imprimi curavit. Vid. *Zeill. part. 3. pag. 178.*

PHILO, Carpathius, Anno Chriſti 394. claruit. In Cant. canticorum commentatus eſt. Eum Latinè vertit *Stephanus Salutatus* Anno 1534. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. diſſert. pag. 213. Rivetus T. 2. Oper. pag. 1112. Olearius, pag. 379.*

PHILO, dialecticus, *Clementi l. 4. & Hieronymo l. 1. contra Jovinian.* memoratur.

PHILO, Heracleota, περὶ θαυμασίων tractavit. Laudatur *à Porphyrio, libro de Styge.*

PHILO, Lariſſæus, Academicus philoſophus, laudatur *Stobæo in eclog. 2. c. 2.* Is forſan eſt Philo dialecticus, cujus Menexenum *Clemens Alex. l. 4.* citat.

PHILO

PHILO, Tarſenſis, medicus antiquus, ἰατρικὰ reliquit. Vid. *Berckelius ad fragm. Steph pag. 21.* Plura de Philonibus habet *Joh. Meurſius in notis ad Heſych. pag. 217.* item, *Jonſius de S. H. Ph. 2, 1.*

PHILOCHORUS, Φιλόχορος, Athenienſis, vates & aruſpex, temporibus Ptolemæi Philopatoris & Epiphanis floruit. Periit inſidiis Antiochi. Scripſit de Attica 17. libros, quibus, ut *Suidas* ait, complectebatur res Athenienſium, eorumq; reges & archontes uſq; ad tempora Antiochi Thei: item, libros περὶ μαντικῆς, i.e. de divinatione. Primum citat *Clemens l. 1. Strom.* tertium *Suidas in* ἐγγαστρίμυθος. Τετράπολιν quoque edidiſſe ex *Athenæo* diſcimus. Præterea compoſuit duos libros Olympiadum: 17. libros de Athenienſium agonibus: librum de rerum inventoribus & alia. Vid. *Jonſius in S. H. Ph. 2, 9.*

PHILOCLES, Φιλοκλῆς, tragicus, Euripidi coævus fuiſſe fertur. Ex ejus dramatibus ſequentia olim extabant, Ἠριγόνη, Ναύπλιος, Οἰδίπους, Οἰνεὺς, Πανδίονις τετραλογία, Πρίαμος, Πηνελόπη, Τηρεὺς ἢ ἔποψ, Φιλοκτήτης. Philocles quidam à *Plutarcho in Solone* allegatur.

PHILOCRATES, Φιλοκράτης, exaravit Θετταλικά. Citat *Athenæus l. 6.*

PHILOECUS (Gratianus) JCtus, ſcripſit de vicariatu Palatino ad aureæ Bullæ locum, Anno 1659. Eſt idem, qui *Johannes Freinsheimius.*

PHILODEMUS, Φιλόδημος, περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθίων, id eſt, de Sminthiis in Rhodo habitantibus, tractaſſe dicitur.

PHILODEMUS, Gadarenus, ſecta Epicureus, *Straboni l. 16. pag. 759.* memoratur. Floruit ætate *Ciceronis*, qui ejus meminit *oratione in Piſonem*, ubi ſic *Aſconius Pedianus:* Philodemum ſignificat, qui fuit Epicureus illa ætate nobiliſſimus, cujus & poëmata ſunt. Philodemus Epicureus ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῆς τῶν φιλοσόφων συντάξεως à *Laërtio pag. 708.* adducitur. Vid. *Jonſius in S. H. Ph. 2, 18.*

PHILODEMUS, poëta, aliquoties in *Anth.* occurrit. Vid. *l. 1. c. 31. l. 3. c. 12. l. 4. c. 12.*

PHILOGELOS, Φιλογέλως, à *Tzetze in Chiliad. 8. pag. 161.* allegatur. Videtur ſcripſiſſe de rebus ridiculis.

PHILOLAUS, Φιλόλαος, Crotoniates, philoſophus Pythagoricus, tempore Dionyſii tyranni claruit. Omnia harmonia & neceſſitate fieri docuit, terramq; circulariter moveri credidit. Quidam eum primum de natura tractaſſe affirmant. Ejus tres libros Plato 10. millibus denariûm redemit. Vid. *Diogenes Laërt. l. 8. Stobæus in Eclog. phyſ. pag. 44. Jamblich. pag. 172. Scheferus de philoſoph. Ital. pag. 4.*

PHILOLOGUS (Thomas) Ravennas, ſcripſit de modo collegiandi, An. 1574: item, de vita hominis ultra 120. annos propaganda, Venet. An. 1553. Vid. *Linden, pag. 567.*

PHILOMARINUS (Aſcan.) librum vernacula lingua compoſuit, nondum editum, in quo lectorem informat, quibus modis ſeſe in principis alicujus gratia conſervare poſſit. Vid. *Naudæus in B. P. pag. 94.*

PHILOMATHUS (i. e. Alexander VII.) compoſuit juvenilia poëmata.

PHILOMETER (Chr.) edidit epigrammata ſacra, An. 1656.

PHILOMETOR, Φιλομήτωρ, Siculus, ſcripſit de agricultura, teſte *Columella 1, 1.*

PHILOMUSUS (Jacob.) aliter *Locherus* dictus erat. Vid. *Bruſchius de monaſt. pag. 120.* Quære, LOCHERUS.

PHILOMUSUS (Pet.) de origi[illegible] Hebræorum commentari cœpit, Venet. An. 1588.

PHILONIDES, Φιλωνίδης, Athe[illegible]ſis, veteris comœdiæ poeta, Olympiade LXXXVII. vixit. Fabulæ ejus erant Ἀπήνη, Κόθορνοι, Κέρκωψ, Φιλέταιρος.

PHILONIDES, Siculus, medicus, *Herophili* diſcipulus, ſcripſit de hellebori medica potione, ut eſt apud *Dioſcoridem lib. 4.* Ejuſdem librum 18. de med[illegible] laudat *Galenus de pulſibus, 4, 10.* Juxta *Stephanum in Δυρράχιον*, 45. libros compoſuit.

PHILONIUS de febribus commentatus eſt.

PHILOPATER (Andr.) ſcriptis contra hæreſin Calvinianam, A. 1663. pugnavit.

PHILOPISTIUS (Agricola) Germanus edidit revelatorem ſecretorum de lapide philoſophico, An. 1631.

PHILOPONUS (Honor.) φιλόπονος, navigationem Indiæ orientalis, Anno 1621. fol. literis mandavit.

PHILOPONUS (Joh.) à diligentia ſic dictus, tempore Juſtiniani Imp. claruit. Inter ipſum & *Simplicium* mordaces controverſiæ intercedebant. *Nicephorus in hiſt. eccl. 18, 46.* perperam eum ad tempora Phocæ refert. Joh. Philoponus (inquit *Voſſius*) vir erat undecunque magnus, uno excepto, quod in Tritheitarum dogma abiens meritus non ſit in orthodoxorum numerum referri. Vid. *Suidas*, in Ἰωάννης. Commentatus eſt in priora & poſteriora analyticorum: in libros de auſcultatione: de generatione & corruptione: de anima: in quinque voces Porphyrii, &c. Vid. *Thomaſius, de pla. 10, §. 517.*

PHILOSTEPHANUS, φιλοστέφανος, Cyrenæus, tempore Ptolemæi Philadelphi vixit. Scripſit περὶ πόλεων, περὶ νήσων, περὶ ποταμῶν, περὶ παραδόξων: item, περὶ εὑρημάτων, quod poſtremum opus *Clemens Alex. 1. Stromat.* allegat. Vid. *Conſtantinus Porphyrogenn. de Themat. pag. 46. Meurſius in Cypro pag. 3.*

PHILOSTORGIUS, φιλοστόργιος, tempore Theodoſii Junioris condidit hiſtoriam eccleſiaſticam, quam *Jac. Gothofredus*, An. 1642. evulgavit, additis de ſuo eruditiſſimis diſſertationibus. In ea hiſtoria paſſim amorem erga ſuæ ſectæ homines (erat autem Arianus) & odium erga Catholicos oſtendit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 381.*

PHILOSTRATUS (Flavius) φιλόστρατος, Lemnius, Severi Imp. temporibus & deinceps floruit. Reliquit de vita Apollonii Tyanei libros octo. In iis *Damidem Aſſyrium, Maximum & Mœragenem*, ut ipſe fatetur, ſecutus eſt. Scripſit juſſu Juliæ Auguſtæ. Ea erat conjux Severi Imp. Extant ejuſdem epiſtolæ & liber Iconum. Eſt, *Photii* judicio, τὴν φράσιν σαφής, ἐπίχαρίς τε καὶ ἀφοριστικός, καὶ βρύων γλυκύτητος, καὶ τῷ ἀρχαισμῷ καὶ ταῖς καινοπρεπεστέραις τῶν συντάξεων ἐμφιλοτιμούμενος. Vid. *Jonſius de S. H. Ph. 3, 13. Thomaſius de plagio, §. 518.*

PHILOSTRATUS, Ægyptius. Vid. *Philoſtratus junior in vitis Sophiſt. pag. 531.*

PHILOSTRATUS, Athenienſis, præter vitas Pelopidæ & Epaminondæ etiam Theſeida compoſuit, teſte *Laërtio.*

PHILOSTRATUS, junior, Flavii ex Nerviano fratre nepos & gener, tempore Macrini Imp. claruit. Hujus ſunt vitæ ſophiſtarum. Vide diſſertationem de *Philoſtratis*, quam *Joh. Meurſius* epiſtolis Philoſtrati primitus à ſe vulgatis adtexuit. Adde *Jonſium de S. H. P. 3, 14.*

PHILOTHEUS, φιλόθεος, Amphiſſenſis, medicus, Olymp. CLXXXVI. claruit. A Marco Antonio Triumviro ob ſophiſma, quo inſolentem medicum compeſcebat, donatus eſt menſa argenteis poculis onuſta, uti refert *Plutarchus in Antonio.* Extant hodie ejus commentarii Græci in aphoriſmos Hippocratis: ut & liber de urina.

PHILOTHEUS, Heracleæ metropolitanus, compoſuit confeſſionem fidei: Item, ſermones dogmaticos adverſ. Barlaamum & Acindynum ſcriptos, qui feruntur extare Auguſtæ. Vid. *Olearius in Abaco pag. 381.*

PHILOTHEUS (Ant.) de Homodeis, Siculus, confecit Ætnæ topographiam incendiorumque Ætnæorum hiſtoriam, An. 1591.

PHILOXENUS, φιλόξενος, Alexandrinus, grammaticus, Romæ, teſte *Suida*, docuit. Scripſit de monoſyllabis: de verbis in μι deſinentibus: de Syracuſanorum & Laconum dialecto: ſex libros de helleniſmo, &c. Mentio ejuſdem occurrit apud *Stephanum in* Ἀλαβάνδα, Δωδώνη & Μεθύδριον. Vid. *Berckelius ad fragm. Steph. pag. 25. Phrynichus in Atticis pag. 45.*

PHILOXENUS, Cytherius, lyricus, tempore Platonis & Dionyſii tyranni floruit. Condidit 24. dithyrambos & genealogiam Æneidarum. Vid. *Suidas.* Memoratur quoque ejus Galatea, opus in lautumiis confectum, in quas conjectus erat à Dionyſio. Ita *Ariſtophanis Scholiaſtes in Pluto.* Ab aliis tamen dictum poëma Κύκλωψ nominatur. Vid. *Ælianus in V. H. 12, 44.* Reliquit etiam Sympoſium, unde quædam adducit *Athenæus l. 4. c. 14.* Vid. *Tzetzes in Chiliad. pag. 81. 200.*

PHIL.

PHILTEAS, Φιλτέας, τὰ Νάξια συντέθεικε. Vid. *Etymologici M. autor in* Φιλτίας.

PHILYLLIUS, Φιλύλλιος, veteris comœdiæ poëta, Olymp. LXXXVI. claruit. Ex ejus fabulis ſeqq. Αὔγη, Αἰγεύς, Ἄντεια, Ἀταλάντη, Δωδεκάτη, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Πλυντρίαι, Πόλεις, Φρεωρύχος citantur. Vid. *Suidas*. Fuit & alius PHILYLLIUS, incertæ ætatis poëta, qui carmen jambicum de urbibus contexuit.

PHLEGIDES, Φλεγίδης, poëta, *Ariſtoteli* memoratur *in libro de ſomno & vigilia*.

PHLEGON, Φλέγων, Trallianus, Adriani Imp. libertus, opus chronicon de Olympiadibus conſtruxit. Diviſum erat hoc opus in 16. libros, & CCXXIX. Olympiades continebat, quarum ultima deſinebat in 4. annum Antonini Pii. Fecit quoque librum de mirabilibus: & alium de longævis. Fragmenta Phlegontis primo à *Xylandro*, deinde à *Joh. Meurſio* in lucem prolata ſunt. Liber de vita Adriani, quem Phlegon ſuo nomine publicaverat, ipſius Adriani fuiſſe dicitur, quemadmodum *Spartianus* tradit. Plura ejus ſcripta *Suidas* recenſet.

PHOCAS, grammaticus, Romæ docuit. Præter ea, quæ de nomine, verbo & adſpiratione ſuperſunt, etiam carmine heroico vitam Virgilii deſcripſit.

PHOCION, Φωκίων, peripateticus, *ἐν τῷ κέρατι τῆς Ἀμαλθείας* allegatur à *Scholiaſte Ariſtophanis in Pluto pag. 9.* Confer *Agellium*, 1, 8.

PHOCUS, Φῶκος, Samius, hiſtoriam nauticam conſtruxit. Videatur *Laert. in Thalete pag. 15.*

PHOCYLIDES, Φωκυλίδης, Mileſius, Olympiade LX. claruit. Mentio ejus occurrit apud *Iſocratem in oratione ad Nicoclem pag. 51. Ariſtotelem 4. politicor. c. 11. Clementem Alex. l. 5. Stromat. Phrynichum in dictionibus Atticis, pag. 64. Plutarchum περὶ τ͂ ἀκούειν, Dionem Chryſoſt. orat. 36. in Boryſth. fol. 440. Athenæum l. 10. c. 7. Suidam in χρήσεις, &c.*

PHOCYLIDES, junior, vel Pſeudophocylides, quando vixerit, non exacte conſtat. Hujus eſt carmen νουθετικὸν, quod in manibus hodiè omnium verſatur. Notanter *Scaliger in Animadverſ. ad Euſebium pag. 88.* Carmen νουθετικὸν (inquit) nomine Phocylidis hodiè in manibus habetur omnium. Sed nemo animadvertit, nihil in eo eſſe, quod ad illius veteris Phocylidis exemplum expreſſum ſit, quantum ex illis, quæ ejus hodiè ſuperſunt, reliquiis odorari poſſumus. Ille enim vetus ſcripſit breves gnomas exemplo *Theognidis* & aliorum veterum gnomologorum, præeunte ſemper gnoriſmate hoc, Καὶ τόδε Φωκυλίδου. At iſte vulgaris perpetuum carmen ſcripſit non appoſita illa veteri nota. Præterea nullus veterum ne unum quidem verſum ex hoc longo carmine producit, cùm ex Phocylide quædam apud *Stobæum & alios* legantur. Denique iſte homo fuit Judæus, niſi fallor, aut Chriſtianus. Univerſa poëſis illius rei fidem facit, ut negari non poſſit, aut unum ex helleniſtis Alexandrinis fuiſſe, cujuſmodi multi præſtantiſſimi floruerunt ſub Ptolemæis, aut, quod vero propius, Chriſtianum. *Et poſt alterum:* Noli putare, hoc carmen illius antiquioris (ſc.) Phocylidis eſſe, ſed anonymi Chriſtiani. Et fortaſſis fuerit idem autor cum illo *Naumachio*, qui Chriſtianum carmen νουθετικὸν ſcripſit de virginitate. Neque verò puto, ullum veterum carmen extare, quod cum poëſi hujus Phocylidis (ſi modò ei id nomen fuit) aut elegantiæ aut nitore aut cultu verborum conferri poſſit. Quod autem tamdiu ignoratum fuerit, ut nullus veterum ejus meminerit, *Clemens, Juſtinus, Theodoretus, alii*, magis mirari, quàm cauſam ejus reddere poſſum. Certe, ſi tempore *Euſebii* extitiſſet, non dubium eſt, quin ejus teſtimonia in theſaurum προπαρασκευῆς ſuæ impendiſſet. *Hæc ille.* Confer *Danielem Heinſium in exercit. ſacris ad Hebr. IV, 12. pag. 559. C. Barthium ad Claud. pag. 1290. Suidas*, carmen illud ἐκ τ͂ Σιβυλλιακῶν κεκλεμμένον affirmat.

PHOCYLIDES (Joh.) edidit epitomen aſtronomiæ reformatæ, An. 1654.

PHOEBADIUS, An. Chr. 360. claruit. *S. Hieronymus* Sebadium nominat. Compoſuit librum contra Arianos. Videatur *Phil. Labbe T. 2 diſſert. pag. 220. Olearius pag. 388.*

PHOEBAMMON, Φοιβάμμων, ſophiſta

περὶ τῆς σιώπου ἔγραψε. *Tzetzes in Chiliad. pag. 114.* cum *Minuciano* jungit. Vid. *Scheferus in rhet. Anonymi, pag. 63.*

PHOEBION, Φοιβίων, Stoicus, *Porphyrio in vita Plotini* memoratur. Vid. *Mallincrot, pag. 54.*

PHOENICIDES, Φοινικίδης, Comicus, fabulas docuit. Ex iis erant Μισουμένη & Φύλαρχος. Vid. *Caſaub. in Athenæum l. 14. c. 18. p. 929.* Confer *Stobæum ſerm. 6.*

PHOENICIUS (Franc. Stanisl.) Leopolienſis, An. 1640. claruit. Librum compoſ. titulo, Mancipium Mariæ. Vid. *Alegambe, pag. 135.*

PHORMUS, Φόρμος, Syracuſanus, Epicharmi tempore vixit. *Suidas* τροφέα liberorum Gelonis tyranni facit. Primus ποδήρει ſive talari veſte in ſcena uſus eſt. Meminit ejus *Ariſtoteles in arte poetica.* Fabulæ ejus ſequentes enumerantur, Ἄδμητος, Ἀλκίνοος, Ἀπαλάστη, Ἰλίου πόρθησις, Ἵππος, Κηφεὺς, Περσεύς.

PHOTIUS, Φώτιος, Conſtantinopolitanus patriarcha, An. C. 858. claruit. Erat homo magnæ eruditionis. Reliquit bibliothecam, quam *Andreas Schottus* latinè tranſtulit: nomocanonem, qui extat cum commentario Balſamonis: & epiſtolas. Epiſtolæ, An. 1651. Londini, una cum verſione *Richardi Montacutii* in lucem prodierunt. Vid. *Phil. Labbe Tom. 2. diſſert. pag. 221. Olearius in Abaco pag. 382. Hanckius in Byzant. ſcript. pag. 269.*

PHRANTZA (Georg.) Φραντζῆς, poſt captam Conſtantinopolin floruit. Condidit chronicon de rebus Byzantinis & Peloponneſiacis. Vid. *Zeillerus part. 1. hiſt. pag. 151. Hanckius in Byz. ſcript. pag. 645.*

PHREAS (Joh.) Londinenſis, An. 1465. Romæ veneno, ut creditur, extinctus eſt. E Xenophonte & Diodoro Siculo nonnulla latinè reddidit. Paulus II. pontifex uſque adeò translatione ſibi dedicata captus erat, ut eum epiſcopum Bathonienſem deſignaret. Vid. *Voſſius l. 3. de hiſt. lat. cap. 9.*

PHRYGIO (Paulus Conſtantinus) Seleſtadienſis, An. 1543. obiit. Tubingæ theologiam profeſſus eſt. Edidit chronicon: item, commentarium in Exodum, Leviticum & Michæam.

PHRYGIUS (P. Fr.) in hiſtorias epidemicas Hippocratis commentatus eſt.

PHRYNICHUS, Φρύνιχος, Athenienſis, tragicus, Theſpidis diſcipulus, Olympiade LXVII. claruit. Primus perſonam muliebrem in ſcenam induxit & tetrametrum reperit. *Suidas* ſequentes ejus tragœdias numerat Αἰγυπτίους, Ἀκταίωνα, Ἄλκηστιν, Ἀνταῖον, Ἀνδρομέδαν, Δαναΐδας, Δικαίους, Ἠριγόνην, Πέρσας, Πλευρωνίας, Συνθώκους. Vid. *Tzetzes in Chil. pag. 139. Langbainius in Longin. p. 89.*

PHRYNICHUS, veteris comœdiæ poeta, Olympiade LXXXVI. floruit. Ex ejus comœdiis erant Κωμασταὶ, Μοῦσαι, Μονότροπος, Ποάστριαι, Σάτυροι, Τραγῳδοί. Vid. *Suidas.*

PHRYNICHUS, grammaticus, ſcripſit de dictionibus Atticis. Eum edidit *David Höſchelius* unà cum notis *Nunneſii*, in 4. *C. Barthius ad Claudian. pag. 604.* vocat naſutum cenſorem, in quo multa veſtigia libertatis in cenſendo veteris.

PHRYSIUS (Laur.) de morbo Gallico commentari cœpit.

PHYLARCHUS, Φύλαρχος, hiſtoricus, Ptolemæi Evergetæ & Philometoris inclaruit. Scripſit περὶ τῆς τοῦ Διὸς ἐπιφανείας: librum de inventis: & alium de ſignificationibus. Præterea duodetriginta hiſtoriarum libros compoſuit. *Suidas* etiam de rebus Antiochi & Eumenis Pergameni ſcripſiſſe memorat. Videantur *Parthenius cap. 16. & 26. Tzetzes in Chiliad. pag. 64.*

PHYTEUS, Φυτεὺς, teſte *Vitruvio in præfat. libri ſeptimi*, librum de Mauſoleo edidit.

PIAGGIUS (Ant.) Hiſpellas, JCtus, tractavit de tutela & cura minorum. Extat *T. 8. Tract. tract.*

PIASECIUS (Paul.) epiſcopus Premiſlienſis, compoſuit chronicon rerum geſtarum in Polonia: Item, praxin epiſcopalem. Vid. *Starovoſc. pag. 55. Zeillerus part. 3. pag. 180. Funccius Tom. 1. Orb. imperantis, pag. 719.*

à PIBERACH (Matth.) Vide, BAPPENHEIM.

PIBRACIUS (Vidus Faber) Anno 1584. obiit. Reliquit carmina. Vid. *Thuanus l. 80.*

PICUS (Joh.) Mirandulanus. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 158.* Joh.Pici Mirandulæ Comitis indoles planè divina, ingenium ad omnia factum: ſed hujus quoque dictionem nonnihil vitiavit linguarum ac philoſophiæ atque etiam theologiæ cura. Vide, MIRANDULA.

PICUS (Franc.) reliquit 3. libros de auro: item, vitam Joh.Pici, patrui ſui.

PICUS (Paulus) Papienſis, JCtus, multa ſcripſit. Opera ejus omnia ſimul prodierunt.

PIDERITIUS (Joh.) Anno 1627. chronicon Comitum Lippiæ conſtruxit, fol.

PIEN (Franc.) edidit tractatum de febribus, An. 1669.

PIENTINUS (Angel.) exaravit 4. libros de Jubilæo, Romæ, An. 1575.

PIERIUS, Πιέριος, Alexandrinæ eccleſiæ presbyter, ſub Diocletiano Imp. claruit. Compoſuit longiſſimum tractatum in Hoſeam prophetam: item, in priorem ad Corinthios, teſte *Hieronymo.*

PIERIUS (Chriſt.) Colonienſis, celebravit carmine Chriſtum crucifixum, An. 1576. in quo omnia verba incipiunt à litera C. teſte *Sweertio.* Extat etiam ejus Maximilianus, in quo omnes voces à litera M. incipiunt. Vid. *Tomus 3. Delit. Belg. pag. 805.*

PIERIUS (Gracchus) Bavarus, An. 1495. claruit.

PIERIUS (Jac.) Piſtorienſis, edidit contradictiones in prologum 1. & 2. Sententiarum *Scoti.* Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 185.*

PIERIUS (Joh.) *Valerianus, Bolzanus,* Anno 1550. vivere deſiit, annum 82. ſupergreſſus. Inter alia Virgilianæ lectiones & hieroglyphica ejus maximè commendantur. Extat ejuſdem libellus de infelicitate literatorum. Poëmata ipſius leguntur *T. 2. Delit. Ital. pag. 1193.* Videantur *J. C. Scaliger de poët. pag. 795. Ghilinus, vol. 1. pag. 189. Voſſius in Etymolog. pag. 249. a. Imperialis in Muſeo pag. 39. Tollius de J. L. pag. 11.*

PIERIUS (Urb.) à Birnfeld, emiſit repetitionem doctrinæ de perſona & officio Chriſti, An. 1591.

PIERSENÆUS (Jerem.) Antverp. JCtus, An. 1600. claruit. Carmina ejus occurrunt *T. 3. Delit. Belg. pag. 817.* Vid. *Sweertius, pag. 344.*

PIERUCCIUS (J. M.) Florentinus, JCtus, *Greg. Letò in Ital. regn. pag. 325.* celebratur.

PIETIUS (Bald.) Gandenſis, JCtus, natus eſt An. 1546: obiit An. 1609. Scripſit de pignoribus & hypothecis: de jurejurando: item, conſilia. Vid. *Sweertius pag. 152.*

PIEUX (Dan.) in organum Ariſtotelis, Toloſæ, An. 1644. commentatus eſt.

PIGAFETTA (Phil.) deſcriptionem regni Africani, Congus vocati, publicavit Francof. An. 1598. fol.

PIGHETTUS (Jac.) Bergomas, togatæ paludatæq; Palladis templum: animadverſiones in Tacitum: hiſtoriam hujus ſeculi conſcripſit. *Iconi* ejus tale carmen appoſitum:

Clarus avis, virtute ſua ſed clarior hic eſt
Pighettus, latè docta per ora volans.
De capite orta Jovis Pallas: de Palladis iſte
Mente ſatus, matrem provocat eloquio.

Vid. *Donatus Calvus pag. 195.*

PIGHIUS (Alb.) Campenſis, Anno 1543. obiit. Hadriano VI. & Clementi VII. admodùm familiaris fuit. Paulum III. in matheſi inſtituit, à quo donatus eſt duobus ducatorum millibus & præpoſitura Ultrajectina. Suſcepit defenſionem aſtrologiæ adverſus vulgus prognoſticorum. Vid. *Jovius, in elog. num. 105. Sweertius, pag 114.*

PIGHIUS (Steph. Vignandus) Campenſis, An. 1604. obiit. Struxit annales Romanorum magiſtratuum: Herculem Prodicium: notas in Valer. Maximum. Vid. *Sweertius pag. 681.*

PIGLIOWSKI (Alb.) Polonus, edidit elogia Regum, præſulum, heroum &c. qui ſocietatem Jeſu per Poloniam fundaverunt, An. 1640. Vid. *Alegambe, p. 9.*

PIGNA (J. Bapt.) Ferrarienſis, An. 1585. claruit. Octo libros de Ferrariæ principibus: duodecim libros quæſtionum poëticarum: item, tractatum de otio exaravit. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 102.* Carmina ejus exhibet *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 216.*

PIGNATELLUS (Fabr.) ſcr. de eccleſiæ ſacrificio, Pariſ. An. 1660.

PIGNATELLUS (Jac.) paravit conſultationes canonicas, Romæ An. 1668.

PIGNATELLUS (Morlinus) collegit controverſias forenſes, An. 1667.

PIGNORIUS (Laur.) Patavinus, natus eſt An. 1571: obiit An. 1631. Reliquit expoſitionem menſæ Iſiacæ: comm. de ſervis: ſymbolas epiſtolicas: notas in *Alciati* emblemata, &c. In ejus muſeo reperiebantur rariſſima numiſmata, ſtatuæ, imagines, gemmæ & inſcripta præſtantiſſima. Videantur *Thomaſinus part. 2. elog. pag. 200. Hallerv. in B.C. pag. 233.*

PIGRÆUS (Pet.) vulgavit chirurgiam, 1612.

PIGRES, Πίγρης, Artemiſiæ frater, Olymp. CIII. floruit. Singulis Iliadis Homericæ verſibus hexametris pentametrum de ſuo ſubjecit atque ita Iliadem in elegiam convertit. Vid. *Suidas*. Eidem nonnulli βατραχομυομαχίαν tribuunt. Sané *Henricus Stephanus* refert, ſe in exemplar quoddam incidiſſe, ubi adſcriptum fuerit Batrochomyomachiæ nomen Pigretis.

PILATUS (Leont.) Theſſalonicenſis, *Boccacio in Geneal. deor. 15, 6.* memoratur.

de PILCA (Andr.) emiſit perſpectivam politicam, An. 1652. in 4.

PILEUS, JCtus, edidit proceſſum juris. Vide, PYLEUS.

á PILGRUN (Gerh.) ſtruxit normam fœderum, Colon. An. 1638.

PILIUS (Martin.) Septimontius Batavus, An. 1598. obiit. Extat ejus carmen de ambitione.

PILKINTON (Nic.) Lanceſtrenſis, Anno 1576. obiit. Scripſit in Nehemiam, Obadiam & Nahum.

PILLEMENT (Nicol.) de mirabili humorum in corpore humano motuum cauſis commentatus eſt, An. 1666.

PILLICHDORFIUS (Pet.) ſeculo XIII. floruit & librum contra Waldenſes exaravit.

PILLETERIUS (Caſp.) collegit ſynonymias plantarum. An. 1610.

PILLINGIUS (Matth. Zach.) ſcrutinium metallologicum: item, lib. de bitumine adornavit, An. 1673.

PILONUS condidit hiſtoriam Bellunenſem.

PILORCIUS (Rocchus) Marſianenſis Peruſinus, librum concinnavit de conſcribenda epiſtola. Liber iſte prodiit Dilingæ, An. 1578. cum ſcholiis *Jac. Pontani.*

PIMENTA (Eman.) Scalabi[illegible]us, Anno 1603. obiit. Epigrammata ſtruxit An. 1621. Vid. *Algambe, pag. 101.*

PIMPINELLUS (Vincent.) habuit orationem ad Carolum V. in comitiis Auguſt. An. 1530.

PIMPONTIUS (Germ. Valens) compoſuit commentarium in Virgilium. Meminit ejus *Scaliger in Catull. pag.* [illegible]3.

de PIÑA (Joh.) Madridienſis, An. 1630. claruit. Condidit 5. tomos commentariorum in Eccleſiaſticum. Vid. *Alegambe, pag. 264.*

PINÆUS (Sever.) ſcripſit phyſiologiam: item, tract. de virginitate & corruptione, An. 1598.

PINCÆUS (Jac.) Gallus, carminibus ſibi nomen paravit. Vid. *Tomus 3. D*[illegible]*t. Gall. pag. 181.*

PINCHONUS, Anglus, tracta[illegible]it de redemtione univerſali.

PINCIER (Conr.) JCtus, edidit d[illegible]dacticam feudalem, An. 1619. item [illegible]brum de juriſdictione & imperio, An. 1606.

PINCIER (Joh.) medicus Marp[illegible]enſis, An. 1591. obiit. Adornavit o[illegible] Marpurgenſe cum parergis. Æ[illegible] carmine expreſſit. Sphæræ *B*[illegible] ſupplementa libri 4. & 5. addi[illegible] Catecheſin quoque lat. carmine c[illegible].

PINCIUS Tridentinam hiſtoria[illegible] literas redegit.

PINDARUS, Πίνδαρος, Theban[illegible], circa LXXVI. Olympiadem inclaruit. Puerum á parentibus expoſitum apes aluerunt, teſte *Æliano in V. H. 12, 45.* Vitam ex animi ſententia finiit. Nam, cum petiiſſet á Diis, ut pulce[illegible] ſibi in vita daretur, ferunt, i[illegible] ſubito mortuum eſſe in theatro incli[illegible]atum in Theoxeni genua. Ita *Suidas* c[illegible]i adde *Valer. Maximum, 9, 12.* Strux[illegible] Dorica dialecto Nemea, Pythia, Olym[illegible]a. *Suidas* ipſi quoque hymnos, Pæanas, threnos aliaque tribuit.

PINDARUS, latinus poëta, carmine heroico bellum Trojanum deſcripſit. Adducit ejus teſtimonium *Lutatius ad l. 6. Thebaidos Statii. Caſp. Barthius in 6. Theb, pag. 393.* non aſpernandum, imo æſtimandum ſcriptorem nominat.

de PINDEMONTIBUS (Aleardus) Veronenſis, medicus, An. 1430. floruit. Scripſit de ſomno meridiano; item, de balneis agri Veronenſis. Vid. *Chioccus, pag. 5.*

PIN-

PINDEMONTIUS (Joh.) Veroneſ. medicus, An. 1532. vixit. Vid. *Chioccus, pag. 130.*
PINDEMONTIUS (Joh.) Veroneſ. hoc tempore claret. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 533.*
PINEDA (Joh.) A. 1588. vixit. Compoſuit Monarchiam eccleſiaſticam hiſtoriæ univerſalis totius mundi, in quinque tomos diviſam, in qua omnium regnorum & rerumpubl. origines, reges & principes recenſet, & veram eccleſiæ monarchiam ab Adam ad noſtra tempora deductam perſeveraſſe, demonſtrare laborat. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. M. pag. 220.*
de PINEDA (Joh.) Hiſpanus, An. 1637. obiit. Condidit doctum & prolixum commentarium in Jobum & Eccleſiaſten: item, octo libros de geſtis Salomonis. Vid. *Alegambe, pag. 264.*
PINEDUS, Hebræus, promiſit editionem Stephani de urbibus, teſte *Heinſio in epiſt. ad Daumium.*
PINELLUS (Ant.) edidit Menologium, é Menæis Græcorum deſumtum, Venet. An. 1529.
PINELLUS (Arius) Luſitanus, JCtus, An. 1557. claruit. Scripſit de bonis maternis. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. pag. 485.*
PINELLUS (Bened.) JCtus, edidit ſelectas juris reſolutiones, An. 1613.
PINELLUS (Dominic.) natus eſt An. 1541. Vid. *Guido Panzirol l. c. pag. 398.*
PINELLUS (Joh. Vinc.) An. 1601. obiit. Vid. *Thuanus l. 126. Pignorius in ſymb. epiſt. pag. 69.*
PINELLUS (Lucas) Melfenſis, An. 1607. obiit. Tractav. de euchariſtiæ ſacramento, An. 1599: item, de perfectione religioſa, An. 1602. Vid. *Alegambe, pag. 305.*
PINETTUS (Ant.) compoſuit libellum de conformitate eccleſiæ cum primitiva.
PINGIZERUS (Virgil.) JCtus, vulgavit quæſtiones Saxonicas illuſtres, Anno 1607.
PINGONIUS (Philib.) Sabaudus, A. 1582. obiit. Struxit Auguſtam Taurinorum: item, tract. de ſindone Chriſti ſepulcrali. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag 78.*
à PINO (Joſeph) librum de viris & mulieribus illuſtribus reliquiſſe fertur, An. 1550.
PINONIUS (Jac.) Pariſinus, condidit carmen de anno Romano, An. 1630.
PINOVIUS (Joel.) comp. harmoniam macrocoſmi & microcoſmi, An. 1603.
PINSONIUS (Carol.) de beneficiis eccleſiaſticis, Pariſ. Anno 1654. tractare cœpit.
PINTIANUS (Ferd. Nonius) Hiſpanus, Anno 1552. vivis exceſſit. Primus teſte *Thuano l. 11.* linguæ Græcæ uſum in Hiſpaniam intulit. In Plinium, Melam & Senecam commentari aggreſſus eſt. Vitam Pintiani *Andr. Schottus* exaravit. Vide, NONIUS.
PINTO (Andr.) Olyſſiponenſis, ſcripſit in Canticum canticorum. Vid. *Alegambe, pag. 29.*
PINTO (Jac.) Sardus, Anno 1643. vixit. Chriſtum crucifixum quatuor tomis complexus eſt. Videatur *Alegambe, pag. 208.*
PINTOR (Pet.) Valentinus Hiſp. medicus, libellum, Aggregatoré ſententiarum doctorum omnium de præſervatione & curatione peſtilentiæ intitulatum, imprimi curavit Romæ, Anno 1499. fol. Vid. *Linden pag. 504.*
PINTUS (Hector) Luſitanus, An. 1584. obiit. Reliquit comm. in Eſaiam, Ezechielem, Danielem & Nahum.
à PINU (Joſephus) Auerbachius, A. 1566. claruit. Carmina ejus *Tomo 5. Delit. Germ. pag. 85.* inſerta ſunt.
à PINU (Laurent.) JCtus, conſilia elaboravit. Scripſit etiam in 5. lib. Decretalium.
PINUS (Bernh.) *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 163.* memoratur.
PINUS (Joh.) Tholoſanus, Anno 1500. floruit & librum de vita aulica condidit. Extat ejuſdem comm. de vita *Phil. Beroaldi*: item, de laudibus *Codri Urcei*. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 168.* Joh. Pinus (inquit) poſſet inter Ciceronianæ laudis competitores numerari, niſi & hunc tumultus & eccleſiaſtica dignitas à ſtudiis avulliſſent. Olim certe præclarum ſui ſpecimen dedit, cùm Bononiæ Muſarum ſacra coleret. Nunc epiſcopum audio factum. Quid deceſſerit eloquentiæ, neſcio. Fieri poteſt, ut plus acceſſerit eruditionis, quàm dignitatis.
PINUS (P. M.) Urbinas, compendium inſtar indicis in opera Hippocratis omnia, An. 1597. confecit.

PINUS (Valent.) tractavit de fabrica horologiorum ſolarium, Venet. Anno 1598.

PINYTUS, Πινυτὸς, Bithyniates, grammaticus, tempore Neronis claruit. Vid. *Stephanus in Βιθυνίω.* Pinytus, poeta, *l. 3. Anthol. c. 25.* allegatur.

PIOTTUS (J. Bapt.) Novarius, JCtus, de blaſphemia ſcribere aggreſſus eſt. Vid. *Ghilinus vol. 2 pag. 141.*

PIPERATA (Thomas) de Storletis, Anno 1267. floruit. Reliquit tractatum de fama. Vid. *Tom. 10. Tract. tract.*

PIPINUS (Franc.) An. 1320. vixit. Marci Poli hiſtoriam latinè reddidit.

PIRATIUS (Laur.) medicus, Anno 1586. innotuit. Scripſit de immoderatis excretionibus.

PIRCKHAIMERUS (Bilibaldus) Patricius Norimbergenſis, natus eſt Anno 1470: obiit An. 1530. & cum ipſo tota ſtirps Pirckhaimerorum extincta eſt. Erat Græcè doctus atque latinè. Xenophontis libros ſeptem de geſtis Græcorum primus latinè interpretatus eſt. Multa etiam ex ſcriptis *Gregorii Nazianzeni* in linguam lat. tranſtulit. Opera ejus conjunctim uno volumine prodierunt. Vitam ipſius *Conr. Rittershuſius* expreſſit. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 182.* Bilibaldo duce (inquit) primum effloreſcere cœpit apud Germanos eloquentia, quam & morum pietate & fortunæ ſplendore illuſtravit. Et *p. p.* Ex tempore ſcribens adeò feliciter, abundè declarat, quantum præſtare valeret, ſi nervos intenderet. Meminit ejus *Jovius in Elogiis, pag. 292.* Confer *G. Andr. Imhof in Politico Græco, pag. 23.*

PIRIBACHIUS (Tob.) Viennenſis, emiſit conſilium de curando melancholico.

PIRING (Ernricus) jus canonicum nova methodo explicare cœpit, Anno 1675. fol.

de PIRO (Henr. Bruno) JCtus, An. 1432. claruit. Extat ejus comm. in 4. libros inſtitutionum Juris civilis: item, tractatus de emtione redituum.

PIROTTUS (Edmund.) habuit orationem theologicam in ſchola Sorbonæ, Pariſ. An. 1670.

PIROVANUS (Gabr.) concinnavit dialogum de aſtronomiæ veritate, Anno 1554.

PISA (Franc.) in librum de anima, Madriti, An. 1576. commentatus eſt.

PISANDER, Πείσανδρος, Camireus, poëta, juxta *nonnullos* Olymp. XXXIII. vixit. *Alii* tamen Heſiodo antiquiorem faciunt. Scripſit Heracleida libris duobus. Laudatur à *Pauſania*, *Hygino* & *aliis*. Vid. *Meurſius in Rhodo pag. 103. Thomaſius de plagio, §. 519.*

PISANDER, Larandenſis, itidem poëta, carmine compoſuit variam hiſtoriam libris ſex, eamque inſcripſit Ἡρωικῶν θεογαμιῶν, q. d. Jovis & Junonis nuptias. Vid. *Suidas.* Piſander poëta, *l. 3. Anth. c. 5.* allegatur.

PISANELLUS (Aug.) reſponſa vulgavit, Venet. An. 1579.

PISANELLUS (Balth.) An. 1559. floruit. Scripſit de eſculentorum potulentorumque facultatibus. Extat ejuſdem comment. in libros Ariſtotelis de anima.

PISANUS (Alf.) Toletanus, Anno 1598. obiit. Compoſ. 4. libros de concilio Nicæno primo. Vid. *Alegambe, pag. 19.*

PISANUS (Barth.) An no 1347 obiit. Struxit Summam caſuum conſcientiæ, *Piſanellam* ſeu *Magiſtrucciam* dictam. Videatur *Phil. Labbe T. 1. diſſert. de S. E. pag. 175.*

PISANUS (Joh.) Cameracenſis, [illegible] librum de optica, An. 1542.

PISANUS (Octav.) edidit Lycurgum Italicum, An. 1666,

PISCATOR (Joh.) Argentinenſis, natus eſt An. 1546: obiit An. 1625 [illegible] næ theologiam profeſſus eſt [illegible] verum cùm Calvini dogmata ibi doce[illegible] vellet, dimiſſus eſt. Inde Herbornam [illegible] contulit: unde *Herbornenſis* hab[illegible]que dictus eſt. Compoſuit notas [illegible] & N. Teſtament. Vid. *Joh. Schmid,* [illegible] Schulbrunnen/*pag. 250.*

PISCATOR (Pet.) Hannovi[illegible], natus eſt Anno 1571 obiit Anno 16[illegible] Jenæ theologiam profeſſus eſt. R[illegible] problemata ſacra: item, commen[illegible] formulam concordiæ. Vid. *Henni*[illegible] *Witte in Theol. pag. 39. Adrianus Be*[illegible] *R. Jen. pag. 483.*

PISCIS (Guilh.) Atrebas, ſcripſit encomium Eraſmi, An. 1537. teſte *S*[illegible]*tertio.*

PISCIUS (Rogerius) JCtus, Anno 1624. floruit.

de PISE (Marcellus) encyclopædiam mora-

moralem 4. voluminibus complexus eſt, Anno 1656. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 246.*

PISECIUS (Thom.) à Maſtovice, Socinianus, 2. libros de antichriſto ſub nomine *M. Camilli* edidit. Videatur *Placcius 173.*

PI‧EZKI (Andr.) exaravit tractatum de ſtatu ſeculari, An. 1672.

PISICHIARIUS (Aug.) *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 112.* memoratus eſt.

PISI‧ES (Georg) Πισίδης, tempore Heraclii Imp. An. 640. flor. Verſibus jambicis opus ſex dierũ expreſſit, quod habetur Græcè & latinè interprete *Friderico Morello.* Vid. *Nicephorus Calliſtus in H. E. 18, 48. Suidas in Γεώργιος, Tzetzes in Chiliad. pag. 40. Olearius in Abaco, pag. 175. Zeillerus part. 3. pag. 182.*

PISINUS, Πίσινος, Lindius, condidit Heracleam, teſte *Clemente Alexandrino l. 6. Strom. pag. 628.* Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 103.*

de PISIS (Barth.) ſcripſit de documentis antiquorum, An. 1601.

de PISIS (Hugo) opus geomantiæ compoſ‧‧t. Prodiit Lugduni, An. 1638.

de PISIS (Reinerus) ord. Prædic. monachus, reliquit pantheologiam univerſæ theologicæ veritatis tribus voluminibus. Prodiit hoc opus Norimbergæ, An. 1474: item, Brixiæ, An. 1580.

PISISTRATUS, Πεισίστρατος, Epheſius, *Laertio in vita Æſchinis* memoratur: item, *Apollonii Scholiaſtæ l. 4.*

à PISNITZ (Henr.) Bohemus, elaboravit carmina heroica.

PISO (L. Calpurn.) cognomine Frugi, A. U. C. 600. claruit. *Plinius l. 13. c. 13.* Piſonem Cenſorium vocare videtur. *Dionyſio Halicarnaſſeo* etiam τιμητικὸς cognominatur. Condidit annales. *Plinio in hiſt. nat. 2, 53.* gravis autor appellatur. A *Varrone, Plutarcho, Macrobio aliisq;* allegatur.

PISO (Carolus) Pariſienſis, reliquit obſervationes ſelectiores, An. 1618.

PISO (Guerin.) JCtus, ſcripſit de Romanor. & Venetor. magiſtratuum inter ſe comparatione: item, de feudis, Anno 1598.

PISO (Guilh.) ſtruxit hiſtoriam Braſilienſem, An. 1648. Extat ejuſdem tractatus de Indiæ utriuſque re naturali & medica, An. 1658.

PISO (M. Aurel.) propoſitiones philoſophicas ex univerſa philoſophia peripatetica collegit, Mediol. An. 1585.

PISO (Nicol.) Lotharingus, compoſuit tres libros de curandis internis corporis humani morbis, An. 1580.

PISO (Thad.) in inſtitutiones juris ſcribere aggreſſus eſt.

PISORIUS (Leonh.) de Algebra commentatus eſt. Opus illud nondum in lucem prodiit.

PISOTUS (Paul.) Parmenſis, Anno 1534. obiit. In threnos Jeremiæ commentarium doctum compoſuit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 273.*

PISSINIUS (Sebaſt.) ſcripſit de palpitatione cordis, Anno 1609: de cyanei lapidis viribus, An. 1617. de diabete, &c.

PISSINUS (Andr.) Lucenſis, edidit Anno 1675. doctrinam naturalium, qua funditus everſis materiæ primæ formæque ſubſtantialis & accidentalis cunctiſque ferme ſectariorum ſententiis, cujuslibet autoritate poſthabita, rationibus firmis inopinata ſubſtituuntur aut penitus obſoleta revocantur. Hic tractatus inter libros prohibitos Romæ relatus eſt.

PISTOR (Caſp.) JCtus, tractavit de officio notariorum.

PISTOR (Hartm.) JCtus, emiſit obſervationes ſingulares.

PISTOR (Martinus) in Matthæum commentari cœpit, Pariſ. An 1551.

PISTORIENSIS (Hieron.) An. 1571. obiit. Tractavit de quantitatibus rerumq; diſtinctionibus. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 175.*

PISTORINUS (Jac.) Anno 1600. claruit. Vid. *Bumaldus, pag. 104.*

de PISTORIO (Chymus) ſcripſit in codicem Juris.

PISTORIS (Hartm.) quatuor libros quæſtionum juris tam Romani quàm Saxonici publicavit, An. 1604.

PISTORIS (Modeſtinus) JCtus, natus eſt An. 1516: obiit An. 1565. Quæſtiones illuſtres 4. partibus complexus eſt.

PISTORIS (Simon) JCtus, natus eſt Anno 1489: obiit An. 1562. Lipſiæ juriſprudentiam 5. annis profeſſus eſt. Tractavit de ſucceſſione fratris & liberorum ipſius.

PISTORIS (Simon Ulr.) à Seuſelitz; verſi-

bus innotuit. Vid. *Tomus 5. Delit. Germ. pag. 94.*

PISTORIUS (Joh.) ſtruxit chronicon rerum Belgicarum. Extat ejuſdem tractatus de arte Cabbaliſtica.

PISTORIUS (Theoph.) condidit enchiridion linguæ hebraicæ

PITATUS (Pet.) Veronenſis, ſcripſit de vera quantitate anni ſolaris & lunaris, An. 1568.

PITCARNUS (Alex.) emiſit ideam phyſiologiæ, Londini, An. 1676. in 8.

PITERICHIUS (Georg.) Colon. Marchicus, edidit librum poeticum, cui titulus, Annus eccleſiaſticus, An. 1596.

PITHEUS (Joh.) adornavit animadverſiones in libellum Præadamitæ, Anno 1656.

PITHOEUS (Nicol.) Cambigobertius Tricaſſinas, collegit theſaurum ex S Bernhardi operibus, Genevæ, Anno 1589.

PITHOEUS (Pet.) Trecenſis, JCtus & philologus, An. 1596. vivis exceſſit. In *jure* civili Romano (inquit *Thuanus l 117.*) ad id faſtigium pervenit, ut de eo celeberrimoque ejus præceptore *Cujacio* dici jure potuerit, hunc diſcipulo præripuiſſe, ne primus JCtus eſſet; illum præceptori, ne ſolus. In hiſtoriis etiam erat verſatiſſimus. Ita enim idem *Thuanus:* Nemo privata & domeſtica negotia exactius calluit, quàm ipſe Gallicam externamque hiſtoriam, origines populorum, deſcriptiones temporum, ſucceſſiones familiarum, bella, fœd ra, conventiones, leges, mores, conſuetudines provinciarum ſingularumque urbium. *Sic ille.* Inter alia innumera, collectionem Gallicorum Conciliorum reliquit. *Dalleus in lib. de Imaginibus pag. 509. 512.* de eo admodum honorificè ſentit, quando ita de eo ſcribit: P. Pithœus in eccleſiæ Rom. communione natus, educatus, mortuus: in qua ille ſic vixit, ut non modo eruditione & literis, ſed & probitate, candore & ſapientia, cæteriſque bonis artibus excelluiſſe exiſtimatus ſit. Ejus in eruendis antiquitatis monumentis ſolertiam, judicium ac fidem omnes laudant. Adverſariorum ejus ſubſecivorum 5. libri *T. 2. Lamp. Crit.* continentur. Vid. *C. Barthius, in lib. 4. Silv. Pepin. pag. 384. Thomaſius de plagio, §. 520.*

PITHOPOEUS (Lamb. Ludolphus) Daventrienſis, Anno 1594. claruit. Carmina, quæ fecit, habentur *T. 3. Delit. Belg. pag 831.* Vide, LUDOLPHUS.

PITHSANUS (Joh.) archiepiſcopus Cantuarienſis, exaravit librum de oculo morali & naturali.

de PITIGIANIS (Franc.) Aretinus, An. 1581. cl. Paravit ſummam theologicam: commentarium in Geneſin: criminalem canonicam, &c. Vid. *Wadding. in S.O.M. pag. 132.*

PITISCUS (Barthol.) Grünbergenſis Sileſius, natus eſt An. 1561: obiit Anno 1613. Electori Palatino à concionibus aulicis fuit. Reliquit Irenicon: theſaurum mathematicum: trigonometriam, &c.

PITSEUS (Arthurus) Anglus, edidit commentar. in Evangelia & Acta, Anno 1636.

PITSEUS (Joh.) Anglus, ſcripſit de illuſtribus Angliæ ſcriptoribus; item, relationes hiſtoricas de rebus Anglicanis, An. 1619. Vid. *Kempius, pag. 537.*

PITSILLIUS (Ant.) de inſtituendo principe, Anno 1606. commentatus eſſe dicitur.

PITSIUS (Joh.) 1614. obiit. Extant ſeptem ejus libri de peregrinationibus: item, de legibus. Vid. *Ghilini vol. 2. pag. 134.*

PITTACUS, Πίτ̓ακ@-, unus ſeptem ſapientum, Olymp. XLIV. clar[illegible] *Juxta Suidam* reliquit ſexcentos ver[illegible] elegiacos. De laude molæ ſcrip[illegible]dem, ex *Æliani Varia Hiſt. 7, 4.* d[illegible]us.

PITTHEUS, Πιτθεύς, Thesei a[illegible]us, ſi *Pauſaniæ in Corinthiacis* cre[illegible] rhetoricam Trœzene docuit d[illegible] ea librum edidit, quem à ſe lectum [illegible] dictus *Pauſanias* affirmat. *Voſſius de nat. rhet. pag. 60.* Pauſaniæ ab aliqu[illegible] fucum factum eſſe non immeritò ſu[illegible].

PIUS, Πῖ@-, in Odyſſeam co[illegible]tus eſt. Teſtis *Autor Etymolog[illegible] M. in* [illegible]

PIUS V. Pontifex An. 1566. creatus eſt obiit An. 1571. Quinque l[illegible] ep[illegible]tolarum ejus An. 1640. in lucem prodierunt.

PIUS (Joh. Bapt.) An. 1494. flor[illegible]t. Erat *Beroaldi* diſcipulus & commentariis ſuis in Plautum, Lucretium, Fulge[illegible]ium, Sidonium quodammodo [illegible] tuit. In ſcribendo rancidæ vetuſtatis vocabula

ſectatus

ſectatus eſt: unde doctorum reprehenſiones incurrit. Contigit ei (inquit *Jovius in elog. num. 102.)* ſubitæ & inexpectatæ mortis leviſſimum genus, quo divinus Plato felix fuiſſe judicatur. Pranſus enim hilariter, & remota menſæ mappa ſubinde lectitans Galeni librum, in quo de ſignis propinquæ mortis agitur, deprehendit fatales in unguibus maculas, & dixit: *ergò ſæva Parca inſtans vitæ meæ filum commordet*: nec multò pòſt nullo acri clementis utique mortis impetu concuſſus in complexu *Probi*, Privernatis poetæ, leniter expiravit. Vid. *Bumaldus, pag. 130.*

PIUS (Thom.) ſcripſit de divortiis Judæorum, Londini, An. 1603.

PIZA (Vitus) tractavit de divino & humano intellectu, Patav. An. 1553.

PIZZURNIUS (Gervaſ.) enchiridion exorciſticum, Lugd. Anno 1668. edi curavit.

PLACÆUS (Joſua) Gallus, celebris Theologus, ſcripſit contra *Crellium*, Chriſtique deitatem contra Nearianos doctiſſimis diſputationibus vindicavit.

PLACCIUS (Vincent.) Hamburg. JCtus, h.t. claret. Extant ejus carmina juvenilia, An. 1668. edita: tractatus de ſcriptoribus anonymis & pſeudonymis, An. 1674. Atlantis retecta: liber de JCto perfecto, in Italia ſub *Nomici Pacemuti Analyticophili* Anno 1664. publicatus: typus inſtitutionum medicinæ moralis, Anno 1675: commentarius de augenda morali ſcientia, An. 1677. In futurum etiam plura ſe editurum promittit, ex. gr. inſtitutiones juris naturalis univerſi: tabellam de actionibus ſecundum jus naturæ & civile inſtituendis: annotationes ad *Guil. Grotii* enchiridion de principiis juris naturalis: tract. theorico-practicum de prævaricatione & prævaricatoribus: annotationes in 9. libros *Fr. Baconi Verulamii* de augm. ſcient. analyſin analyticorum Ariſtotelis priorum & poſteriorum: conſilium de aſtrologia judiciaria: animadverſiones in *Lud. Vivem* de cauſis corruptarum artium: rationem ſtatus reip. literariæ: annotationes in diſpp. ethicas *Horneii*: hiſtoriæ literariæ compendium: bibliographiam: encyclopædiam philologicam, &c.

de la PLACE (Claud.) ſcripſit de clericorum ſanctimonia, An. 1670.

PLACENTINUS, Gallus, JCtus, Anno 1190. floruit. Reliquit tract. de accuſationibus. Laudat eum plurimùm *Spiegelius in lexico juris in voce, Perſona.* Vid. *Panzirolus in JCt. 2, 20.*

PLACENTINUS (Calliſtus) Bruxellenſis, An. 1540. claruit. Struxit enarrationes in Evangeliſtas: item, librum de locis Palæſtinæ.

PLACENTINUS (Guilh.) Veronenſis, medicus, An. 1277. vixit. Confecit libellum artis chirurgicæ, teſte *Chiocco pag. 165.*

PLACENTINUS (Joh. Guterius) Hiſp. JCtus, tractavit de actibus judicialibus juratis. Vid. *T. 3. Tract. tract.*

PLACENTINUS (Julius) Rom. medicus, reliquit anatomiam novam: item, geotomiam, exhibentem problemata explorandi latitudines locorum, Anno 1657.

PLACENTINUS (Raphaël) Anno 1518. claruit. Decem libros Armeniados exaravit. Videatur *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 26.*

PLACENTIUS (Franciſc.) Cremenſis, JCtus, Senis docuit & ſingularia compoſuit.

PLACENTIUS (Joh.) Trudonenſis, An. 1535. vixit. Carmen de pugna porcorum conſcripſit genere heroico, ſingulis dictionibus à litera P. incipientibus. Vid *Sweertius pag. 444.*

PLACIOLA (Rolandus) JCtus, An. 1310. inclareſcere cœpit. De Feudis commentatus eſt: item, de Regibus. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 2, 51.*

PLACHIUS (G.) Bohemus, edidit pentaphylla Mariana.

PLACIDUS, Parmenſis, An. 1558. floruit. Scripſit in Pſalmos.

PLACIUS (Conr. Wolfg.) An. 1577. vixit. Exaravit tract. de ſpectris & lemuribus: item, reſponſionem ad *Pontificiorum* Objectionem: Lutherani canunt: petimus fidei veræ donum à te, Spiritus S. Ergò, non habent veram fidem: item, lucum errorum pontificiorum ſucciſum.

PLACIUS (Pet.) tempore lanienæ Pariſienſis miſerè periit. Vid. *Tollius de inf. liter. pag. 68.*

PLACOTOMUS (Joh.) Murſladius, aphoriſmos

riſmos Hippocratis in locos communes digeſſit An. 1562. Extat ejuſdem libellus de cereviſia.

PLACUS (Andr.) Moguntinus, edidit lexicon Biblicum, Colon. An. 1543.

PLANCIADES (Fulgent.) Videatur *Modius in lect. novant. pag. 160.* Quære, FULGENTIUS.

PLANCIUS (Guilh.) Vide, PLANTIUS.

PLANCIUS (Jac.) Brugenſis, elaboravit verſus Græcos & latinos.

PLANCIUS (Pet.) celeberrimus geographus, Anno 1622. obiit. Vid. *Meteranus, l. 39.*

PLANCUS (Munatius.) Vide, MUNATIUS.

PLANERUS (Andr.) Atheſinus, natus eſt An. 1546: obiit An. 1607. Docuit Argentinæ. Ejus 2. libri de methodo medendi, An. 1585. prodierunt. Vid. *Linden. pag. 36.*

PLANERUS (Joh.) medicus, Anno 1570. obiit. Tractavit de febribus: de diebus criticis: de curatione morbi Gallici, &c. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 86.*

PLANES (Hieron.) Hiſp. An. 1623. claruit. Extat ejus tractatus de examine verarum & falſarum revelationum & raptuum, in 4. libros diſtinctus. Videatur *Waddingus in S.O.M pag. 175.*

PLANTA (Franc.) ſtruxit epigrammata ſacra: item, 12. libros Mauritiados ſive rerum à Comite Mauricio geſtarum in India carmine, An. 1648. Vid. *Hugenius in epigr. 342.*

PLANTA (Pompejus) bellum inter Othonem & Vitellium ad Bedriacum geſtum deſcripſit, quemadmodum vetus *Juvenalis Scholiaſtes* teſtatur. Vid. *Reineſ. in epiſt. ad Hofm. pag. 113.*

PLANTAVITIUS (Joh.) de Pauſa, Anno 1642. floruit. Collegit theſaurum ſynonymicum Hebr. Chald. Rabbinicum, Anno 1644. Videatur *Colomeſius in G. O. pag. 182.*

PLANTINUS (Chriſt.) Turonenſis, An. 1589. obiit. Vid. *Thuanus l. 46.*

PLANTINUS (Joh. Bapt.) edidit Helvetiam novam & antiquam, Bernæ, Anno 1656.

PLANTIUS (Guilh.) Cenomanus, medicus, Anno 1540. claruit. Fecit ſcholia in pharmaciam *Joh. Fernelii.* Galeni comm. in aphoriſmos Hippocratis: Plutarchi convivium 7. ſapientum & libellum de ſuperſtitione: Synesii homilias & omnia Philonis opera latinè tranſtulit. Vid. *Simlerus.*

PLANUDES (Maximus) Πλανούδης, monachus Conſtantinopolitanus, tempore Baſileenſis Concilii, cujus initium cadit in An. 1431. floruit. Cum triplex extaret Epigrammatum Græcorum editio, una *Meleagri*, altera *Philippi*, tertia *Agathiæ*, ex tribus illis collegit, quæ maximè arriſerunt, ac in 7. libros titulis κατὰ στοιχεῖα diſpoſitis digeſſit. *Ovidii* Metamorphoſin Græce reddidit, ſed proſa. *Catonis* etiam diſticha Græcis verſibus expreſſit, in quos tamen eruditam cenſuram *Joſ. Scaliger* compoſuit. *Joſ. Simlerus* tradit, epiſtolas Max. Planudis Græcas extare Romæ in Vaticana, & addit, eum quoque vertiſſe *Macrobii* comment. in ſomnium Scipionis & Auguſtinum de civ. DEI & alia quædam ejuſdem. Nec prætereundum, Æſopi vitam à Planude conſcriptam editamq; à *Joh. Frobenio.*

PLATEA (Franciſc.) Anno 1442. floruit. Scripſit de cenſuris, uſuris, & actu matrimoniali. Videatur *Waddingus in S.O.M. pag. 132.*

de PLATEA (Joh.) JCtus, An. 1404. claruit. Extat ejus tract. de feudis.

PLATEARIUS (Joh.) Salernitanus, compoſuit practicam, quæ prodiit Anno 1497.

PLATERIUS (Bernhardinus) tractavit de purgatione humorum in m[illegible]rum ſhiciis, An. 1581.

PLATERUS (Felix) medic[illegible] eſt An. 1536: obiit An. 1614. [illegible] medicum egiſſe 57. annis & mo[illegible] doctores 159. renunciaſſe dicitur. In epitaphio rei medicæ adeò peritus dicitur, ut exemplum deſit. Ed[illegible] tres libros medicarum obſervation[illegible] item, tractatum de corporis human[illegible] fabrica & uſu, plurimis conſtantem ico[illegible]bus.

PLATESIUS (Euſtath.) An. 1502. floruit. Tractavit de incarnatione & Tri[illegible]tate.

PLATEUS (Joh.) Bononienſ. in inſtitutiones & poſtremos 3. libros codicis commentatus eſt.

PLATINA (Bapti.) à vico ſic di[illegible] alias *Sacchus* vocabatur) Cremonen[illegible]s, An. 1481. peſtilentia extinctus eſt. Deſcripſit vitas pontificum Rom. à Petro uſq; ad Pau-

ad Paulum II. à quo in carcerem conjectus & 4. menſibus detentus fuit, cùm *Pomponii Læti* & aliorum eruditorum cauſam defendendam ſuſcepiſſet. Compoſuit etiam librum de re culinaria: item, tractatum de principe. Hiſtoria Mantuana, in 6. libros digeſta, Anno 1674. demùm lucem aſpicere cœpit. *Epitaphium* ejus tale invenio: *Quisquis es (ſi pius) Platinam & ſuos ne vexes: anguſtè jacent & ſoli volunt eſſe.* *Volaterrani* tale de ipſo eſt judicium: Platina vir gravis fuit & procul mendacio, eoque admiratione dignior, quòd jam provecta ætate, ac tirocinio poſito, quod totum militiæ prius tradiderat, literas didicit. *Eraſmus in Ciceron. pag. 161.* Platina (inquit) in hiſtoria valiturus erat, ſi nactus fuiſſet argumentum felicius. In optimo cive & panegyrico nonnihil accedit ad Ciceronis imaginem, ſed tanto intervallo, ut hoc cognomen non promereatur eruditorum calculis, alioqui vir doctus, facundus & ni fallor bonus. Videantur *Jovius in elog. num. 19. Olearius in Abaco, pag. 68.*

PLATO, Πλάτων, philoſophus, anno primo Olympiadis CIIX. obiit, cùm annum 81. ætatis ageret. *Seneca epiſt. 58.* die natali mortuum eſſe affirmat. Errant immaniter, quotquot *Jeremiæ* coætaneum faciunt. Ille enim ante imperium Perſicum vixit: hic extremis ejus temporibus. *Clemens Alex.* ait, eum μαθητεύσαι Σεχνούφιδι τῷ αἰγυπτίῳ, id eſt, præceptore uſum eſſe Sechnuphide Ægyptio. Elaboravit dialogos varios & multos, ex quibus hodie ſeqq. ſuperant Euthyphron, Crito, Phædo, Cratylus, Theætetus, Sophiſta, Politicus, Parmenides, Gorgias, Menon, Hippias, Sympoſium, Timæus, Alcibiades, Hipparchus, Theages, Minos, Philebus, Lyſis, Protagoras, Euthydemus, Charmides, Laches, Clitopho, Phædrus, Critias, Menexenus. *Axiochum* verò quidam *Æſchini*: alii *Xenocrati* tribuunt. Vid. *Reiſerus in Tr. de Bibl. Aug. pag. 74.* Vulgò θεῖος dictus eſt: qua de re *Langbainius in Longinum, pag. 40.* *Quidam* dicere ſolebant: Si Jupiter Græce loqui vellet, Platonis lingua uſurus eſſet. *S. Hieronymus* ei divini & profundi elogium tribuit. *Numenius* dicebat: Τί ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; Vid. *Voſſius de ſectis philoſophor. c. 12 §. 4, 5. &c.* item, *de natura Rhet. pag. 33. 76. Marſamus in Chronolog. pag. 282. Thomaſius de plagio, §. 521.*

PLATO, Comicus, Athenienſis, Olympiade LXXXI. claruit. Illuſtre in eo dicendi genus *Athenæus* agnoſcit. Duodetriginta fabulas reliquiſſe *Suidas* affirmat. Mihi ſequentes hinc inde obſervatæ ſunt, Ἄδωνις, Ἀνδροφόνος, Αἱ ἀφ' ἱερῶν, Γρῦπες, Δαίδαλος, Ἑλλὰς, Ἑορταὶ ἢ νῆσοι, Εὐρώπη, Ζεὺς κακούμενος, Κλεοφῶν, Λάϊος, Λάκωνες ἢ ποιηταί, Μύρμηκες, Μενέλαος, Μαμμάκυθος, Μέτοικοι, Νὺξ μακρά, Ξάνθριαι ἢ κέρκωπες, Παιδάριον, Πείσανδρος, Περιαλγὴς, Πρέσβεις, Πανηγυρισταί, Σοφισταί, Συμμαχία, Συνεξαπατῶν, Σύρφαξ, Σκύθαι, Ὑδρία, Ὑπέρβολος, Φάων.

PLATO, Geraſenus, νομικὸς ῥήτωρ, laudatur à *Stephano in* Γέρασα.

PLATO, Tiburtinus, *Almanſoris* judicia ſeu capitula CL. ſtellarum ex Arabico ſermone in latinum tranſtulit, teſte *Norwego.*

PLATUS (Domitius) edidit Chriſtum patientem, Colon. An. 1646.

PLATUS (Guilh.) exaravit 2. tomos de ſuprema autoritate Petri. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 139.*

PLATUS (Hieron.) Mediolanenſis, Anno 1591. obiit. Scripſit de Cardinalis dignitate: item, de bono ſtatu religioſorum. Vid. *Alegambe. pag. 186.*

PLATZIUS (Conr. W.) Vide, PLACIUS.

PLAUTINUS (Caſp.) ſub nomine *Honbrii Philoponi* novam novi orbis navigationem, An. 1621. imprimi curavit.

PLAUTIUS, antiquus comœdiographus, fabulas compoſuit. Hujus nomine cum fabulæ *Plauti* inſcriptæ eſſent, cum Plauti fabulis temere confuſæ ſunt. Vid. *Agellius 3, 3.*

PLAUTIUS, JCtus, tempore Antonini Pii claruit. Vid. *Bertrandus in JCt. pag. 277.*

PLAUTIUS (Cam.) tractav. de verborum obligationibus, Florent. An. 1566.

PLAUTUS (Marcus Accius) Sarſinas, An. U. C. 570. obiit. *Agellius loco cit.* refert, nonnullas comœdias ab eo in ipſo piſtrino perſcriptas eſſe. Hodie 20. ejus comœ-

mœdiæ reliquæ ſunt, cùm olim 130. ejus nomine circumlatæ eſſent. Varii variis eum ornant elogiis. *Quidam* poetam eminentiſſimum: *alii* doctiſſimum ac feſtiviſſimum nominant. *Quidam* Romanæ linguæ legem: *alii* fontem latinitatis: *nonnulli* decimam Muſam indigitant. *Ælius Stilo* dixiſſe fertur: Muſas Plautino ſermone locuturas fuiſſe, ſi latinè loqui vellent.

PLAYFERUS (Thom.) Anglus, praxin tranquillitatis publicavit.

PLAZA (Joh.) Hiſp. natus eſt An. 1527: obiit An. 1602. Mexicanis catechiſmum præſcripſit. Vid. *Alegambe, pag. 265.*

PLAZZO (Joh.) Seravallenſis, verſiculos fecit & edidit. Vid. *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 249.*

PLAZZONUS (Franc.) Patavinus, condidit 2. libros de partibus generationi inſervientibus, Lugd. Bat. Anno 1644. impreſſos.

PLEBST (Joh. Jac.) JCtus, ad jus provinciale Würtembergicum Anno 1664. commentatus eſt.

PLEIER (Corn.) Coburgenſis, ſcr. medicum criticum aſtrologum, Anno 1628. Vid. *Linden, pag. 148.*

PLEIXIUS (Scipio) JCtus, An. 1634. claruit. Collegit 4. ingentes tomos rerum Franciſcarum: item, axiomata juris. Vid. *Zeillerus T. 2. de hiſt. pag. 116. & T. 2. pag. 183.*

le PLEIGNII (Theob.) Vindocinenſis, emiſit Iſagogen de uſu pharmaceutices in confarcinandis medicamentis, Anno 1539. Vid. *Linden, pag. 553.*

PLEMPIUS (Corn. Giſelb.) An. 1617. claruit. Reliquit 2. libros elegiarum, teſte *Swertio*: item, orthographiam Belgicam.

PLEMPIUS (Vop. Fort.) Amſterdamenſ. ſtruxit ophthalmographiam, An. 1632: item, fundamenta medicinæ. Vid. *Valerius Andr. in faſtis Lovan.*

PLESSENUS (Volr.) Megalopolitanus, carmina compoſuit. Ea occurrunt *T. 5. Delit. Germ. pag. 104.*

PLETHO (Gemiſtus) πλήθων, tempore *Beſſarionis* clar. Condidit librum de doctrina inter Ariſtotelem & Platonem περὶ ἀρετῶν: item, περὶ εἱμαρμένης. Fertur etiam comment. apparaſſe in magica Zoroaſtris. Vide, GEMISTUS.

PLEUTHIPHANES, teſte *Varrone & Columella 1, 1.* de agricultura commentatus eſt.

PLINIUS (Cajus) Veronenſis, tempore Veſpaſiani Imp. claruit. Conſtruxit hiſtoriam naturalem. Multi ſequius de eo judicant. *Cardanus* pro ſolo grammatico habet. *Verderius in cenſura autorum* ait, ipſum faſciculariam facere, cuncta olfacere, nihil deguſtare, omnia glutire, nihil decoquere, eſſe lernam mendaciorum, errorum oceanum, &c. In eundem, ingenti edito volumine, *Nicol. Leonicenus* debacchatus eſt. Contra alii eum non libros, ſed theſauros reliquiſſe affirmant. Notanter *Lipſius in epiſt. quæſt. l. 2. epiſt. 13.* Plinii libros (inquit qui pandectas appellaverit, me judice haud erraverit. Omnia ille vir legit, vidit, ſcivit: & in unum volumen Græciam & Latium concluſit, paulo mehercule felicius, quam Thrax ille imperator leges. De ſcriptis ejus *Plinius junior l. 3. epiſt. 5.* legi poterit. Inter alia etiam ſcripſerat viginti libros bellorum Germaniæ: octo dubii ſermonis: de jaculatione equeſtri librum unum, &c. Dicere ſolebat, *nullum eſſe librum tam malum, ut non aliqua parte prodeſſet.* De morte ejuſdem prolixè tractavit idem *Plinius l. 6. epiſt. 16. & 20.* Plura de Plinio apud *Paul. Ligalinum in 2. diſſertationibus de Plinii patria & fide, & Salmaſium in præfat. Hylet. Jatricæ* invenies.

PLINIUS (C.) Cæcilius Secundus, Novocomenſis, *Plinii Veronenſis* ex ſorore nepos, tempore Trajani Imp. claruit. Reliquit epiſtolas & panegyricum, Trajano dictum. *Macrobius Saturn. 5, 1.* pingue & floridum dicendi genus ei tribuit. Quatuordecim annos natus tragœdiam Græcam condidit, *ipſomet* teſte *l. 7. epiſt. 4.* ubi etiam meminit, ſe hendecaſyllaborum volumen exaraſſe. *Eodem lib. ep. 30.* ſe de ultione Helvidii ſcripſiſſe memorat. Confer *ejuſdem l. 9. epiſt. 13.*

PLINIUS (Cajus) Valerianus, medicus, ævo Conſtantinianeo proximus fuit, ſi *Reineſio* ſubſcribimus in *Var. lect. 2, 8.* qui etiam *l. 3. c. 4.* hanc *inſcriptionem* ipſi factam autumat: D. M. C. PLINII VALERIANI MEDICI QUI VIXIT ANNOS XXII. M. VI. D. V. PARENTES. Reliquit libros quinque medicinæ parabilis, Græcè εὐπορίστων vocantur. Confer

ſer *Jovii librum de piſc. c. 35. ſ.* item *Voſſium l. 3. Theol. Gent. c 48.*

PLINIUS (Baſilius) Riga Livonus, ſcripſit carmen de venenis & venenatis: item, de ventis. Extat etiam ejus poëma de magnete. Claruit An. 1603.

PLODIUS (Joh. Mich.) Bononienſ. Anno 1620. floruit. Hiſtoriam univerſæ familiæ S. Dominici 2. tomis complexus eſt.

PLONIUS (Nicol.) Poſnonienſis, Anno 1438. vixit. Ejus ſermones de tempore & ſanctis, Argent. An, 1495. prodierunt. Ferunt, eum etiam ſcripſiſſe de irregularitate: item, de horis canonicis. Quidam *Plovium* vocant, corrupte, ni fallor. Vid. *Olearius in Abaco, p. 333.* item *tomus 14. & 15. Tract. tract.* Quære ſuprà, BLONY.

PLOTINUS, Πλωτῖνος, philoſophus Platonicus, natus eſt Anno 13. Severi Imp. obiit An. 2. Claudii, cum eſſet annorum 66. teſte *Porphyrio.* Θεῦ cognomentum adeptus eſt. Erat diſcipulus Ammonii. Reliquit 54. libros, in enneadas diviſos. Qui hunc audit (inquit *Marſilius*) Platonem audire ſe putet: aut enim in Plotino Plato revixit, aut dæmon idem prius Platonem, deinde Plotinum afflavit. Vitam ejus accuratè deſcripſit *Porphyrius.* Opera Plotini cum verſione Marſilii Ficini, Baſileæ prodierunt Anno 1580. fol. Vid. *Eunapius pag. 15. Firmicus lib. 1. c. 3. Scheſerus de Ital. Philoſoph. pag. 7. Thomaſius de plagio, §. 524*

PLOTIUS Criſpinus, poëta & philoſophus, ab *Horatio* notatur. Propter garrula carmina *Aretalogus* dictus eſt, teſte *Porphyrione.*

PLOTIUS (Luc.) poëta, dilectus à C. Mario, Ciceroni *in orat. pro Archia* memoratur. *Glandorpius* putat eundem *Plinio 35, 17.* mimicæ ſcenæ conditorem appellari

PLOTIUS (P.) primus omnium latinus rhetor Romæ fuit, puero adhuc Cicerone. Eum, teſte *Seneca præfat. l. 2. controverſ. Cælius* hordearium rhetorem vocare ſolebat. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 89.*

PLOTUS (J. Bapt.) Novarienſis, JCtus, Anno 1552. floruit. In legem, ſi quando Cod. commentari cœpit. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 2, 175.*

PLOZZYNIUS (Blas.) Polonus, An. 1634. obiit. Edidit manuale Marianum, titulo, Aureum monile. Vid *Alegambe, pag. 66.*

PLUMATIUS (Bernhardin.) Veronenſis. A. 1506. clrauit. Erat acerrimus dialecticus, philoſophus & medicus præſtantiſſimus. Vid. *Chioccus pag. 62.*

de PLUMBINO (Ben.) JCtus, ſcr. de excuſſionibus & diſcuſſionibus bonorum.

PLUMIUS (Claud.) natus eſt Anno 1585: obiit An. 1649. Tractavit de jure connubiorum. Videatur *Vindingius in R. H. pag. 278.*

PLUSIADENUS (Joh.) fecit dialogum pro Synodo Florentina.

PLUTARCHUS, Πλούταρχος, Chæronenſis, tempore Trajani Imp. claruit A Trajano conſulari dignitate ornatus eſt. Exaravit varia, ἠθικὰ, ἱστορικὰ, πολιτικὰ, quæ duobus tomis à *Laur. Rhodomanno* incluſa ſunt. Plutarchi monumenta omnium veterum hiſtoriæ ſcriptorum, & omnium, qui præclarè, rectè & ſapienter aliquid aut fecerunt aut dixerunt, bibliothecas eſſe, quidam affirmant. Ut non immerito *Theod. Gaza* interrogatus aliquando, quemnam autorē ſibi reliquum fieri vellet, ſi cæteris omnibus carendum eſſet: unum Plutarchum, reſponderit Vid *Jonſius de S. H. Ph. 3, 6. Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 81.*

PLUTARCHUS, Neſtorii filius, Athenienſis, philoſophus, Syriani præceptor, ſeculo 5 à Chriſto nato floruit. Vid. *Suidas in* Πλούταρχος & Περίκλος.

POCCANUS (Joh.) pſalterium Æthiopicum, quo nunc utuutur monachi Æthiopes, edidit.

POCCIANTIUS (Mich.) Florentinus, A. 1576. obiit. Catalogum ſcriptorum Florentinorum confecit. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 196.*

POCH (Hieron.) ſtruxit tractatum de natura malitia ætatem ſuperante, & impotentia ad copulam naturalem, An. 1637.

POCHETIUS (Jac.) emiſit oraculum Apollinis ſpiritualis de lumine DEI, Bruxell. Anno 1651.

POCOCKIUS (Edoardus) Anglus, Anno 1661. claruit. Scripſit notas miſcellaneas in portas Majmonidis: item, in carmen *Tograi* Arabicum.

PODENSTEINER (Joh.) veram religionis viam ſcripto monſtrare conatus eſt, Amſterd. Anno 1658.

PODESTA (J B.) chronicon Turcicum adornavit, An. 1672.

PODIANUS (Proſper.) Peruſinus, JCtus, *Nicio Erythræo part. 2. Pinacoth. numero 71.* memoratur.

PODHORANSKI (Dan.) adornavit ſpeculum vitæ, An. 1671.

PODOCATTARUS, Cyprius, A. 1566. hiſtoriam de rebus Cypriis edi curavit. Vid. *Salmuth. ad 1. Pancirolli, pag. 17.*

POGGIOLUS (Hippol.) medicus, Anno 1622. floruit. Scripſit de calido innato.

POGGIOLUS (Laurent.) JCtus, A. 1576. claruit. Collegit deciſiones Rotæ.

POGGIUS (Joh. Franc.) Florent. A. 1422. ætatis 79. juxta nonnullos obiit. *Martinus tamen Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 111.* ex *Joh. Gobelino* oſtendit, eum An. 1459. obiiſſe. A quibusdam *Brandolinus*, ab aliis *Braccialinus* cognominatus eſt. *Trithemius* vocat philoſophum & rhetorem facundum, Græco & latino ſermone ad perfectum inſtructum. *B. Bonifacius* epiſcopum Tropienſem appellat. *Paulus Jovius in elogiis, numero 10.* Poggius (inquit) è Terra nova, Florentinæ ditionis opido, in hac luce Romani cœli optimis literis ingenium ita expolivit, ut pontificiis ſcriniis ſub Eugenio & Nicolao præficeretur. Erat conſilio gravis, &, cum luberet, facetiarum ſale perurbanus, ita ut mira & ſæpe ſubita varietate ad ciendum riſum modo prætextatis verbis uteretur, modo gravibus & malignis ſcommatibus alienæ famæ nomen perſtringeret. Erat quoque adeo Intemperans objurgator, ut cum *G. Trapezuntio* loco & die celebri malediceret, ab eo acriter duplici colapho cæderetur. Transtulit è Græco Diodorum Siculum, &c. Libellos etiam aliquot de infelicitate principum: varietate fortunæ & avaritiæ peſte compoſuit. Ciceronis libros de finibus & legibus à ſe in Germania deſcriptos primus in Italiam intulit. Quintilianum, in ſallamentarii taberna repertū ſervavit & ab interitu vindicavit. *Eraſmus in Ciceron. pag. 157.* Poggius (inquit) Florentinus, vividæ cujusdam eloquentiæ vir. -- Naturæ ſatis erat, artis & eruditionis non ita multum: interim impuro ſermonis fluxu, ſi *Laur. Vallæ* credimus. Vid. *Autor dialogi de L. L. reparat. ap. Gif. in obſ. L. L. pag. 398. Rupertus in Salluſt. pag. 24. Hanckius part. 2. de S. R. R. p. 109.*

POGGIUS (Joh.) vel de Podio, An. 1431. floruit. Scripſit in Decretales.

POIRÆUS (Franc.) edidit librum, titulo, Maria certisſimum præſidium in morte, Herbip. A. 1652. Vid. *Alegambe, pag. 130.*

POIRTRES (Adrianus) Ooſterwicanus Belga, A. 1640. claruit. V. *Alegambe, pag. 6.*

POISSON (J. Bapt.) ſcr. animadverſiones ad ea, quæ Grotius & Laet de origine gentium Peru & Mexican. ſcripſerant. Vid. *Funccius Tom. 1. orb. imp. pag. 411.*

POKI (Jehuda) Scripturarius, librum condidit שער יהודה, i. e. *portam Jehudæ*, qui totus eſt על ענין עיות, i. e. *de inceſto & concubitu illicito.* Editus eſt Conſtantinopoli, A. M. juxta Jud. calculum 5352. ſeu Chriſti 1582. Vid. *Seldenus de An. civ. p. 6.*

POLA (Franc.) edidit librum ſingularem inſcriptionum, A. 1645. fol.

POLACCUS (Georg.) emiſit anticopernicum, Venet. A. 1644.

POLANCUS (Joh.) Hiſp. A. 1577. obiit. Struxit directorium ad munus confeſſarii & confitentis, A. 1586. Vid. *Alegambe pag. 266.*

POLANTUS (Vitus) JCtus, exaravit quæſtiones in Cod. Juſtinian. A. 1611.

POLANUS (Amandus) Theologus Baſileenſis, natus eſt, An. 1561: obiit, A. 1610. Compoſuit comment. in Danielem disputationes privatas theologicas, & alia complura.

à POLCASTRIS (Sigiſm.) collegit varias in medicina quæſtiones, Venet. A. 1506.

POLEMANNUS (Joach.) edidit novum lumen medicum, A. 1660.

de POLEMAR vel POLEMARIUS (Joh.) A. 1423. claruit. Tractavit de ci[illegible] clericorum dominio. Vid. *Olear. in Ab[illegible] p. 62.*

POLEMARCHUS, Πολέμαρχος, *Heſychio* memoratur in χρυσῶς.

POLEMO, Πολέμων, Athenienſis, de phyſignomia commentatus eſt. Liber prodiit Romæ, An. 1545.

POLEMO, Στηλοκόπας, item *Periegetes* dictus, tempore Ptolemæi Epiphanis floruit. Scripſit περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων: item, περὶ τῆς Ἀθήνῃσιν ἀκροπόλεως. Vid. *Meurſius in Cecropia cap. 2. Berckelius ad fragm. Steph. pag. 11. Athenæus* ejus librum περὶ Ἄρτυ καὶ Μορύχου allegat. *Suidas* geographiam eidem tribuit.

POLEMO, Lycius, Sophiſta Jonicus, à *Phrynicho in ecloga d[illegible]ionum Atticarum* allegatur. Sine dubio eſt Polemo Laudicenſis, qui ſub

Hadri-

Hadriano Imp. claruit. Ejus duas orationes *ἐπιταφίους* *Pet. Poſſinus* Anno 1637. unà cum notis edidit. Polemo iſte ſe Deum quendam eloquentiæ putabat. Articularis mali tædiú inedia finire certus, inferri adhuc vivus in ſepulcrum voluit, amicisq; circumſtantibus: *Claudite* (inquit) *claudite, priusquam moriar, ne Sol unquam gloriari poſſit, tacentem ſe vidiſſe Polemonem.* Vid. *Philoſtratus in Vitis Sophiſt. pag. 542. Suidas in ὑπὲρ Φερων.*

POLEMO, Rex, epigramma fecit, quod *Anthol 4, 18.* ſervatur.

POLENIUS (Matth.) JCtus, ſcripſit de Regalibus: item, defenſionem cauſæ Sprintzenſteinianæ, An. 1614.

POLENTONIUS (Sicco) JCtus, conſtruxit epitomen in vitas ſcriptorum illuſtrium lat. linguæ libris 18. Vid. *Thomaſinus in Bibl. Patav: pag. 17.*

POLENTONIUS (Modeſt.) Sicconis filius, JCtus, Anno 1435. floruit. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 2, 111.*

à POLHEIM (Wichardus) Salisb. epiſcopus, Anno 1315. obiit. Reliquit chronicon Auſtriæ.

POLIANUS, *Πωλιανὸς*, poëta, *l. 2. Anthol. cap. 50.* citatur.

POLICARIUS (Joh.) compoſ. tractatum tragicum de pœnis, Lipſiæ A. 1615. in 4.

POLIDAMUS (Val.) aliquot libros elaboravit de re medica, An. 1540. Vid. *Linden. pag. 571.*

POLINTIUS (Fr. Vita) de juſtificatione commentatus eſt. Prodiit Venet. A. 1548.

POLIOGONIUS (Paul.) Thuringus, natus eſt, An. 1570. Scripſit carmina Græca & Latina.

POLITANUS (Helen.) edidit microſcopium.

POLITES (Joach.) Zelandus, JCtus, An. 1548. claruit. Exaravit varia poëmata.

POLITIANUS (Angelus) aliàs *Angelus Baſſus* dictus, natus eſt, An. 1454: obiit, A. 1494. Latinas Græcasq; literas undecim annis Florentiæ docuit. Ferunt Politianum aliquando interrogatum, an Biblia legiſſet, reſpondiſſe: *ſemel perlegi librum iſtum, & nunquam collocavi pejus tempus ullum.* Herodianum hiſtoricum Latinè tranſtulit. Centuriam miſcellaneorum *Tom. 1. Lampadis Criticæ J. Gruterus* inſeruit. Carmina ejus leguntur *T. 2. Ital. Del pag. 256.* Scripſit etiam carmina Græca tanto lepore & elegantia, ut nec Græcis antiquiſſimis cedant. *Epitaphium* ejus ita ſe habet:

Politianus in hoc tumulo jacet Angelus, unum
Qui caput, & linguas (res nova) *tres habuit.*

Eraſmus in Ciceroniano pag. 158. Angelus Politianus (inquit) prorſus angelica fuit mente, rerum naturæ miraculum, ad quodcunq; ſcripti genus applicaret animum; ſed nihil ad phraſin Ciceronis; diverſis virtutibus ſuſpiciendus eſt. *Paulus Jovius in Elog. numero 38.* refert, Politianum fuiſſe moribus ſæpe diſtortis, facie nequaquam ingenua ſubluſcoq; oculo perabſurda, ingenio aſtuto, aculeato, occultéq; livido, cum aliena ſemper irrideret, nec ſua vel non iniquo judicio expungi pateretur. Ferunt, eum ingenui adoleſcentis inſano amore percitum in lethalem morbum incidiſſe. De Politiano legatur *Caſp. Barthius in Adv. 47, 5. per totum:* item, *Scal. l. 6. de re poet. pag. 801.* His junge *Pierium Valerianum de Inf. lit. pag. 136. Thomaſium de plagio, §. 525.*

POLITIANUS (Ant. Laur.) condidit dialogum de riſu.

POLITIANUS (Joh. Maria) Carmelita, Anno 1490. floruit. Vitam Alberti Drepanenſis ſtilo expreſſit.

à POLITIO (Hieronym.) edidit expoſitionem in regulam fratrum minorum Capuccinorum, Neapoli, Anno 1606.

POLITIUS (Lancellotus) Senenſis, Anno 1553. ſeptuagenarius obiit. Vid. *Guido Panzirol. in JCtis, 2, 163.* Liber ejus de officio advocati habetur *T. 3. Tract. tract.*

POLITIUS (Thomas) Anconitanus, An. 1637. vixit. In exequiis Ferdinandi II. orationem funebrem habuit. Vid. *Alegambe, pag. 434.*

POLITUS (Adrianus) *Ghilino vol. 1. pag. 1.* memoratur.

POLITUS (Ambroſ.) A. 1552. obiit. Quinque libros adverſus Lutherum exaravit: item 3. libros de prædeſtinatione: com. in 1. & 2. ad Corinth. &c. Vid. *Ghilinus, vol 2. pag. 13.*

POLITUS (Baſſianus) tractavit de modalibus, A. 1505.

POLITUS (Joh.) Leodicenſis, JCtus, A. 1589. floruit. Reliquit varia epigrammata.

POLIUS (Donat.) Florentinus, Romanæ cathedræ profeſſor, à ſervo ſuo interfectus eſt. *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag. 41.* in eo multas & reconditas literas, non item eloquendi vim fuiſſe memorat.

POLIUS (Jac.) edidit hiſtoriam Joachimi

& Annæ, Herbipol. Anno 1652. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 185.*

POLIUS (Nic.) concinnavit hemerologium Uratiſlavienſe, An. 1612. fol.

POLL (Nic.) de cura morbi Gallici commentatus eſt.

POLLES, Πωλῆς, Ægienſis, medicus, ἔγραψεν ἰάματα ἐν βιβλίοις β. Eum allegat *Actius.*

POLLETUS (Franc.) Duacenſis, JCtus, hiſtoriam fori Romanl quinque libris complexus eſt. Vid. *Swertius pag. 250. Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 134.*

POLLICARIUS (Joh.) Cygnæus, Rochlicii claruit Anno 1544. Reliquit 3. libros de vocum compoſitione: item, carmen de beneficiis, quæ DEUS per *Mart. Lutherum* orbi terrarum contulit.

POLLINUS (Hier.) Anno 1590. floruit. Hiſtoriam Anglicam conſtruxit ab Henrici IIX. tempore usque ad Eliſabetam. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 154.*

POLLIO (Joach.) paſtor Uratiſlau. centurias conſiliorum Theologicorum Anno 1622. publicavit.

POLLIO (Lucas) Uratiſlau. paſtor, Anno 1585. obiit. Homilias emiſit de vita æterna.

POLLIO (Val.) Πωλλίων, Alexandrinus, ſub Hadriano Imp. floruit. Scripſit συναγωγὴν ἀττικῶν λέξεων κατὰ στοιχεῖον. Ita *Suidas.* Confer *Photium*, *Cod. CXLIX. Jonſium de S. H. Ph. 3, 7.*

POLLIUS (Joh.) Weſtphalus, poëmata exaravit. Vid. *Simlerus.*

POLLUX (Julius) Πολυδεύκης, Naucratita, tempore Commodi Imp. claruit. Condidit Onomaſticum. *Suidas* plura ejus ſcripta enumerat. Vid. *Philoſtratus in Vit. Sophiſt. pag. 560. Thomaſius de plagio §. 524. Tzetzes in Chil. pag. 139.*

POLLUX (Julius) diverſus à priore, Chriſtianus, chronicon contexuit à condito orbe usque ad imperium Valentis. Extat in Bavarica bibliotheca, teſte *Gretſero de Cruce.*

POLMANNUS (Joh.) breviarium theologicum, An 1673. edi curavit.

à POLO (Alf.) Hiſp. tractatum contra ſacerdotes concubinarios compoſuit. Prodiit Venet. An. 1529. fol.

POLONUS (Martinus) Carſulanus, Anno 1279. obiit. Condidit chronicon de Pontificibus & Imperatoribus: item, ſermones de tempore & Sanctis. Vid. *Starovolſcius in Hecat. pag 29 Quenſtad. pag. 346. Olearius in Abaco pag. 308. Hallervord. in B. C. pag. 265, &c.*

POLTZIUS (Ad.) edidit figuram & picturam JESU Chriſti, Anno 1674. in 4.

POLUS, Πῶλος, Agrigentinus, ſophiſta, Gorgiæ diſcipulus, ſcripſit, teſte *Suida*, γενεαλογίαν τῶν ἐπὶ Ἰλίῳ στρατευσάντων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων: Νεῶν κατάλογον & alia. *Syrianus* in *Hermogenem* opus de arte rhetorica, τέχνην inſcriptum, eidem tribuit: uti & *Scholiaſtes Ariſtophanis* tragœdiam, cui erat titulus Τρωάδες. Vid. *Meurſius in Apoll. Dyſcolum pag. 83.* Adde *Philoſtratum in vitis Sophiſtarum, p 354.*

POLUS, Lucanus, Pythagoricus, tractavit de Juſtitia. Vid. *Stobæus ſermone 9.*

POLUS (Anton.) ſcripſit de lacteo circulo pro Ariſtotele, Venet. An. 1578.

POLUS (Matth.) Londinas, emiſit ſynopſin Criticorum in S. Scripturam 4 voluminibus conſtantem, Lond A. 1674.

POLUS (Reginaldus) Cardinal. An. 1558. obiit. Extant varia ejus opuſcula, e. g. tract. de officio ſummi pontificis: de ejusdem poteſtate: de concilio Tridentino, &c. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 203. Imperialis in Muſeo pag. 33.*

POLUS (Timoth.) Revaliæ in Gymnaſio profeſſor factus eſt. Ejus epigrammata Argentinæ impreſſa ſunt.

POLYÆNUS, Πολύαινος, tempor[illegible] Impp. Antonini & Veri floruit. Con[illegible]t octo libros de ſtratagematibus Græcorum, Romanorum, Barbarorum. Atq; hunc ſcriptorem, ære ſuo emtum, p[illegible]s Græce edidit *Iſaacus Caſaubonus.* J[illegible]xta *Suidam* etiam librum de Thebis. ite[illegible], τακτικὰ compoſuit. Ipſeſe Macedonem vocat. *Stobæus ſerm. 41.* Polyænum de rep. Macedonum allegat.

POLYÆNUS, Athenienſis, h[illegible] ab *Euſebio in Chron. pag. 23.* adducit[illegible]

POLYÆNUS, Sardianus, ſop[illegible], ſub Caligul. vixit. Struxit orationes [illegible]renſes, cauſarum forenſium hypoth[illegible]es & Parthici triumphi libros tres.

POLYÆNUS (Julius) poeta, in *Anth[illegible]l. l. 1. c. 25. 31. & 33.* allegatur.

POLYANDER (Joh.) Metenſis, theologus Leidenſis, natus eſt An. 1568. obiit A. 1640. Reliquit concertation[illegible]m Anti-Socinianam: item, judicium de coma.

Mortuo

Mortuo parentavit *Frid. Spanheimius.* Vid. *Meurſius in Athen. Batav. pag. 242.*

POLYANTHUS, Πολύανθος, Cyrenæus, fecit librum de ortu Aſclepiadarum, teſte *Sexto Empirico l. 1. contra mathemat. cap. 13.*

POLYARDUS (Franc.) vitam Octav. Cleophili literis exaravit.

POLYBIUS, Πολύβιος, Megalopolitanus, A. U. C. 630. obiit, cum ageret annum ætatis 82. Scipionem Africanum, qui pleraq; ex ejus conſilio agebat, in Africam ſecutus eſt. Scripſerat hiſtoriam libris 38. quibus duos iſagogicos præmiſerat. Ex his quinque primi ſalvi & incolumes ad nos pervenerunt: ex cæteris ſolum excerpta habemus. *Livius* ſcriptorem non ſpernendum nominat. *Marcus Brutus* tanti eum fecerat; ut non modò ſtudioſiſſimè legeret, verum etiam, quæ ab eo fuſius dicta eſſent, compendio conſtringeret.

POLYBUS, Πόλυβος, Hippocratis gener & diſcipulus, de affectibus: de natura hominis: de ratione victus ſalubris: de ſemine, &c. commentatus eſt. Vulgò eos libros *Hippocrati*, ſed falsò; tribui *Voſſius* affirmat.

POLYCARPUS, Πολύκαρπος, evangeliſtæ Johannis diſcipulus, ſub Antonino paſſus eſt. Reliquit epiſtolam ad Philippenſes. Ea paucis abhinc annis inventa & in Anglia primùm evulgata eſt. Vid. *Rivetus T. 2. Oper. pag. 1088. Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 229. Olearius, pag. 385.*

POLYCHARMUS, Πολύχαρμος, Λυκιακὰ literis tradidit, quemadmodum ex *Athenæo* & *Stephano* diſcimus.

POLYCHRONIUS, Πολυχρόνιος, Apamenſis epiſcopus, An. Chr. 400. claruit. In Jobum & Ezechielem commentatus eſt.

POLYCLITUS, Πολύκλειτος, Lariſſæus, ab *Athenæo l. 12.* item, *Æliano in hiſtor. anim. 16, 32.* allegatur.

POLYCRATES, Πολυκράτης, rhetor Athenienſis, Socratem accuſaſſe fertur. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 78. Jonſius de S. H. Ph. 1, 7.*

POLYCRITUS, Πολύκριτος, Mendæus, hiſtoriam Dionyſii tyranni conſcripſit. Teſtis eſt *Laërtius in Æſchine.* Fortè idem eſt Polycritus ille, cujus meminit *Ariſtoteles libro* Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, ubi refert, Polycritum ſcripſiſſe Σικελικὰ ἐν ἔπεσιν, i. e. res Siculas verſu heroico. Vid. *Meurſius in Antigon. pag. 179.*

POLYDORIUS (Greg.) Piſtorienſis, in epiſtolam ad Galatas commentatus eſt. Extat ejuſdem tractat. Gregorianus inſcriptus, in quo de 14. Gregoriis, ſummis pontiff. de 13. Gregoriis epiſcopis, eorumque vitis agit. Liber prodiit Florentiæ An. 1598.

POLYDORUS (Val.) adornavit practicam exorciſtarum, Venet. An. 1606.

POLYEUCTUS, Πολύευκτος, Comicus, fabulas docuit. Ejus Ἡνίοχος laudat *Athenæus.* Confer *Suidam.*

POLYGRANUS (Franc.) aſſertiones contra Lutheranos promulgavit, Colon. Anno 1571. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 132.*

POLYIDUS, Πολύειδος, dithyrambopœus, à *Tzetze in Lycophr. pag. 127.* & *autore Etymologici M. in* ἄτλας allegatur.

POLYMNESTUS, Πολύμνηστος, Colophonius, poëta, antiquor eſt *Pindaro* & *Alcmane*, quippe qui ejus mentionem faciunt. Carmen orthium conſcripſit: & id, quod ab eo Polymneſtium dictum eſt. Sminthia quoque in Rhodo cecinit, ut apud *Athenæum* videre eſt. Vid. *Heſychius* in Πολυμνήστειον.

POLYSTEPHANUS, Πολυστέφανος, *Agellio l. 9. c. 4.* memoratur, qui eum reponit inter Græcos ſcriptores non parvæ autoritatis, ſed quorum libri contineant res inauditas & fidem penitus excedentes.

POLYSTRATUS, Πολύστρατος, poëta, in *Anthol. l. 3. c. 5.* citatur.

POLYZELUS, Πολύζηλος, Rhodius, antiquus ſcriptor eſſe fertur. Meminere ejus *Hyginus in Ophiucho* & *Plutarchus in Solone.* Scripſit inter alia Ῥοδιακά. Vid. *Meurſius in Rhodo pag. 104.*

POLYZELUS, Comicus, comœdias condidit, ex quibus erant Ἀφροδίτης γοναὶ, Διονύσου γοναὶ, Νίπτρα, Μουσῶν γοναὶ, Μῖμος, Τυνδάρεως, &c. Vid. *Suidas.*

POMARIUS (Chriſt.) edidit conſiliarium ſcholaſticum, An. 1674.

POMARIUS (Joh.) chronicon Magdebur-

burgenſe, Anno 1587. in lucem prodire juſſit. Vid. *Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 118.*

POMARIUS (Sam.) ſcripſit de conſenſu & diſſenſu corporum naturalium, Anno 1669.

POMERANUS (Joach. Steph.) JCtus, de juriſdictione commentatus eſt.

POMERANUS (Pet.) Casletanus Flander, tractavit de ſtudiis ſapientiæ, Anno 1542.

POMERESCHIUS (Joh.) ſtruxit annotationes ſuper inſtitutum: item, tirocinium juris, Anno 1672. Extat ejusdem tractat. de conſecratione principum.

POMERIUS (Julianus) presbyter, An. C. 600. obiit. Compoſuit octo libros de natura animæ per modum dialogi. Quære, JULIANUS.

POMEY (Franc.) edidit candidatum rhetorices, An. 1664.

POMPEJUS, Πομπήϊος, junior, poëta, *Anthol. 3. c. 12.* allegatur.

POMPEJUS Saturninus tempore C. Plinii Secundi claruit. Exarabat orationes, conciones, hiſtoriam, carmina. Vid. *Plinius l. 1. epiſt. 16.*

POMPEJUS (Sextus) JCtus, *Ciceroni* memoratur, qui eum à ſcientia geometriæ & rerum Stoicarum in *Bruto c. 47.* plurimùm commendat & *l. 1. de orat.* eruditum hominem in philoſophia appellat. Vid. *Bertrandus pag. 319.*

POMPILIUS Andronicus, Syrus, Romæ docuit. Compoſuit annales elenchos, ceu *Suetonius in Illuſtr. Gramm.* teſtatur.

de POMIS (David) Judæus, lexicon hebraicùm conſtruxit: de quo ita *Joſ. Scaliger in epiſt. 244. ad Buxtorfium:* Lexicon Davidis de Pomis tanti non eſt, ut tantoperè à me expeteretur. Nam ne inter mediocriter quidem doctos gentis ſuæ eum pono. Prætereà, cùm ſit איש יהודי מאבותיו, tamen ita aliquando ἰδιωτικῶς loquitur, ut non Judæus, ſed tiro quidam de Chriſtianis eſſe videatur. Vid. *Linden, pag. 155.*

POMIUS (Joſeph.) Caſtroveteranenſis Siculus, ſtruxit artem curandi febres putridas, Panormi, An. 1603. Vid. *Linden, pag. 404.*

POMPONATIUS (Petrus) Mantuanus, An. 1512. obiit. Docuit Bononiæ & alibi. Volumen edidit (inquit *Jovius in elog. mon. 71.*) quo animas poſt corporis mortem interituras ex ſententia *Ariſtotelis* probare annitus eſt, ſecutus Aphrodiſei placita. Reprehenſus reſpondit, *ſe hoc dogma ut philoſophum defendere.* Scripſit etiam de fato & incantationum occultâ poteſtate. Extant ejuſdem dubitationes in 4. meteorologicorum Ariſtotelis librum. Ei tale *epitaphium* factum: Hic ſepultus jaceo. Quare? neſcio: nec, ſi ſcis aut neſcis, curo. Si vales, bene eſt: vivens valui. Fortaſſe nunc valeo. Si aut non, dicere nequeo. Vid. *Dietericus in Ant. Bibl. part. 1 pag 40.*

POMPONIUS (L.) Bononienſis, Comicus, Olymp. CLXXIII. claruit. Atellanas *inveniſſe* fertur. Erat verbis rudis, ſenſibus acer ac operis inventi novitate commendabilis. Crebro allegatur à *Nonio Marcello*: item, à *Macrobio.* Superſunt ejus fragmenta à *Rob. Stephano* collecta. Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 702. Popma in Varron. pag. 553.*

POMPONIUS (Tit.) Atticus, Ciceroni æqualis fuit. Scripſit annales imperii Romani: imagines doctorum virorum: & librum de conſulatu Ciceronis. Vid. *Corn. Nepos in vita Attici.*

POMPONIUS Mela, Hiſp. tempore Claudii Imp. floruit. Reliquit 3. libros de ſitu orbis. In iis & perſpicua eſt brevitas & mira elegantia: imò, ut Strabo ab eruditione, Plinius à diligentia: ita ab arte commendatur Mela. In hunc Melam *Iſaac Voſſius* An. 1658. eruditum commentarium edidit. Videatur *Quenſtedius pag. 14.*

POMPONIUS Rufus, libros collectorum confecit. Vid. *Val. Max. 4. 4.*

POMPONIUS (Sextus) JCtus, tempore Adriani Imp. claruit. Condidit 2. libros enchiridii: 39. libros ad Q. Mutium: 35. ad Sabinum: ſeptem ad Plautium, &c. Vid. *Guido Panzirollus in JCt. l. 1. c. 43. Bertrandus. pag. 86.*

POMPONIUS Secundus, tragœdiarum ſcriptor, ſi quid forte familiarior amicus tollendum, ipſe retinendum arbitraretur, dicere ſolebat, ad populum provoco: atque ita ex populi vel ſilentio vel aſſenſu aut ſuam aut amici ſententiam ſequebatur. Vid. *Plinius l. 7. epiſt. 17.*

POMPONIUS (Julius) Lætus, alias *Petrus Calaber* dictus, An. 1480. floruit. Romæ tanto

tanto concurſu docuit, ut ante auroram profit·ntem Romana juventus à media ſtatim nocte occupandis ſubſelliis prævenitet. Romanæ antiquitatis ſummus admirator fuiſſe fertur. Quoties marmor effodiebatur ex urbis ruinis, lacrimas fundere ſolebat, ſuaque tempora tanquam barbara deplorabat. Urbis Romæ natalem, ut & Romulum, mira ſuperſtitione colebat. Græcam linguam, ne l.tinam aliqua peregrinitate contaminaret, attingere nolebat. Confecit librum de Mahomete: compendium hiſtoriæ Rom & tractatum de magiſtratibus Romanis. *Epitaphium* ei tale poſitum:

Pomponi Læti cineres ornate corollæ.
Summus enim vates, rhetor & hiſtoricus.

Vid. *Jovius in elog. num. 40 Pierius Valerianus de Inf.lit.pag. 167. Mart Hanckius part 1.de S.R R.pag. 205.* Quære, LÆTUS

PONA (Franc.) medicus, condidit apotheoſin viventium amicorum: antidotum Bezoarticum: elogia centuri.m ſelectiorum remediorum, &c. Vid. *Ghilinus vol. 1.pag.63.*

PONA (J Bapt.) Veronenſis, medicus, emiſit diatribas de intellectu agente: de acris natura: de voluptate: item, carmina heroica latina. Vid. *Chioccus, pag. 159.*

PONCE (Ant.) tractavit de impedimentis auxiliorum in morborum curatione, Madriti, An. 1629.

PONCE (Gonſalus vel Gundiſaluus) de Leon, ſcripſit contra *Leonh Waramundum* in cauſa Colon. Anno 1585: item, ſcholia in phyſiologum Epiphanii, An. 1587.

de PONCE (Joh Fr.) collegit conſilia, Genevæ. An. 1666.

PONCETUS (Pet.) JCtus, de jure municipali, An. 1595. commentatus eſt.

PONCIUS (Joh.) Hibernus, edidit curſum philoſophicum, Anno 1659. fol. item, curſum theologicum ad mentem Scoti, An. 1671. fol. Vid. *Waddingus in S.O. M. pag 221.*

PONETUS (Joh.) epiſcopus Roſenſis ſub Edwardo rege, in exilio An. 1556. Argentinæ defunctus, vulgavit librum de conjugio miniſtrorum & apologiam ejuſdem, teſte *Kempio pag. 456.*

PONETUS (Pet.) Ipreníis, ſcripſit de vera & corporali præſentia corporis Chriſti in S. Euchariſtia, An. 1565.

PONIATOVIUS, librum exaravit de vera Chriſti præſentia in eccleſia ſua, Baſil. An 1627.

PONNUS (Joſeph.) tract. fecit de curandis febribus, Panormi, An. 1603.

PONS (Jac.) paravit annotationes in hiſt. plantarum *Rovillii*, An 1660.

PONSEVIUS (Dom.) carmen ſtruxit de glorioſo Chriſti aſcenſu, An. 1588.

PONTACUS (Arnold.) Burdegalenſis, An. 1605. obiit. Epiſcopus Vaſatenſis fuit, & in Euſebium Pamphili, Hieronymum & Proſperum Aquitanicum, tres chronicorum ſcriptores, notas & animadverſiones compoſuit. Vid. *Voſſius de mathemat. pag. 402. Colomeſius in G.O.pag. 105.*

PONTANUS (G Barthold.) à Braitenberg, edidit bibliothecam concionum 3. tomis. An. 1608. fol.

PONTANUS (Hier.) ſcripſit de immortalitate animæ, Romæ, An. 1597.

PONTANUS (Jacobus) Brugenſis, reliquit 3. libros de bello Rhodio, quos *Simon Schardius vol. 2. Germ. ſcript. pag. 88.* exhibet.

PONTANUS (Jacobus Brixienſis Bohemus, An. 1626. obiit. Ex ſcriptis ejus ſunt progymnaſmata: dialogi ſacri: bellaria Attica philocalia: comm. in libros triſtium Ovidii, &c. Ex Græcis quosdam latinè tranſtulit, puta Joh. Cantacuzenum, Theophyl. Simocattam & Georg. Phranzam. Edidit etiam poëmata titulo Floridorum. Pontano multi multa tribuunt ejuſq; in latino ſermone puritatem ita æſtimant, ut publico typo collectam ſuis gymnaſiis eſſe pro Tullio voluerint. Vid. *Alegambe, pag 208.*

PONTANUS (J.B.) JCtus, de alimentis commentatus eſt.

PONTANUS (J. Jovianus) Neapolitanus, An. 1505. obiit, cum 78. annorum eſſet. Condidit dialogos: libros de fortitudine, obedientia, liberalitate, prudentia & magnanimitate: hiſtoriam belli Neapolitani; carmina, &c. Carmina ejus leguntur *T. 2.Delit.Ital.pag.368.* Superſtes adhuc ſequentia verba *monumento* ſuo inſcribi juſſit: Sum Joh Jovianus Pontanus, quem amaverunt bonæ Muſæ, ſuſpexerunt viri probi; honeſta-

verunt reges, domini. Scis jam, quis ſim, aut qui potius fuerim. Ego verò te, hoſpes, noſcere in tenebris nequeo: ſed teipſum ut noſcas rogo. De eo ita *Scaliger l.6. de re poët. pag. 807.* Pontanus, cum illa quatuor complecti ſumma cura conatus ſit, nervum dico, numeros, candorem, venuſtatem, profectò eſt omnia conſecutus. Quintum autem illud, quod eſt horum omnium veluti vita quædam, modum intelligo, penitus ignoravit. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 203.* Pontanum uno ore prædicant omnes: huic Ciceronianæ dictionis palmam tribuunt eruditorum centuriæ. Non ſum tam hebes, ut non fatear, Pontanum multis egregiis ingenii dotibus virum fuiſſe ſummum: ac me quoq; rapit placido quodam orationis lapſu: verborum dulce quoddam reſonantium amœno tinnitu demulcet aures, demùm ſplendore quodam perſtringit dignitas & majeſtas orationis, &c. Vid. *Jovius in elog. num. 47.* item, *autor apolog. pro poët.* ap. *Gif. in obſ. L. L. pag. 499.*

PONTANUS (Joh. Iſaacius) Helſingorenſis Danus, An. 1640. obiit. Reliquit 6. libros poëmatum: rerum Amſtelrodamenſium hiſtoriam: Itinerarium Galliæ Narbonenſis: notas ad Macrobium: hiſtoriam rerum Danicarum: hiſtoriam Geldricam: libros 7. de mari libero & clauſo: tract. de Rheni divortiis & accolis populis, &c. Vid. *Zeillerus part. 2. hiſtor. pag. 119. Bartholinus in Danis, pag. 72.*

PONTANUS (Lævin.) Gandenſis, Anno 1559. floruit. Compoſuit Europæ querelam verſu heroico: Moſcholatriam, Tragicomœdiam.

PONTANUS (Lud.) Spoletanus, JCtus, An. 1439. obiit. Erat vir ſummi laboris & ſtudii, tùm memoriæ ſingularis: cæterum ineptus. In Pandectas & Codicem commentatus eſt. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 94. Quenſtad. pag. 347.*

PONTANUS (Pet.) Bergomas, ſcripſit in Martialem.

PONTANUS (Pet.) Brugenſis, An. 1512. floruit. Scholia in Lucanum ſtruxit: item, carmen de abitu & reditu pacis: Genofeveon libros novem, teſte *Sweertio.*

PONTANUS (Roverus) An. 1559. claruit. Extant ejus quinque libri rerum memorabilium.

de PONTE (Amadeus) Lombriaſcus, JCtus, tractav. quæſtionem illam: quis ſit judex in cauſa feudi? Extat *Tom. 10. Tract. tract.*

de PONTE (Joh. Fr.) collegit tres tomos conciliorum, Genev. An. 1666.

de PONTE (Lud.) Pincianus, An. 1624. obiit. Confecit 4. tomos de perfectione hominis. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 179. Alegambe, pag. 315.*

de PONTE (Olradus.) Vide, OLRADUS.

PONTICUS, heroicus poëta erat. Meminit ejus *Ovidius.* Videatur *Glandorpius pag. 709.*

PONTIUS, Diaconus, tempore Galieni Imp. floruit. Libellum reliquit de vita & paſſione S. Cypriani, teſte *S. Hieronymo.* Vid. *Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 231. Olearius pag. 386.*

PONTIUS (Baſil.) Hiſp. ſingularem librum emiſit de ſacramento confirmationis. Extat quoque ejus comment. in Cantic. Cant. item, tractatus de matrimonio, An. 1640.

PONTIUS (Franc.) collegit problemata ex omnibus ſcientiis ſumta, Venet. An. 1559.

PONTIUS (Lud.) ſcripſit de magnitudine Tarraconis.

PONTZE (Barth.) ord. Ciſt. monachus, An. 1582. obiit. Claram Dianam de B. Virginis laudibus concinnavit: item, oſtium patens mortis inexcuſabilis.

PONZETUS (Ferd.) de venenis commentatus eſt, An. 1562.

PONZINIBIUS (Franciſc.) Placentinus, JCtus, elaboravit tractatum de Lamiis. Vid. *T. 11. Tract. tract.*

POOLE (Matth.) Vide, POLUS.

POPARDUS (Oliv.) Sammaxentinus, A. 1580. claruit. Galeni 14. libros de ratione medendi in compendium redegit.

POPILIUS (M.) Lænas, A. U. C. 581. vixit. Autor vitæ Terentii poëtam fuiſſe affirmat. *Ovidius l. 6. faſtor.* ſub ejus conſulatu *Floralia* inſtituta fuiſſe tradit. Vid. *Glandorp. pag. 711.*

POPMA (Ant.) ſcr. de ordine & uſu judiciorum, An. 1617.

POPMA (Auſonius) Friſius, Anno 1610. floruit. Reliquit quatuor libros differentiarum vocum. Videatur *Sweertius, pag. 150.*

à POP-

à POPMA (Cyprianus) Friſius, An. 1582. obiit. Emiſit emendationes in Saluſtium. Vid. *Swertius, pag. 201.*

à POPMA (Sixtus) Friſius, JCtus, Anno 1569. claruit. *Cornelii Celſi* librum de arte dicendi notis illuſtravit.

à POPMA (Titus) Friſius, JCtus, Aſconium Pedianum edidit: item, librum ſingularem de operis ſervorum, Anno 1609.

POPPING (Joh. Frid.) orbem illuſtratum, An. 1668. publicavit.

POPPIUS (Hammerus) tractavit de natura antimonii, An. 1618.

POPPIUS (Joh.) de peſtilitate ſcribere aggreſſus eſt, An. 1625.

de POPULIS (Odoardus) collegit catalogum medicamentorum ſpagiricorum An. 1668.

POPULUS (Oct.) Mediolanenſis, à *Paulo Manutio ad Cic. fam. epiſt. part. 1. pag. 330.* egregius JCtus, à recentiorum JCtorum barbarie longè remotus, moribusq; & probitate excellens celebratur.

POPUS (Illefonſ.) Pincianus, in Hippocratis prognoſtica commentatus eſt, Madriti, Anno 1596.

PORCACCHIUS (Thomas) Anno 1576. vixit. Deſcriptionem celebrium in mundo inſularum edidit: exempla parallela: item funeralia. Vid. *Zeillerus part. 2 hiſt. p. 120.*

PORCATIUS (Thomas) carminibus inclaruit. Vid. *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 402.*

de PORCELLINIS (Franc.) Patavinus, JCtus, ſcr. de inventarii confectione: item, de duobus fratribus. Extat *T. 6. Tract. tract.*

PORCHETUS, Genuenſis, ord. Carthuſ. monachus, Anno 1315. claruit. Librum exaravit contra Hebræos, quem victoriam prænotavit, & quem *Auguſt. Juſtinianus* Anno 1520. Pariſ. edi curavit. Fatetur ille Porchetus in præfat. ſe à *Raymundo Martino* multa accepiſſe. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 280.* Confer, SILVATICUS.

PORCIUS (J. Chr.) Papienſis, inter JCtos locum habet. In inſtitutiones juris, An. 1506. commentatus eſt. Vid. *Guido Panzirolus l. 2. c. 100.*

PORNAPIDES. Vide, PRONAPIDES.

PORPHYRIUS, Πορφύριος, Malchus, Tyrius, philoſophus & ſophiſta, tempore Aureliani Imp. vixit. Scripſit de categoriis: hiſtoriam philoſophicam: vitam Pythagoræ: 15. libros contra Chriſtianos. Plura Porphyrii ſcripta *Lucas Holſtenius* in peculiari tractatu enumerat. Vitam ejus *Eunapius pag. 16.* deſcripſit. *Baronius in Annal.* ipſum reſipuiſſe & ex gentili Chriſtianum factum exiſtimat. Laus Porphyrii ap. *Boëth. in ſcr. phil. pag. 282.* inſignis occurrit. Videatur *Tzetzes in Chil. pag. 214. Voſſius de paſſ. Chriſti pag. 187.* item, de *natura Rhetor. pag. 116. Jonſius de S. H. Ph. 3, 15. Valeſius in Euſeb. pag. 120.*

PORPHYRIUS (Publil. Optatianus) tempore Conſtantini M. claruit, cui etiam panegyricum dedicavit, quo ab exilio revocari meruit. Carmen Porphyrii, quod ex Welſeriana Bibl. Anno 1595. prodiit, *G. J. Voſſius* laborioſiſſimum appellat. Vid. *Barthius in Adv. 60, 11. Jonſius, lib. cit. pag. 290.*

PORPHYROGENNETA (Iſaacus.) Vid. *Zeillerus part. 3. pag. 189.* Quære, ISAAC.

PORRALIUS (Claud.) libros Hippocratis de vulneribus capitis, Anno 1579. notis illuſtravit.

PORRETANUS (Alanus) reliquit regulas juris cœleſtis.

PORRETANUS (Gilbert.) Pictavienſis epiſcopus, Anno 1154. obiit. Erat Græcè & Latinè doctus, autor operis ſex principiorum. In Concilio Rhemenſi hæreſeos inſimulatus eſt, cui tamen poſtea renunciavit. Vid. *Matth. Pariſ. ad A. C. 1119. pag. 64.* Extat ejus Comm. in Pſalmos & epiſtolas S. Pauli. Vid. *Rubelius T. 4. Concil. pag. 347.*

PORRUS (Alexius) Carmelita, paravit tractatum in caput 1. Eccleſiaſt. Parmæ Anno 1594.

PORRUS (Per. Paul.) Mediolanenſis, *Ghilino* memoratur *vol. 2. pag. 219.*

PORSIUS (Matth.) Danus, quatuor libros concinnavit de nomenclaturis Romanis, Danicè factis, pari Græcarum recenſione, An. 1594.

PORSIUS (Henr.) Fridbergenſis, JCtus & profeſſor poëſeos Viennæ Auſtriæ, natus eſt Anno 1556: obiit Anno 1610. Edidit 3. libros itineris Byzantini: item, poëmata. Vid. *Tomus 5. Delit. Germ. pag. 110.* & *J. B. Lotichius part. 4. B. P. pag. 120.*

du PORT (Fr.) Creſpienſis Valeſius, ſigna morbo-

morborum carmine expreſſit. Editus eſt Pariſ. Anno 1584. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 174.*
PORTA (Conr.) paſtor Eislebienſis, Anno 1585. obiit. Emiſit paſtorale Lutheri, Anno 1582.
à PORTA (Joh.) Anno 1591. floruit. Scripſit de vero uſu ſacrarum imaginum.
PORTA (Joh. Bapt.) Neapolitanus, Anno 1588. clarus fuit. Compoſuit 20. libros magiæ naturalis: phytognomica: phyſiognomiam: libru de furtivis literarum notis: novem libros de deſtillationibus, &c. *Bodinus in dæmonolog.* eum ut magum veneficum traducit librumq; ejus flammis dignum arbitratur. Vid. *Imperialis in Muſeo pag. 123. Ghilinus, vol. 1. pag. 103.*
PORTA (Phil.) poëta, Anno 1606. obiit. Vid. *Thuanus l. 136.*
de PORTA (Sanctius) Hiſp. ord. prædicatorum monachus, reliquit ſermones per totum annum, qui prodierunt Anno 1514. Vid. *Olearius in Abaco pag. 423.*
à PORTA LEONIS (Abrah.) emiſit 3. dialogos de auro, Venet. Anno 1584. Vid. *Linden pag. 2.*
à PORTA Ravennata, (Alberic.) JCtus, Bulgari diſcipulus, ſcripſit gloſſas in Codicem & Pandectas. Vulgò omnium doctorum princeps dictus eſt. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 2, 22.*
de PORTA Ravennata, (Jacobus) JCtus, Anno 1150. floruit. Gloſſator maximus vulgò nuncupatus eſt.
à PORTA (P.) Placentinus, ſcripſ. varia carmina. Vid. *Gr. Letus in It. reg. pag. 179.*
de PORTA Ravennata, (Ugolinus) JCtus, Anno 1140. vixit. Vide, UGOLINUS.
PORTANTIUS (Joh.) Gandenſ. edidit typum Livioniæ regionis, teſte *Swertio & Sandero.*
de PORTEL (Laurent.) Anno 1612. vixit. Scr. de dubiis regular.
PORTHÆSIUS (Joh.) Cænomanenſis, Anno 1584. claruit. De verbis, *hoc facite*, commentari aggreſſus eſt. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 63.*
PORTICELLA (Fabr.) collegit indicem ſententiarum breviarii Romani, Romæ, Anno 1580.
PORTIUS (Azo) JCtus. Vide, AZO.
PORTIUS (Camillus) Rom. cathedram magno omnium ſtupore & admiratione decoravit. Vid. *Pierius Valerian. de J. L. pag. 17.*
PORTIUS (Jac. Ph.) JCtus, edidit conſilia.
PORTIUS (Leonb.) ſcr. de re pecuniaria.
PORTIUS (Simon) Neapolit. Anno 1554. obiit. *P. Pomponatii* diſcipulus fuit & Ariſtotelis librum de coloribus latinè tranſtulit. Scripſit etiam tract. de mente humana, opus impium & porco, non homine autore dignum, judice *Simlero.* Vid. *Thuanus l. 13.*
PORTIUS (Simon) (alius à priore) doctor Theologiæ, edidit A. 1635. lexicon Græco-barbarum unà cum grammatica de lingua Græcorum hodierna.
M. PORTIUS Latro, orator, tempore Auguſti Imp. claruit. Ei *nonnulli* declamationem in Catilinam tribuunt. *Voſſius* tamen *de nat. rhet. pag. 104.* eam tanto nomine indignam judicat. Juxta *Euſebium* tædio quartanæ ſeipſum interfecit. Vide, LATRO.
PORTNERUS (Joh. Albertus) Ratisbonenſis, hoc tempore claret. Vitam *Franc. Guyeti* ſub nomine *Antonii Periandri Rheti* condidit, quam *Böclerus* Terentio abs ſe edito præmittere voluit. Vid. *Placcius in pſeudon. pag. 236.*
PORTUCARRERUS (Franc.) Hiſp. An. 1626. obiit. Vitam S. Ildefonſi literis conſignavit. Vid. *Alegambe, pag. 31.*
de PORTU NAONO (Odericus) Anno 1331. obiit. Reliquit Chronica compendioſa: Item librum de mirabilibus mundi. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 270.*
PORTUFILDÆUS (Mauric.) Hibernus, Anno 1514. vivere deſiit. A nonnullis *Flos mundi* dictus erat. In Porphyrium & Scotum commentatus eſſe dicitur. *Joh. Camers in notis ad c. 35. Solini* ejus perhonorificè meminit. Vid. *Wadding. l. c. pag. 256.*
de PORTUGAL (Joh.) edidit tractatum de Spiritu Sancto, Conimbr. An. 1644.
ad PORTUM (Jacob) Oſtorodum ſcriptis impugnavit, Genev. Anno 1613.
ad PORTUM (Chriſt.) habuit 12. orationes euchariſticas, Anno 1606.
PORTUNIANUS, antiquus autor, à *Joh. Sarisbarienſi* aliquoties allegatur. Vid. *J. Durantius Caſellius in var. lect. 7, 6.*
PORTUS (Æmilius) *Franciſci* filius, natus eſt Anno 1550. Lauſannæ Græcas literas

ras docuit. Scripſit comment. in Pindarum, Hom. Euripidem, Thucydidem, Xenophontem, Hermogenem, &c. Pſalmos etiam Græco carmine expreſſit. Vid. *Thuanus l. 74.*

PORTUS (Ant.) Firmanus, edidit 3. libros de peſte, Romæ, Anno 1589.

PORTUS (Franciſcus) Cretenſis, Theophili filius, natus eſt Anno 1511. obiit Anno 1581. Primò Ferrariæ Græcas literas profeſſus eſt: deinde Aureliam Allobrogum ſe contulit ibique Græcos autores ore & ſcriptis interpretatus eſt. Suidam Latinè tranſtulit. Vid. *Cruſius in TurcoGræcia pag. 522. Thuanus lib. 74. Caſaub. in Exercit. Baron. pag. 37.*

PORTZIUS (Joh. Dav.) edidit anatomiam vini Rhenani, Anno 1672.

PORZECKI (Thom.) Roxolanus, concinnavit oratione ſoluta & ligata elogia Poloniæ, Hungariæ & Bohemiæ regum. Vid. *Alegambe, pag. 434.*

POSARELLUS (Joh. Bapt.) Bergomas, Anno 1638. claruit. Scr. quadrigam errantium, ſive de 4. cauſis, quibus impediuntur Evangelici, ne fidem catholicam ſuſcipiant: item, ſententias de philoſophia. Vid. *Donatus Calvus pag. 234. Alegambe, pag. 225.*

POSEWITZ (Joh. Henr.) edidit theologiam ſcholaſticam, Anno 1666.

POSIDIPPUS, Ποσείδιππος, hiſtoricus, condidit librum de Cnido. Meminerunt ejus *Clemens Alex. & Arnobius.* Vid. *Tzetzes in Chil. pag. 133. 153.*

POSIDIPPUS, Comicus, vixit tempore Ptolemæi Lagi & fuit à Menandri exceſſu in nova comœdia princeps. Triginta fabulas elaboraſſe dicitur, ex quibus extant Ἀναβλέπων, Ἀνακλειομένη, Γαλάται, Δημόται, Ἐπίσταθμος, Ἐφεσία, Κώδων, Λοκρίς, Μεταφερόμενος, Παιδίον, Πορνοβοσκός, Σύντροφοι, Χορεύουσαι. Fuit & alius POSIDIPPUS, epigrammatographus, qui citatur à *Stobæo & aliis.*

POSIDIPPUS, *l. 3. Anth. c. 9.* inter Græcos poëtas refertur.

POSIDONIUS, Ποσειδώνιος, Alexandrinus, Olymp. CXXX. floruit. Scripſit de inſtituenda acie: ut & librum de heroibus & dæmonibus. Vid. *Macrobius, Saturn. 1, 23.*

POSIDONIUS, Apameenſis, Julio Cæſare imperante, claruit. Malè *Athenæus* eum Scipioni Africano coævum facit. Struxit hiſtoriam 52. libris, quibus complexus fuit, quæ conſecuta ſunt illa, quæ Polybius tradiderat. *Straboni l. 16.* dicitur vir fuiſſe ſui ſeculi πολυμαθέστατος. *Idem l. 14.* tradit, eum remp. adminiſtraſſe Rhodi: quo cùm Pompejus aliquando deflexiſſet, Poſidonio hoc honoris habuit, ut teſte *Plinio 7, 30.* fores de more à lictore percuti vetuerit, & faſces januæ ſubmiſerit is, cui ſe oriens occidensque ſubmiſerat. Vid. *Lucianus in Longævis, p. 829.* Poſidonius (inquit) Apamea Syriæ oriundus, lege autem philoſophus Rhodius pariter ac hiſtoricus, 84. annos vixit. *Theodorus Marcilius in Perſium pag. 157.* Poſidonium autorem libri de mundo, qui aliàs Ariſtoteli tribuitur, autorem exiſtimat. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 105. Jonſius de S. H. Ph. 2, 16.*

POSIDONIUS, medicus, tempore Valentin. Imp. vixit. Struxit παλμικὸν οἰώνισμα, i. e. librum de augurio ex palpitatione.

POSIDONIUS, Olbiopolita, Atticas hiſtorias 4. libris: Libycas undecim libris complexus eſt. Scripſit etiam de Tyria regione, Oceano, &c. teſte *Suida.*

POSIDONIUS, Rhodius. Vide paulo ante, POSIDONIUS Apameenſis.

POSIUS (Ant.) in Ariſtotelem & Averroëm commentatus eſt, Venet. Anno 1562. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 37.*

de POSNANIA (Petr.) ſermones dominicales compoſuit, qui prodierunt A. 1615.

POSSELIUS (Conr.) JCtus, paravit exercitationes in Inſtitutiones imperiales.

POSSELIUS (Joh.) Parchemenſis Mechelburgicus, natus eſt Anno 1528: obiit Anno 1591. Roſtochii Græcas literas magna cum laude profeſſus eſt. Edidit Syntaxin Græcam: calligraphiam: item, Evangelia carmine Græco. Vid. *Wilckius in ἱερολογ. pag. 173.*

POSSEVINUS (Anton.) Mantuanus, An. 1611. obiit ætatis 78. Reliquit bibliothecam ſelectam, & apparatum ſacrum tribus tomis conſtantem. A Gregorio XII. graviſſimis negotiis & legationibus admotus eſt. Bis ad Moſcorum principem abiit, & inter Moſcos & Polonos pacem feliciter compoſuit. Vid. *Zeillerus, part. 2. pag. 120. Alegambe pag. 41. Conringius ad Machiavell. in dedicat. pag. 17. 19. Boſius in not. eccleſ. ſcript. c. 2. pag. 16.*

POSSE-

POSSEVINUS (Ant.) medicus Mantuanus, Anno 1628. hiſtoriam Mantuanam octo libris complexus eſt.

POSSEVINUS (Joh. Bapt.) carminibus celebris factus eſt. Vid. *T. 2. Delit. Ital. p. 493.*

POSSEVINUS (J. B. Bernh.) librum de officio curati vulgavit, teſte *Mareſio.*

POSSIDIUS, Calamenſis epiſcopus, tempore Valentiniani III. Imp. vixit, & vitam ſcriptorumq; S. Auguſtini indicem compoſuit. *Honorius de Viris Illuſtr.* vocat Poſſidonium, forte corrupte. Vid. *Iſidorus in Viris Illuſt. cap. 21.*

POSSINUS (Pet.) Narbonenſis, Theophylacti inſtitutionem regiam & Methodii convivium virginum publicari curavit. Idem duas Polemonis ſophiſtæ orationes è tenebris protraxit. Annæ Comnenæ etiam Alexiadem vel 23. libros de rebus Alexii Imp. in lucem emiſit. Vid. *Alegambe, pag. 394.*

POSSIS, Πόσσις, Magneſius, Magneſiorum res compoſuit: Amazonum quoque hiſtoriam condidit. Vid. *Athenæus.*

POSTELLUS (Guilh.) Barentonius Normannus, centenario proximus, Anno 1581. obiit. In orientalibus linguis admodum verſatus fuit. Finxit aliquando ſe morte obita revocatum ad ſuperos & juvenili ætati reſtitutum. Cùm Venetiis aliquando hæreret, Virginis vetulæ familiaritate uſus in errorem de fœminei ſexus ſalutari reparatione nondum conſummata incidit, quem poſteà in Galliam reverſus defendere conatus eſt. Condidit tractatum de rep. Athenienſium: coſmographiam: chorographiam S. terræ: librum de Hetruria & alia. Vid. *Joſeph. Scaliger in epiſt. 367. Merula in Enn. pag. 244. Hornius in hiſt. eccleſ. pag 199. Colomeſius in G. O. pag. 59. Tollius de Inf. lit. pag. 71. Naudæus* in *B. P. pag. 75.*

POSTHIUS (Joh.) Germersheim Palatinus, medicus, natus eſt An 1537: obiit Anno 1597. Edidit parerga poëtica: obſervationes anatomicas, &c. Carmina ejus leguntur *T. 5. Delit. Germ. pag. 122.* Videatur *Job. Pet. Loticbius part. 3. B. P. pag. 117.*

POSTHIUS (Lud.) reſolutiones cauſarum civilium; item, tract. de ſubhaſtatione, Anno 1652. publicavit.

POSTUMIUS (Aulus) Albinus, hiſt. A. U. C. 603. claruit. *Cicero in Bruto* literatū vocat & diſertum. Præter annales Græcos, etiam annales latinos compoſuit. Vid. *Macrobius Saturn. 2, 16. Agellius 3, 10.* Confer *Suidam, in* Αὐλ☉.

POSTUMIUS, junior, unus ex 30. tyrannis, declamationes compoſuit. Sic enim *Trebellius Pollio in ejus vita*: Fuit autem Poſtumius ita in declamationibus diſertus, ut ejus controverſiæ Quintiliano dicantur inſertæ. *Voſſius de nat. rhet. pag. 108.* hujus Poſtumii undeviginti illas declamationes eſſe, quæ vulgò *Quintiliano* tribuuntur, non malè exiſtimat. Vide, QUINTILIANUS.

POSTUMUS (Guidus) Piſaurenſis, carminibus condendis operam navavit, ceu videre eſt *T. 2. Delit. Ital. pag. 496.* Vid. *Jovius in Elogiis, num. 69.*

POSWITZ (J. H.) Vide, POSEWITZ.

POTAMO, Ποτάμων, Mitylenæus, tempore Tiberii Imp. claruit. Scripſit de rebus Alexandri Magni: encomium Bruti: laudationem Tiberii Cæſaris: librum de limitibus Samiorum, & de perfecto oratore. In patriam redeuntem tal[illegible]us literis Tiberius inſtruxit: Potamonem Lesbonactis filium ſi quis injuria afficere auſus fuerit, videat, an bellum adverſus me ſuſcipere poſſit. Teſtis *Suidas. Lucianus in longævis pag. 832.* Potamo, rhetor non incelebris, vixit annos nonaginta. Vid. *Seneca in controverſ. pag. 12. Voſſius de nat. rhet. pag. 65.*

POTAMO, Alexandrinus, philoſophus, etiam tempore Tiberii floruit & ſectam *Eclecticorum*, quæ ex omnibus optimum eligebat, inſtituit. Hanc philoſophorum præſtantiſſimi quique amplexi ſunt, etiam Chriſtiani. Scripſit philoſophiæ ſuæ στοιχείωσιν, & comment. in remp. Platonis. Videatur *Laërtius in proœmio pag. 14. Hornius l. 3, c. 20.*

POTERIUS (P.) Andegavenſis, edidit medica & chymica Anno 1666. Vid. *Borrichius in Hermet. pag. 305.*

POTHO, Brumienſis, Anno 1152. floruit. Reliquit quinque libros de ſt[illegible]tu domus DEI, teſte *Sweertio.* Vid. *Olearius in Abaco pag. 387.*

POTIER (Mich.) Dortmontanus, tractavit de philoſophia pura, Anno 1619. Extat ejusdem Veredarius hermeticophiloſophicus. Vid. *Linden. pag. 460.*

POTKENIUS (Joh.) emiſit novum Teſtamentum Æthiopicum, Romæ An. 1513. item,

item, Pſalterium hebraicè, Græcè, Æthiopicè & Latinè, An. 1518.
POTTELSBERGIUS (Rich.) Gand. exaravit comœdiam de tribus in orbe fortiſſimis, vino, rege, veritate, teſte *Sandero*.
POTTERUS (Franc.) Anglus, de numero beſtiæ 666. An. 1656. commentatus eſt.
POUCHENIUS (Andr.) ſcripſit contra *Palmerium*. Vid. *Placcius pag. 153*.
POUCHENIUS (Lævin.) Regiomontanus Theologus, natus eſt Anno 1594: obiit, Anno 1648. Reliquit comm. in Joelem: explicationes hiſt. paſſionis Chriſti, &c. Vid. *Henning. Witte in Theol. pag. 686*.
POVELLUS (Gabr.) AngloBritannus, *caput* 1. ad Romanos commentario illuſtravit An. 1615. Extat ejusdem tractatus de antichriſto.
POVELL (Guil.) edidit analyſin analyticorum de demonſtratione, Oxoniæ, Anno 1631.
POVERUS (Pet.) ſcr. de veritate euchariſtiæ.
POVODOVIUS (Hieron.) Cracov. Anno 1613. obiit. Vid. *Gbilinus vol. 2. pag. 154. Starovolſcius pag. 37*.
POURSANUS (Ant.) miſcellanea theologica, Pariſ. Anno 1607. vulgavit.
POZA (Joh. Bapt.) Theologus Complutenſis, edidit elucidatorium Mariæ, Lugd. An. 1628. *A Sorboniſtis* ideò damnatus eſt, quod oſſa, carnem & ſanguinem Mariæ in S. Cœna unà manducari docuerit, teſte *Bartholino in diſſert. de latere Chriſti aperto, pag. 36*. Vid. *Dieter. part. 1. Ant. Bibl. pag. 207*.
de POZO (Mart. Alf.) Cordubenſis, elucidationes confecit in Pſalm. An. 1567.
POZZUS (Alex.) Mediolanenſis, Synodum Bobienſem, A. 1653. typis tradidit.
POZZUS (Jac.) vel PUTEUS, ſcripſit in 2. partem Infortiati: item, de moneta. Vid. *Gbilinus vol. 1. pag. 74*. Quære, PUTEUS.
PRACHIUS (Hilar.) ſcriptum Rabbinicum vulgavit, cujus ſingulæ voces à litera Mem incipiunt, Anno 1662.
de PRADO (Laur. Ramireſius) exaravit Pentecontarchum, An. 1612.
PRADUS (Hier.) Biacenſis, Anno 1595. Romæ peſte extinctus eſt. Edidit in Ezechielem tomum primum, quo 24. capita Ezechielis enarrantur: reliquos duos tomos *Joh. Bapt. Villalpandus* continuavit. Vid. *Alegambe, pag. 186*.

PRÆCONIUS (Octav.) Meſſinenſis, Anno 1568. obiit. Elaboravit ſummam de ſacramentis. Vid. *Gbilinus vol. 2. pag. 205. Wadding. in S. O. M.. pag. 269*.
PRÆDINIUS (Regn.) Vinſemius, Friſo, An. 1559. fato functus eſt. *Prædinius* vocari voluit, quod ruri & in prædiis natus eſſet. Groningenſi ſcholæ magna cum laude præfuit. Scripta ſua philoſophica, quòd ſacram veritatem minus redolere arbitraretur, diſcerpſit: theologica verò, tanquam magis utilia, cum aliis communicavit. Ea Baſileæ An. 1530. ab Acronio impreſſa ſunt. Convivia publica vitavit: nec ab ullo mortalium munera accipere voluit. Reliquit librum de jure litigandi: item, 3. libros de precatione. Vid. *Sweertius pag. 633*. item, *autor vitarum Groningenſium proff. pag. 37*.
PRÆFECTUS (Jacobus) librum de vinorum natura, Venet. Anno 1559. typis mandavit. Vid. *Linden. pag. 298*.
PRÆLLÆUS (Rud.) tractavit de poteſtate Imperiali & pontificali.
PRÆPOSITUS (Joh.) Atrebas, obiit Anno 1634. In 1. partem Thomæ Aquinatis, Anno 1632. commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 267*.
PRÆPOSITUS (Nicol.) Salernitanus medicus, compoſuit epitomen Nicolai Myrepſi.
PRÆSENTINUS (Pius) Mirandul. myſteria redemtionis humanæ Virgilianis verſibus complexus eſt. Vid. *Gr. Letus in It. regn. pag. 179*.
PRÆT (Cl. G.) librum compoſuit de regia poteſtate in eccleſia, An. 1561.
de PRÆTIS (Anton.) ſcr. de juriſdictione epiſcoporum.
de PRÆTIS (Barthol.) JCtus, An. 1319. obiit. Reliquit repertorium in ff. & Codicem.
de PRÆTIS (Simon) JCtus, collegit conſilia, Anno 1605. Extat ejusdem tract. de ultimis voluntatibus.
PRÆTORIUS (Abdias) Soltquellenſis, aliàs prænomine *Godeſcalcus* dictus, natus eſt An. 1524: obiit An. 1573. Condidit libellum de phraſibus hebræis: & alium, de poëſi Græcorum.
PRÆTORIUS (Andr.) Theologus Acad. Francofurtanæ An. 1586. mortuus eſt. Vid. *Juſtus in Chron. Francof. pag. 28*.
PRÆTORIUS (Bernh.) Heſſus, natus eſt An. 1567: obiit An. 1616. Norimbergæ

ſyndici & bibliothecarii munere functus eſt. Erat optimorum carminum conditor, quæ ſæpè multis negotiis conſtrictus fundere ſolebat. Ex iis ſuperſunt ſequentia: Oratio funebris, numeris hexametris adſtricta, in obitum Henr. & Joh. Kellneri: carmen valedictorium ad Academiam Jenenſem: anagrammatum apophoreta: epithalamia in nuptias Chr. Olhafii, Chr. Führeri, Georg. Fetzeri, Phil. Harsdorferi, G. Baumgartneri: epigrammata philica: ſatira *de Beſolas manos*, &c. Ejus carmina ex parte occurrunt etiam *T. 5. Del. Germ. pag. 345*. Vid. *Chr. Arnoldus in Append. ad. Parentat. B. Dn. Fuhreri* An. 1677. habitam, *pag. 73*.

PRÆTORIUS (Chr.) reliquit exercitationes ethicas, An. 1651.

PRÆTORIUS (Georg.) emiſit anagrammata, An. 1651.

PRÆTORIUS (Hieron.) edidit canones metaphyſicos, An. 1632.

PRÆTORIUS (Joach.) elaboravit hiſtoriam elephantis, An. 1607.

PRÆTORIUS (Joh.) theſaurum chiromantiæ confecit, Anno 1661. tract. de ſuſpecta poli declinatione & excentricitate firmamenti vel ruina cœli, An. 1676. item *lib.* de pollice, An. 1677.

PRÆTORIUS (Joh.) Joachimico Vallenſis, natus eſt An. 1537: obiit An. 1616. Altdorfii mathemata interpretatus eſt. Inſtrumenta ipſius mathematica Norimbergæ in publicam bibliothecam translata ſunt: manuſcripta Altdorfii ſervantur. Meminit ejus *Thuanus l. 96. ſub fin.*

PRÆTORIUS (Mart.) Sileſius, carmen exaravit de adminiſtrando principatu, An. 1594. Reliqua ejus poëmata occurrunt *Tom. 5. Delit. Germ. pag. 442.*

PRÆTORIUS (Mich.) Gvelferbytanæ capellæ muſicus, ſyntagma muſicum conſtruxit.

PRÆTORIUS (Pet.) explicationem Pſalmi CXIX. emiſit, An. 1556.

PRÆTUS (Hieron.) An. 1610. floruit.

PRÆTUS (Ugolinus) JCtus, Anno 1378. claruit. In jus civile commentatus eſt.

PRÆVIDELLUS (Hieron.) Reglenſis, JCtus, tractavit de peſte & ejus privilegiis. Extat *T. 13. Tract. tract.*

PRÆVOTIUS (Joh.) Rauraeus, natus eſt Anno 1585: obiit Anno 1631. Patavii medicinam profeſſus eſt. Scr. de lithotomia: medicinam pauperum: tract. de venenis & eorundē alexipharmacis. Extat ejusdem opus de medicamentorum materia. Ejus opera Francof. An. 1660. prodierunt. Vid. *Tomaſinus T. 2. elog. p. 224.*

PRAIDSCHEDELIUS (Th.) de privilegiis ſcribere aggreſſus eſt, An. 1671.

PRANDOMONTANUS (Anton. Maria) Capuccinus, exhibuit gentilem Angollæ fidei myſteriis inſtructum, Romæ, Anno 1661. in 4.

PRASCHIUS (Joh Lud.) Senator Ratisbonenſis, h. t. claret. Edidit Roſetum: Tulliam tragœdiam: eclogas octo: coſmolytroſin ſive hiſtoriā mundi libris duobus: amicos comœdiam: diſſertationem de jure maioris partis &c. Vid. *Placcius, p. 37.*

du PRAT (Anton.) Cancellarius Franciæ, An. 1525. claruit. Concordatorum inter Franciſcum I. & Leonem X. conditor & promulgator extitit. Vid. *Saſſay, pag 27.*

PRATANUS (Laur.) Nervius, congeſſit hiſtoriam rerum in Synodo Tridentina geſtarum, An. 1547.

PRATEIUS (Claud.) JCtus, regulas juris generales promulgavit, An. 1589.

PRATEIUS (Pandolf.) Gallus, JCtus, jurisprudentiam mediā compoſuit: Item, tractatum de dote. Extat *T. 9. Tra[illegible] tract.*

PRATENSIS (Felix) Hetruſcus, Anno 1520. vixit.

PRATENSIS (Jaſon) Ziriceus medicus, A. 1558. obiit. Tractavit de morbis cerebri: de ſterilitate arcenda: librum de partu & pariente, &c.

PRATENSIS (Joh.) Arhuſia Cimber, natus eſt An. 1543: obiit An. 1576. Scripſit de ortu & progreſſu, ſubjectis & partibus artis medicæ: item, eclogam [illegible]aphnidem. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 131. Bartholinus, in med. poët. pag. 145.*

PRATEOLUS (Gabr.) Marcoſſianus, collegit hiſtoriam omnium conc[illegible]iorum: item, elenchum hæreticorum. Floruit Anno 1560.

PRATINAS, Πρατίνας, Phliaſius, Tragicus, Olymp. LXXI. claruit. Edi[illegible]t Catyatidas. Hic primus ſatyros d[illegible]t, quemadmodum *Suidas* memorat.

de PRATO (Arlorus) Hetruſcus, A. 1286. obiit. Compoſ. concordantias utriusq; Teſtamenti. *Alii* hoc opus *Hugoni Card.* adſcribunt. V. *Waddingus in S. O. M. p. 40.*

de PRATO (Hugo) Hetruſus, A. 1312. vixit. Miſit epiſtolam longam ex Tartaria ad ſuos confratres. Vid. *Wadding. l. c. p. 179.*

de PRA-

de PRATO florido (Hugo) Icr. in evangelia & epiſtolas.

de PRATO Veteri (Anton.) JCtus, Anno 1524. floruit.

PRATUS (Franc. Maria) JCtus, collegit disceptationes forenſes, An. 1645. fol.

PRATYS, Πράτυς, poëta, allegatur *Ariſtoteli in Rhetorica l. 3. c. 11.*

PRAXAGORAS, Πραξαγόρας, medicus, librum reliquit de ſupervenientibus & naturalibus, quem ſæpe allegat *Galenus.* Scripſit etiam de veneno pharico, teſte *Nicandri Scholiaſte.* Praxagoræ *ἀνατομὴν Scholiaſtes Homeri ad Iliad. pag. 367.* laudat. Meminit quoque ejus *Plinius l. 20. & ſeqq.*

PRAXAGORAS, Athenienſis, tempore filiorum Conſtantini Magni floruit. Edidit libros duos de regibus Athenienſium: libros ſex de rebus Alex. Magni: & libros 2. de geſtis Conſtantini Magni. Jonica dialecto uſus erat. Vid. *Photius, Cod. LXII. Hanckius in Byzant. Scr. pag. 669.*

PRAXIDAMAS, Πραξιδάμας, Muſicus, ſcr. de antiquis muſicis vel poëtis. Vid. *Suidas in χιάζειν.* Confer *Jonſium in S. H. Ph. 1, 14.*

PRAXION, Πραξίων, ἐν Μεγαρικοῖς allegatur à *Suida, in voce σκίρον.* Conf. *Scholiaſten Ariſtophanis pag. 485.*

PRAXIPHANES, Πραξιφάνης, Rhodius ſcr. διατριβὴν Ἰσοκράτους καὶ Πλάτωνος: commentarium in Sophoclem item, περὶ ἱστορίας. Vid. *Meurſius in Rhodo pag. 106.*

PRAYLUS, Πραΰλος, à Troade, *Timonis* auditor fuiſſe fertur. Hic adeò conſtanti animo fuit, ut pateretur ſe injuſtè ut proditorem affici ſupplicio, civibus ne verbo quidem ſupplicans. Vid. *Laërt. l. 9. pag. 704.*

PREGIZERUS (Joh. Ulr.) natus eſt Anno 1577: obiit Anno 1656. Tubingæ Theologiam docuit. Mortuum laudavit *Tobias Wagnerus.*

PREIBISIUS (Chriſt.) ſtruxit fabricam corporis humani, Lipſiæ, An. 1621.

PREISLEBIUS (Chr.) edidit memorias ſanctorum: item, erotemata inſtitutionum, An. 1606.

PREMIUS (Pet.) JCtus, tractavit de ſecuritatis promiſſione & fide publica, Anno 1609.

PREMOLUS (Victor.) Cremenſis, A. 1630. vixit. Struxit memoriale ſciendorum à Clericis. Vid. *Alegambe, pag. 441.*

PRENNINGER (M.) Vide, URANIUS.

de PRESBYTERO (Ant.) JCtus, Bononienſis, An. 1353. floruit. Extat ejus tr. de epiſcopali jurisdictione.

PRESTONUS (Joh.) Anglus, de fœdere, fide & charitate commentatus eſt.

de PRETERE (Guilh.) Bruxellenſ. Anno 1626. obiit. Reliquit meditationes de paſſione Domini. Vid. *Alegambe. pag. 170.*

PRETTENIUS (Joh.) tractavit de notis vel ſiglis antiquorum, A. 1660.

PREVOTIUS (Auguſt.) carminibus Inclaruit. Vid. *Tomus 3. Deliit. Gall. pag. 182.*

PREVOTIUS (Claud.) librum de magiſtratibus Romanis, A. 1579. elaboravit.

PREVOTIUS (Joh.) Vide, PRÆVOTIUS.

PREYERIUS (Zachar.) edidit methodicam diſſerendi inſtitutionem, Ingolſt. Anno 1542.

PREYSSIUS (Chriſt.) condidit vitam Ciceronis. Vid. *Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 160.*

PREZATUS (Gabr.) Bergomas, An. 1509. obiit. Compoſuit flagellum DEI: tract. de cauſis & remediis peſtilentiæ: item, tract. de cura inſectorum. Vid. *Donatus Calvus. pag. 146.*

PREZATUS (Laur.) Bergomas, JCtus, edidit diſceptationem jurisprudentiæ cum medicina & philoſophia, An. 1578.

PRICÆUS (Joh.) Anglus, Anno 1676. Romæ obiiſſe dicitur. Condidit notas elegantiſſimas in libros Novi Teſtamenti: item, commentarium in Apulejum. Vid. *Axenius in Phœdrum pag. 22.*

PRICE (Guilh.) emiſit artem concionandi, Amſterd. An. 1657.

PRIDEAUX (Joh.) Anno 1650. obiit. Decem prælectiones: Item, faſciculum controverſiarum publicavit. Vid. *Wheari pag. 192. Kempius pag. 283. 299.*

PRIERAS (Silver.) An. 1500. vixit & primus omnium ſcripſiſſe dicitur contra *Lutherum.* Reliquit auream roſam in Evangelia: item, librum de ſtrigibus. Vid. *Sauſſay pag. 20. Ph. Labbe T. 2. diſſ. p. 373. Obilinus vol. 1. pag. 209. Olearius pag. 439.*

de PRIEUR (Phil.) impugnavit *Peyrerium* de præadamitis, An. 1658.

PRIGGL (Chriſt.) JCtus, manuale practicum de appellationibus, Salisb. Anno 1671. typis excudi fecit.

PRILUSIUS (Jac.) Polonus, Anno 1553. vixit. Leges & privilegia regni Poloniæ in 6. libros digeſſit & Cracoviæ in fol. excudi curavit.

PRIMASIUS, Africanus epiſcopus, vixit ſeculo VI. circa A. C. 550. Reliquit comment. in epiſtolas Pauli & Apocalypſin. Mentio ejus habetur ap. *Caſſiodor. in Inſtit. div. lect. c. 9. Iſidorum in viris illuſtr. c. 22.* Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 234. Rivetus Tom. 2. oper. pag. 1151. Olearius in Abaco pag. 387.*

PRIMATICCIUS (Greg.) Senenſis, Anno 1566. claruit. In epiſtolas S. Pauli & Canonicas commentatus eſt.

PRIMAUDAYE (Pet.) Academiam Gallicam adornavit.

PRIMEROSIUS (Jac.) tractav. de erroribus vulgi in medicina, An. 1644.

PRIMIRAMI (Peregr. Mag.) medicus, Anno 1317. floruit. Vid. *Bumaldus.*

de PRIMIS (Franc.) ſcr. in verſiculos pſalmorum difficiliores, Mediolani, A. 1624.

PRINNIUS (Gu.) Anglus, Vide PRYNNIUS.

de PRIOLIS (Guil.) collegit conſilia matrimonialia

PRIOLUS (Benjamin) hiſtoriam Galliæ 12. libris complexus eſt, Pariſ. An. 1665. in 4.

PRIOR (Claud.) ſcr. de lycanthropia. Liber prodiit Lovanii Anno 1595. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 92.*

PRISÆUS (Joh.) exaravit defenſionem hiſtoriæ Britannicæ, Lond. An. 1573.

PRISCHESIUS (Joh.) Viconienſis Hanno, alphabetum vitæ religioſæ ſex libris expreſſit.

PRISCIANENSIS (Jul.) Florentinus, An. 1607. obiit. Extant ejus meditationes in evangelia dominicarum per annum. Vid. *Alegambe, pag. 292.*

PRISCIANUS, grammaticus Cæſarienſis, Anaſtaſii Imp. tempore vixit, juxta *Voſſium de poët.* Confer *Caſſiodorum de Orthograph. c. 13.* Huic quidam verſionem metricam Periegeſeos Dionyſii tribuunt: alii tamen *Rhemnii Fannii* eſſe arbitrantur. Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 724. Voſſius part. 3. Gramm. pag. 357. Caſp. Barthius* Priſcianum Favonium vocari debere ſuſpicatur ad *Claudian. pag. 87.*

PRISCIANUS, Περσιανὸς, Lydus, compoſuit metaphraſin in Theophraſtum de ſenſu & phantaſia. Prodiit An. 1536.

PRISCIANUS (Theodorus) medicus, juxta *Reineſium in Var. lect. 3, 11.* tempore Arcadii Imp. claruit. Condidit 3. libros, phænomenon euporiſton, logicum & Gynæceorum: quorum ultimum *Sabinæ* cuidam medicæ inſcripſit. *Hermannus, Comes de Nevenar*, ſcripta hujus Priſciani *Octaviano Horatiano* perperam tribuit. Confer iterum *Reineſium l. 3. c. 17. Barthium in Claudian. pag. 1270.*

PRISCUS, Πρίσκος, Panites, ſophiſta, ætate Theodoſii junioris floruit. *Suidas* autor eſt, cum præter epiſtolas & declamationes etiam ſtruxiſſe hiſtoriam Byzantinam & Attalicam libris octo. *Jornandes c. 24. & 35.* eundem de rebus Geticis allegat. Priſci excerpta de legationibus & fragmentum ex hiſt. Goth. edidit *Dav. Höſchelius*, Anno 1603. Vid. *Eunapius pag. 91. Mart. Hanckius in Byzant. ſcr. pag. 531.*

PRITTUS (Didac.) emiſit examinationes ſeptem geneſeon *Magini*, Patav. Anno 1641.

PRIULUS (Aloyſ.) carmina exaravit. Vid. *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 497.*

PRIULUS (Franc.) Venetus, aſtrologiæ admodum peritus fuit. Librum de geneſi Leonis X. pontificis conſcripſerat, in quo abditiſſima quæque anteactæ ætatis & uni ipſi cognita explicuerat, quæque incumberent, quæque futura eſſent, ad unguem, ut eventus comprobavit, in ſingulos ferè dies prædixerat. Hinc Pontifex dicere ſolebat, aſtrologiam olim extinctam in uno demum Priulo revixiſſe. De infelici ejus exitu *Pierius Valerianus de Infel. lit. pag. 88.* legi poterit.

de PRZIBRAM (Joh.) de profeſſione fidei Catholicæ, Mogunt. A. 1449. tractavit.

PROÆRESIUS, Προαιρέσιος, ſophiſta, ſub Juliano apoſtata vixit. Huic ſtatua erecta erat ejusmodi: *Regina regum Roma regi eloquentiæ.* Videatur *Eunapius, pag. 101.*

PROBUS (Æmil.) hiſtoricus, Theodoſii Imp. tempore vixiſſe & vitas virorum illuſtrium compoſuiſſe à *nonnullis* traditur. *Alii* Cornelium Nepotem ab ipſo in compendium redactum exiſtimant. Vid. *Voſſius l. 1. de hiſt. lat. c. 14.* Quære, CORNELIUS.

PROBUS (Ant.) celebravit Renovalia Lutheri, Anno 1590.

PROBUS

PROBUS (Phil.) JCtus, tractavit de jure Regaliæ.

PROBUS (Titius) Julium Paridem, Valerii Max. epitomatorem, in compendium compendii redegit. Vid. *Barth. in lib. 4. Theb. Papin. pag. 1238.*

PROBUS (Valerius) Grammaticus, ſcripſit teſte *Servio ad 7. Æneid. pag. 1193.* libellum de temporum connexione. Vid. *Glandorp. pag. 875.*

PROCACCIUS (Caliſt.) de monte S. Viti, comp. librum, qui dicitur medicus ad tirones, Romæ, An. 1617. in 4.

PROCELLIUS, carmina conſcripſiſſe dicitur. *Autor dialogi de Lat. Lingu. repar. ap. Giſan. pag. 400.* Procellii poëtæ elegiæ (inquit) & ipſæ amorum indices, niſi materia laudi obſtaret, omnino plus gratiæ erant habituræ. Sunt, qui heroicum carmen & epigrammata ſe vidiſſe dicant. Leporem in eo probant cuncti, eruditionem & gravitatem adimunt.

PROCHORUS, Πρόχορος, erat unus è ſeptem diaconis, quorum *Lucas* meminit *in Actis, cap. VI.* Exaraſſe dicitur vitam Apoſtoli Johannis, quæ in *Orthodoxographis* legitur. Verùm hunc librum falſò tribui Prochoro, *Bellarminus* affirmat. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 237. Rivetus T. 2. Oper. pag. 1073. Olearius, pag. 388.*

PROCILIUS, hiſtoricus, à *Varrone l. 4. de L. L.* item, à *Plinio 8, 2.* laudatur.

PROCLES, Προκλῆς, Carthaginenſis, Eucratis filius, *Pauſaniæ in Meſſeniacis & Corinthiacis* allegatur.

PROCLINUS, Προκλῖνος, Platonicus, Troade habitavit. Vid. *Propbyrius in vita Plotini.*

PROCLUS, Πρόκλος Conſtantinopolitanus patriarcha, Anno 440. obiit. Exaravit epiſtolam de fide ad Armenos. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 238. Olear. pag. 389.*

PROCLUS, Cyzicenus epiſcopus, Anno 433. claruit. Reliquit 21. orationes & epiſtolas, Romæ An. 1630. à *Riccardo Clerico* editas.

PROCLUS, Lycius, philoſophus, An. Chr. 500. floruit. Syriani diſcipulus fuit: Maximum verò diſcipulum & ſucceſſorem habuit. *Stöflerus & Schreckenfuchſius* male in tempora Trajani collocant. Extant ſex ejus libri de theologia Platonica, qui Hamburgi primum prodiere, Anno 1618. Superſunt ejuſdem commentarii in Timeum & libros de republ. Scripſit quoque de Orphei, Pythagoræ & Platonis conſenſu: item, decem libros de oraculis. *Suidas* facit ſecundum à *Porphyrio*, qui contra Chriſtianos ſcripſerit. Procli paraphraſin in 4. Ptolemæi lib. de ſiderum effectionibus *Leo Allatius* A. 1635. in lucem protraxit. Vid. *Voſſius de nat. log. pag. 70. Jonſius de S. H. Ph. 3, 18.*

PROCLUS, Naucratites, inter ſophiſtas locum habet. Vid. *Philoſtratus in vit. Soph. pag. 564.*

PROCOPIUS, Προκόπιος, Cæſarienſis, hiſt. & ſophiſta, tempore Juſtiniani Imp. claruit. Scripſit de bello Perſico, Vandalico atque Gothico: de ædificiis Juſtiniani: item, ἀνέκδοτα vel hiſtoriam arcanam, in qua Juſtinianum Imp. & Theodoram Auguſtam plusquam ſatiricè exagitat. Vid. *Niceph. Calliſtus in hiſt. eccl. 17, 10. Hanckius in Byzant. ſcript. pag. 145.*

PROCOPIUS, Gazæus, A. C. 470. vixiſſe putatur. In Octoteuchum commentatus eſt. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 243. Olearius, pag. 389.*

PROCOPIUS (Franc.) multa ſcripſit. Opera ejus Salisburgi, An. 1665. edita ſunt & 8. voluminibus conſtant.

PROCULUS, latinus poëta, Callimachi imitator fuit, ceu colligitur ex *Ovidio, l. 4. Pont. eleg. 16. Callimachi Proculus molle teneret iter.*

PROCULUS, JCtus, Cocceio Nervæ ſucceſſit in jure. Reliquit 8. libros epiſtolarum. Ab eo *Proculianorum* ſecta orta eſt. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 1, 27. Bertrandus pag. 47.*

PRODICUS, Πρόδικος, Ceus, erat Protagoræ diſcipulus & Euripidis magiſter. *Maximus Tyrius diſſertat. 7.* à callilogiâ ipſum vehementer commendat. *Suidas* tradit, ejus orationes magni fuiſſe habitas, & ſingulos auditores ipſi 40. drachmas perſolviſſe. Celebris fuit commento de Hercule adoleſcente, quem Virtus & Voluptas exquiſitis orationibus ad ſe trahere ſtudebant. Vid.

Xenophon. l. 2. ἀπομνημ. *Cicero l. 1. de off. Quintil. 9, 1. Philoſtratus in Soph. pag. 534. Voſſ. de nat. rhet. pag. 69.*

PRODROMUS (Theodorus) Πρόδρομος, tetraſticha ſtruxit in Vet. & Nov. Teſtam. Vid. *Barthius in Claud. pag. 787. Reineſius ad Daum. pag. 66.* Quære, THEODORUS.

PROLÆUS (Andr.) Anno 1624. claruit. Edidit matæologiam Socinianam: Mahometologiam: Babylonem: & nuptias Sionis.

PROMATHIDES, Προμαθίδης, Heracleota, ſcripſit Ἡμιάμβους, teſte *Athenæo l. 7. Scholiaſtes Apollonii l. 2.* eundem de Heraclea allegat.

PROMATHION, Προμαθίων, ἱστορίαν Ἰταλικὴν συνέταξε. Teſtis *Plutarchus in Romulo.*

PRONAPIDES, Προναπίδης, poëta, in protocoſmo citatur à *Boccacio in genealog. Deor. l. 1. c. 3. & 6. Tzetzes in Chiliad. pag. 258.* malè Περναπίδην vocat.

de PROOST (Adrian.) Gandenſis, JCtus, panegyricum Thomæ Aquinati A. 1620. habuit.

PROPERTIUS (Aurel.) Mevanienſis, poeta, tempore Auguſti Imp. claruit. Ipſe *Callimachum Romanum* ſeſe appellat. Puella, quam *Cynthiam* vocat, vero nomine *Hoſtia* dicta eſt, ut ex *Apuleio* conſtat. Reliquit elegias. Inter Latinos, *Quintiliano* judice, palmam obtinet ſecundam, durior Tibullo & ex Græcanicis nimis multa mutuatus. Vid. *Barthius in Statii Pap. ſilvas, pag. 91. Glandorpius, pag. 150.*

PROSPER, Aquitanicus, Valentiniani III. Imp. temporibus floruit. Inter alia chronicon ſcripſit à primo homine usque ad Urbem à Genſerico captam: item, librum de gratia DEI: & alium de providentia DEI. Vid. *Voſſius in hiſtor. Pelag. 1, 18. Phil. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 246. Rivetus T. 2. Oper. pag. 1140. Olear. pag. 391.*

PROTAGORAS, Πρωταγόρας, Abderita, Democriti diſcipulus, Olymp. LXXXIV. claruit. Primò bajulus fuit, deinde philoſophiæ ſeſe tradidit. Vid. *Agellius 5, 3.* Primus contentioſas orationes invenit & centum minas à diſcipulis exegit: unde Λόγος ἔμμισθος dictus eſt, uti refert *Suidas.* Cum in principio libri ſui (inquit *Cic. libro 1. de nat. deor.*) ſcripſiſſet: *de Diis, neq; ut ſint neq; ut non ſint, habeo dicere,* Athenienſium juſſu urbe atq; agro eſt exterminatus, librique ejus in concione combuſti. Adde *Philoſtratum in V. S. pag. 533.*

PROTAGORAS quidam de monſtroſis quorundam Indorum formis nonnulla prodidiſſe dicitur à *Tzetze in Chil. 7. hiſt. 144.*

PROTAGORIDES, Πρωταγορίδης, Cyzicenus, ſcripſit de ludis, qui in Daphne quotannis celebrari ſolebant. Meminit ejus *Athenæus l. 4. Idem libro 3.* κωμικὰς ejusdem ἱστορίας allegat.

PROTARCHUS, Πρώταρχος, Trallianus, laudatur *Macrobio, Saturnal. lib. 1. cap. 7.*

PROTEAS, Πρωτέας, Zeugmatites, *Stephano in* Ζεῦγμα *& autori Etymol. Magni in* Κιμμερίους memoratur.

PROTERIUS, Προτέριος, Alexandrinæ eccleſiæ antiſtes, tempore Leonis Auguſti miſerè periit. Reliquit epiſtolas ad Leonem papam de feſtivitate paſchali. Videatur *Iſidorus in Viris illuſtrib. c. 23.*

PROTOSYNCELLUS (Greg.) Πρωτοσύγκελλος, Patriarcha Conſtantinopol. ſeculo 13. claruit. Ei tribuitur à nonnullis defenſio quinque capitum Concilii Florentini. *Leo Allatius* tamen eam *Georg. Scholario*, tanquam genuino autori, aſſerit. Videatur *Olearius in Abaco, pag. 189.*

PROVANCHERIUS (Sim.) Lingonenſis, aphoriſmos Hippocratis carmine expreſſit, An. 1603.

PROVENZALIS (Joh.) edidit quodlibeta, An. 1527.

PROXENUS, Πρόξενος, de rep. Lacedæmoniorum commentarios compoſuit. Scripſit etiam περὶ πόρων Σικελικῶν, i. e. de Siculis itineribus. Vid. *Athenæus l. 6. & Stephanus in* Γέλα.

PRUCKMAN (Fr.) JCtus, de regalibus & jure fœminarum An. 1672. commentatus eſt.

PRUCKNERUS (Andr.) ſtruxit libellum de artificio diſputandi, Anno 1637: item, commentar. in Vetus & Novum Teſtamentum, duobus tomis conſtantem.

PRU-

PRUDENTIUS (Aurel.) Clemens, Hiſp. poeta, tempore Theodoſii ſenioris & deinceps claruit. In *præfatione* Καθημερινῶν natum ſe dicit *Salea Conſule*, cujus conſulatus in A. U. R. 1101. incidit. Ajunt, ipſum præfectum urbis factum eſſe. Reliquit Ψυχομαχίαν, Καθημερινῶν, Ἀμαρτιγένειαν, περὶ ςεφάνων, Ἀποθέωσιν, & 2. libros contra Symmachum. Peccat interdum in quantitates, præcipuè in Græcis dictionibus. Vid. *Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 261. 793. Rivetus T. 2. Oper. pag. 1123. Quenſtad. pag. 26. Olear. pag. 392.*

PRUDENTIUS (Joh.) duos tomos in 3. partem Thomæ, Lugd. An. 1654. elaborare cœpit.

PRUGNERUS (Nic.) tabulas aſtronomicas, An. 1553. edi curavit.

PRUNIANUS (Jul.) Ferrarienſis, Anno 1595. obiit. In univerſam philoſophiam commentatus eſt. *Waddingus in S. O. M. pag. 433.* vocat virum doctum in omnibus fermé ſcientiis.

PRUSCHENCK (Zach.) Sulzbaco Palatinus, natus eſt, A. 1610. Jenæ jura 10. annis profeſſus eſt. Vid. *Hadrianus Beier. in R. Jen. pag. 594.*

PRYNNIUS (Guilh.) Anglus, ſcripſit pro regibus Chriſtianis contra Independentes, Genevæ, An. 1649. Extat ejusdem tractatus contra ludos Comicos: & alius, contra potationes in aliorum ſanitatem factas. *Hallervordius in B: C. pag. 118.* ait, eum primum feré fuiſſe inter eos, qui ſe Epiſcopis oppoſuere: cujus inſtinctu quoque *Guilb. Laud* archiepiſcopum Cantuarienſem quidam decollatum volunt. Videatur *Kempius pag. 335.*

PSAON, Ψάων, Plätzenſis, hiſtoriam 30. libris contexuit, juxta *Diodorum Sicul. l. 21. in fragm.* Vid. *Jonſius in S. H. Ph. 1, 2.*

PSELLUS (Mich.) Ψελλὸς, celebris philoſophus, ſub Conſtantino Duca claruit. *A quibusdam* Ὕπατος τῶν φιλοσόφων indigitatur. Varia ſcripſit in theologia, medicina & philoſophia: ex. gratia, paraphraſin in Cant. Cantic. dialogum περὶ ἐνεργείας δαιμόνων: tract. de Mahomete: duos libros de ratione victus: tract. περὶ χρυσοποιΐας: expoſitionem in oracula Chald. Zoroaſtris: paraphraſin in Ariſtot. de interpretatione, &c. De Pſellis peculiarem libellum *Leo Allatius*, Rom. A. 1634. emiſit. Plura de Pſello noſtro apud *Tzetzen in Chil. pag. 218. Voſſium de nat. Log. pag. 68. Olearium in Abaco pag. 315. Hanckium in Byzant. Script. pag. 478.* invenies.

de PTOLEMÆIS (Joh. Pet.) in legem, de admonendi ſ. de jurejur. commentari aggreſſus eſt.

PTOLEMÆUS, Πτολέμαιος, Ageſarchi filius, Megalopolitanus, tempore Ptolemæi Philometoris, quarti Regis Ægyptii, floruit ejusque hiſtoriam literis conſignavit. Meminit ejus *Athenæus l. 6. 10. & 13.* uti & *Clemens Alex.* in *Protrept.* & *Arnobius l. 6.*

PTOLEMÆUS, Alexandrinus, gramaticus, ſub Traiano & Adriano Impp. claruit. A quibusdam *Chennus* cognominatus eſt. Scripſit περὶ παραδόξου: item, Σφίγγα: adhæc Ἀνθόμηρον, poëma 24. librorum, cui inde nomen, quòd Homericæ Iliadi aut Odyſſeæ iſtos libros adæquaret. *Suidas* plura ejus ſcripta enumerat. Confer *Photium, Cod.* CXC.

PTOLEMÆUS (Claud.) Alexandrinus, philoſophus & mathematicus, tempore M. Aurelii Antonini Imp. vixit. De ætate teſtis *Suidas*. Ineptiunt igitur, qui eum unum ex regibus Ægyptiis fuiſſe exiſtimant. A Græcis θαυμάσιος, i. e. admirandus ſalutari ſolet. *Cardanus* ei proximas poſt Archimedem partes tribuit. Reliquit μεγάλην Σύνταξιν, opus aureum, quod Arabes *Almageſtum* vocant: item, γεωγραφούμενα. Vid. *Stephanus* in χαράκμωβα: *Zeillerus, part. 1. de hiſt. pag. 124.*

PTOLEMÆUS, Aſcalonita, ſcripſit teſte *Ammonio in* ςεφυλὴν, περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ προσῳδιῶν. Confer *Eundem in* τρίστες.

PTOLEMÆUS, Cytherius, epicus poeta, tractavit, teſte *Suida*, de viribus herbæ ψαλακάνθης.

PTOLEMÆUS Evergetes, ſeptimus Rex Ægypti, compoſuit 24. libros hiſtoriarum.

PTOLEMÆUS Hephæſtion. Vide, HEPHÆSTION.

PTOLEMÆUS Lagi, primus rex Græcorum in Ægypto, Alexandri M. geſta literis prodidit, teſte *Arrbiano*, qui ejus hiſtoriæ multum tribui debere judicavit, tùm quòd ſub Alexandro militaverit, tum quòd, cum iſta ſcriberet, rex fuerit, in quo turpius mendacium foret, quàm in alio. Hiſtoriam Ptolemæi laudat *Plinius l. 12. & 13.* item, *Plutarchus in vita Alexandri.*

PTOLEMÆUS, de Luca vel Lucenſis, epiſcopus Torcellenſis, tempore Henrici VII. & Ludov. Bavari claruit. Reliquit annales eccleſiaſtico-civiles, ab Anno Chriſti 1060. uſq; ad A. 1303. Vid. *Zeill. part. 3. hiſt. pag. 137.*

PTOLEMÆUS, Mendeſius, ſacerdos, ſi *Voſſio* credimus, temporibus Auguſti & Tiberii claruit. Conſcripſit 3. libros de geſtis regum Ægyptiorum. Meminére ejus *Clemens Alex. l. 1. Strom. & Tatianus in Orat. ad Græcos.* Addi poteſt *Tertullianus in Apolog. c. 19.*

PTOLEMÆUS, Naucratita, inter ſophiſtas referri debet. Vid. *Philoſtratus in vit. Sophiſt. pag. 561.*

PTOLEMÆUS Philadelphus, Pythagoricus philoſophus, compoſuit Ἁρμονικά. Citat ea *Macrobius in ſomn. Scipion. 1, 19.* & *Scholiaſtes Heſiodi in* Θεογονίαν.

PTOLOMENUS (Bandinus) Senenſis, Græcis, Latinis & Hebræis literis eruditiſſimus, mathematicarum cognitione nobilis, ſtilo ad omnes animi cogitationes explicandas valde elegans fuiſſe prædicatur. Vid. *Pierius Valerianus de J. L. pag. 105.*

PUBLICIUS, JCtus, Servii diſcipulus erat, teſte *Pomponio*. Ab hoc forte *Publiciana* actio dicta eſt. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 1, 21. Bertrandus, pag. 244.*

PUBLILIUS Optatianus Porphyrius. Vid. PORPHYRIUS.

PUBLIUS, Syrus, mimographus, anno 2. Olympiadis CLXXXIV. Romæ claruit, teſte *Hieronymo*. Mimos ejus *Joſephus Scaliger* doctiſſimè & elegantiſſimè in Græcam linguam tranſtulit. *Caſſius Severus* apud *Senecam controverſ. 3.* dicere ſolitus eſt, multa eſſe apud Publium melius dicta, quàm apud quenquam Comicum Tragicumque aut Romanum aut Græcum. *Julius Cæſar* eum Laberio prætulit. Vid. *Glandorp. pag. 718.*

PUCCINELLUS (*Placidus*) Anno 1650. floruit. Paravit ceremoniale eccleſiaſticum: item, tractatum de illuſtribus Abbatiæ Florent. viris. Vid. *Gr. Letus in it. regn pag. 505.*

PUCCIUS (Bened.) *Ghilino vol. 1. pag. 19.* memoratur.

PUCCIUS (Franc.) Italus, tractavit de Chriſti efficacitate in omnibus & ſingulis hominibus. Contra eum *Oſiander* & *Socinus* ſcripſere. Vid. *Hoornbeck Tom. 1. Socinianiſmi proflig. pag. 52.*

PUCHE (Jac.) Cervarienſis, Hiſp. Anno 1630. claruit. Adornavit opus morale de caſibus conſcientiæ in articulo mortis occurrentibus. Videatur *Alegambe, pag. 209.*

PUCHESANUS (Charl.) agitavit quæſtionem, An reformati ſint ſocii Auguſtanæ confeſſionis?

PUCHLERUS (Joh.) de Marchionibus Miſniæ commentatus eſt. Manuſcriptum Cl. *Schurzfleiſchius* poſſidet.

PUDLOVIUS (Melch.) emiſit librum pro religione ad magiſtratus Poloniæ, teſte *Starovolſcio, pag. 57.*

de la PUENTE (Joh.) Hiſp. contra *Baronium* ſcriptis pugnavit. Vid. *Caſaubonus in prolegomenis contra Baronium.*

PUERARIUS (Dan.) de carnibus lucentibus, An. 1667. commentatus eſt.

PUFFENDORF (Samuel) celebris JCt. h. t. claret. Edidit elementa jurisprudentiæ univerſæ: item, librum de jure naturæ & gentium. Extat ejusdem tract. de ſtatu Germaniæ ſub nomine *Severini à Monzambano*. Ajunt, ipſum hiſtoriam Suecicam ab exceſſu Guſtavi *Adolphi* usque ad hæc tempora moliri.

à PUHEL (Joh. Leonh.) tractavit de tutelis Electorum Principum, An. 1669. in 4.

PULCHARELLUS (Conſtant.) Maſſalubrenſis Italus, Anno 1610. extinctus eſt. Reliquit 5. libros carminum: item, dialogum de vitiis ſenectutis. Præterea fecit carmina lyrica. Vid. *Alegambe, pag. 83.*

PULKAVA (Przibislaus) hiſtoriam Bohemicam compoſuit.

PULLENIUS (Paulus) An. 1608. obiit. In Apocalypſin commentarium ſtruxit, teſte *Sweertio*.

PULLIUS (Pet. Rob.) octo libris in ſen-

ten-

tentias Lombardi commentatus eſt, Pariſ, An. 1615. fol.

PULMAIR (Georg.) Reichenhalenſis Tirolius, avus meus maternus, An. 1540. natus eſt: obiit, An. 1613. Altdorfii munere Præceptoris claſſici functus eſt. Reliquit orationem panegyricam.

PULMANNUS (Theod.) Craneburgenſis, Antverpiæ primò fullonem egit, ipſo teſte in *præfat. ad Auſonium*: pòſt ad ſtudia ſe contulit & inſignis philologus factus eſt. Virgilium, Suetonium, Juvenalem, Prudentium, Claudianum, Auſonium notis eruditis illuſtravit. Extant ejusdem variæ lectiones. Videatur *Sweertius pag. 691. Franc. Modius in Novant. lect. epiſt. 71. pag. 184. C. Barthius* alicubi induſtrioſum doctumq; hominem appellat.

PULSICTUS (Camillus) edidit conſonantiam Vet. & Novi Teſtamenti, Venet. An. 1628.

PULVÆUS (Adr.) JCtus, ſcripſit de prohibita rerum alienatione.

PULVÆUS (Nicol.) tractavit de Irregularitate.

PULVERINUS (J. Hieron.) Neapolitanus, emiſit praxin medicam, Anno 1605.

PUPIUS, tragicus poëta fuiſſe dicitur. *Horat. 1. epiſt. ejus* poëmata vocat lacrymoſa, quòd ſpectatori lacrimas ob commiſerationem facile excuterent. Vid. *Glandorp. pag. 732.*

de PURA (Chriſt.) claſſicum paciferum Daniæ contexuit.

PURBACHIUS (Georg.) natus erat, An. 1423: obiit, A. 1462. Viennæ in Auſtria philoſophiam & theologiam profesſus eſt. Cœpit compendium ſcribere Ptolemaicæ μεγάλης Συντάξεως, in quo usque ad librum ſextum pervenit. *Epitaphium* ſibimet tale ſtruxit:

Extinctum dulces quidnam me fletis Amici?
Fata vocant, Lacheſis ſic ſua fila trahit.
Deſtituit terras animus cœlumq; reviſit.
Quæ ſemper coluit, liber & aſtra colat.

PURCHASIUS (Samuel) Anglus, theologus & hiſtoricus, An. 1627. obiit. Itinera quædam Anglicè deſcripſit.

PURICELLUS (Joh. Pet.) Mediolanenſis, edidit monumenta baſilicæ Ambroſianæ, An. 1656.

PURLILIARUM Comes de re militari commentatus eſt.

PURPURATUS (J. Franc.) JCtus, collegit conſilia, Venet. An. 1579.

PUSTERLA (Franc. Maria) Bergomas, natus eſt, Anno 1622. Reliquit genethlia martyris Catharinæ.

PUTEANUS (Claud.) Gallus, An. 1594. obiit. Vid. *Sammarthanus, pag. 98. item, Periander in vita Guieti.*

PUTEANUS (Erycius) Venloënſis, natus eſt, An. 1574: obiit, An. 1644. Mediolani eloquentiæ profeſſor fuit ac regii hiſtorici titulò auctus eſt. Inde in Belgicam ac cerſitus *Juſto Lipſio* in cathedra Lovanienſi ſucceſſit. Edidit circulum Urbanicum: librum de biſſexto: hiſtoriam Inſubriæ: ſermones geniales: orationes: epiſtolas, &c. Mortuum laudavit *Nicol. Vernulæus*. Vid. *Ghilinus vol 2. pag. 72. Sweert. pag. 230. Imperialis in Muſeo pag. 201. Hanck. part. 2. de S. R. R. pag. 187. Henningus Witte in Philoſ. pag. 565.*

PUTEANUS (Florim.) tractavit de 10. Euclidis elemento, Pariſ. An. 1612.

PUTEANUS (Franc.) Gallus, An. 1534. claruit. Extat ejus catena Patrum Lat. in Pſalmos.

PUTEANUS (Guil.) ſcripſit de medica purgandi ratione, Lugd. An. 1552.

PUTEANUS (Joh.) Vaſco, An. 1623. obiit. Supereſt ejus tract. de pontifice Romano.

à PUTEO (Caſſianus) eques, ante paucos annos vixit. *Ferrarius de rer. Veſtiaria part. 2. pag. 78.* vocat totius antiquitatis aſſertorem feliciſſimum fugientiumque literarum ſtatorem, quem unum comitatis ac magnificentiæ ſimulacrum exteræ quoque gentes colunt, magna pars propter hunc unum urbem Romam inviſunt.

à PUTEO (Jac.) JCtus, An. 1470. claruit. Reliquit deciſiones.

à PUTEO (Julius) ſtruxit elogia Veronenſium, An. 1653.

à PUTEO (Paris) Neapolit. An. 1464. floruit. De ſyndicatu commentatus eſt. Vid. *Panſirolus in JCtis 2, 106.*

à PUTEO (Zacharias) ſcripſit hiſtoriam de gumma Indica, Venet. Anno 1628. Ejusdem officina Chymica prodiit, An. 1611.

Horum

PUTEOLANUS, JCtus, librum Aſſeſſoriorum reliquit, quorum primus citatur ab *Ulpiano*. Videatur *Bertrandus*, *pag. 261.*

PUTEUS (Archang.) Italus, ex lacera & ſegmentitia veſte, quam ex paupertatis zelo geſtabat, *Pannoſus* nuncupatus, duas apologias exaravit, unam pro hebraicæ linguæ præſtantia, alteram in defenſionem *Pici Mirandulani*. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 39.*

PUTEUS (Jac.) vel Pozzus, Nicienſis, Anno 1563. obiit. Scripſit de mutatione monetarum. Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 110.*

PUTHERBEUS (Gabr.) Turonicus, edidit Theotimum vel 3. libros de expurgandis malis libris, Pariſiis, Anno 1549.

PUTSCHIUS (Elias) Antverpianus, natus eſt An. 1580: obiit An. 1606. Cùm naſceretur, ſtatim riſum edidit. In Salluſtium notas compoſuit. Veteres quoque Grammaticos numero triginta tres ſtudioſè collegit & uno volumine publicavit. Mortuo *Conr. Rittershuſius* parentavit. Vid. *Sweertius, pag. 226.*

PUTSCHIUS (Eman.) librum de jurisdictione exaravit An. 1614.

PUTZIUS (Matth.) Marcoduranus, Anno 1595. obiit. Altare templi Moguntini carmine deſcripſit. Videatur *Alegambe*, *pag. 337.*

PYLADES, Πυλάδης, Cilix, ſcripſit de ſaltatione Italica, quæ ab ipſo inventa eſt: item, de ſaltatione, quæ Cordax: de tragica, quæ Sicinnis: & de ſatyrica, quæ dicebatur Emmelia. Videatur *Suidas.*

PYLADES (Burchard.) Brixianus, A. 1502. vixit. Genealogias Deorum verſibus expreſſit. Extat ejusdem vocabularium, verſibus adornatum. *Caſp. Barth. in lib. 1. Theb. Papin. pag. 241.* vocat recentem, ſed non ineruditum poëtam.

PYLANDER (Georg.) Zwiccavienſis, Anno 1544. obiit. Hippocratem Latinè reddidit. Vid. *Albinus in Chron. Miſnenſi, pag. 351.*

PYLEUS, JCtus, An. 1170. floruit. Brocardica primus invenit & librum de ordine judiciorum compoſuit. Vid. *Guido Panzirolus de JCtis, 2, 21.*

PYNACKERUS (Cornel.) Delphenſis, JCtus, natus eſt Anno 1570: obiit Anno 1645. Groningæ jura profeſſus eſt. Indicem in *Fachinæi* controverſias elaboravit. Habebat prætereà comment. in varios Digeſtorum libros: conſilia item innumera: ſed ut illa publicì juris faceret, adduci non potuit, dictitans: nihil jam ſcribi, quod non dictum ſit prius. Videatur *Autor vitarum Proff. Gröningenſ. pag. 63.*

PYRANDER, Πύρανδρος, ſtruxit aliquot rerum Peloponneſiacarum libros, è quorum quarto *Plutarchus in parallel. minor. c. 37.* hiſtoriam adducit.

PYRCKMAIR (Hilar.) tractavit de cauſis affectionum & proprietatum quarundam ſingularium cum in homine, tum in animantibus quibusdam, Anno 1575.

PYRGION, Πυργίων, librum de inſtitutis Cretenſium elaboraſſe dicitur. Videatur *Athenæus l. 4.*

PYRRRHO, Πύῤῥων, Pliſtarchi filius, Eleus philoſophus, tempore Philippi Macedonis floruit & ſectam *Pyrrhoniorum*, qui omnia incerta eſſe ſtatuebant, condidit. Iidem σκεπτικοὶ, ζητητικοὶ & ἐφεκτικοὶ dicti ſunt. Pyrrhonis hujus vitam *Diogenes Laërtius* compoſuit.

PYRRHO, Liparæus, hiſtoricus, *Plutarcho in quæſt. Rom. cap. 19.* memoratur.

PYRRHUS, Rex, commentarios de ſcientia & arte inſtruendæ aciei reliquit, teſte *Plutarcho in vita Pyrrhi pag. 387.*

PYRRHUS (Joh.) Angloberi[illegible]us, Aurelianenſis JCtus, Anno 1516. claruit. Scripſit de donatione mu[illegible]a inter virum & uxorem. Videatur *Alciatus in parerg. 2, 7. Mart. Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 124.* Quære ſuprà, AN[illegible]LOBERMÆUS.

PYTHÆNETUS, Πυθαίνετος, librum περὶ Αἰγίνης elaboravit, teſte *Athenæo lib. 13.*

PYTHÆUS (Nicol.) collegit theſaurum è monumentis S. Bernhardi, Anno 1589.

PYTHAGORAS, Πυθαγόρας, Samius, celebris philoſophus, juxta *Euſebium* ultimò anno Olympiadis LXX. vivere deſiit. Mortuus numinis inſtar cultus. Philoſophiam ab Aſſyriis, Ægyptiis & Judæis hauſiſſe fertur. Animas primus Græcorum immortales eſſe docuit. Inter alia μετεμψύχωσιν commentus eſt.

Tria

Tria reliquit opera, παιδευτικὸν, φυσικὸν, πολιτικόν. Aurea carmina, quæ vulgò Pythagoræ tribuuntur, ſunt *Lyſidis* Pythagorici. Vitam Pythagoræ *Malchus & Jamblichus* prolixè deſcripſerunt. De ſymbolis ejusdem *Eraſmus in proverbiis, Ruelius T. 1. Concil. pag. 151. Giraldus & alii* conſuli poterunt. Plura de Pythagora apud *Tzetzem in Chil. pag. 36. 205. Marſamum in Chronol. pag. 276. Scheferum in philoſoph. Ital. pag. 9. 12. 15.* invenies.

PYTHAGORAS alius, Eratoclis filius, eod. tempore, quo Samius Pythagoras, claruit. Hujus commentarii feruntur ἀλειπτικοί, i. e. unguentarii: & athletarum Conſtitutio de eſu carnium; quæ malè ad *Pythag. Mneſarchi filium* à nonnullis refertur. Videatur *Jamblichus pag. 40. Alius* Pythagoras rès Dorienſium teſte *Laërtio l. 8.* tractavit.

PYTHEAS. Πυθέας, Maſſilienſis, Ptolemæi Philadelphi ætate vixit & γῆς περίοδον exaravit. Ejus operis pars erat hiſtoria Thules, ex qua aliqua adducit *Strabo l. 1. & 2.* Laudatus *Strabo* ipſum aliquoties mendacii & futilitatis accuſat. Interim laudat eum *Hornius in originibus Americanis pag. 157, &c.* Vid. *Scholiaſtes Apollon. pag. 232. Voſſius de nat. rhetor. pag. 82.*

PYTHERMUS, Πύθερμος, Epheſius, ab *Athenæo l. 7.* inter hiſtoricos refertur.

PYTHION, Πυθίων, Rhodius, ſcripſit de agricultura, teſte *Varrone 1, 1.* Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 107.*

PYTHOCLES, Πυθοκλῆς, Samius, nomen ſibi peperit hiſtoria Italica, ex qua tertium librum *Plutarchus in parallel. minor.* quartum verò *Clemens Alex. lib. 1. Stromat.* allegat. Idem *Clemens in Protrept.* ejusdem libellum περὶ Ὁμονοίας, i. e. de concordia: *Plutarchus* vero in *parall. minor.* ejusdem γεωργικὰ laudat.

PYTHON, Πύθων, Byzantinus, rhetor, Philippi regis Macedonum, ſcriba fuit. Eò viſo, Demoſthenes ter mutus factus, ter compreſſus eſt. Vid. *Tzetzes in Chiliad. pag. 101. Voſſ. de nat. rhetor. pag. 81.*

PYTHOSTRATUS, Πυθόστρατος, poëta, Theſeidos poema condidit.

Q.

QUACKELBENUS (Guilh.) Cortracenſis, medicus, exaravit epiſtolam ad *Matthiolum.*

QUADRANTINUS (Fabian.) Stargardus Prutenus, An. 1605. obiit. Exaravit 7. palinodias, cùm ex Lutherano pontificius factus eſſet. Videatur *Alegambe, pag. 107.*

QUADRATUS (Aſinius) Ἀσίνιος Κουάδρατος, Παρθικὰ compoſuit: item; hiſtoriam Romanam libris quindecim Jonica dialecto, quam inſcripſit Χιλιετηρίδα. Complectitur res geſtas ab U.C. usq; ad Alexandrum Mammææ Imp. Teſtis *Suidas* in Κοδρᾶτος. Confer *Voſſium l. 3. de hiſt. Græc. pag. 256.* Quære, ASINIUS.

QUADRATUS, diſcipulus Apoſtolorum, teſte *Euſebio in Chronico*, libros pro religione Chriſtiana compoſuit & Hadriano Imp. obtulit. Confer *Euſeb. H. E. 4, 3.*

QUADRATUS (Maturinus) Ebroicenſis, in Amos & Malachiam commentatus eſt.

QUADRIGARIUS (Q. Claud.) Siſennæ æqualis, reliquit hiſtorias vel annales. Multa ex iis afferunt *Livius, Agellius, Macrobius,* &c. Illuſtre fragmentum ex *l. 18. annal.* extat apud *Senecam de benef. 3, 13.* A *Nonio in Horrea* citatur Claudii oratio in Quintium Gallum. Vid. *Hankius part. 2. de S. R. R. pag. 18.*

QUADUS (Matth.) concinnavit ſex libros geographicarum enarrationum: item, librum de gloria Germanicæ nationis.

QUADUS (Nicol.) tractavit de memorabilibus Prædicatorum & Carmelitarum.

QUÆRENGUS (Ant.) natus eſt, Anno 1546: obiit, An. 1633. Edidit 2. libros de animæ immortalitate: rhetoricam triplicem: tract. de ideis Hermogenis: & alium de imitatione vet. eloquentiæ. Plura ejus ſcripta *Thomaſinus* dabit, quem vide *part. 2. Elog. pag. 134.* Item, *Leo Allatius in A. U. pag. 44. Ghil. vol. 2. pag. 25. Donatus Calvus, pag. 84.*

de QUALEA (Joh. Geneſius) Parmenſis An. 1289. obiit. Reliquit tract. de civitate

tate Chriſti. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 208.*

QUALICHINUS (M.) epiſcopus Roffenſis, condidit hiſtoriam de rege Alexandro carmine elegiaco. Extare id in Naudæana bibliotheca *Labbeus* refert. Incipit: *Stellarum curis Ægyptus dedita quondam.* Definit ſic:

Hiſtoriam dictam dictavit carmine quidam,
Qui Qualichinus nomine dictus erat.
Poſt natum Chriſtum ſunt anni mille ducenti,
Terque duodeni, quando fit iſtud opus.

Confer *Reineſium ad Daum pag. 196. 208.* Quidam eum vocant *Nilichinum* corrupte.

QUARANTA (Hor.) Salernitanus, An. 1633. claruit. Orationes varias habuit. Vid. *Alegambe, pag. 190.*

QUARANTA (Steph.) conſtruxit ſummam Bullarii, An. 1629.

QUARESMIUS (Franc.) tractavit de quinque vulneribus Chriſti, An. 1632. Extat ejusdem elucidatio terræ ſanctæ, duobus tomis edita An. 1639. Videatur *Tribecchov. 4, 3. Waddingus in Scr. O. M. pag. 133.*

QUARLESIUS, Anglus, fecit emblemata & alia poëmata.

QUARTEMONT (Caſp.) Binchienſis, An. 1624. obiit. Vitam Ignatii Loiolæ exaravit. Vid. *Alegambe, pag. 151.*

QUARTUS (Paulus Maria) de proceſſionibus & litaniis commentatus eſt, Venet. fol. Extat quoque ejus commentarius in rubricas miſſalis Romani, A. 1655. impreſſus.

QUATRAMMUS (Evang.) de Augubio, A. 1590. claruit. Condidit tract. de præſervatione & curatione peſtis: item, alium de theriaca & mithridatio.

QUATROCCHUS (Alb.) edidit diſſert. de veris & legitimis antiquorum ponderibus in officina pharmaceutica.

QUECCIUS (Georg.) Norimbergenſis, natus eſt, An. 1561: obiit, Anno 1628. Altdorffii philoſophiam moralem & Græcam linguam profeſſus eſt. Reliquit varias diſputationes. Orationes ejus uno volumine continentur.

QUECCIUS (Greg.) Altdorfinus, Anno 1632. obiit. Conſcripſit anatomiam philologicam de nobilitate & præſtantia hominis.

QUEDLINBURGIUS (Jordanus) ſermones exaravit, qui prodierunt Pariſ. Anno 1521.

QUELAINUS (Franc.) Cenomanus, Carthuſianus, ſcripſit Θεανχαρίαν. Vid. *Reineſ. ad Daum. pag. 167.*

à QUEMADA (Gabr.) Hiſp. quæſtiones juris emiſit, Venet. An. 1583.

QUENSTADIUS (Joh. Andr.) Quedlinburgenſis, celebris Theologus, h. t. claret. Tractatum de patriis illuſtrium virorum contexuit: item, alium de ritu ſepulturæ. Witebergæ theologiam profitetur.

QUERCETANUS (Euſtach.) in librum Hippocratis de natura hominis, Anno 1549. commentatus eſt.

QUERCETANUS (Joſeph.) Armeniacus, edidit diæteticon polyhiſtoricon, Anno 1607. Extat ejusdem opus de ortu & cauſis metallorum.

à QUERCU (Andr.) Turonenſis, collegit bibliothecam hiſtoricorum Anno 1627.

à QUERCU (Laurent.) Gandavenſ. à nativitate cœcus, at ingenio doctrinaque nobilis, reliquit orationes & carmina, teſte *Sandero.*

à QUERCU (Leodegarius) confecit epitomen in *Ruellium* de ſtirpibus, Anno 1544. Carmina ejus leguntur *T. 3. Delit. Gall. pag. 189.*

QUERCULUS (Ludov.) Turonenſis, Anno 1565. claruit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 39.*

QUERENGHUS (Flav.) Bergomas, ſcr. de genere dicendi philoſophorum: librum de conſiliariis principum: quinque libros de honore: Iſagogen in philoſophiam Ariſtotelis. Vid. *Don. Cal. pag. 149.*

QUERHAMER (Caſp.) tractavit de communione euchariſtiæ.

QUERNUS (Camillus) tempore Leonis X. pontificis floruit, cui etiam diu inter inſtrumenta eruditæ voluptatis gratiſſimus extitit. Romæ novo ſuo genere (id erat ex pampino, braſſica & lauro eleganter textum) coronatus, publico conſenſu *archipoëtæ* cognomen meruit. Reliquit Alexiadem. Vid. *Jovius in Elog. numero 82. Tollius de Inf. lit. pag. 17.*

QUESADA (Dominicus) inter eximios Theologos refertur à *Caramuele.*

QUESTELIUS (Caſp.) tractavit de primogenituræ vi & conditionibus, An. 1672.

de QUE-

de QUESTENBERG (Jac. Aurel.) *Albino in Chron. Miſnenſi, pag. 343.* memoratur

QUETTA (Ant.) JCtus, teſte *Menochio,* perfectiſſimus collegit conſilia, Anno 1601.

à QUEVEDO (Franc.) emiſit politicum prudentem ſub perſona Bruti, An. 1660.

QUICHELBERGIUS (Samuel) Antverp. Anno 1553. claruit. Collegit apophthegmata & ſtratagemata Biblica. Videatur *Sweertius.*

QUICHELINUS. Vide, QUALICHINUS.

QUILLETUS (Claud.) callipædian edidit Pariſ. Anno 1656.

QUINNUS (Gualt.) texuit coronam virtutum principe dignarum, An. 1634.

QUINONIUS (Franc.) Hiſp. Anno 1540. obiit. Correxit breviarium Romanum. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 133.*

QUINQUARBOREUS (Joh.) Arelatenſis, Anno 1587. obiit. Latinitate donavit Chaldaicam paraphraſin in Threnos, additis in ſingula paraphraſeos capita annotationibus non pœnitendis. Vid. *Colomeſius in G. O pag. 65.*

QUINQUERANUS (Pet.) tres libros de rebus Provinciæ elaboravit, An. 1551.

QUINTANADUENNAS (Ant.) Alcantarenſis, ſcr. de ſanctis Hiſpalenſibus. Vid. *Alegambe, pag. 43.*

QUINTIANUS STOA (Fr.) Brixianus, poeta, ſtruxit Theandrogeneſin, Theandrothanaton, Theanaſtaſin, Theanabaſin, Theocriſin, &c. Opera ejus prodierunt Pariſiis, Anno 1514. fol. De eo *Scaliger l. 6. de re poët. pag. 788.* Beroaldos ac Picum ſecutus eorum vitia auxit ingenii ſui magnitudine. Periochæ Ovidianarum fabularum ſatis oſtendunt, nihil ei præter judicium defuiſſe. Quam tamen culpam diluit tragœdia ſua: neque enim eſt contemnenda. Vid. *Ghilinus vol 1. pag. 107.* Vide, STOA.

QUINTIANUS (Vincent.) In libros Ariſtotelis de anima commentatus eſt, Bononiæ An. 1575.

QUINTILIANUS (Fabius) ſenior, ſub Auguſto Octaviano claruit. Compoſuit 145. declamationes, quas à *Tideo Ugolino* primum editas ex veteri codice reſtituit *P. Pithœus.* Meminit ejus *M. Seneca in controverſ.* Sunt & aliæ declamationes XIX. quæ vulgo Quintiliano tribuuntur, ſed falſo, cum ſint *Poſtumii Junioris,* qui unus erat ex triginta tyrannis, qua de re *Trebellius Pollio.* Vid *Voſſius de nat. rhet. pag. 47. 94 105. & Daniel Pareus in Notis ad Quintilianum, pag. 383.* Quære, POSTUMIUS.

QUINTILIANUS (Fabius) junior, prioris filius vel nepos, teſte *S. Hieronymo in Chronico,* á Galba Romam deductus eſt. Is primus Romæ ſcholam publicam aperuit & ſalarium é fiſco accepit. Reliquit oratorias inſtitutiones. Hunc ſcriptorem primus in Concilio Conſtantienſi reperiit *Poggius Florentinus:* ac primus medicam manum admovit *Caſparinus, Bergomas,* ut eſt apud *Volaterranum l. 21.*

QUINTINUS (Joh.) Æduus, JCtus, edidit ariſtocratiam civitatis Chriſtianæ, quæ habetur *Tom. 16. Tract. tract.*

QUINTINUS (Joh.) (alius) ſermones morales in evangelia dominicalia adornavit, Colon. Anno 1630.

QUIRINUS (Ant.) diſſertationem habuit ad remp. Venetam.

QUIRINUS (Thadd.) orationibus ſcribendis ſeſe exercuit.

QUIROGA (Didacus) eximius theologus, celebratur á *Caramuele.* Vid. *Rivetus Tom. 2. Oper. pag. 917.*

de QUIROS (Ant. Bernh.) in cant. Moſis & varios libros S. Scripturæ commentatus eſt Anno 1622.

de QUIROS (Auguſt.) Illiguritanus, Anno 1622. Mexici obiit. Scripſit in Nahum, Malachiam in epiſt. ad Ephei. Coloſſ. & Jacobi. Vid. *Alegambe, pag. 50.*

de QUIROS (Lud. Bernaldus) inter præclaros theologos refertur á *Caramuele.*

QUISERUS (Joh. Henr.) de Helvetia commentari cœpit.

QUISTELLIUS (Ambroſ.) Anno 1548. obiit. Scripſit adverſus philoſophos, qui aſſerunt, S. Scripturas nequaquam percipi poſſe niſi ab his, qui bonam partem vitæ in Ariſtotelis & aliorum philoſophorum ſcriptis triverunt: item, de veritate alchymiæ. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 14.*

QUISTORPIUS (Joh.) Theologus Roſtochienſis, natus eſt. 1584: obiit An. 1648. Reliquit annotationes in libros Biblicos: item; libellum de peccato originali. Vid. *Spitzelius in templo Honor. pag. 196. Henn. Witte in Theol. pag. 677.*

QUORLIUS, hiſtoriam concilii Tridentini, Panormi in 4. evulgavit.

R.

RAAD (Alhard. de) Theologiæ Doctor, ſcripſit de natura punctationis hebr. Lugd. An. 1671. Ajunt, eſſe hominem quintimonarchicum.

RABANUS, Magnentius Maurus, A. C. 856. vivere deſiit. *Albini Flacci* auditor fuit & ex quarto cœnobii Fuldenſis abbate ſextus factus eſt epiſcopus Moguntinus. Vitam Rabani tribus libris complexus eſt *Tritbemius*. Reliquit commentarios in Scripturã: martyrologium: carmen ilogrammaticum de laudibus S. Crucis, &c. *Vincentius Bellovacenſis* vocat poëtarum ſui temporis nulli ſecundum. Rabanum in libro de origine rerum allegat *Boccacius in geneal. deor. l. 1. c. 4. & 8.* Vid. *Bruſchius de monaſt. pag. 57. b. Ph. Labbe Tom. 2. diſſert. pag. 264. Olearius pag. 393.*

RABARDÆUS (Mich.) tractavit de cavendo ſchiſmate, Anno 1644. Liber ejus titulo, Optatus Gallus benigna manu ſectus, Pariſiis prodiit Anno 1641.

RABBA, ben Nachman, A. M. 4060. vixit. Eum nonnulli autorem libri BereſitRabba faciunt. Vid. *David Ganz in Z. D. pag. 114.*

RABBIA (Raph.) Bononienſis, An. 1610. floruit. Reliquit carmina.

RABERIUS (Ant.) emiſit tabulam in Galeni libros de ſanitate, An. 1547. fol.

RABELESIUS (Franc.) Gallus, medicus, Anno 1549. floruit. Urbana dicacitate plus æquo delectatus, in ridendis hominum actionibus & exhilarandis ſociis totus fuit. *Lucianum* imitatus ſermone patrio ea ſcripſit, quæ lectorem eruditum capere & incredibili voluptate perfundere poſſunt. *Nonnulli* eum inter atheiſtas referunt. V. *Spitzelii ſcrutinium atbeiſmi pag. 30.* Tunica ipſius pannoſa & valde detrita Candidatis medicinæ in academia Monſpelienſi injicitur, additis verbis: *Vade & occide Cain.* Vid. *Lud. Rouzæus in probl. 3. miſcell. p. 9. Golnitz in Itiner. pag. 569. 570. Waddingus in S. O. M. pag. 134.*

RABINSONUS (Joh.) edidit eudoxa vel examen miſcellan. quæſtionum, Lond. Anno 1656.

RABIRIUS (Cajus) poëta grandiloquus, tempore Triumvirorum claruit. Meminit ejus *Ovidius l. 4. eleg. ult.* M[illegible]que Rabirius oris. Deſcripſit bellum Actiacum inter Antonium & Octavium geſtum. Vid. *Vellejus l. 2. & Seneca de benef. 6, 3.* Ex ejusdem ſatira *Fulgentius* ſequentem verſiculum allegat: *Abſtemium temulenta fugit Mecennia nomen.* Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 471.*

RABIRIUS (Junius) de origine haſtarum & auctionum, Anno 1554. commentatus eſt.

RABUS (Juſtus) Cracovienſis, An. 1612. obiit. Biblia ſacra Polonicè reddidit. Vid. *Alegambe, pag. 293.*

RABUS (Ludov.) aliàs *Gyuzer*, M[illegible]mingenſis, natus eſt Anno 1524: o[illegible] Anno 1572. Primò Argentorati, deinde Ulmæ concionatoris munere perfu[illegible] eſt. Collegit conciliationes locor[illegible] S. Scripturæ & hiſtoriam martyrum quinque tomis comprehenſam.

RACCOLIUS (Barthol.) An. 1445. obiit. Scripſit in 4. libros Sententiarum item, librum ſermonum. Vid. *Olearius in abaco, pag. 68.*

RACHELIUS (Joach.) Danus, e[illegible] ſatiras, Anno 1664.

RACHELIUS (Samuel) compo[illegible] commentarium in ethicam Ariſto[illegible]s. item, librum, qui inſcribitur, Novan[illegible]iquitas doctrinæ de S. Trinitate, An. [illegible]666.

RACHLITZIUS (Joh. Caſp.) de vanitate vitæ humanæ carmen elab[illegible], Andono 1629.

de RACONIS (Abrah.) ſummam philoſophiæ, An. 1639. adornavit.

RACTIUS (Seraph.) locos [illegible]cos edi curavit, Peruſiæ, Anno [illegible].

RADA (Joh.) Hiſpanus, Anno [illegible]608. obiit. A Clemente IIX. Roma[illegible] v[illegible]atus & inter conſultores pro graviſſima illa controverſia de efficacia [illegible] quæ inter Prædicatores & Je[illegible] agitabatur, relatus eſt. *Waddingus in [illegible].O.M. pag. 222.* Pactenſem epiſcopum [illegible] tradit. Reliquit controverſias [illegible]icas, inter Thomam & Scotum or[illegible]s, opus 4. libris diſtinctum præclari que [illegible]eniis utile & neceſſarium.

de RADA (Pet. Bon.) Hiſp. An. 1629. obiit ætatis 57. Vid. *Alegambe, p[illegible].*

RADAU (Mich.) concin[illegible] oratorem extemporaneum. Vide, BECKERUS.

RADE-

RADEBERTUS, Turegienſis, hiſtoriam reliquit. Vide, RATBERTUS.
RADELANTIUS (Wilh.) JCtus, edidit deciſiones Trajectinas, An. 1637.
RADERUS (Matth.) Tirolenſis, natus eſt Anno 1561: obiit Anno 1637. Chronicon Alexandrinum, Climacum, Acta Concilii Conſtantinopolitani Oecumenici IIX. latine tranſtulit: in Martialem prolixum comment. conſcripſit: Curtium & Medeam Senecæ notis illuſtravit. Aulam Theodoſii Junioris è Lat. & Gr. ſcriptoribus congeſſit. Ut taceam Bavariam ſanctam, Viridarium Sanctorum & alia, de quibus *Alegambe*, p. 334. conſuli poterit.
RADEVICUS, Friſingenſis, tempore Friderici Barbaroſſæ floruit & duos libros de rebus geſtis dicti Friderici exaravit, qui aliis duobus libris *Otbonis Friſingenſis* conjuncti ſunt. Eos primus juris publici fecit *Joh. Cuſpinianus.*
RADHOLTUS (Erhardus) Auguſtanus, Anno 1482. vixit. Elementis Euclidis præfationem præmiſit ad Joh. Mocenicum, Venetum principem, in qua profitetur, induſtria ſua non ſine maximo labore effectum, ut, quâ facilitate literarum elementa imprimuntur, ea etiam figuræ Geometricæ cœperint confici, iisque ornatum Euclidem primò editum, teſte *Reiſero pag.* 116.
RADINUS (Thomas) abyſſum ſideralem Pariſ. An. 1514. emiſit. Fertur etiam in *Lutherum* ſtilum ſtrinxiſſe.
RADIPTORIUS (Radolf.) Anglus, Anno 1530. cl. Vulgò *facundus Apollo* dictus eſt. Scripſit in varios V. & N. Teſtamenti textus. Vid. *Wadding. in S.O.M.p.* 295.
RADMANNUS (Barth.) collegit vitam JESU Chriſti ex quatuor Evangeliſtis, Anno 1600.
RADULFUS Ardens, Pictavus, A. C. circiter 1130. claruit. Extant ejus homiliæ in epiſtolas & evangelia de Sanctis totius anni. Vid. *Olearius in Abaco, p.* 395.
RADULFUS, Flaviacenſis, Anno 1157. floruit. Condidit 20. libros commentariorum in Leviticum. Vid. *Voſſius de hiſt. pag.* 339. *Ph. Labbe T.* 2. *diſſ. pag.* 272. *Mateſius de Job. Papiſſa, p.* 5. *Olearius p.* 395.
RADZIVILL (Alb. Staniſl.) ſcripſit elogium 12. virtutum: item, hiſtoriam paſſionis Chriſti, Anno 1655.
de RAEI (Joh.) paravit clavem philoſophiæ *Ariſtotelicæ* & *Carteſianæ*, Lugd. Anno 1654. in 4.
RÆMUNDUS (Florim.) tractavit de ortu, progreſſu & interitu hæreticorum hujus temporis, tomis tribus, An. 1614.
RÆVARDUS (Jac.) JCtus, natus eſt Anno 1536: obiit Anno 1568. In Duacena academia juta profeſſus eſt. Reliquit quinque libros Variorum: *lib.* de autoritate prudentum: comment. ad leges duodecim Tabularum: duos libros de præjudiciis: comm. de regulis juris, &c. *Lipſius* vocabat eum magnum Belgicæ Papinianum. Vid. *Sweertius pag.* 372. *Thomaſius de plagio*, §. 528.
RÆVIUS (Jacobus) edidit Carteſiomaniam 2. voluminibus A. 1654. Vide, REVIUS.
RAGAZZONIUS (Hieron) Bergomas, Anno 1592. obiit. Dictavit in epiſtolas familiares & orat. Cic. in M. Ant. commentarios. Vid. *Donatus Calvus pag.* 280.
RAGERUS (Mich.) in epiſtolam ad Romanos, An. 1651. commentatus eſt.
RAGGEDUS (Patric.) Anno 1421. obiit. Acta Concilii Conſtancienſis collegit, teſte *Wareo, pag.* 76.
RAGGIUS (Jac.) ſcripſit de regimine regularium, Genevæ, An. 1653. in fol.
RAGUALDUS, Suecus, codicem legum Suecicarũ Ingemundi in Lat. ſermonem tranſtulit. Vid. *Scheferus in Upſal. pag.* 401.
RAGUELLUS (Franc.) JCtus, leges politicas ex S. Scriptura collectas, Pariſ. Anno 1615. edi curavit.
RAGUEL, Cordubenſis presbyter, circa Annum 900. vixit. Reliquit vitam & paſſionem S. Pelagii.
RAGUSA (Joſephus) Siculus, An. 1624. obiit. In tertiam partem Thomæ Anno 1619. commentari aggreſſus eſt. Vid. *Alegambe, pag.* 285.
RAGUSEUS (Georg.) medicus & philoſophus Patavinus, An. 1622. obiit. Compoſ. diſputationes peripateticas: tract. adverſus *Cremoninum* de formis elementorum, nec non libros 2. epiſtolarum mathematicarum.
RAGUSEUS (Joh.) An. 1438. vixit, & in Baſileenſi concilio per 8. dies de communione ſub utraq; contra Huſſitas diſſeruit. Eam orationem *Henr. Caniſius Tomo* 3. *ant. lect.* inſeruit.
de RAIAS (Paul. Albinianus) Luſitanus, ſcripſit in cant. Cant. An. 1656.

RAIATUS (Fr.) Panormitanus, An. 1636. obiit. Vid. *Alegambe, pag. 131.*

RAICIUS (Joh.) medicus, ſcripſit de podagra, An. 1621.

RAIDUS (Mich.) ſtruxit carmen, cujus literæ incipiunt à M.

de RAIGER (Arnold.) JCtus, theſaurum juris publicavit.

RAIIANUS (Herm.) in Platonis dialogum de morte Anno 1568. commentatus eſt.

RAIMARUS (Nicol.) condidit theatrum temporis, fol.

RAIMONDUS (Raph.) Comenſis, JCtus, An. 1424. floruit. Videantur *Guido Panzirolus in JCt. 2, 82. Thomaſius de plagio §. 529.*

RAIMUNDUS de Agiles, Podienſis Canonicus, Anno 1095. expeditioni in orientem interfuit. Struxit hiſtoriam Francorum, qui ceperunt Hieruſalem. Habetur ea *T. 1. Hiſt. orient.* quæ inſcribitur, *Geſta DEI per Francos.* Cum *lancea Dominica* effoderetur, præſens adfuit, ejusque mucronem, priusquam tota è terra extracta eſſet, oſculatus eſt, poſteaque eam in prælio tulit. Vide, AGILES.

RAINERIUS (Ant. Franc.) poëtis annumeratus eſt. Videatur *Tom. 2. Del. Ital. pag. 531.*

RAINERIUS (Vinc.) Olevitanus, ſcr. de fragmentis antiquitatum Hetruſcarum, Anno 1638.

RAINOLD (Guilh.) edidit Calvino-Turciſmum, Anno 1597. Vide, REGINALDUS.

RAINOLDUS (Joh.) Devonienſis, Oxonienſis academiæ profeſſor, Anno 1607. obiit. Edidit cenſuram librorum apocryphorum Vet. Teſtamenti, adv. Pontificios. Vid. *Kempius pag. 26. 281.*

de RAIROLES (Joh.) commentari cœpit in Zachariam, Pariſ. Anno 1631. fol. Vide, REIROLES.

RAITH (Balth.) profeſſor Tubingenſis, emiſit Vindicias verſionis Bibliorum Germanicæ B. Lutheri, An. 1676.

in RAITHU (Theodorus) presbyter, *Suidæ* laudatur in *dictione Μαννε.* Extat ejus libellus adv. hæreſes, quæ unionem hypoſtaticam duarum in Chriſto naturarum oppugnarunt, editus Anno 1599. cura *Rob. Balforei.* Videatur *Olearius in Abaco, pag. 447.*

RAIUS (Flamm.) Pratenſis, varia carmina condidit. Videatur *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 179.*

RAIUS (Joh.) ſocietatis regiæ ſodalis in Anglia, adornavit catalogum plantarum Angliæ & inſularum adjacentium, Londini, An. 1670.

RALEGH (Gualt.) confecit deſcriptionem regni Guianæ, An. 1599.

RALLIUS (Andr.) tractavit de regno mille annorum. Liber prodiit Gennevæ, Anno 1659.

RALLIUS (G. Frid.) medicus, ſcripſit de generatione animalium, An. 1670.

RAM (Caſp.) de divinis prænotionibus commentatus eſt, Oſcæ, An. 1611.

RAMATUS (Joh.) JCtus, egit de pactis.

de RAMBALDIS (Benevenutus) Imolenſis, compoſuit librum auguſtalem de vitis Cæſarum.

RAMBALDUS (Ger.) Veronenſis, medicus, Anno 1552. floruit. Vid. *Chioccus, pag. 153.*

RAMBURTIUS (Abrah.) Sedanenſis theologus, ſcr. de autoritate vulg. lat. verſionis. Vid. *Mareſius Tom. 1. contra Tirin. pag. 32.*

RAMIREZ (Andr. Pintus) emiſit ſelecta S. Sacræ, An. 1648. item, comm. in Cant. Cant. fol. An. 1642.

RAMIREZ (Didac.) Hiſp. Anno 1635. claruit. Edidit compendium Grammaticæ Græcæ. Vid. *Alegambe, pag. 92.*

RAMIREZ (Laurent.) de Prado, Hiſp. ſcr. Pentecontarchum, Anno 1612. librum de ſtudiis liberalibus: comm. in Martialem: alium, in Chronicon Luitprandi, &c. Videatur *Thomaſius de plagio §. 530. Placcius pag. 228. 243.* Quære, PRADO.

RAMITUS, epiſcopus Aruſ. de regimine peſtilentiæ tractaſſe ſcribitur.

RAMNUSIUS (Paul.) ſcr. de bello Conſtantinopol. & Impp. Comnenis, Venet. Anno 1634. fol.

RAMON (Thomas) de primatu S. Petri, Anno 1617. commentatus eſt.

de RAMPIGOLLIS (Ant.) Anno 1418. claruit. Exaravit aureum Bibliorum repertorium, continens locos communes de titulis theologicis ſecundum ordinem alphabeti, teſte *Reiſero, pag. 111.*

RAMBINUS (Andr.) Eſernitanus, JCtus. Vide ſuprà, ISERNIA.

RAMPO-

RAMPONIUS (Lamb.) JCtus, An. 1267. floruit. A quibusdam *doctor profundæ ſcientiæ* appellatur. Collegit quæſtiones.

RAMPONUS (Albert.) JCtus, An. 1300. claruit. Reliquit tractatum de conſiliis habendis.

RAMPONUS (Franc.) JCtus, Anno 1350. vixit. Extant ejus conſilia.

RAMSÆUS (Andr.) Scotus, condidit carmina de creatione rerum, lapſu hominis & ejusdem reſurrectione. Vid. *Tomus 2. Delit. Scot. pag. 283.*

RAMSPECK (Bilibald.) ed. querelam de lamentabili eccleſiæ & reip. ſtatu, Anno 1557.

RAMSPECK (Sebaſt.) Baſileenſis, natus eſt An. 1615. Heidelbergæ moralis philoſophiæ profeſſor factus eſt.

RAMUS (Joh.) Goëſanus, JCtus, natus eſt Anno 1535: obiit Anno 1578. Scripſit de Auſtriacis heroibus carmine elegiaco: item, varia epigrammata. Vid. *Tom. 3. Delit. Belg. pag. 856.* Extat ejusdem comm. de tutelis: item, alius de regulis juris. Vid. *Swertius pag. 462. Valer. Andreas in Faſtis Lovan. pag. 195.*

RAMUS (Petrus) Veromanduus, natus eſt Anno 1515: interemtus Anno 1572. in laniena Pariſienſi & in Sequanam fluv. conjectus à diſcipulis *Carpentarii.* In Ariſtotelem & Ariſtotelicos graviſſimè invectus eſt. Reliquit 4. libros de religione Chriſtiana: 27. libros geometriæ: 20. libb. Ariſtotelicarum animadverſionum: librum de militia C. Jul. Cæſaris: alium de moribus vett. Gallorum, &c. Viri docti eum pleraque ex *Laur. Valla & Lud. Vive* hauſiſſe affirmant. Vid. *Lipſius cent. 1. epiſt. 89. Voſſius de ſect. Philoſ. pag. 88. Idem de nat. log. pag. 74. Sorellus pag. 439. Tollius de J. L. pag. 64. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 230. Scalig. in Exc. pag. 287. in Primis pag. 87.*

RAMUSIUS (J. Bapt.) Anno 1557. obiit. Scripſit de Nili incremento. Vid. *Thuanus l. 19. Ghilinus vol 1. pag. 104.*

RANBECK (Ægid.) edidit panopliam libertatis, An. 1666.

RANCATI (Hilar.) Inter eximios hujus temporis theologos à *Caramuele* refertur.

RANCHINUS (Franc.) novem opuſcula medica exaravit. Vid. *Linden, pag. 185.*

RANCHINUS (Gu.) JCtus, de ſucceſſionib. ab inteſtato commentatus eſt. Vid. *Caſaub in epiſt. 125.*

RANCONETUS (Æmarus) JCtus, Anno 1559. obiit. Erat humanioris literaturæ omnisque antiquitatis ſeu ſacræ ſeu profanæ ſcientiſſimus. Vid. *Thuanus, l. 23. Tollius de Inf. lit. pag. 57.*

RANDÆUS (Joh.) tractavit de diſpenſationibus & earum formulis.

RANDALUS, Anglus, epiſtolam ad Romanos commentario illuſtrare cœpit.

RANDULFUS (Enwaldus) ſtruxit tubam Daniſcam vel diſſertationem de aureo cornu in Umbria reperto, Anno 1663. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 37.*

RANDULFUS (Nicol.) edidit reſonabilem echo, Hafniæ, Anno 1649. in 4.

RANGERIUS vitam S. Anſelmi epiſcopi Lucenſis in literas miſit. Extat MS. in cœnobi Caſinenſi.

RANGO (Conr. Tiburtius) profeſſor Stettinenſis, confecit 2. libros de capillamentis, An. 1662.

RANGOLIUS (Claud.) Creſpienſis, compoſ. 2. tomos comment. in libros Samuelis & Regum, An. 1621. fol.

RANUCCIUS (Ant.) Bononienſis, medicus, Anno 1406. floruit.

RANUCCIUS (Hieron.) medicus, Anno 1455. claruit. A quibusdam alter Hippocrates dictus eſt.

RANULFUS, Ceſtrenſis, hiſtoricus fuiſſe fertur. Vid. *Alex. Cookus in dialogo de Job. papiſſa, pag. 26.*

RANZANUS (Pet.) Siculus, Anno 1492. obiit. Reliquit quatuor volumina de univerſis ſcientiis; annales omnium temporum: librum de antiquitate Panormitanæ urbis: alium de rebus Hungaricis. Videatur *Sigism. Ferrarius in Hung. pag. 455.*

RANZOVIUS (Chriſt.) exaravit epiſtolam ad D. *Calixtum*, qua exponit rationes ſui ad eccleſiam Romanam acceſſus, Anno 1651.

RANZOVIUS (Henr.) natus fuit Anno 1526; obiit A. 1599. Erat vir magnæ doctrinæ Daniæq; ſuæ decus perpetuum. In lucem dedit tractatum aſtrologicum de genethliacorum judiciis. Carmina ejus extant *Tom. 5. Delit. Germ. pag. 508.* Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 56.*

RANZUS (Cand.) Vercellenſis, An. 1515. obiit. Reliquit grande volumen de ſpirituali mundi ſtatu, in 3. partes diviſum. Videatur *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 87*

RAPARDUS (Fr.) Brugenſis, ſtruxit magnum & perpetuum Almanachum, Anno 1551. Vid. *Sweertius, pag. 250.*

RAPHELENGIUS (Franc.) Inſulenſis, natus eſt, Anno 1539: obiit, An. 1597. Cantabrigiæ Græcas literas initio profeſſus fuit: tandem Lugduni Batav. linguæ hebraicæ profeſſor ordinatus eſt. Edidit lexicon Arabicum adjutus à *Poſtello, Maſio & Scaligero.* Vid. *Thuanus l. 119. Sweertius, pag. 250.*

RAPHELENGIUS (Franc.) Franciſci filius, paravit caſtigationes in Senecæ tragœdias, Anno 1620. Extant ejusdem carmina.

RAPHELENGIUS (Juſtus) poëſi inclaruit. Videatur *Tomus 4. Delit. Belg. pag. 2.*

RAPICIUS (Jovita) Brixianus, An. 1550. vixit. Scripſit 5. libros de numeris oratoriis, Venet. Anno 1544. fol. Extat ejusdem paraphraſis metrica Pſal. 22.

RAPINÆUS (Carol.) Gallus, emiſit nucleum diſpp. in philoſophiam, Pariſ. An. 1625. Videatur *Waddingus in S. O. M. pag. 87.*

RAPINUS (Henr.) quatuor libros hortorum, An. 1671. edi curavit.

RAPINUS (Nicol.) Pictavienſis, carmina conſtruxit. Vid. *Tomus 3. Delit. Gall. pag. 204.*

RAPINUS (Renatus) medicus, An. 1659. claruit. Opera ejus medica prodierunt Anno 1672. Extant ejusdem eclogæ ſacræ: item, hortus epigrammatum. Vid. *Borremanſius pag. 142. & de poët. pag. 136. Bartholinus in med. poët. pag. 136.*

RAPPOLTUS (Frid.) Reichenbachio Nariſcus, natus eſt, Anno 1615: obiit, Anno 1677. Lipſiæ primò Logicam, deinde theologiam publicè docuit. Reliquit luculentum commentarium in Horatii ſermones & ſatiras: epiſtolas verò Pauli ad Titum & Coloſſ. accuratiſſimis obſervationibus exornavit.

RAPULARIUS, ſermones in Evangelia exaravit. Manuſcriptum Cygneæ ſervatur in publica bibliotheca. Verſus ejus leonini paſſim allegantur in *veteri Florilegio poëtico.* Vid. *Reineſius ad Daum. 211. 212.*

RAREPTA (Pet.) Hiſp. librum condidit, cui titulus, majeſtas ſpiritualis, Anno 1623. in quo oſtendit, politicam doctrinam è S. Codice eſſe petendam. Vid. *Franc. Irenicus in Indiculo. pag. 121.*

RASARIUS (Joh. Bapt.) Novarinus, medicus, An. 1578. vivere deſiit. Tranſtulit Ammonii explicationem in quinque voces Porphyrii: item, Oribaſii libros novem, quibus medicina in compendium redacta continetur. Extat ejusdem oratio de victoria Chriſtianorum ad Echinadas. *Thuanus l. 65.* vocat J. B. Roſarium. *Vid. Ghilin vol 2. p. 142.*

RASELIUS (Andr.) collegit quæſtiones muſicæ practicæ, Anno 1589.

RASELIUS (Chriſt.) librum edidit, in quo philoſophos & theologos turpiſſimè exagitat. Vid. *Dietericus part. 1. A. B. p. 175.*

RASIS, Zachariæ filius, Experimentator dictus, An. Chriſti 1023. obiit. Reliquit commentarios medicos, quibus vulgò eſt nomen Continens. Extat etiam ejus nomine tractatus, Almanſor dictus: item 2. libr. de Alchymia. Vid. *Spizelius in ſpecimine Bibl. Univ. p. 41.*

RASIS junior, A. C. 1216. obiit. Vid. *Hottingerus in Bibl. quadripart. pag. 253. & 270.*

RASLERUS (Chriſt.) tractavit de Sacramentis & pœnitentia, Anno 1661.

RASPONUS (Cæl.) compoſuit 4. libros de baſilica & patriarcheo Lateranenſi, Romæ, A. 1656. fol.

RASSIUS (Adr.) JCtus, de nobilitate, An. 1624. commentatus eſt.

RASTALLUS (Guilh.) Loodinenſis, A. 1565. obiit. Scripſit in jura & ſtatuta Anglicana. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 168.*

RASTALLUS (Joh.) mathematicus egregius, cui *Thomas Morus* non dedignatus eſt filiam ſuam collocare, canones aſtrologicos publicavit. Obiit A. 1535.

RASTELLIUS (Raph.) egit de cenſuris eccleſiaſticis in genere, Lugd. A. 1621.

RATALLERUS (Georg.) Leowardenſis, A. 1580. ſexagenarius obiit. Sophoclis tragœdias omnes latinis verſibus expreſſit. Vid. *Sweertius pag. 275.*

RATBODUS, A. C. 1417. obiit. Librum de laudibus S. Martini, Amelbergæ & Bonifacii confecit. Vid. *Sweertius pag. 650.*

RATE-

RATELIUS (Henr.) Chronicon Sileſiæ & Uratislaviæ conſtruxit.
RATEUS (Guit.) Leges XII. Tabul. Pariſ. Anno 1600. interpretatus eſt.
RATH (Arn.) JCtus, de juris Rom. & Bojarii differentiis tractavit, An. 1645.
RATHERIUS, Lobienſis monachus, An. 1475. obiit juxta *Swertium, pag.651. Alii* tamen Anno 973. obiiſſe affirmant. Scripſit de arte grammatica, quem librum *Sparadorſum* vocavit, quòd puerorum dorſum á flagris ſervaret: item, librum de incarnatione Chriſti. Ipſe ſibi tale *epitaphium* fecit:

Conculcate pedes hominum ſal infatuatum.

Vid. *Hofmannus in lex. univerſ. part. 2. pag. 247.*
RATHMANN (Herm.) medullam Patrum adornavit, Wittebergæ, Anno 1655.
RATPERTUS, Tureglenſis, juxta *Voſſium* An. 883. deceſſit. Carmina ejus *Coniſius T. 5. antiq. lect.* exhibet. Vid. *Olearius, pag. 396.*
RATPERTUS (Paſchaſius) An. Chr. 851. obiit. Scripſit in threnos Jeremiæ: item, de veritate corporis & ſanguinis Domini in euchariſtia contra *Bertramum*; Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 155. Olearius, pag. 354.*
RATRAMNUS, Corbejenſis, Anno 840. claruit. Librum exaravit de corpore & ſanguine Domini. Vulgò *Bertramus* vocari ſolet. Vid. *Dalleus in apolog. per ſynodis, pag. 929.*
RATRAY (Silv.) emiſit aditum novum ad occultas ſympathiæ & antipathiæ cauſas inveniendas, An. 1660.
RAVANELLUS (Pet.) Uticenſis Occitanus, edidit bibliothecam vel theſaurum S. Scripturæ duobus tomis, Anno. 1663. fol.
à RAVANIS (Jac.) Lotharingus, JCtus, Anno 1250. floruit. Summam vel compendium feudorum compoſuit. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 34. Quenſtad. pag. 146.*
RAUBERUS (Placidus) edidit virginem pulcricollem, Friburgi, An. 1629.
RAUCHBAR (Andr.) Quedlinburgenſis, JCtus, collegit 2. partes inſignium quæſtionum juris, An. 1634.
à RAUCHENSTEIN (Barthold.) ed. Conſtantium Peregrinum caſtigatũ, A. 1621.
RAUDENSIS (Alexander) JCtus, deciſiones Piſanas & Mediolanenſes conſtruxit.
RAUDENSIS (Ant.) Mediolanenſis, poëta & theologus, Anno 1420. vixit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 37. Thomaſius de plagio §. 531.*
RAVE (Joh.) Berlinas, Roſtochii docuit philoſophiam. Emiſit Cornelium Nepotem cum indice, An. 1636. tractatum de propoſitionibus modalibus, contra *Scharf.* Anno 1637. item, logicam noviſſimam, An. 1638.
RAVENNAS (Joh.) An. 1420. vixit. Librum de familia Canarienſi confecit: hiſtoriam Raguſii: dragmalogium de eligibili vitæ genere, &c. Vid. *Hallerv. in B. C. pag. 197.*
RAVENNAS (Petrus) ſcripſit de conſuetudine & feudis. Extant ejusdem libri ſermonum, quos feſtis diebus auditoribus ſuis pronunciavit. *Hermannus Trebelius* vocat dædaleum opus & in dedicatione autorem πανσοφον titulo ornat. Vid. *Olearius in Abaco pag. 376.*
RAVENNATINUS (Georg.) Mediolanenſ. An. 1515. floruit. De viris claris ordinis Prædicatorum tractaſſe traditur.
RAVENSPERGERUS (Herm.) Sigenâ Naſſovius, natus eſt, An. 1586: obiit, An. 1625. Vigeſimo tertio ætatis anno theologiæ doctor renunciatus & Groningæ primus in eadem facultate profeſſor factus eſt. Condidit tractat. de cauſa DEI: item, compendium Theologiæ. Videatur *Autor vitarum proff. Gröning. pag. 51.*
RAVESTEINIUS (Adrian.) edidit lexicon medicum Græcolatinum, Anno 1665.
RAVESTEIN (Jod.) Tiletanus, A. 1570. obiit. Erexit propugnaculum concilii Tridentini adverſus Chemnitii examen. Vid. *Vernuleus in Acad. Lovan. pag. 275. Val. Andr. pag. 111.*
RAVERTA (Camillus) Mediolanenſis, propoſuit problema geometricum, per *Curt. Caſatum* demonſtratum, A. 1602.
RAVISIUS (Joh.) Textor, Noviodunenſis, A. 1520. floruit. Compoſuit epiſtolas, dialogos, epitheta latina & officinam. Quæ in officina habet, pleraque ex *Raph. Volaterrano* deſumſit, teſte *Voſſio de latin. hiſt. pag. 672.* Vid. *J. P. Lotichius part. 3.*

Bibl. poët. pag. 31. Ghilinus vol. 2. p. 152. Quære, TEXTOR.

RAVIUS (Chriſtianus) Berolinenſis, natus eſt, An. 1613: obiit, An. 1677. Orientalium linguarum amore Byzantium petiit & ter centum autores magno labore hinc inde conquiſitos in Angliam intulit. Linguas orientales variis in locis profeſſus eſt, Ultrajecti, Oxoniæ, Upſaliæ, Chilonii & Francofurti. Scripſit multa & varia, ex quibus ſequentia nota ſunt, Orthographia Arabica: catena magnetica: fons Sionis: chronologia Biblica: orbis hieraticus: arcana Biblica, &c.

RAULINUS (Joh.) Gallus, habuit orationem de reformatione cleri ad Capitulum generale, Baſileæ editam, A. 1498. Extant ejusdem ſermones in feſtivitates Sanctorum totius anni. Itinerarium Paradiſi ejusdem Venet. An. 1585. impreſſum eſt.

RAUPIUS (Jac.) ſtruxit theologiam practicam, An. 1662: item, bibliothecam ſacram portatilem, A. 1653.

RAUSGHERUS (J. Chr.) edidit querelam ſimulationis, An. 1652.

RAUWOLFIUS (Leonh.) medicus, An. 1583. vixit. Reliquit ὁδοιπορικὸν ſive itinerarium orientale, in Syriam, Judæam, Arabiam, Meſopotamiam, Babyloniam, Aſſyriam, Armeniam, in ſex partes diſtinctum: in quo plurima rara de omni medica materia occurrunt.

RAW (Joh.) An. 1597. coſmographiam ſuam evulgavit, fol.

à RAYMUNDIA (Anton.) ſcripſit contra reſervationes beneficiorum, Pariſ. Anno 1498.

RAYMUNDUS Martini, Gotalanus, ſeculo 14. claruit & pugionem fidei adv. Mauros & Judæos exaravit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 398.* Quære ſuprà, MARTINI.

RAYMUNDUS, Cardinalis Gurcenſis, librum conſtruxit, titulo: Dignitas ſacerdotalis ſuper omnes reges terræ.

RAYMUNDUS de Penna forti, An. 1275. obiit. Collegit in unum volumen quinque libris diſtinctum epiſtolas decretales ſummorum pontificum. Extat ejusdem ſumma. Vide, PENNA.

RAYMUNDUS (Joh. Franc.) Ceſpitellenſis, epigrammata fecit, quæ inſcripſit umbras geniales.

RAYNALDUS (Alex.) Italus, JCtus, An. 1630. floruit. Reliquit triumphum Urbani IIX. Videatur *Leo Allatius in A. V. pag. 22.*

RAYNALDUS (Odericus) edidit annales eccleſiaſticos, ex octo tomis in unum redactos, Romæ, An. 1667. fol.

RAYNAUDUS (Joh.) tractavit de ſuitate & extraneitate.

RAYNAUDUS (Theoph.) Ceſpitellenſis, An. 1644. floruit. Opera ejus univerſa XX. tomis continentur. Liber ejus de ſtigmatiſmo An. 1547. prodiit. Videantur *Alegambe, pag. 431. Phil. Labbe in B. B. pag. 158.*

RAYNERIUS de Piſis, An. 1300. claruit. Pantheologiam tribus voluminibus complexus eſt. Vide, REINERIUS.

RAYNOLDUS (Joh.) Devonienſis, Anno 1607. obiit. Vide, RAINOLDUS.

RAYOT (Rob.) emiſit radium ſcientiæ DEI mediæ, An. 1673.

RAYSSIUS (Arn.) adornavit hierogazophylacium Belgicum, An. 1628.

RAZENRIED (Gebh.) Jeſuita, A. 1631. claruit. Varia contra *Laurent. Lelium*, theologum Onolsbacenſem, exaravit, ut modium, linguarium, clavam, collyrium, &c. Vid. *Alegambe, pag. 154.*

RAZZALIUS (Seraph. Olivarius) Lugdunenſ. An. 1555. claruit. Collegit deciſiones aureas.

RAZZIUS (Seraph.) ord. Prædicat. monachus (*Poſſevino* RADIUS dictus) compendium locorum theologicorum *Melch. Cani*, Anno 1603. emiſit: item, centum caſus conſcientiæ: hortum exemplorum, &c. Videatur *Hallerv. in B. C. pag. 371.*

del RE (Ant.) Tiburtinus, JCtus, tractavit de juramento calumniæ, Anno 1599.

REALINUS (Bernhardinus) Carpenſis, natus eſt, An. 1530: obiit, Anno 1616. Collegit annotationes in varia Scriptorum loca. Extant *T. 2. Lamp. Crit. Gruteri pag. 355.* Videantur *Alegambe, pag. 72. Caſp. Barthius in l. 2. Theb. Statii, pag. 398.*

REBBE (Nic.) vel Rebbius, Athenſis, An. 1612. floruit. Compoſuit 2. libros de homicidio, teſte *Swertio.*

REBDORFIENSIS (Henricus) monachus, An. 1362. claruit. Reliquit annales.

REBE-

REBELLUS (Fern.) Joh. frater, An. 1608. deceſſit. Scripſit de obligationibus juſtitiæ, religionis & charitatis. Vid. *Alegambe, pag. 111.*

REBELLUS (Joh.) Luſitanus, An. 1602. obiit. Reliquit tract. de vita Chriſti. Vid. *Alegambe, pag. 268.*

à REBERTERIA (Joh.) JCtus, de mora commentatus eſt.

REBHAHN (Joh.) Francus, natus eſt, A. 1604. Argentinæ jura docuit. Edidit hodegetam juris: item, octo decades paralipomenorum Meierianorum, Anno 1672.

REBHAN (Nicol.) Theologus, natus eſt, An. 1571: obiit, Anno 1626. In lucem miſit Conſilium, quomodo theologus comparatus eſſe debeat.

REBUFFUS (Pet.) JCtus, multa & varia in jure compoſuit. Extant ejus 3. tomi in regias conſtitutiones: conſilia: praxis beneficiocum: privilegia univerſitatum: varii tractatus de reviſionibus: de decimis: de feudis & ſententiis proviſionalibus, &c.

REBULLIUS, libellos famoſos Romæ & alibi contra Proteſtantes edidit. Tandem Romæ juſſu Pauli V. capite truncatus eſt, teſte *Riveto.*

RECALCHUS (Jul.) medicus Ferrarienſis, ſtruxit tract. de febri typhode, An. 1631. Extat ejusdem conſultatio de lue Sarmatica ſub *Luc. Lelii Fulginatis* nomine edita, teſte *Rhodio de Script. ſuppoſ. pag. 1.*

RECCA (Franc.) compoſuit comeſtorium vitiorum. Extat Lipſiæ inter manuſcr. teſte *Fellero.*

RECCHUS (Nardus Ant.) *Franciſci Hernandi* hiſtoriam plantarum, animalium & mineralium Mexicanorum in volumen digeſſit & Romæ Anno 1651. in lucem emiſit. Vid. *Linden, pag 464.*

RECHTENBACH (Leonh.) edidit ſciagraphiam Biblicam: analyſin Aug. Confeſſ. & quinquefolium catecheticum.

RECKSPERGER (Guil.) aſtrolabium publicavit Auguſtæ, An. 1611.

RECORDUS (Rob.) Anglus, An. 1552. claruit. Oxonii rhetoricam & matheſin publicè docuit. Vir erat undecunque doctiſſimus. Reliquit coſmographiæ iſagogen: librum de uſu globorum: item, opus de arte faciendi horologium. Videatur *Voſſius de math. ſcient. pag. 257. 301.*

RECUPERIUS, Minienſis, inter JCtos locum occupat.

RECUPITUS (J. Cæſ.) Neapolit. Anno 1630. vixit. Theologiam univerſam 10. tomis complexus eſt. Præterea Eſaiam prophetam notis illuſtravit. Vid. *Alegambe, pag. 288.*

REDANUS (Pet.) in libros Maccabæorum Anno 1651. commentatus eſt.

REDECKERUS (Arnold.) fabricavit ſtatuam Mercurialem, An. 1655.

REDECKERUS (Conr.) emiſit deſcriptionem Bilfeldiani fontis, Amſterd. An. 1668.

REDIGNUS (Auguſt.) ſtruxit theologiam ſcholaſticam, An. 1664. fol.

REDMANNUS (Joh.) de juſtificatione, Antverp. Anno 1555. ſcribere aggreſſus eſt.

REDOANUS (Guilh.) Genuenſis JCtus, egit de ſpoliis eccleſiaſticis. Extat *Tom. 14. Tract. tract.* Ejus Opera omnia prodierunt Anno 1618. fol. tribus tomis.

REDUS (Franc.) patricius Aretinus, Anno 1670. claruit. Tractavit in peculiari ſcripto de generatione Inſectorum. Vid. *Gr. Letus in It. regn. pag. 397. Hallerv. in B. C. pag. 89.*

REDUSIUS (Andr.) Tarviſinus, Anno 1420. vixit. Reliquit annales Tarviſinos.

REEB (G.) vulgavit diſtinctiones philoſophicas, An. 1642.

REEHAN (Gabr.) formavit clavem temporum Novi Teſtamenti, An. 1623.

de REES (Franc.) adornavit philoſophiam reformatam quatuor voluminibus, Pariſ. An. 1660.

REEVESIUS, Anglus, monſtravit viam ad unitatem Chriſtianam.

REFRIGERIUS (J. Bapt.) Anno 1480. floruit. Condidit carmina & orationes.

REGELIUS Regeli, Danus, librum poematiorum Anno 1619. typis tradidit.

REGEMORTERUS (Pet.) ſermones aliquot politicos Lov. Anno 1609. imprimi curavit.

REGENVOLSCIUS (Adrianus) texuit hiſtoriam eccleſiarum Sclavonicarum, Anno 1653.

REGGIUS (Honor.) ſcripſit de ſtatu eccleſiæ Britannicæ, An. 1647.

de REGIBUS (Leo) inter celebres theologos hujus ſeculi refertur à *Caramuele.*

REGINALDETUS (Pet.) fabricavit ſpeculum finalis retributionis, Lugd. Anno 1494.

REGINALDUS, Eichſtetenſis epiſcopus, tempore Ottonis I. & II. floruit. Vitas S. Wilibaldi, Hunnibaldi, Blaſii, &c. ſtilo expreſſit. Vid. *Olearius, pag. 402.*

REGINALDUS (Franc.) Anno 1590. claruit.

REGINALDUS (Guilh.) egit de officio pœnitentis. Extat ejusdem Calvino-Turciſmus 4. libris comprehenſus. Vide, RAINOLD.

REGINALDUS (Valer.) Uſienſis, natus eſt, An. 1543: obiit, An. 1623. Confecit praxin fori pœnitentialis, An. 1623. Vid. *Alegambe, pag. 440.*

de REGIO (Nicol.) Calaber, medicus, ſcripſit de virtute centaureæ herbæ: item, de anatomia oculorum. Vid. *Simlerus.* Quære, REGIUS.

REGIOMONTANUS (Joh.) celebris mathematicus, natus eſt, An. 1436: obiit, An. 1470. Matthiæ, Hungariæ regi, ob matheſeos inſignem peritiam percharus fuit, quem etiam conſilio ſuo à morbo graviſſimo eripuit. Matthia bello implicito, ſedem Norimbergam tranſtulit, ibique ſcripta ſua erudita ſané & accurata typis commiſit. Inter alia triginta annorum ephemerides compoſ. Item, comment. in Almageſtum. Edidit etiam mirandum opus de vero loco & magnitudine cometarum, inductus apparitione duorum cometarum, qui duobus continuis annis arſiſſe leguntur, quos tanta ſiccitas ſecuta eſt, ut fluminum & fontium venæ exaruerint. Cùm Romæ deliberationes agitarentur de emendatione calendarii, Sixtus pontifex, motus fama Regiomontani, Romam ipſum evocavit, ut ejus conſiliis uteretur. Profectus eò, inſidiis filiorum Trapezuntii, cujus errores aliquando taxaverat, ſceleratè ſublatus eſt. *Jovius in elog. numero 144.* peſtilentia ſublatum memorat, qui & addit, eum à Sixto Ratisbonenſem epiſcopum creatum eſſe. *Thuanus* ſcribit, Regiomontanum Anni 1588. fatales caſus diu ante præmonuiſſe quatuor rythmis Germanicis, quos in Caſtellenſi ſuperioris Norici cœnobio etiamnum legi aſſerit. Vid. *Thuanus l. 76. & 90.*

REGIS (Pet.) An. 1573. obiit. Condidit dialogos de præſentia Chriſti in euchariſtia & tractatum de voluntate DEI, teſte *Swertio.*

REGISELMUS (Paſchal.) emiſit defenſionem theologiæ ſcholaſticæ, Anno 1588.

REGIUS (Adam) Scotus, ſtruxit carmina de Chriſti nativitate, paſſione & reſurrectione: item, de arte typographica & pyxide nautica. Vid. *T. 2. Delit. Scot. pag. 201. & 253.*

REGIUS (Carolus) Panormitanus, Anno 1611. Romæ obiit. Reliquit oratorem Chriſtianum. Videatur *Alegambe, pag. 69.*

REGIUS (Deſid.) adornavit apologiam rationis humanæ, Lugd. Anno 1657: item, apocalypſin novam Babylonis antiquæ carmine, An. 1648.

REGIUS (Erneſt.) edidit tractatum de perſona & officio hominis politici, Anno 1568.

REGIUS (Gilb.) JCtus, collegit 11. libros ἐναντιοφανῶν Juris, An. 1598.

REGIUS (Henr.) Padebornenſis, Anno 1535. floruit. Emiſit Biblia alphabetica.

REGIUS (Henr.) medicus, conſtruxit quatuor libros medicinæ, Anno 1657: item, philoſophiam naturalem, Anno 1654.

REGIUS (Joh.) Venetus, ſub Alexand. VI. pontif. veneno ſublatus eſt. Scripta ejus in Plutarchum plurima partim ab invidis ſuppreſſa, partim à furibus ſurrepta ſunt. Vid. *Pierius Valerianus de Infel. lit. pag. 39.*

REGIUS (Joh.) diſcuſſiones theologicas An. 1601. imprimi curavit.

REGIUS (Lud.) Conſtantienſis, A. 1579. obiit. Platonem & Ariſtotelem, teſte *Thuano l. 68.* libris eorum compluribus translatis, Gallicè loqui docuit commentariisq; eruditiſſimis expoſuit. Reliquit etiam epiſtolas. Videantur *Obilinus, vol. 2. pag. 180. Naudæus in B. P. pag. 68. 70.*

REGIUS (Nicol.) Calaber, Anno 1362. claruit. Ex Galeno multa latine reddidit. Vid. *Quenſtedius, pag. 390.*

Home-

REGIUS (Raphaël.) Italus, Anno 1494. claruit. Edidit tranſlationem Odyſſeæ Homericæ. Ex Plutarcho tranſtulit dicteria Laconica: apophthegmata regum & imperatorum. De Regio hæc *Eraſmus l. 22. epiſtol.* Patavii (Inquit) neminem vidi celebrem præter Raph. Regium, hominem admodum natu grandem, ſed cruda viro viridisque ſenectus. Erat tum, ut opinior, non minor annis ſeptuaginta, & tamen nulla fuit hiems tam aſpera, quin ille manè hora ſeptima adiret *Marcum Muſurum* Græcè profitentem, qui toto anno vix quatuor intermitteret dies, quin publicè profiteretur. Juvenes hiemis rigorem ferre non poterant: illum ſenem nec pudor nec hiems abigebat ab auditorio. Hactenus *Eraſmus*. Confer *Boëſium in Ibin Ovid. pag. 343.*

REGIUS (Vincent.) Panormitanus, Anno 1614. obiit. Collegit 8. libros evangelicarum dilucidationum. Vid. *Alegambe, pag. 444.*

REGIUS (Urbanus) celebris theologus, An. 1541. vivere deſiit. Primo Ingolſtadii poeſin & oratoriam docuit: inde Auguſtæ concionatorem egit: demum in Saxoniam conceſſit & eccleſiæ Luneburgenſi operam addixit. Struxit egregium libellum de formulis loquendi eccleſiaſticis: item, locos theologicos ex Partibus, ſcholaſticis & neotericis collectos. Vid. *Micrælius, pag. 405.*

REGKMAN (Joh.) An. 1549. chronicon L[illegible]ecenſe condidit.

REGNAUDUS (Joh.) JCtus, de monetis commentatus eſt.

RE[illegible]NERIUS (Andr.) collegit caſus in jure practicabiles.

REGNERUS (Cypr.) JCtus, ſcripſit logicam juridicam, Anno 1638 comment. in 12. libros codicis, Anno 1666. librum, de injuſtitia legum Romanarum contra *Meſtertium*, An. 1640.

REGORDIUS (Alex.) Novarienſis, natus eſt, Anno 1585: obiit Anno 1635. Edidit Anticalvinum & miniſtrum infidelem. Vid. *Alegambe, pag. 13. Mareſius Tom. 1. contra Tirin. pag. 19, 20.*

RE[illegible]ULUS (Sebaſt.) Braſicellenſis, Anno 1545. floruit. Elaboravit commentarium in 1. orationem Cic. in Verrem & in 1[illegible] Æneid. Virgil. Vid. *Hier. Magius in miſcell. l. 4. c. 2.*

REGULUS (Sigism.) à S. Silverio, Florentinus, ſtruxit bibliothecam Mediceam, Anno 1673.

REHEBOLDUS (Chriſt.) JCtus, de jure civitatis An. 1667. commentatus eſt.

REHEBOLDUS (Elias) ſcr. de natura & gratia contra *Amyraldum*, An. 1651.

REHEFELDUS (Bened.) vindicias evangelicas contra Ingolſt. publicavit, Anno 1654.

REICH (Chriſt.) Anno 1616. flor. Edidit ſmegmata poëtica Norimbergæ.

REICHELT (Chriſt.) paravit calendarium Biblicum perpetuum, An. 1624.

REICHELT (Jul.) tractatum de amuletis, An. 1674. edi curavit.

REICHENBACH (Chr. Ern.) compoſuit notas ad diſpp. feud. Schnobelianas, Anno 1667.

REICHENBERGER (Max.) theologiam ſcholaſticam, Pragæ, Anno 1667. emiſit.

à REICHERSDORF (G.) chorographiam Tranſilvaniæ & Moldaviæ typis tradidit. Vide, REYCHERSDORF.

REICHWEIN (Laur.) JCtus, formulare ſupplicationum exaravit.

REIDANUS (B.) JCtus, enchiridion uſuum feudalium; item, cynoſuram juris adornavit.

REIDANUS (Everh.) Anno 1602. obiit. Autor eſt cum antiquis comparandus. Condidit annales Belgarum. Vid. *Revius l. 5. hiſt. Daventr. pag. 570.*

REIES (Caſp. Franc.) campum Elyſium jucundarum quæſtionum, Anno 1661. publicavit.

REIFENBERGIUS (Juſtus) in lucem protulit emblemata politica.

REIHING (Jac.) Auguſtanus, celebris theologus, A. 1628. obiit. A pontificiis ad evangelicos tranſiit & Tubingæ theologiam docuit. Vid. *Meteranus l. 39. Micrælius, pag 406. Alegambe, pag. 209. Spitzelius in Templo Honor. pag. 93.*

REIMANNUS (Dav.) exaravit fidelem admonitionem ad cives Uratislavienſes, Anno 1642.

REIMARUS (Nicol.) tractavit de aſtronomicis hypotheſibus, An. 1597.

REIMERUS (H.) ſtruxit Proteum poëticum, An. 1619.

REIMERUS (Joach. Ludov.) concinnavit Salomonem bifrontem & pœnitentem, An. 1668.

REI-

REINA (Thom.) edidit quadrageſimale, Pariſ. An 1667 fol.

REINALDUS (Odericus) Vide, REYNALDUS.

REINECCIUS (Felix) emiſit Solonem Franciſcanum, Monachii An. 1649.

REINECCIUS (Jac.) Soltquellenſis, paſtor Hamburgenſ. Anno 1611. claruit. Reliquit panopliam theol. clavem theologiæ: tribunal Chriſti: artificium diſputandi Calvinianum, &c.

REINECCIUS (Rein.) Steinheimienſis, Anno 1595. vivere deſiit. In Academia Julia literas diu maxima cum laude profeſſus eſt. Edidit ſyntagma hiſtoricum & genealogicum. Vid. *Thuanus l. 113. Zeillerus part. 2. pag. 122. & part. 3. pag. 195.*

REINERIUS, Forolivienſis, JCtus, Anno 1358. obiit.

REINERIUS de Piſis, Anno 1300. claruit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 402.* Quære, RAYNERIUS.

REINESIUS (Thom.) Gothanus, medicus, natus eſt An. 1587. obiit An. 1657. Scripſit de comitiva Palatina: de lingua Punica: de DEO Endevellico: gloſſarium vocum barbaricarum: cenſuram nonnullorum in *Salmaſii* exercitationibus Plinianis: apologiam variarum lectionum contra *Rivinum*: Comm. in Inſcriptiones *Gruteri*: obſervationes medicas: ἱστορούμενα medicinæ, vel ſucceſſiones & vitas medicorum: miſcellanea & emendat. medic. libellum de notis & abbreviaturis vett. Oedipum ænigmatis Patavini: inſcriptionem Auguſtæ Vindel. erutam. Variarum lectionum libros 6. notas in fragmentum *Petronii*: tractatum de peſte. Tandem etiam ſoliloquia & meditationes B. Gerhardi verſu elegiaco expreſſit. Vid. *Ph. Labbe in B. B. pag. 389. Axenius in Phædrum pag. 3. Borremanſ. pag. 25.*

REINHARDUS (Andr.) ed. monochordum, Lipſ. Anno 1604.

REINHARDUS (Bened.) de differentiis juris civilis & Saxonici, Anno 1595. commentatus eſt.

REINHARTUS (Lucas Frid.) Norimbergenſis, natus eſt An. 1623. Hoc tempore Altdorfii Theologiam feliciter docet. Compoſuit Synopſin dogmaticam Theologiæ Chriſtianæ. Arma victricia. Monita miſcellanea ex Evangeliis & Epiſtolis, &c. Ejusdem cura & ſtudio ep[illegible]læ S. Auguſtini correctiſſime editæ ſunt.

REINHOLDUS Eraſm. [illegible]enſis, Anno 1553. [illegible]biit hoc verſu pr[illegible]cit[illegible]to: *Vixi, & quem dederas cur[illegible] mihi Chriſte peregi.* In Academia W[illegible] aliquando profeſſoris munere fun[illegible]us eſt. Poſt Johannem Regiomon[illegible]num & Nicol. Copernicum, rem a[illegible]m[illegible]cam plurimum illuſtravit, additi[illegible] ad Ptolemaicas & Alfonſinas directionum & motuum cœleſtium *Prutenicis tabulis* exactiſſime putatis. Vid. *Thuanus l.* [illegible] *12.*

REINIUS (Caſſiod.) Anno 1573. claruit. Fecit annotationes in Matthæum & Johannem.

REINKING (Theod.) Curlan[illegible]s, natus eſt Anno 1590: obiit Anno 16[illegible]4. Compoſ. tractatum de retractu [illegible]uinitatis: de proceſſu juris co[illegible]a [illegible]: item, de regimine ſeculari & eccleſiaſtico. Vid. *Bartholinus in Danis p. 136. Henning Witte in JCtis pag. 3*[illegible]*7.*

REINWALDUS (Elias) JC[illegible], e[illegible]t diſputationes juridicas varias.

REISACHERUS (Theod.) co[illegible]egit conſilia matrimonialia.

REISCHIUS (Georg.) Carth[illegible],margaritam philoſophicam a[illegible]. *Voſſ. Th. Gentil pag. 154*[illegible]. vocat v[illegible] variæ pro tempore doctrinæ.

REISERUS (Ant.) Auguſt[illegible] h. t. claret. Edidit Vindicias S. Auguſti[illegible] contra *Bellarm.* Anno 1677. fol.

REISMANNUS, poeta, [illegible]ntem elegiaco carmine celebra[illegible]. Videatur *Bruſchius de monaſt. pag. 20*[illegible]

REISMULLERUS (G.) [illegible]lum Marianum, Ingolſt. An[illegible] [illegible]ravit.

REISSIUS (Jac.) condidit e[illegible] S. Joſephi, Anno 1658: item c[illegible] privilegia morientium, Lu[illegible], *Anno* 1656.

REISSONIUS (Leonh.) [illegible] de remiſſione peccatorum & [illegible]e in Vet. Teſtamento, An 1666.

de REITA (Schyrleus) O[illegible]m Enochi & Eliæ An. 1645. edi cu[illegible]

RELLÆUS ([illegible]ard.) [illegible]br. [illegible] la[illegible] philoſophico, Hamb. An. 16[illegible]6 [illegible].

REMACLUS, Arduennas[illegible] p[illegible]avit Palamedem & alia poe[illegible]ta[illegible].

REMBERTUS, ſec[illegible] [illegible]m[illegible]urgenſium epiſcopus, Anno 865. clar[illegible] & vitam

vitam S. Anſgarii, anteceſſoris ſui, literis conſignavit. Vid. *Olearius in Abaco, p. 404.*

à REMCHINGEN (Sam.) ſc. de religione à Luthero reſtituta, An. 1611.

REMEDIUS, Curienſis epiſcopus, canones collegit.

REMIGIUS, Antiſiodorenſis, juxta *Bell.* A. 890. floruit. Scripſit de divinis officiis: comment. in Pſalmos: item, comm. in 12. prophetas. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 282. Olear. l. c. pag. 402.*

REMIGIUS, Rhemenſis, in epiſt. S. Pauli commentatus eſt. V. *Riv. T. 2. Oper. p. 1148.*

REMIGIUS (Nicol.) reliq dæmonolatriam.

REMMELINUS (Joh.) medicus, ſcr. catoptrum microcoſmicum, An. 1619. fol.

REMMIUS (Abraham) poëmata, Pariſ. An. 1645. vulgavit.

REMOCAMPIUS (Nicol.) JCtus, de beneficiorum eccleſiaſticorum & officiorum ſecularium coadjutoriis, Leod. An. 1651. commentari cœpit.

REMSPERGERUS condidit opus philologicum nondum excuſum. Extat Norimbergæ in Bibliotheca publica, teſte *B. Sauberto in Orat. de Biblioth.*

REMUNDUS (Flor.) Anno 1600. obiit. Struxit hiſtoriam hæreſium.

REMUNDUS (Franc.) Divionenſis, Anno 1631. obiit. Carminibus pangendis & orationibus conſcribendis operam dedit. Vid. *Tom. 3. Delit. Gall. pag. 209. Alegambe, pag. 131.* Alexiadem ipſius magnopere commendat.

REMUS (Georg.) Auguſtanus, natus eſt A. 1561: obiit A. 1625. Erat JCtus, philologus & poeta inſignis, nec non Reip. Norimb. à conſiliis. Exaravit notas in Themiſtii orationes: nemeſin Karulinam: libellum iconum: carmen de acidulis Goppingenſibus & Ebenhuſanis: duo ſpicilegia ſacra in Proverbia & Eccleſiaſten Salomonis, &c. Vid. *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 182.*

RENALDINUS (Carol.) vel RINALDINUS, Anconitanus, Anno 1655. claruit. Edidit phyſicam univerſam: item, artem mathematum analyticam, in tres partes diſtributam, An. 1665. fol. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 254.*

RENAUDIANUS (Joh.) Gallus, compoſuit tract. titulo, Affectus animæ devotæ ex pſalmodia Davidis depromti, An. 1607. Vid. *Alegambe, pag. 268.*

RENDELLA (Proſp.) medicus, tractavit de vinea, vindemia & vino. Liber prodiit Venet. An. 1629. fol.

RENDINA (Scipio) emiſit promtuarium receptarum opinionum in jure civili & canonico, An. 1615.

RENEALMUS (Paulus) Bleſenſis, edidit ſpecimen hiſtoriæ plantarum, An. 1611.

RENERIUS (Vincent.) compoſ. tabulas Medicæas ſecundorum mobilium, Florent. An. 1639.

à RENESSE (Lud. Gerh.) concinnavit epiſtolam apologeticam, An. 1651.

RENGEL (Alfonſus) Hiſp. condidit grammaticam ſive artem addiſcendi linguam Mexicanam & Otorvianam. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 14.*

RENGHERIUS (J. Bapt.) Bononienſis, An. 1162. floruit, teſte *Bumaldo.*

RENNECHERUS (Herm.) Græcæ linguæ profeſſor Heidelbergenſis, tractavit de majeſtate nominis Meſſiæ, An. 1598.

RENNEMANNUS (Henning.) ſcr. de jure retorſionis: de principio jurisprudentiæ item, de transmiſſione actorum.

RENODÆUS (Joh.) paravit diſpenſatorium medicum, An. 1627.

à RENTHELEN (Cornel.) JCtus, de acquirenda, retinenda & amittenda poſſeſſione commentatus eſt, A. 1604.

RENTIUS (Andr.) ῥίνζιος, Chius patria, *Ludovici Granatenſis* ducem peccatorum Romæ Anno 1628. in Græcum ſermonem vernaculum tranſtulit. Vid. *Alegambe, pag. 29.*

REPHUHN (Joh. Rudolf.) JCtus, edidit tractatum de contractibus conſenſualibus, Anno 1663.

REPKOVIUS (Epko) ſtruxit ſpeculum Saxonicum.

RESCHELIUS (Thomas) dictionarium latinoBohemicum confecit, A. 1560.

RESCIUS (Rutgerus) Dryopolitanus, An. 1520. floruit. Theophili inſtitutiones edi curavit. Vid. *Sweertius, pag. 670.*

RESCIUS (Stanislaus) Polonus, An. 1598. obiit. Scripſit miniſtromachiam: librum pro augmento fidei pontificiæ. Vid. *Staravolſcius pag. 32. Ghilinus, vol. 2. pag. 229. Carolus à Viſch, pag. 300.*

RESENDIUS (Lud. Andr.) Luſitanus, poëta, orator & theologus, An. 1573. obiit. Struxit carmen heroicum de laudibus S. Vincentii martyris, quod quoniã obſcurum rerum Hiſpanicarum imperitis fore videbatur, ipſe ſcholiis illuſtravit: item,

REINA (Thom.) edidit quadrageſimale, Pariſ An 1667. fol.

REINALDUS (Odericus) Vide, REYNALDUS

REINECCIUS (Felix) emiſit Solonem Franciſcanum, Monachii An. 1649.

REINECCIUS (Jac.) Soltquellenſis, paſtor Hamburgenſ. Anno 1611. claruit. Reliquit panopliam theol. clavem theologiæ: tribuna. Chriſti: artificium diſputandi Calvinianum, &c.

REINECCIUS (Rein) Steinheimienſis, Anno 1595. vivere deſiit. In Academia Julia literas diu maxima cum laude profeſſus eſt. Edidit ſyntagma hiſtoricum & genealogicum. Vid *Thuanus l.113. Zeillerus part. 2. pag. 122. & part. 3. pag. 195.*

REINERIUS, Forolivienſis, JCtus, Anno 1358. obiit.

REINERIUS de Piſis, Anno 1300. claruit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 402.* Quære, RAYNERIUS.

REINESIUS (Thom.) Gothanus, medicus, natus eſt An. 1587. obiit An. 1657. Scripſit de comitiva Palatina: de lingua Punica: de DEO Endevellico: gloſſarium vocum barbaricarum: cenſuram nonnullorum in *Salmaſii* exercitationibus Plinianis: apologiam variarum lectionum contra *Rivinum*: Comm. in Inſcriptiones *Gruteri*: obſervationes medicas: ἰατρεύματα medicinæ, vel ſucceſſiones & vitas medicorum: miſcellanea & emendat. medic. libellum de notis & abbreviaturis vett. Oedipum ænigmatis Patavini: inſcriptionem Auguſtæ Vindel. erutam: Variarum lectionum libros 6. notas in fragmentum *Petronii*: tractatum de peſte. Tandem etiam ſoliloquia & meditationes B. Gerhardi verſu elegiaco expreſſit. Vid. *Ph. Labbe in B. B. pag. 389. Axenius in Phædrum. pag 3. Borremanſ. pag. 25.*

REINHARDUS (Andr.) ed. monochordum, Lipſ. Anno 1604.

REINHARDUS (Bened.) de differentiis juris civilis & Saxonici, Anno 1595. commentatus eſt.

REINHARTUS (Lucas Frid.) Norimbergenſis, natus eſt An. 1623. Hoc tempore Altdorfii Theologiam feliciter docet. Compoſuit Synopſin dogmaticam Theologiæ Chriſtianæ: Arma victricia: Monita miſcellanea ex Evangeliis & Epiſtolis, &c. Ejusdem cura & ſtudio epiſtolæ S Auguſtini correctiſſime editæ ſunt.

REINHOLDUS (Eraſm. Salfeldienſis, Anno 1553. obiit hoc verſu pronunciato: *Vixi, & quem dederas curſum mihi Chriſte peregi.* In Academia Wittebergenſi aliquando profeſſoris munere functus eſt. Poſt Johannem Regiomontanum & Nicol Copernicum, rem aſtronomicam plurimum illuſtravit, additis ad Ptolemaicas & Alfonſinas directionum & motuum cœleſtium *Prutenicis tabulis* exactiſſimè putatis. Vid. *Thuanus lib 12.*

REINIUS (Caſſiod.) Anno 1573. claruit. Fecit annotationes in Matthæum & Johannem.

REINKING (Theod.) Curlandus, natus eſt Anno 1590: obiit Anno 1664. Compoſ. tractatum de retractu conſanguinitatis: de proceſſu juris contra ſagas: item, de regimine ſeculari & eccleſiaſtico. Vid. *Bartholinus in Danis, p. 136. Henning Witte in JCtis pag. 3 7.*

REINWALDUS (Elias) JCtus, edidit diſputationes juridicas varias.

REISACHERUS (Theod.) collegit conſilia matrimonialia.

REISCHIUS (Georg) Carthuſianus, margaritam philoſophicam adornavit. *Voſſ. Th. Gentil. pag. 1547.* vocat virum variæ pro tempore doctrinæ.

REISERUS (Ant.) Auguſtanus h. t. claret. Edidit Vindicias S. Auguſtini contra *Bellarm.* Anno 1677. fol.

REISMANNUS, poeta, Blavum fontem elegiaco carmine celebravit. Videatur *Bruſchius de monaſt. pag. 2 b.*

REISMULLERUS (G.) [illegible]yllum Marianum, Ingolſt. Anno 1642. exaravit.

REISSIUS (Jac.) condidit e[illegible]m S. Joſephi, Anno 1658: item, c[illegible]m privilegia morientium, Lucernæ, Anno 1656.

REISSONIUS (Leonh.) ſcripſit de remiſſione peccatorum & [illegible]atione in Vet. Teſtamento, An. 1666.

de REITA (Schyrleus) Oc[illegible]m Enochi & Eliæ An. 1645. edi[illegible]avit

RELLÆUS (Edoard.) libr. de lapide philoſophico, Hamb. An. 1676. emiſit.

REMACLUS, Arduennas, paravit Palamedem & alia poemata ſacra.

REMBERTUS, ſecundus Hamburgenſium epiſcopus, Anno 865. claruit & vitam

vitam S. Anſgarii, anteceſſoris ſui, literis conſignavit. Vid. *Olearius in Abaco, p. 404.*

à REMCHINGEN (Sam.) ſc. de religione à Luthero reſtituta, An. 1611.

REMEDIUS, Curienſis epiſcopus, canones collegit.

REMIGIUS, Antiſiodorenſis, juxta *Bell.* A. 890. floruit. Scripſit de divinis officiis: comment. in Pſalmos: item, comm. in 12. prophetas. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 282. Olear. l. c. pag. 402.*

REMIGIUS, Rhemenſis, in epiſt. S. Pauli comentatus eſt. V. *Riv. T. 2. Oper. p. 1148.*

REMIGIUS (Nicol.) reliq. dæmonolatriam.

REMMELINUS (Joh.) medicus, ſcr. catoptrum microcoſmicum, An. 1619. fol.

REMMIUS (Abraham) poemata, Pariſ. An. 1645. vulgavit.

REMOCAMPIUS (Nicol.) JCtus, de beneficiorum eccleſiaſticorum & officiorum ſecularium coadjutoriis, Leod. An. 1651. commentari cœpit.

REMSPERGERUS condidit opus philologicum nondum excuſum. Extat Norimbergæ in Bibliotheca publica, teſte *B. Sauberto in Orat. de Biblioth.*

REMUNDUS (Flor.) Anno 1600. obiit. Struxit hiſtoriam hæreſium.

REMUNDUS (Franc.) Divionenſis, Anno 1631. obiit. Carminibus pangendis & orationibus conſcribendis operam dedit. Vid. *Tom. 3. Delit. Gall. pag. 209. Alegambe, pag. 131.* Alexiadem ipſius magnopere commendat.

REMUS (Georg.) Auguſtanus, natus eſt A. 1561: obiit A. 1625. Erat JCtus, philologus & poeta inſignis, nec non Reip. Norimb. à conſiliis. Exaravit notas in Themiſtii orationes: nemeſin Karulinam: libellum iconum: carmen de acidulis Goppingenſibus & Ebenhuſanis: duo ſpicilegia ſacra in Proverbia & Eccleſiaſten Salomonis, &c. Vid. *J. P. Loticbius part. 3. B. P. pag. 182.*

RENALDINUS (Carol.) vel RINALDINUS, Anconitanus, Anno 1655. claruit. Edidit phyſicam univerſam: item, artem mathematum analyticam, in tres partes diſtributam, An. 1665. fol. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 254.*

RENAUDIANUS (Joh.) Gallus, compoſuit tract. titulo, Affectus animæ devotæ ex pſalmodia Davidis depromti, An. 1607. Vid. *Alegambe, pag. 268.*

RENDELLA (Proſp.) medicus, tractavit de vinea, vindemia & vino. Liber prodiit Venet. An. 1629. fol.

RENDINA (Scipio) emiſit promtuarium receptarum opinionum in jure civili & canonico, An. 1615.

RENEALMUS (Paulus) Bleſenſis, edidit ſpecimen hiſtoriæ plantarum, An. 1611.

RENERIUS (Vincent.) compoſ. tabulas Medicæas ſecundorum mobilium, Florent. An. 1639.

à RENESSE (Lud. Gerh.) concinnavit epiſtolam apologeticam, An. 1651.

RENGEL (Alfonſus) Hiſp. condidit grammaticam ſive artem addiſcendi linguam Mexicanam & Otorvianam. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 14.*

RENGHERIUS (J. Bapt.) Bononienſis, An. 1162. floruit, teſte *Bumaldo.*

RENNECHERUS (Herm.) Græcæ linguæ profeſſor Heidelbergenſis, tractavit de majeſtate nominis Meſſiæ, An. 1598.

RENNEMANNUS (Henning.) ſcr. de jure retorſionis: de principio jurisprudentiæ item, de transmiſſione actorum.

RENODÆUS (Joh.) paravit diſpenſatorium medicum, An. 1627.

à RENTHELEN (Cornel.) JCtus, de acquirenda, retinenda & amittenda poſſeſſione commentatus eſt, A. 1604.

RENTIUS (Andr.) Ῥέντζιος, Chius patria, *Ludovici Granatenſis* ducem peccatorum Romæ Anno 1628. in Græcum ſermonem vernaculum tranſtulit. Vid. *Alegambe, pag. 29.*

REPHUHN (Joh. Rudolf.) JCtus, edidit tractatum de contractibus conſenſualibus, Anno 1663.

REPKOVIUS (Epko) ſtruxit ſpeculum Saxonicum.

RESCHELIUS (Thomas) dictionarium latinoBohemicum confecit, A. 1560.

RESCIUS (Rutgerus) Dryopolitanus, An. 1520. floruit. Theophili inſtitutiones edi curavit. Vid. *Sweertius, pag. 670.*

RESCIUS (Staniſlaus) Polonus, An. 1598. obiit. Scripſit miniſtromachiam: librum pro augmento fidei pontificiæ. Vid. *Starovolſcius pag. 32. Gbilinus, vol. 2. pag. 229. Carolus à Viſch, pag. 300.*

RESENDIUS (Lud. Andr.) Luſitanus, poëta, orator & theologus, An. 1573. obiit. Struxit carmen heroicum de laudibus S. Vincentii martyris, quod quoniã obſcurum rerum Hiſpanicarum imperitis fore videbatur, ipſe ſcholiis illuſtravit: item,

quatuor libros antiquitatum Luſitaniæ. Vid. *Thuanus l. 64. Ghilinus vol. 2. pag. 17.*

RESENIUS (Joh.) natus eſt Anno 1561: obiit Anno 1638. Biblia ſacra in linguam Danicam tranſtulit. Extat ejusdem com̃. in N. T. excepta Apocalypſi. Vid. *Vindingius pag. 186. Bartbol. in Danis pag. 85.*

RESENIUS (Joh.) Hafnienſis, natus eſt An. 1596: obiit A. 1653. Scripſit Amnologiam & ideam boni paſtoris. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 305.*

RESENIUS (Pet.) Joh. filius, Hafnienſis, An. 1625. natus eſt. Eddam Islandorum edidit, An. 1665: jus aulicum Danicum antiquum, An. 1673: item, ethicam Odini. Promittit adhuc Inſcriptiones Danicas: lexicon Islandicum, &c. Vid. *Vindingius l. c. pag. 426.*

RESTA (Fr.) meteorologiam Romæ Anno 1644. imprimi curavit.

RESTA (Lud. Ant.) emiſit praxin viſitatorum & viſitandorum, Romæ A. 1599.

RESTALDUS (Alanus) Calignius, An. 1538. claruit & grammaticam hebraicam compoſuit. V. *Colomeſius in G. O. p. 6.*

RETELLIUS (Mich.) elaboravit 2. libros poëmatum Græcorum, Dantiſci, Anno 1571.

de RETES (Joſeph. Ferd.) JCtus, ad leg. de interdictis, relegatis & deportatis, An. 1660. commentatus eſt.

REUBERUS (Juſt.) JCtus, tract. de teſtibus.

REUCHLINUS (Ant.) condidit 20. tabulas linguæ ſanctæ, An. 1554.

REUCHLINUS (Ern.) emiſit amuletum contra peſtilentiam, An. 1564.

REUCHLINUS (Joh.) Vide, CAPNIO.

REUDENIUS (Ambr.) natus eſt An. 1543: obiit An. 1615. Vulgavit Iſagogen Biblicam. Vid. *Adrianus Beier in R. J. pag. 475. Hemingus Witte in Theol. pag. 88.*

REVELIUS (G.) edidit Rupellam ter obſeſſam, Amſterd. An. 1649.

REVIUS (Jac.) collegit hiſtoriam pontificum Rom. Anno 1622. Extant ejusdem diſputationes metaphyſicæ & Suarezius repurgatus. Vide, RÆVIUS.

REUSNERUS (Adam) reliquit octo libros de geſtis G. & Caſp. de Freundſperg. Vid. *Zeillerus T. 2. de hiſt. pag. 124.*

REUSNERUS (Barth.) Uratiſlaviæ & Zittaviæ poliater, non in re medica tantum, ſed theologica etiam & philoſophica excelluit. Struxit librum de febribus, Anno 1561.

REUSNERUS (Barth.) Uratiſlavienſis natus eſt A. 1565. obiit An. 1629. Scripſit de obligationibus ex die & ad diem contractis. Vid. *Hen. Witte in JCt. pag. 137.*

REUSNERUS (Elias) Leorinus Sileſius, Nicolai frater, natus eſt Anno 1555: obiit An. 1612. Condidit hortulum hiſtoricopoliticum. Carmina ejus extant *T. 5. Delit. Germ. pag. 561.* Vid. *Adrianus Beier pag. 1007. Zeill. part. 2. pag. 124. H. Witte in philoſoph. pag. 62.*

REUSNERUS (Hieron.) de ſcorbuto commentari cœpit, An. 1600.

REUSNERUS (Jerem.) concinnavit methodum juris feudalis, An. 1632.

REUSNERUS (Nicol.) Leorinus Sileſius, JCtus, natus eſt An. 1545: obiit A. 1602. Primò Lavingæ profeſſor factus eſt, mox rector. Inde Argentoratum ad juridicam profeſſionem evocatus eſt: demũ Jenam. Scripſit emblemata: ænigmata: epigrammata: orationes: tractatum de ultimis voluntatibus, &c. Carmina ejus leguntur *T. 5. Delit. Germ. pag. 581.* Vid. *J. B. Lotich. part. 3. B. P. pag. 144.*

REUSSIUS (Dav.) Quinfurtenſis, comp. homilias in Pſalm. 91. An. 1581.

REUTERUS (Quirinus) natus fuit Anno 1558: obiit A. 1613. In academia Heidelbergenſi theologi officio perfunctus eſt. Reliquit comm. in Obadiam: tractatum de eccleſia, &c. Vid. *Placcius, p. 183.*

REW (Joh. Elias) Werda Noricus, Anno 1667. in aquis periit. Ethicas diſputationes An. 1662. divulgavit.

de REWA (Pet.) Comes Turocenſis, ſcripſit 7. centurias de monarchia & ſacra corona regni Hungariæ, Auguſtæ, An. 1613. Vid. *Hallerv. in B. C. pag. 327.*

REYDANUS (Everh.) Vide, REIDANUS.

à REYCHERSDORF (G.) Tranſilvanus, chorographiam Tranſilvaniæ & Moldaviæ exaravit.

de REYGER (Arnold.) Belga, An. 1559. natus eſt. Emiſit conſuetudines feudales An. 1602.

RAYMANNUS (Matth.) condidit noctes muſicas, An. 1598.

REYMARIUS (Aug.) Mechlinienſis, edidit ludum chartarum, An. 1532.

REYMOLANUS (Jac.) Gandavenſ. Anno 1508. obiit. Reliquit odas, epiſtolas & epigrammata, teſte *Sweertio.*

REYNERIUS (Laur.) tractavit de indulgentiis, Duaci, An. 1636.

REYNESSIUS (Arn.) ſcr. de exercitationibus ſacris *Schockii*, An. 1658.

REYNOLDUS (Edw.) compoſuit tres tractatus in Pſalm. 103. item, in Hoſeam. Vid. *Kempius pag. 280.*

de REYSEN (Joh.) JCtus, An. 1440. floruit. Extat ejus lectura in 4. lib. decretalium Vid. *Val. Andr. in Faſt. Lovan.*

REYROLES (Joh.) ſtruxit quæſtiones literales & morales in Zachariam, Pariſ. Anno 1631.

REYSSER (Ph.) JCtus, egit peculiari ſcripto de actionibus hæreditariis, A. 1637.

RHADINUS (Thomas) à nonnullis *Apuleii ſimia* appellatur. Vide, RADINUS.

RHÆDUS (Thom.) ſcr. de objecto metaphyſices contra *Arniſæum*.

RHAGIUS (Joh.) Æſticampianus Luſanus, theologus & poëta laureatus, Anno 1520. Witebergæ obiit.

RHALA (Henr.) edidit diſſertationes politicas in Tacitum, An. 1616: item, topicam juris, Franeckeræ, An. 1641.

RHAM (Rich.) Iſagogen Chriſtiani adornavit, Colon. An. 1614.

RHAMDOR, JCtus, ſcr. de amortizatione.

RHAMNUSIUS (Greg.) Tarinas, JCtus, tractavit de conſanguinitate & affinitate. Extat *T. 9. Tract. tract.*

RHAMUSIUS (J.) conſiliarius & ſecretarius reip. Venet. An. 1563. claruit. Collegit varia itinera, à diverſis autoribus deſcripta & in 3. tomos diſtincta.

RHAMUSIUS (Paulus) ſcr. de bello Conſtantinopolitano ſub Comnenis Impp. per Gallos & Venetos reſtitutis. Carmina Pauli Rhamuſii occurrunt *T. 2. Delit. Ital. pag. 539.*

RHANEN (Henr.) JCtus, natus eſt Anno 1601: obiit Anno 1662. Roſtochii jura docuit. Diſput. de privilegiis nobilium habuit. Vid. *Henning. Witte in JCt. p. 376.*

RHANIUS (Caſp.) calamum triumphantem verſibus celebravit, Altd. An. 1641.

RHASIS (Abubeker) In medicina multa exaravit, quorum catalogum *Linden, pag. 3.* exhibet.

RHAW (Barth.) edidit papatum è conciliis denudatum, An. 1634: item, Angelum tenebrarum apud Reformatos ſe lucis angelum ſimulantem.

RHAY (Theod.) compoſ. arcam Noë profanoſacram, An. 1665.

RHEDIGERUS (Nicol.) Strifa Sileſius, concinnavit poëmata. Vid. *T. 5. Delit. Germ. pag. 819.* Meminit ejus *Hemelius in otio Uratislavienſi.*

RHEGINO, Prumienſis abbas, An. 908. claruit. Contexuit duos Chronicorum libros, in quibus præcipuè tractat res Francorum, teſte *Sigeberto*. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 288. Olearius, p. 404.*

RHEGINUS, Ῥηγῖν@, grammaticus fuiſſe traditur. Vid. *Valeſius in Sozomen. p. 44.*

RHEGINUS (Bernh.) Anno 1536. obiit. Compoſ. comment. in libr. 1. ſcripti Oxonienſis. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 57.*

RHEGINUS (Guilh.) emiſit medicas exercitationes, An. 1564.

RHELLICANUS (Joh.) reliquit notas in Julium Cæſarem non contemnendas.

RHEM (Jac.) Brigantinus, Anno 1618. obiit. Vulgavit directiones Mariani colloquii. Vid. *Alegambe, pag. 209.*

RHEMNIUS (Quintus) Palæmon, grammaticus & poëta, tempore Claudii Imp. floruit. Reliquit carmina. Vid. *Martialis 2, 86.* Meminit ejus *Suetonius* in illuſtribus grammaticis. *Glandorpius* ait, extare ejus artem grammaticam *à Joviano Pontano* inventam.

RHEMNIUS Fannius, carmen de ponderibus exaravit. Dicitur etiam ſcripſiſſe librum de medicinalibus carmine ad Lactantium. Vid. *Glandorpius, pag. 742. Salmuth part. 1. not. ad Pancirollum pag. 253.* Quære, FANNIUS & PRISCIANUS.

RHENANUS (Beatus) Seleſtadienſis, natus erat A. 1485: obiit A. 1547. Erat rerum Germanicarum & antiquitatis peritiſſimus. Paravit commentar. rerum Germanicarum: notas in Tacitū & Tertullianum doctas atque eruditas. Teſte *Thuano*, in cogitatione ex de conſtituenda omnium conſenſu in religione concordia conſenuit. Vid. *Hertzog. in Chron. Alſat. 7, 21. Olearius in Abaco, pag. 73.*

RHENANUS (Joh.) confecit urocriterium chymiatricum, An. 1614.

RHENIUS (Joh.) ſtruxit grammaticam Græcam, clavem & ſyntaxin linguæ Gr. &c.

RHETEN (Joh. Val.) Inclitam Suecorum Bellonam, An. 1645. In lucem protulit.

RHETIUS (Joh. Fr.) in jus feudale, A. 1673. commentatus eſt. Extat ejusdem tract. de Acciſis, Anno 1668: item, de non gratificando.

RHETIUS (Joh.) Colonienſiś, An. 1574. periit. Paravit obſervationes *in l. 1. epiſt. Ciceron. ad Atticum.* Vid. *Alegambe, p. 268.*

RHETORFORTIS (Samuel) ſcripſit libellum de gratia divina, Edinb. A. 1647: item, alium, de divina providentia, Anno 1650. Vide, RHUDERFORD.

RHEYMANNUS (Adrian.) librum reliquit de ſortilegis.

RHIANUS, Ῥιανὸς, Benæus, grammaticus & poëta, tempore Ptolemæi Evergetæ claruit. Condidit Eliaca, Theſſalica, Iliaca, Achaica, Meſſenaica. Meſſenaica valdè commendat *Pauſanias.* Verſus ejus allegant *Stobæus, ſerm. de imprudentia, Schol. Apollonii & alii.* V. *Meurſius in Creta, p. 242.*

RHINTHON, Ῥίνθων, Tarentinus, ſub Ptolemæo Lagi floruit. In *Antholog. l. 3.* Syracuſanus fuiſſe dicitur; id quod *Voſſius* ſic conciliat: Rinthon Syracuſis natus eſt: at vixit In Tarentinorum urbe. *Stephanus* in Τάρας ipſum φλύακα appellat. φλύαξ autem juxta *Heſychium* eſt γελοιαστὴς, i. e. jocator, jocóſus. Cauſa hujus nominis erat, ὅτι μετεῤῥύθμισε τὰ τραγικὰ εἰς τὸ γελοῖον, i. e. quòd ex tragicis fecerit joculare ac ridiculum fabulæ genus, quod dicebatur *Rhinthonicum.* Reliquit autem 38. fabulas partim comicas, partim tragicas. Ex illis erant Ἀμφιτρύων, Ἡρακλῆς, Ἰφιγένεια ἐν Αὐλίδι, Ἰφιγένεια ἐν Ταύροις, Ἰλαροτραγῳδίας, Μήδεια, Τήλεφος. Meminère hujus Rhinthonis *Cicero l. 1. ad Attic. epiſt. ult. Hephæſtion in Enchir. Athenæus l. 3.* Confer *Gisb. Cuperum in obſerv. l. 1. c. 10. p. 76.*

RHO (Jac.) Mediolanenſis, An. 1638. obiit. Edidit varias virtutum hiſtorias. Vid. *Alegambe, pag. 210.*

RHO (Joh.) Mediol. Jacobi frater, A. 1630. claruit. Trecentos panegyricos, in 6. partes diſtributos, ad prælum paravit. Vid. *Aleg. pag. 269. Placcius, pag. 171.*

RHODA (G.) tractatum de creatione, Stetini, An. 1617. publicavit.

à RHODA (Paulus) Quedlinburgenſis, A. 1563. obiit. Vid. *Quenſtadius, pag. 240.*

RHODENIUS (Nic.) centuriam anagrammatum An. 1597. luci expoſuit.

de RHODES (Alex.) dictionarium Anamiticum, Romæ, Anno 1661: catechiſmum pro iis, qui volunt baptizari, lingua Tunkina vel Anamitica, Romæ, Anno 1651. conſtruxit.

RHODIGINUS (Cæl. Lud.) natus eſt, A. 1450: obiit An. 1520. Primus philologiæ ſtudium & intermiſſam tot ſeculis commentandi rationem, quam *Agellius l. ult. cap. ult.* attingit, in uſum revocare voluit. Initiò Vicentiæ, deinceps Ferrariæ oratoriam docuit. Inde Mediolanum conceſſit, ibique Græcas latinasque literas multo cum fructu profeſſus eſt. Tandem operam ſuam Venetis in illuſtri gymnaſio Patavino commodavit. Inter diſcipulos *Jul. Cæſ. Scaligerũ* habuit. Reliquit triginta libros antiquarum lectionum. Fertur etiam Plinium & Ovidium notis illuſtraſſe. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 167.* Rhodiginus (inquit) vir erat pius & variæ lectionis: in eloquentiæ certamen haudquaquam aſciſcendus. Confer *Jovium in elog. n. 102. Eraſm. in Chiliad. pag. 16. Voſſium de hiſt. lat. pag. 814. Thomaſ. l. 2. elog. pag. 60. C. Barthium ad 2. & 3. Theb. Papin. pag. 422. 803. & ad Claudian. pag. 595. Thomaſium de plagio, §. 532.*

RHODINUS, Ῥοδινὸς, (Neophytus) Cyprius, librum de viris illuſtribus Cypriis compoſuit, Romæ A. 1659. lingua Græcorum vernacula: epiſtolam ad Joh. presbyterum Paramythienſem, qua probare conatur, pontificẽ Rom. non minus Græcorum, quàm Romanorum ſalutem quærere. Vid. *Leo Allatius in Apibus Urbanis pag. 198.*

RHODIO (Eucharius) ſcripſit de partu hominis & quæ circa ipſum accidunt.

RHODIUS (Alex.) Jeſ. emiſit itineraria orientalia.

RHODIUS (Ambroſ.) natus eſt An. 1577: obiit An. 1633. Wittenb. medicinam & matheſin docuit. Edidit tract. de crepuſculis. Vid. *Henning. Witte in Philoſoph. pag. 345. Bartholinus in Danis, pag. 3.*

RHODIUS (Joh.) Danus, An. 1660. obiit. Diſſertationem de acia, An. 1639. edicuravit: item, notas in Scribonium Largum, An. 1655. Autor etiam eſſe fertur illorum ſcriptorũ, quæ hactenus ſub nomine *Ph. Jac. Thomaſini*, epiſcopi Æmonenſis, prodiere. Inter ea ſunt elogia clarorum virorum: liber de donariis: vita Livii & Petrarchæ, &c. Vid. *Hoſm. in epiſt. ad Reineſ. pag. 57. Barthol. in Danis, pag. 87. & poët. med. pag. 147. ipſe Rhodius in Suppoſit. ſcript. præfat. Placcius pag. 248. 268.*

RHODIUS (Theod.) comœdias ſacras, Deboram & Simſonem, A. 1602. propoſuit.

RHODOMANNUS (Laur.) Saxowerfia Honſteinienſis, natus eſt Anno 1546: obiit An. 1606. Erat Græcè ſolidè eruditus. *Taubmannus* eum vocabat Græcarum literarum vindicem. *Jacobus Martini l. 1. de tribus Elohim c. 4.* Rhodomannus noſter(inquit)Græcus non fuit, cum Græcis nihilominus, imò cum Græcorum principe Homero certare potuiſſet. Scripſit Palæſtinam: Germanidem: catecheſin: Iliaca: librum de vita Lutheri: aras Scaligero poſitas, &c. Mortuo parentavit *Caſp. Barthius.* De eo ita *Scaliger:* Rhodomannus carmina latina non benè ſcribit, ſed Græca bona. Confer *Barthium in Adv. 59, 1. Bejerum in R. Jen. pag. 1006. Scaligerum in Exc. pag. 291. Hen. Witte in Philoſoph. pag. 23.*

RHODOMANNUS (Nicol.) Laur. filius, Anno 1597. compoſ. comment. in epiſtolam ad Titum. Ejus carmina leguntur *Tom 5. Delit. Germ. pag. 831.*

RHODON, Ῥόδων, Aſianus, Tatiani diſcipulus, A. D. 200. floruit. Struxit homilias in Hexaëmeron, in quibus præcipuè hæreſin Apellis Marcioniſtæ aſſerentis, mundum univerſum à Deo malo conditum, fortiſſimè confutavit.

RHONÆUS (Erycius) ideam reformandi antichriſti duobus tomis, Anno 1623. complexus eſt.

RHODOPHILUS, Doleto à *J. C. Scaligero* jungitur & febris poëſeos appellatur. Extat (inquit laudatus *Scaliger)* illius comœdia, qua nihil averſum magis à comitate. Adeò enim inſulſa eſt, ut miſericordiam potius, quàm riſum exciret. Quem non nominaſſem, nihil ſeſe ſub poetæ nomine obtuliſſet.

RHAU (Pet.) Hiſpanus, Numantiæ plurimos annos bonas literas docuit. Exaravit tres doctiſſimas epiſtolas, quibus *Antonii Guevarræ* (qui vitam M. Aurelii Antonini Imp. it. aureas epiſtolas conſcripſerat) errores mendaciaque in hiſtoriis antiquorum veteribusque monumentis explicandis egregiè refellit.

RHUMAN (Wolfg.) Coldingenſis, natus eſt An. 1572: obiit An. 1637. Edidit inſtructionem fori Romani. Vid. *Vindingius in R H. pag. 224.*

RHUMELIUS (Joh.) Cadomenſis, ſtruxit paraphraſin poëticam in Threnos, Anno 1568.

RHUMELIUS (Joh. Conr.) Neagora Palatinus, medicus, natus eſt An 1597: obiit An. 1661. Norimbergæ praxin medicam exercuit. Danielem: item, Apocalypſin verſibus hexametris expreſſit. Extat ejus hortus poëticus: it. apophthegmata Impp. & principum, &c. Vid. *Tom. 5. Delit. Germ. pag. 837.*

RHYNE (Wilhelm.) tractavit de veteri medicina, Lugd. Anno 1672. Vid. *Borrich. in Hermet. pag. 290.*

de RIBADENEIRA (Marc.) Hiſp. Annò 1606. vixit. Hiſtoriam Archipelagi & regnorum Chinæ, Tartariæ, &c. adornavit. Vid. *Waddingus pag. 247.*

RIBADENIRA (Pet.) Toletanus, Ignatii Loiolæ diſcipulus, An. 1611. obiit. Vitam usque ad 84 annum produxit. Reliquit 2. libros de principe Chriſtiano adverſus *Machiavellum:* item, hiſtoriam Hiſpanicam, Indicam, Sardicam, Societatis Jeſu, &c. Vid. *Ph. Labbe in B. B. pag. 139. Alegambe, pag. 394.*

de RIBAS (Joh.) Hiſp. An. 1562. deceſſit. Vitas patrum & ſociorum ſuorum, quorum ſtudio ac prædicationibus lux Chriſtiana primum Mexicanis illuxit, lingua Mexicana compoſuit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 222.*

de RIBAS (Lud.) Valentinus, confecit ſummam theologiæ. Vid. *Alegambe, pag. 317.*

RIBERA (Franc.) Villacaſtinenſis, Annò 1591. vivere deſiit. Ferunt, hujus humeris inter concionandum aliquando Chriſtum incumbere viſum eſſe dicentem: Hic eſt, qui germano Scripturas meas ſenſu & ea veritate, quam ego ipſi infundo, explicat. Mirum, ſi verum. Scripſit comm. in 12. Prophetas minores: in epiſt. ad Hebræos: in Johannis Evangelium & Apocalypſin. Vid. *Alegambe, pag. 131.*

de RIBERA (Joh.) Hiſp. An. 1622. obiit. Reliquit reſponſa moralia. Vid. *Alegambe, pag. 269.*

RIBITTUS (Joh.) Sabaudus, Antonii partem ſecundam locorum commun. latinè tranſtulit.

RIBOTTUS (Auguſt.) edidit epitomen totius hiſtoriæ eccleſiaſticæ, Pariſ. Anno 1666.

RIBOTTUS (Phil.) Hiſp. condidit decem libros de geſtis Carmelitarum.

RICARDUS (Ant.) tractavit de lib. arbitrio, Colon. An. 1650.

RICARDUS (Claud.) Ornacenſis, exaravit commentarios de univerſa matheſi. Vid. *Alegambe, pag. 82.*

RICCARDIUS (Nicol.) à *nonnemine* monſtrum eruditionis dictus eſt. Vid. *Leo Allatius in Apib. Urb. pag. 199.*

RICCARDUS (Ægid.) de functione apoſtolica: de dignitate hominis: de viis Dei inſcrutabilibus commentatus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 46.*

RICCARDUS (Mich.) compoſ. ideam concionum in Apocalypſin, Baſileæ, Anno 1641.

RICCARDUS (Vincent.) Italus, edidit catenam Græcorum Patrum in Lucam, Eſaiam & Proverbia Salomonis: commentar. in hiſtoriam Suſannæ: euchologium Græcum, cum ingenti tractatu de ritibus Græcorum & ſeptem ſacramentis. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 221.*

RICCI (Mich. Ang.) inter eximios theologos hujus temporis refertur à *Caramuele.*

RICCIARDUS (Anton.) An. 1610. obiit. Struxit commentaria ſymbolica, quibus explicantur arcana ad myſticam, naturalem & occultam rerum ſignificationem attinentia. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 19.*

RICCIARDUS (Pet.) egit de teſtamentis, Venet. An. 1600.

RICCIOLUS (Joh. Bapt.) Ferrarienſis, compoſuit proſodiam reformatam: aſtrologiam & geographiam reformatam: chronologiam reformatam: Almageſtum novum aſtronomicum, &c.

RICCIULLUS (Ant.) formavit tract. de jure perſonarum, Rom. An. 1622. fol.

RICCIUS (Adam) ſcripſit de quantitate & qualitate librorum juris, An. 1657.

RICCIUS (Annib.) Venetus, An. 1677. claret.

RICCIUS (Barth.) Caſtroficardenſis, An. 1613. obiit. Edidit triumphum JESU Chriſti crucifixi An. 1608. Vid. *Alegambe, pag. 58.*

RICCIUS (Chriſt.) JCtus, vindicias juris adornavit An. 1633.

RICCIUS (Jac.) JCtus, tractavit de unione prolium. Vide, RICKIUS.

RICCIUS (Joh. Aloyſ.) JCtus, vulgavit praxin rerum quotidianarum, Venet. An. 1609. fol.

RICCIUS (Joſeph.) Brixianus, An. 1648. floruit. Condidit librum de bello Germanico, ab An. 1618. usq; ad Annum 1648. geſto. Extant ejusdem conciones militares & ſenatoriæ, Venet. An. 1655. impreſſæ.

RICCIUS (Matth.) Maceratenſis, natus eſt, An. 1552: obiit, An. 1610. Pachini in urbe Chinenſi. Hic primus in ultima Chinarum fidem Chriſtianam invexit, fundatis quinque eccleſiis. Tabulis coſmographicis, ſphæris, gnomonibus, aliisque mathematicis inſtrumentis comparatis & in magiſtratus diſtributis, tantam inter Chinenſes exiſtimationem conſecutus eſt, ut maximus ex univerſo terrarum orbe aſtrologus haberetur. Reliquit commentar. de elementis, catechiſmum, ſententias morales, paradoxa, geographiam, Caſepinum Chinicum, &c. Quædam etiam Chinenſium ſcripta, ut librum *Sucſiu, Tetrabiblon,* &c. latinè tranſtulit. Vid. *Alegambe, pag. 335.*

RICCIUS (Mich.) de regibus Hiſpaniæ ſcribere aggreſſus eſt.

RICCIUS (Paulus) Judæus converſus, Papiæ in Italia aliquando philoſophiam publicè docuit. A Maximiliano I in numerum medicorum adoptatus eſt, cui fidem & induſtriam ſuam conſtanter probavit. Opus de agricultura [illegible] ad Carolum V. Imp. & Ferd. regem, Anno 1541. exaravit. Extat ejusdem iſagoge in doctrinam Cabaliſtarum: item philoſophia Prophetica & Talm[illegible]tica pro veritate Chriſtiana. Vid *Quenſtadius, pag. 244.*

RICCIUS (Steph.) in Terentium & Heſiodum commentatus eſt.

RICCOBALDUS (Gervaſ.) Ferra[illegible]s, Anno 1295. floruit. Condi[illegible]us hiſtoricum, Pomarium dictum, [illegible] ex partes digeſtum: cujus editionem *Pet. Scriverius* promiſit. Incipit ab Orbe condito & deſinit in A. C. 1300. teſte *Zeiller. part. 3. pag. 198.*

RICCOBONUS (Ant.) natus eſt A. 1541: obiit, Anno 1599. Struxit h[illegible]m de Gymnaſio Patavino: comment. de hiſtoria: verſionem ethices & rhetorices Ariſtotelis: judicium de conſolatione, quam *Fr. Vianellus* ſub Ciceronis nomine publicaverat, contra *Sigonium.* Vid. *Thomaſinus, part. 2. Elog. pag. 109. Ghilinus, vol. 2. pag. 27.*

RICCOLUS (Ubert.) JCtus, An. 1304. floruit.

RICCUS (Auguſt.) medicus Lucenſis, multos Galeni libros latinè tranſtulit. Vid. *Simlerus*

RICHARDOTUS (Franc.) Burgundus, An. 1574. obiit. Scripta ejus *Swertius pag.* 253. & *Ghilinus vol.* 2. *pag.* 91. recenſent.

RICHARDSONUS (Car.) obſervationes ſuper V. Teſt. emiſit Londini, Anno 1655. fol.

RICHARDSONUS (Joh.) epiſcopus Anglus, Anno 1653. obiit. Adornavit annotationes in V.T. à Geneſi usq; ad Ezechielem.

RICHARDUS, Armachanus. Vide, ARMACHANUS.

RICHARDUS de Mediavilla. Vide, MEDIAVILLA.

RICHARDUS de S. Victore, An. 1148. obiit. Reliquit chronographiam ſacram de regibus Judæ & Iſraelis: item, librum de templo Salomonis. Fertur tanta fuiſſe ambitione, ut in theologia prophetis & apoſtolis ſeſe antetulerit. Vid. *Ph. Labbe T.* 2. *diſſert pag.* 292. *Olearius pag.* 408.

RICHARDUS (Claud.) regius mathematum profeſſor in Mantuana Carpetanorum academia, An. 1653. claruit. In Euclidem & Apollonium Pergæum commentatus eſt, An. 1645. fol.

RICHARDUS (Joh.) collegit antiquitates Divionenſes, quæ prodierunt Pariſ. Anno 1585.

RICHARDUS (P.D.) exaravit commentarium in quindecim priora capita Exodi, Lugd. An. 1612.

RICHEA (Dodo) (idem, qui *Otto Aicher*) emiſit theatrum funebre, Saliſb. A. 1673.

RICHELETIUS (Nicol.) notis illuſtravit *P. Ronſardi* poemata, An. 1609. De eo ita *C. Aug. Cotta.*

Unus hic eximias novit Richeletius artes,
Ille poëta ſciens jura, potensq; loqui.

RICHELIUS (Armandus) Pictavus, Card. natus eſt, Anno 1585: obiit, An. 1642. Extat ejus defenſio præcipuorum articulorum fidei contra 4. Carent. miniſtros. Vid. *Mareſius T.* 2. *contra Tirin. pag.* 651. *Sauſſay pag.* 209.

RICHEOMUS (Lud.) Anno 1625. obiit, annis ſeptem octogenario major. Vulgò *Gallicanus Cicero* dictus eſt. Compoſuit Idololatriam Hugonoticam libris octo: apologiam pro Jeſuitis: examen AntiCotoni & Parallela. Videantur *Alegambe, pag.* 317. *Placcius, pag.* 160. 195. 196.

RICHERIUS (Chriſt.) Torignæus, Anno 1530. floruit. Scripſit de rebus Turcarum libros quinque, teſte *Zeillero.* Vid. *Simon Schardius, vol.* 2. *Germ. Script. pag.* 382.

RICHERIUS (Emund.) An. 1633. obiit. Edidit obſtetricem animorum: item, 2. libros de optimo academiæ ſtatu. Vid. *Mariſotus in epiſt.* 9. *cent.* 2.

RICHERSDORFIUS (G.) paravit Tranſilvaniæ deſcriptionem, An. 1505. fol.

RICHERUS (Hector) de verborum obligationibus tractare cœpit, An. 1617.

RICHETTA (Steph. Lap.) conſtruxit lexithericon Græcolatinum, teſte *Colomeſio.*

RICHINUS (Auguſt.) Ferrarienſis, Anno 1583. ætatis 96. obiit. *Sepulcro* ipſius hæc verba inciſa.

RICHIUS (Alex.) Florentinus, ſcripſit hiſtoriam morbi contagioſi, qui Florentiam An. 1630. populatus eſt:

Flens veni in terras, & flens diſcedo, fuiq;,
Dum vixi, fletus, rixa, dolor, gemitus.

Reliquit tractatum contra illos, qui dicunt, malos ſacerdotes non poſſe adminiſtrare ſacramenta eccleſiaſtica. Vid. *Wadding. in S.O.M. pag.* 43.

RICHIUS (Edm.) Abendonenſis Anglus, An. 1290. claruit. Extat ejus ſpeculum eccleſiæ. Vid. *Olearius, pag.* 145.

RICHTERUS (Georg.) Norimb. celebris JCt. natus eſt, A. 1592: obiit, A. 1651. Reliquit tres decades variarum orationum: item, digeſta pietatis. Ejus epiſtolæ poſt obitum collectæ & impreſſæ ſunt An. 1662. curante Filio. Vid. *H. Witte in JCtis, pag.* 277.

RICHTERUS (G. Phil.) JCtus & profeſſor Jenenſis, edidit tractatum de ſignificatione adverbiorum in jure civili, A. 1665. in 4. Vid. *Adr. Beier in R. I. pag.* 599.

RICHTERUS (Greg.) Gorlicius, Anno 1620. floruit & Axiomata eccleſiaſtica, politica, hiſtorica & œcomomica collegit.

RICIUS (Xiccho) Polentonius, An 1433. claruit. Condidit vaſtum volumen de illuſtribus Scriptoribus latinis, quod 22. libris conſtabat. MS. Patavii extare dicitur. Vide, POLENTONIUS.

RICKEL (Dionyſius) Carthuſianus, An 1471. obiit, & nomen *Eєſtatici* meruit. Confecit commentarios in omnes utriusque teſtamenti libros. Vid. *Sweertius*, *pag. 215. Voſſius in Theol. Gentil. pag. 514.* Quære, DIONYSIUS.

RICKIUS (Jac.) JCtus, tractavit de unione prolium, An. 1580: item, de proba, quæ fit per aquam frigidam, Anno 1598.

RICKIUS (Juſtus) Gandav. A. 1627. obiit. Elucubravit panegyricos.

RICULFUS, Sueſſonenſis epiſcopus, Anno 902. vivere deſiit. Extat ejus epiſtola didactica, teſte *Oleario in Abaco, pag. 408.*

RICUTIUS (Joh.) Camers, An. 1528. floruit. Reliquit commentar. in Florum: item, in Livium & Solinum. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 223.*

RIDDERUS (Franc.) condidit operoſum volumen in Pentateuchum.

RIDEVALLIUS (Joh.) Anglus, An. 1330. claruit. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 223.*

RIDIUS (Nicol.) Patavinus, medicus & poëta, prognoſtica medica ægrotorum carmine ſtruxit. Vid. *Reineſ. ad Daum. pag. 173.*

RIDLEUS (Nicol.) Dunelmenſis, Anno 1555. obiit. Reliquit tractatum de ſacra Cœna.

RIDOLFINUS (Pet.) JCtus, edidit praxin judiciariam, Romæ, Anno 1659. fol.

RIDOLFIUS (Car.) collegit vitas illuſtrium pictorum Venetorum, An. 1648.

RIEDELIUS (G.) ſtruxit caveam turturis, Monachii, An. 1631.

RIEDEN (G.) JCtus, condidit commentariolum de reviſione ob ſummam non appellabilem, An. 1664.

RIEMERUS (Val.) JCtus, emiſit illuſtres quæſtiones. Claruit An. 1630.

RIEPIUS (Joh. Jac.) tractavit de emtione & venditione

RIERA (Raph.) Barcinonenſis, An. 1575. vixit. Scripſit de miraculis Mariæ virginis Lauretanæ. Videatur *Alegambe, pag. 407.*

RIES (Ant.) JCtus, de appellationibus, An. 1663. commentatus eſt.

RIESCHER (Laut.) JCtus, egit in peculiari tractatu de exhæredatione liberorum.

RIETMACKERUS (Hub. Arn.) Bredanus, medicus, exaravit librum de nephritico dolore. Liber impreſſus eſt Lovan. An. 1622. Vid. *Linden. pag. 287.*

de RIGA (Petrus) Rhemenſis eccleſiæ presbyter, Anno 1209. obiit. Carmine Leonino Vetus & Novum Teſtament. complexus eſt. Id opus *Aurora* inſcribitur. Vid. *Caſp. Barthius* in *Adv. 31, 15. Reineſ. ad Daum. pag. 202. 206.*

RIGALTIUS (Nicol.) Pariſienſ. JCtus & philologus eximius, A. 1630. claruit. Habemus ejus notas in Artemidorum, Cyprianum, Phædrum, rei agrariæ Scriptores, Onoſandrum, &c. Carmina verò leguntur *Tom. 3. Delit. Gall. pag. 231.* Extat ejusdem Gloſſarium tacticum *μιξοβάρβαρον.*

de RIGIIS (Lud.) publicavit aphoriſmos aſtrologicos, An. 1535.

RIGORDUS, literis mandavit geſta Philippi R. Galliæ. *Barthius* in *Claudian pag. 347.* vocat barbari ævi, ſed politæ doctrinæ ſcriptorem.

RIGOS (Jac.) à Malloſco, JCtus, in tit. de verborum & rerum ſignificatione commentatus eſt. Liber prodiit Norimb. Anno 1671.

RIGOTTUS (Omnibonus) ſtruxit centuriam meletematum, Veronæ, Anno 1636.

RIMINALDUS (Hippol.) Ferrarienſis, JCtus, collegit conſilia & in 7 tomos digeſſit.

RIMINALDUS (Joh. Maria) An. 1484. natus eſt: obiit, An. 1497. Vid. *Guido Panzirolus* in *JCtis, 2, 102.*

RINALDUS (Cæſar) Bonon. natus eſt, An. 1559: mortuus, An. 1636. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 57.*

RINALDUS (Horat.) Anno 1610. floruit.

RINALDUS (Jac.) edidit flores Galliæ.

RINCIUS (Cæl.) Mediolanenſis, tractavit de peſte, Anno 1577. Videatur *Linden, pag. 108.*

del RINCON (Ant.) Mexicanus, vulgavit grammaticam linguæ Mexicanæ, Anno 1594. Vid. *Alegambe, pag. 43.*

RINDFLEISCH (Daniel) (aliàs *Bucretius*) Sileſius, carmina compoſuit. Vid. *Linden, pag. 150.*

RINGELBERGIUS (Joach. Fortius) Anno 1536. obiit. Lovanii variisque in Galliæ academiis bonas literas docuit

tanto

tanto ſtudio, ut per ſingulos dies 12. horis docere ſolitus ſit. Edidit coſmographiam: librum de tempore, horoſcopo, &c. Opera ejus omnia uno volumine Lugduni impreſſa ſunt. Animus illi fuerat opuſcula conſcribere millena, quorum corpori univerſo titulus eſſet *Chilias*.

RINGMANNUS (Matth.) Phileſius, Anno 1510. vixit. Struxit hiſtoriam paſſionis Chriſti.

RINGWALD (Barth.) ſcripſit de plagiô Erneſti & Alberti Ducum Sax.

RINIUS (Bened.) Venetus, tractavit de morbo Gallico.

RINUCCINUS (Alem.) Florent. Anno 1487. claruit. A quibusdam *Rhinucinus*, ab aliis *Ranutinus* vocatur. Philoſtrati octo libros de vita Apollonii latinè tranſtulit, quos Aldus poſteà impreſſit. Hanc verſionē *Ph. Beroaldus* poſteà caſtigatiorem reddidit. Tranſtulit etiam Plutarchi opuſculum de mulierum virtutibus.

RIOCKE (Fr. Joh.) emiſit compendium temporum, Pariſ. An. 1576.

RIOLANUS (Joh.) medicus, Anno 1609. obiit. Ejus opera omnia Pariſ. An. 1610. prodierunt.

RIOLANUS (Joh.) filius, itidem medicus, Anno 1657. obiit. Compoſuit ἀνθρωπογραφίαν, ὀστεογραφίαν, enchiridion anatomicum, &c. Vid. *Linden pag. 386*.

de los RIOS (Mart.) vulgavit hierarchiam Marianam, Antv. An. 1641. fol.

di RIPA (Baſil.) Bergomas, Anno 1505. obiit. Scripſit in jus Canonicum: item, de vita privata, teſte *D. Calvo, pag. 68*.

RIPA (Cæſar) Peruſinus, Iconologiam exaravit.

RIPA (Hercules) JCtus, allegationes Juris collegit.

RIPA (Hieron.) Veronenſis, medicus, ſtruxit carmina & diſſertationes de hominis conceptus & partus tempore. Vid. *Chioccus, pag. 120*.

à RIPA (Joh. Franc.) Papienſis, JCtus, Anno 1534. obiit. Egit de peſte & ſecundis nuptiis. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 157*.

RIPA (Polydorus) JCtus, tractatum elaboravit de tempore nocturno Anno 1602.

RIPALDA (Hieron.) Tirvelenſis, Anno 1618. obiit. Videatur *Alegambe, pag. 186*.

de RIPALDA (Joh. Martin.) Navarrus, A. 1634. vixit. Condidit 2. tomos de ente ſupernaturali Anno 1636. fol. Videatur *Idem pag. 259*.

RIPAMONTIUS (Joſeph) hiſtorias eccleſiæ Mediolanenſis, A. 1617. tribus voluminibus complexus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 137*.

RIPAUTIUS (Mich.) dialogum concinnavit de morte *Turnebi*.

RIPENSIS (Joh. Franc.) Danus, A. 1559. claruit. Expreſſit ὀδοιπορικὸν carmine elegiaco. Vid. *J. P. Loticbius part. 4. B. P. pag. 88*.

de RIPIS (Joh.) Picenus, tempore Ludovici Bavari claruit. A quibusdam *doctor difficilis* vocari ſolet. In libros Sententiarum accuratiſſima commentaria compoſuiſſe fertur. Vid. *Waddingus in S O. M. pag. 224*.

RIPLÆUS (G.) Anglus, ſcripſit de Mercurio & lapide philoſophico: item, librum 12. portarum. Opera ejus chymica An. 1649. prodierunt.

RISEBERGIUS (Laur.) epitomen de rebus Gallicis An. 1594. contexuit.

RISERIUS (Joh.) Belga, natus eſt Anno 1572. Reliquit elogia ad imagines ſanctorum virorum & fœminarum eremicolarum. Vid. *Alegambe, pag. 270*.

RISHANGERUS (Guilh.) Anglus, Anno 1312. obiit. Struxit chronicon & continuationem *Matthæi Paris*.

RISIUS (Henr.) Wertheimenſis Francus, natus eſt, An. 1531: obiit, An. 1609. Altdorfii Græcas literas profeſſus eſt. De eo ita quidam *Theologus*: Riſium olim præceptorem habui, Homeri Iliada privatim interpretantem. Audiviſſes captum oculis omnia Homeri recitare ad unguem. Vid. *Chr. Ad. Rupertus in diſſert. ad Val. Max. l. 7. c. 7. pag. 486*.

RISIUS (Serg.) multa Syriaca ſcripta in lucem protulit. Vid. *Leo Allatius in A. U. pag. 233*.

RISNERUS (Frid.) *Pet. Ramum* in inchoanda Optice adhuc adoleſcens adjuvit, & poſt ejus mortem, qualem nunc habemus, libris quatuor abſolvit.

RISPOLIS (Joh. Matth.) tractavit de gratia & lib. arbitrio, Pariſ. An. 1609.

RISWI-

RISWICHIUS (Henr.) JCtus, edidit paratitla in regulas juris, Col. Anno 1572. *Hofm. in L.. II. T. 1. p. 760.* vocat *Hermannum Riswichium.* Vide, RYSWICH.

RITHOVIUS (Martin.) Anno 1583. obiit. Emiſit manuale paſtorum. *Hofmannus* primum Iprenſium epiſcopum facit. Vide, RYTHOVIUS.

RITIUS (Mich.) Neapol. JCtus, An. 1505. claruit. Compoſuit 3. libros de regibus Hiſpaniæ: duos de regibus Hungariæ.

RITSCHELIUS (G.) de cerimoniis eccleſiæ Anglicanæ, An. 1661. commentari cœpit.

RITTANGELIUS (Joh. Steph.) Judæus converſus, ſcripſit libram veritatis: item, notas in librum Jeziræ Anno 1642.

RITTER (Georg.) natus eſt Anno 1586: obiit A. 1632. Altdorfii aliquando profeſſoris Theologiæ munere functus eſt. Habuit diſpp. in Auguſtanam Confeſſionem: item, in Catechiſmum.

RITTERSHUSIUS (Conr.) Brunſwicenſis, JCtus & philologus, natus eſt Anno 1560: obiit Anno 1613. Altdorfii Jurisprudentiam 21. annis publicè profeſſus eſt. Mortuo *Caſp. Panſa & Chriſt. Adamus Wenzelick* parentaverunt. Præter juridica ſcripta, commentarium in Oppianum, Salvianum, Guntherum, Phædrum, Plinii epiſtolas ad Trajanum, Malchum, Iſidorum Peluſiotam edidit. Dicitur etiam lexicon ex Patrum Græcorum & Latinorum ſcriptis collegiſſe, quod, quantum ego ſcio, lucem nondum aſpexit. *Gruterus* non male eum gemmam omnium doctorum atque bonorum inæſtimabilem appellavit. Carmina ejus collegit *autor tomi tertii Delit. Germ. pag. 843.* Vid. *Henn. Witte in JCtis, pag. 11.*

RITTERSHUSIUS (Georg.) JCtus, ſcr. de aſylis. Idem ſub alieno nomine de annulis & oſculo ſcribere inſtituit. Vid. *Placcius, pag. 254.*

RITTERSHUSIUS (Nicol.) Altdorfinus, JCtus, An. 1670. obiit. Genealogias Illuſtrium perſonarum adornavit. Collegit etiam aliquot tomos conſiliorum, qui nondum in lucem prodierunt. *Epitaphium* ejus ita ſe habet: Nicolaus Ritterſhuſius, JCtus, Conradi filius, paternæ gloriæ hæres, & amplius in Academia hac patria Altdorfina prof. publicus, Regibus, Principibus, Comitibus, dynaſtis, nobilibus ex longinquis itineribus & cognitionis præſertim hiſtoricę ac genealogicæ fama notus, exuvias ſub hoc monumento deponi voluit, cum eſſet natus d. 17. m. Febr. A. M. D. XCVII. pieq; in Servatoris ſui brachiis obdormiviſſet d. 24. m. Aug. A. M. DC. LXX. Tantum eſt in hac vita, ſed infinitè amplius in altera. Vid. *Thomaſius de plagio, §. 534.*

RITTERUS (Jac.) JCtus, fecit lucubrationes in jus feudale, An. 1672.

RITTERUS (Steph.) Grunbergenſis Heſſus, coſmographiam proſometricam, An. 1619. imprimi fecit.

RITTINGDONUS (Simonianus) emiſit judicium de privilegiis Calviniſtarum, Mogunt. An. 1612.

RITZENIUS (Joh.) medicus, tractavit de cerebro & ejus annexis, Lugd. Anno 1630.

RIVALLIUS (Aymarus) Delphinas, condidit quinque libros hiſtoriæ juris civilis, An. 1539: item, commentar. in concordata Regis Franciſci & Leonis X. pont. Vid. *Hieron. Wolfius in off. Cic. pag. 168.*

RIVALTIUS (David) Cenomanenſis, Anno 1607. claruit. Edidit Archimedis mechanica cum obſervationibus. Vid. *Voſſ. de mathem. ſcient. pag. 288. Colomeſius in G. O. pag. 111.*

RIVANDER (Zach.) Anno 1596. vixit. Compoſ. lupum excoriatum: librum de Calvinianorum proprietatibus: manuale μελλογάμων, &c. item, Chronicon Thuringiæ.

de RIVERA (Bernh.) Hiſpalenſis, Anno 1616. clareſcere cœpit. Scripſit 2. tomos concionum quadrageſimalium: item, expoſitionem 12. prophetiarum, quas Jacob patriarcha moriens protulerat.

RIVERIUS (Laz.) adornavit inſtitutiones medicas libris quinque, Anno 1657: item, obſervationum medicarum centurias quatuor, An. 1659.

de RIVES (Dionyſ.) Avenionenſis, Anno 1657. claruit. Fertur confeciſſe triplicem tractatum de ſignificatione verbi CREO. Videatur *Colomeſius in G. O. pag. 221.*

de RIVES (Greg.) ſtruxit epitomen canonum conciliorum, An. 1663.

RIVET-

RIVETTA (Mich. Aug.) Caſalenſis philoſophus, *Greg. Leto* memoratur *in Ital. regn. pag. 315.*

RIVETTUS (Greg.) Bononienſ. A. 1548. floruit. Extat ejus tract. de peſte: item, alius de exanthematibus.

RIVETUS (Andr.) San-maxentianus Picto, theologus reform. religionis, natus eſt, An. 1572: obiit, An. 1650. In Geneſin, Exodum, Hoſeam, &c. commentatus eſt. Scriptis etiam pugnavit cum *H. Grotio.* Vid. *Meurſius in Athen. Batavis pag. 315.*

RIVINUS (Andr.) medicus Lipſienſis, An. 1656. obiit. Tractavit de æſtu maris. Extat ejuſdem cœlum terreſtre poëticum. Vide, BACHMANN.

RIVIUS (Gaugericus) Hanno, JCtus, ſcr. ad priſcum ritum *Lipſii* principatum literarum, An. 1607. Videatur *Swertius pag. 268.*

RIVIUS (Joh.) Lovanienſis, Anno 1651. edidit quatuor decades rerum Francicarum: libellum poëmatum: vitam & res geſtas S. Auguſtini.

RIVIUS (Joh.) Athendorienſis, natus eſt Anno 1500: obiit, An. 1553. Zwiccaviæ, Annæbergæ, Schneebergæ & Friburgi bonas literas docuit, multosq; diſcipulos poſt ſe reliquit. Tandem etiam Miſenenſis ſcholæ inſpector factus eſt. Reliquit caſtigationes in Terent. & Salluſtium, quæ cum ipſis autoribus aliquoties impreſſæ ſunt. Meminerunt ejus *Thuanus l. 12. Caſp. Barthius* in *l. 3. Theb. Papinii pag. 699.*

RIVIUS vel de RIVO (Pet.) Aloſtanus, An. 1499. obiit. Struxit elegiam vel dialogum, in quo docet, quomodo omnia in meliorem partem ſint interpretanda, teſte *Swertio.* Extant ejuſdem 3. libri de anno, die & feria dominicæ paſſionis & reſurrectionis. Vid. *Val. Andr. in Faſt. Lov. pag. 94.*

RIVIUS (Thomas) compoſuit 4. libros de re navali antiqua, An. 1640: item, defenſionem Juſtiniani Imp. contra Alemannum, An. 1628. Vid. *Scheferus de re navali, pag. 89.*

à RIVO (Radulfus) Bredanus, An. 1403. obiit. Conſtruxit martyrologium carmine, teſte *Swertio.* Vid. *Olearius in Abaco, pag. 396.*

RIVOLA (Clemens) Bergomas, poëta, natus eſt A. 1618: obiit A. 1654. V. *Calv. p. 108.*

RIVOLA (Franc.) adornavit dictionarium Armeno-latinum, An. 1659.

RIXINGERUS (Dan.) Argentinenſis, natus eſt, Anno 1561: obiit, Anno 1635.

RIXNERUS (Georg.) An. 1532. floruit. Emiſit librum de torneamentis.

RIXNERUS (Henr.) ſcripſit diſſertat. de delaica communione, An. 1672.

RIZZERUS (J. Bapt.) Bergomas, Anno 1622. natus eſt. Extat ejus Sapientiæ triumphus.

ROA (Johannes) *Leoni Allatio in A. P. pag. 164.* memoratur.

de ROA (Martinus) Hiſp. Anno 1673. obiit. In Cordubenſi collegio artem dicendi 16. annis profeſſus eſt: poſtmodum S. literas interpretari cœpit. Struxit commentar. in Habakuk: ſex libros ſingularium: item, librum peculiarem de die natali, ſacro & profano. Vid. *Alegambe, pag. 330.*

ROALDESIUS (Franc.) JCtus, A. 1589. obiit. Vid. *Thuanus l. 96. Scaliger. in Auſon. pag. 68. 129.*

ROBBIGIUS (Reinh.) tractatum de rebus criticis adornavit, quem vocavit Robigalia, An. 1617.

ROBERTELLUS (Franc.) Utinenſis, An. 1567. vivere deſiit. Patavii & Bononiæ literas humaniores profeſſus eſt. Cum *Car. Sigonio* graves ſimultates exercuit. Reliquit 2. libros de convenientia ſupputationis Livianæ cum marmoribus. Vid. *Thuanus l. 41. Voſſ. l. 3. Gramm. lat. pag. 30. Imperialis, pag. 61. Ghilinus, vol. 2. pag. 92. M. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 223.*

ROBERTI (Pet. Andr.) orationem dominicam commentario illuſtravit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 196.*

de ROBERTIS (Honoratus) commentarium in univerſam Ariſtotelis logicam Venet. An. 1598. imprimi curavit.

ROBERTSIUS (Franc.) An. 1665. claruit. Edidit clavem Bibliorum.

ROBERTSONUS (Guilh.) theſaurum linguæ Græcæ conſtruxit, ſecundum *Conſtantini & Schrevelii* methodum, in quo octoginta circiter vocabulorum Græc. millia addita ſunt à *D. Hill*, Londini, An. 1676. in 4.

ROBERTUS, Fiſcanenſis Neuſtrius, Anno 1180. claruit. Condidit chronicon. Vid. *Zeillerus, part. 1. pag. 127.*

ROBER-

ROBERTUS, Lincolnienſis, An. 1242. floruit. Teſtamentum XII. Patriarcharum è Græco tranſtulit in latinum. Vide, GROSTEST.

ROBERTUS, Montenſis Normannus, A. 1220. innotuit. Struxit chronicon & librum de geſtis Marodoci. Vid. *Olearius, pag. 414.*

ROBERTUS, Rhemenſis monachus, Anno 1120. claruit. Collegit acta conciliorum: item, octo libros Chriſtianorum contra Saracenos.

ROBERTUS (Andr.) JCtus, de rebus judicatis commentatus eſt, An. 1599.

ROBERTUS (Darius) Bergomas, ſcripſit de Livii, Valerii M. & aliorum mendaciis: item, de ſomniis Græc. & Latinorum, teſte *Calvo, pag 120.*

ROBERTUS (Joh.) Arduennas, An. 1619. floruit. Edidit elogia quinquaginta ſanctorum JCtorum: item, myſticas Ezechielis quadrigas Græcè & Latinè: ut & tract. contra Goclenium de magnetica vulnerum curatione. Vid. *Sweertius, pag. 472. Alegambe, pag 270.*

ROBERTUS (Mich.) Florentinus, A. 1436. vixit. Compoſuit hiſtoriam ab O. C. usq; ad ſua tempora.

ROBERTUS (Paulus) Gallus, librum de bono mortis exaravit. Vid. *Alegambe, pag. 368.*

ROBERUS (Elias) JCtus, edidit axiomata juris controverſi, An. 1604. in 4.

ROBERUS (Paulus) Wurtena Miſnicus, natus eſt, An. 1587: obiit, Anno 1651. Witebergæ Theologiam publicè profeſſus eſt. Emiſit locos theologicos, 25. diſputationibus comprehenſos. Mortuo *Aug. Buchnerus* parentavit. Videantur *Spizelius in Templo Honoris, pag. 183. Henningus Witte in mem. Theolog. pag. 771.*

ROBINSONUS (Joh.) Norvicenſis, Anno 1666. vixit. Inſtituit explorationem brevem locorum quorundam abſtruſorum S. Scripturæ, Londini.

ROBINSONUS (Raph.) Anglus, elaboravit librum, titulo, Chriſtus omnia in omnibus.

ROBINUS (Joh.) enchiridion iſagogicum adornavit ad faciliorem notitiam ſtirpium indigenarum & exoticarum, Anno 1623.

ROBILESIUS (Eupenius) tractavit de vita & geſtis Ximenis Ciſnerii.

ROBORETUS (Octav.) Tridentinus, exaravit tractatum de febri pediculari, Anno 1592.

ROBOTHAMUS, Anglus, in Cant. commentatus eſt.

ROBOUROUGIUS, Anglus, de juſtificatione ſcribere inſtituit.

ROCAFULL, theologiam moralem, duobus voluminibus fol. complexus eſt.

ROCARDUS (Claud.) Trecenſis, de abſinthiis, An. 1593. ſcribere aggreſſus eſt. Vid. *Linden, pag. 141.*

ROCCA (Androinus) Burgundus, Anno 1369. peſte obiit. Texuit relationem de ſtatu rerum ſedis apoſtolicæ in Italia.

ROCCA (Ang.) Camers, An. 1591. inclaruit. A Clemente IIX. Tagaſtenſis epiſcopus factus eſt, qui honor præter nomen nihil adminiſtrationis habet. Ea enim civitas, natalibus S. Auguſtini clara, à Turca regio dominatu premitur. Edidit Chronhiſtoriam: librum de ſcribendis epiſtolis: obſervationes lat. linguæ, &c. Extat ejusdem comment. de campanis: tractatus de canonizatione: catalogus bibliothecæ Angelicæ: bibliotheca apoſtolica Vaticana, &c. Vid. *Nicius Erythræus part. 1. Pinacoth. pag 105. Sauſſay, pag. 187. Zeiller. part. 2. pag. 270. Quenſtad. pag. 352. Conringius, in Bibl. Auguſt. pag. 59.*

ROCCABELLA (Thom.) reliquit tractatum de principe practico.

ROCCI (Bened.) à nonnemine inter eximios theologos numeratur.

à ROCCIA (Joh.) Bracharenſis, Anno 1623. obiit. Doctrinam Chriſtianam in linguam Sinicam tranſtulit. Videatur *Alegambe pag. 271.*

ROCCIUS (Ant.) adornavit paraphraſin in logicam Ariſtotelis: item, libr. de immortalitate animæ, An. 1644.

ROCCIUS (Oct.) ſcripſit de intelligentiarum conſideratione, An. 1585.

à ROCHA Contarada (Alex. Alb.) emiſit malleum dæmonum ſeu modum exorciſſandi, Veronæ, An. 1620. in 8.

ROCHALONELLA (Pet.) Patavinus medicus, An. 1536. claruit. Vid. *Caſp. Conradus in Millenario 2.*

à ROCHAZ (Henr.) edidit phyſicam reformatam. Vid. *Sorellus de bom. perſ. pag. 513.*

de la ROCHE Maillet (Gabr. Mich.) exaravit vitas illuſtrium perſonarum.

de ROCHERII monte, (Guido) conſecit directorium in 7. Sacramenta, teſte *Reiſero in B.A. pag. 57.* item, manipulum curatorum, An. 1555.

ROCHEUS (Nicol.) Gallus, de morbis mulierum commentatus eſt, Anno 1542.

ROCHIUS (Pomp.) JCtus, ſtruxit libros 2. de inſignibus familiarum, Lucæ, Anno 1576. in 4.

ROCHMANNUS ſcripſit in Scoti ſententias, Venet. fol.

ROCHUS, Peruſinus, tractavit de ſcribendis epiſtolis. Vide, PERUSINUS.

ROCHUS (Annib.) tractatum viſitationum elaboravit, Veronæ, An. 1590.

RODE (Joh.) Trevirenſis, Anno 1439. obiit. Videatur *Bruſchius de monaſt. pag. 123. b.*

RODENBURGIUS (Chriſt.) JCtus, de jure conjugum ſcribere cœpit. Extat ejusdem Summa artis notariæ.

RODERICIUS (Conſalv.) Luſitanus, Anno 1561. claruit. Librum exaravit de Abiſſinorum erroribus & Rom. fidei veritate, quem Regi Æthiopum Claudio obtulit. Vid. *Alegambe, pag. 163.*

RODERICUS, Luſitanus, mathematicarum artium ſcientiſſimus fuiſſe traditur. *Pierius Valerianus pag. 33.* Romana cathedra honeſtatum memorat.

RODERICUS, Zamorenſis epiſcopus, conſtruxit ſpeculum vitæ humanæ, quod in lucem prodiit Aug. Anno 1471.

RODERICUS (Alf.) adornavit exercitium perfectionis. Vide, RODRIGUEZ.

RODERICUS (Didacus) JCt. ſcripſit de conjectura mente defuncti, Anno 1618: item, de annuis & monſtruis reditibus, An. 1630.

RODERICUS (Eman.) collegit quæſtiones regul. & canon. duobus tomis, Anno 1616. Videatur *Waddingus in S.O.M. pag. 106.*

RODERICUS, Judæus. Vide, AMATUS.

RODERICUS (Steph.) Ceſtrenſis, edidit Pythagoram, Lugd. Anno 1651. item, lib. de *αιτία*, Anno 1630.

RODERUS (Paulus) verſionem Piſcatoris biblicam ſcripto publico impugnavit. Vid *Dietericus part. 3. Antiq. Bibl. pag. 35.*

RODINGIUS (Guil.) JCtus, emiſit pandectas Camerales, An. 1598.

RODINGTONUS (Joh.) Lincolnienſis, Anno 1348. obiit. Ferunt, eum mordicus tenuiſſe, Deiparam virginem in orig. peccato fuiſſe conceptam. In Magiſtrum ſententiarum commentatus eſt. Vid. *Wadding. l. c. pag. 224.*

RODINGUS (Joh.) condidit quatuor libros ethicæ, An. 1606.

RODLERUS librum compoſuit de ludis equeſtribus.

RODOANUS (Guilh.) Genuenſis, ſcr. de ſpoliis eccleſiaſticis: item, de Simonia mentali. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 140.*

RODOLFINUS (Ludov.) JCtus, egit de abſoluta principis poteſtate, Anno 1613.

RODOLPHUS (Gerh.) tractavit de literis Canonicis, Formatis, Pacificis, Commendatitiis & Dimiſſoriis in eccleſia primitiva uſitatis, An. 1582.

RODORNIUS (Adr. Scrieckius) Vide, SCRIECKIUS.

RODRIGUEZ (Alf.) Pintianus, An. 1616. ætatis 90. obiit. Exaravit tract. de perfectione, in 3. partes diſtributum. Vid. *Alegambe, pag. 19.*

RODRIGUEZ (Alf.) Segovienſis, Anno 1617. ætatis 87. deceſſit. Edidit officium immaculatæ conceptionis S. Virginis. Vid. *Alegambe, pag. 20.*

RODRIGUEZ (Amator) ſcr. de concurſu & privilegiis creditorum, Genev. Anno 1615. fol.

RODRIGUEZ (Eman.) emiſit epigrammata & tragœdias, Antv. Anno 1645. item, labyrinthum cryptographicum vel grammaticam angelorum myſticorum, An. 1639.

RODRIGUEZ (Franc.) Atandenſis, Anno 1627. obiit. Extat ejus tractatus de meteoris. Vid. *Alegambe, pag. 133.*

RODRIGUEZ (Nicol.) epiſcopus Auſtritricenſis, tractavit de poteſtate capituli ſede vacante, nec non ſede plena, & quid poſſint epiſcopi per ſe aut debeant cum capitulo exſequi, Lugdun. Anno 1666. fol.

RODRIGUEZ (Paulus) Bracharenſis, Anno 1635. claruit. In S. Matthæum commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 368.*

de RODULFIS (Laur.) Florentinus, JCtus, An. 1425. floruit. Condidit nobilem tractatum de uſuris. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 3, 30.*

RODULFUS (Pet.) Toſſiniacenſis, ſtruxit 3. libros hiſtoriæ Seraphicæ. Vide, RUDOLFUS.

à ROEL (Conr.) ſcripſit 2. libros Verveceidos, in quibus Athos perfoditur & ſmilace coronatur ab alumnis Adraſtiæ. Nomen fictum. Genuinus autor eſt *Licetus*, teſte *Lindenio pag. 145*.

ROESTIUS (Pet.) Noviomagenſis, Anno 1642. obiit. Edidit pſeudojubilæum, Molsheimii, An. 1618. Vid. *Alegambe, pag. 397*.

ROET (Iſaac) tractavit de peſte, An. 1667.

ROFFENSIS (Johannes.) Vide, FISCHERUS.

ROFFENUS (Joh. Ant.) medicus, Anno 1607. floruit. Extat ejus liber de laudibus aſtrologiæ. Videatur *Bumaldus pag. 123*.

ROFFINUS (Chr.) in Burdig. Senatu præſes, ſtruxit comment. omnium ab O. C. hiſtoriarum. Liber prodiit Anno 1571. Videatur *Reineſius in epiſt. ad Hofm. pag. & Rupert. 313*.

ROFREDUS, Beneventanus, JCtus, Anno 1220. floruit. Reliquit tractatum de duello: item, quæſtiones Sabbatinas. Vid. *Gu. Panzirolus in JCt. 2, 28*.

ROGANUS (Leo) Cajetanus, exaravit 3. libros de urinis, An. 1566: item, comment. in Galenum de pulſibus. Videatur *Linden, pag. 425*.

ROGATUS (Barth.) Stabienſis, 4. libros elegiarum concinnavit. Vid. *Alegambe, pag. 58*.

ROGERARIUS (Joh.) JCtus, tractavit de officio judicis in cauſis capitalibus, Anno 1555: item, de differentia judiciorum bonæ fidei & ſtricti juris.

ROGERIUS, JCtus, *Bulgari* ætate claruit. Primus in eam pandectarũ partem, quam *Infortiatum* vocant, gloſſas emiſit. Vid. *G. Panzirolus in JCt. 2, 18*.

ROGERIUS, Londonienſis, ſcr. de contemtu divitiarum. Vid. *Caſp. Barth. Adv. 60, 8*.

ROGERIUS, Parmenſis, ſtruxit practicam medicinæ, An. 1499.

ROGERIUS (Dan.) Albimontanus, laudes Antverpiæ decantavit, Anno 1565.

ROGERIUS (Jac.) Tornacenſis, condidit neopægnia, Anno 1539. Vid. *Tomus 3. Delit. Gall. pag. 241. J. Cæſ. Scaliger l. 6. de re poët. pag. 789.* Rogerium puto fuiſſe Aurelianum. Ejus hendecaſyllabos vidimus aliquot valde bonos. Hanc enim, quam iſti tabernarii commendant, fluiditatem compeſcuit numeris admodum & facetis & decoris. Sententiarum quoque connexiones curavit ut eſſent concinnæ. Quodque ab iis, qui vivunt, neglectum eſt, brevis fuit & aculeum in cauda relinquit.

ROGERIUS (Lud.) Aretinus, An. 1602. obiit. Suſcepit defenſionem operum *Bellarmini* adverſus *Matth. Dreſſerum*. Vid. *Alegambe pag. 318*.

ROGERIUS (Philoth.) antiquus autor, librum compoſuit de contemtu mundi, quem *Andr. Schottus* primus eruit & luce publica donavit. Vid. *Haller v. in B. C. pag. 339*.

ROGERIUS (Rich.) Anglus, in librum Judicum commentatus eſt.

ROGERSIUS (Joh.) paravit diſceptationes medicas, Lond. Anno 1664. Vid. *Ephemer. Hedovill. part. 1. pag. 56*.

ROGERUS (Abrah.) cum Paliacattæ in Choromandel diu cum Brachmanibus familiariter converſatus eſſet, omnia illorũ myſteria diligenter excuſſit, editoq; libello, quem januam apertam ad arcana gentiliſmi vocavit propalavit. Vid. *Funccius T. 1. Orb. imper. pag. 255*.

ROGERUS (Nicol.) edidit incarnationem myſticam ſive Chriſtiformitatem, Col. Anno 1675.

ROGGERIUS (Conſt.) JCtus, ſcripſit de proreſtationibus, Anno 1552: item, de interpretatione juris, An. 1594.

ROGGIUS (Nicol.) condidit muſicam practicam, An. 1596.

ROHAN trutinam ſtatuum Europæ adornavit.

ROHRENSEE (Chriſtian.) h. t. claret & Witebergæ Logicam & metaph. profitetur.

ROHRENTORP (Joh.) JCtus, emiſit diſpp. feudales, Anno 1624: item, librum de furto, An. 1630.

de ROIAS (Joh.) Valentinus, epiſcopus Sergentenſis, ſcr. tr. de hæreticis, qui extat *Tom. 11. Tract. tract.* Item, epitomen ſucceſſionum, quæ habetur *Tom. 8. ejusd. tract.*

ROILLARDUS (Seb.) Melodunenſis, inter poëtas refertur. Reliquit Agrocharin, An. 1605. Vid. *T. 3. Delit. Gall. p. 242.*

ROIL-

ROILLETUS (Claud.) itidem poetis aggregatur. Videatur *Tomus citatus, pag. 253.*

ROKKENBACH (Joh. Conr.) JCtus, ſcripſit de libellis famoſis, Anno 1660.

ROKYZANA (Joh.) Anno 1471. obiit. Legatus Bohemorum ad concilium Conſtantienſe miſſus eſt. Vid. *Hofm. in L. U. T. 1. pag. 847.*

ROLANDINUS de Romanciis, Bonon. JCtus, Anno 1280. obiit. Tractavit de ultimis voluntatibus: item, de ordine maleficiorum. Vid. *Guido Panzirol. in JCt. 2, 43.*

ROLANDINUS, cognomine Grammaticus, Patavinus, natus eſt Anno 1200. obiit Anno 1275. quemadmodum habetur in ejus *epitaphio*. Compoſuit volumen de geſtis Patavinorum: item, 12. libros de tyrannide Ezelinorum, quam oculis ſuis uſurpaverat. Vid. *Zeillerus part. 2. pag. 226.*

ROLANDUS (Jac.) de Belebad, ed. agloſſoſtomographiam vel deſcriptionem *oris ſine lingua*, quod perfectè loquitur & reliquas ſuas functiones naturaliter exercet. Videatur *Hallerv. in B. C. pag. 151.*

ROLANDUS (Joach.) Mechlinienſis, medicus, paravit librum de novo morbo ſudoris, teſte *Sweertio.*

ROLANDUS (Seb.) JCtus, Anno 1551. floruit. Extat ejus tract. de arte notariatus.

ROLBACHIUS (Greg.) JCtus, certamen maſculofœmineum Anno 1602. typis evulgavit.

ROLEFINCK (Wern.) ſcr. de laudibus Weſtphalorum. Vide, WERNERUS.

ROLFINCKIUS (Guernerus) Hamburgenſis, medicus, Anno 1673. obiit. Medicinam Jenæ publicè profeſſus eſt. Reliquit diſſertationes chymicas. Vid. *Hadr. Bejer. in R. Jen. pag. 882. Henning. Witte in med. pag. 264.*

ROLIARDUS (Jac.) Senator Pariſienſis, tempore lanienæ periit. Vid. *Tollius de Inf. lit. pag. 67.*

ROLINUS edidit ſex volumina concionum; Antv. An. 1612.

ROLLENHAGIUS (Gabr.) Magdeburgenſ. libellum conſtruxit ad imitationem Homeri, cui nomen dedit Froſchmeuſer. Extant ejusdem juvenilia. Vid. *Tom. 5. Delit. Germ. pag. 884.* Adde *Placcium, pag. 88.*

ROLLOCUS (Rob.) Anno 1555. natus eſt: obiit Anno 1598. In academia Edinburgenſi tum philoſophi, tum theologi munere perfunctus eſt. Commentatus eſt in Danielem, in Johannem: in epiſt. ad Romanos, Epheſios, Theſſalonicenſes & Coloſſenſes.

ROLUS, Ῥῶλος, ὁ Δημοκρίτειος, ἐν τῷ περὶ συμπαθῶν καὶ ἀντιπαθῶν allegatur à *Schol. Nicandri, pag. 51.*

de ROMA (Auguſt.) teſte *Bellarmino*, Anno 1445. obiit. Fertur ſcripſiſſe in libros Sententiarum, epiſtolas Paulinas, Apocalypſin, &c.

de ROMA (Franc.) collegit conſultationes medicochirurgicas, Neapol. Anno 1669.

de ROMA (Paulus) de penſione eccleſiaſt. tractare inſtituit.

ROMÆUS (Fr.) à Caſtell, de libertate & neceſſitate operum ſcribere aggreſſus eſt, Lugd. An. 1538.

ROMÆUS (Nicol.) Brugenſis, natus eſt Anno 1563: obiit Anno 1632. Tractatum edidit de prædeſtinatione & juſtificatione, teſte *Sweertio:* item, anti-Calvinum. Videatur *Alegambe, pag. 355.*

ROMANCIUS (Vidus Coquillius) Anno 1603. obiit. Videatur *Thuanus l. 129.*

ROMANELLUS (Chriſt.) Bergomas, An. 1649. mortuus eſt. Edidit muſeum epiſtolarum nuncupatoriarum; teſte *Donato Calvo.*

à S. ROMANO (Carolus) emiſit expeditiones ſpirituales ſocietatis Jeſu, Lugd. An. 1644 fol.

ROMANUS (Adrianus) Lovanienſis, Anno 1616. obiit. In lucem miſit theatrum mundi ſive præcipuarum orbis urbium deſcriptionem: matheſin polemicam: ideam mathematicam: exercitationes cyclicas, &c. In nova Zamoſcii urbe matheſin interpretari cœpit.

ROMANUS (Capuccinus) ſcripſit de calendario Romano, Pariſ. Anno 1648.

ROMANUS (Euſeb.) compoſ. animadverſiones in librum de Præadamitis, Anno 1656.

ROMANUS (Fr.) Mamertinus, An. 1625. obiit. Condidit 3. libros de ſacro eccleſiaſte. Vid. *Alegambe, pag. 133.*

ROMANUS (Horat.) ſub Nicolao V. pontifice claruit. Conſpirationem Steph. Porcarii adverſus dictum Nicolaum duobus libris carmine deſcripſit. Vid. *Simlerus.*

ROMANUS (Jacob) medicus, An. 1635. obiit.

ROMANUS (J.B.) Ægyptius, ortu Judæus, religione pontificius, A. 1589. obiit. Romæ linguam Hebr. & Arabicam publicè explicuit. Concilium Tridentinum Arabicè, Concilium Nicænum primum ex Arabico latinè tranſtulit. Vid. *Alegambe, pag. 225.*

ROMANUS (Lud.) JCtus, collegit conſilia & ſingularia. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 127.*

ROMANUS (Nicol.) edidit effigiem Calvini, Antv. An. 1622. fol.

ROMANUS (P. Fr.) JCtus, habuit diſpp. in inſtitut. Juſtinian. Rittershuſii, Anno 1671. Lipſ.

ROMATETUS (Carol.) Bajonenſis, compoſuit criſiologiam, Anno 1625. Vid. *Linden, pag. 112.*

ROMBERG (Joh.) tractavit de officio ſacerdotii evangelici, Col. An. 1532.

ROMBODIVINUS (Guilh.) JCtus, Anno 1272. claruit. Scripſit, quòd legitimati ab habente facultatem ab Imperatore ſuccedant ad hæreditatem.

ROMERIUS (Adamus) Polonus, Anno 1616. obiit. Compoſ. exactiſſimos commentarios in orationes Cic. item, librum de informando oratore. Vid. *Starovolſc. pag. 120.*

à S. ROMUALDO (Pet.) cognomine Guillebaud, ſtruxit hiſtoriam ſacram & profanam præcipuarum rerum in orbe geſtarum, ab ejus initio usque ad hæc tempora, An. 1642. fol. Extat ejusdem hiſtoria Francorum.

ROMUALDUS, archiepiſcopus Salernitanus, Anno 1177. claruit. Chronicon contexuit ab orbe condito usque ad ſua tempora.

ROMULEUS (Barth.) JCtus, ſcr. de teſtatorum præceptis, bona extra familiam ad conſervationem nobilitatis alienari inhibentibus, An. 1559.

ROMULUS, ad Tibertinum filium librum exaravit, quem ab imitatione apologorum Æſopi illius Phrygis, fabulas Æſopi nuncupavit: non (ut alii rati ſunt) tranſtulit. *Greg. Giraldus* refert, Parmenſes quosdam non Romulum hujus libelli autorem aſſerere, ſed ſuum quendam *Salonem* municipem, qui, cùm Athenis ſtuderet, è Græco fabulas has noſtris moribus aptando carmine compoſuerit. Addit *laudatus ſcriptor*, ſe puero nullum librum æquè trivialibus magiſtris tritum poſt *Alexandri* ineptias.

RONCALLUS (Auguſt.) Bergomas, Anno 1547. cl. De excellentia creaturæ rationalis & ipſius erga Deum obligatione peculiari ſcripto tractavit.

RONCHEGALLUS (Joh.) ſcr. de duobus reis conſtituendis, An. 1559.

RONCHUS (M. Aurel.) Anno 1587. floruit. Habuit orationes.

RONCONIUS (Joh.) Florentinus, tractavit de lactis natura, Florentiæ, An. 1631.

RONDELETIUS (Guilh.) medicus, Anno 1566. vivis exceſſit. Inter alia tractatum de piſcibus edidit, quem è *Guil. Pelliceri*, epiſcopi Montispeſſulani, commentariis exſcriprum eſſe *Thuanus lib. 38.* affirmat. Videatur *Ghilinus, vol. 2. pag. 169.*

RONDELINUS (Jul.) in L. 1. C. de edendo, Lugd. An. 1553. commentatus eſt.

RONSÆUS (Bald.) Gandenſis. An. 1590. floruit. Compoſ. venationem medicam carmine: item, epiſtolas medicinales. Vid. *Sweertius, pag. 153.*

RONSARDUS (Pet.) Gallus, An. 1585. obiit. Naturam (inquit *Thuan. l. 82.*) arte ita temperavit, admiſcens Graiæ & latinæ camœnæ ſpiritû, ut poſt Auguſtum ſeculum poëtarum, qui poſt fuerunt, præſtantiſſimus evaſerit. Mortuum laudavit *Jac. Davius Perronus.* Statuam etiam marmoream ipſi in ſacello ſcholæ poni curavit *Galladius*, & anniverſario ſacro ac doctis puerorum concertationibus memoriam ejus longo pòſt tempore celebravit. Videatur *J. P. Lotichius part. 4. B. P. pag. 60.*

RONSERIUS (Joh.) egit de origine ordinis Franciſc. mendicantium & non mendicantium, Pariſ. An. 1610.

de ROO (Gerh.) Veteraquinas, condidit annales rerum ab Auſtriacis geſtarum, à Rudolfo I. usque ad Carolum V. Vid. *Sweertius, pag. 285.*

de la ROQUE (Matth.) ſcr. de Photino & ejus hæreſi, Genevæ, An. 1670.

RORARIUS (Georg.) Anno 1557. obiit. Primus omnium à B. Luthero ſacris initiatus & ad miniſterium eccleſiaſticum ordinatus eſt. Gloſſarum marginalium ad Biblia Germ. collector & annotator eſſe perhibetur. Idem ſcripta Lutheri in certos tomos diſtribuit. Videatur *Adr. Beitr. in R. J. pag. 446.*

RORARIUS (Hier.) exaravit 2. libros, de eo, quod bruta ratione melius utantur, quàm homines, Amſterd. An. 1654.

RORARIUS (Nicol.) de Portunnone, Utinenſis, collegit conciliationes contradictionum in ſcriptis medicorum, Anno 1566.

ROSA (Chriſt.) de fuga Turciſmi, Anno 1664. ſcribere aggreſſus eſt.

ROSA (Franc.) Belliolanus, JCtus, epigrammata typis mandavit.

ROSABACHIUS (J.G.) edidit Jobum metricum, Anno 1613.

ROSACINUS (Chr.) ſcr. carmina lyrica. Ea prodiere poſt ejus obitum, An. 1675.

ROSÆUS (Anguill.) compoſuit hectameron geometricum, An. 1647.

ROSÆUS (Mambrinius) concinnavit inſtitutionem principis Chriſtiani, Anno 1608.

de ROSALLIS (Ant.) Patav. JCtus, ſcr. de ſucceſſionibus ab inteſtato. Extat *Tom. 8. Tract. tract.*

ROSARIUS (Pet.) Hiſp. in hymnos breviarii Romani Anno 1578. commentatus eſt.

de ROSATE (Albericus) vel Roxiate, Bergomenſis, JCtus, Anno 1354. obiit. Reliquit commentarium in ſextum librum Decretalium: libros 12. in codicem: libros 24. in Digeſtum vetus: 12. in Digeſtum novum: 14. in Infortiatum. *Decianus* appellat Muſarum omnium fratrem. *Epitaphium* ejus ita ſonat:

Hac jacet in arca, legum qui fuit area.
Claret lecturis, quas fecit corpore juris
Ac aliis multis, quibus ſcribendo reſulſit
Hic de Roxiate Albricus, gloria morum,
Tempore non parvo miſeros relevare magiſtrans
Virginis obſequio, prece cujus cœlica ſumſit.

Vid. *Donatus Calvuspag. 12. Panzirolus in JCt. 2, 66. Olearius in Abaco, pag. 14.*

à ROSBACH (J. Eman.) JCtus, edidit praxin civilem & criminalem, Anno 1610.

ROSCHERUS (Joh.) adornavit Summam perfectionis, Monachii, An. 1663.

ROSCIUS (Abel.) ſcr. de morſu canis rabidi & hydrope, potus abſtinentia curato. Vid. *Linden, pag. 1.*

ROSCIUS (Q.) Gallus, comœdus, ſeditionis poſtulatus, Ciceronis patrocinio conſervatus eſt. *Feſtus Pompejus*: Roſcii vulgò appellari ſolent in omne arte ita perfecti, ut Roſcius comœdus in arte ſua perfectus fuerat, cui nihil deerat ad perfectionem. Videatur *Glandorp. pag. 746.*

ROSCIUS (Damianus) librum exaravit de convincendis & dignoſcendis hæreticis Anno 1582.

ROSCIUS (Jul.) Hortinus, compoſuit carmina. Videatur *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 541.*

ROSCIUS (Laur.) Bononienſ. An. 1480. floruit. Condidit orationes & carmina.

ROSEFELD (Jac.) Francus, ſtruxit carmina Græca & Latina. Extant etiam ejus comœdiæ, Moſchus & Chamus, Anno 1599. editæ.

ROSEKORB (Herm. Eſai.) JCtus, collegit obſervationes practicas, An. 1646. fol.

ROSELIUS (Pet.) ſcripſit de communione Gallorum & Hiſpanorum Anno 1660.

ROSELLETUS (Claud.) carmina reliquit, quæ ſervantur *Tomo 3. Del. Gall. pag. 254.*

de ROSELLIS (Ant.) JCtus, Anno 1466. obiit. Vocabatur *Monarcha ſapientiæ*. Edidit librum de indulgentiis: & alium, quem monarchiam ſummi pontificis inſcripſit. Videatur *Guido Panzirolus in JCt. 3, 36.*

ROSEMUNDUS (Godeſcalcus) Endovianus, An. 1526. obiit. Tractavit de ratione confitendi, rectè vivendi, & ſalubriter moriendi. Vid. *Val. Andreas in faſt. Lov. pag. 103.*

ROSENBACHIUS (Zachar.) emiſit Moſen omniſcium, Anno 1633. in 4.

ROSENBERGIUS (J. Car.) Argentinenſis, concinnavit rhodologiam, Anno 1631.

ROSENBOMIUS (Sam.) Holſatus, congeſſit Thalyſia ſive florida. Vid. *Tom. 5. Delit. Germ. pag. 902.*

ROSENCRANTZ (Gundæus) Anno 1651. claruit. Extat ejus comm. in omnes Pſalmos Davidis: item, tract. de Cœnæ Domini vero ſenſu & uſu. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 50.*

ROSENFELD (J. W.) Friſingenſis, ſcripſit de ſumma principum poteſtate ſub nomine *I. W. Relfendso*, Heromontani, A. 1669. Vid. *Placcius, pag. 247.*

de ROSENHEIM (Pet.) Benedictinus monachus, An. 1427. vixit. Struxit diſticha in ſingula S. Bibliorum & librorum eorundem capita, ordine literarum alphabeti artificioſe diſtincta, ſub titulo Memorialis divinorum eloquiorum.

à ROSENROTH (Chriſtianus) h. t. claret. Cabbalam denudatam, i. e. doctrinam Hebræorum metaphyſicam & theologicam nomine ſuppreſſo Anno 1677. in 4. publicavit.

ROSENTHALIUS (Henr.) materiam de feudis 2. tomis Anno 1597. complexus eſt.

ROSENTHALIUS, Jeſ. paſtorale JESU, Colon. Anno 1653. imprimi curavit.

ROSERUS (Joh. Nicol.) adornavit epiſtolographiam emblematicam Anno 1661.

ROSETANUS (Pet. Carol.) ſcripſit contra blaſphemias Farelliſtarum in S. Trinitatem.

ROSHEYMIUS (Mart.) vulgavit conjunctionem Geldricam.

ROSIGNOLIUS (Bernardin.) Ulmetanus, An. 1613. obiit. Tractavit de actionibus virtutis, Mogunt. Anno 1635. Videantur *Alegambe, pag. 63. & Placcius, pag. 157.*

Du ROSIER librum exaravit de gloria Bononienſium, in 4.

de ROSIERES (Franc.) edidit ſtemmata Lotharingiæ & Bavariæ, An. 1580. fol. Vid. *Zeillerus, part. 2. pag. 128.*

de ROSINIS (Cels.) lyceum Lateranenſe conſtruxit tomis 2. fol. Cæſenæ, Anno 1649.

ROSINUS (Joh.) orator eximius & poeta inſignis, An. 1545. Viennæ obiit, teſte *Edero, pag. 78.*

ROSINUS (Joh.) Iſennacenſis Thuringus, An. 1606. obiit. Condidit decem libros antiquitatum Romanarum, quos poſtea notis illuſtravit *Thomas Dempſterus. Thomas Reineſius in Var. lect. l. 1. c. 14. pag. 58.* ita de *Roſino* judicat: Iſte homo in quodvis opus condemnandus potius fuit, quàm ad Romanas antiquitates digerendas admittendus: adeò nihil ſani ubiq; fere docet, niſi cum autores integros deſcribit & nihil de ſuo inculcat: quamprimum autem vel tantum excerpta dat vel è ſuo penu aliquid, nugas blatit & meras imperitias. Vid. *Eraſmus Smidius* in *Notis* ad *Nov. Teſt. pag. 5. Quenſtadius pag. 220. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 265. Borremanſ. pag. 93.*

ROSIUS (Jac.) compoſuit generale calendarium aſtronomicum & aſtrologicum, Anno 1630.

ROSLA (Henr.) Nienborgenſis Saxo, ante 400. annos poëma hiſtoricum condidit, quod vocavit Herlingsbergam. Prodiit cum notis *J. H. Meibomii*, Luneburgi, An. 1652.

ROSLERUS (Jac.) de præcipuis juris privati articulis, Anno 1673. tractare aggreſſus eſt.

ROSLERUS (Matth.) Uraniam carmine celebravit, An. 1549.

ROSLINUS (Eliſæus) ſcr. de opere Dei creationis & hypotheſes de mundo, An. 1597.

ROSMER (Paulus) de jure & juſtitia commentatus eſt, An. 1669.

ROSSÆUS (Alex.) Aberdonenſis, emiſit Virgilium triumphantem libris 13. Anno 1638. Item, tract. de religionibus totius mundi. Carmen ejus de rebus hebraicis ab exitu ex Ægypto, occurrit *Tom. 2. Delit. Scot. pag. 388.* ut & hiſtoria evangelica *ibidem, pag. 426.* Vid. *Kempius pag. 143.*

ROSSÆUS (Guilh.) ſtruxit tractatum de juſta autoritate reip. Chriſtianæ in reges impios & hæreticos Antv. Anno 1592.

ROSSELIUS (Annibal) Calaber, Anno 1590. claruit. Primùm Tuderti in Thuſcia: mox Cracoviæ in Polonia theologiam profeſſus eſt. Conſcripſit ingens opus, ſex tomis diſtinctum, in Pœmandrum & Aſclepium Mercurii Triſmegiſti.

giſti. Extat ejusdem tract. de 7. Sacramentis. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 159. Starovolſcius pag. 38.*

ROSSELLIUS (Joſeph.) de dubiis & ſcrupulis in conſcientia, An. 1661. ſcribere cœpit.

ROSSELLUS (Joh. Franc.) Catalanus, medicus, Anno 1627. claruit. Extant ejus commentarii in ſex libros Galeni de differentiis & cauſis morborum & ſymptomatum: item, epiſtolæ.

ROSSETTUS (Biaſ.) tractavit de auferendis nonnullis abuſibus in templo Dei, Anno 1529.

ROSSETTUS (Proſper) Florentinus, Cantic. Cant. commentario illuſtrare cœpit, Venet. An. 1597.

ROSSETUS (Dan.) Liburnus, laudatur *Greg. Leto in It. regn. pag. 493.*

ROSSETUS (Franc.) Gallus medicus, carmen exaravit de partu Cæſareo & fœtus lapidei vigeoctennalis cauſa, Pariſ. Anno 1590. Extant ejusdem tragicæ ſui temporis hiſtoriæ.

ROSSETUS (Pet.) emiſit poëmata ſacra, Baſil. An. 1542.

ROSSIUS (Joh. Galeacius) Anno 1575. floruit.

ROSSIUS (Minus) Bononienſis, Anno 1493. vixit. *Quidam* nobilium eruditiſſimum & eruditorum nobiliſſimum vocabant.

ROSSIUS (Pet. Matth.) edidit obſervationes chirurgicas, Anno 1608.

ROSSOTTUS (Andr.) paravit axiomata philoſophiæ, An. 1660.

ROSSIUS (Joh.) Britanniam deſcripſit, Anno 1607.

ROSSUS (J. B.) Vide, RUBEUS.

ROSSIUS (Joh. Victorius) nobilis Romanus, An. 1648. claruit. Sub nomine *Jani Nicii Erythei* tres partes pinacothecæ imaginum illuſtrium virorum: epiſtolas ad Tyrrhenum: dialogos: exempla virtutum & vitiorum: homilias: paradoxa: orationes viginti duas: documenta: decem libros Eudemiæ, typis tradidit. Vid. *Placcius in Pſeudon. pag. 230.* Quære, NICIUS.

ROSTEUSCHERUS (Chriſt.) gymnaſii Gedanenſis inſpector, JCtus & hiſtor. profeſſor, ſcripſit de Innocentio X. pontifice.

ROSTINIUS (Barth.) collegit indicem omnium ſententiarum & verborum, quæ in Hippocratis aphoriſmis continentur, Venet. An. 1555.

ROSTIUS (Georg.) Mansfeldenſis, natus eſt An. 1582: obiit An. 1629. Compoſ. antiCrocium: it. comm. in Threnos & epiſtolam S. Judæ, An. 1627. Vid. *Henn. Witte in Theol. pag. 326.*

ROSTIUS (Nic.) paſtor Chemnicenſis, librûm edidit abſolutorium.

ROSWEIDUS (Herib.) Ultrajectinus, natus eſt Anno 1569: Anno 1629. Condidit vitas S. Patrum: hiſtoriam eccleſiaſticam: notas in martyrologium Rom. &c. Alia ejus ſcripta *Sweertius pag. 339.* & *Alegambe pag. 178.* recenſent. Cum Caſaubono & Jac. Capello ſæpe ſcriptis dimicavit.

ROTA (Bernhardin.) Neapol. ſcr. 3. libros elegiarum: 4. libb. epigrammatum: librum ſilvarum, & næniam, quæ nuncupatur Portia. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 46. Donat. Calvus pag. 82.*

ROTA (Joh. Andr.) An. 1624. floruit. Habuit orationes.

ROTA (Joh. Franc.) medicus, An. 1546. claruit. Tractavit de tormentariorum vulnerum natura & curatione. Videatur *Bumaldus pag. 135.*

ROTA (Jul. Martianus) Ariſtotelis libellum de lineis inſecalibus latine tranſtulit. Vid. *Simlerus.*

ROTA (Lud.) Bergomas, natus eſt Anno 1579: obiit Anno 1630.

ROTA (Mart.) collegit effigies 24. imperatorum Roman. ad Alexandrum Severum usque, Venet. Anno 1570. fol.

ROTA (Mich. Ang.) Bergomas, natus eſt Anno 1589: obiit Anno 1661. Extant tres ejus centuriæ conſiliorum medic. tractat. de peſte: & alius de curatione morborum internorum. Videatur *Donatus Calvus pag. 405.* Ab *Imperiali in Muſeo pag. 205.* labantis humani generis reparator & vindex acerrimus ſalutatur.

ROTA (Pet.) hortum diſcurſuum prædicabilium Anno 1673. typis tradidit.

ROTCASIUS (Car.) Flander, JCtus, carmina: item, reſponſa juris compoſuit.

ROTELLA (Joſeph.) in iſagogen Porphyrii, Cæſenæ, Anno 1649. commentatus eſt.

ROTENBECK (Joh.) edidit ſpeculum ſcorbuticum, An 1633.

ROTENBECK (Mich.) doctor, collegit epitaphia, quæ Norimbergæ extant in templis & cæmiteriis, An. 1622.

ROTERODAMUS (Arn.) adornavit ſpeculum conſcientiæ. Videatur *Swertius pag. 144.*

ROTH (Hugo) Auguſtanus, Anno 1650. obiit. Exaravit viam regiam virtutis & vitæ ſpiritualis. Videatur *Alegambe, pag. 190.*

ROTHARDUS (Mich.) emiſit Saulem αὐτόχειρα: item, Samuelem redivivum. Extat in opere critico Anglicano.

ROTHE (Henr.) Islebienſis paſtor, reliquit homilias in catechiſmum & Siracidem.

ROTHIUS (Jac.) condidit paraphraſin poëticam in epiſt. Pauli ad Rom. Cor. Galat. & Ephel. An. 1568.

ROTHMALERUS (Joh.) tractavit de neceſſitate bonorum operum. Extat ejusdem œconomia ſapientiæ Chriſti, edita An. 1648.

ROTHMANNUS (Joh.) emiſit ſynopſin meteorologiæ, An. 1619. item, chiromantiam, An. 1595.

ROTINGUS (Mich.) SultzfeldenſisFrancus, An. 1588. ætat. 94. obiit. Gymnaſio Ægidiano diu multa cum laude præfuit. *Epitaphium* ejus ita habet:

Clauditur egeſta Michaël *tellure* Rotingus,
Francus avis, cultus moribus, arte, fide.
Prætulit eximia hunc pietate Lutherus *Amicis,*
Intima committens huic ſua conſilia.
Nota Viri virtus: Reſpublica Norica pubem
Dotibus ornandam huic credidit Aonidum.
Reſtitit & furiis Oſiandri, *turpe negantis*
Nos juſtos fieri ſanguine, Chriſte, tuo.
Nunc anima è vinclis ſubducta triumphat in æthra,
Et reditum expectant membra novanda ſui.
Da benè, Chriſte, mori: teque unum apprendere leto
Victorem. Æternum is, qui benè credit, ovat.

ROTMARUS (Val.) collegit 5. centurias adagiorum è Virgilio, An. 1577.

ROTMUNDUS (Laur.) conſtruxit theatrum mundi, An. 1607.

ROTSCHLITZ (G.) JCtus, publicavit proceſſum Juris.

ROTTA (Hieron.) ſcripſit de principalitate Romanæ eccleſiæ, Ingolſt. Anno 1550.

ROTUNDUS (Felix) inter eruditos numeratur à *Gr. Leto in Ital regn pag. 316.*

ROTZ (Fr.) Gerundenſis, Anno 1605. Cranganorenſis epiſcopus factus eſt. Erat linguæ Syriacæ & Malabaricæ peritus. Doctrinam Chriſtianam lingva Malabarica expreſſit multosq; libros eccleſiaſticos è ritu Romano in Chaldaicam linguam tranſtulit. Videatur *Alegambe, pag. 133.*

ROVATUS (Horat.) JCtus, collegit deciſiones Florentinas, An 1599.

ROVENIUS (Phil.) Daventrienſis, tractatum de miſſionibus ad propagandam fidem libris 5. compoſuit, teſte *Swertio.*

ROVENSTRUNCK (J. W.) meditationes ædilitias de judicio equeſtri Anno 1664. emiſit.

ROVERIUS (Pet.) Avenionenſis, Anno 1604. vixit. Reliquit harmoniam 4. librorum Moſis. Vid. *Alegambe, pag. 397.*

ROVESCALA (M. Ant.) JCt. paravit ſcholia in Alex. Imolenſis 7. conſiliorum volumina.

à ROVILLASCO (Phil.) ſtruxit practicam operis magni. Vid. *Linden, pag. 511.*

de ROVILLE (Guilh.) Alenconienſis, JCtus, de juſtitia & injuſtitia commentatus eſt. Extat *T. 1. Tract. tract.*

ROVITUS (Scipio) ſcripſit conſilia, Anno 1622. fol.

ROULERIUS (Adr.) Inſulenſis, confecit Stuartam tragœdiam, Anno 1593. teſte *Swertio.*

ROUS (Franc.) edidit interiora regni DEI, Lond. An. 1655.

ROUSSELET (Joh.) Rhemenſis, An. 1624. claruit. Vid. *Alegambe, pag. 271.*

ROUSSELL (Adrian.) opticam Chriſtianam Anno 1646. luci publicæ commiſit.

ROUSELLUS (Mich.) compoſuit hiſtoriam pontificiæ jurisdictionis, Pariſ. Anno 1625.

ROUSSETUS (Franc.) Gallus, librum exara-

exaravit, cui titulus, ὑστεροτομολογία, An. 1580. Vide, ROSSETUS.

ROUTARTIUS (Mich.) Atrebas, JCtus, edidit oculum hiſtoriæ, Lovan. Anno 1628.

ROWLANDUS (Joh.) emiſit polemicam vel ſupplementum pro rege & populo Anglicano, An. 1652.

de ROXAS (Fr.) ſtruxit catenam auream in evangelia tribus tomis, Lugd. Anno 1651. fol. item, deciſiones rotæ Romanæ, An. 1662.

de ROXAS (Herm.) tractavit de incompatibilitate regnorum, Anno 1669. fol.

ROXAS (Joh.) Toletanus, Anno 1605. obiit. Opus ingens de vita & morte Chriſti adornavit, quod tamen morte præventus abſolvere non potuit. Vid. *Alegambe, pag. 271.*

à ROXIATE (Albericus) Vide, ROSATE.

de ROY (Alardus) Inſulenſis, natus eſt An. 1588. Monſtravit iter certum cœli & modum efficacem ad ſalutem Anno 1621. Vid. *Alegambe, pag. 9.*

del ROY (Ant.) condidit floretum philoſophicum vel ludum Meydonianum in terminos totius philoſophiæ, An. 1649. in 4.

le ROY (Franc.) ſtruxit templum ſapientiæ: item, compendium philoſophiæ Ariſtotelicæ.

de ROY (Hugo) ſcripſit de eo, quod juſtum eſt, Anno 1668.

ROYA (Ægid.) An. 1478. obiit. Continuavit *Brandonis* chronicon.

ROYARDUS (Joh.) homilias publicavit, Pariſ. An. 1548.

ROYSIUS (Pet.) Hiſp. collegit deciſiones Lithuaniæ, fol. Vid. *Starovolſcius, pag. 82.*

ROZCISZEUSKI (Alb.) Polonus, Anno 1619. obiit. Suſcepit defenſionem calendarii Gregoriani contra *Latoſium* mathematicum. Videatur *Alegambe, pag. 10. Placcius pag. 165. 225.*

ROZENIUS (U.S.) confecit ſynopſin actorum colloquii Thorunienſis, Amſt. Anno 1646.

ROZERIUS (Fr.) concinnavit ſtemmata Lotharingiæ & Barrenſium Ducum, teſte *Thuano, lib. 78.*

de la RUA (Hier.) Toletanus, emiſit tomum controverſiarum theologicarum & ſcholaſticarum, Romæ, Anno 1584.

RUADANUS, A. C. 584. obiit. Fertur ſcripſiſſe de mirabili fontium in Hibernia natura.

RUALDUS (Joh.) collegit animadverſiones in Plutarchum.

RUARUS (Matt.) epiſtolas exaravit, quæ Anno 1677. in lucem demum prodierunt.

RUBENIUS (Alb.) reliquit duos libros de re veſtiaria.

RUBENIUS (Phil.) natus eſt A. 1574: obiit A. 1611. Lipſii diſcipulus erat. Edidit electa & Aſterii quinque homilias latinè tranſtulit. Carmina ejus quære *T. 4. Delit. Belg. pag. 21.* Vitam ipſius *Joh. Brantius* exaravit. Videatur *Swertius, pag. 646.*

RUBENUS (Leonh.) de falſis prophetis Anno 1600. tractare aggreſſus eſt.

de RUBEIS (Dominicus) tabulas phyſiognomicas Venet. Anno 1639. concinnavit.

de RUBEIS (Flamin.) JCtus, emiſit conſilia, Anno 1611: item, tract. de adulteriis, Anno 1600.

de RUBEIS (J. Lup.) JCtus, repetitionem rubricæ elaboravit.

RUBEUS (Archang.) in libros Sententiarum, Venet. Anno 1603. commentatus eſt.

RUBEUS (Franc.) Genuenſis, nocturnas exercitationes elucubravit.

RUBEUS (Hier.) Ravennas, medicus, 12. libros hiſtoriarum Ravennatenſium exaravit. Extant ejuſdem annotationes in 8. libros Corn. Celſi, Venet. impreſſæ Anno 1616.

RUBEUS (Joh. Ant.) Alexandrinus, Anno 1544. obiit. Tractavit de querela inofficioſi teſtamenti. Vid. *Guido Panzirolus in J Ct. l. 2. c. 166. Ghilinus, vol. 1. pag. 94.*

RUBEUS (J. B.) vel ROSSUS, Bergomas, natus eſt An. 1633. Condidit horas ſucciſivas literarias, h. e. elogia & epiſtolas, teſte *Calvo, pag. 39.*

RUBEUS (Joh. Georg.) Anno 1564. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 109.*

RUBEUS (Joh.) Athenſis, An. 1595. vivere deſiit. Animo adeò demiſſo fuiſſe dicitur, ut eſculenta publicè in foro coëmere domumque deportare non erubeſceret. Organi Ariſtotelici verſionem adorna-

adornavit. Extat ejuſdem harmonia quatuor Evangeliorum. Videantur *Sweertius*, *pag. 462. Vernulæus in Acad. Lovan. pag. 308.*

RUBEUS (Octav.) vel Roſſus, JCtus Brixienſis, memorias Brixianas, opus hiſtoricum & omnis antiquitatis theſauris refertum, Anno 1616. publicavit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag 181.*

RUBEUS (Paulus) JCtus, de teſtamentis ſcribere aggreſſus eſt, Romæ, Anno 1654. fol.

RUBEUS (Theod.) Tiphernas, JCtus, compoſuit horarium eccleſiaſticum univerſale perpetuum in univerſo terrarum orbe, Romæ, Anno 1660. fol. Extant ejuſdem Singularia, ex deciſionibus rotæ Romanæ ſelecta, duobus tomis diſtincta, An. 1637. fol. Vid. *Leo Allatius in A. U. pag. 239.*

RUBINUS (Alex.) Bergomas, edidit Ciceronem enucleatum libris 4. Anno 1612.

de RUBIONE (Guilh.) Hiſp. in 4. libros Sentent. commentari cœpit, Anno 1518.

RUBIUS (Claud.) condidit hiſtoriam Lugdunenſium. Vid. *Thuanus l. 168.*

de Torres RUBIUS (Did.) Toletanus, Anno 1638. ætatis 91. obiit. Compoſ. grammaticam & dictionarium linguarum Aymaræ & Quichuæ, quarum uſus eſt in Peruvio. Vid. *Alegambe, pag. 95.*

de RUBRUQUIS (Guilh.) monachus, Anno 1253. claruit. Legationem in Tartariam ſuſcepit & inde varia retulit.

RUCCELLAIUS (Horat. Ricaſolus) ſtruxit dialogos de anima.

RUCCELLAIUS (Joh.) elaboravit carmen de apibus.

RUCELINUS (Joh.) Britannus, Anno 1094. claruit. Fertur primus fuiſſe nominalis aut nominalis doctrinæ in logica Ariſtotelis inventor. Vid. *Thomaſius in diſp. de ſcholaſt. Doct. §. 6.*

RUCHIUS (Joh. Guilh.) Gandenſis, in literas redegit genealogiam Caroli V. Imperatoris.

RUCKERUS (Nicol.) JCtus, egit de officio commiſſarii; An. 1596.

RUDBECKIUS (Joh.) Nericius, Suecus, tractavit de officio docentium & diſcentium: de privilegiis doctorum & ſtudioſorum: de religione Lutherana & Moſcovitica. Videatur *Scheferus in Upſal. pag. 402.*

RUDBECKIUS (Olaus) medicus Upſalienſis, ſcripſit de ductibus hepaticis, Anno 1653

RUDBURNUS (Thom.) Wintonienſis Anglus, Anno 1480. floruit. Condidit annales gentis ſuæ.

RUDELIUS (Joh.) collegit conſilia in jure.

RUDINGERUS (Eſromus) Babepergenſis, natus eſt Anno 1525: obiit Anno 1591. Erat vir rarâ eruditione, qua promeruit, ut *Joachimus Camerarius* filiam ei elocaret. Witebergæ, præter phyſicam, ethicam etiam & alias artes interpretatus eſt. Edidit εὐθυμελογικὴν ἡδονὴν ſoceri ſui: Procli verò hypotypoſin aſtronomicarum poſitionum latinè tranſtulit.

RUDINGERUS (Joh.) JCtus, obſervationes juris cameralis An. 1658. in lucem prodire juſſit.

RUDINGERUS (Nicol.) Piloveruas, carminibus pangendis operam dedit. Vid. *Tomus 5. Delit. Germ. pag. 908.*

RUDIUS (Euſtach.) Utinenſis, ſcripſit 5 libros de morbis occultis & venenatis, Anno 1606. item, de conſtitutione cordis: ut & 7. libros de affectibus externis corporis humani. Videatur *Linden, pag. 167.*

RUDIUS (Jac.) tractavit de divina gratia & antichriſto, Venet. Anno 1603.

RUDOLFUS (Pet.) Imolenſis, natus eſt Anno 1580. Condidit tres tomos hiſtoriæ Seraphicæ religionis: homilias centum in ſeptem Pſalmos pœnitentiales, &c. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag 217.*

RUDRAUF (Chilianus) edidit inſtitutiones morales Chriſtiano-peripateticos, An. 1660: item, collegium philotheoſophicum, An. 1672.

RUEFFUS (Joh.) Tigurinus, egit de generatione & corruptione hominis, Anno 1587. Vid. *Linden, pag. 298.*

RUELIUS (Joh. Lud.) Theologiæ Licentiatus, Anno 1673. Norimbergæ obiit. Reliquit quatuor volumina de conciliis eccleſiaſticis. Extat ejuſdem ſchediaſma de epiſtolis formatis.

RUELLIUS (Joh.) Sueſſionenſis, obiit 60. ætatis anno, paulo antequam Rex Franciſcus nivoſas alpes trajiceret. Scriptis magnam

magnam nominis celebritatem conſecutus eſt. Dioſcoridem, ut & libros de mulomedicina, nec non Actuarii volumen de urinis latine tranſtulit. Proprio ingenio uſus tres libros de natura ſtirpium elaboravit *Eraſmus in Ciceroniano pag. 171.* De Ruellio ſentio, quod peritiſſimo rei medicæ dignum eſt; in vertendis Græcis religioſæ fidei. Hoc laudis maluit, quam haberi Ciceronianus. Vid. *Jovius in Elog. num 93. & Sammarthanus, pag. 10.*

de RUES (Franc.) Ann. 1608. deſcriptionem regni Galliæ promulgavit.

RUETTUS (Joh. Andr.) à famulo occiſus eſt. Laudatur à peritia matheſeos & poeſeos. Poematum librum, murmur Heliconis inſcriptum, exaravit. Vid. *Tollius de Inf. lit. pag. 33.*

RUEUS (Franc.) Inſulanus, medicus, de gemmis Anno 1547. commentatus eſt.

RUFFIUS (Jac.) doctrinam de partu probe pertractavit & excuſſit.

RUFFIUS (Mat.) edidit proluſiones allegoricas, Avign. A. 1660.

RUFINIANUS (Jul.) tractavit de figuris lexeos & dianœas.

RUFINUS Toranius, Aquilegienſis presbyter, S. *Hieronymo* σύγχρον☉ fuit. Quoniam Græcè & Latinè doctus erat, Græcorum ſcripta in latinum ſermonem traducere haud omiſit. Imprimis Origenis librum περὶ Ἀρχῶν, Flavium Joſephum, Clementis Romani recognitiones, Euſebii hiſtoriam eccleſiaſticam convertit. Euſebio duos libros de ſuo adjecit. Scripſit etiam expoſitionem ſymboli Apoſtolici: duas invectivas in Hieronymum, & alia. Videantur *Iſidorus de vir. Illuſtrib. c. 6. Rivetus Tom. 2. oper. pag. 1134. Quenſtadius pag. 270. Olearius in Abaco, pag. 416.*

RUFINUS (Jac.) carmina modulatus eſt. Vid. *T. 2. Del. It. pag. 545.*

RUFINUS (Licinius) JCtus, tempore Alexandri Severi claruit. Compoſuit libros regularum duodecim. *Bertrandus pag. 180.* Chriſtianum fuiſſe autumat, & collationem legum Moſaicarum & Rom. ipſi tribuit. Vide, LICINIUS.

RUFUS, Ῥοῦφ☉, dramaticam & muſicam hiſtoriam ſcripto complexus eſt, teſte *Photio, Cod. CLXI.*

RUFUS, Epheſius, medicus, tempore Nervæ & Trajani claruit. Compoſuit ſex libros de herbis verſu hexametro, quemadmodum *Galenus lib. 6. de facult. ſimpl. medic.* teſtatur. Extant etiam ejus libri tres de appellationibus partium corporis humani, quos latinè vertit *Jun. Paulus Craſſus.* Porrò de renum & veſicæ morbis commentatus eſt. Rufum Epheſium ferè totum *Pollux* in librum ſuum ſecundum tranſtulit.

RUFUS, Perinthius, inter ſophiſtas locum occupat. Vid. *Philoſtratus in vitis ſophiſt. pag. 562.*

RUFUS (Chriſtoph.) emiſit antexegemata ſive diverſas explicationes ſcriptorum veterum, præſertim Ariſtotelis, quæ habentur *Tom. 2. Lamp. Crit. Grut. Pet. Victorius in Var. lect. 37, 2.* vocat virum utriusque linguæ peritum & in Peripateticorum diſciplina diligenter verſatum. Vid. *Hieron. Magius in Miſc. l. 3. c. 1. ſub finem.*

RUFUS (Gualt. Herm.) Argent. enchiridion jatromathematicum A. 1542. evulgavit.

RUFUS (Nicol.) collegit ſingularia in jure.

RUFUS (Rem.) ſcriptis certavit cum *Molineo*, de pontifice, Pariſ. An. 1553.

RUFUS (Rich.) Anglus, Anno 1520. vixit. Vulgò philoſophus admirabilis dictus fuit. In libros Sententiarum commentatus eſt. Videatur *Waddingus in S. O. M. pag. 306.*

RUFUS (Sextus) vir conſularis, tempore Valentiniani Imp. vixit, eique epitomen rerum geſtarum pop. Rom. quæ inſcribitur de conſulari & imperiali dignitate & acceſſione Rom. Imperii, dedicavit. Eum libellum, cùm corruptiſſimè anteà legeretur, correxit & ſcholiis illuſtravit *Joh. Cuſpinianus.* Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. part. 158.*

RUGERIUS (Bonif.) edidit conſilia, Venet. Ano 1593.

RUGERIUS (Jul.) condidit opuſcula theologica, Venet. An. 1581.

RUGGERIUS (Mich.) Gravlnenſis, Anno 1607. obiit. Catechiſmum Sinico ſermone expreſſit. Vid. *Alegambe, pag. 344.*

RUGGUS (Rog.) vel Rugoſus, Anglus, in magiſtrum Sententiarum commentatus eſt. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 312.*

RUGI-

RUGINELLUS (Jul. Cæſ.) Mediolanenſ. JCtus, tractavit de appellationibus, An. 1619. fol.

RUHELIUS (Conr.) antiGretſerum, Anno 1602. imprimi curavit.

RUICLIUS (Steph.) Andernacenſis, Anno 1630. vixit. Orationem habuit de auguſta S. Scripturæ majeſtate vulgò non obvia. Videatur *Alegambe*, *pag.556.*

RUINUS (Car.) Rhegienſis, An. 1530. obiit. Reliquit conſiliorum volumina quinque: item, comment. in primum & ſecundum Digeſti novi. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag.55.*

RUINUS (Car.) alter, An. 1580. floruit. Emiſit anatomiam animalium, Venet. An. 1618.

RUIS vel RUIZ (Did.) ſcripſit in primam Thomæ, An. 1629: item, de prædeſtinatione, An. 1639.

RUIZ (Caſp.) Germanus, An. 1624. obiit. Condidit grammaticam linguæ Gorgotoquienſis, cujus in Peru uſus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 151.*

RUIZIUS (Franc.) Anno 1546. vixit. Struxit regulas in utrumque Teſtamentum.

RULANDUS (Mart.) Friſingenſis, Anno 1602. morbo Hungarico obiit. Edidit medicinam practicam: item, dictionarium alchymiſticum. Extat etiam ejus lexicon Latino-Græcum, quod tamen cautè legendum eſt, cum multa obſoleta & inuſitata contineat. Videatur *Thuanus, l.127.*

RULANDUS (Mart.) fil. Ratisbonenſis, ſcripſit de lue Hungarica: item, 2. libros problematum medico-phyſicorum.

RULANT (Rutg.) JCtus, tractavit de commiſſariis & commiſſionibus: item, de emphyteuſi, An. 1618. Vid. *epiſtolæ ſelectæ D. Richteri, pag.199.*

RULLEUS, inuenit exemplar MS. epiſtolæ S. Polycarpi, longè majoris præ illa, quam habemus, ceu ſcribit *Emericus Bigot.*

RUMBAUM (Chriſt.) Sileſius, librum adornavit de exercitationibus corporis humani, An. 1586.

RUMELINUS (Mart.) confecit diſſertationes ad auream Bullam, An. 1643.

RUMETSCHIUS (J.Chr.) vulgavit librum de Turcarum everſione vel converſione, An. 1674. in 4.

RUMETIUS (Lud.) Abavillæus. A. 1630. claruit. Promulgavit viridarium S. Scripturæ. Vid. *Sauſſay, pag. 237.*

RUMPIIUS (Henr.) Andromachen Euripidis latine vertit, An. 1619.

RUNCKEL (Joh. Hartm.) JCtus, de jure retractus commentatus eſt, An. 1664. Extat ejusdem tractatus de repræſentione principis vel comitis, An. 1668. impreſſus.

RUNGIUS (David) Pomeranus, natus eſt Anno 1564: obiit An. 1604. Witebergæ theologiam magna cum laude profeſſus eſt. Anno 1601. colloquio Ratisbonenſi interfuit. Scripſit comm. in Geneſin Exodum, Leviticum, &c.

RUNGIUS (Jac.) ed. homilias, Anno 1604.

RUPERTUS, Tuitienſis Abbas, An. 1135. obiit. *Bellarminus de ſcr. eccleſ. pag. 141.* refert, S. Rupertum in ea fuiſſe ſententia, non converti panem in corpus Chriſti in euchariſtia, ſed aſſumi à verbo divino, quemadmodum aſſumta eſt humanitas. Contexuit tractatum de divinis officiis: & alium de S. Trinitate & ejus operibus. Vid. *Bruſchius de Monaſt. pag. 156.b. Sweertius pag.670. Ph. Labbe T.2. diſſ. pag. 312. Quenſtadius pag. 243. Olearius pag. 417.*

RUPERTUS, Erythropolitanus, compoſ. catenam auream in quatuor Evang. ſex tomis, Magdeb. An. 1604.

RUPERTUS (Chriſt. Adamus) Altdorfinus, natus eſt Anno 1610: obiit Anno 1647. Erat poëta feliciſſimus, orator diſertiſſimus, hiſtoricus planè inſignis. Profeſſioni hiſtor. in hac univerſitate Altd. per novennium præfuit. Reliquit comment. in Florum, Velleium, Salluſtium, Val. Maximum, &c. Extat ejusdem Mercurius epiſtolicus & oratorius. Mortuo *Mart. Brendelius* parentavit. *Epitaphium* ei tale politum: D.O.M.S. Hic jacet Chriſtophorus Adamus Rupertus, hiſtoriarum profeſſor publicus, multis morbis exagitatus: ſed anima in omnium ſanctiſſimarum animarum receptaculum cœlum recepta eſt. Obiit A. M. DC. XLVII. d. 27. Febr. natus annos 37. menſem & dies 28. Vid. *Chimentellius de hon. Biſell. pag.280. Henningus Witte in philoſ. pag. 593. Chr. Arnoldus in Parent. Fuhrer. pag. 84.*

RUPERTUS (W. H.) JCtus, lucubrationes logic. ethic. politicas exaravit.

de RUPE SCISSA (Joh) compoſ. conſiderationem quintæ eſſentiæ rerum omnium Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 225. Olearius, pag. 264.*

RUPEUS (J. Chriſt.) emiſit emblemata anthologica, An. 1599.

RUPIFULCADIUS (Franc.) Card. obiit Anno 1645. Videatur *Sauſſay, pag. 219.*

RUPINUS (Nic.) Gallus, poeta, A. 1609. obiit, teſte *Conrado.*

RUPIPOZEUS (Henr.) Pictavienſis epiſcopus, An. 1614. claruit. Edidit nomenclaturam Cardinalium, qui ſcriptis aliquid commentati ſunt: item ſynopſin diſtinctionum philoſophicarum & theologicarum Videatur *Sauſſay pag. 194* Quære, CASTANÆUS.

RURICIUS, Lemovicenſis epiſcopus, ſeculo V. floruit. Reliquit duos epiſtolarum libros. Invenies quoque ap. *Sidonium* epiſtolas nonnullas, quæ ad hunc Ruricium exaratæ ſunt. Vid. *Phil. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 315. Olearius, pag 418.*

RUS (Nic.) An. 1513. claruit & ingens opus de triplici funiculo compoſuit, quod explicationem ſymboli, decalogi & orationis dominicæ continebat. A Pontificiis, quod ipſorum ſuperſtitiones taxaſſet, Roſtochio exactus & in Livoniam abire coactus eſt, ubi obiit.

à RUS (Rich.) ſcripſit contra martyrium Nic. Ruſca, Ingolſt. An. 1620.

RUSARDUS (Lud.) Vide, RUSSARDUS.

RUSBROCHIUS (Fulcherius) Polonus, edidit *Henr. Norim* dogmatiſten, S. Auguſtino injurium, An. 1676.

RUSBROCHIUS (Joh.) Brabantus, Anno 1381. obiit. Condidit comment. in tabernaculum Moſis: ſummam vitæ ſpiritualis: librum de virtutibus & alia. In nonnullis à *Joh. Gerſone* reprehenſus eſt. Si *Sixto Senenſi* credimus, pro altero Dionyſio Areopagita habitus fuit. Vid. *Swertius, pag. 463. Ph. Labbe T. 1. diſſ. pag. 604. Olearius, pag. 264.*

RUSCA (Ant.) Mediolanenſis theologus, tractatum de ſtatu dæmonum ante mundi exitium, An. 1621. typis tradidit.

RUSCELLUS (Hier.) confecit ſcholia in 4. libros *Natalis à Comitibus* de venatione. Videatur *Ghilinus vol. 1. pag. 166.*

de RUSCONIBUS (Ambroſ.) exſtruxit triumphum catholicæ veritatis à Simone mago usq; ad Antonium de Dominis, Venet. An. 1609 in 4.

RUSDORFIUS (Joh. Joach.) ſuſcepit vindicias cauſæ Palatinæ, An. 1640. fol. Extant ejusdem epigrammata. Vid. *Placcius, pag. 210.*

RUSIUS (Laurent.) hippiatriam, Pariſ. An. 1532. fol. publicavit.

de la RUSSALIERE (Joh.) collegit floſculos Patrum, Pariſ. An. 1670.

RUSSARDUS (Lud.) Gallus, Anno 1554. claruit. Vertit è Plutarcho libellum de garrulitate. *Hieronymus Magius l. 4. miſc. c. 7.* vocat virum perſpicacem & acerrimi judicii. Vid. *Turnebus in Adv. 23, 30. Scalig. in Auſon. pag. 185. 188. Barthius in l. 2. Theb. Papin. pag. 601.*

de RUSSIA (Rupertus) Anno 1270. floruit. Struxit 4. libros in Sententias Lombardi. Videatur *Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 310.*

RUSSO (Balth.) Livonicam hiſtoriam literis mandaſſe fertur.

RUSTICELLUS (C.) Bononienſis, orator, ante C. N. floruit.

RUSTICUS, diaconus, A. C. 548. claruit. Compoſuit dialogum adverſus Acephalos. Vid. *Phil. Labbe T. 2. diſſ. pag. 316. Olearius, pag. 419.*

RUSTICUS (Fabius) Claudii & Neronis Impp. temporibus vixit. Texuit ſui temporis hiſtoriam. Ex ea nonnulla *Tacitus l. 13. 14. & 15. annal.* affert. In *vita Agricolæ ita* laudatus *Tacitus*: Livius veterum, Fab. Ruſticus recentium eloquentiſſimi ſcriptores.

RUSTICUS (Junius) laudes Pæti Thraſeæ & Helvidii Priſci compoſuit, teſte *Suetonio in Domitiano c. 10.* Vid. *Jonſius de S. H. Ph. 3, 5.*

RUSTICUS (Pet. Ant.) Placentinus, emiſit memoriale medicorum canonicè medicantium. Prodiit Papiæ Anno 1517.

de RUSTIGARIIS (Ruſtigarius) JCtus, Anno 1280. claruit. Reliquit quæſtiones.

RUTCOVIUS (Andr.) tractavit de modis acquirendi, Amſterd. Anno 1650.

RUTEUS (Ant.) ſcripſit de participationibus, Anno 1637.

RUTGERSIUS (Guinand.) metaphyſicum Anno 1610. evulgavit.

RUTGERSIUS (Joh.) Dordracenus, natus eſt Anno 1589: obiit Anno 1625. Struxit ſex libros variarum lectionum & Guſtavo Magno dedicavit: item, notas in Martialem. Vitam ejus habes in poëmatibus Rutgerſianis, à *Nic. Heinſio* editis Vid. *Sweert pag. 383.*

RUTHARDUS (Caſp.) Eyſtettenſis, Anno 1638. obiit. Scripſit de uſu rationis humanæ. Extat ejusdem ſacra coſmologia, phyſicis theoriis illuſtrata. Vid. *Alegambe, pag. 151.*

RUTHENUS (Joh.) Gnoſtopolitanus, elaboravit tabulas locorum utriusque Teſtamenti.

RUTHERFORD (Sam.) adornavit examen Arminianiſmi. Vide, RHETORFORTIS.

RUTILIUS Claudius Numantianus, Gallus, Honorii Imp. ætate, vel A. C. 410. claruit. Aliquando præfecturam urbis Romæ adminiſtravit. De ſuo itinere duos libros ad Venerium Rufinum carmine elegiaco compoſuit. Vulgò Itinerarium inſcribitur. Id ſua ætate in Bobiano cœnobio inventum eſſe *Volaterranus* affirmat. Carmen eſt elegans, ſed quod odium ſpirat religionis Judaicæ & Chriſtianæ. Vid. *Glandorp. pag. 756.*

RUTILIUS Geminus, antiquus autor, condidit libros pontificales, quibus ea expoſuit, quæ ad pontifices gentiles pertinebant. Citatur à *Fulgentio*, in voce *Arvales*. Eum quoque *Macrobius*, *Saturnal. 1, 16.* intelligit. Compoſuit etiam Aſtyanactem tragœdiam. Vid. *Glandorp. pag. 756.*

RUTILIUS Lupus, quatuor libros Gorgiæ Leontini, non antiqui illius, ſed æqualis ſui, in cinnum contraxit, ceu ſcribit *Fabius l. 9. c. 2.* Videatur *Glandorp. pag. 755. Voſſ. de nat. rhet. pag. 94. Barth. in Claud. pag. 1352.*

RUTILIUS Maximus, JCtus, librum ſingularem ad legem Falcidiam confecit.

RUTILIUS Rufus, A. U. R. 649. conſulatu functus eſt. Erat orator, hiſtoricus, philoſophus, atque Juriſconſultus. Exemplum innocentiæ fuit; neque in urbe alter eo ſanctior vel integrior, teſte *Tullio*. Cùm equeſtri ordini invilus eſſet, opera Apicii cujusdem in exilium miſſus eſt, quod fortiter tulit adeò, ut cum Sylla ipſum revocaret, manere in exilio quàm redire mallet. Videatur *Quintil. 11, 1. Oroſius 5, 16.* eum Smyrnæ conſenuiſſe refert. Condidit hiſtoriam Romanam Græcè, teſte *Athenæo*: it. libros de vita ſua, quorum *Soſipater* meminit. Reliquit etiam orationes & quidem multas, quemadmodum *Cicero in Bruto* tradit. Unam de modo ædificiorum *Suetonius in Auguſto c. 89.* laudat. Vid. *Bertrandus in JCt pag. 212.*

RUTILIUS (Bernh.) Vicentinus, de vitis veterum JCtorum Anno 1533. ſcribere aggreſſus eſt. Videatur *Jovius in elog. numero 96.*

de RUTILO (Samuel) erat ſcriptor ſeculi ſui barbarus.

RUTINGIUS (Paulus) Danus, emiſit decadem anagrammatum, An. 1603.

RUTLANDUS (J. Caſp.) compoſuit locos communes theologiæ, Anno 1573.

RUVERE (Hier.) Italus, puer 10. annorum, ſtruxit carmina heroica, literaria, domeſtica, amatoria, catholica, ruſtica. Scripta ejus impreſſa ſunt Papiæ Anno 1540. Vixit tempore Pauli III.

RUVIO (Antonius) Hiſp. Anno 1615. vivis exceſſit. In Mexicana academia 25. annis philoſophiam & theologiam docuit, reliquum vitæ Compluti exegit. Scripſit comm. in univerſam Ariſtotelis logicam: in 8. libros *φυσικῆς ἀκροάσεως*: de anima: de ortu & interitu, &c *Anonymus in Bibliogr.* Antonius Ruvio (inquit) propter curioſiſſimas quæſtiones alibi maximè in deliciis habitus fuit: ſed Helmſtadienſes hîc prudentiores cæteris in ſua academia cum non tolerarunt. Vid. *Alegambe, pag. 43.*

RUXELIUS (Joh.) poëmata exaravit, Anno 1600.

RUYSBROCKIUS (Gull.) Brabantus, itinerarium orientis in literas redegit.

RUYSBROCKIUS (Joh.) Brabantus, Anno 1381. obiit. Quidam eum alterum Dionyſium Areopagitam vocant. Opera ejus *Laurent. Surius* Anno 1552. edi curavit. Vide, RUSBROCHIUS.

RUYSSIUS (Pet.) calendarium perpetuum & generale breviarii Rom. Toleti, Anno 1578. publicavit.
RUZÆUS (Arnolf.) JCtus, ſcripſit de jure Regaliæ. Extat *Tom. 12. Tract. tract.*
RYBCOVICIUS (Joh.) Cracovienſis, ſtruxit columbam Noæ: manna cœleſte: pſalterium decachordum, &c. Vid. *Starovoiſc. pag. 98.*
RYBISCH (Sigf.) edidit monumenta clarorum virorum, An. 1589.
RYCKIUS (Theod.) *Gronovii* in cathedra bonarum artium apud Leidenſes ſucceſſor, *Servio* manus ſe admoturum pollicetur, teſte *Heinſio in lit. ad Daumium.*
RYCKWARDUS, medicus, vir cum antiquæ, tùm hodiernæ Græcæ linguæ peritiſſimus dicitur à *Borremanſio de poët. pag. 112.*
RYCOTIUS (Paulus) ſcripſit de ſtatu imperii Turcici, Anglicè.
RYCQUIUS (Joh.) Gandenſis, JCtus, reliquit axiomata legum, An. 1575.
RYCQUIUS (Juſtus) Gandenſis, natus eſt Anno 1587: obiit An. 1627. Syntagma conſtruxit de anno ſeculari Jubileo: comm. de Capitolio: epiſtolas: orationes: carmina, &c. *Sanderus* aff. ipſum etiam notas elaboraſſe in panegyricum Corippi. Vid. *Swertius pag. 502. Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 281.*
RYCQUIUS (Pet.) Gand. JCtus, commentatus eſt in titulum de appellationibus.
RYD (Val. Anſ.) collegit catalogum annorum & principum, An. 1540.
de RYER (Andr.) vel RYERIUS, Marciniacenſis, Anno 1634. claruit. Alcoranum ex Arabico Gallicè translatum edidit, additis Geladini, Beidavi & aliorum gloſſis. Extat ejusdem grammatica Turcica. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 163.*
RYFF (Jac.) egit de tumoribus, Anno 1556.
RYFF (Pet.) quæſtiones geometricas emiſit An. 1600.
RYMIUS (Gar.) Gand. JCtus, hodœporicon de itinere ſuo Turcico confecit. Vid. *Sweertius, pag. 170.*
RYMIUS (Gerh.) Grandav. poëmatibus clarus evaſit.
à RYSSEN (Leonh.) eccleſiaſtes Heusdanus, librum de alea, Anno 1660. edidit. Contra *Poëlenburgium* tract. de prædeſtinatione Anno 1666. adornavit. Extat ejusdem Summa theologiæ elencticæ, Bernæ Anno 1676. impreſſa.
RYSSINIUS (Salomo) librum conjecturarum ad epiſt. Senecæ, Anno 1620. emiſit.
RYSTIUS (Paulus) Antv. monomachiam hominis & ſerpentis tribus libris complexus eſt, Antv. Anno 1619.
RYSWICHIUS (Henr.) JCtus, Anno 1572. floruit. Reliquit paratitla & notas ad titulum Digeſt. de diverſis regulis juris. Vide, RISWICH.
à RYSWICH (Joh.) edidit labrum æneum novi Teſtamenti, Colon. Anno 1613.
RYTHOVIUS (Mart.) Anno 1583. obiit. Vulgavit tract. de controverſiis fidei.
RYWOKI (Joh.) Prutenus, Anno 1639. vixit. Compoſ. 11. panegyricos, quibus res geſtas Uladislai IV. regis Poloniæ complexus eſt. Extat ejusdem paræneſis ad miniſtros Calvinianos de ſpiritu privato ad ſynodos non admittendo. Vid. *Alegambe, pag. 271.*

S.

SA (Emanuel) Luſitanus, Anno 1596. mortuus eſt. Ariſtotelicas diſciplinas in Luſitania docuit, tam tener ætate, ut aliqui ſcholam ingreſſi, ut fit, cognoſcendi cauſa, quoniam ille magiſtrorum more ultimus venerat, eum diſcipulum adhuc rati ad ſedendum in ſubſelliis ſuis invitarent. A Pio V. pontifice intereſſe corrigendæ Bibliorum editioni cum *P. Parra* juſſus eſt. Concepit notas in totam S. Scripturam. Vid. *Caſaub. epiſt. 624. Alegambe, pag. 102.*
de SA (Matth.) Bracharenſis, reliquit 2. tomos ſpiritualium. Vid. *Aleg. pag. 337.*
à SAA (Jac.) Luſit. JCtus, de primogenitura commentatus eſt. Extat *Tom. 10. Tr. tract.*
SAADIAS (Rabbi) *Haggaon*, i. e. excellens dictus, A. C. 927. claruit. Tractatum de reſurrectione: item, commentarium in Danielem compoſuit. Vid. *Gans. in Z. D. pag. 128. Dieter. part. 1. A. B. pag. 165. Hilpertus in diſſ. contra Jud. §. 3.*

SAAVEDRA (Didacus) Hiſp. edidit ideam principis ſymbolicam.

de SAAVEDRA (Sylveſt.) ſacram Deiparam, Lugduni Anno 1655. fol. exaravit.

SABÆUS (Fauſt.) Brixianus, carminibus celebris evaſit. Carmina ejus occurrunt *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 553.* Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 50.*

SABANCORUS (Nicol.) JCtus, de connubiis licitis & illicitis An. 1612. commentatus eſt.

SABBATINUS (Joh.) de Arientis, Anno 1483. floruit.

SABBHOTIUS (Auguſt.) Antv. natus eſt Anno 1593. Vitam S. Claræ de Montefalco literis conſignavit.

SABBIONETA (Gerh.) Cremonenſis, *Ghilino vol. 1. pag. 70.* celebratur.

SABELLICUS (Marcus Anton.) Italus, Anno 1507. obiit. Aliàs *Coccius* dicebatur: ſed à *Pomponio Læto* Sabellici nomine cohoneſtatus eſt. *Jovius in el n. 48.* ait, propè ſeptuagenarium deceſſiſſe & quidem lue venerea. De morte ejus *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag. 53.* legi poterit. *Epitaphium* tale ei poſitum:

Quem non res hominum, non omnis ceperat ætas.
Scribentem capit hæc Coccion urna brevis.

Mortuum laudavit *Bapt. Egnatius*: vitam verò ipſius deſcripſit *P. Georg. Chalcedonius.* Reliquit 11. libros Enneadum: decem libros exemplorum: tres libros de ſitu Venetiarum: unum, de Venetis magiſtratibus: item, de vetuſtate Aquileiæ: de Vicentiæ ortu: de Italiæ tumultu. Opera ejus quatuor tomis Baſileæ excuſa ſunt. Extat ejusdem carmen de rerum inventoribus. Aliàs verſibus incendium Carnicum & cladem Sonti. acam quoque deploravit. Enneades Sabellici (inquit *Jovius*) perobſcura brevitate vehementer obfuſcatæ ſunt. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 164. Ant. Sabellicus* (inquit) natura facundus nec artis expers. Non infeliciter rhetoricatur interdum. In hiſtoria ſat ſplendidè verſatus: ſed in hac tantum, quæ ſuum dicendi genus deſiderat. Videatur *Zeillerus part. 1. de hiſt. pag. 127. Olearius pag. 301.*

SABELLUS (M. Ant.) collegit reſponſa & conſilia, Florentiæ edita Anno 1659. fol.

de SABINI monte (Fabianus) emiſit tractatum de emtione & venditione. Videatur *Guido Panzirolus in JCtis, 2, 147.*

SABINIANUS (Azolinus) JCtus, Anno 1313. floruit. Condidit quæſtiones.

SABINUS, Σαβῖνος, ſophiſta, tempore Adriani Cæſ. vixit. Scripſit iſagogen & declamationum argumenta libris quatuor: item, comment. in Thucydidem & Acuſilaum. Vid. *Suidas.*

SABINUS, Heracleenſis epiſcopus, collectionem actorum ſynodalium compoſuit. Erat ſecta Macedonianus. Ejus teſtimonio Socrates ſæpe uſus eſt. Vid. *Valeſius in Socratem pag. 6.*

SABINUS (Ælius) allegatur à *Julio Capitolino in Maximino Juniore.*

SABINUS (Ang.) Turrenſis, poëta, quæſtiones quasdam in Juvenalem accuratiſſimè elaboraſſe dicitur. Videatur *Autor dialog. de reparat. Ling. Lat. ap. Giſan. pag. 403. 410.*

SABINUS (Aulus) poëta, Ovidio coævus fuit. Scripſit varias epiſtolas, ex. gr. Ulyſſis ad Penelopen: Hippolyti ad Phædram: Æneæ ad Didonem: Demophoontis ad Phyllida: Jaſonis ad Hypſipylem. Meminit earum *Ovidius l. 2. amor. eleg. 18. 4. de Ponto eleg. 16.*

SABINUS (Cæl.) JCtus, ſub Veſpaſiano Imp. vixit. Videatur *Gu. Panzirolus 1, 29.*

SABINUS (Clodius) rhetor, Græcè & Latinè declamare ſolebat. Videantur *Seneca lib. 4. controv. 26. Voſſius de nat. rhet. pag. 85.*

SABINUS (Georg.) natus eſt Anno 1508: obiit Anno 1560. Francofurti ad Viadrum profeſſoris officio functus eſt. Cum Regiomontana academia fundaretur, primus ibi rector deſignatus fuit. Varia conſtruxit carmina, quæ ſeorſim edita. Nonnulla inveniuntur *Tom. 5. Delit. Germ. pag. 920.* Videantur *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 50. Becmannus in proleg. Bibl. Francof. pag. 52. Idem in Not. dignit. pag. 121.*

de SABLONETA (Lud. Rhod.) JCtus, tractavit de poteſtate principis, A. 1613: item, de dignitate equeſtri.

SABU-

SABUGO (Oliva) Hiſp. edidit novam philoſophiam de hominis natura, in qua paradoxa quædam medicorum refelluntur. Prodiit Madriti, Anno 1588. in 4. *Andr. Schottus* acutum ſcriptum vocat. Vid. *Linden, pag. 475.*

à SABUNDE (Raymundus) Anno 1430. floruit. Conſtruxit theologiam naturalem. Eum *nonnulli* cum *Raymundo Martini* confundere ſolent. Vide, MARTINI. Confer *Olearium in Abaco pag. 401.*

SACADAS, Σακάδας, Argivus, vetus poëta, ſtrophas reperiit & chorum Doricum inſtituit. *Pindarus* eum laudat: item, *Plutarchus & Pauſanias.*

SACCA (Lud.) JCtus, collegit reſponſa juris, Parmæ, An. 1617. fol.

SACCHINUS (Franc.) Anno 1620. obiit. Tractavit de ratione legendi libros cum profectu, An. 1615. item, de vita & geſtis P. Caniſii, An. 1616. Vid. *Alegambe, pag. 134.*

SACCUS (Bapt.) ſcripſit de viro principe Anno 1608.

SACCUS (Bernh.) Ticinenſis, condidit decem libros de Italicarum rerum varietate, Anno 1587.

SACCUS (Cato) Papienſis JCtus, Anno 1465. floruit. Videatur *Panzirolus in JCt. pag. 234.*

SACCUS (Franc.) edidit Hippicon, Romæ, An. 1634.

SACCUS (Petr.) Veronenſis, medicus, Anno 1471. claruit. Videatur *Chioccus, pag. 78.*

SACCUS (Sigfr.) Theologus, homilias emiſit: item, defenſionem fiduciæ contra dubitationem pontificiam, An. 1569.

SACERDOS, artigraphus, ſchemata collegit numero nonaginta octo, teſte *Caſſiodoro in Inſt. Gramm. cap. 1. pag. 1009.*

SACHETUS (Hier.) Ælianus, adornavit retractationem de morbis podagricis & arthriticis, An. 1586.

SACHSEN (Joh. Melch.) JCt. de venatione Romano-Germanica Anno 1660. commentatus eſt.

SACHSIUS (Guilh.) libros contrapoſitorum in V. & N. Teſt. Anno 1540. publicavit.

SACHSIUS (Joh.) edidit ſummam controverſiarum inter orthodoxos & pontificios, An. 1664.

SACHSIUS (Lud.) ſcr. monocerotologiam ſive differt. de Unicornu, Annò 1677.

SACHSIUS (Phil. Jac.) concinnavit ampelographiam, Anno 1661: item, gammarologiam, Anno 1665: ut & oceanum macromicrocoſmicum, An. 1664.

à SACRAMENTO (Joh.) egit de officio & poteſtate Prioris clauſtralis, Colon. An. 1665. in 4.

à SACRAMENTO (Leand.) inter eximios theologos refertur à *Caramuele.*

SACRATONIUS (Dominicus) Venetus, *Sabellici* diſcipulus, non contemnendam in omnibus diſciplinis eruditionem aſſecutus eſſe dicitur. Vid. *Pierius Valerianus de J. L. pag. 163.*

SACRATUS (Paulus) in Pſalm. 34. Bonon. Anno 1588. commentatus eſt. Extant ejusdem ſex libri epiſtolarum, Coloniæ, Anno 1583. impreſſi.

SACRE (Servatius) Leodienſis, Anno 1632. inclaruit. Enchiridion Græcæ grammaticæ elaboravit. Vid. *Alegambe, pag. 421. Placcius, pag. 66.*

à SACROBOSCO (Chriſtoph.) reliquit tractatum de inveſtiganda eccleſia, Anno 1619: item, de authoritate vulgati interpretis, An. 1604.

de SACROBOSCO (Joh.) Anglus, Anno 1256. obiit: juxta *Waræum* verò *pag. 59.* Anno 1235. Compoſ. ſphæram mundi, quæ hactenus in ſcholis ſere obtinuit: item, computum eccleſiaſticum: ut & opus de aſtrolabio. *Sepulcro* ejus, quod eſt Pariſiis, ſeqq. verſiculi inſculpti ſunt:

M. Chriſti, bis C. quartodeno quater anno,
De Sacroboſco *diſcrevit tempora ramus,*
Gratia cui nomen dederat divina Johannes.

SADEEL (Anton.) Anno 1591. obiit. Genevæ ordinario paſtoris munere per plurimos annos functus eſt. Opera ejus quatuor tomis comprehenſa ſunt. De vita & ſcriptis Sadeelis prolixè agit *Jac. Leſtius in Orat. pag. 28.*

SADELERUS (Ægid.) ſymbola pontificum, Imperatorum, Regumque 2. tomis complexus eſt. Pleraque ex *Octavii de Strada* tripartito opere, quod Norimb. ſervatur, depromta ſunt. Vid. *Saubertus in Orat. de B. N. pag. 99.*

SADILETUS (Claud.) edidit cynoſuram omnium faculiatum, An. 1664.

SADOLETUS (Jac.) Mutinenſis, Anno 1547. obiit. Mortuum *J. B. Carafa* laudavit. Erat vir planè doctus & Ciceroniani ſtili imitator feliciſſimus: excellens in verſu & pedeſtri oratione. Reliquit epiſtolas & comment. in epiſt. ad Roman. tribus voluminibus digeſtos. Scripta ejus (inquit *Thuanus*) omnia ferè ſeria & digna perſonâ, quam ſuſtinebat. Erat enim epiſcopus & cardinalis. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 202.* Sadoletus ferè æqualis *Bembo* in commentario, quem elegantiſſimum edidit in Pſal. L. Non adeo affectat haberi Ciceronianus, ut non perſonæ decorem tueatur, (eſt enim epiſcopus Carpentoractenſis) ut non materiæ ſerviat, ne in epiſtolis quidem abhorrens à vocibus quibusdam eccleſiaſticis. In *Epitaphio* dicitur vir morum gravitate, prudentia & vitæ integritate præſtantiſſimus, doctrina & eloquentia cum iis, quos mirata eſt antiquitas, comparandus. Vid. *Imperialis pag. 24. Saussay, pag. 55. Ghilinus vol. 1. pag. 75. Olearius pag. 225.*

SADOLETUS (Joh.) JCtus, Anno 1511. obiit. Scripſit nonnulla in titulum de confeſſis. Vid. *Gu. Panzir. in JCtis, 2, 129.*

SADOLINUS (G. Theoph.) Danus, ſtruxit elegidia in memoriam Chriſtiani IV. Anno 1648.

SADOLINUS (Janus) Danus, edidit poëma de coronatione Chriſtiani IV. Anno 1597: item, epigrammata de regibus & urbibus Daniæ. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 66.*

SADUS (Musladinus) Perſa, exaravit Roſarium politicum Goleſtan dictum. Vid. *Funccius Tom 1. orb. imp. pag. 218.* Quære, MUSLADINUS.

SAGERIUS (Carol.) Belluacenſis, Anno 1596. obiit. Reliquit comment. in epiſt. ad Romanos & Epheſios. Vid. *Alegambe, pag. 69.*

SAGITTARIUS (Caſp.) profeſſor Jenenſis, h. t. claret. Juſtinum hiſt. commentario exornare aggreſſus eſt. Extat ejusdem tract. de natalitiis martyrum.

SAGITTARIUS (Joh.) JCtus, edidit canones omnium conciliorum, Baſil. Anno 1552.

SAGITTARIUS (Joh. Chriſtfr.) Uratiſlav. Sileſius, natus eſt Anno 1617. Ejus diſpp. philoſophicæ Jenæ habitæ uno volumine prodierunt. Videatur *Hadrianus Beier in Rector. Jenenſ. pag. 1030.*

SAGITTARIUS (Thomas) Sendalia Marchicus, natus eſt Anno 1577: obiit Anno 1621. Jenæ philoſophiam profeſſus eſt. Edidit axiomata philoſophica: Horatium Chriſtianum: libellum de ſcribendis epiſtolis, &c. Vid. *Hadr. Beier in R. J. pag. 1008.*

SAGUNTINUS (Nicol.) tempore concilii Florentini claruit. *Simlerus* vocat utraque lingua diſertiſſimum, ingenio facundiaque juxta promtum. Scripſit de Scythis, & Plutarchi libellum de politicis præceptis latinè tranſtulit.

SAGUYERUS (Franc.) elaboravit ſcholia in pharmaciam *Joh. Fernelii*, Anno 1605.

SAHAGUM (Didac.) ſcr. in inſigniores libros primi Decretalium, Pariſ. Anno 1605.

SAHAGUNTINUS (Bernh.) Anno 1580. vixit. Condidit grammaticam & dictionarium linguæ Mexicanæ, 12. voluminibus diſtinctum: item, pſalmodiam & carmina ſpiritualia, quibus Indi in ſuis choreis, nuptiis & jocis uterentur, & profanis vocibus inſaniſque deorum inanium ritibus deſueſcerent. Videatur *Waddingus in ſcr. ord. Minor. pag. 57.*

SAIGNIER (Joh.) naturalem philoſophiam magni lapidis condidit Anno 1664.

SAILERUS (Raph.) JCtus, erat Græcè doctus. Nemeſii librum de contemtu mortis latinè tranſtulit. Extant ejusdem legum remiſſiones.

SAILLIUS (Thom.) Bruxellenſ. Anno 1623. obiit. Struxit apologiam pro litaniis & cultu ſanctorum, teſte *Sweertio.* Vid. *Alegambe, pag. 434.*

SAINCTFLEUR (Pet.) in Ariſtotelem, Venet. An. 1565. commentatus eſt.

SAINSONIUS (Joh.) JCtus, ſcripſit conſuetudines Bituricenſes, An. 1543.

SALA (Angel.) Venetus, medicus, primus inter chymicos, teſte *Conringio,* nugari deſiit. Confecit chryſologiam Anno 1622.

SALA (Joh. Dominicus) medicus Patavinus, artem medicam vulgavit, Patav. Anno 1654. Videatur *Imperialis pag. 207.*

de SALA (Vincent.) ſcripſit In leg. Filium quem, C. famil. herciſc.
SALABERT (Joh.) edidit philoſophiam nominalium: item, tractatum de concordia libertatis & gratiæ ſufficientis, Anno 1651.
SALAMANCA (Alex.) Hiſp. tractavit de rep. Chriſti, Anno 1556. Vid. *Olearius pag. 19.*
SALAMANCA (Ant.) collegit picturas ſtatuarum columnarumque, quæ Romæ ex antiquitate adhuc viſuntur.
SALAMINIUS, ultimus inter juris interpretes recenſetur à *Juſtiniano Imp.*
SALANDUS (Ferd.) Bergomas, Anno 1636. obiit. Scripſit de purgatione, catarrho ſalſo, vomitu, & melancholia hypochondriaca. Vid. *Calvus pag. 135.*
SALANUS (Joh.) Atrebas, medicus, edidit methodum medendi.
SALAROLUS (Octav.) Anno 1624. floruit.
de SALAS (Joſ. Gonſalius) in Petronium commentatus eſt.
de SALAS (Joh.) Hiſp. Anno 1612. obiit. Tractavit de contractibus Anno 1617. Vid. *Alegambe, pag. 272.*
de SALAS (Pet.) Madritenſis, Anno 1630. vixit. Paravit libellum de arte poëtica. Vid. *Alegambe, pag. 397.*
de SALAZAR (Ferd. Quirinus) Conchenſis, Proverbia Salomonis commentario illuſtravit & quidem 2. tomis, Anno 1621. Videatur *Alegambe, pag. 110.*
de SALAZAR (Joh. Tamæus) martyrologium Hiſpanicum, Anno 1651. fol. publicavit.
SALAZAR (Pet.) condidit hiſtoriam provinciæ Caſtellani ordinis S. Franciſci, Anno 1612. Fertur etiam tractaſſe de uſu & conſuetudine.
SALAZARIUS (Ambr.) inventarium generale de rebus notabilibus regnorum Hiſp. edidit, An. 1612.
SALBACCHIUS (M.) Witebergenſ. Anno 1570. ſeptem libros carminum concinnavit.
SALCEDO (Hieron.) adornavit diſſertationes in Thomam de regimine principum, Anno 1655. fol.
de SALCEDO (Pet. Gonſalez) JCtus, ſcr. examen veritatis in repulſam tractat. firmantis jura reginæ, Anno 1673. fol.

SALEIUS Baſſus, à *Tacito in Dialogo* abſolutiſſimus poëta ſalutatur. *Quintilianus lib. 10.* vehemens & poëticum ingenium ei tribuit. Vide, BASSUS.
SALERNITANUS (Andr.) Cremonenſis, compoſuit bellum grammaticale, Anno 1581.
SALESIUS (Franc.) ſcr. introductionem ad vitam devotam, Anno 1619: item, ideam boni regiminis. Vid. *Sauſſay pag. 168. Tuldenus part. 4. hiſt. pag. 4.*
SALESIUS (Jac.) Arvernus, Anno 1593. à Calviniſtis interfectus eſt. Reliquit tractatum de ſeptem ſacramentis. *Alegambe, pag. 21.* eum Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ & Arabicæ linguæ peritum fuiſſe aff.
SALIANUS (Jac.) Avenionenſis, Anno 1640. obiit. Condidit annales eccleſiaſticos veteris Teſtamenti, vaſtum opus, ſed & doctum, quod ſex ingentibus tomis comprehenditur. Vid. *Alegambe, pag. 211.*
SALICA (J. Bapt.) propoſitiones peripateticas de ortu & interitu, Patav. Anno 1642. elaboravit.
à SALICETO (Damianus) falſitatem eccleſiæ reformatæ & Lutheranæ libro, Colon. Anno 1669. edito, oſtendere conatus eſt.
de SALICETO (Guilh.) Placentinus, comp. practicam, *Guilielmicam* dictam, quæ Anno 1490. typis excuſa eſt.
SALICETUS (Barthol.) Bononienſis, celebris JCtus, An. 1412. ætatis 77. obiit. Novem libros in codicem; librum unum de uſu feudorū, &c. exaravit. Opera ejus omnia quatuor tomis, An. 1615. prodierunt. Vid. *Panzirolus in JCtis, 2, 78.*
SALICETUS (Jac.) JCtus, Anno 1386. claruit. Reliquit conſilia.
SALICETUS (Rich.) Bononienſis JCtus, An. 1360. floruit. Scripſit in Cod. & ff. Vid. *Panzirolus, pag. 214.*
SALICIUS (Carolus) JCtus, collegit deciſiones.
SALIGNACUS (Bernh.) compoſuit 2. libros arithmetices, Anno 1593. item, tract. de meſolabio, An. 1574.
SALIGNACUS (Joh.) Petricorius, Anno 1564. claruit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 33.*
de SALIGNIACO (Barthol.) ſtruxit itinerarium S. Scripturæ, An. 1587.
SALIMBENUS (Ang. Mich.) Bononienſ. poëta,

poëta, Anno 1500. floruit. Edidit philomathema. Videatur *Greg. Letus in Ital. Regn. pag. 179.*

SALINAS (Franc.) Burgenſis, An. 1590. vivere deſiit. Vix decennis oculorum uſum amiſerat: nihilominus tantus in muſica, Lat. & Græca lingua, nec non mathematicis diſciplinis evaſit, ut parem ſua ætate, in muſicis præſertim, non habuerit. Produxit vitam usque ad 77. annum. Compoſuit ſeptem libros de muſica, qui tanti à peritis harum rerum fiunt, ut aliunde potius, quàm ab hominis induſtria profecti credantur. Vid. *Thuanus l. 99.*

SALINA (Hieron.) poëmata reliquit. Vid. *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 601.*

à SALINIS (Lamp.) JCtus, collegit quæſtiones & deciſiones, An. 1571.

SALINUS (Bernh.) Italus, Anno 1608. obiit. Adornavit 4. volumina rerum mathematicarum & ſeptem tomos concluſionum theologicarum. Vid. *Alegambe, pag. 63.*

de SALIS (Bapt.) ord. minor. monachus, condidit Summam caſuum, quæ *Baptiſtiana* vocatur, Anno 1484. teſte *Reiſero.*

SALIUS (Nicol.) Pragenſis, Anno 1596. obiit. Vitas S. Procopii, S. Ludmillæ. & Wenceslai literis conſecravit. Vid. *Alegambe, pag. 355.*

SALIUS (Panaglus) Audomarenſis, Anno 1595. deceſſit. Scripſit quinq; libros Vedaſtiados vel in laudem Vedaſti carmine heroico: telanthropiam ſive de fine hominis, eodem genere: tandem Naſſovium tragœdiam. Videatur *Swertius, pag. 591.*

SALIUS (Pet.) Diverſus, medicus & philoſophus Faventinus, tractavit de febri peſtilentiali, Bonon. An. 1584.

SALKEDI (Caſp.) Hiſp. alluſiones novi Teſt. ad vetus collegit, Anno 1608. fol.

SALLUSTIUS (Cajus) Criſpus, natus eſt A. U. C. 668: obiit 4. annis ante bellum Actiacum, teſte *Euſebio.* Ob vitam turpiter actam Senatu motus: verum à Jul. Cæſare rerum potito in integrum reſtitutus & Numidiæ præfectus eſt. Ex ſcriptis ejus bellum Jugurthinum & Catilinarium unà cum 2. orationibus ad Cæſarem de rep. ordinanda ſuperant. *Tacitus lib. 3. hiſtor.* rerum Romanarum florentiſſimum autorem nominat. Juxta *Martialem* audit Romana primus in hiſtoria. *Auguſtino lib. de vita beata* vocatur electiſſimus penſitator verborum. Græci ejus hiſtorias tanti fecere, ut eas Græcè tranſtulerit *Zenobius* ſophiſta, teſte *Suida.* Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 39.*

SALLUSTIUS, medicus, tempore Tiberii Imper. vixit. *Suidas* Mopſeaten facit.

SALLUSTIUS, Σαλλούστιος, philoſophus, libellum de diis & mundo compoſuit, quem *Leo Allatius* primus in lucem produxit, Anno 1639. *Damaſcius ap. Photium Cod. CCXLII.* autor eſt, Salluſtium nudis pedibus orbem terrarum fermè univerſum pervagatum eſſe.

SALLUSTIUS, ſophiſta, teſte *Suida*, commentarium in Demoſthenem & Herodotum confecit. Vid. *Simplicius in Epictetum, pag. 90.*

SALMANA, Arabs, *Borrichio de Hermet. pag. 69. 80.* memoratur.

SALMASIUS (Claud.) Divionenſis, natus eſt Anno 1596: obiit Anno 1652. Eum adhuc juvenem *Joſephus Scaliger & Iſaacus Caſaubonus* admirati, imò profeſſi ſunt, ſe à literarum ejus lectione ſemper doctiores diſcedere. Cùm vix 14. annorum eſſet, Nilum & Barlaamum de primatu Papæ recenſuit. Decimo quinto ætatis anno Florum edidit una cum notis & *Job. Grutero* dedicavit. Hæc ſcripta poſteà plura alia ſecuta ſunt, quæ omnia enumerare difficile foret. Inter præcipua ſunt commentarii in Auguſtam hiſtoriam: opus exercitationum Plinianarum in Solinum: Apparatus ſacer: tractatus de annis climactericis: libri de uſuris, modo uſurarum & fœnore trapezitico; defenſio Regia pro Carolo I. liber de transſubſtantiatione, &c. Reliqua ejus opuſcula *Antonius Clementius in vita Salmaſii pag. 64.* recenſet. A Venetis, multis aureorum millibus promiſſis invitatus eſt, ut ter tantum in anno publicè prælegeret: quòd modeſte recuſavit. A Belgis ſolus dignus æſtimatus eſt, ut magni *Scaligeri* locum licet longo tempore pòſt impleret. Mortuus eſt non ſine veneni ſuſpicione. Poſt mortem multa ejus ſcripta (ſic enim juſſerat) ab uxore combuſta ſunt, quod in iis durius in viros doctos invectus fuiſſet. Viri

eruditi fateri coguntur, fuiſſe eum doctiſſimum Theologum, ſolertiſſimum JCtum, exquiſitiſſimum medicum, nobiliſſimum philoſophum, admirabilem philologum. Linguarum notitiæ adeò avidus erat, ut Arabicam, Ægyptiacam, Perſicam, Chinicam & Indicam cæteris Europæis, quas anteà callebat, adjungere non dubitaverit. O ſeculi miraculum! *Hugoni Grotio* audit optimus interpres veteris Salmaſius ævi. *Scioppius* appellat literarum principem: *Gronovius* Varronem & Eratoſthenem ſeculi noſtri. *Reineſius in Var. lect.* 1, 6. Salmaſii exquiſitiſſimæ eruditioni tantum tribuo, ut non modò, quæ doctè ad bonos autores notavit & ingenioſè iſtorum medelis excogitavit, tantum non exoſculer longeque meis abortivis præferam: ſed ultrò frivolis meis cedere paratus ſim, ſi ipſi contrà videri viderim. Vid. *Colomeſ. in G. O. pag.* 588.

SALMATIUS (Ant.) A. 1611. claruit. Vertit Zonaram & Cyrilium, teſte *Caſp. Conrado in millen.* 3.

SALMERO (Alfons.) Toletanus, unus ex *Ignatii Loiolæ* diſcipulis, An. 1585. obiit. Multa ſcripſit in Evangelia, Acta, epiſtolas Apoſtolorum: quæ omnia 16. tomis continentur. Videantur *Lundorpius T. 2. hiſt. pag.* 625. *Quenſtad. pag.* 21. *Alegambe pag.* 22.

SALMUTH (Henr.) ſenior, Sweinfurti natus eſt Anno 1522: obiit Anno 1576 Lipſiæ theologiam docuit. Reliquit homilias. Vid. *Henr. Salmuth. ad part.* 2. *Panciroll pag.* 226.

SALMUTH (Henr.) Henrici filius, Ambergæ ſyndici munere functus eſt. Compoſuit egregium commentarium in *Pancirollum* de rebus deperditis & recens inventis, qvi prodiit A. 1629. Videatur *ipſe Salmuth. ad part.* 1. *Panzir. pag.* 34. item ad *part.* 2. *pag.* 191. 226. Filium habuit ſibi cognominem, qui diſſertationem juridicopoliticam de natalitio veterum ritu conſtruxit & Friderico Electori An. 1619. dedicavit. Vid. iterum *Salmuth. ad part.* 1 *Panc. pag.* 98.

SALMUTH (Phil.) obſervationes medicas, An. 1648 publicavit.

à SALO (Alexius) condidit artem pie amandi, An. 1630.

SALODIUS (Paulus) tractavit de viſitatione, Colon. An. 1630.

SALOMO, filius Davidis, rex Hebræorum ſapientiſſimus, ſcripſit Proverbia, Eccleſiaſten & Canticum canticorum. *Flavius Joſephus l.* 8. *Ant. Jud.* librum exorciſmorum quoque Salomoni tribuit. Circumfertur etiam liber ſub Salomonis nomine, qui *clavicula Salomonis* inſcribitur: verum is in decreto *Gelaſii* inter damnata ſcripta refertur. Plura de ſcriptis Salomonis *Cedrenus p.* 79. 89. *Lambecius, in Prodromo pag.* 200. *Pineda in geſtis Salomonis pag.* 206. obſervant.

SALOMO, ben Abraham, An. M. 4921. lexicon hebraicum contexuit, quod Viennæ in Bibl. publ. MS. extare dicitur.

SALOMO, ben Aderath, An. M. 5040. vixit. Compoſuit *Thorath Habeit*: quæſtiones, reſponſiones & annotationes in Talmud: item, librum *Avodath Hakkodeſch*. Vid. *Gans. in Z. D. pag.* 142. *Buxtorf. in abbreviat. pag.* 163.

SALOMO, ben Gabiros, librum moralem *Miſchar happeninim* dictum Arabicè exaravit, quem deinde *R. Aben Tibbon* hebraicè tranſtulit. Extant ejusdem meditationes de mirabilibus DEI, *Corona regni* inſcriptæ, quas *Franc. Donatus*, Romæ Anno 1618. latinè reddidit.

SALOMO Jarchi, A. C. 1105. ætatis 75. obiit. Vide, JARCHI.

SALOMO Luria, Auſtriacus, A. M. 5333. obiit. Paravit ſyntagma ſuper univerſum ſtilum & philologiam Talmùdis, vocavitque illud ים שלמה, i. e. mare Salomonis: item, quæſtiones & reſponſiones. *David Ganz in Z. D. pag.* 155. vocat lumen magnum, coronam Iſraëlis, miraculum temporis.

SALOMO Molchu. Vide, MOLCHU.

SALOMO, Urbinenſis, A. M. 5277. collegit libr. *Ohel Moed*, i. e. tentorium conventus ſive ſynonyma hebraica ex Bibliis. Vid. *Ganz, pag.* 149.

SALOMO Wirga, medicus, librum hiſtoricum, *Schebbet Juda* dictum, Germanicè expreſſit. Vid. *Carpzovius in notis ad Schickardi Miſpat hammelech cap.* 1. *pag* 80.

SALOMO, Conſtantienſis epiſcopus, Anno 995. claruit. Carmina ad Dadonem & alios exaravit. Extat ejusdem Lexicon. *Goldaſtus in not. ad Columbanum pag.* 82. Fuit (inquit) iſte Salomo ex illuſtri & vetuſtiſſima *Ramswagiorum*

orum familia. Fundamenta jecit opidi amœniſſimi, quod abs ſe *Cellam epiſcopi* nominavit S. Gallum inter & Conſtantiam. Utriusque enim ſceptra regebat. Qui quidem & inter divos relatus. *Lexicon* illud ex variis variorum ſcriptorum gloſſis compilatum ante hos 900.& pluresannos: quo in negotio opera atq; magiſterio præceptoris *Iſonis*, ut teſtantur, uſus eſt, nec non *Notkeri & Tutilonis* virorum doctiſſimorum.

SALOMO (Joh.) ſtruxit demonſtrationes de deitate JESU Chriſti, Anno 1660.

SALOMONIUS (Marius) JCtus, vixit tempore Leonis X. pontif. De principatu tractare Inſtituit.

SALON (Marcus) de Pace, Hiſpan. In leges Taurinas commentatus eſt, Anno 1568. fol.

SALON (Mich. Thomas) Valentinus, edidit ingens poſt *Dominicum Sotum* volumen de juſtitia & jure. Vid. *Bibl. Hiſp. pag. 267.*

SALONIUS, Salviani diſcipulus, ſeculo quinto claruit. Extat ejus dialogus in Proverbia & Eccleſiaſten Salomonis. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 318. Olearius in Abaco pag. 420.*

SALTEUR (Jac.) JCtus, de contractib. An. 1636. agere cœpit.

SALTMARSCHIUS, Anglus, ſtricturas gloriæ vulgavit. Extat ejusdem tract. de gloria libera.

SALTZMAN (Joh. Rud.) Argentinenſis, celebris medicus, Anno 1574. natus eſt.

SALVADOR (Ant.) de Leon, in Eccleſiaſticum commentatus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 44.*

SALVAGUS (Porchettus) victoriam adverſus Hebræos edidit, teſte *Gbilino vol. 1. pag. 201.*

SALVATOR (Donus) tractavit de univerſa philoſophia humana, An. 1602.

SALVIANUS, Maſſalienſis epiſcopus, A. C. 460. vixit. Reliquit octo libros de gubernatione DEI, epiſtolas & alia. Ejus opera *Conr. Rittershuſius* erudito commentario illuſtravit. Scripſit quoque 4. libros de avaritia ſub nomine Timothei, in quibus ita exaggerat vitia Chriſtianorum, imprimis verò Clericorum ſui temporis, ut nimius videre queat, inquit *Bellarminus*. *Baronius* ſui temporis Jeremiam; *Joſ. Scaliger* ſcriptorem Chriſtianiſſimum appellat. Videantur *Ph. Labbe Tom. 1. pag. 370. Olearius, pag. 421.*

SALVIANUS (Hippolytus) vir multijugæ doctrinæ & opere de *piſcibus* inter alia ſcripta clarus, cum 22. annos in ſchola Romana magno concurſu prælegiſſet & medicinam feliciſſime feciſſet, tandem Anno 1572. ex hac vita deceſſit. Vid. *Thuanus, l. 54.*

SALUIANUS (Saluſt.) Romanus, emiſit 3. libros variarum lectionum de re medica, Anno 1588: item, duos libros de calore naturali, acquiſititio, & febrili, Anno 1586, &c.

SALVIDIENUS (Marc.) vitam Saturnini, unius è 30. tyrannis, literis conſignavit. Meminit ejus *Vopiſcus.*

SALVIOLUS (Vincent.) ab Oca, JCtus, Anno 1495. floruit. Reliquit conſilia.

SALVIUS (M.) Julianus, JCtus, proavus Didii Juliani Imp. ſub Adriano Cæſare claruit, eiq; à conſiliis fuit. Dicere ſolitus eſt, *ſe, etiamſi alterum pedem in ſepulcro haberet, tamen adhuc diſcere velle.* Compoſuit 99. libros digeſtorum: unum de ambiguitatibus: ad Minutium 6. ad Urceium 4. Idem edictum perpetuum propoſuit. Vid. *Guid. Panzirolus in JCt. 1, 38. Bertrandus pag. 2.*

SALVIUS Valens, JCtus, tempore Antonini Pii Imp. claruit. Videatur *Panzirolus 1, 42.*

SALVIUS (Nicol.) medicus, Anno 1442. floruit.

SALUSTIUS. Vide, SALLUSTIUS.

SALUSTIANUS (Eman.) aphoriſmos confeſſariorum, Colon. Anno 1615. divulgavit.

SALUTARIS, medii ævi poeta, ſelecta carmina ſtruxit, quæ 113. diſtichis conſtant. Addidit ea *Chr. Daumius* diſtichis Catonis; *pag. 217. & ſeq.*

SALUTATUS (Collutius Pierius) poeta & orator, Anno 1460. floruit. Opera ejus Venetiis An. 1542. prodierunt.

SALUTHIUS (Barth.) edidit paradiſum contemplativum, Colon. An. 1614.

SALZEDO (Hieron.) Vide, SALCEDO.

de SAMANIEGO (Didac.) Hiſp. A. 1626. obiit, ætatis 85. Condidit vocabularium linguæ Chiriguanæ, cujus uſus in parte meridionalis Americæ. Vid. *Alegambe, pag. 94.*

SAMA-

SAMARIENSIS (Henr.) Vide, HENRICUS.

SAMARINUS (Franc.) ſacerdotale confecit Venetiis, An. 1585.

SAMBLASIUS (Joh. Bapt.) JCtus,Patav. An. 1492. obiit. Tractavit de actionibus & earum natura: de arbitris: de correlativis: de contrarietate juris civilis & canonici. Vid. *Ghilinus*, *vol. 2. pag. 142.*

SAMBORITANUS (Greg.) reliquit eclogas. Vid. *Starovolſcius*, *pag. 15.*

SAMBUCUS (Joh.) Turnavienſis Pannonius, medicus, natus eſt Anno 1531: obiit Anno 1584. ætatis 53. *Thuanus l.80.* ejus ſtudium in veteribus libris colligendis magnoperè commendat. Ejus beneficio Nonni Dionyſiaca, Eunapius, Ariſtænetus & Heſychius Illuſtris prodierunt. Scripſit etiam de rebus ad Agriam geſtis: item, obſidionem Sigethi. Vid. *Simon Schardius vol.2.Germ. ſcript. pag. 537. & 539.* Carmina ejus Græca & Latina ſeorſim impreſſa ſunt. *Pet. Victorius in var. lect. 37,18. & 19.* vocat virum benè doctum, accuratum in legendo, & reconditæ doctrinæ.

SAMERIUS (Henr.) Luxemburgenſis, Anno 1610. obiit. Struxit chronologiam ſacram ab O.C. usque ad Chriſtum natum. Vid. *Sweertius pag. 336. Alegambe, pag. 177.*

SAMMARTHANUS (Abelius) Pictavus, Anno 1630. claruit. Edidit carmina.

SAMMARTHANUS (Scævola) Juliodunenſis, paravit tres libros pædotrophias: item, elogia virorum doctrina illuſtrium, Anno 1616. Carmina ejus leguntur *Tom. 3. Delit. Gall. pag. 267.* Vid. *Zeillerus part. 3. hiſt. pag. 207. Hallerv. in B.C. pag. 366.*

SAMMICHELIUS (Nicol.) Novocomenſis, inter medicos locum occupat.

SAMINIATUS (Frid.) edidit tabulas aſtronomicas, Antv. An. 1599.

SAMMONICUS (Serenus) tempore Severi Imp. claruit, uti teſtatur *Macrobius Saturn. 2, 12.* Scripſit libros nonnullos ad Caracallam, fatente *Spartiano.* Laudatus *Macrobius ſat. 3, 16. & 17.* libros rerum reconditarum Sammonici allegat. Meminit ejus quoque *Arnobius l. 6.* Extat hodie carmen ejus de medicina & morborum remediis. Alii tamen id ejus filio tribuunt. A Caracalla in cœna interemtus eſt. De eo ita *Scaliger pag. 822.* Serenus Sammonicus adeò eſt tenuis, ut nullum unquam æque meminerim. Utitur tamen vocibus valdè bonis. Vid. *Glandorp. pag. 788. Keuchenius in notis ad Serenum, pag. 68. Bartholinus in poët. med. pag. 116. 120. Barth. in 9. Theb. Papin. pag. 1058.*

SAMONAS, Σαμωνᾶς, Gazenſis epiſcopus, ſeculo XI. floruit. Habuit diſputationem cum *Achmed* Saraceno ſuper veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, quæ extat Græcè & latinè in *Bibliotheca Patrum*, *Tomo duodecimo.* Vid. *Olearius, pag. 422.*

SAMOSCIUS (Joh. Sarius) Polonus, Anno 1605. obiit. De Senatu Romano duos libros pereruditos ſuo nomine edidit, quorum tamen verum autorem eſſe *Car. Sigonium* alii exiſtimant. Samoſcius iſte in urbe cognomine à ſe condita (erat autem Vicecancellarius regni Poloniæ) Anno 1593. academiam condidit, ad quam undique viros eruditos convocavit, exceptis Jeſuitis, quos in ſua Samoſciana academia ferre noluit. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 263.*

SAMOTULIENSIS (Gregor.) proceſſum juris Polonici: item, enchiridion impedimentorum matrimonii conſtruxit. Vid. *Starovolſcius, pag. 66.*

SAMOTULIUS (Matth.) in Joh. de Sacroboſco doctos commentarios exaravit.

SAMOTULIUS (Wenceſl.) Polonus, proceſſum juris canonici poſt ſe reliquit. Vid. *Starovolſc. pag. 66.*

de SAMOZA (Salgad.) JCtus, tractavit de concurſu creditorum.

de SAMPAGO (Steph.) vitam Eborenſis & converſionem S. Ægidii literis conſignavit.

SAMSON (Rich.) Anglus, Anno 1554. obiit. In Pentateuchum, epiſt. ad Rom. & Corinth. commentatus eſt.

à SAMSONE (Joh.) natus cœcus, libros confecit. Ejus opuſcula Lugd. Anno 1655. impreſſa ſunt.

SAMSONIUS (Herm.) paſtor Rigenſis, An. 1643. obiit. Struxit anti Jeſuitam tomis duobus: enchiridion articulorum fidei: ſyntagma hiſtor. paſſionis: poſtillam evangelicam: lib. de cœna, &c. Vid. *Henning. Witte in Theol. pag. 510.*

SAMUEL,

SAMUEL, ben Banſchat, libellum *Boëthii de Conſolatione* eleganter in linguam hebr. tranſtuliſſe fertur.

SAMUEL, pater R. Judæ pii, A. M. 4942. vixit & librum *Chaſidim* exaravit. Vid. *Ganz in Z. D. pag. 139.*

SAMUEL, filius Valerii Judæ, *Chaſon Lemoëd* vel commentar. in Danielem, Venetiis publicavit, An. 1586.

SAMUEL, ben Meir, A. C. 1171. obiit.

SAMUEL Zirza, circa A. C. 1490. vixit. Reliquit *Mekor Chaym & Michlal Jophi. R. Ganz in Z. D. pag. 150.* vocat *Samuelem Tarſam: Manaſſe ben Iſraël de Creat. pag.* 9. Samuelem Sarſam.

SAMUEL Haccohen, filius Chophni Gaon, A. M. 4794. obiit. Condidit librum *Mekach Vememcar* ſeu de emtione & venditione, & libr. *Mitzranot* de propugnaculis. Vid. *Ganz, pag. 131.*

SAMUEL Jarchinæus, A. M. 4003. claruit. Erat aſtrologus, medicus & eximius ſapiens in Græca ſcientia, inquit *Ganz, in Z. D. pag. 112.*

SAMUEL, Maroccianus, Judæus, poſtea Chriſtianus factus, ſeculo undecimo vixit, & librum, 27. capitibus conſtantem, reliquit de adventu Meſſiæ, qualem Judæi adhuc temerè expectant. Libellus ille ab *Alfonſo Bonihominis* ex Arabico in latinum converſus eſt Anno 1339. Vid. *Bellarminus de Scr. eccleſ. pag. 137. Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 323. Hoornebeck de conv. Jud. pag. 7. Olearius in abaco, pag. 422.*

SAMUELLIUS (Franc. Maria) de electione canonica commentatus eſt, Venet. Anno 1644. fol.

SANBIASIUS (Franc.) Coſentinus, tract. de anima, ſomno & pictura Sinicè expreſſit. Videatur *Alegambe, pag. 134.*

SANBLASIANUS (Otto) appendicem ad Chronicon Ottonis Friſingenſis addidit.

SANCHEZ (Didacus) Hiſp. agriculturam ſpiritualem An. 1603. adornavit.

SANCHEZ (Franc.) Bacarenſis, medicus & profeſſor regius in Tholoſana academia, tractatum titulô, quòd nihil ſcitur, compoſuit. (Vid. HARTNACCIUS.) *Linden, pag. 186.* multa ejus medica & philoſophica ſcripta recenſet.

SANCHEZ (Franc.) Olyſſiponenſis, in Eccleſiaſten commentatus eſt, Barcinone, Anno 1619.

SANCHEZ (Gaſp.) Granatenſis, Anno 1591. obiit. Reliquit 2. tomos concionum, quos *Fr. Labata* edi curavit. Vid. *Alegambe, pag. 151.*

SANCHEZ (Gaſp.) Navarrus, An. 1609. vivere deſiit. Libellum Ciceronianarum phraſium exaravit. *Idem l. c.*

SANCHEZ (Jac.) Hiſp. An. 1607. vitam Margaretæ Agulſonæ ſtilo ſubjecit. Vid. *Waddingus in S. O. M pag. 185.*

SANCHEZ (Joh.) electa de ſacramentis emiſit, An. 1643.

SANCHEZ (Thomas) Cordubenſis, Anno 1610 deceſſit. Conſtruxit tres tomos de matrimonio. De eo *Clemens IIX.* dixiſſe fertur, nullum unquam ſcriptorem extitiſſe, qui dubias de matrimonio controverſias uberius & accuratius enodaſſet. Vid. *Alegambe, pag. 436. Marejus Tom. 2. contra Tirin. pag. 917. Rivetus in Jeſuita vapulante c. 3. num. 3. & Tom. 2. Oper. pag. 926.*

SANCHONIATHON, Σαγχωνιάθων, Phœnix, inter antiquiſſimos ſcriptores referri debet, ſi quidem tempore belli Trojani floruit. *Theodoretus in Therapeut.* Berytium facit. Scripſit hiſtoriam Phœnicum linguâ Phœnicia: quam *Philo Byblius* (is ſub Adriano Cæſare vixerat) octo libris Græcè interpretatus eſt. *Porphyrius* apud *Euſebium* autor eſt, Sanchoniathonem ſua hauſiſſe partim ex urbium annalibus, partim è libris in templo aſſervatis, quos acceperat à Jerombalo, DEI *Ἰευὼ* ſacerdote: hæc verò monumenta ſua Abibalo, Berytio regi, inſcripſiſſe. *Suidas* ait, ipſum præter libros de inſtitutis Phœnicum etiam tractaſſe de Mercurii phyſiologia: item, de theologia Ægyptia. Vid *Athenæus 3, 21. Porphyrius l. 2. περὶ ἀποχῆς, pag. 64. Bochartus in Phaleg, pag. 855.*

SANCIUS (Alf.) Hiſp. Anno 1593. obiit. Multa de Sinis plenius & integrius, quàm qui ante ipſum, voce & ſcriptis docuit, ex quibus *Poſſevinus* ſua poſteà locupletavit. Videatur *Alegambe, pag. 21.*

SANCRUCIUS (Joh.) Nordovicenſis, ſtruxit dialecticam ad mentem Joh. Scoti, Lond. An. 1673.

de SANCTA CRUCE (Ant. Ponze) ſcripſit

ſcripſit de philoſophia Hippocratica, Madriti, Anno 1624: item, de impedimentis magnorum auxiliorum.

SANCTARELLUS (Anton.) Italus, conſtruxit tractatum de Jubilæis: it. alium de hæreſi, ſchiſmate, apoſtaſia, & de poteſtate Rom. pontificis in his delictis puniendis. De hoc libro ita *Gramondus* ad Annum 1626. Eodem tempore prodiit in publicum *Santarelli*, è ſociet. Jeſu presbyteri, de ſummi pontificis poteſtate liber, quo variis capitibus plura continebantur contra Regum autoritatem & jura. Vix prodierat liber, cùm Collegium Sorbonæ acri & docta cenſura condemnat autorem: cenſuram eccleſiaſticam ſequitur Parlamenti Lutetiani placitum, quo ſervi publici manu in ignem datus liber: quo item è ſocietate Jeſu doctores Galli contrà ſcribere juſſi. Hæc & plura *Gramondus lib. 15. pag. 675.* Vid. *Alegambe, pag. 44.*

SANCTIUS (Caſp.) Centumputeolanus, Anno 1628. obiit. Commentatus eſt in prophetas majores & minores: item, In Jobum & Acta apoſtolorum. *Alegambe, pag. 551.* tradere audet, eum nunquam in omni vita mentitum eſſe.

SANCTIUS (Chryſoſt.) librum de ſitu & moribus Hollandiæ publicavit.

SANCTIUS (Claud.) Ebroicenſis epiſcopus, An. 1590. in carcere periit. Inter libros ejus ſcriptum repertum, quo parricidium Henrici III. regis tanquam juſte factum tuebatur. Extat ejusdem opus de euchariſtia, quod incomparabile *Sauſſay pag. 105.* appellat. Videatur *Thuanus l. 101.*

SANCTIUS (Franc.) Brocenſis, in Salmanticenſi academia eloquentiam & Græcam linguam publicè profeſſus eſt. Reliquit Minervam vel grammaticam novam: quo opere meruit communis literatorum omnium pater & doctor appellari, ſecundum *Scioppium*: paradoxa philologica, & annotationes ad Virgilii Bucolica. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 57. Placcius pag. 243.*

SANCTIUS (Leo) Senenſis, Anno 1624. claruit. Texuit 2. libros floridorum. Vid. *Alegambe, pag. 300.*

SANCTIUS (Marianus) Barolitanus, ſcripſit de lapide renum & veſicæ: item, de modo examinandi medicos chirurgicos. Vid. *Linden pag 440.*

SANCTIUS (Petr.) Hiſp. An. 1609. mortuus eſt. Condidit octo libros de regno DEI. Vid. *Alegambe pag 397.*

SANCTIUS (Rodericus) tempore Friderici IV. Imp. floruit. Res Hiſpanicas ſtilo expreſſit.

SANCTOIULIANUS (Pet.) tractatum de Burgundia, An. 1581. elaboravit.

SANCTOMARTINUS (Joh.) medicus Vicentinus, de vinorum commixtione librum elucubraſſe dicitur.

SANCTORIUS (Jul. Ant.) Caſertanus, Anno 1602. obiit. Collegit diaria pontificum.

SANCTORIUS (Paulus Æmil.) hiſtoriam monaſterii Carbonenſis An. 1601. publicavit. Vid. *Nicius Erythr. part. 3. Pinacoth. numero 58.*

SANCTORIUS (Sanctorius) comment. exaravit in artem medicinalem Galeni, Anno 1630: item, 15. libros methodi vitandorum errorum omnium, qui in arte medica contingere ſolent, An. eodem.

à SANCTOTIS (Chriſtoph.) Burgenſis epiſcopus, in 7 priora capita Matthæi commentari aggreſſus eſt. Extat ejusdem theatrum S. Patrum.

SANDÆUS (Maximil.) natus eſt A. 1578: obiit An. 1656. Herbipoli philoſophiam & theologiam docuit: inde Moguntiam conceſſit. Edidit varia opuſcula, inter quæ præcipua eſſe duco grammaticum profanum, Platonem Chriſtianum, Jurisconſultum Chriſtianum & medicum Chriſtianum. Vid. *Sweertius, pag. 562. Aleg. pag. 338. Tuldenus, part. 2. pag. 278.*

à SANDE (Franc.) multa exaravit. Opera ejus extant, An. 1658. impreſſa.

à SANDE (Joh.) JCtus, collegit deciſiones Friſiæ, An. 1638.

SANDELE (Anton.) ſcripſit de unico Chriſti ſacrificio contra miſſam, A. 1587.

SANDERSONUS (Robert.) epiſcopus Lincolnienſis, tractatum emiſit de diverſis conſcientiæ caſibus: item, de juramenti promiſſorii obligatione, Anno 1646.

SANDERUS (Ant.) Gandavenſis, vulgavit 3. libros de claris Gandavenſibus: duos de claris Brugenſibus, An. 1624. Extant ejusdem tres libri poëmatum. Vid. *Sweert. pag. 137. Ph. Labbe in B. B. pag. 13.*

SANDERUS (Joh.) medicus, An. 1556. vixit. Reliquit methodum curandarum ægritudinum.

SANDERUS (Joh.) Brunswicenſis rector, An. 1660. claruit. In Homerum duobus tomis commentatus eſſe dicitur.

SANDERUS (Lævinus) Gandenſis, natus eſt An. 1588. Exaravit orationes in laudem B. Mariæ virginis. Vid. *Alegambe pag. 294.*

SANDERUS (Nicol.) Anglus, An. 1580. obiit. Scripſit de viſibili eccleſiæ monarchia octo libros: item, demonſtrationes de Papa Rom. & Papiſſa Romana. Videatur *Valer. Andr. in Faſtis Lovan. pag. 86.*

SANDESIUS, Anglus, concinnavit ſpeculum Europæ: item paraphraſin in Pſalm.

SANDEUS (Felinus) Ferrarienſis JCtus, ſub Innocentio IIX. floruit. Reges Siciliæ & Apuliæ calamo deſcripſit. Vid. *Zeillerus part. 3. hiſt. pag. 208.*

SANDIUS (Chriſtoph.) Boruſſus, Nearianus, hoc tempore vivit. Edidit tractatum de ſcriptoribus eccleſiaſticis: paradoxas explicationes in quatuor Evangeliſtas: libellum de origine animæ, &c. Vid. *Bojius in notitia de ſcr. eccleſ. cap. 3. pag. 35.*

SANDIUS (Edu.) Uliſſipponenſis, Anno 1600. obiit. Itinerarium 4. Japonenſium principum literis conſignavit. Vid. *Alegambe. pag. 99.*

SANDOLINUS (Cherubinus) exaravit thaumolemma cherubicum, An. 1599. Extat ejusdem tractatus de horologiis, Venetiis editus, fol.

SANDON, *Σάνδων*, Hellanici filius, philoſophus, confecit *ὑποθέσεις εἰς Ὀρφέα*, i.e. argumenta in Orpheum, teſte *Suida.*

de SANDOVAL (Pet. Al.) tractavit de Inſtauranda Æthiopum ſalute, Anno 1627.

SANFELICIUS (Ant.) Anno 1570. obiit. Campaniam Italiæ deſcripſit. Vid. *Waddingus in S. O. M pag. 37.*

SANFELICIUS (Joh. Franc.) JCtus, collegit deciſiones ſupremorum tribunal. regni Neapolit. Venet. An. 1644.

SANFORD (Hugo) egit de deſcenſu Chriſti ad inferos, An. 1611.

SANGA (Joh. Bapt.) Roman. carminibus celebris factus eſt. Vid. *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 602.*

SANGALLENSIS, hiſtor. geſta Caroli Magni literis conſignavit. Vid. *Zeillerus part. 3. de hiſt. pag. 209.*

SANGELASIUS (Joh.) Engoliſmenſis, An. 1552. claruit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 16.*

SANGENESUS (Joh.) exaravit poëmata, Pariſ. A. 1654. excuſa.

SANGIORGIUS (Joh. Ant.) Card. Anno 1509. obiit. In decretales commentari inſtituit. Videatur *Ghilinus, vol. 1. pag. 95.*

SANGIORGIUS (Pet. Maria) JCtus, Anno 1537. floruit. Reliquit conſilia.

SANGLARUS, pro Archimede & Euclide ſcriptis decertavit.

SANGRINUS (Angel.) Caſinenſis abbas, Anno 1593. obiit, ætatis 93. Adornavit lyricam pſalmorum paraphraſin: carmen heroicum de ineffabili nomine JESU: elegias undecim de paſſione Domini. Poëtica facultate usque adeo pollebat, ut, quicquid libuiſſet, facile & ubertim pene extemporaneo carmine enunciaret.

SANLEGERIUS (Franc. Tond.) ſcr. de penſionibus eccleſiaſticis, An. 1662. fol. Vide, TONDUTUS.

SANLEONIUS (Seb.) emiſit actiones Coſmianas, Florent. An. 1578.

SANNAZARIUS (Jac.) Neapolit. natus eſt An. 1458: obiit An. 1530, ætatis 72. Pro Jacobo Sannazario *Actius Sincerus* appellari maluit. Struxit 3. libros de partu Virginis: in quibus elimandis 20. annos contriviſſe fertur. *Epitaphium* ejus tale circumfertur.

Da ſacro cineri flores. Hic ille Maroni
Sincerus muſa proximus, ut tumulo.

Carmina ejus ex parte habentur *Tom. 2. Del. Ital. pag. 602.* In carmine ſacro (uti obſervat *Scipio Gentilis in notis* ad epiſt. *Pauli ad Philem. pag. 40.*) ne ſemel quidem Chriſtum aut JESUM nominare auſus eſt, offenſus, ut puto, parum latinis auribus tritis nominibus. Similiter vaticinia de Chriſto prolaturus, non Eſaiam, non Davidem, ſed Proteum ea canentem inducit in antro Jordanis. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 205.* Partum Virginis matris *Act. Sincerus* mire felici carmine deſcripſit, cui ſupra modum applauſum eſt á Romano theatro. Confer *Scaligerum de re poët. pag. 812.* Adde *Jovium in elog. numero 80. Wilckium in Ἑορτολογ. pag. 341. Ghilinum vol. 2. pag. 158. Olearium in Abaco, pag. 225.*

SAN-

SANNAZARIUS (Jul.) JCtus, de ſponſalibus & matrimoniis, Anno 1602. commentatus eſt.

SANNYRION, Σαννυρίων, veteris comœdiæ poëta, Olymp. LXXXVII. claruit. Fabulam ejus Γέλωτα Athenæus l. 7. allegat. Scripſit etiam Δανάην, Ἰὼ & Ψυχασπαῖς. Juxta Pollucem Canabus vocatus eſt ob gracilitatem.

de SANROMAN (Mich.) confecit expeditiones ſpirituales, An. 1644. fol.

SANSONIUS (Nicol.) tabulas geographicas Lutet. Anno 1644. evulgavit.

SANSOVINUS (Franc.) Anno 1586. obiit Exaravit de adminiſtratione regnorum & rerump. 21. libros. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 64.*

SANSOVINUS (Pet.) Anno 1578. claruit & Venetias deſcripſit.

SANTANDER (Gabr. Ad.) emiſit librum titulo, dictamen ad interrogata reſpondens, An. 1660. in 4.

SANTBECHIUS (Dan.) Gelder, edidit problematum aſtronomicor. & geometricorum ſectiones ſeptem, Anno 1561.

SANTENIUS (Joh.) hypomnemata oratoria, Anno 1630. item, tract. de termino vitæ An. 1641. imprimi curavit.

SANTERNA (Pet.) Hiſp. tractavit de mercatura, Anno 1558.

SANTES (Edwin) de ſtatu religionis relationem confecit, in qua religionum conciliationem vehementer urget.

de SANTIAGO (Joh.) vel à S. Jacobo, Toletanus, Anno 1604. obiit. Extat ejus methodus concionandi: item, ars rhetorica. Vid. *Alegambe, pag. 272.*

SANTINELLUS (Barth.) Roman. medicus, edidit confuſionem transfuſionis ſanguinis, ſive confutationem operationis transfundentis ſanguinem de individuo in individuum, Romæ, An. 1668.

SANTIURE (J. Bapt.) emiſit librum titulo, lux veritatis fidei accenſa, Monach. Anno 1646.

SANTORATIUS (Franc.) adornavit medullam Ariſtotelis Anno 1619. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 135.*

SANTORELLUS (Anton.) medicus & philoſophus Neapolitanus, ſtruxit 24. libros de ſanitate, An. 1643. fol.

SANTOVIRIUS (Pet.) Anno 1572. vixit. Scripſit tractatum de hoſpitalitate; item, de caſibus abbati reſervatis, teſte *Sandero. Swertius* vocat *Pet. Santomerium* Wallocapellum.

SANTRA, teſte S. *Hieronymo, in præfat. libri de Scr. Eccleſ.* vitas præſtantium virorum literis conſignavit. Liber ejus de verborum antiquitate aliquoties à *Feſto, Nonio & aliis* allegatur. Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 764.*

SANUTUS (Joh. Bapt.) reliquit tract. de rebus litigioſis: reſponſa civilia & criminalia: ephemerides, &c. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 139.*

SANUTUS (Marinus) cognomine *Torſellus*, Venetus, Anno 1310. floruit. Elaboravit librum de magiſtratibus Venetis: & alium de vitis principum Venetorum. Extant ejusdem ſecreta fidelium Crucis & continentur *Tom. 2. hiſt. Orient. edit. Hanoviæ* Anno 1611. Vid. *Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 229.*

SANUTUS (P. Aurel.) oppugnavit aſſertiones Lutheri, Pariſ. Anno 1550.

SANZ (Pet.) de Morquecho, JCtus, de diviſione bonorum Anno 1607. commentatus eſt.

SAPCOTUS (Hieron.) ſcripſit ad pr. leges digeſt. Venet. An. 1579.

SAPHORIUS (Arn.) Beamenſis Gallus, Anno 1595. obiit. Extant ejus comminationes adv. hæreticos. Vid. *Alegambe, pag. 48.*

SAPIA (Sebaſt.) JCtus, tractavit de miſſione in poſſeſſionem, Colon. Anno 1587.

SAPIDUS (Joh.) Seleſtad. natus eſt Anno 1490: obiit Anno 1561. Edidit Lazarum redivivum, Comœdiam. Carmina ejus ſervantur *T. 5. Delit. Germ. pag. 1176.* Vid. *Hertzog, in Chr. Alſat. 7, 21.*

SAPIENS (Joh.) tractatum de DEO Romæ Anno 1581. exaravit.

SAPORTA (Ant.) quinque libros de tumoribus præternaturalibus, An. 1624. edi curavit.

SAPORTA (Joh.) Toletanus, JCtus, ſcripſit de mora: item, de collationibus. Vid. *Tomus 8. Tract. tract.*

SAPPHIRUS (Phil.) Novarinus, in analytica poſteriora commentari cœpit. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 81.*

SAPRICIUS Saprici, ſcriptis certavit cum Thoma Stigliano. Vid. *Joh. Rhodius in Autoribus ſuppoſit. pag. 28.*

SARABUS, Σάραβος, condidit artem coquendi, á quo eandem didicit Plato philoſophus. Videatur *Tzetzes in Chil. pag. 200.*

SARACENUS (Ant.) de peſte ſcribere inſtituit, Anno 1589.

SARACENUS (Joh.) canonicus Cracovienſ. tractavit de ſchiſmate Ruthenorum. Vid. *Starovolſcius, pag. 55.*

SARACENUS (Morus) elaboravit compendium phyſicum, An. 1586.

SARACENUS (Pet. Thom.) Anno 1602. floruit. Reliquit menologium Carmelitarum.

SARACINELLUS (Bernh.) Urbevetanus, orationem de Spiritus S. adventu, Anno 1676. habuit.

SARASA (Alf. Ant.) artem ſemper gaudendi excogitavit, quæ prodiit Antv. Anno 1664. Extat ejusdem ſolutio problematis á *Marſenno* propoſiti, Anno 1649. fol. edita.

SARAVIAS (Adrian.) Hiſp. Anno 1587. floruit & Leydæ theologiam profeſſus eſt. Tractavit de ſacrilegiis & ſacrilegorum pœnis: item, de diverſis gradibus miniſtrorum Evangelii. Vid. *Meurſius in Ath. Batav. pag. 260.*

SARAYNA (Gabr.) collegit deciſiones Siciliæ, An. 1560.

SARAYNA (Torellus) ſcripſit de viris illuſtribus Veronenſibus, An. 1540.

SARAZANIUS (Mart.) opera Damaſi notis illuſtravit, Pariſ. An. 1673.

SARBELLONA philoſophiam duobus voluminibus, fol. complexus eſt.

SARBIEVIUS (Matth. Caſim.) Lithuanus, Anno 1640. obiit. Vilnæ philoſophiam & theologiam profeſſus eſt. Edidit 4. libros Lyricorum. Fertur etiam reliquiſſe 12. libros Lechiados carmine heroico. Vid. *Alegambe, pag. 337.*

SARCERIUS (Eraſmus) Annæbergenſis, natus eſt Anno 1501: obiit Anno 1559. Primo ſcholæ Lubecenſi præfuit: deinde á Comite Naſſovienſi invitatus in dicto comitatu eccleſiam rexit. Fertur 24. eccleſias Comit. inſtituiſſe & juxta reformatam religionem ordinaſſe. Emiſit dialecticam, rhetoricam, & alia. Vid. *Jac. Verbeiden in elog. Theol. pag. 47.*

de SARDIS (Lud.) Ferrarienſ. JCtus, condidit tractatum de liberis naturalibus, legitimatione & ſucceſſione eorum. Floruit Anno 1400.

SARDUS (Alex.) Ferrarienſis, ſcripſit de moribus gentium tres libros: item, de rerum inventoribus: ut & de nummis Romanorum & Græcorum, An. 1579.

SARDUS (Caſp.) exaravit commentarium de triplici philoſophia ad Olympiam Moratam. Vid. *Voſſius de natura rhetor. pag. 52.*

SARDUS (Joh. Simon) de libertate eccleſiaſtica ſcribere aggreſſus eſt.

SARISBURIENSIS (Joh.) epiſcopus Carnotenſis, Anno 1182. obiit. Reliquit Polycraticon ſive tr. de nugis Curialium. Vid. *Thomaſius de plagio §. 535. Barthius ad Claudian. pag. 1234.* Quære, JOHANNES.

SARMIENTUS (Franc.) Hiſp. confecit 3. libros ſelectarum interpretationum, An. 1580. Opera ejus prodierunt, Antv. Anno 1616.

SARNANUS (Conſtant.) inſtituit conciliationem Thomæ & Scoti Anno 1576. Vid. *Quenſtadius pag. 346.*

SARNENSIS (Pet.) Ciſtert. monachus, tempore Innocentii III. vixit. Condidit hiſtoriam Albingenſium & belli in eos Anno 1209. ſuſcepti. In lucem prodiit An. 1615. cura *Nicol. Camuzatis.*

SARNICIUS (Stanisl.) octo libros de rebus Polonorum & Lithuan. compoſuit. Vid. *Starovolſcius, pag. 65.*

de SARO (Lud.) ſcripſit de vita Chriſti, teſte *Sauberto in orat. de Biblioth. p. 91.*

SARPIUS (Paulus) Venetus, ſtruxit hiſtoriam Veneti interdicti ſeptem libris: item hiſtoriam concilii Tridentini ſub nomine *Petri Suavis Polani.* Tandem Venetiis á ſicariis confoſſus eſt. Vid. *Job. Rhodius in ſcrip. ſuppoſit. pag. 8. Placcius, pag. 226. 242.*

SARPUS (Pet.) egit de Jure aſylorum, An. 1622.

SARRACENUS (Joh.) Atrebas, A. 1598. obiit. Dioſcoridem latine vertit notisque exornavit. Extant & ejus orationes.

SARRACHUS, Trivultiaden ſive hiſtoriam de geſtis Joh. Jac. Trivultii Magni compoſuit.

SARRAVETIUS (Mich.) de Petra, quæſtiones varias ventilavit, 1. de infallibilitate primi principii. 2. de principio individuationis. 3. de ſubjecto philoſophiæ naturalis. 4. de inſolubilibus.

SARRAVIUS (Claud.) reliquit epiſtolas: de quibus vide judicium *Nic. Heinſii in Ovidii artem, pag 617.*

SARSA (Samuel.) Vide, SAMUEL.

SARSIUS (Loth.) tractavit de ratione ponderum Pariſ. An. 1626.

SARSONUS, Anglus, concinnavit analyſin epiſtolæ S. Pauli ad Timotheum.

à SARTIANO (Albert.) An. 1450. obiit. Scripſit ad Eugenium IV. pont. contra martyrum vituperatores. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 6.*

SARTIUS (Aloyſ.) Anno 1588. floruit. Vid. *Bumaldus pag. 13.*

SARTORIUS (Euch.) edidit ſanctos fundatores ordinum religioſorum, Friburgi, Anno 1662.

SARTORIUS (Joh.) Amſterd. Anno 1566. obiit. Compoſ. grammaticam latinam: item, obſervationes in Matthæum; ut & tres chiliades adagiorum. In *epitaphio* triglottus audit.

SARTORIUS (J. A.) JCtus, de jurisprudentiæ laudibus ſcribere aggreſſus eſt.

SARTORIUS (Sixtus) emiſit epiſtolas, Anno 1605.

SARZONIUS (Hieron.) JCtus, tractatum confecit de fœminis ad feudum recipiendis nec ne.

SARZOSIUS (Franc.) ſcripſit in aquatorem planetarum.

SAS, de ſingularitate clericorum, Bruxell. An. 1653. tractare inſtituit.

SASBOLDUS (Adamus) vel SASBOUTH, Delphenſis, natus eſt Anno 1516: mortuus Anno 1553. Confecit comment. in Eſaiam & omnes S. Pauli epiſtolas. Librum primum Iliados Homeri latino carmine convertit. Memoria tam felici fidaque fuiſſe dicitur, ut 12. libros Æneidos ſine monitore promte recitaret. Ejus opera prodierunt Coloniæ, Anno 1575. Vid. *Sauſſay, pag. 72. Waddingus pag. 2.*

SASCARIDES (Gellius) Hafnienſ. natus eſt Anno 1562: obiit Anno 1612. Scripſit de ſpiritibus & calido innato. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 211. Bartholinus in Danis, pag. 46.*

SASCARIDES (Joh.) Wermenhuſanus, natus eſt Anno 1526: obiit Anno 1594 Erat Græcè doctus & Hebraicè. Compoſuit novem libros carminum ſacrorum. Videatur *Tomus 5. Delit. Germ. pag. 1182.* Confer *Bartholinum in Danis pag. 88. Vindingium in R. H. pag. 105.*

SASERNA, antiquus autor, de agricultura commentatus eſt. *Columella* 1, 1. vocat non ſpernendum rei ruſticæ autorem.

SASGERUS (Caſp.) Germ. Anno 1525. claruit. Tractavit de juſtitia fidei & operum: de 7. ſacramentis: de præceptis & legibus: de poteſtate eccleſiaſtica, &c. Vid. *Waddingus, pag. 144.*

SASSIUS (Nicol.) Danus, exaravit threnodiam memoriæ Udalrici, hæredis Norvegiæ, Anno 1633.

SASSOLINUS (Franc.) JCtus, An. 1270. floruit. Reliquit quæſtiones.

SASSONIUS (Bernh.) JCtus, Anno 1463. claruit. Scripſit nonnulla metricè.

SATLERUS (Joh. Rud.) JCtus, de examine teſtium, Anno 1646. commentari cœpit.

SATLERUS (Wolfg.) egit de jure & privilegiis medicorum, An. 1609.

SATORRUS (Joh. Greg.) librum texuit de laudibus & excellentiis nominis Jesu, Anno 1583.

SATURNINUS (Q. Claudius) JCtus, ſub Antonino Pio Imp. vixit. Erat vir ſingularis quandoque opinionis. Unde legum interpretes (inquit *Guido Panzirolus* 1, 49) eos, qui ſoli ſunt in aliqua ſententia, Saturninos vocant. Compoſuit librum de coronis, teſte *Tertulliano.* Vid. *Bertrandus pag. 263.*

SATURNINUS (Furius) rhetor, majus nomen in foro, quàm in declamationibus habuit. Solebat tamen tam honeſtè declamare, ut ſcires illum huic materiæ non minus idoneum eſſe, ſed minus familiarem. Videatur *Seneca l. 3. controverſ. 21.*

SATURNINUS (Junius) à *Suetonio in vita Auguſti, c. 27.* laudatur.

SATYRUS, Σάτυρος, Comicus, *Μυρὰς* & *[illegible]*, dramata exaravit. Vid. *Athenæus & Stobæus.*

SATYRUS, peripateticus, condidit vitas illuſtrium virorum, quas *Athenæus l. 13. & S. Hieronymus præfat. lib. de ſcr. eccleſ.* commendant. Scripſit etiam *περὶ χαρακτήρων.* *Theophilo l. 2. ad Autolycum* Satyrus de populis Alexandriæ hiſtoriam conſcripſiſſe dicitur. *Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 1. Antiq.* Satyrum

quendam fabulas antiquas collegiſſe tradit. *Plinius l. 37. c. 2. 6.* etiam de gemmis tractaſſe affirmat.

SATYRUS, medicus & celebris anatomicus, tempore Adriani Imp. claruit. Erat Quinti auditor, *Galeni* verò præceptor.

SAVADCIUS (Theod.) Polonus, haud inamœnus ſoluta & ligata oratione ſcriptor *Starovolſcio pag. 116.* appellatur.

SAVAGETUS (Joh.) Conſtantienſis & Baſileenſis eccleſiæ canonicus, condidit lamentabilem orationem, qua oſtenditur juſtitia Lud. à Freiberg & injuſtitia Ottonis de Sonneberg, teſte *Reiſero.*

SAVARO (Joh.) præſes & præfectus Arverniæ, ſcripſit luculentum comm. in Sidonium Apollinarem: item, notas in anonymum de eccleſiis & monaſteriis Claromontii, Anno 1608. Vid. *Caſp. Barthius in Rutil. pag. 135. Sauſſay pag. 232.*

SAUBERTUS (Joh.) Altdorfinus, celebris Theologus, natus eſt An. 1592 obiit Anno 1646. Altdorfii theologiam profeſſus eſt. Inde Norimbergam vocatus gregi dominico multis annis magno cum fructu præfuit. Reliquit orationem de Bibliotheca Norimbergenſium publica: Caſſandrum evangelicum: emblemata: conciones. Mortuum laudavit *Joh. Valentinus Andreæ.* Vid. *Micrælius pag. 410. Henningus Witte in Theolog. pag. 629. Placcius, pag. 158.*

SAUBERTUS (Joh.) Joh. filius, Norimbergenſis, natus eſt Anno 1638. Helmſtadii linguam ſanctam & Theologiam per 13. ferè annos profeſſus eſt: Inde Anno 1672. Altdorfium accitus. Tractatum de Sacrificiis, cùm adhuc Studioſus eſſet, conſcripſit. Diſputationes philologicas Helmſtadii complures habuit, quæ Anno 1678. in unum volumen collectæ & titulo Palæſtræ Theologicophilologicæ inſignitæ ſunt. Præterea *Leonis* Judæi tractatum de Templo Hieroſolymitano latinè tranſtulit. Extant ejuſdem Variantiæ lectionum in Matthæum Evangeliſtam.

SAUER (Abrah.) JCtus, ſtruxit diarium: item, theatrum urbium, An. 1593.

SAVIGNANUS (Hieron.) Anno 1641. floruit. Extant ejus orationes.

de SAVIGNY (Sebaſt.) edidit tabulas de omnibus artibus liberalibus. Vid. *Sorellus de Perf. Hom. pag. 567.*

de SAVIIS (Joh. Jac.) medicus, Anno 1518. claruit. Nonnulla in Hippocratem meditatus eſt.

SAVILIUS (Henr.) eques Britannus, Anno 1621. obiit major ſeptuagenario. In Cantabrigienſi academia mathematicam profeſſionem de ſuo inſtituit. Prælectiones in Euclidem confecit. Idem operum S. Chryſoſtomi optimam & pulcerrimam editionem procuravit. Extat ejuſdem tractatus de militia Rom. Vid. *Voſſius de math. ſcient. pag. 339. Kempius, pag. 513.*

SAVIUS (Ant. Th.) Anno 1550. claruit. *Phalaridis* epiſtolas, ab *Aretino* verſas, ad Græcum exemplar contulit & emendavit.

SAVIUS (Aurel. Dav.) Anno 1562. obiit. In titul. de capt. & poſtlim. reverſis commentatus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 34.*

SAULIUS (Alex.) vitam & geſta S. Pauli Apoſtoli literis conſignavit, Romæ, Anno 1661.

SAULNIER (P.) de capite ordinis Spiritus S. diſſeruit, An. 1649.

SAULT (Nicol.) tractatum exaravit de fiducia in Deum, Colon. An. 1660.

SAULUS (Magnus) diſquiſitionem vulgavit de ſcientia ejuſque effectu juris, Anno 1667.

SAVONA (Ph.) Panormitanus, emiſit deciſiones medicinales, Anno 1623. fol.

SAVONAROLA (Hieron.) Ferrarienſis, Anno 1498. juſſu Alexandri VI. pontif. ſtrangulatus & exuſtus eſt. Cauſa erat, quòd in pontificis clericorumque vitam graviſſime invectus eſſet: etſi non deſint, qui eum rebus novis ſtuduiſſe affirment. A multis propheta habitus eſt. *Cominæus lib. 5. de bello Neap. pag. 393.* ita ſcribit: Hoc unum affirmare poſſum, multa illum verè prædixiſſe, de quibus nemo mortalium potuiſſet eum admonere. *Marſilius Ficinus & Franc. Picus Mirandulanus* cauſam ejus contra papam defendere non erubuerunt. Reliquit commentarium in ſeptem Pſalmos pœnitentiales: & triplicem expoſitionem in orationem Dominicam. Vid. *Politianus l. 4. epiſt. 2. Jovius in elog. numero 42. Pierius Valerian. de J. L. pag. 137. Voſſius de Phi-*

de Philoſophia pag. 12. Ghilinus, vol. 2. pag. 196. Olearius in Abaco, pag. 211.

SAVONAROLA (Joh. Mich.) Patavinus, edidit practicam majorem, Anno 1506.

SAVORGNANUS (Maffus) Anno 1507. floruit. Videatur *Ghilinus, vol. 1. pag. 168.*

SAVOTIUS (Lud.) medicus regius & profeſſor in acad. Pariſienſi, tractatum concinnavit de coloribus, Pariſ. An. 1609. Vid. *Linden, pag. 433.*

SAURE (Joh.) Tornayenſis, tractavit de lapide philoſophorum.

SAURIUS (Conr. Gerh.) JCtus, progymnaſmata judiciorum typis tradidit.

SAUROMANUS (Georg.) Germanus, omiſſo juris ſtudio, ad literas humaniores ſeſe contulit. Duas orationes in laudem Caroli Imper. habuit, ob quas *Longolio* plenior & torotior habitus ac Romana civitate donatus eſt. Videantur *Jovius in elog. numero 128. Pierius Valer. pag. 169.*

SAUROMANUS (Joh.) Sileſius, Anno 1539. vixit & tragœdiarum Æſchyli latina verſione famam ſibi comparavit.

SAUSSAY (Andr.) vel SAUSSAGIUS, epiſcopus Tullenſis, volumen confecit de S. Andreæ laudibus & ſcriptoribus, qui *Andreæ* nuncupati ſunt, Anno 1656. Extant ejusdem continuatio *Bellarmini* de ſcriptoribus eccleſiaſticis: tractatus polemicus de apoſtolatu S. Dionyſii Areopagitæ: martyrologium Gallicanum, &c.

SAUSSEY (Carol.) Aurelianus, annales eccleſiæ Aurelianenſis compoſuit, Pariſ. Anno 1615.

SAUTELIUS (P. Juſt.) celebris poëta, ſcripſit luſus allegoricos: item, annum ſacro-poeticum, Anno 1675.

SAUTERIUS (Caſp.) Anno 1604. obiit. De majeſtate filii hominis Anno 1599. tractare aggreſſus eſt.

SAUTERIUS (Dan.) JCtus, Anno 1615. claruit. Edidit praxin bancæruptorum: item, Palamedem ſive librum de tabulis luſoriis, Anno 1622.

SAWIEKI (Caſp.) Vilnenſis, An. 1620. vivere deſiit. Paravit indicem Biblicum omnium materiarum. Vid. *Alegambe, p. 152. Placcius pag. 177.*

SAX (Joh.) Frauſtadienſis Polonus, de ſtatu reip. Polonicæ aſſumto nomine *Franc. Marini*, A. 1665. adv. *Doct. Conringium* ſcribere cœpit. Videatur *Placcius, pag. 223.*

SAXIUS (Ambroſ.) lector jubilatus, Anno 1625. floruit. Adornavit cataſtroſin philoſophicam & theologicam, Peripateticæ videl. Scoticæ & univerſalis doctrinæ explanationem, teſte *Bumaldo.* Confer *Waddingum in S. O. M. pag. 18.*

SAXO Grammaticus, Roſchildenſis eccleſiæ in Dania præpoſitus, tempore Philippi Imp. annum circiter 1200. claruit. Danicam hiſtoriam 16. libris complexus eſt. Dictionis ejus tanta eſt elegantia (inquit *Voſſius*) ut ætatis illius captum plane excedat: imò cum antiquiorum & noſtri ſeculi plurimis certet. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 176.* Saxo Grammaticus ſuæ gentis hiſtoriam ſplendide magnificéque contexuit. Vividum & ardens ingenium; oratio nunquam remiſſa aut dormitans, tum mira verborum copia, ſententiæ crebræ & figurarum admirabilis varietas; ut ſatis admirari non queam, unde illa ætate homini Dano tanta vis loquendi ſuppetierit: ſed vix ulla in illo Ciceronis lineamenta reperies. In Saxonem *Stephanus Stephanius* eruditè commentatus eſt. Vid. *Caſp. Barthius in Claudian. pag. 660. 924. Zeiller. part. 1. de hiſt. pag. 129. Funccius T. 1. Orb. imp. pag. 675.*

SAVO (Michael) chronicon Cæſarum edidit, An. 1606. fol.

de SAXONIA (Alb.) in libros de cœlo & mundo commentatus eſt. Liber prodiit Venet. An. 1520.

de SAXONIA (Henr.) tractavit de ſecretis.

SAXONIA (Hercul.) Patavinus, medicus Anno 1607. vivis exceſſit. Scripſit de febribus, pulſibus, lue venerea, melancholia, &c.

de SAXONIA (Jordan.) Magdeburgenſ. ord. S. Auguſt. Anno 1410. claruit. Vid. *Simlerus.* Reliquit ſermones de tempore & de ſanctis; 254. theoremata de paſſione Domini: explicationem in Apocalypſin.

de SAXONIA (Jordan.) itidem Germanus, ord. prædic. An. 1220. floruit. Nonnulli eum Anno 1236. cum Hieroſolymam

mam tenderet, naufragio periiſſe memorant. Compoſuit librum de origine ordinis ſui. Vid. *Olearius in Abaco pag. 273. Quenſtad. pag. 240.*

de SAXONIA (Ludolf.) Carthuſianus, Anno 1330. claruit. Vitam Chriſti ex Evangeliſtis & eccleſiæ doctoribus concinnavit. Videatur *Olearius loc. cit. pag. 295.*

SAXONIUS (Joh.) JCtus, Anno 1464. obiit. Aſſertionem confecit de gloſſis Accurſianis.

SAXONIUS (Joh.) fecit enarrationes in quaſdam Ciceronis orationes.

SAXONIUS (Pet.) Holſatus, profeſſor mathematum ſuperiorum, d. 15. Sept. An. 1625. Altdorffii extinctus eſt.

SAXUS (Angel.) Patavinus, JCtus, à familiari olim ſuo ſceleratè interfectus eſt. Vid. *Tollius de I. L. pag. 47.*

SAXUS (Pamphil.) verſibus innotuit. Vid. *T. 2. Delit. Ital. pag. 761.*

SAYRUS (Greg.) Cæſinenſis monachus, edidit clavem regiam ſacerdotum, omnes caſuum conſcientiæ locos aperientem, Antv. An. 1619. fol.

SBORCHIUS (Inn.) triumphum Sanctorum verſibus heroicis expreſſit, Anno 1606. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 188.*

SBROZZIUS (Jac.) JCtus, de vicarii epiſcopi officio & poteſtate ſcribere aggreſſus eſt, Venet. An. 1606.

SBRULLIUS (Rich.) Forojul. elegiam, cui titulus, Vaticinium Protei, in Caroli V. Imp. felicem in Germaniam ex Hiſpan. reditum, Anno 1520. edi curavit.

SCACCIA (Sig.) JCtus, de commerciis & cambio commentatus eſt Anno 1620.

SCACCHUS (Durantes) Fabrianenſis, ſubſidium medicinæ, Urbini An. 1596. publicavit.

SCACCHUS (Fortun.) condidit opus prolixum de elæochriſmate, An. 1626. in 4. Videatur *Leo Allatius in Apib. Urb. pag. 100.*

SCACCHUS (Franc.) Fabrianenſis, medicus, tractavit de potu ſalubri, Romæ, Anno 1622.

SCACIUS (Leonh.) Generalis ord. prædicat. quadrageſimale de petitionibus animæ compoſuit.

SCÆVA Memor, poëta, tempore Domitiani Imp. vixit. Meminit ejus *Martialis l. 11. epigr. 10. & 11. Fulgentius Planciades* Memoris tragœdiam, Herculis nomine, allegat. *Joſeph. Scaliger* in ea erat opinione, tragœdiam Octaviæ, quæ *Senecæ* vulgo tribuitur, eſſe Scævæ Memoris.

SCÆVOLA (Q. Mucius) celeberrimus JCtus, A. U. Romæ 620. floruit. Proconſul Aſiam ſanctiſſimè adminiſtravit, ut Senatus deinceps in Aſiam ituris magiſtratibus Scævolam tanquam exemplum proponeret. In ejus honorem Aſiatici *Mucia* diem feſtum inſtituerunt. Juxta *Pomponium l. 2. de Orig. Juris*, primus jus civile conſtituit generatim in libros octodecim redigendo. *Cicero in Bruto c. 40.* conſultorum diſertiſſimum nuncupat. De morte ejus *Auguſtinus l. 3. de C. D. c. 28.* legi poterit. Plura *Rupertus ad Pompon. pag. 385. & Bertrandus, pag. 25.* obſervant.

SCÆVOLA (Cerbidius.) Vide, CERBIDIUS.

SCAGLIONUS (Joh. Fr.) ſcripſit de ritibus magnæ Curiæ, Venet. Anno 1603.

SCALA (Barthol.) Florentinus, natus eſt eſt Anno 1424: obiit Anno 1497. Filiam habuit *Alexandram*, Græcis & Latinis literis excultam, quæ nupſit *Mich. Marullo Trachoniotæ*, homini Græco & docto, ſed de religione Chriſtiana (ut loquitur *Leander in Italia*) non ſana ſentienti. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 162.* Scala ſibi videbatur Tullianus: *Politiano* ne latinus quidem videtur, adeò ut ne ſenſum communem illi tribuerit. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 36.*

SCALA (Fr.) JCtus, Anno 1258. floruit. Reliquit quæſtiones & conſilia.

SCALA (Joh.) Anno 1553. obiit. Martyrium S. Wenceslai literis mandavit. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 88.*

SCALA (Pax) Patav. JCtus, ſcripſit 4. libros de conſilio ſapientis in cauſis forenſibus adhibendo: item, volumen de contractuum atque ultimarum voluntatum compoſitione, Anno 1560. Vid. *Tomus 5. Tract. tract. Manutius part. 1. notar. in epiſt. fam. Cic. pag. 101. 137.*

SCALABONIUS (Laur.) emiſit moralia in paſſionem Chriſti, Ravenn. Anno 1625.

SCALCUS (Joh.) Antverp. Anno 1602. obiit.

obiit. Exaravit orationem de Antiochena ſeditione.

SCALICHIUS (Paulus) Comes Hunn. Anno 1563. vixit. Edidit acroama in cap. 1. Apocalypſeos: item, epitomen encyclopædiæ. Vid. *Dietericus part. 1. Ant. Bibl. pag. 118.*

SCALIGER (Jul. Cæſar) natus eſt Anno 1484: obiit Anno 1559. Ortus eſt nobiliſſima Veronenſium Principum familia. Philoſophiam & medicinam feliciſſimè ſectatus eſt. Eruditionem ejus ſcripta loquuntur, ut libri de ſubtilitate contra *Cardanum:* notæ in hiſtoriam animalium Ariſtotelis: liber de cauſis lat. linguæ: tract. de re poetica: orationes, epiſtolæ & carmina. *Juſtus Lipſius* eum Hippocrati & Ariſtoteli tertium jungere non dubitavit. *G. Joh. Voſſius* virum humanæ divinitatis nuncupavit. Vid. *Voſſius Theol. Gent. l. 3. c. 80. Imperialis, pag. 63. Thomaſius de plagio, §. 536.*

SCALIGER (Joſephus Juſtus) Aginnenſis, natus eſt Anno 1540: obiit Anno 1609. Linguam Græcam, Hebraicam, Arabicam &c. perfectè calluit. Homerum uno & viginti diebus totum didicit: reliquos poëtas omnes intra quatuor menſes (ut ipſe loquitur) devoravit. De Chronologia optimè meruit, partim libris de Emendatione temporum, partim Canonibus iſagogicis unà cum Theſauro temporum in lucem emiſſis. Nec philologus tantùm & philoſophus, verum etiam Theologus, Juriſconſultus, & medicus extitit. Unde à *nonnullis* eruditorum Phœnix dictus eſt. *Daniel Heinſius* abyſſum eruditionis, ſcientiarum mare, Solem doctorum, divini patris divinam ſobolem, genus Deorum, perpetuum literarum dictatorem, maximum naturæ opus & miraculum ac extremum ejus conatû appellabat. Vid. *Rupertus in hiſt. Univerſ. pag. 418. 424. Ghilinus vol. 2. pag. 160. Colomeſius in O. O. pag. 112. Biſſelius in Septennio ſecundo pag. 82. 91. Henning. Witte in memor. Philoſoph. pag. 29.*

SCALONA (Franc. Anton.) paravit tractatum de teſtamentis & ultimis voluntatibus, Neap. An. 1675. fol.

SCAMBATUS (Scipio) An. 1652. obiit. Vide, SGAMBATUS.

SCAMMACCA (Joſ.) Leontinus Siculus, Anno 1627. vivere deſiit. Compoſ. ad centum volumina de rebus divinis vincta ſolutaque oratione. Vid. *Alegambe, pag. 286.*

SCAMMACCA (Hort.) Joſephi frater, Anno 1638. claruit. Exaravit 30. tragœdias. Vid. *Idem pag. 190.*

SCAMON, Σκάμων, Mitylenæus, librum περὶ εὑρημάτων vel de rerum inventione confecit. Meminit ejus *Clemens Alex. l. 1. Stromat.* item, *Athenæus l. 14.* Confer *Suidam in Φοινικήϊα, Jonſium de ſcr. hiſtor. phil. 1, 3.*

SCANAROLUS (Ant.) Mutinenſis, tractavit de morbo Gallico An. 1498.

SCANAROLUS (J. Bapt.) JCtus, de viſitatione carceratorum, Romæ, Anno 1655. fol. commentatus eſt.

SCANDORPIUS (Nicol.) Cimber, natus eſt Anno 1596: obiit Anno 1645. Extat ejus tractatus de rejectione Judæorum & adoptione gentilium. Vid. *Vindingius in Haſn. pag. 344. Bartbol. in Danis ſcript. pag. 109.*

SCANNABICHIUS (Albericus) de S. Petro, JCtus, Anno 1253. floruit. Reliquit varias in jure quæſtiones.

SCANUS (Joh.) Danus, concinnavit dialogum metricum inter juſtitiam & veritatem, Anno 1648: item, Satiram vel proceſſum felium cum canibus Anno 1550. Videatur *Bartbolinus in Danis pag. 88.*

SCAPHENATIUS (Joh. Bapt.) carminibus pangendis operam dedit. Vid. *T. 2. Delit. Ital. pag. 919.*

SCAPPIUS (Ant.) Bonon. JCtus, Anno 1525. claruit. Extat ejus tractatus, juris non ſcripti in utroque foro obſervati materiam complectens.

SCAPPIUS (Ugolinus) JCtus, An. 1365. floruit.

SCAPULA (Joh.) Germanus, An. 1589. vixit. Lexicon Græcolatinum magno ſtudio elaboravit.

SCARABICIUS (Sebaſt.) Patav. med. hiſtoriam de ortu ignis febriferi compoſuit Anno 1654. Videantur *Rhodius de ſcr. ſuppoſ. pag. 43. & Greg. Letus in J. R. pag. 333.*

SCARANUS (Luc.) ſtruxit ſcevophylacem, Venet. Anno 1601.

SCARDEONIUS (Bernhardin.) Anno 1574. obiit, ætatis 96. Tres libros de antiquitate urbis Patavinæ & claris ejus

civibus

ejus civibus confecit. Vid. *Thomaſinus part.1. elog pag.129.*

SCARGA (Pet.) Polonus, natus eſt Anno 1536: obiit Anno 1612. Mortuum laudavit *Fabianus Bircovius.* Tractavit inter alia de Euchariſtia. Opera ejus 4. tomis comprehenſa prodierunt. Videantur *Starovolſcius, pag. 128. Alegambe, pag. 368.*

SCARLATINUS (Oct.) h. t. claret. Edidit ſpeculum Momi, Bonon. Anno 1667. Videatur *Gregor. Letus in Ital. regn. pag. 141.*

SCARMILIONIUS (Vid. Ant.) Fulginas, de coloribus ſcribere aggreſſus eſt.

SCARPARIA (Iac. Ang.) condidit narrationem hiſtoricam de vita M. Tullii Ciceronis cura *Wolfg. Periſterii* vindicatam Romæ ab interitu.

SCARSIUS (Fed.) JCtus, de Annatis A. 1673. commentatus eſt.

SCAVENIUS (Laur.) natus eſt A. 1589: obiit An. 1655. Conſtruxit Hexaëmeron: item, orationem in exceſſum Chriſtiani IV. An. 1649. Videantur *Vinding. in R. H. pag. 348. Bartholinus in Danis ſcr. pag. 96.*

SCAVENIUS (Pet.) Roskildienſis, natus eſt Anno 1623. Videantur *Vindingius loc. cit. pag. 419. Bartholinus l. c. pag. 124.*

SCAURUS (M. Æmilius.) Vide ÆMILIUS.

SCAURUS (Marc. Terent.) grammaticus, Adriani Imp. tempore floruit. *A. gellius 11, 15.* eum de *Ceſellii Vindicis* erroribus allegat. Videatur *Glandorpius, pag. 834.*

SCAYNUS (Anton.) Salodienſis, adornavit paraphraſin in quatuor libros Ariſtotelis de prima philoſophia: item, paraphraſin in omnes Pauli epiſtolas, Anno 1536.

SCAYNUS (Joach.) collegit deciſiones rotæ Bononienſis, An. 1631.

SCELTONUS (Joh.) Anglus, An. 1529. obiit. Compoſuit comœdias: ſpeculum principis: nationem ſtultorum: varios tractatus de virtute, bono ordine & magnificentia. Extat etiam ejus opuſculum de porcorum grunnitu, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 134.*

SCEPPERUS (Corn. Duplicius) Neoportuanus, Anno 1554. obiit. Condidit ſex libros aſſertionum fidei contra aſtrologos. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 170.* Scepperus (inquit) præterquam quòd in omni diſciplinarum genere verſatus eſt, pari facultate & ſolutam orationem texuit & carmen: quanquam & hic diu fabulam egit motoriam. Vid. *Swertius, pag. 184.*

SCEPPERUS (Joh.) Gandavens. Anno 1620. in amne periit. Reliquit panegyricum, teſte *Swertio.*

SCEPRÆUS (Guilh.) Anglus, An. 1598. obiit. Edidit connexionem pſalmorum literalem Romæ.

SCERBITIUS (Pet.) ſtruxit promtuarium ſtatutorum regni Poloniæ. Vid. *Starovolſcius, pag. 117.*

SCHACCUS (Franc.) medicus. Vide, SCACCHUS.

SCHACHERUS (Quirin.) bibliothecam juridicam concinnavit An. 1677.

SCHACHTIUS (Val.) tractavit de Cœna Domini, Genevæ, An. 1593.

SCHADÆUS (Elias) Libenwerdenſis, An. 1593. obiit. Argentinæ docuit. Scripſit in Amos & Jonam.

SCHADÆUS (Hoſeas) templum Argentoratenſe deſcripſit.

SCHÆVIUS (Henr.) mythologiam Deorum & Heroum Anno 1660. evulgavit.

SCHAFERUS (Mich.) ſtruxit acropolin religionis Chriſtianæ de ſummis fidei articulis, An. 1636.

SCHAFMANNUS (Andr.) tractavit de baptiſmo A. 1587. de prædeſtinatione: item, de cœna Domini.

SCHAFNABURGENSIS (Lambertus.) Vide, LAMBERTUS.

SCHAFSHAUSEN (Nicol.) edidit diſſertat. de pace conſtituenda Anno 1632. Vid. *Thomaſius de plagio ſ. 539.*

SCHALL (Joh. Adamus) Colonienſis, 50. annis ap. Chinenſes verſatus eſt. Paravit calendarium Sinenſe: item, tabulam ſtellarum, &c. Vid. *Alegambe, pag. 217.* item, *Tractatus de ortu & progreſſu fidei orthodoxæ in regno Chinenſi, Ratisbon, A. 1672. editus.*

SCHALLERUS (Jac.) Argentoratenſis, natus eſt An. 1604: obiit An. 1676. Reliquit diſputationes politicas quamplurimas.

SCHALLINGIUS (Jac.) Winsheimenſis, compoſuit tres libros de natura oculorum, morbis & remediis eorum, Anno 1615.

SCHAMMAI, celebris doctor Judæorum, centum annis ante destructionem templi II. Hieroſolymitani floruit. Vid. *Buxtorf. in Abbrev. pag. 52.*

SCHARANDÆUS (Joh. Jac.) Solodurenſis, Anno 1640. claruit. Scripſit de modo & ratione viſendi ægros: item, de conſervanda ſanitate.

SCHARDIUS (Nicol.) JCtus, proceſſum judiciarium edi curavit.

SCHARDIUS (Simon) natus eſt, Anno 1535: obiit, Anno 1573. Edidit ideam conſiliarii: lexicon juridicum utriusq; juris: quatuor tomos hiſtoriæ rerum Germanicarum, &c. *Epitaphium* tale ei poſitum:

Schardius hic Simon poſt funera mœſta quieſcit:
Heu quantum amiſit Saxona terra Virum!
Imperii aſſeſſor Nemetum dicebat in urbe
Jus, justique tenax, eloquiique decus.
Parce tamen lacrimis. Nam quæ monumenta reliquit,
Perpetuò vitam ſunt habitura ſuam.

SCHARFIUS (Joh.) natus eſt, An. 1595: obiit An. 1660. Emiſit proceſſum diſputandi: item, logicam, phyſicam, metaphyſicam.

SCHARFIUS (Jo. Fr.) ſtruxit hiſtoriam paſſionis τῦ Θεανθρώπυ, An. 1676.

SCHARLACHIUS (Sam.) medicus & ingenioſus poëta fuiſſe dicitur. Carmina ejus An. 1600. prodierunt.

SCHARPIUS (Johannes) Scotobritannus, ſymphoniam Vet. & Nov. Teſt. Genevæ, An. 1625. publicavit.

SCHARPIUS (Leonell.) paravit novum fidei ſymbolum, Lond. 1612.

SCHARROCKIUS (Rob.) tractavit de officiis ſecundum jus naturæ. Prodiit, An. 1667. Vide, SHARROCK.

SCHARSCHMID (Carol.) agitavit exercitationes ad Novellas Juſtinian. Anno 1675.

SCHATEN (Nicol.) Caroli Magni res geſtas quatuor libris expreſſit, Anno 1674.

SCHATO (Andr.) Torgenſ. medicus, natus eſt An. 1539: obiit An. 1603. Witebergæ matheſin & phyſicam, tandem etiam medicinam profeſſus eſt. Ob virtutem, doctrinam, aliaque merita, præter votum & opinionem, à Cæſare nobilitatis inſigniis decoratus eſt.

SCHAUM (Eggeb.) ſcripſit de annulo ejusq; jure & uſu, Anno 1620. Vide, G. RITTERSHUSIUS.

SCHAUTHEET (Fulgent.) controverſias philoſophicas vulgavit, Antv. Anno 1660. in 4.

SCHECHANA (Rabbi) doctor præſtans & excellens ſuper omnes ſeculi ſcriptores vocatur à *Dav. Ganz in Z. D. pag. 153.*

SCHECKMANN (Joh.) adornavit medullam geſtorum Trevirenſium.

SCHEDELIUS (Hartm.) Norimbergenſis, Anno 1490. claruit. Collegit hiſtoriam Pontificum, Cæſarum, Regum. Hoc opus vulgò *Norimbergenſe Chronicon* vocatur, quia Norimbergæ Anno 1493. prodiit. Videatur *Zeillerus part. 2. de hiſtor. ſcript. pag. 133. Olearius, pag. 197.*

SCHEDIUS (Elias) ſcripſit de Diis Germanorum Anno 1648: item, Franceidem carmine libris quinque. Vid. *ipſe Schedius in tract. de D. G. pag. 170.*

SCHEDIUS (G.) edidit Drama ſacropoliticum Anno 1645.

SCHEDIUS (Paul. Meliſſus) poëta. Vide, MELISSUS.

SCHEELIUS (Rhab. Herm.) egit de libertate publica Anno 1666. Vide, SCHELIUS.

SCHEFFERUS (Andr.) JCtus, collegit duas partes quæſtionum juris practicabilium.

SCHEFFERUS (Joh.) Argentoratenſ. regius in academia Upſalienſi profeſſor, hoc ſeculo claruit. Monumenta ejus multa ſunt & varia: ex quibus duo libri de re vehiculari: libri quatuor de militia navali: libri octo de natura & conſtitutione philoſophiæ Pythagoricæ: lectiones academicæ: deſcriptio Upſaliæ: exempla gentis Sueticæ memorabilia: ſyntagma de torquibus: gymnaſium ſtili: graphice vel tract. de arte pingendi: diſſertationes politicæ in Livium: Lapponia: notæ in Ælianum, Arrhianum, Petro-

Petronium, Phædrum, Hyginum, &c. jam in doctorum manibus verſantur: reliqua ejus ſcripta, quorum magnus adhuc numerus eſſe dicitur, orbis eruditus ſuo tempore videbit. Vid. *Hallerv. in B. C. pag. 200.*

SCHEFFERUS (P. Reich.) JCtus, reliquit bibliothecam Bachovianam, An. 1658: item, dicæopædiam.

SCHEFFERUS (Sebaſt.) Aldenburgenſis, verſibus innotuit. Vid. *Tom. 5. Delit. Germ. pag. 1199.*

SCHEFFLERUS (Joh.) Concilium Tridentinum ante Tridentinum, Niſſæ, Anno 1675. publicavit.

SCHEGHIUS (Jac.) Schorndorfenſis, natus eſt Anno 1511: obiit Anno 1587. Medicus fuit: medicinæ tamen philoſophiam præpoſuit. Quindecim libros de demonſtratione conſcripſit: Arrhiani diſſertationes Epicteti in latinum tranſtulit: topica Ariſtotelis quoque commentariis illuſtravit. Cæcitate ad extremum laborare cœpit, &, cùm ophthalmicus quidam oculos ipſi curare vellet, eum repudiavit, addens: *ſe multa vidiſſe, quæ maluiſſet non videre: optare, ad nonnulla etiam ſurdum fuiſſe.* Vid. *Thuanus l. 88. Voſſ. de nat. Log. pag. 81.*

SCHEIBLERUS (Chriſtoph.) celebris theologus & philoſophus, Anno 1653. obiit. Reliquit metaphyſicam & tractatum de Euchariſtia. *Tuldenus part. 1. hiſt. pag. 131.* eum in ſacro veſtiario extinctum eo die affirmat, cùm Luthero feſtum celebrare vellet.

SCHEIFFARTUS (Adolf.) à Merade, An. 1574. floruit & carminibus ſcribendis operam dare non gravatus eſt. Vid. *Modius in lection. novantiq. pag. 235.*

SCHEINERUS (Chriſtoph.) Mundelheimenſis Suevus, celebris mathematicus, primus phænomenon de maculis Solis, ut ajunt, Ingolſtadii Anno 1611. obſervare cœpit. Edidit Rolam Urſinam, Anno 1630. fol. in qua agit de dictis maculis, de cœli incorruptibilitate & aliis hujusmodi curioſis quæſtionibus. Vid. *Alegambe, pag. 77. Placcius, pag. 56.*

SCHELIUS (Joach.) medicus Hafn. egit de peſte, Anno 1636. Vid. *Bartholinus in Danus ſcr. pag. 67.*

SCHELIUS (Rabold Herm.) librum compoſuit de jure imperii: qui poſt obitum autoris, Amſterd. Anno 1671. impreſſus eſt. Extant ejusdem notæ ad Hyginum de caſtrametat. Rom. Adornavit etiam 2. tomos de omni re militari Romanorũ, in quibus infinita eruerat, quæ & *Salmaſium & Lipſium*, & quicunq; alii in hoc circo ſudaverant, fugerunt. Verùm tam egregius labor morte viri præſtantiſſimi interruptus eſt. Vid. *Grævius part. 1. not. in fam. epiſt. Cic. pag. 114.* Adde *Gronovium in notis ad conſol. Senecæ ad Helviam cap. 16.*

SCHELKEN (Seb.) emiſit prima fundamenta juris Juſtinianei, Lugd. An. 1663.

SCHELLENBERG (Chriſtoph.) Annæbergenſ. condidit 2. libros carminum nuptialium.

SCHELLENBERG (J. Bapt.) Germ. Senecam Chriſtianum Anno 1637. publicavit. Vid. *Alegambe, pag. 226.*

SCHELLHAMMERUS (Joh.) poſtillam Weigelii confutavit.

SCHELLINGUS (Wend.) JCtus. de actionibus & exceptionibus forenſibus, Anno 1582. tractare inſtituit.

SCHELTONIUS (Foppius) Aozema Friſius, verſibus innotuit. Vid. *Tom. 4. Del. Belg. pag. 49.*

SCHELWEGIUS (Sam.) ſtruxit tabulas logicas & metaphyſicas, An 1674.

SCHEMERINGUS Zemblam novam, Anno 1631. evulgavit.

SCHEM TOBH, Lugdunenſis Gallus, A. M. 5053. defunctus eſt. Compoſuit librum משקל, ponderis, & librum משכן העדות, tabernaculum teſtimonii. Vid. *Gantz in Z. D. pag. 143.*

SCHEM TOBH, alius à priore, A. M. 5269. claruit. Condidit דרשות in legem, teſte *Ganzio pag. 148. 151.*

SCHENCK (Frid.) à Trautenberg, JCtus, Anno 1580. obiit. Exaravit viridarium concluſionum juridicarum: interpretationes in tres libros feudorum, &c. Vid. *Sweertius pag. 262.*

SCHENCK (Jac.) ſtruxit chronicon de origine Francorum, Anno 1563. *Geſnerus* Antinomorum præcipuum appellat.

SCHENCK (Joh.) medicus, natus eſt Anno 1520: obiit Anno 1598. Reliquit 7. tomos obſervationum medicarum.

SCHENCK (Joh. G.) Johannis filius, collegit ſeptem centurias exotericorum experimentorum ad varios morbos, Anno 1607.

SCHENCK (Joh. Theod.) Jenenſis, medicus, natus eſt Anno 1619: obiit Anno 1671. Librum exaravit de fœniculo, Anno 1665: hiſtoriam de ſero ſanguinis: ſcholam partium corporis humani: exercitationes anatomicas, &c. Vid. *Henning Witte in med. pag. 279.*

SCHENCKELIUS (Dominicus) Silvæducenſis, medicus, Anno 1556. floruit. Poëmata condidit.

SCHENCKELIUS (Lamb. Thom.) Silvæducenſ. natus eſt Anno 1547. Reliquit elegias & epigrammata: duos libros de arte memoriæ: methodum, quâ ſex menſium aut breviori ſpacio linguam lat. quis poſſit addiſcere. V. *Sweertius, p. 509.*

SCHENCKELIUS (Pet.) Hagenſis, natus eſt Anno 1594. Edidit directorium juridicum: item, elucidationes locorum difficilium Senecæ tragici & Horatii, teſte *Sweertio.*

SCHEPHARTH (Iſaac) A. M. 5135. vixit. Compoſ. librum *Aben Bochan*, i. e. lapidem lydium. V. *Gans in Z. D. pag. 146.*

SCHEPLITZ (Joach.) Marchicus, JCtus, An. 1634. obiit. Promtuarium juris civilis & feudalis An. 1620. edi curavit.

SCHEPHTEL Horwitz, Pragenſis Judæus, ſtruxit *Schepha tal*, i. e. roris abundantiam, librum Cabaliſticum, qui clavis eſt in librum Jezirah, Torah, Tikkunim & Pardes Rimmonim, Hanoviæ, Anno 1612.

SCHEERINGUS, Anglus, ruinam navis fallarum eccleſiarum adverſus *Chamberlainum* adornavit.

SCHERÆUS (Barthol.) Finſterwaldenſis, Anno 1612. claruit. Emiſit lexicon Pſalteriale.

SCHERBIUS (Phil.) Epiſcopocellenſis Helvetius, An. 1605. obiit. Altdorfii medicinam & philoſophiam profeſſus eſt. Extant ejus diſpp. philoſophicæ: theſes logicæ & comment. in politicam Ariſtotelis.

SCHERDINGER (Godofr.) ed. ternarium chronologiæ ſacrum, An. 1614.

SCHERER (G.) Sueſcenſis Germanus, obiit An. 1605. Scripſit de Johanna Papiſſa. Vid. *Alegambe, pag. 157.*

SCHERERZIUS (Frid.) Luneburgenſis, librum de re literaria: item, aliumde recta philoſophia, An. 1662. confecit.

SCHERERZIUS (Sigism.) de ſpectris commentatus eſt, An. 1621.

SCHERINGHAM (Rob.) edidit tractatum Talmudicum, *Joma* inſcriptum, Anno 1648. Extat ejusdem libellus de origine Anglorum.

SCHERLEY (Thomas) medicus ordinarius Regis Angliæ, vulgavit ſpecimen philoſophicum de curationibus lapidum in renibus & veſica genitorum, Lond. Anno 1672.

SCHERTEL (R. Moſes) librum Lækach Tof dictum compoſuit. Vid. *Saubertus in Paleſtra diſpp. pag. 8.*

SCHERTZERUS (Joh. Adamus) Egranus, celebris theologus & philoſophus, hoc tempore claret. Lipſiæ theologiam profitetur. Condidit trifolium orientale, An. 1662. Collegium antiSocinianum, Anno 1672. Tract. de peccato in Spiritum Sanctum, An. 1663. Bibliothecam antipapiſticam, Anno 1676.

SCHEUBELIUS (Joh.) Algebram publicavit, Pariſ. Anno 1551.

SCHEVICHANUS (Gisb.) Arnhemius, Anno 1622. obiit. De ſanctiſſima Trinitate libris 2. commentatus eſt Anno 1619. Vid. *Alegambe, pag. 162.*

SCHEUNEMANN (Henr.) Semipolitanus, medicus, hydromantiam Paracelſicam Anno 1613. typis commiſit. Vid. *Linden, pag. 233.*

SCHEURELIUS (Henr. Julius) profeſſor Helmſtadienſis, Anno 1636. claruit. Edidit ſtatuam Mercurialem: item, epitomen Theologiæ naturalis, &c.

SCHICKERADIUS (Wilh.) Bitterfeldenſis, exaravit epiſtolam criticam: item, carmina Vid. *T. 5. Delit. Germ. pag. 1390.*

SCHICKFUSIUS (Jac.) emiſit collegium logicum: item, 2. libros concil. peripatet. Vid. *Becmann in proleg. Bibl. Francof. pag. 54.*

SCHICKHARDUS (Martin.) JCtus, adornavit logicam juridicam, An. 1615.

SCHICKHARDUS (Wilh.) A. 1635. obiit. Tubingæ mathemata & hebræam linguam profeſſus eſt. Extat ejus Tarich regum Perſiæ: item, tractatus de regio jure Hebræorum. Vid. *Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 230. Rivetus T. 2. Oper. pag. 900. Spizelius in templo honor. p. 335. Henning. Witte in philoſ. pag. 367.*

SCHIFERER (Mich.) JCtus, tractavit de origine & poteſtate electorum.

SCHIFFERDECKERUS (Caſp.) habuit diſpp. forenſes, An. 1613. fol.

SCHILDIUS (Joh.) condidit librum de Caucis An. 1649: item, notas in Suetonium.

SCHILL (Joh. Henr.) Durlacenſis, JCtus & poeta, ſcribendis epigrammatibus delectatus eſt, An. 1635.

SCHILLERUS (Joach.) ab Herderen, de peſte Britannica ſcribere inſtituit.

SCHILLERUS (Jul.) edidit cœlum ſtellarum Chriſtianum, An 1627. fol.

SCHILLING (Chriſtoph.) Sileſius, medicus, A. 1578. floruit. Elaboravit carmina Græca & latina non abſque elegantia & Venere. Impreſſa ſunt Genevæ Anno 1580.

SCHILLING (Diepold.) collegit monumenta Helvetiæ. Vid. *Zeillerus part. 3. pag. 213.*

SCHILLINGIUS (Florent.) ſynopſin chronologicam harmonicam Biblicam, An. 1650. typis imprimi curavit.

SCHILLINGIUS (Wenceſl.) tractavit de noticiis naturalibus contra abuſus doctrinæ metaphyſ. An. 1616.

SCHILTERUS (Joh.) paravit exercitationes ad 1. Pandect. An. 1672.

SCHILTERUS (Zach.) Lipſ. natus eſt eſt Anno 1541: obiit Anno 1604. Reliquit deſignationem doctrinæ Chriſtianæ.

SCHIMCHA (R.) A. M. 4865. floruit. Compoſuit *Machazor & Jatbire.* Vid. *Gans, pag. 134.*

SCHINDLERUS (Valent.) profeſſor Hebr. linguæ in univerſitate Julia, edidit lexicon pentaglotton multijuga eruditione refertum.

SCHIPPERIUS (Mart.) celebris medicus, Anno 1603. obiit.

SCHIRLÆUS (Ant. Mar.) de Rheita, Anno 1645. claruit. Struxit oculum Enoch & Eliæ. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 35.* Quære, REITA & SCHYRLÆUS.

SCHIRLÆUS (Thomas) medicus, egit de calculo & ejus curatione, Hamb. Anno 1675.

SCHIRMBECK (Adam) emiſit Palæſtinam religioſam, Monach. An. 1660.

SCHIRWODUS (Rob.) An. 1530. claruit. Eccleſiaſten notis exornavit.

SCHLEDERERUS (Joh. G.) Ratisbonenſis, ſtruxit Mercurium Gallo-Belgicum: item, ſynopſin Deorum fatidicorum An. 1643.

SCHLEE (J G.) compoſuit relationem de Rhætia inferiore, An. 1616.

SCHLEGELIUS (Chriſtoph.) ſcripſit tract. titulo, Hakeldema, An 1672.

SCHLEGELIUS, medicus, de motu ſanguinis commentatus eſt.

SCHLEIFERUS (Joh.) poëta, An. 1573. obiit. Vid. *Cruſius in GermanoGr. pag. 127.*

SCHLEIFIUS (Conr.) JCtus, confecit notas in paratitla Weſenbecii. Extat ejusdem tractatus de privilegiis pacis, Anno 1634. impreſſus.

SCHLEUPNERUS (Chriſtoph.) chronicon Culmbacenſe in lucem Anno 1615. prodire juſſit.

SCHLICHTINGIUS (Jonas) à Bukowiec, Polonus, Anno 1661. ætatis 69. obiit. Socini partes ſectatus eſt. Scripſit in Johannem Evangeliſtam: in epiſt. ad Romanos, Hebræos, Corinthios, &c. B. Meiſnerum ſcriptis etiam impugnare auſus eſt. Vid. *Hoornebeck Tom. 1. Socinianiſmi refut. pag. 65. Hoſmann, in lex. univerſ. in Jonas.*

SCHLUSSELBURGIUS (Conr.) celebris theologus, natus eſt Anno 1543. obiit Anno 1615. Conſtruxit catalogum hæreticorum 7. voluminibus: theologiam Calviniſtarum: item, deciſionem quæſt. theolog. Vid. *Micrælius, pag. 410. Henning. Witte in theol. pag. 141.*

SCHMAUS (Leonh.) tractavit de morbo Gallico.

SCHMIDELIUS (Joh.) emiſit diſſertationes ad jus Juſtinianeum Schotani, Anno 1667.

SCHMIDEN (Joh. Erneſt.) de *Jubileo* Rom. Lubiini Anno 1664. ſcribere aggreſſus eſt.

SCHMIDIUS (Eraſmus) Delitzio Miſnicus, natus eſt Anno 1570: obiit Anno 1637. Witebergæ Græcas literas per 40. annos profeſſus eſt. Extant ejus notæ in Pindarum: tractatus de dialectis Græcorum: notæ in Novum Teſtamentum: concordantiæ Novi Teſt. &c. Vid. *Spitzelius in templo honor. pag. 344. Henning. Witte in Philoſoph. pag. 405.*

SCHMIDIUS (Joh.) Budiſſina Luſatus, inſignis Theologus, natus eſt An. 1594: obiit Anno 1658. Argentinæ theologi munere præclarè functus eſt. Mortuo parentavit *Seb. Schmidius*: item, *Caſp. Lilius.* Vid. *Spizelius in templo honor. pag. 251. Reiſerus in epiſt. pag. 410.*

SCHMI-

SCHMIDIUS (Joh.) dicographus Norimb. collegit diarium hiſtoricum.

SCHMIDIUS (Joh. Jac.) edidit triumphum Marianum, Conſtant. An. 1666.

SCHMIDIUS (Jul.) catalogum epiſcoporum Mindenſium evulgavit, Anno 1650.

SCHMID (Lud.) Durlacenſis, comp. epiſtolam de ſcorbuto.

SCHMIDIUS (Max.) Brigantinus, Anno 1625. obiit. Emiſit ſeptizonium philoſophicum, Anno 1618. Vid. *Alegambe, pag. 554.*

SCHMID (Sam.) hodegum geographum edidit: item, diphthongographiam, Anno 1677.

SCHMIDIUS (Sebaſt.) Theologus Argentoratenſis, h. t. claret. Struxit præclarum commentarium in Jobum, Anno 1670: item, collegium Biblicum prius & & poſterius: ut & comm. in epiſt. ad Hebr. Anno 1678.

SCHMIDIUS (Tobias) chronica Cygnea, An. 1655. typis tradidit.

SCHMIDLINUS (Frid.) chronicon Thuringiæ concinnavit, An. 1599.

SCHMITZUS (Joh. Andr.) compendium medicinæ practicæ, An. 1653. exaravit.

SCHMUCK (David) JCtus, ſcripſit apologeticum contra obtrectatores juris Studioſorum, An. 1630.

SCHMUCK (Mart.) ed. theſaurum ſecretorum naturalium, An. 1649.

SCHMUCK (Val.) theologus, chronicon Biblicum compoſuit.

SCHMUCK (Vincent) natus eſt Anno 1565: obiit Anno 1628. Mortuum laudavit *Henr. Hopfnerus.* Reliquit formulam ordinationis ad ſacrum miniſterium. Vid. *Henningus Witte in Theol. pag. 280.*

SCHMUCK (Wilh.) JCtus, tractavit de Gerada, An 1621.

SCHMUTZEN (Mich.) ſcripſit de nymphis Carolobadenſibus An. 1661.

SCHMUTZ (Raph.) medicus Neoburgicus, *Joh. Zwelferum* ſcriptis impugnavit.

SCHNEEBERGERUS (Anton) Tigurinus, collegit catalogum medicamentorum ſimplicium contra peſtem, Anno 1562. Vid. *Linden. pag. 55.*

SCHNEGASSIUS (Elias) JCtus, de jure delicti, leg. Aquil. Colon. Anno 1674. commentatus eſt.

SCHNEIDER (Andr.) JCtus, de transactionibus An. 1619. agere cœpit.

SCHNEIDER (Conr. Victor) Betterfelda Saxo, medicus Witebergenſis, adhuc in vivis eſt. Scripſit de oſſe cribriformi, Anno 1655: item 2. libros de catarrhis, Anno 1660.

SCHNEIDER (Zach.) chronicon Lipſienſe promulgavit.

SCHNEIDEWEIN (Henr.) Stolberga Cheruſcus, JCtus, An. 1580. obiit. Vid. *Adrianus Beier. in R. Jen. pag. 544.*

SCHNEIDEWEIN (Joh.) natus eſt Anno 1519: obiit An. 1568. Witebergæ JCti munere functus eſt. Reliquit comment. in inſtitutiones juris. Vid. *Thomaſius de plagio, §. 540. Placcius pag. 231.*

SCHNEPFIUS (Erh.) natus eſt An. 1495: obiit Anno 1558. Tubingæ & Jenæ theologiam profeſſus eſt. Extat ejus confeſſio de præcipuis fidei articulis: item, comment. in Pſalmos, fol.

SCHNEPFIUS (Theod.) Erhardi filius, natus eſt Anno 1525: obiit Anno 1586. Tubingæ generalis ſuperintendentis officio laudabiliter perfunctus eſt. Condidit enarrationes in Pſalmos: comment. in Eſaiam: orationes & diſputationes.

SCHNEUBERUS (Joh. Matth.) faſciculum poëmatum, An. 1656. in lucem protulit.

SCHNOBELIUS (Joach.) 25. diſſertationes ad Pandectas Anno 1664. elaboravit.

SCHOBERUS (Uld.) compoſuit miſcellanea poëtica. Vid. *Tomus 5. Delit. Germ. pag. 1393.*

SCHOBINGERUS (Barth.) JCtus Sangallenſis, notas confecit in *Joach. Vadianum.*

SCHODEHOVEN (Joh.) An. 1390. obiit. Scripſit opus inſigne de vitiis & virtutibus, dictum Polypodion, ordine alphabetico, teſte *Sweertio.*

SCHODELIUS (Mart.) Hungarus, diſquiſitionem de regno Hungariæ elucubravit.

SCHOEBELIUS (Georg.) Hermathenam peregrinantium, Patav. Anno 1665. edi curavit.

SCHOLARDUS (Jodocus) Gerardimontenſis, vitas Comitum Flandriæ carmine expreſſit.

SCHOLARIUS (Georg.) Σχολάριος, patriarcha Conſtantinop. factus & *Gennadius* dictus eſt. Claruit An. 1440. Reliquit 4. orationes de pace inter Græcos & Latinos ineunda. Vid. *Ph. Labbe T. 1.*

diſſ. pag. 346. Mallincrot. pag. 29. Olearius pag. 175.

à S. SCHOLASTICA (Licinius) edidit Chriſtianam juſtitiam, Lugd. An. 1665.

SCHOLASTICUS (Adrian.) Antv. compoſuit carmina ſaturnalitia de amicitia, Anno 1566. Vid. *T. 4. Delit. Belg. pag. 67.*

SCHOLASTICUS (Joh.) Σχολαστικὸς, patriarcha Conſtantinopolitanus, tempore Juſtiniani Imp. floruit & primus collationem legum, præſertim novellarum Juſtiniani conſtitutionum atque eccleſiæ Canonum inſtituit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 266.*

SCHOLASTICUS (Matth.) tractavit de vero & Chriſtiano principe, Patav. Anno 1600.

SCHOLIERIUS (Pet.) Antv. Anno 1626. floruit. Struxit ſermones familiares carmine heroico. Hos legens (inquit *Sweertius pag. 633.*) videris ipſum Horatium audire.

SCHOLTZ (Joh. Ger.) ſphæram mirabilium creationis adornavit, An. 1654.

SCHOLTZIUS (Laurent.) Uratiſlav. opera Cratonis: item, conſilia & epiſtolas præſtantiſſimorum noſtri temporis medicorum, An. 1610. imprimi curavit.

SCHOLUINUS (Joh.) tractatum de peccato orig. An. 1618. publicavit.

SCHONÆUS (Andr.) Glogovienſ. Anno 1615. obiit. Compoſuit librum, cui titulus, Nihil & omnia. Vid. *Starovolſc. p. 117.*

SCHONÆUS (Cornel.) Goudanus, Anno 1611. deceſſit. Fecit comœdias ſacras, Saulem, Nahamanem, Nehemiam, Tobiam, quibus Terentii Chriſtiani nomen impoſuit. Carmina ejus vide *Tom. 4. Belg. Delit. pag. 68.* Confer *Sweertium pag. 195.*

à SCHONBERG (Nicol.) An. 1537. obiit. Extat ejus pugna Chriſti cum diabolo. Vid. *Albinus in Chron. Miſniæ pag. 340. Olearius pag. 333.*

SCHONBERGER, Oenipontanus, Anno 1622. claruit. Edidit Solem illuſtratum: centuriam opticorum problematum: conſtructionem novorum horologiorum, &c. Vid. *Alegambe, pag. 158.*

SCHONBERGIUS (Hulder.) Weida Palatinus, natus eſt An. 1601: obiit A. 1649. Hic, licet cœcus eſſet, in ſtudiis tantos progreſſus fecit, ut magiſter philoſophiæ Lipſiæ renunciatus fuerit. Ajunt, eum non modo linguarum orientalium fere omnium exquiſitiſſima cognitione claruiſſe, ſed & omnem univerſæ philoſophiæ complexum ità feliciter animo comprehendiſſe, ut publicè de rebus abſtruſiſſimis diſſerentem non abſque ſtupore audiverint præſentes. Vid. *Heming. Witte in Philoſ. pag. 571.*

SCHONBORN (Georg.) JCtus, politicam exaravit, An. 1614.

SCHONBORNIUS (Barth.) emiſit computum aſtronomicum, An. 1567.

SCHONBORNIUS (Sam.) paravit manuale medicinæ practicæ Galeno-chymicæ, Anno 1637.

SCHONDONCHUS (Ægid.) Brugenſis, Anno 1599. floruit. Vid. *Sweertius pag. 109. Alegambe, pag. 8.*

à SCHONEFELD (Steph.) elaboravit Ichthyologiam, An. 1624.

SCHONFELD (Victorinus) ſtruxit librum de curatione dyſenteriæ.

SCHONERUS (Joh.) Caroloſtadienſis, natus eſt An. 1477: obiit An. 1547. Norimbergam invitatus artes mathematicas ibi fideliter docuit. Auxit & correxit tabulas aſtronomicas, vulgò *reſolutas* dictas. Edidit etiam opus genethliacum Regiomontani. Extat ejusdem globus aſtronomicus & libellus cum ipſo inſtrumento excuſus. Vid. *Thuanus l. 3.*

SCHONERUS (Laz.) ſcripſit de numeris figuratis & logiſtica ſexagenaria, A. 1586.

SCHONHAINTZ (Jac.) apologiam pro aſtrologia contra *Joh. Picum*, An. 1502. publicavit.

SCHONHONÆUS (Conr.) adornavit explicationem vaticiniorum Vet. Teſt. Anno 1593.

de SCHONHOVIA (Joh.) Anno 1431. obiit. Conſtruxit chronicon ordinis Canon. regularium.

SCHONHOVIUS (Ant.) Anno 1552. floruit & Eutropii breviarium in integrum reſtituit. Vid. *Sweertius, pag. 137.*

SCHONHOVIUS (Florent.) Goudanus, An. 1619. vixit. Reliquit 3. libros variorum carminum, teſte *Sweertio, p. 237.*

SCHONHUSIUS (Joach.) tractavit de blaſphemiis, Anno 1598.

SCHONLEBEN (Joh. Lud.) emiſit tractatum de myſteriis divinæ paſſionis, Anno 1675.

SCHONLINUS (Joh. Th.) condidit ſuſpiria ſpiritualia, Ingolſt. An. 1623: item, librum de vera pœnitentia Chriſtiani hominis.

SCHON-

SCHONLINUS (Ph. Maur.) ſyntagma theriacale, Ingolſt. Anno 1630. promulgavit.
SCHONSFELDERUS ſynopſin medicam confecit An. 1677.
SCHONSLEDERUS (Wolfg.) Monacenſis, Anno 1632. floruit. Collegit apparatum eloquentiæ: item promtuarium Lat. linguæ. Sub nomine *Volupii Decori* architectonicen muſices univerſalem typis tradidit. Vid. *Alegambe, pag. 445.*
SCHOOCKIUS (H.) Anno 1673. claruit. Edidit ideam ethices & politices: centuriam problematum phyſicorum: libr. de legibus veſtiariis 1 diſquiſitiones 32. ad *Machiavellum*: tract. de conſiliariis & delatoribus.
SCHOOCKIUS (Mart.) Ultrajectanus, natus eſt Anno 1614: obiit Anno 1669. Groningæ logicam & phyſicam docuit. Condidit tractatum de Turfis: de cerevitia: de averſatione caſei: de ovo & pullo: de ſignaturis fœtus: fabulam Hamelenſem: librum de figmento legis Regiæ, &c. Vid. *Revius in hiſt. Daventr. l. 6. pag. 710. Tom. 1. Ephemer. Hedovill. pag. 6. 133. T. 2. pag. 107.*
SCHOOFF (Henr.) theatrum grammaticale lat. An. 1671. vulgavit.
à SCHOOTEN (Frid.) emiſit exercitationes mathematicas; Lugduni Bat. Anno 1657.
SCHOPFIUS (Abr.) Wirtembergenſis, exaravit diſquiſitionem omnium præſidiorum medicorum univerſalium & topicorum, An. 1535.
SCHOPFIUS (Andr.) JCtus, collegit conſilia Anno 1625.
SCHOPFIUS (Joh.) Anno 1593. academiam Chriſtianam elaboravit. Vid. *Boſius in notitia eccleſ. ſcr. cap. 3. pag. 36.*
SCHOPPERUS (Hartm.) Neagorenſis Palatinus, natus eſt A. 1542. circiter. Juvenis caſtra Maximiliani II. contra Turcas ſecutus eſt. Struxit ſpeculum vitæ aulicæ 4. libris, quod vulgò *Reinicke* vocatur: item, panopliam. Proverbia Salomonis carmine expreſſit. Vid. *Tom. 5. Delit. Germ. pag. 1437.* Confer *Lotichium part. 3. B. P. pag. 134.*
SCHOPPERUS (Jac.) Biberacenſis, celebris theologus, Anno 1616. obiit. Altdorfii theologiam profeſſus & paſtoratu functus eſt. Compoſuit commentarium in Jonam: tractatum de arte concionandi: chorographiam & hiſt. Germanicæ nationis, &c. *Epitaphium* ejus ita ſonabat: Domini Jacobi Schopperi piæ memoriæ SS. Theologiæ Doctoris & in academia Altdorfina primarii profeſſoris, ibidemque pro tempore magnifici Rectoris corpus hoc in loco ſepultum eſt. Qui A. C. 1545. 1. Nov. Biberaci eſt natus: A. verò 1616. 12. Sept. ætatis 71. Altdorfi piè in Chriſto denatus ſpe lætiſſimæ reſurrectionis.
SCHOPPIUS (Leop. Alb.) de allodiis Anno 1673. commentatus eſt.
SCHORERUS (Chr.) edidit ſynopſin theologiæ aſceticæ, Dillingæ, Anno 1662.
SCHORUS (Ant.) Brabantus, collegit theſaurum Ciceronis.
SCHORUS (Lud.) Lovanienſ. JCtus, Anno 1548. obiit. Adornavit conſilium de matrimonio Henrici IIX. & Catharinæ Auſtriacæ.
SCHOSSERUS (Joh.) Thuringus, natus eſt Anno 1534: obiit Anno 1585. Poëmata ejus in 11. libros diſtincta, prodierunt anno, quo obiit. Vid. *Tomus 6. Delit. Germ. pag. 1.* Confer *J. P. Lotichium part. 3. B. P. pag. 98.*
SCHOTANUS (Bernh.) emiſit examen juridicum, Anno 1662: item, comment. ad Pandectas, An. 1666.
SCHOTANUS (Chriſt.) in Severum Sulpitium Anno 1664. commentatus eſt. Extat ejusdem bibliotheca hiſtoriæ ſacræ Vet. Teſt. Anno 1661. impreſſa: item, ethniciſmus Ariſtotelis, Anno 1664.
SCHOTANUS (Meinardus) Anno 1644. obiit. Mortuo parentavit *Gisb. Voetius.* Reliquit commentarium in epiſtolam ad Philippenſ. & primam Petri.
SCHOTTELIUS (J. G.) de ſingularibus in Germania juribus & obſervatis, Anno 1671. ſcribere inſtituit.
SCHOTTERUS (Jac.) Anno 1615. agri Turonenſis & artis Amboſianæ amœnitatem ſcripto expoſuit.
SCHOTTUS (Andreas) Antverpianus, natus eſt 1552: obiit Anno 1629. teſte *Alegambe. Voſſius* tamen obitum ejus in An. 1637. refert. Erat Græcè & Latinè doctiſſimus. Toleti & Cæſaraugustæ eloquentiam, hiſtoriam & Græcas literas docuit. Vocatus in Italiam oratoriam tribus annis Romæ profeſſus eſt. Reliquum

liquum tempus in patria Antverpiæ tranſegit. Scripſit obſervationum humanarum libros quinque: adagia ſacra novi Teſtamenti: notas in Senecæ controverſias, in Pomponium Melam, in Aurel. Victorem, in Æmilium Probum, in Procli Chreſtomathiam, &c. Photii bibliothecam latinè tranſtulit. Adagia Græcorum ex Zenobio, Diogeniano, Suida & aliis collegit ſcholiisq; neceſſariis illuſtravit. Idem in lucem protraxit *Hieron. Suritæ* caſtigationes in itinerarium Antonini. Vid. *Sweertius pag. 125. Alegambe, pag. 29. Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 283.*

SCHOTTUS (Caſp.) celebris mathematicus, An. 1666. obiit. Condidit phyſicam curioſam, Anno 1662: item, technicam curioſam: ut & ſcholam ſteganographicam.

SCHOTTUS (Franc.) natus eſt A. 1548: obiit Anno 1622. Struxit itinerarium Germaniæ, quatuor: itinerarium Italiæ tribus libris: Hiſpaniam illuſtratam 4 tomis. Vid. *Sweertius, pag. 253. Ghilinus vol. 2. pag. 94.*

SCHOTTUS (Franc.) Antv. alius à priore, An. 1617. obiit. Reliquit theſaurum exemplorum. Vid. *Sweertius, pag. 254.*

SCHOTTUS (Pet.) Argentoratenſis, JCt. collegit reſponſa.

SCHOUTENIUS (Guil. Corn.) concinnavit diarium, An 1619.

SCHRADERUS (Chriſtoph.) Helmſtadii eloquentiam profitetur. Edidit tabulas chronologicas: item, diſpoſitiones epiſtolicas.

SCHRADERUS (Juſtus) egit de generatione animalium, Amſterdam. Anno 1674.

SCHRADERUS (Laurent.) collegit quatuor libros monumentorum Italiæ, Anno 1592. fol.

SCHRADERUS (Ludolf.) JCtus, Anno 1580. floruit. Struxit tract. de feudis, duobus tomis, Anno 1594. In Francofurtana academia leges profeſſus eſt.

SCHRAGMULLERUS (Joh. Conr.) tractavit de elementis in ſpecie, An. 1638.

SCHRAM (David.) Norlingenſis, natus eſt An. 1559: obiit An. 1615. Auguſtæ ephorus alumnorum fuit & tunc antiſtiſtorium ſub nomine *Chriſtoph. Agricolæ* edidit. Fertur fuiſſe Græcè, Latinè & Hebraicè eruditus: quin & Mauritanorum & Americanorum linguæ bene gnarus. Scripſit de grammatica hebr. quatuor libros: lexicon Mauritanicum: lexicon Americanum: librum de evangelio S. Matthæi: conſenſum catholicum: leges philoſophandi: ethicam, phyſicam, dialecticam, &c.

SCHRANGERUS (Tim.) publicavit morale ſacri eloquii ſubſidium, 8.

SCHRATEMBERG (Aſcanius) elaboravit decem libros de indicationibus curativis, Brixiæ, A. 1578. Vid. *Linden, pag. 63.*

SCHRECKENFUCHSIUS (Eraſm. Oſw.) natus eſt An. 1511. obiit An. 1579. Tubingæ hebraicam linguam, Friburgi mathematica expoſuit. Vertit latinè *R. Abraham Chai* librum de ſphæra & *R. Eliæ* arithmeticam. Reliquit etiam doctiſſima commentaria in ſphæram.

SCHRECKENFUCHSIUS (Joh. Barth.) emiſit vindicias paſtorum in Bethlehem, Ingolſt. A. 1623.

SCHREIBERUS (Hier.) Norimbergenſis, ſcripſit de morte & obitu *Valerii Cordi.*

SCHREINERUS (G. Eberh.) Halla Saxo, paraphraſin metricam Jonæ An. 1629. compoſuit.

SCHREITERUS (Joh.) edidit pentadecadem citharæ Davidicæ, An. 1620.

SCHREITWEIN (Nic.) ſtruxit catalogum archiepiſcoporum & epiſcoporum Laureacenſium & Patavienſium, teſte *Lambecio.*

SCHRETELIUS (Georg.) Donawerdanus, A. 1631. vixit. Condidit clavam Herculis. Vid. *Alegambe, pag. 158.*

SCHREVELIUS (Corn.) lexicon Græcum An. 1654. publicavit.

SCHREVELIUS (Theod.) *Harlemius*, An. 1598. floruit. Compoſuit tropheum Peluſiacum verſu heroico: item, 4. libros ἀλεξικάκων vel de patientia, teſte *Sweertio.*

SCHRICK (Matth.) Aquiſgranenſis, An. 1600. claruit. Adornavit tres libros pro reducendis acatholicis ad ovile Chriſti. Collegit etiam locos uſitatiores pro adſtruenda veritate catholica. Vid. *Alegambe, pag. 336.*

SCHRIECKIUS (Adr.) Vide, SCRIECKIUS.

SCHRODERUS (Elias) JCtus, edidit delineationem juris bellici.

SCHRODERUS (Joh.) pharmacopœiam confecit Anno 1664.

SCHRODERUS (Joh.) natus eſt Anno 1572 : obiit Anno 1621. Norimbergæ Theologi & antiſtitis munere perfunctus eſt. Mortuum laudavit *Chriſtianus Matthias*. Condidit tract. contra *Grabium* & *Jodocum Naum*, Calvinianos : librum de ſupremo controverſiarum in negotio religionis judice contra *Segerum* pontificium : alium de communicatione proprii : thronum regalem : apologiam, &c. Videatur *Micrælius*, *pag 411.*

SCHROTERUS (Ern. Frid.) JCtus, emiſit difficiliorum legum codicis reſolutiones, Anno 1661 : item, tract. de lamiis, Anno 1670.

SCHROTERUS (Sebaſt.) Anno 1620. totius terrarum orbis hiſtoricam deſcriptionem publicavit 2. voluminibus.

SCHROTERUS (Wilh.) ſtruxit informatorium juris, An. 1652. in 4.

SCHROER (Thom.) inſtitutiones tutorum & curatorum adornavit.

SCHUALENBERG (Henr.) profeſſor Lipſienſis, edidit aphoriſmos hieroglyphicos, Anno 1606.

SCHUBERTUS (Clem.) chronologiam elucubravit, An. 1554.

SCHUBHARDUS (G.) JCtus, tractavit de auſtregis, An. 1663.

SCHUCKINGIUS (Joh.) edidit Mercurium orthodoxum, Monaſt. Anno 1648.

SCHUCKMAN (Herm.) hypotypoſin Theologiæ confecit An. 1649.

SCHULERUS (Joh.) examen philoſophiæ *Carteſianæ* ſuſcepit, Anno 1666. Extat ejusdem cometographia, Anno 1665. impreſſa.

SCHULERUS (Wolfg.) Munerſtadenſis Francus, mathematum profeſſor Witteberg. An. 1575. obiit.

SCHULKENIUS (Adolf.) An. 1613. claruit. Struxit apologiam pro *Bellarmino* de poteſtate papæ in temporalibus. Fertur etiam ſcripſiſſe contra *Widringtonum.*

SCHULIUS emiſit catalogum plantarum horti academici Lugdun.

SCHULLAM (R. Samuel) librum *Juchaſin*, cujus autor eſt *R. Abr. Zacuth*, primus edi curavit, teſte *Buxt. in Abbrev. pag. 37.*

SCULTES (Jac.) JCtus, ſcripſit de fide hæreticis ſervanda, Anno 1652.

SCHULTETUS (Chriſt.) edidit coronas ferales : item, conciones in Jobum, Anno 1647.

SCHULTHESIUS (Eberh.) exaravit ſynopſin geographiæ, An. 1673.

SCHULTINGIUS (Conr.) epitomen annalium Baronii confecit, Anno 1603 : item, confeſſionem Hieronymianam.

SCHULTINGIUS (Joh.) Senecæ controverſias notis illuſtravit, An. 1672.

SCHULTZ (Guil. Ignat.) tractavit de recta ſilendi ratione.

SCHULTZE (Gothofr.) reliquit chronicon ab O. C. usque ad An. 1647.

SCHULTZEN (Georg.) Sileſius, natus eſt Anno 1599 : obiit Anno 1634. Synopſin inſtitutionum Anno 1630. typis tradidit. Videatur *Henning Witte in JCt. pag. 167.*

SCHULTZEN (Juſtus Sinoldus) Butisbacenſis, JCtus, natus eſt Anno 1592 : obiit Anno 1657. Edidit collegium publicum : exercitationes juris : diſſertationes de Vicariis Imperii Romano-Germanici, &c. Videatur *Henning. Witte, pag. 323.*

SCHULTZIUS (Balth.) Pomeranus, compoſuit ſynopſin univerſæ medicinæ, Anno 1601.

SCHULTZIUS (Georg.) egit de ratione fortificandi, Anno 1609.

SCHUMBERGIUS (Tob.) ſtruxit pharum philoſophiæ practicæ, An. 1667.

SCHUPPIUS (Joh. Balth.) natus eſt Anno 1610 : obiit Anno 1668. Reliquit orationes.

SCHURERIUS (Ambr.) JCtus, de hæreditatibus ab inteſtato Anno 1567. commentatus eſt.

SCHURFIUS (Hieron.) natus eſt Anno 1481 : obiit Anno 1554. Leges partim Witebergæ, partim Francofurti ad Viadrum 50. annis interpretatus eſt. Extant ejus conſilia. *Epitaphium* ejus tale occurrit : An. Dom. 1554. ſexta d. Junii triente horæ poſt 4. veſpertinam moritur Cl. & Excell. vir D. Hieronymus Schuierph, artium liberal. & juris utriusque doctor celeberrimus, natus in oppido Helvetiæ S. Galli 1481. die Apr. poſt 4. horam matutinam. Vid. *Wolf. Juſtus in Chron. Francof. pag. 30.*

SCHURTZFLEISCH (Conr. Sam.) hoc tempore claret & poëſin Witeb. profitetur. Scripſit judicia de noviſſimis pru-

dentiæ civilis ſcriptoribus Anno 1669. Vid. *Placcius, pag. 252.*

SCHUTTEN (Paul.) in Cant. canticor. commentatus eſt, An. 1677.

SCHUTZ (G. Jac.) JCtus, edidit jus Francofurticum reformatum, An. 1642.

SCHUTZE (Joh.) paſtor Ricſtadienſis, collegit quinquaginta cauſas, quare in partes Calvinianorum non ſit recedendum.

SCHUTZIUS (Caſp.) confecit hiſtoriam rerum Boruſſicarum An 1592.

SCHUYL (Flor.) ſcriptis contra *Le Vaſſeur* pro veteri medicina, A. 1670. decertavit.

SCHWAIB (Joh.) diſpp. ethicas, politicas, phyſicas agitavit.

SCHWALBACIUS Antipatrum comœdiam publicè propoſuit.

SCHWALBE (Bernh.) emiſit querelas ventriculi renovatas, Amſterd. Anno 1675. Vide, SWALBE.

SCHWAMMERDAM (Joh.) Vide, SWAMMERDAM.

SCHWANIUS (Sebaſt.) paſtor Oldendorpienſis, ſcripta quædam pia elaboravit. Vixit An. 1603.

SCHWANMANNUS (Chriſt.) JCtus, reliquit proceſſum Cameræ imperialis, Anno 1598: item, obſervationes practicas, Anno 1601.

SCHWARTZ (Henr.) tractavit de perſona & officio Chriſti.

SCHWARTZBURG (Paulus) poëmata modulatus eſt.

SCHWARTZENAU (Chriſt.) collegit ſyllogen diſtinctionum theologicarum, Anno 1673.

SCHWARTZENTHALER (J.B.) JCtus, de contrahenda & committenda ſtipulatione, Anno 1603. ſcribere aggreſſus eſt.

SCHWARTZERUS (Adalr.) directorem confeſſariorum in foro conſcientiæ Dillingæ An. 1650. evulgavit.

SCHWARTZKOPF (G.) JCtus, monſtravit differentiam juris civilis & Saxonici.

SCHWARTZMAIR (Lud.) JCtus, miſcellanea juridica congeſſit An. 1598.

SCHWEBELIUS (Joh.) Pfortzheimenſis, Anno 1540. obiit. Difficilia S. Scripturæ loca expoluit.

SCHWEIGGERUS (Salom.) paſtor Norimbergenſis, conſtruxit itinerarium orientale. Alcoranum etiam in Germanicam linguam tranſtulit.

SCHWEIGKHARDUS (Joh Jac.) à Freihauſen, edidit artem magneſiam vel lib. de magnete, An. 1631. in 4.

SCHWENCKFELD (Caſp.) ab Offiga, Sileſius, medicus, Anno 1559. obiit. Scripſit de ſtirpibus & foſſilibus Sileſiæ: item, theriotropheum Sileſ.

SCHWENDENDORFERUS (B. J.) expoſitionem rerum forenſium Anno 1673. publicavit.

SCHWENINGERUS (Chriſt.) adornavit ſpeculum in inſtituendis nobilium filiis, Venet. An. 1590.

SCHWENTERUS (Dan.) natus eſt Anno 1585: obiit Anno 1636. Erat linguæ Hebraicæ, Chaldaicæ & Syriacæ callentiſſimus: quare Anno 1629. jubente Senatu Norimbergenſi trium dictarum linguarum poëta publicè renunciatus eſt. Easdem linguas unà cum matheſi in hac ipſa academia magna cum laude profeſſus eſt. Defuncto *J. Jac. Poemerus*, Patricius Norimb. parentavit. Reliquit manipulum linguæ Hebraicæ: horas mathematicas, &c. Vid. *Hemingus Witte in Philoſ. pag. 350.*

SCHWIMMERUS (Joh. Mich.) compoſ. lexicon axiomaticophiloſophicum, Anno 1673: item, priſcam Græciæ academiam, Anno 1672. ut & curioſitates phyſicas, Anno eod.

SCHYLLERUS (Bernh.) tractavit de caryophyllis.

SCHYRLÆUS (Ant. Mar.) de Reita, oculum Enoch & Eliæ Antv An. 1645 imprimi curavit. Vide, REITA & SCHIRLÆUS.

SCIALAC (Vict.) annis ſuperioribus floruit. Scripta ipſius *Leo Allatius in A. U. pag. 256.* enumerat.

à SCILDER (Lud.) egit de principiis formandæ conſcientiæ, Antv. Anno 1664.

SCINNER (Steph.) Anglus, elaboravit etymologicon linguæ Anglicanæ, in 5. claſſes diſtinctum, ordine alphabetico, Londini, in fol. Vide, SKINNER.

SCIOPPIUS (Andr.) elixir Calviniſticum, Pariſ. An. 1615. confecit.

SCIOPPIUS (Caſp.) Neagora Palatinus, paucis abhinc annis vivere deſiit. Hominem graphicè deſcribit *Matth. Berneggerus in obſerv. hiſtor. polit. numero 14. pag. 158.*

pag. 158.& *ſeq.Hornius in hiſt. eccleſ. p.*226. ita de eo refert: Scioppius nihil niſi miſerabilis literator fuit, ut opera ejus inepta & maligna oſtendunt, ac extrema ſenecta, ſcriptis Patavio Leidam literis, tranſitionem iterum ad evangelicos offerebat, ſi in gratiam reciperetur: ſed rejectus apoſtata contemtusque ob vanitatem fuit. Reliquit Mercurium quadrilinguem: libros quinque ſuſpectarum lectionum: libros 4. veriſimilium, & alia. Edidit etiam nonnulla contra *Voſſium* nomine *Groſippi.* Extat ejusdem claſſicum belli ſacri. *Oct. Ferrarius in prælaſ. pag.*202. vocat virum in omni literarum genere eminentiſſimum, qui ab ineunte ætate ita totus literis affixus fuerit, ut ſextodecimo anno libros evulgarit, quos ſenes admirarentur. *Idem pag.*225. duo in eo præcipue commendat, miram & exactam vim judicii in æſtimandis aliorum ſcriptis, & ſummam S. literarum peritiam, ut, quod olim de *Eſdra* dictum eſt, deperditos linguæ ſanctæ codices ſolus reparare potuerit. *Addit*, plures libros à Scioppio confectos, quam annos numeraret, ejusque opera vel magnam bibliothecam inſtruere poſſe. Vid. *Zeillerus part.*3. *de hiſt. pag.*115. *Imperialis in Muſeo pag.*201. *Hedovill. part.*1. *Ephem. pag.* 8.113. *Lambecius Tom.* 1. *Bibl. l.* 1. *cap.* 50. *Thomaſius de plagio*, §. 542. *Rhodius de ſuppoſ. ſcript. pag.*7. *Placcius in Pſeudon. pag.*67.

SCIOPPIUS (Caſp. Wilh.) collegit deciſiones rotæ Spirenſis, An. 1603.

SCIPIO (M. Ant.) Placentinus, exaravit elogia virorum illuſtrium cœnobii montis Caſini, Anno 1631. fol. item, elogia quinquaginta heroum Benedictinorum, Anno 1634. in 4.

SCIPIO (Publ. Corn.) Africanus, filius Africani majoris, Olymp. CL. claruit. Teſte *Cicerone* in *Bruto*, hiſtoriam Græcam dulciſſime ſcripſit, ut & orationes.

SCIPIO (C. W.) JCtus, condidit methodum Cameræ imperialis.

SCLANOVIUS (Hector) de vaſis umbilicalibus & ſecundinis commentatus eſt, Anno 1608.

SCLANUS (Salvus) Neapolitanus, comportavit conſilia medica, Venet. Anno 1583. Vid. *Linden pag.* 523.

SCLATERUS (Guilh.) Bedfordienſis, Anno 1627. obiit. Scripſit in 1. & 2. ad Corinthios.

de SCOBBIS (Anton.) Montagnanus, ſtruxit theatrum pharmaceuticum, Anno 1672.

SCOGLIUS (Joh. Horat.) annales *Baronii* in epitomen redegit, Romæ Anno 1642.

SCOOFS (Leonh.) vitam & mores *Leonh. Leſſii*, avunculi ſui, literis ad poſteros propagavit.

SCOPELIANUS Σκοπελιανὸς, inter ſophiſtas locum habuit. Vid. *Philoſtratus in vitis Sophiſt. pag.* 538.

SCOPPA (Luc. Joh.) Parthenopæus, duos libros collectaneorum compoſuit, qui habentur *Tom.* 1. *Lamp. Crit. Grut. pag.* 893. *Barthius in notis ad Statii ſilvas pag.* 200. & 269. vocat non magnæ rei grammatiſtam.

SCORELIUS (Adrianus) Batavus, poëmatibus pangendis operam dedit. Videatur *Sweertius pag.* 101.

SCORTIA (Joh. Bapt.) Genuenſis, Anno 1627. obiit. Struxit 2. libros de natura & incremento Nili Anno 1617. Vid. *C. Barthius in* 2. *Theb. Papinii pag.* 869. *Alegambe pag.* 226.

SCORUS (Jac. Gr.) exaravit geometricas exercitationes.

SCORZUS (Fr.) Panormitanus, An. 1644. claruit. Theophanis Cerameï homilias in evangelia dominicalia & feſtivalia totius anni latine interpretatus eſt. Vid. *Alegambe, pag.* 134.

SCOTANUS (Henr.) JCtus, in tres priores libros codicis commentatus eſt.

SCOT (Alex.) JCtus, edidit vocabularium utriusque juris, An. 1591.

SCOTELLUS (Pet.) vulgò *Doctor ſufficiens* dictus in 4. libros Sententiarum commentarium fecit, qui Anno 1480. Spiræ impreſſus eſt. Videatur *Wadding. pag.* 275.

SCOTIUS (Joh. Ant.) ſcripſit de demonſtratione: item, de ſectione cylindri, Anno 1566.

SCOTUS (Annib.) commentarium elaboravit in Corn. Tacitum, Romæ, Anno 1589.

SCOTUS (Jac. Mart.) tractavit de prima ſimplicium & concretorum corporum generatione, Auguſtæ Taurinor. Anno 1577.

SCOTUS (Joh.) Vide, DUNS.

SCOTUS (Joh. Pompon.) Anno 1644. floruit. Videatur *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 334.*

SCOTUS (Jul. Clem.) ſtruxit pædiam peripateticam, Patav. Anno 1653. Vid. *Alegambe, pag. 292.*

SCOTUS (Pet.) Gandavenſ. grammaticalia quædam compoſuit.

SCOUGARD (Joh.) Danus, medicus, tractavit de ſyncope, An. 1624. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 67.*

SCOUTENIUS (Jodocus) emiſit deſcriptionem regni Sian de An. 1636. Vid. *Funccius Tom. 1. orb. imp. pag. 857.*

SCRIBA (Balth.) Corbaccenſis Waldeccus, natus eſt Anno 1600. Edidit ſales poëticos, Anno 1624. Extat etiam ejus carmen de dono linguarum.

SCRIBANIUS (Carol.) Bruxellenſis, natus eſt Anno 1561: obiit Anno 1629. Condidit amphitheatrum honoris ſub nomine *Clari Bonarſcii*: inſtitutionem politico-Chriſtianam: Antverpienſium origines: Chriſtum patientem, &c. In ſtilo Tertullianum, Arnobium & ſimiles ſcriptores exprimere conatus eſt. Vid. *Sweertius, pag. 170. Alegambe, pag. 70.*

SCRIBANIUS (Franc.) adornavit encomium muſcæ.

SCRIBONIUS Largus, medicus, Tiberio imperante claruit. Extat ejus liber de medicamentorum compoſitione. Scribonii *Galenus in libr.* κτ̀ τόπυς *& alibi* mentionem facit. Vid. *Marſilius Cagnatus l. 3. c. 12. Barthius in Claud. pag. 1288. Borrichius in Cog. ad Voſſ. pag. 15.*

SCRIBONIUS (Luc.) Libo, condidit annales & orationes. Teſtis *Cicero in Bruto & lib. 13. ad Att. epiſt. 30.*

SCRIBONIUS (Cornel.) Vide, GRAPHEUS.

SCRIBONIUS (Joh. Marius) Gallus, Anno 1630. claruit. Struxit ſummam veritatis theologicæ, Pariſ. An. 1620. fol. item, notas in epiſt. Judæ, Anno 1634. Vid. *Waddingus in Scr. Ord. Min. pag. 214.*

SCRIBONIUS (Wilh. Adolf.) Marpurgenſ. edidit doctrinam methodicam rerum naturalium An. 1587: item, tractatum de ſagis, An. 1588.

SCRIECKHIUS (Adr.) Rodornius, Brugenſis, Anno 1621. obiit. Emiſit opus varium & novum originum Celticarum libris 23. diſtinctum, quo docet, linguam Celticam (quam & *Japheticam* vocat) Latina, Græca & Chaldæa antiquiorem eſſe, adeoque has ab illa ortas: Celticam verò ab Hebraica primogenia ſecundam eſſe & ſola dialecto diſtare. Videantur *Sweertius. pag. 102. Sanderus in Brugenſ. ſcr. pag. 12. Dietericus part. 1. A. B. pag. 121.*

SCRIMGERIUS notas in Strabonem adornavit. Videatur *Caſaubonus in Epiſt. 514.*

SCRIVENERUS (Matth.) confecit apologiam pro S. Patribus adverſus *Joh. Dalleum*, Londini, An. 1672.

SCRIVERIUS (Joach.) Saxo, poëſin epigrammaticoſatiricam, Anno 1674. edi curavit, in 8.

SCRIVERIUS (Petrus) Harlemenſis, natus eſt Anno 1576. In ſenectute oculorum uſum amiſit. Extant ejus animadverſiones in Martialem: emendationes in Apuleium & Vegetium: item, collectanea veterum tragicorum. Carmina ejusdem leguntur *Tom. 4. Delit. Belg. pag. 135.* Vid. *Meurſius in Ath. Batav. pag. 221. Sweertius, pag. 633. J. P. Lotichius part. 4. B. P. pag. 127.*

SCROBISOVIUS (Jac.) JCtus, reliquit orationes plurimas: item, epiſtolas Græcas & Latinas. Videatur *Starovolſc. pag. 124.*

SCROFA (Sebaſt.) Cameracenſis, medicus, edidit Galeni librum de remediis parabilibus cum ſcholiis An. 1548.

SCULTETUS (Abrah.) theologus reformatæ religionis, natus eſt Anno 1567: obiit Anno 1625. Heidelbergæ theologiam docuit. Compoſ. medullam Patrum: exercitationes ſacras, &c. Vid. *Joh. Letus in comp. hiſt. pag. 755.*

SCULTETUS (Barthol.) gnonomicen de ſolariis, An. 1572. publicavit.

SCULTETUS (Bernh.) collegit conſulta medica Anno 1651. fol.

SCULTETUS (Jac.) Croſna Sileſius, analyſin Pſalmorum Anno 1619. edi curavit.

SCULTETUS (Joh.) paravit χειροπλοθήκην ſeu armamentarium chirurgicum Anno 1655.

SCULTETUS (Sam.) ſtruxit Muhammediſmum An. 1666.

SCULTETUS (Tob.) Oſſitienſis, poëmata reliquit. Vid. *T. 6. Delit. Germ. pag. 34.* Vid. *Caſaub. epiſt. 12. & 24.*

SCULTINGIUS (Corn.) Tranſiſalanus, Anno 1604. obiit. Reliquit 6. libros de diſciplina eccleſiaſtica : item, theſaurum antiquitatum eccleſiaſticarum. Vid. *Swertius, pag. 196.*

SCULTINGIUS (Joh.) notas in Senecæ ſuaſorias exaravit. *Grævius part. 2. notar. in fam. epiſt. Cic. pag. 459.* vocat virum inſignem.

SCUMINOVIUS (Th.) tractavit de jure perſonarum, Anno 1663.

SCUPULUS (Laur.) edidit pugnam ſpiritualem, Pariſ. Anno 1665.

SCURO (J.Bapt.) in 3. libros inſtitutionum commentatus eſt, Romæ, Anno 1602.

SCUTELLARIUS (Jac.) Parmenſis, commentar. confecit in libr. de natura humana, Anno 1568.

SCUTELLUS (Nic.) Anno 1556. el *Jamblichi* libellum de myſteriis Ægyptiorum Gr. & lat. imprimi curavit.

SCUTIUS (Cornel.) medicus & mathematicus, edidit Anno 1537. diſputationem aſtrologicam contra almanachum *P. Bruchesii* Græcè & Latinè, teſte *Sandero.*

SCUTTEPUTÆUS (Hubert.) Senecæ utriusque ſententias collegit, Antv. Anno 1613.

SCYLANDER (Cornel.) Batavus, medicus, quatuor libris medicinam aſtrologicam complexus eſt, Anno 1575. Extat ejusdem practica chirurgiæ, Anno 1577. excuſa.

SCYLAX, Σκύλαξ, Caryandenſis, Darii Codomanni & Alexandri M. temporibus floruit. Scylacis cujusdam περίπλουν *Dav. Höſchelius* in lucem protulit, quem *Iſaac Voſſius* Anno 1639. notis illuſtravit. Verùm Scylacis eſſe, negat ipſe *Voſſius in notis ad Pompon. Melam. l. 1. c. 17. pag. 83.* Certiſſimis (inquit) argumentis evinci poteſt, periplum iſtum, qui Scylacis Caryandenſis nomen præfert, quemque adoleſcens admodum recudendum curavi, cujusvis eſſe potius, quàm Scylacis. In omnibus ferè abit à Scylace quàm longiſſimè, ut in ſecundis curis clarius docebimus. Sic nempe ſolebant Græculi ſequioris ævi, ut anonymis ſcriptis notos ſæpe affingerent autores, quò merces ſuas vendibiliores facerent. Sic ille. Vid. *Tzetzes in Chil. pag. 132.* Scylacis junioris *Mallincrot. pag. 57.* meminit.

SCYLITZES (Joh.) Σκυλίτζης, hiſtoricus, Anno 1081. vixit. Vid. *Hanckius in ſcr. Byzant. pag. 487.* Quære, CUROPALATES.

SCYMNUS, Σκύμνος, Chius, exaravit περιήγησιν vel orbis deſcriptionem. Vid. *Stephanus* in Πάρος: item, *Meurſius* in *Apollon. Dyſcolum, cap. 15.*

SCYRONIUS (Joh.) condidit methodum medendi, Anno 1609.

SCYTHINUS, Σκυθῖνος, Tejus, ἰάμβων ποιητὴς *Diogeni Laërtio in Heraclito* appellatur. Juxta laudatum *Diogenem* contra Heraclitum Σκοτεινὸν ſcriptis pugnavit. Ejus tractatum περὶ φύσεως *Stobæus in Eclog. Phyſ. 1, 11.* allegat. *Athenæus l. 11.* Schythini hiſtoriam quoque laudat.

SEAMAN (Guilh.) grammaticam linguæ Turcicæ in 5. partes diſtributam, Oxoniæ An. 1670. publicavit.

SEBA (Adeodatus) Veſelienſis, eſt idem qui *Theodorus Beza.* Vid. *Joſephi Scaligeri carmina, pag. 107.* Ejus carmina occurrunt *T. 3. Delit. Gall. pag. 578.* Quære, BEZA.

SEBALDUS (Henr.) conſtruxit breviarium hiſtoricum, An. 1655.

SEBALDUS (Mart.) adornavit expoſitionem paraphraſticam in Pſalmos.

SEBALDUS (Vitus) Francus, carminibus famam ſibi conciliavit. Vid. *Tomus 6. Delit. Germ. pag. 68.*

SEBASTIANUS (Ant.) Minturnus, poëmata reliquit, ceu videre eſt *T. 2. Delit. Ital. pag. 924.*

SEBERUS (Wolfg.) edidit Pollucis onomaſticon cum verſione, Anno 1608: item, indicem vocum Græcarum in Homerum.

SEBIZIUS (Melch.) ſenior, medicus, natus eſt An. 1539: obiit An. 1625.

SEBIZIUS (Melch.) junior, medicus Argentinenſis, natus eſt Anno 1578: obiit A. 1674. ætatis 96. Reliquit libros quinque de alimentorum facultatibus.

SEBILLUS (Alex.) tractavit de lib. arbitrio contra Janſeniſtas, An 1652. fol.

SEBOSUS (Statius) allegatur à *Solino c. 55. & 60.*

SEBUNDE (Raymundus) Hiſp. vixit Anno 1430. juxta *Trithemium.* Huic *Joſephus Scaliger in epiſt. librum, pugionem fidei* dictum, tribuit, additq;, ex eo pleraque ſua deſcripſiſſe *Petrum Galatinum.*

Morinus

Morinus tamen *Bleſenſis Raymundo Martini* laudatum librum aſſignat. Vide, GALATINUS.

SECADENARIUS (Tydeus) Bononi. An. 1544. floruit.

SECCERVITIUS (Joh.) Uratislavienſis, verſus confecit. Vid. *Tom. 2. Del. Germ. pag. 79.*

SECCUS (Nicol.) An. 1446. floruit. Condidit carmen de origine pilæ majoris & cinguli militaris, quo flumina ſuperantur. Vid. *Obilinus, vol. 1. pag. 174.*

SECKENDORFIUS (Vitus Lud.) dicitur eſſe vir ſummi judicii & eruditionis. Edidit defenſionem de juſtitia protectionis in Erfurtum.

à SECLI (Franc.) iter Hieroſolymitanum An. 1539. deſcripſit. Vid. *Waddingus, in S. O. M. pag. 135.*

SECUNDINUS (Nicol.) Turcarum genealogiam conſtruxit.

SECUNDUS, Σεκοῦνδος, Athenienſis ſophiſta, Herodi Attico æqualis erat, teſte *Philoſtrato in vitis Sophiſt. pag. 547. Suidas* tradit, eum Πλωμίον, it. Επίκουρον cognominatum eſſe. Vid. *Meurſius l. 6. Att. lect. cap. 4.* Sententias Secundi *Leo Allatius* Anno 1639. primus evulgavit. Quidam tale *dictum* ei tribuunt: *In tria mala incidi, grammaticam, penuriam, & malam mulierem. Duo effugi: malam mulierem effugere non potui.* Vid. *Jonſius de S. H. Ph. 3, 12.*

SECUNDUS, grammaticus, *Phrynicho Atticiſtæ pag. 45.* memoratur.

SECUNDUS, hiſtoricus, A. C. 615. obiit. Geſta Longobardorum ſtilo expreſſit. Meminit ejus *Diaconus l. 3. hiſt. Longob. c. 90. & l. 4. c. 42.*

SECUNDUS (Joh.) Hagienſis, natus eſt Anno 1511: obiit An. 1536. Scripſit in omni carminum genere multa: in quibus ità excelluit, ut *Beza* ideò ei principatum inter recentiores poëtas tribuerit. Carmina ejus uno volumine conſtant. Confer *Tom. 4. Delit. Belg. pag. 146,* Vid *Sweertius pag. 468. I. P. Loticb. part. 3. B. P. pag. 43.*

SECUNDUS (Julius) orator, tempore Taciti hiſt. claruit. Vitam Julii Aſiatici literis mandavit. Erat ejus ſermo purus, preſſus, &, in quantum ſatis eſt, profluens. Vid. *Tacitus in dial. de Orat. c. 2. & 14.*

SEDATUS, epiſcopus, incertæ ætatis autor, homiliam de Epiphania compoſuit. Vid. *Olearius in Abaco pag. 424.*

SEDELIUS (Wolfg.) ſtruxit templum Salomonis myſticum, An. 1548.

SEDENNUS (Joh.) Hiſp. *Ghilino vol. 1. pag. 89.* memoratur.

SEDGEVITIUS (Obad.) Anglus, tractavit de natura & gratia. Extant ejusdem notæ in Pſal. 33.

SEDUARDUS, JCtus, de jurisprudentia commentatus eſt, An. 1590.

SEDULIUS (Cæl.) tempore Theodoſii junioris, Anno 430. claruit. Eum *quidam* Hiſpanum faciunt, *alii* Hibernum. Conſcripſit proſa explanationem epiſtolarum Paulinarum: duos hymnos, quorum unus natali Domini: alter feſto Epiphaniæ in eccleſia cani ſolet. Reliquit præterea carmine hexametro quatuor libros operis paſchalis. In *Canonibus Gratiani, diſtinct. 15.* talis ſententia legitur: Venerabilis viri Sedulii paſchale opus, quod *heroicis* deſcripſit verſibus, inſigni laude proferendum. Ibi vulgata antehac exemplaria pro *heroicis, hæreticis* habuere. Quod bonis quibusdam *Canoniſtis* ſuſpicionem movit, poëmata omnia eſſe hæretica, poëtasq; inter pios, licet ſacra tractent, nunquam annumerari. Vid. *Ph. Caroli oratio de Criticis, pag. 18. Warens pag. 4. Ph. Labbe Tom. 2. diſſert. pag. 324. Olearius, pag. 425.*

SEDULIVS (Henr.) junior, Anno 818. claruit. Extant ejus collectanea in Matthæi evangelium. Vid. *Wareus, pag. 36.*

SEDULIUS (Henr.) Clivienſis, A. 1621. obiit. Reliquit hiſtoriam Seraphicam, fol. item, præſcriptiones adverſus hæreſes. Vid. *Sweertius, pag. 336.*

de SEEHAUSEN (Arn.) ſtruxit quæſtiones ſupra libros Sententiarum.

SEELMATERUS (Andr.) Helvetius, collegit ſymphoniam evangelicam, Anno 1611.

SEGARRA (Jac.) Alonenſis, in librum Galeni de naturalibus facultatibus commentatus eſt, An. 1596. Vid. *Linden, pag. 299.*

SEGERUS (G.) Thorunienſis, ſcripſit triumphum cordis de hepate, An. 1654: item, de Hippocratis orthodoxia in doctrina de nutritione fœtus humani in utero, A. 1660. V. *Barthol. in Danis pag. 49.*

SEGERUS (Jac.) edidit conciones dominicales, An. 1645.
SEGOBIENSIS (Joh.) Hiſp. Anno 1576. claruit. Struxit quatuor libros prædicationis evangelicæ: it. 3. tomos de ſanctis.
de SEGOVIA (Joh.) tractavit de immaculata conceptione Virginis. Liber prodiit Bruxellis, An. 1664.
SEGUIERIUS (Franc.) celebris medicus eſſe prædicatur.
SEGUIN (Ant.) ſcripſit de ſacramento Euchariſtiæ, Lugd. An. 1667. fol.
SEGUIN (Pet.) Anno 1660. claruit. Emiſit epiſtolam ſuper dubiis quibusdam ad nummos familiarum Roman. *Fulvii Urſini* ſpectantibus: item, ſelecta numiſmata antiqua æri eleganter inciſa & obſervationibus illuſtrata. Vid. *T. 2 Ephem. Hedovill. pag. 238. Spanheimius de Numiſm. pag. 405. 443.*
SEGUINUS (Phil.) Ciſterc. ord. monachus, Anno 1590. floruit. Condidit bibliothecam Ciſtercianam. *Car. Viſch. pag. 280.* vocat virum hiſtoricæ veritatis ſtudioſiſſimum.
SEGUIRAN (Gaſp.) Aquiſextienſis, tomum concionum exaravit. V. *Aleg. p. 153.*
à SEGURA (Didacus) JCtus, ſcripſit de bonis conſtante matrimonio acquiſitis.
SEGURA (Joh.) d' Avalos, Ubetenſis, JCtus, adornavit directorium judicum eccleſiaſtici fori, Venet. An. 1596.
de SEGUSIO (Henr.) JCtus, confecit ſummam auream An. 1573.
SEHOFER (Ariac.) enarrationes evangeliorum dominicalium, Anno 1539. promulgavit.
SEIDELIUS (Bruno) Querfurtenſis, Anno 1577. floruit. Erfordiæ philoſophiam docuit & artem medicam exercuit. Reliquit 7. libros poëmatum: tres libros de ebrietate: tractatum de urinarum judicio: alium, de morbis incurabilibus. Vid. *Tom. 6. Delit. Germ. pag. 112. Quenſtad. pag. 236.*
SEIDENBECHERUS (G. L.) ſcripſit de regno ſanctorum, Amſterd. An. 1664.
SEIFRIDUS (Georg.) ſtruxit genealogiam Marchionum Brandenburg. An. 1555.
SEIFRIDUS (Joh.) Uratislavienſis, abbas Zwetelenſis, An. 1625. obiit. Extat ejus arbor Aniciana ſive genealogia auguſtiſſimæ domus Auſtriacæ. Vid. *Zeiller. part. 2. de hiſt. pag. 135. Carol. Viſch, pag. 229. Hallerv. in B. C. pag. 202.*

SEILERUS (Joach.) edidit delicias ſacras, titulo, Jeſus, Maria, Joſeph, An. 1672.
SEILERUS (Raph.) JCtus, An. 1553. claruit. Collegit ſelectas ſententias Cameræ imperialis. E Græco tranſtulit Cydonii orationem de contemnenda morte.
SEILIUS (Joſeph.) clavim Æneidos ſex partibus compoſuit, An. 1657.
SEIPP (Joh. Dav.) egit de juramento manifeſtationis, An. 1677.
SEISELLIUS (Claud.) Allobrox, JCtus, An. 1520. obiit. Scripſit de triplici ſtatu viatoris: ſpeculum feudale: & additiones ad Bartolum. Thucydidem etiam è Græco in latinum tranſtulit. Extat ejusdem ethologia in tria priora capita S. Lucæ. Vid. *Panzirolus in JCt. 2, 137. Ghilinus vol. 2 pag. 60.*
SEISERUS (G.) emiſit calendarium politicochriſtianum, Oenop. An. 1659.
SEISINGIUS (Joh.) tonologiam compoſuit.
SELDENUS (Joh.) Salvintonianus Anglus, celebris JCtus, natus eſt An. 1584: obiit An. 1654. Erat Hebraicè & Arabicè doctiſſimus. Reliquit inſignem tractatum de jure naturæ: alium de Dis Syrorum: librum de ſynedriis Hebræorum: de ſucceſſionibus & pontificatu: marmora Arundellina, &c. Vid. *Dietericus part. Ant. Bibl. pag. 161. Richteri epiſtolæ ſelect. pag. 491. Kempius pag. 24.*
SELDIUS (Chr.) ſcrutinium articulorum fidei fundamentalium Theologiæ axiomaticæ: item, topicam Marcellianam An. 1648. edi curavit.
SELDIUS (G. Sigiſm.) Auguſtanus, natus eſt An. 1516: obiit An. 1565. Erat Carolo V. Imperatori à ſecretis: poſteà factus eſt Ferdinandi I. procancellarius. Carolo adeo acceptus erat, ut in multam noctem ſermones cum eo cæderet, ipſique aliquando, nemine aulicorum apparente, diſcedenti lychnum præferret. Compoſuit conſilia, genealogias, Caroli res geſtas. Extat ejusdem diſcurſus, in qua controverſia hæc excutitur: An Cæſar abdicaturus ſe imperii onere id in manus R. P. reſignare debeat?
SELEUCUS, Σέλευκος, Alexandrinus, grammaticus, cognomine *Homericus*, Romæ docuit & commentarios in omnes penè poëtas elaboravit. Scripſit de Diis: de falsò creditis: de proverbiis, &c. Vid. *Suidas.*

SELEUCUS, Emeſenus, exaravit 2. libros Parthicorum. *Suidas* quatuor libros ἁλιευτικῶν carmine condidiſſe tradit. *Athenæus tamen l. 8.* Seleuco Tarſenſi halieutica tribuit.

SELLARIUS (Henr.) epitomen Chronicorum An. 1533. abſolvit.

SELLEN (Ant. Bertr.) JCtus, ſcripſit de intereſſe, An. 1635.

SELNECCERUS (Nicol.) Hersbruccenſis Noricus, natus eſt Anno 1532: obiit Anno 1592. Lipſiæ ſacra in templo & in ſchola interpretatus eſt. Condidit doctrinam vel pædagogiam Chriſtianam. Qualem ubiquitatem ſtatuerit, ipſe indicat, dum ait: Chriſtus, Deus & homo, ſedens ad dexteram Patris, poteſt ſuo corpore eſſe, ubicunque vult eſſe & ubi ſe velle eſſe dixit & promiſit. Ejus opera extant in 4. tomos digeſta.

de SELVA (G.) epiſcopus Vaurenſis, Anno 1548. clar. Ex Plutarcho 8. vitas Græcorum & Latin. tranſtulit.

de SELVA (Joh.) JCt. de jurejurando commentatus eſt.

SEMANUS (Joh.) edidit methodum pacem religionis in Europa conſtituendi, Anno 1652.

SEMECA (Joh.) Teutonicus, Halberſtadienſis præpoſitus, An. 1269. obiit. Is herculea, ut ajunt, audacia decretum Gratiani primus gloſſare auſus eſt. Clementi IV. pontif. decimas à Clero exigenti appellationem oppoſuit: quare à Papa excom̃unicatus eſt. In *Epitaphio* vocatur lux decretorum, dux doctorum, via morum. De Semeca lepida hiſtoria habetur ap. *Delrion. in diſq. magic. pag.* 319. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 3, 8. Placcius, pag. 86.*

à SEMEDO (Aluarez) Luſitanus, condidit hiſtoriam Sinicam. Vid. *Alegambe, pag. 24.*

SEMPERVIVUS (Bernh.) Veronenſis, Anno 1617. obiit. Reliquit 3. libros de poëtica: Syagrium tragœdiam: & Martinum, tragicomœdiam. *Alegambe, pag. 63.* vocat egregium poëtam, qui non pauca ſua ſcripta ante obitum Vulcano maluerit quam prælo tradi.

SEMPILIUS (Hugo) Scotus, adornavit 12. libros de diſciplinis mathematicis, Anno 1635. Vid. *Alegambe, pag. 191.*

SEMPLE (Andr.) de Tobar, nobilis Madritenſis, ſtruxit ſermones de adventu & ſanctis.

SEMPREBENIUS Anno 1390. floruit.

SEMPRONIUS Aſellio, A. U. C. 621. claruit. Dionyſius Halicarnaſſeus inter λογιωτάτους τῶν Ῥωμαίων συγγραφέων reponit. Collegit hiſtorias rerum Romanarum. Eum allegant *Agellius l. 13. c. 20. Chariſius, &c.* Liber de diviſione Italiæ & origine urbis Romæ, qui ſub Sempronii nomine circumfertur, ſpurius eſt nec inter antiquos ſcriptores referendus. Vid. *C. Barthius in Claudianum pag. 125. Mart. Hanckius in Scr. R. R. pag. 29.*

SEMPRONIUS (C.) Tuditanus, A. U. R. 624. conſulatu functus eſt. Compoſuit libros commentariorum. Eorum *Plinius l. 13. c. 13. Agellius l. 6. c. 4. l. 13. c. 14. Macrobius 1, 13. & 16.* mentionem faciunt. Orationis genus ut elegans laudat *Cicero in Bruto.* Videatur *Voſſius de nat. rhet. pag. 97.*

SEMUS, Σῆμος, Eleus, grammaticus, octo libros Deliacos: duos periodorum: unum de Paro: unum de Pergamo: it. de Pæanibus compoſuit, teſte *Suida. Athenæus* Σῆμον Δήλιον appellat. Meminit ejus *Stephanus in* Τέγυρα.

SENALIS (Rob.) Regienſis, confecit librum de ratione menſurarum & ponderum, Anno 1532. teſte *Linden, pag. 527.* Vide, CENALIS.

SENARDÆUS (Claud.) ſtruxit hiſtoriam de morte Joh. Diazii, An. 1546.

SENAULTIUS (Joh.) Anglus, edidit hominem lapſum & reum. *Mareſius part. 2. Sylloges diſp. pag. 124.* vocat *Berulliſtam.*

SENDIGOVIUS (Leſchus Mich.) Polonus, 12. tractatus de lapide philoſophico An. 1604. evulgavit. Vid. *Rhodius in ſuppoſ. ſcript. pag. 39.*

SENECA (Marcus Annæus) Orator, Auguſti & Tiberii ætate floruit. Ex ſui ævi oratoribus excerpta collegit & eleganti ſtilo nec minore judicii acumine digeſſit. Idem tres filios egregios reliquit, L. Annæum Senecam philoſophum, M. Annæum Novatum, aliàs Junium Gallionem dictum, & M. Annæum Melam, Lucani poetæ patrem. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 106.*

SENECA (L. Annæus) Cordubenſis philoſophus, præceptor Neronis, anno I. Olymp.

ſymp. CCXI. inciſione venarum hauſtoque veneno extinctus eſt. Exaravit ſeptem libros de beneficiis: tres de ira: duos de clementia; ſeptem quæſtionum naturalium: epiſtolas, &c. Eidem *Mart. Delrio* decem tragœdias tribuit. *Alii* tamen non philoſopho, ſed Senecæ nepoti eas aſſignant. Vid. *Bonifacius in hiſt. ludrica l. 15. c. 7. Plinius l. 6. c. 17.* tradit, Senecam etiam de India librum ediſſe. *Servius pag. 1011.* Senecam de ritu & ſacris Ægypriorum allegat: item, *Boccacius in Geneal. deor. 3, 14. Caſſiodoro pag. 1123.* Senecæ liber de forma mundi memoratur. Sanctus *Hieronymus in catalogo eccleſiaſt. ſcript.* eum inter ſanctos referre non dubitat: & *Bullingerus in c. 1. ad Rom.* ſcribere auſus eſt, unum Senecam plus ſincerioris theologiæ poſteritati reliquiſſe, quàm omnes ferè omnium ſcholaſticorum libros. De *epiſtolis* Senecæ ad Paulum & Pauli ad Senecam videatur *B. Dilherrus in Electis l. 3. pag. 375. G. Hornius in hiſt. phil. pag. 257. Modius in lect. novantiq. pag. 65. Rivetus T. 2. oper. pag. 1073. Columella l. 3. c. 3.* vocat virum excellentis ingenii & doctrinæ. De ſtilo Senecæ multi iniquè judicant, de quibus *Agellius 12, 2.* legi poterit. *Eraſmus in Ciceron. pag. 35. & 75.* Senecam in ſententiis tanquam immodicum reprehendit & quibusdam frivolis indulgere affirmat.

SENECA (Thomas) condidit 4. libros Boniados & 2. libros Grabeidos. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 179.*

SENECIO (Herennius) Domitiani Imp juſſu interfectus eſt, quòd libros ſcripſiſſet de vita Helvidii Priſci. Teſtis *Plinius l. 7. epiſt. 19.*

SENECIO, rhetor erat ingenii confuſi ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeò ut noviſſimè hujus rei morbo & teneretur & rideretur. Nam & ſervos nolebat habere niſi grandes: & argentea vaſa non niſi grandia. Eo pervenit inſania ejus, ut calceos quoq; majores ſumeret, ficus non eſſet niſi mariſcas. Côcubinam ingentis ſtaturæ habebat: omnia grandia probabat: ei impoſitum eſt cognomen, & vocari cœpit Senecio Grandio. Vid. *Seneca in Suaſor. 2. pag. 12.*

SENENSIS (Antonius) Luſitanus, bibliothecam fratrum ord. prædicat. compoſuit. Prodiit ea Pariſ. Anno 1585.

SENENSIS (Sixtus.) Vide, SIXTUS.

SENFTLEBIUS (Andr.) An. 1643. obiit. Reliquit notas in Alani parabolas. Extat ejusdẽ libellus de alea veterum. Vid. *Mart. Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 186.*

SENGEBAHR (Frid.) ſcripſit tractatum de 7. ſpiritibus apocalypticis contra Fr. *Riberam*, An. 1616.

SENGUERDUS (Arn.) edidit 6. libros introductionis ad phyſicam, Anno 1644: exercitationes phyſicas, An. 1658: item, oſteologiam corporis humani, An. 1664.

SENGUERDUS (Wolferd.) de tarantula diſſeruit, Anno 1668.

de SENIS (Franc.) conſilium inſtituit de balneo.

de SENIS (Frid.) egit de beneficiorum permutatione.

à SENLIS (Sebaſt.) Gallus, A. 1621. philoſophiam contemplantium emiſit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 315.*

SENNA (Petr.) habuit diſſertationem philologicam de morte eorum, qui in aquis perierunt, Romæ, An. 1637.

SENNERTUS (Andr.) hoc tempore Witebergæ linguas orientales profitetur. Vulgavit præcepta linguæ Arabicæ, A. 1658.

SENNERTUS (Dan.) celebris medicus, natus eſt Anno 1572: obiit Anno 1637. De medicina multos & egregios tractatus conſcripſit; quos non tantùm Germani, verùm etiam Itali & Galli meritò admirantur. Chymiam, ut ajunt, primus Witebergæ introduxit. Vid. *Henning. Witte in medd. pag. 88.*

SENNERTUS (Mich.) h. t. medicinam Witebergæ profitetur.

SENTIUS Augurinus, Gallus, epigrammata confecit. Ea laudat *Plinius in epiſtola ad Falconem.* Vid. *Glandorpius in O. R. p. 784.*

SEPINUS (Gervas.) Salmureus, ſcripſit Menalcam & Alexin, An. 1555. Carmina ejus occurrunt *T. 3. Delit. Gall. pag. 743.*

SEPTALIA (Manfredus) Mediolanenſis, ſtruxit Muſeum Septalianum, Dertonæ, Anno 1664.

SEPTALIUS (Lud.) An. 1633. obiit. Compoſ. 7. libros animadverſionum medicarum: commentarium in Ariſtotelis problemata; tractatum de ratione ſtatus: librum de nævis corporis. Extat ejusdem opus de inſtituenda & gubernanda familia. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 151. Imperialis in Muſeo pag. 184. Naudæus in B. P. pag. 58. 71.*

SEPTIMIUS Alexandri Mammææ Imp. vitam literis mandavit. Meminit ejus *Lampridius in Alexandro.*

SEPTIMIUS (Quintus) Romanus, *Dictyn Cretenſem de bello Trojano* latinè tranſtuliſſe creditur. Dicata eſt ea translatio *Q. Arcadio Rufino*, qui ſub Conſtantino Imp. conſul fuerat A. U. R. 1068. Quisquis autor eſt (inquit *Voſſius*) Græcos autores cum judicio legit & inde excerpſit, quæ veritati conſentanea viderentur. Vid. *Borrichius in Cogit. ad Voſſ. pag. 12.*

SEPULUEDA (Joh. Geneſius) Cordubenſis, natus eſt Anno 1491: obiit Anno 1572. Cùm Hiſpani barbaros in India crudeliſſimè mactarent & tractarent, & ea de re *Barth. Caſa* graviſſimè conqueſtus eſſet, Hiſpanorum cauſam Sepulveda libro conſcripto tueri auſus eſt: verùm librum iſtum, tanquam doctrina parùm ſana refertum minimè edendum eſſe Complutenſes & Salamanticenſes Theologi cenſuerunt. Reliquit tres libros de regno & Regis officio: tres de re militari; totidem de ritu nuptiarum: ſeptem epiſtolarum: tres de lib. arbitrio contra Lutherum, &c. *Jovius in Elog. pag. 303.* vocat Græcæ linguæ peritum & ſcientiarum propè omnium validis inſtructum præſidiis: item, eloquentiſſimum. Vid. *Thuanus l. 54. Schott. in B. H. pag. 464. Funccius T. 1. Orb. Imp. p. 351.*

SEQUARTUS (Claud.) edidit theonomagium, Pariſ. An. 1597.

SEQUESTER (Vibius.) Vide, VIBIUS.

de SERAPHINIS (Firm.) exaravit opuſcula ſpiritualia, Col. An. 1615.

de SERAPHINIS (Seraphinus) JCtus, ſcripſit de privileg. juramenc. An. 1610. fol.

SERAPHINUS (Guil.) Tridinenſis, tractavit de compoſitione medicamentorum, An. 1594.

SERAPION, Σεραπίων, geographus, *Ciceroni ad Attic. 2, 4, & 6.* memoratur.

SERAPION, Alexandrinus, cognomine Ælius, ſophiſta, Hadriani Imp. tempore vixiſſe traditur. Condidit panegyricum in Hadrianum: ſeptem libros ἀκροάσεων: artem oratoriam: βυλευτικά, &c. Vid. *Suidas.*

SERAPION, Aſcalonita, *Fulgentio* memoratur.

SERAPION, Thmueos in Ægypto epiſcopus, tempore Conſtantii Imp. floruit. Scripſit Græcè adverſus Manichæos librum, quem *Henr. Caniſius* ſuis lectionibus inſeruit. *S. Hieronymus* ei epiſtolas quoque tribuit. Vid. *Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 339. Olearius, pag. 427.*

SERAPION (Joh.) medicus, juxta nonnullos ſeculo XI. claruit. Reliquit medicinam practicam, quæ Breviarium inſcribitur. Eam vertit *Andr. Alpagus.* item, commentaria de facultatibus ſimplicium medicamentorum. Hæc *Nic. Mutanus*, cùm antea barbarè reddita eſſent, corrigere aggreſſus eſt.

SERARIUS (Nicol.) Rambervillanus, natus eſt An. 1555: obiit An. 1609. Herbipoli & Moguntiæ S. literas interpretatus eſt. *Cæſar Baronius T. 12. Annal.* lucis jubar eccleſiæ Germanicæ vocare non dubitabat. Theologiæ & philoſophiæ Græcæ, Hebr. & Syriacæ linguæ cognitionem copulavit. Struxit comm. in Joſuam, Judices, Ruth, Tobiam, Eſther, libros Maccab. &c. Extant etiam ejus quinque libri rerum Moguntiacarum: item, tres libri de ſectis Judæorum, contra *Scaligerum & Druſium.* Vid. *Zeiller. part. 3. pag. 219. Alegambe, pag. 355.*

SERARIUS (Pet.) Amſterd. vehemens Chiliaſmi aſſertor eſſe fertur. De Chiliaſmo ex profeſſo ſcripſit contra *Sam. Mareſium* Anno 1665. Tractavit etiam materiam de Judæorum converſione.

SERATICUS (Alex.) Veronenſis, medicus, An. 1575. vixit. Vid. *Chioccus, pag. 85.*

SERENIUS (Jul.) Brixianus philoſophus, exaravit ethicum ſtylobaten ſive elogium Borromæorum Mediol. An. 1618: item, novem libros de fato, Venet. Anno 1563.

SERENUS (Aul.) poëta lyricus, vario & multiplici genere poëmata conſcripſit. Citantur ejus Ruralia apud *Nonium.* Meminere ipſius etiam *Terentianus, Hieronymus, Diomedes, Martianus Capella.* Fortaſſis idem eſt cum *A. Septimio Sereno Faliſco*, de quo *Nic. Loënſis in Epiphyll. 5, 4. Glandorp. pag. 788.*

SERENUS, grammaticus, adornavit, teſte *Suida*, epitomen operis Philonis de urbibus: item, epitomen commentariorum Philoxeni in Homerum. Vid. *Jonſius de S. H. Ph. p. 347.* Quære, SERINUS.

SERENUS, Σερῆνος, Athenienſis, de ſectione cylindri & coni commentatus eſt. Vid. *Suidas.*

SERE-

SERENUS (Quintus) Sammonicus. Vide, SAMMONICUS.

SERETA (Henr.) compoſuit notas in Nicandrum Colophonium, An. 1668.

SERGIUS, Σέργιος, Zeugmatenſis, Aphthonii filius, præfectus prætorio, ſcripſit epitaphium in Sabinum ſophiſtam & & fratrem: item, librum pro cauſidicis ad Ariſtidem, teſte *Suida*.

SERGIUS, Confeſſor, nono ſeculo vixit & de rebus Mich. Balbi Imp. hiſtoriam condidit. Dictionem ipſius commendat *Photius, Cod. LXVII.*

SERINUS, Σερῖνος, ἐν Ἐπιτομῇ τῷ Φίλωνος citatur *autori Etymologici magni, in* Ἀρσινόη & βακχίσας: item, *Stobæo in Eclogis*. Confer, SERENUS.

SERIPANDUS (Hieron.) Neapol. natus eſt Anno 1493: obiit Anno 1563. Reliquit commentar. in omnes S. Pauli epiſtolas. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 155 Quenſtad. pag. 383.*

SERLIUS (Sebaſt.) Neapol. compoſuit libros de architectura, qui ſunt in magna exiſtimatione. Prodierunt Venet. Anno 1540.

SERLO, grammaticus, monachus Fontanus, ſtruxit libellum de differentiis dictionum, metricè conceptum: item, carmen de inſtabilitate mundi. Vid. *Reineſius ad Daumium pag. 255.*

SERMUNDUS (Caſp.) ſcr. de Burmenſium balneorum præſtantia & uſu, Mediolani, Anno 1595. in 4.

de la SERNA (Joh. Gallego) Malachenſis, edidit opera phyſica, medica, ethica, quinq; tractatibus comprehenſa, Lugd. Anno 1634. Vid. *Linden pag. 349.*

SEROLLA (Ildefonſ.) tractavit de differentiis herbarum, Venet. An. 1641.

SERPENSIS (Ant.) Luſitanus, enarrationem eucharisticæ chronologiæ, Anno 1648. fol. confecit. Videatur *Wadding. pag. 37.*

SERPI (Dimas) Calaritanus, A. 1613. vixit. Scripſit de purgatorio contra Lutherum. *Wad. pag. 103.* refert, eum, cùm quadam nocte cum ſuis confratribus hilariter converſatus eſſet, die ſequenti, mane diluculo perquiſitum, non eſſe inventum in cubiculo, neque alibi, neque in hunc usque diem ſciri potuiſſe, quid de homine actum ſit aut qualiter ab omnium oculis evanuerit.

SERRA (Marc.) in Thomam commentatus eſt.

SERRANUS (Joh.) Platonem in latinum ſermonem tranſtulit, An. 1578.

SERANUS (Joh.) Vivarienſis, in Eccleſiaſten Anno 1580. ſcribere cœpit. Vid. *Placcius, pag. 47.*

SERRANUS (Marc. Attilius) libr. de ſeptem urbis Romanæ eccleſiis, Anno 1575. publicavit.

SERRANUS (Pet.) Cordubenſis, Leviticum & Ezechielem notis expoſuit, Antv. Anno 1572. fol.

SERREUS (Joh.) inventarium generale hiſtoriæ Francicæ exaravit. Vid. *Zeillerus, part 2, pag. 137.*

SERRIER (Trophimus) edidit pyretologiam, Lugd. An 1663.

de SERRIS (Oliver.) ſtruxit theatrum de agricultura, quo nec prodiiſſe nec proditurum eſſe unquam ſcriptorem aliquem hoc in genere meliorem, etiam peritiſſimi judicant.

SERTOMANNUS (Auguſt.) emiſit delitias aſtronomicas, An. 1669.

à SERVA (Carolus) Italus, excellens poëta eſſe prædicatur.

SERVATUS (Lupus) tempore Caroli Calvi imp. claruit. Reliquit librum epiſtolarum: vitam Wigberti, &c.

SERVETUS (Mich.) Hiſpanus, An. 1553. Genevæ combuſtus eſt. De Trinitate prava dogmata ſpargere cœpit. Teſte *Beza*, illud *Apoc. 12, 7. Michael & angeli ejus præliabantur cum Dracone*, quaſi de ſe ſcriptum interpretari auſus eſt. Vid. *Thuanus emucl. part. 3. pag. 133.*

SERVILIANUS (Fabius) vixit A. U. R. 608. Tractavit de jure pontificio, teſte *Macrobio, Sat. 1, 16.*

SERVILIUS, JCtus, ſub Nerone Imp. obiit. Meminit ejus *Tacitus in Ann. l. 14. c. 19.* Videatur *Bertrandus in JCtis, pag. 300.*

SERVILIUS (Joh.) vulgò Knapius, Weertenſis, Anno 1569. claruit. Texuit tres libros rerum magnificè geſtarum exemplo Valerii Maximi. Prodiit etiam Joh. Servilii conjuratio Geldro-Gallica in Antverpiam, An. 1544. Auguſtæ excuſa. Vid. *Sweertius, pag 469.*

SERVINUS (Lud.) Gallus, JCtus, Anno 1626. obiit. Extat ejus tract. de actionibus forenſibus. Carmina L. Servini habentur *T. 3. Delit. Gall. pag. 829.*

SERVITA (Paulus) compoſuit concilii Tridentini hiſtoriam. Vid. *Zeiller. part. 3. de hiſt. pag. 219.*

SERVITA (Urbanus) Anno 1390. floruit. *Averrois genius* à quibusdam dictus eſt. Fertur tanta dicendi vi & copia viguiſſe, ut doctos omnes ad ſe amandum pelliceret.

SERVIUS Honoratus, Maurus, vixit temporibus Theodoſianis. In Virgilium commentatus eſt.

SERVIUS (Pet.) Spoletanus, elaboravit ferias juveniles vel antiquitatum Romanar. miſcellanea, Romæ, An. 1640. Vid. *Rhodius in ſcr. ſuppoſ. pag. 24.*

SERVIUS (Phil.) edidit amicum fidelem ſive modum juvandi moribundos, Antv. Anno 1661.

SERVUS (Chriſt.) paravit reſponſum ad Schroderi ſceptrum regale, An. 1627. Videtur eſſe *Chr. Becmannus.*

SESELLIUS (Claud.) Gallus. Vide, SEISELLIUS.

de SESSE (Joſeph.) JCtus, collegit deciſiones rotæ regni Aragonum, Anno 1619.

SESTICH (Joh. Vont) JCtus, An. 1634. obiit. Oſtendit novam rationem tradendi jurisprudentiam. Vid. *Valer. Andr. pag. 206.*

SESTIUS (Clarus) Bononienſis, A. 1210. floruit. Vid. *Bumaldus pag. 52.*

SETH, Σὴθ, Adami filius, nonnulla ſcripſiſſe fertur. Vid. *Caſp. Schottus in Technica curioſa, pag. 555.*

SETHUS (Simeon) magiſter Antiochenus, ſub Imp. Michaële Duca floruit. Compoſuit librum de cibariis ordine alphabetico: item, Σύνοψιν φυσικῶν τε καὶ φιλοσόφων δογμάτων. *Leo Allatius in diatriba de Simeonibus pag. 183.* refert, ſe poſſidere ejusdem Sethi narrationem Indicam.

SETZERUS (Jerem.) tract. de juramentis: conſiliis & conſiliariis: familiaritate & amicitia: legato, &c. Videatur *Juſtus in Chron. Francoſ. pag. 31.*

SEVERANUS (Joh.) tres libros *A. Boſil* de Roma ſubterraneâ perfecit & quarto auctiores, Romæ Anno 1632. fol. edidit, teſte *Quenſtad. pag. 394.*

SEVERIANUS, Σεβηριανὸς, Gabalenſis in Syria epiſcopus, A. C. 398. floruit. Reliquit ſermonem in dictum Apoſtoli, Coloſſ. II. *in Chriſto inhabitat omnis plenitudo Dei corporaliter:* item, homilias in Hexaemeron. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. diſſ. pag. 341. Olearius pag. 427.*

SEVERIANUS (Julius) ſyntomata rhetorica conſcripſit. Ea primus *Oporinus* edi curavit. Vid. *C. Barthius in Claudian. pag. 348.*

SEVERINUS (Jac.) de ritu oſculandi, Anno 1673. commentatus eſt.

SEVERINUS (Marc. Aurel.) Tarſienſis, natus eſt, Anno 1580. Extant ejus Zootomia Democritea: tractatus de vipera: tract. de qualitate & natura chocolatæ: libri 9. de recondita abſceſſuum natura, &c. Videatur *Borrichius in Hermet. pag. 290.*

SEVERINUS (Pet.) Ripenſis Danus, natus eſt, A. 1542: obiit An. 1602. Condidit ideam medicinæ philoſophicæ, Anno 1571. Videatur *Vindingius in R. Haſn. pag. 120.*

SEVERINUS (Vinc.) Claræ vallenſis, inſtituit catholicam disceptationem de eccleſia præſentis temporis, Pariſ. Anno 1650.

SEVEROLUS (Hercul.) JCtus, tractavit de literis remiſſorialibus.

SEVERTIUS (Jac.) egit de orbis catoptrici ſive mapparum mundi principiis & deſcriptione, Pariſ. Anno 1618: item, de atheiſmo & hæreſibus, An. 1621.

SEVERUS, Alexandrinus patriarcha, circa A. C. 646. claruit. Ejus rituale Syriacum *Guido Fabricius* latinè tranſtulit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 428.*

SEVERUS, Malacitanus, A. C. 590. claruit. Compoſ. libellum de virginitate ad ſororem: item, alium ad Vincentium, Cæſaraugustanæ urbis epiſcopum, qui à Catholicis ad Arianos defecerat. Vid. *Iſidor. de viris illuſtr. c. 43.*

SEVERUS Sulpitius. Vide, SULPITIUS.

SEVERUS (Corn.) ſub Auguſto Octaviano innotuit. Bellum Siculum. *Quintiliano l. 10.* teſte, carmine expreſſit. Apud *Senecam ſuaſor. 6.* verſus ejus leguntur, quibus Ciceronis mortem deplorat. Poëmatis, quod *Ætna* inſcribitur & vulgò *Virgilio* tributur, Severum autorem eſſe, ex *L. Senecæ epiſt. 79.* colligere licet. Videatur *Barthius in Claudian. pag. 1106.*

SEVERUS (Titus Caſſius) ſub Tiberio Imp. claruit. *Plinius l. 7. c. 12.* celebrem oratorem nuncupat. Ob procaces libellos in exilium actus eſt. *S. Hieronymus* ait, in ſumma inopia mortuum eſſe vix panno verenda contectum. Scripta ejus *Chariſius & Diomedes* allegant.

SEVERUS (Aurel. Alex.) edidit axiomata politica & ethica, Pariſ. An. 1622.

SEVERUS (Nicol.) tractavit de glandulis oris & oculorum, Anno 1662. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 110.*

SEVERUS (Odo) Anno 959. obiit. Scripſit de euchariſtia: item, poëmata. Vid. *Simlerus.*

SEUM (Joſeph.) fabricavit gladium ſpiritualem, An. 1653.

SEUMIUS (Chriſt.) catoptron cœlibatus & conjugii adornavit, Halæ, Anno 1615.

à SEUS (Joh.) reliquit horologium nondum excuſum, teſte *Sauberto in Orat. de Bibl. Norimb. pag. 90.*

SEXTILIUS Ena, Cordubenſis, homo ingenioſus magis, quàm eruditus, poëta inæqualis, carmen de proſcriptione & interitu Ciceronis condidit hoc principio: *Deflendus Cicero eſt Latiæq; ſilentia linguæ.* Vid. *Seneca in ſuaſor. ult.* item, *Glandorp. pag 804.*

SEXTIUS (Quintus) Stoicus, librum de Vita beata, ni fallor, conſtruxit, quemadmodum ex *Senecæ epiſt. 64.* colligere licet. Lectus eſt (inquit) liber Q. Sextii patris, magni ſi quid mihi credis viri, & licet negent, Stoici. Quantum in illo, Dii boni, vigoris eſt, quantum animi! Cum legeris Sextium, dices: vivit, viget, liber eſt, ſupra hominem eſt, dimittit me plenum ingentis fiduciæ. Et *paulo poſt.* Hoc quoque egregium Sextius habet, quod & oſtendit tibi beatæ vitæ magnitudinem & deſperationem ejus non facit. *Hæc ille.*

SEXTUS Julius, Africanus. Vide, AFRICANUS.

SEXTUS, Σέξτος, Chæronenſis, Plutarchi ex fratre vel ſorore nepos, philoſophus, tempore Marci Antonini Imp. claruit. Apud imperatorem in tanto honore erat, ut una cum ipſo jus diceret. Scripſit ἠθικὰ, memorante *Suida.*

SEXTUS, empiricæ ſectæ medicus, ſub Pio Imp. vixit. Superſunt tres ejus libri Pyrrhoniarum hypotheſeon & decem adverſus mathematicos. *G. Joh. Voſſius de philoſoph. pag. 99.* hunc Sextum eundem facit cum Sexto Chæronenſi: diſſentit tamen *Marſil. Cognatus in var. obſerv. 3, 6.* Videatur *Jonſius de ſcr. hiſt. phil. 3, 12.*

SEXTUS, Pythagoricus, enchiridion ſententiarum confecit. Librum iſtum quidam *Sixto* papæ & martyri vendicare conati ſunt. Vid. *Voſſius l. 1. hiſt. Pelag. c. 21.*

SEIBOLDUS (Joh. Georg.) emiſit antibarbarum latinum, Anno 1676. in 8.

SEYFERT (Joh.) condidit claſſicum belli ſacri adverſus *Hug. Grotium,* An. 1643.

SFONDRATUS (Bapt.) Cremonenſis, Anno 1496. obiit. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 2, 140.*

SFONDRATUS (Franc.) inter Italos poëtas locum habere meruit. Vid. *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 935.*

SFONDRATUS (Pandulf.) de æſtu maris, Ferrariæ, Anno 1540. ſcribere aggreſſus eſt.

SFONDRIUS (Nic.) edidit praxin vitæ ſpiritualis, Colon. An. 1587.

SFORTIA (Fabius) Forojulienſis, poëmata fecit, quæ leguntur *Tom. 2. Del. Ital. pag. 968.*

SFORTIA (Mutius) condidit 2. libros Clementiados, Romæ Anno 1593. impreſſos.

SFORZA (Joh. Mar.) meteorologiam, Neapol. An. 1655. publicavit.

SGAMBALUS (Joh. And.) tractavit de peſtilenti faucium affectu Neapoli ſæviente, An. 1610.

SGAMBATUS (Ant.) JCtus, adornavit introductionem juris, Romæ, Anno 1630.

SGAMBATUS (Scipio) in Viennenſi academia S. literas & ſcholaſticam theologiam docuit. Fertur conſcripſiſſe tres tomos de hebraicis ſcriptoribus. *Leo Allatius in A. U. pag. 233* refert, eum etiam adornaſſe emendationem codicis hebræi, eoque nomine Romam profectum, ut de hoc inſtituto cum pontifice conferret. *Alegambe, pag. 417.* ipſum tandem in mentis alienationem incidiſſe memorat. Vide, SCAMBATUS.

de SGOBBIS (Ant.) Montagnanus, ſtruxit theatrum pharmaceuticum, Anno 1675. fol.

SGUROPULUS, Σγυρόπυλος, hiſtoriam concilii Florentini contexuit. Ea prodiit Anno 1606.

SHARPUS (Leonell.) edidit novum fidei ſymbolum, Londini, An. 1612.

SHARROCK (Rob.) vulgavit provinciale vetus provinciæ Cantuarienſis, Anno 1664.

SHELTON (Thomas) adornavit tachygraphiam.

SHEPHEARDUS (Thomas) Anglus, collegit caſus conſcientiæ ſelectiores.

SHERLOGUS (Paulus) Hibernus, vixit Anno 1643 Reliquit tres tomos cogitationum in Cantic. canticor. Anno 1645: item, dioptram antiquitatum hebraicarum, Anno 1651. Videatur *Alegambe, pag. 368.*

SHIRWODUS (Rob.) Coventrenſis, Eccleſiaſticum notis illuſtravit, Antv. Anno 1523.

SHUTE (Joſias) Eboracenſis, Anno 1640 obiit. Scripſit in Exod. 8, 11.

SIBBE (Rich.) Sudovolgienſis, An. 1635. deceſſit. In caput 1. ſecundæ ad Corinth. commentatus eſt. Extant ejusdem ſacrificia evangelica.

SIBELIUS (Caſp.) Batavus, theologus Daventrienſis, Anno 1630. circiter claruit. Opera ejus omnia prodierunt 5. voluminibus An. 1644.

SIBENLISTIUS (Steph.) Francus, carmina titulo ſchediaſmatum elaboravit, Anno 1612.

SIBERIUS (Wolfg.) in Cant. cantic. quædam meditatus eſt.

SIBERUS (Adamus) Chemicenſis, Anno 1515. natus eſt. Condidit 8. libros hiſtoriæ ſacræ: paſſionale: pſalterium: duo volumina carminum. Vid. *Tom. 6. Delit. Germ. pag. 117.* Confer *J. P. Lotichium part. 3. B. P. pag. 59.*

SIBERUS (Adamus Theodorus) Anno 1616. obiit. Carmina ejus leguntur *Tomo 6. Delit. Germ. pag. 187.* Vid. *J. P. Lotichius part. 4. B. P. pag. 122.*

SIBERUS (Juſtus) de ſalute Chriſtiana & philoſophica, Anno 1659. diſſeruit.

SIBUTUS (G.) Daripinus, edidit carmen de muſca Chillanæa, Lipſ. An. 1507.

SIBYLLA (Barth.) Monopolitanus, emiſit ſpeculum peregrinarum quæſtionum de animabus, cœlo, inferno, purgatorio, Angelis, hominibus, Venet. Anno 1578. in 8. Vid. *Sam. Mareſius part. 2 contra Tirin. pag. 940.*

SIBYLLENUS (Pet.) librum abſolutiſſimum comp. de peſte, Anno 1564. Pragæ editum. Vid. *Linden, pag 506.*

SIBYNTIUS, Σιβύντιος, Theodectæ Phaſelitæ lector & famulus, primus ſervorum declamavit. Condidit artem rhetoricam. Vid *Suidas.*

SICCAMA (Sibr. Tetardus) Bolsverdianus Friſius, Anno 1595. claruit. Reliquit 2. libros faſtorum: antitheſes de anno vetere Romuli & Numæ.

SICCIUS (Anacl.) Cremonenſis, de hymnodia eccleſiaſtica Anno 1634. ſcribere inſtituit.

SICHARDUS (Joh.) natus eſt An. 1499: obiit Anno 1552. Tubingæ 17. annis juriſprudentiam profeſſus eſt. Is, cum bibliothecas paſſim ſcrutaretur, forte fortuna in Codicem Theodoſianum, á multis ſeculis deſideratum, incidit: itaque eum primus edidit & Ferdinando inſcripſit. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis 2, 172.*

á SICHEM (Chriſt.) librum de optimo judice, Anno 1607. confecit.

á SICHEN (Guilh.) curſum philoſophicum An. 1665. adornavit.

SIDEROCRATES (Sam.) Brettanus, condidit libellum de computandis locorum intervallis, Anno 1562.

SIDONIUS (C. Sollius) Apollinaris, Arvernorum epiſcopus, ſub Leone & Zenone Impp. claruit. *Baronius* ejus obitum in A. C. 484. collocat. Quantum valuerit poeſi, inde patet, quod in Trajani foro ſtatuam meruerit cum laurea Apollinari. Extant ejus epiſtolæ & carmina unà cum notis *Savaronis. Ludovicus Vives* Sidonii phraſin in proſa oratione ut duram atque horridam reprehendit. Vid. *Hermolaus Barbarus ad Plin 4, 26. J. P. Lotichius part. 4. B. P. pag. 7. Glandorp. in onomaſt. pag. 810. C. Barthius in Claudian. pag. 465. 793. Olearius in Abaco pag. 429.*

SIDONIUS (Mich.) Merſpurgenſis epiſcopus in proverbia Salomonis commentatus eſt, An. 1571.

SIEMIENOWIEZ (Caſimir.) edidit Artilleriam magnam, Amſterd. Anno 1650. fol.

SIENICIUS (Nicol.) commentar. exaravit de rep. Spartana, An. 1609.

SIETMANNUS (Joh.) JCtus, compoſ. nucleum Pandectarum paratitlarem, Anno 1654: item, ideam juris epiſcopalis, Anno 1657.

SIEVERTUS (Hieron.) adornavit amicam defenſionem exceptionum ad media Duræana, Anno 1670.

SIFRIDUS, presbyter Miſnenſis, tempore Alberti Auſtriaci Imp. Anno 1308. vixit. Condidit Chronicon ab O. C. usque ad A. C. 1307. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 349. Olearius, pag. 431.*

SIGAUDUS (Franc.) Delphinas, carmina emiſit. Videatur *Tomus 3. Delit. Gall. pag. 836.*

SIGEBERTUS, Gemblacenſ. monachus, Anno 1112. obiit. Conſtruxit chronicon: item, librum de ſcriptoribus eccleſiaſticis. *Auguſtinus Nuſſienſis* vocat incomparabilis ingenii virum in omni ſcientia literarum. Vid. *Ph. Lab. T. 2. p. 350. Sweertius pag. 674. Olearius, pag. 431.*

SIGELIUS (Georg.) Norimbergenſis, natus eſt Anno 1552: obiit Anno 1598. Altdorfii Theologiam profeſſus eſt. Edidit hiſtoriam JESU Chriſti.

SIGISBULDUS (Cynus) Piſtorienſis, JCtus, Anno 1336. obiit. In 1. librum Pandectarum commentari cœpit. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis 2, 58.*

SIGISMUNDI (Sigismundus) Practicam Cortegianam, An. 1604. publicavit.

SIGNIUS (J. Bapt.) Bononienſis, tractavit de reliquiis & veneratione Sanctorum, Anno 1610. item, de ſtatu canonico.

SIGNORILIS (Nicol.) templa Romana ante 200. & quod excurrit annos deſcripſiſſe dicitur. Vid. *Hallervord. in B. C. pag. 290.*

SIGNOROLUS, JCtus. Vide, HOMODEUS.

SIGONIUS (Carolus) Mutinenſis, Anno 1585. obiit. Primò Venetiis, deinde Patavii, tandem Bononiæ literas elegantiores docuit. Cum *Fr. Robertello & Nicol. Grucbio* doctiſſimis ſcriptis digladiatus eſt. *Laur. Rhodomannus in præfat. ad Diodorum*, excellentis doctrinæ & induſtriæ accuratiſſimæ virum appellat. Scripſit de regno Italiæ: comment. in faſtos & triumphos Romanorum: notas in Sev. Sulpitium: librum de rep. Hebræorum: alium de rep. Athenienſium, &c. Vid. *Thuanus l. 82. Imperialis in Muſeo pag. 58. Ghilinus vol. 2. pag. 56. Mart. Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 245. Rhodius in Script. ſupp. pag. 16. Manut. part. 2. not. in epiſt. Cic. famil. pag. 374.*

SIGWARTUS (Joh. Georg.) celebris theologus, natus eſt Anno 1554: obiit Anno 1618. Struxit admonitionem de Irenico Parei.

SILANIO, Σιλανίων, poëta, quando floruerit, incertum eſt. Meminit ejus *Plutarchus in libro*, quomodo oporteat adoleſcentes poëtas audire.

SILBERSCHLAG (El.) edidit commentar. de antichriſto: & aſſertionem de reali corporis Chriſti præſentia in S. Cœna.

de SILENTO (Pet.) reliquit opus chymicum.

SILENUS, Σειληνὸς, Calatianus, Σικελικὰ compoſuit. Ea laudat *Athenæus l. 12. Plinius l. 4. cap. 22.* ejusdem tr. de Aphrodiſiade: *Stephanus* librum de Ætna allegant. Gloſſæ ejusdem citantur ab *Athenæo & Scholiaſte Apollonii.*

SILICEUS (Mart.) Carthaginenſis epiſcopus, proximus ad *Sepulvedam Paulo Jovio in Elog. pag. 303.* accedere viſus eſt. Vocat virum lectiſſimis moribus ac literis, virilique ingenio & caſta facundia.

de SILIMANNIS (Mart.) JCtus, tractavit de feudorum uſibus. Vid. *Tomus X. Tract. tract.*

SILIUS (C.) Italicus, tempore Neronis & Domitiani Impp. claruit. Vitam inedia abrupit anno ætatis 75. Poëma elaboravit de bello Punico ſecundo libris 17. quod tum blattis tineisque usque ad tempora Concilii Baſileenſis conflictatum eſt. Tunc ſiquidem è latebris in lucem prodire cœpit. *Martialis* os ei tribuit magnum facundumque. *Plinius in epiſt. 3, 7.* de eo ita: Scribebat carmina majore cura, quàm ingenio. Vid. *Glandorpius pag. 808. C. Barthius in 2. Theb. pag. 348.*

SILO (Gavius) rhetor, tempore Auguſti Imp. claruit. Vid. *Seneca l. 5. controverſ. præfat.*

SILOS (Joſ.) annales clericorum Theatinorum exaraſſe fertur.

de SILVA (Edu.) Luſitanus, Anno 1664. in Japonia obiit. Grammaticam & lexica linguæ Japonicæ primus confecit.

SILVAGIUS (Joh.) vulgo *Sauvage*, JCtus, An. 1518. obiit. Collegit reſponſa.

SILVAGIUS (Matth.) Catanenſis, in Johann. 1, 14. commentari cœpit, Venet. Anno 1542.

SILVANUS (Barthol.) Salonenſis, medicus, *Ammonium* latinè tranſtulit: item, lib. Galeni de conſtitutione artis medicæ. Claruit Anno 1541.

SILVANUS (Laurent.) JCtus, materiam de feudis, Colon. Anno 1576. illuſtravit.

SILVATICUS (Barthol.) JCtus, vulgavit conſilia, Utini, An. 1658. fol.

SILVATICUS (Bened.) Patavinus, collegit 4. centurias conſiliorum & reſponſorum medicorum Anno 1654. Vid. *Imperialis in Muſeo pag. 207.*

SILVATICUS (Joh. Bapt.) Mediolan. Anno 1595. claruit. Scripſit de collegii Mediolanenſium medicorum origine, antiquitate, privilegiis & viris illuſtribus Anno 1607. Extant ejusdem tractatus de turgente materia: liber de aneuryſmate, &c.

SILVATICUS (Matth.) medicus, Anno 1320. floruit. Condidit pandectas medicinæ: unde paſſim *Pandectarius κατ' ἐξοχὴν* vocari ſolet.

SILVATICUS (Porchetus) Genueuenſis, Anno 1315. claruit. Extat ejus tract. contra Judæos. Idem ſcripſiſſe dicitur de entibus & unis. Vide, PORCHETUS.

de SILVEIRA (Joh.) Olyſſiponenſis, An. no 1645. floruit. Conſtruxit ſex tomos commentariorum in textum quatuor Evangeliſtarum, qui prodierunt Antv. An. 1676. fol. item, duos tomos in Apocalypſin.

à S. SILVERIO (Sigiſm.) bibliothecam Mediceam edi curavit, An. 1673.

SILVESTER (Franc.) Ferrarienſis, in libros poſteriorum Ariſtotelis, An. 1506. commentatus eſt. Phyſica ejusdem prodiit Romæ, An. 1586.

SILVESTRINUS (Chriſt.) Veronenſis, An. 1596. vixit. Conciones & comm. in epiſtolas S. Pauli confecit.

SILVESTRIS (Guidus Poſtumus) Piſaurenſis, edidit 2. libros elegiarum, Bonon. Anno 1524.

de SILVESTRIS (Virg.) in rubricam F. ſi cert. ſcribere aggreſſus eſt.

SILVESTRIUS (Rudolf.) medicus, Anno 1571. floruit.

SILVIOLUS (Ant.) Pariſienſis, An. 1508. claruit. Reliquit elegiam de Sp. S. carmen in laudem S. Genoveſæ: epigrammata, &c.

SILVIUS (Æneas.) Vide, ÆNEAS.

SILVIUS (Alexius) lunæ periodos circulares, Lelinæ Anno 1651. ſcripto declaravit.

SILVIUS (Andreas) vulgo *du Bois*, Anno 1194. obiit. De rebus geſtis & ſucceſſione regum Francorum ex familia Merovingica tres libros condidit, qui prodierunt Duaci Anno 1633. in 4.

SILVIUS (Ant. Clarius) JCtus, duodecim tabulas legum Rom. commentario illuſtrare aggreſſus eſt, Pariſ. Anno 1603.

SILVIUS (Balduinus) Flander, carmine elegiaco excidium Morini deploravit.

SILVIUS (Franc.) Hanno, Anno 1620. floruit. In partem primam Thomæ Aquinatis Anno 1631. commentatus eſt. Extat ejusdem tractatus de ſtatu hominis poſt peccatum. Videatur *Sweertius, pag. 254.*

SILVIUS (Jac.) Ambianus, medicus, An. 1555. obiit. Ità Galeni ſtudioſus erat, ut dictum illud *Veſalii*, *quod Galenus quædam ignoraverit*, ægerrimè tulerit. Extant ejus comment. in libr. Galeni de oſſibus: tres libri de temperamentis: tract. de ordine in legendis Hippocratis & Galeni libris, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 110.*

SILVIUS (Joh.) Atrebas, compoſuit breve cathemerinon verſibus heroicis, Græcè & latinè, teſte *Sweertio.*

SILVIUS (Joh.) Inſulenſis, medicus, Anno 1576. obiit. Reliquit 2. libros de curanda ſtudioſorum valetudine: item, de lue venerea.

SILVIUS (Lamb.) Florum Anglicum, Anno 1652. evulgavit.

SILVIUS (Michael) Portugallenſis, Card. Anno 1556. obiit. Vid. *Bibl. Hiſp. pag. 527.*

SILVIUS (Pet.) Houtemius, An. 1592. obiit. Diſputationes de Deo & ſacramento pœnitentiæ habuit. Videatur *Alegambe, pag. 400.*

SIMACUS, Σίμακος, *Athenæo l. 6. cap. 6.* memoratur. *Agathias l. 2. hiſt.* Simacum quen-

quendam res Medorum & Aſſyriorum antiquiſſimas deſcripſiſſe affirmat. Apud quem tamen non *Simacum*, ſed *Lyſimachum* legendum eſſe, *Jonſius* oſtendit *de S. H. Ph. 1,2.*

SIMANCA (Jac.) Septimanicenſis, A. 1565. floruit. Ex JCto epiſcopus Pacenſis factus eſt. Interrogatus, uter melius epiſcopi munere fungatur theologusne an juriſconſultus, pro ſe cauſam dicere cœpit. Conſtruxit catholicas inſtitutiones: praxin hæreſium: collectanea de rep. adminiſtranda: tractatum de epiſcopali dignitate.

SIMARISTUS, Σιμάριστος, ſcr. περὶ συνωνύμων. Vid. *Jonſius, de S. H. phil. pag. 347.*

SIMEON Hazzadick, i. e. juſtus, An. M. 3448. vixit & Esdræ in præſidatu: Joſuæ verò in ſummo ſacerdotio ſucceſſit. Videatur *Henric. Otto in Lexic. Rabb. pag. 604.*

SIMEON ben Hillel, tempore nativitatis Chriſti vixit & primus nomine Rabban appellatus eſt. Hunc Simeonem *Buxtorfius in Abbreviat. pag. 151.* illum Simeonem eſſe exiſtimat, qui Chriſtum brachiis excepit & á pietate & juſtitia à *S. Luca* in Evangelio *cap. 2. verſ. 25.* commendatus eſt. Confer *H. Ottonem l. c. pag. 606.*

SIMEON II. ben Gamaliel, in direptione urbis periit. Videatur *Buxtorfius l. c. pag. 150.*

SIMEON III. Gamalielis II. filius, A. Chriſti 150. floruit. Videatur *Gans, in Z. D. pag. 104.*

SIMEON ben Jochai, Akibæ diſcipulus, An. M. 3881. floruit & librum זוהר in ſpelunca terræ, in qua per duodecim annos metu Imperatoris Romani delituerat, conſcripſiſſe creditur. De libro *Zohar* tamen tanquam recentiore *Buxtorf. in Abbrev. pag. 164.* legi poterit. Adde *Gans, pag. 105.*

SIMEON Doran, An. M. 5151. vixit. Compoſuit multos libros, inter quos etiam erant *Magen Avoth* & *Schealot Tisbetz.* Vid. *Gans, pag. 146.*

SIMEON de Francford librum *Jalkut* exaravit. *Schindlerus in lexico Pentaglotto, pag. 959.* Jalcuth inſcripſit R. Simeon Francofurdenſis ſuum opus, in quo tanquam in pera paſtorali collegit, quicquid bonarum explicationum in vetus Teſtam. habetur in omnibus ſcriptis Talmudicis. *Hæc ille.* Alii tamen autorem ejus libri *Simſonem Hadarſan* vocant. Vide. SIMSON.

SIMEON Keira, An. M. 4500. vixit. Confecit *Hilchot Gedaloth.* Videatur *Gans, pag. 124.*

SIMEON, Συμεὼν, Metaphraſtes, tempore Conſtantini Ducæ Imp. ut quidem *G. J. Voſſio* videtur, claruit. Collegit vitas ſanctorum, easque ad menſium dies ordinavit. Plurima in iis fabuloſé ſcripta ſunt. Autor ille, ut *Bellarminus* ait in *catalog. ſcript. eccleſ.* multa addidit ex proprio ingenio, non ut res geſtæ fuerunt, ſed ut geri potuerunt. Plura de Simeone Metaphraſte apud *Leonem Allatium in Tr. de Simeonibus, pag. 25.* invenies. Confer *Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 354. Olearium in Abaco, pag. 433. Hanckium in Scr. Byzantinis, pag. 418. Kelneſium in var. lect. 3, 5.*

SIMEON, Stylita, tempore Leonis Imp. floruit. Quidam 133. annos vixiſſe affirmant. Reliquit epiſtolas varias: unam ad Theodoſium Imp. de ſynagogis Judæorum: alteram ad Leonem Imper. pro ſynodo Chalcedonenſi: tertiam pro eadem ſynodo ad Baſilium: quartam ad Eudociam: item, confeſſionem fidei catholicæ. Vid. *Leo Allatius in tr. de Simeon. pag. 11. Ph. Labbe l. c. pag. 357. Olearius pag. 433.*

SIMEON, Theſſalonicenſis archiepiſcopus, ſcripſit de templo, ejus miniſtris & veſtibus. Videatur *Olearius in Abaco, pag 434.*

de SIMEONIBUS (Caſp.) *Leoni Allatio* memoratur in *A. U. pag. 120.*

SIMLERUS (Joſias) Tigurinus, natus eſt Anno 1530: obiit Anno 1576. In patria S. literas expoſuit populumq; è ſuggeſtu docuit. Mortuum *Guil. Stuckius* laudavit. De rep. Helvetiorum: de Alpibus: de Valeſia commentatus eſt. Extant ejusdem notæ in Antonini itinerarium: in Æthici cosmographiam: libri tres de Filio DEI æterno: libri duo de Spiritu Sancto. Videatur *Jacobus Verheiden in elogiis præſtant. Theolog. pag. 196.*

SIMLERUS (Rudolf.) ſtruxit homilias in Pſalmos, An. 1601. fol.

SIMMIAS, Σιμμίας, Rhodius, ſenior, circa initium Olympiadum floruit. Samiorum

orum ἀρχαιολογίαν literis mandavit. Ex poemate ejus, quod *Apollo* inſcribebatur, tredecim verſus *Tzetzes in Chil. 7. pag. 133.* allegat. Vid. *Antonius Liberalis, hiſt. 20. Parthenius c. 35.* Confer *Joh. Meurſium in Rhodo, pag. 107.*

SIMMIAS, Rhodius, junior, tempore Ptolemæi Lagi claruit. Extat hodie ejus *ovum* & *ſecuris.* Utrumque carmen notis eruditis illuſtravit *Claudius Salmaſius.*

SIMMIAS τῆς Οἰκουμένης περίπλουν compoſuit, ceu conſtat ex *epitome 11. librorum Artemidori Epheſii.*

SIMOCATTUS (Theophylactus) Σιμόκαττος, circa A. C. 612. quo Heraclius imperare cœpit, floruit. Res geſtas Mauritii Imp. ſtilo conſignavit. Extant ejus epiſtolæ nec non phyſica problemata. *Caſaubonus* alicubi vocat ſcriptorem inter recentiores Græcos eximium. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 452. Hanckius in Byzant. ſcript. pag. 186.*

SIMON, Σίμων, contexuit dialogos Socraticos. Coriarius erat: unde dicti dialogi σκυτικοὶ vocati ſunt, teſte *Laertio l. 2.* Fuit & alius SIMON, Athenienſis, qui librum περὶ Ἱππικῆς, i. e. de re equeſtri compoſuit. Ejus autoritate *Xenophon. lib. de re equeſtri* uſus eſt. Confer *Suidam* in Τρίπλη. Vid. *Leo Allatius in diatr. de Simeonibus pag. 198.*

SIMON (Franc.) edidit Chriſtianiſmum verum epiſtolicum & evangelicum Anno 1674. in 4.

SIMON (Joh.) ſpiritum Calvino-Syncretiſticum, Witeb. Anno 1675. publicari curavit.

SIMON (Joh. Georg.) tractavit de impotentia conjugali An. 1672.

SIMON (Pet.) Vide, SIMONIUS.

SIMON (Theod.) egit de ſtatu & religione papatus, Anno 1638.

SIMONACTIDES, Σιμωνακτίδης, Chius, *à Polluce in Onomaſtico 10, 10.* inter rei coquinariæ ſcriptores refertur. Nomen hoc ap. *Athenæum l. 14.* corruptum eſt in *carmine Batonis*, quod è *Polluce* reſtitui poterit.

SIMONCELLIUS (Octav.) JCtus, librum de decretis & ſolennitatibus in contractibus minorum adhibendis, An. 1673. contexuit.

SIMONDUS (Caſp.) Debrecenus, edidit compendium Biblicum memoriale, Hafniæ, Anno 1633.

SIMONETA (Boniſ.) Anno 1490. floruit. Hiſtoriam perſecutionum & pontificum ſtilo expreſſit. Extat ejuſdem opus de tribus ſectis, Chriſti, Moſis & Mohammædis. Vid. *Hallerv. in B. C. pag. 38. Olearius, in Abaco pag. 94.*

SIMONETA (Jac.) Mediolanenſ. An. 1539. obiit. Reliquit tractatum de reſervationibus beneficiorum. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 111.*

SIMONETA (Joh.) Calaber, Franc. Sfortiæ res geſtas 31. libris complexus eſt, An. 1478. Vid. *Jovius in Elog. num. 114. Autor Anonymus de Reparat. L. L. apud Giſan. pag. 403.*

SIMONIDES, Σιμωνίδης, Amorginus, juxta *Suidam*, 406. annis poſt bellum Trojanum, hoc eſt, circa initium Olympiadum claruit. Præter elegias, jambos ſcribere aggreſſus eſt: unde Ἰαμβογράφος dictus fuit. Simonidis jambos de vituperio mulierum *Stobæus in Eclogis* exhibet, ut & alios de brevitate vitæ. Confer *Ælianum in hiſt. anim. 16, 24.*

SIMONIDES, Caryſtius vel Eretrienſis, librum de Iphigenia & conventu Græcorum in Aulide confecit. *Suidas* eidem duos libros trimetrorum tribuit.

SIMONIDES, Ceus, Leoprepis filius, Olympiade LVI. florere cœpit, pervenitque ad LXXIIX. Olympiadem. Ferunt, eum quatuor literas, Η. Ω. Ξ. & Ψ. reliquis addidiſſe, quibus Græci antea carebant. Vid. *Plinius l. 7. c. 56.* Compoſuit Dorica dialecto prælium Xerxis navale ad Salaminem: threnos: Pæanas: encomia: epigrammata, &c. Plura de Simonide *Ceo Leo Allatius in Tr. de Simeonibus pag. 207.* in medium affert. Vid. *Tzetzes in Chil. pag. 12. 157.*

SIMONIDES, Ceus, Simonidis ex filia nepos, Olympiade LXXXII. claruit. Condidit, teſte *Suida*, libros εὑρημάτων: tres libros genealogiarum; unde & Σιμωνίδης γενεαλόγος ab *Apollonii ſcholiaſte*, item à *Tzetze in Lycophronem pag. 60.* appellatur.

SIMONIDES, Magneſius, Olympiade CL claruit. Antiochi Magni res geſtas, qui eo tempore regnabat, ut & bellum contra Galatas carmine conſignavit. Hæc *Suidas.*

SIMONI-

SIMONIDES (Simo) Polonus, in Joëlem Anno 1598. commentatus eſt. In poëſi adeò excelluit, ut *Lipſius* Catullo ſimilem diceret. Scripſit Herculem Prodicium: livoris flagellum: Pentheſileam: Joſephum caſtum: nuptias & obitum Samoſcii. Vid. *Starovolſcius pag. 131.*

SIMONINUS geſta Urbani IIX. pontificis, Antv. Anno 1637. calamo depinxit.

SIMONIS (Chriſt.) vitam Ignatii Loiolæ, Anno 1598. in literas redegit.

SIMONIS (Joſeph.) inter lyricos poetas refertur. Extant quinque ejus tragœdiæ, Anno 1656. excuſæ.

SIMONIS (Nicol.) Hollandus, An. 1511. obiit. Reliquit chronicon temporum, & vitas S. Patrum. Videatur *Placcius pag. 133.*

SIMONIS (Phil.) Anno 1608. chronicon Spirenſe collegit.

SIMONIUS, Heidelbergenſis, ſed longa conſuetudine Gallus, de peſte commentatus eſt.

SIMONIUS (Joh.) Roſtochienſis, notas in Demetrium Phalereum exaravit. Carmina ejus exhibentur *Tomo 6. Delit. Germ. pag. 205.* Vid. *Schefferus in Upſalia, pag. 403.*

SIMONIUS (Maturinus) ſcripſit de literis pereuntibus. Vid. *C. Barthius in ſilvas Papinii pag. 447.*

SIMONIUS (Pet.) Tiletanus, epiſcopus Iprenſis, Anno 1605. obiit. Condidit ſeptem libros de veritate: item, tract. de Jesu Chriſti in monte Tabor cum Moſe & Elia colloquio. Vid. *Sweertius, pag. 635. Rivetus Tom. 2. operum pag. 859.*

SIMONIUS (Simo) Lucenſis, in ethicam Ariſtotelis, Anno 1567. commentatus eſt. Prodiit ejus tract. de humoralium febrium natura & curatione Anno 1577.

SIMPLICIUS, Σιμπλίκιος, ſub Juſtiniano Imp. claruit. Comment. in libros phyſicæ auſcultationis: libros de cœlo & de anima elaboravit. Extat & ejus commentarius in enchiridion Epicteti, ex editione *Salmaſii.* Vid. *Jonſius de S. H. Ph. 3, 19.*

SIMSON, ben Abraham, A.M. 4935. obiit. Vid. *Ganz in Z. D. pag. 138.*

SIMSON Ginzburg, A. M. 5346. vivere deſiit. *Ganz in Z. D. pag. 157.* architectonicæ artis peritum & geometrica ſcientia inſtructum appellat.

SIMSON Hadarſan, autor libri *Jalcut*, A. M. 5070. *Davidi Ganzio l. c. pag. 144.* memoratur. Vide, SIMEON.

SIMSON ex Kinon, A.M. 5072. obiit. Condidit librum *Ceritot.* V. *Ganz, pag. 120.*

SIMSON (Guilh.) ſtruxit chymicam anatomiam Scarburgenſium aliorumque fontium Spadanorum in agro Eboracenſi, Londini, An. 1668.

SIMSONIUS (Archibaldus) Scotus, Anno 1632. claruit. Extant ejus hieroglyphica animalium, quæ in S. Scriptura nominantur. Vid. *Kempius pag. 21.*

SIMSONIUS (Edwardus) theologus Anglus, edidit Anno 1652. chronicon univerſale, quod incipit à O. C. & deſinit in Chriſto nato. In eo chronico ſtudioſè obſervat annos mundi, Olympiadum & urbis Romæ conditæ. Quicquid in ſacra & prophana hiſtoria occurrit, facile ibi ſuo loco & ordine invenies. Vid. *Zeillerus part. 3. pag. 223.*

SIMUS (Nicol.) theoricam planetarum, & ephemerides, An. 1555. confecit.

SIMYLUS, Σίμυλος, carmine res Romanorum expoſuit. Videatur *Plutarchus in Romulo.*

SINAPIUS (Joh.) Sweinfurtenſis, medicus, Anno 1561. mortuus eſt. Reliquit urbis Sweinfurtenſis hiſtoriam coſmographico operi à *Seb. Munſtero* inſertam. Quædam ex Luciano in ſermonem lat. tranſtulit.

SINCERUS (Jod.) itinerarium Galliæ compoſuit anno 1627. Vid. *Richteri epiſtolæ ſelectæ, pag. 28.*

SINCLARIUS (G.) emiſit ſex libros de vera & reali gravitate, An. 1669. in 4.

SINGLETONUS (Guilh.) Duacenſis theologus, A. 1613. adornavit diſcuſſionem decreti concilii Lateranenſis. Sub hoc nomine *Leonh. Leſſius* latere creditur. Vid. *Ruelius part. 4. Concil pag. 360. Placcius pag. 158.*

SINIBALDUS (Car.) Picenus, carmina Hetruſca *Seb. Baldini* latinè expreſſit.

SINIBALDUS (Joh. Bened.) geneanthropiam, Romæ, An. 1612. fol. edi curavit.

SINNICHIUS (Janus) Danus, Anno 1557. obiit. Habuit orationem de jungendo ſtudio theol. & philoſoph. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 68.*

SINNICHIUS (Joh. Bapt.) Corcag. Hibernus, A. 1667. vixit. Edidit duos tomos, de Saule protomonarcha: vindicias decalogicas;

gicas: Goliathiſmum confeſſioniſtarum profligatum.

SINNITZIUS (Martin.) Argent. natus eſt An. 1582: obiit An. 1634.

SINOLT (Juſtus) Vide, SCHULTZEN.

SINTHEMIUS (Joh.) *Eraſmi* præceptor, adornavit commenr. grammaticum in doctrinale *Alexandri*, An. 1504.

SIOZERUS (Nicol.) Homerum in gratiam *Petrarchæ* latinè transtulit. Vid. *Borremanſius de poët. pag. 12.*

SIPHANUS (Laur.) Argentinæ græcas literas docuit. Gregorii Nyſſeni libros: item, Theophylacti notas in Acta Apoſt. An. 1570. latinè edidit.

SIRACIDES (Jeſus) avi ſui ſententias ex hebræo in græcum ſermonem tranſtulit tempore Ptolemæi Evergetæ, quemadmodum ipſe in procemio fatetur. Antiqui librum hunc ob materiam Πανάρετον, ut *Clemens Alexandrinus*: Latinè *Eccleſiaſticum* nominant. Judæi ſimilem librum *Ben Siræ* tribuunt, quem quidam filium Jeremiæ faciunt: alii verò tempore Simeonis Juſti vixiſſe contendunt. In *Sanhedrin, cap. Chelek.* liber Ben Siræ inter libros prohibiros refertur: interdum tamen inter כתובים recipitur. *Guilh. Vorſtius in obſervationibus ad Zemach David* Ben Siræ & Siracidem diſtinctos eſſe ſcriptores exiſtimat. Vid. *Ph. Labbe T. 1. diſſert. de S. E. pag. 801. Hoornebek de converſ. Jud. pag. 41. Saubertus in palæſtra diſp. philolog. pag. 18.* Quære, BEN SIRA.

SIRADIENSIS (Laurent.) elaboravit diſſertationem in diſp. periodicam Gorſcii & Herbeſti. Vid. *Starovolſcius, pag. 36.*

SIRECTUS (Anton.) de formalitatibus ex mente Scoti, Pariſ. A. 1541. diſputavit.

SIRENIUS (Jul.) Brixianus, condidit novem libros de fato, Venet. An. 1593. fol. item, tr. de unitate naturæ angelicæ, An. 1578. *Hieronymus Magius l. 1. c. 20.* vocat virum eruditiſſimum, cujus ſcriptis fati commentum noviſſimè ſublatum ſit.

SIRIACUS (Joh.) Vide, BEVERUS.

SIRICIUS, Σιρίκιος, Neapolitanus ex Palæſtina, ſophiſta, aliquando Athenis docuit. Progymnaſmata & declamationes reliquit. Ita *Suidas.*

SIRICIUS, epiſcopus Rom. Theodoſio & Valentiniano imperantibus obiit. Miſit decretum ad Eumerium, in quo conſtituit, hæreticorum baptiſma nequaquam à eccleſia reſcindendū. Exaravit etiam epiſtolam adverſus Jovinianum & Auxentium. Vid. *Iſidorus in Viris Illuſtr. c. 16.*

SIRICIUS (Lobard.) Patavinus, ſupplementum Petrarchæ operi de viris illuſtribus addidit. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 204.*

SIRICIUS (Mich.) Anno 1661. claruit. Scripſit de religione Moſcovitica: de Ebionitis: de lacrimis Chriſti: item, faſciculum diſſertationum contra heterodoxos.

SIRIGATTUS (Franc.) edidit duos libros de ſignorum ortu & occaſu, Lugd. Anno 1536.

SIRINUS (Thomas) hiſtoriam S. Ramoldi, An. 1662. in literas redegit.

SIRLETUS (Guilh.) An. 1585. obiit. Erat Græce & Hebraicè doctus. Ejus operâ Græca Bibliorum edirio Romæ inchoata & adornata eſt, quam poſteà ad umbilicum perduxit *Ant. Caraſa.* Extat ejusdem apparatus Biblicus: item, annotationes in Pſalmos. *Nicius Erythræus in Pinacoth. part. 1. pag. 268.* multa ex Metaphraſte in latinum convertiſſe memorat. *P. Victorius in Var. 14, 18.* ejus honorificè meminit. Vid. *Thuanus T. 82. Ghil. vol. 2. pag. 170.*

SIRMONDUS (Jac.) Ricomagenſis, An. 1651. penè centenarius obiit. Ob candorem, tanquam rem raram, à multis laudatur. Erat autem Græcè & latinè impenſè doctus & totius antiquitatis curioſus inveſtigator. *Caſp. Barthius in Claudianum pag. 1225.* vocat doctiſſimum, capitaliſque judicii ac ingenii virum. Varios autores edidit notiſque eruditis illuſtravit, ut Sidonium Apollinarem, Gofridum Vindocinenſem, Ennodium Ticinenſem, Petrum Cellenſem, Idacii & Marcellini Chronica, &c. Theodoreti Cyrenenſis epiſcopi opera, in 4. tomos diſtincta, ejus cura & opera lucem publicam aſpexerunt. Vid. *Aleg. pag. 212.*

SIRMONDUS (Joh.) carmina heroica & elegias compoſuit.

SIRTURUS (Hieron.) ſtruxit compendium politicum, Anno 1614.

SISENNA (L. Cornelius) temporibus Marii & Syllæ claruit & res Romanas calamo expreſſit. Videatur *Vellejus l. 2.* Orſus eſt ab iis, quæ contigere poſt urbem à Gallis captam: deſiit

deſiit autem in rebus Syllæ. *Salluſtius* eum diligentiſſimè ſcripſiſſe ac parum libero ore locutum eſſe memorat. Vertit etiam fabulas Mileſias Ariſtidis, teſte *Ovid.l.2.Triſt.* Reliquit præterea coment. in Plautum. Vid. *Mart.Hanckius part. 2. de S.R.R. pag. 20.*

SISINNIUS Capito, Σισίννιος, in libris ſpectaculorum laudatur à *Lactantio l. 6. Inſt. divin. c. 20.*

SISYPHUS, Σίσυφος, Cous, ſcriptor Homero antiquior, bello Trojano interfuit & res ad Ilium geſtas primus literis conſignavit, ceu ſcribit *Joh. Meleles* apud *Tzetzem Chil. 5. pag. 95.*

SITHMANNUS (Joh.) JCtus, ſpeculum imperii Rom. An. 1661. publicavit.

SITONIUS (J. Bapt.) Mediolanenſ. Anno 1605. natus eſt. Compoſuit miſcellanea medica curioſa, quæ prodierunt Colon. A. 1675. in 4. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 143.*

SITZMANNUS (Theod.) JCtus & poeta, An. 1623. obiit. Reliquit comm. in Rutilii itinerarium. Carmina ejus ſervantur *T. 6. Delit. Germ. pag. 231.*

SIVERIUS (Henric.) celebris mathematicus Hamburg. eſſe prædicatur.

SIVERTUS (Hieron.) encomium Marpurgi, An. 1645. adornavit.

SIVERTUS (Jac.) de jure gentium, Kilonii Anno 1673. ſcribere aggreſſus eſt.

SIXTINUS (Regnerus) JCtus, tractavit de Regalibus, An. 1609.

SIXTUS II. Papa, An. C. 258. obiit. Gnomas vel ſententias ſcripſiſſe exiſtimatur. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 358.* Alii eas *Sexto Pythagorico* tribuunt. Vide, SEXTUS.

SIXTUS IV. pontifex, natus eſt, A. 1414: obiit An. 1484. Tractavit de futuris contingentibus. Vid *Ghilinus, vol. 2. pag. 94. Waddingus in S. O. M. pag. 317.*

SIXTUS V. A. 1590. ſeptuagenarius obiit. Biblia ſacra latina ad antiquiſſimos codd. MS corrigi curavit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 318.*

SIXTUS Senenſis, Anno 1569. expiravit. *Thuanus, l. 46.* vocat virum eruditæ diligentiæ. Reliquit bibliothecam ſanctam. Plura ſua ſcripta ipſe enumerat *l. 4. Bibl pag 300.* Vid. *Quenſtad. pag. 319.*

SIXTUS (Franc.) teſſeradecades de genealogia Chriſti exaravit, Venet. Ann. 1564. excuſas.

SKELDERUPIUS (Janus) Anno 1582. obiit. Tractavit de imaginibus & earum abuſu. Videatur *Vindingius in R. H. pag. 92.*

SKENE vel SKENÆUS, (Joh.) inſtitutiones juris regni Scotiæ, Lond. Anno 1613. vulgavit.

SKINNERUS (Jac.) Stockholmienſis, epithalamium reginæ Gunilæ, conjugi Johannis, conſecravit, teſte *Schefero in Upſalia, pag. 402.*

SKINNERUS (Step.) etymologicon linguæ Anglicanæ conſtruxit, Lond. Anno 1671. fol. Vide, SCINNER.

SKIPPONUS, Anglus, egit de promiſſionibus.

SKOMAGERUS (Joh.) Phyſicus Hafn. Anno 1614. obiit. Extant ejus ſcripta de calore, pulmone, corde, &c. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 151. Bartholinus pag. 70.*

SLADUS (Matth.) in ſymbolum Athanaſii Anno 1620. commentatus eſt. Vid. *Placcius; pag. 140.*

SLANGENDORFIUS (Joh.) Anno 1596. obiit. Reliquit comm. in Eccleſiaſten. Vid. *Vinding. in R. H. pag. 155. Bartholinus p. 84.*

SLATTERUS, Anglus, notas compoſuit in epiſtolam ad Theſſalonicenſes.

SLAVETA (Mich.) de motibus Huſſiticis ſcripſiſſe dicitur.

SLAVUS de antiquitatibus Hetruſcis, An. 1641. nonnulla meditatus eſt.

SLEDANUS (Chriſtianus) theologus, librum contexuit de DEO Trinuno & Chriſto Biuno, An. 1612.

SLEIDANUS (Joh.) à *Sleida* urbe ita dictus, natus eſt Anno 1506: obiit Anno 1556. & quidem lue epidemica. Extat ejus libellus de 4. ſummis imperiis: item, commentarius de ſtatu religionis tempore Caroli V. Imp. *Froſſardum* & *Comineum* è Gallico in latinum tranſtulit. Sleidanum commendat *Thuanus l. 17.* Carolus V. ita de eo judicabat: *Aut habemus proditores conſiliorum, aut ſcriptor ille familiaris ſpiritus opera iſta didicit.* Contrà ſunt, qui fidem Sleidano in multis derogant, inter quos erat *Carolovicius*, qui dicere ſolebat, *Sleidani hiſtoriam omnium ſuperiorum hiſtoricorum fidem ſibi adimere.* Vid. *Jac. Verheiden in Elog. præſt. Theol. pag. 131. Quenſtad. pag. 111.*

SLEGELIUS (Paulus Marquard.) Hamburgenſis medicus, Anno 1652. obiit, poſt alapam à reflexo & recurrente cadaveris brachio acceptam, teſte *Job. Dan. Majore, anatom. philol. cap. 2.* Extat ejus commentarius de motu ſanguinis, Anno 1650. impreſſus.

SLESGOVIUS (Sebaſt.) compoſuit theſaurum alexeterium Anno 1621. Vid. *Starovolſcius pag. 105.*

SLEVOGTIUS (Paulus) natus eſt Anno 1596: obiit Anno 1655. Jenæ philoſophiam & philologiam profeſſus eſt. Reliquit diſp. de metemplychoſi: de proſelytis: de jubilæo, &c. Vid. *Spitzelius in Templo honor. pag. 373.*

SLONCOWIC (Mart.) ſynopſin grammaticæ hebraicæ, Anno 1651. Cracoviæ emiſit.

SLOOTANUS (Joh.) Geſſenſis, An. 1557. floruit. Struxit expoſitionem in Pſ. 90: item, demonſtrationes contra hæreticos.

SLUPERIUS (Jac.) Herzelenſis Flander, An. 1602. obiit, teſte *Swertio, pag. 373.* Carmina feliciter elaboravit, Vid. *Tom. 4. Del. Belg. pag. 352.* Plura ejus ſcripta *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 139.* enumerat.

SLUSIUS (Ren. Franc.) Canonicus Leodicenſis, edidit meſolabium, Leodii, An. 1668. in 4. Videatur *Hallerv. in B. C. pag. 355.*

SLUTERUS (Joh.) confecit animadverſiones in Hippolytum à Lapide, A. 1633. Vid. *Fœccius T. 1. orb. Imp. pag. 74.*

SLUTERUS (Severinus) ſtruxit antitheſin philanthropiæ divinæ & milanthropiæ Calvinianæ.

SMALCIUS (Valent.) Gotha Thuringus, Photinianus, An. 1614. vixit. Edidit refutationem theſium *W. Frantzii* de præcipuis religionis Chriſtianæ capitibus. Vid. *Hoornebeck Tom. 1. Socinianiſmi refut. pag. 62.*

SMARAGDUS, cognomine Ardo, presbyter, An. 843. obiit. Reliquit comment. in Pſalmos: item comment. in Evangelia & epiſtolas per totum annum, è SS. patribus collectos. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 345. Ph. Labbe, T. 2. pag. 361.*

SMELINGIUS (Tilem.) de ſeptem ſacramentis, Colon. Anno 1538. ſcribere aggreſſus eſt.

à SMENGA (Pet. Plerius) Friſius, medicus, collegit omnis priſcæ antiquitatis commentarios: item, annotationes in Galenum. Vid. *Swertius, pag. 636.*

SMETIUS (Ant.) Gandenſis, habuit orationem in funere *Caroli Maſii* Anno 1612.

SMETIUS (Franc.) in emblemata Alciati commentari cœpit.

SMETIUS (Henr.) à Læda, Flander, natus eſt Anno 1537: obiit An. 1614. Heidelbergæ medicinam fecit & docuit. Cum eſſet adoleſcens 15. annorum, Phocylidem & Pythagoram latino carmine tranſtulit. Scripſit proſodiam, opus avidè acceptum & ſæpius recuſum: item, elegias, odas, &c. Vid. *Swertius p. 336. J. P. Lotichius pag. 3. B. P. pag. 112.*

SMETIUS (Mart.) Anno 1578. à furibunda militum manu abreptus & ſuſpenſus eſt ad Bruxellas, quòd ageret reformatæ religionis ſacerdotem. Veteres inſcriptiones ſummo ſtudio collegit & in 4. libros vel claſſes diſtribuit. Eas poſt mortem Smetii *Juſtus Lipſius* edidit. Sic enim ille in *epiſtola ad Cluſium*: Volumen antiquitatum Smetii hic edimus elegantibus typis. Unde vos illud nacti, inquies? Dicam, prædones à prædonibus. Milites, inquam, noſtri in tumultu hoc Belgico res Marci Laurini diripuerunt, inter eas hunc theſaurum. Centurio, quod habuit, in Angliam venalem detulit: emerunt illic Academiæ noſtræ, cùm caſu pro legatis adeſſent, curatores. Ego autor divulgandi & adjutor. Hæc *Lipſius*. Vid. *Swertius, pag. 552.*

SMETONIUS (Thomas) condidit hiſtoriam vitæ & mortis Joh. Cnoxi, Anno 1579.

de SMIDT (Frid.) exaravit introductionem ad perfectionem Chriſtianam, Antv. Anno 1659.

SMIESCOVIUS (Laur.) ſtruxit carmina & orationes. Videatur *Starovolſcius, pag. 118.*

SMIGLECIUS (Martin.) Leopolitanus, Anno 1618. obiit. Reliquit ſelectarum diſputationum in organum Ariſtotelis tomos duos. Res ipſi fuit cum Photinianis, *Socino, Volckelio, Smalcio & Moſcorovio*: contra quos edidit Nodum Gordium: nova monſtra Arianiſmi, &c. Scripſit etiam de baptiſmo: de notis miniſtro-

miniſtrorum. de Chriſto & ejus ſatisfactione, &c. Vid. *Starovolſc.pag.* 90. *Alegambe,pag.* 331.

SMISING (Theod.) Weſtphalus, Anno 1626. obiit. Tractavit de Deo uno & trino. Vid. *Vernulæus in Acad Lovan.pag.*317. *Wadding. in S. O M. pag.* 322.

SMITH (Henr.) epiſcopus Anglus, de reſipiſcentia Davidis agere inſtituit.

SMITH (Joh.) à Kettenis, Neomagenſium concionator, theſaurum antiquarium ſeu notitiam antiquiſſimæ ſupellectilis Romanæ & rariſſimæ pinacothecæ, 33. annorum curriculo collectæ, Amſterd. Anno 1658. edi curavit.

SMITHEUS (Nicol.) edidit diſcuſſionem aſſertionum *Kelliſoni*, Antv. Anno 1631.

SMITHUS (Rich.) Anglus, Anno 1563. obiit. Scripſit tractatum de baptiſmo parvulorum: librum de traditionibus, &c. Vid. *Sanderus in Scr. Flandr. pag.*147. *Ghilinus vol.* 2. *pag.* 221.

SMITHUS (Thomas) Anno 1567. obiit. Libellum de recta pronunciatione Græcæ linguæ adornavit. Videatur *Thuanus l.* 64.

SMOGULECIUS (Matth.) præfectus Bidgoſtenſis, reliquit librum de exorbitantiis jurium regni Poloniæ. Vid. *Starovolſcius, pag.* 103.

SMOLUS (Gothofr.) collegit manuale rerum admirabilium, An. 1610.

SMOUTIUS (Andr. Georg.) Anno 1617. *Grevincbovium* ſcriptis impugnavit.

SMYTERIUS (Carol.) Gandenſ. JCtus, fertur reliquiſſe quatuor libros deciſionum. Vid. *Sweertius, pag.* 171.

SNEBERGERUS (Anton.) Tigurinus, de ſalis uſu commentatus eſt, Anno 1581.

SNECANUS (Corn.) Anno 1531. obiit. Habuit ſermones de ebrietate.

SNECANUS (Gellius) ſtruxit 2. tomos locorum communium, Anno 1591: item, tractatum de ſacramentis.

SNELLIUS (Rodolf.) natus eſt An. 1546: obiit Anno 1613. Mortuum laudavit *Guilb. Coddæus.* Reliquit comment. in Dialecticam Rami: Apollonium Batavum, &c. Vid. *Sweertius, pag.* 665.

SNELLIUS (Sebaldus) Norimbergenſis, natus eſt Anno 1621: obiit Anno 1651. In Hebraicis & rabbinicis erat ſatis exercitatus. Comp. doctiſſimum tractatum contra *Abarbinelem*, in quo argumenta ejus contra fidem Chriſtianam eruditè examinat atque refutat. Ex *Lipmanno* non pauca in latinum tranſtulit.

SNELLIUS (Willebrordus) Rodolfi filius, Anno 1626. vivere deſiit. Leidæ matheſin docuit. Cyclometricum edidit & Apollonii Pergæi libros de ſectione determinata latinos fecit. Vid. *Sweertius pag.*707. *Meurſius in Ath. Batav. pag.*298. *Voſſ. de ſcient. math. pag.* 70. 285.

SNEPFIUS (Erh.) Heilbronnenſis, Anno 1558. obiit. In Pſalmos commentatus eſt. Vid. *Hadr. Beier in R. I. pag.* 449.

SNEPFIUS (Theod.) Erhardi filius, compoſuit ſcholas in vaticinia Elaiæ & Jonæ.

SNOY (Rayner.) Gaudanus medicus, Anno 1537. obiit. Condidit paraphraſin pſalterii Davidici: poëmata ſacra: paræneticon ad Carolum V. carmine elegiaco: tredecim libros rerum Batavicarum. Vid. *Sweertius, pag.* 653.

SOACIUS (Theod. Pil.) JCtus, collegit ſex libros variarum reſolutionum.

SOARES (Franc.) curſum philoſophicum duobus tomis complexus eſt. Vid. *Alegambe, pag.* 136.

SOAREZ (Cyprianus) edidit artem rhetoricam, Anno 1651. Vide, SUAREZ.

SOAREZ (Eman.) ſcripſit de communibus opinionibus.

SOAREZ (Joh.) Luſitanus, Conimbricenſis epiſcopus, concilio Tridentino interfuit. Extant ejus commentaria in Matthæum, Marcum, Lucam.

SOBELIUS (Chriſt.) emiſit ſpeculum Saxonicum, An. 1569.

SOBIESKI (Jac.) Caſtellanus Cracovienſis, bellum Chotlnienſe literis conſignavit. Prodiit Dantiſci, An. 1646.

SOCHERIUS (Hieron.) Arvernus, Card. An. 1571. obiit. Reliquit librum de reformatione ord. Ciſtercienſis, qui dicitur Hieronymianus: item, volumen epiſtolarum adv. ſui temporis hæreſes. Vid. *Saſſay, pag.* 109.

SOCINUS (Barthol.) Senenſis, Mariani ſenioris filius, JCtus, natus eſt An. 1436: obiit An. 1507. Ab *Angelo Politiano* ætatis ſuæ Papinianus dictus eſt. *Hieron. Magius l.* 2. *miſcell. c.* 11. vocat eruditiſſimum JCtum, ſed infantem & ſemibarbarum. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis* 2, 126.

SOCINUS (Fauſtus) Senenſis, Alexandri fillus, natus eſt Anno 1539: obiit Anno 1604. In Polonia Photinianiſmum ſpargere cœpit. Scripta ejus exegetica & polemica ſimul prodierunt Anno 1656. fol. Vid. *Hornebeck Tom. 1. Socinianiſmi refut. pag. 51. 56. Placclus pag. 176.*

SOCINUS (Lælius) Senenſis, Anno 1562. obiit. Antitrinitariorum ſummus patronus fuiſſe dicitur. Compoſ. explicationem in c. 1. Joh. nec non dialogum de hæreticis jure gladil occidendis. Vid. *Hornebeck Tom. 1. Socin. refut. pag. 50. Ruelius part. 4. Concil. pag. 560.*

SOCINUS (Marianus) ſenior, Bartholomæi pater, JCtus, natus eſt An. 1401: obiit Anno 1467. Ab *Ænea Silvio* tot præconiis extollitur, ut prope narrationis fides laboret. Scripſit de oblationibus: reſponſa, &c. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis 3, 35.*

SOCINUS (Marianus) junior, Mariani I. nepos, natus eſt Anno 1482: obiit Anno 1556. Reliquit conſiliorum juridicorum tria volumina. Ea prodierunt, Venet. Anno 1580. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 2, 162.*

SOCIUS (Nob.) Salodienſis, medicus, de temporibus & modis purgandi in morbis, An. 1555. commentatus eſt.

SOCOLOVIUS (Stanisl.) Polonus, Anno 1581. claruit. Scripſit in Matthæum, Marcum & Lucam. Ejus opera impreſſa ſunt Cracoviæ Anno 1591. *Starovolſcius, pag. 83.* vocat virum præſtanti ingenio & lingua utraque egregiè doctum. Acta inter *Jeremiam*, Byzantinum patriarcham, & *Wirtembergenſes* theologos latinè tranſtulit & cenſuræ orientalis eccleſiæ titulo cum annotationibus publicavit & Gregorio XIII. inſcripſit. Cùm autem Wirtembergenſes triennió pòſt eadem Acta Græcè & Latinè edidiſſent, Socolovius reſponſionem denuò adornavit, ſimulque ſententiam definitivam Jeremiæ patriarchæ adjecit, qua de re *Thuanus l. 73.* legi poterit.

SOCRATES, Σωκράτης, celebris philoſophus, natus eſt anno tertio Olympiadis LXXVII. obiit anno primo Olympiadis XCV. Ab Athenienſibus cicutam bibere coactus eſt. Huic *Galenus lib. de ſect. Philoſoph.* inventionem ethices & logices tribuit. Antiqui nonnulli patres, inter quos etiam *Juſtinus*, eum μετὰ λόγου vixiſſe & ἀνὰ μέρος Chriſtum agnoviſſe exiſtimant. Dogmata ejus ap. *Platonem & Diog. Laertium* occurrunt. Compoſuit hymnum in Apollinem: fabulas verò Æſopicas carmine expreſſit. Vid. *Mallincrot, pag. 95.*

SOCRATES, Cous, indigitamenta, i. e. preces, quibus Dii invocantur, exaravit, teſte *Laertio*.

SOCRATES, Rhodius, tempore Octaviani Auguſti vixit. Condidit libros aliquot de bello civili. Ex iis tertium allegat *Athenæus*. Ejusdem fortaſſis erant Θρᾳκικὰ & Κρητικά. Vid. *Meurſius in Rhodo, pag. 108.*

SOCRATES, Scholaſticus, *Ammonii & Helladii* diſcipulus, ſub Arcadio & ejusdem filio Theodoſio floruit. Eccleſiaſticam hiſtoriam ſeptem libris complexus eſt. Incipit à Conſtantino M. & deſinit in Theodoſio. Sunt, qui eum Novatianis faviſſe exiſtimant. Vid. *Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 363. Olearius in Abaco, pag 436.*

SOER (Mart.) Breenſis, ſcripſit de tertiana. Vid. *Linden pag. 445.*

SOEYRUS (Leonell.) tractavit de anno & die juridico, An 1661.

SOFFINGIUS (Juſtus) edidit hiſtoriam quinqueſecularem eccleſiaſticam, Anno 1674.

SOHNIUS (Georg.) Fridbergenſis, natus eſt Anno 1551: obiit Anno 1589. Marpurgi & Heidelbergæ theologiam profeſſus eſt. Opera Sohnii junctim edita & tribus tomis comprehenſa ſunt.

SOITERUS (Melch.) à Vinda, Anno 1530. claruit. Bellum Pannonicum literis mandavit. Vid. *Simon Schardius vol. 2. Germ. Script. pag. 248.*

à SOLA (Ant.) JCtus, commentarium in conſtitutiones Sabaudiæ, A. 1600. fol. adornavit.

SOLANUS (Nic.) inſtituit concordiam Barcinonenſium medicorum & pharmacopolarum, An. 1543.

SOLARIUS (Chryſanth.) pentateuchum mortuorum, Patav. Anno 1645. fol. publicavit.

de SOLDEVILLA (Phil.) Catalanus, medicus inſignis, tractavit de ſpiritu gignitivo: de aſtronomica veritate, &c. Vid. *Quenſtad. pag. 28.*

SOLDUS (Joh.) Florentinus, inſigne opus

pus

pus de epidemia Anno 1490. edidiſſe fertur.

à SOLE (Brunnorus) conſtruxit compendium reſolutorium propoſitionum juris civilis & pontificil.

de SOLEA (Andreas) condidit librum de incremento & decremento metallorum, qui vulgò *Baſilio Valentino* tribuitur. Vid. *Placcius, pag. 559.*

SOLENANDER (Reinerus) medicus, Anno 1557. claruit. Collegit conſilia medicinalia.

de SOLERIO (Arn.) in C. ſi pater de teſtam. commentari cœpit.

SOLERIUS (Anshelm.) Cemelienſis, tractatum de pileo elaboravit.

SOLERIUS (Ant.) ſcripſit de invocatione Sanctorum, Pariſ. Anno 1548.

SOLERIUS (Claud.) JCtus, de juridica confeſſariorum poteſtate commentatus eſt, Colon. Anno 1618.

SOLERIUS (Franc.) Gallus, Anno 1628. oblit. Reliquit 2. tomos hiſtoriæ eccleſiaſticæ inſularum Japoniæ. Vid. *Alegambe, pag. 135.*

SOLICOVIUS (Joh. Dem.) Anno 1603. oblit. Res Polonicas ſtilo expreſſit. Vid. *Gbilinus vol. 2. pag. 144. Starovolſcius pag. 15.* Quære, SULICOVIUS.

SOLIMANNUS (Jul.) Firmanus Italus, An. 1639. obiit. Struxit elogia Regum Bohemorum; item, dramata. Vid. *M. X. Volckman in Elog. Pragenſ. pag. 137. Alegambe, pag. 292.*

SOLIMANNUS (Mart.) JCtus, Anno 1266. obiit. Tractavit de uſibus feudorum.

SOLINUS (C. Julius) juxta *nonnullos* Plinio coævus fuit. *G. J. Voſſius* ſeculo & amplius poſt Plinium vixiſſe exiſtimat. Edidit librum ex variis autoribus collectum, quem primò Collectanea rerum memorabilium vocavit: poſtea *Polyhiſtorem* inſcribere maluit. *Scaliger in animadverſ. ad Euſeb. pag. 262.* leviſſimum ſcriptorem ſalutat. Plinium ſæpiſſimè exſcribere ſolet: unde etiam Plinii ſimia dici meruit. Condidit etiam *Ponticon* vel carmen de Ponto; cujus ſolum 22. primi verſus ſuperſunt. Vid. *Thomaſius de plagio, §. 543. Borrichius in Cogit. ad Voſſ. pag. 15. Salm. præfat. in Solin.*

de SOLIS (Felicianus) JCtus, egit de cenſibus. Prodiit An. 1605. fol.

de SOLIS (J. Fr.) de dote ſcribere aggreſſus eſt, An. 1620.

SOLITARIUS (Joh.) gemmam animæ, Lipſiæ, An. 1514. in 4. vulgavit.

SOLITARIUS (Phil.) ſtruxit dioptram, i. e. regulam ſeu amuſſim rei Chriſtianæ. Edidit eam *Jac. Pontanus*, Ingolſt. Anno 1604.

de SOLO (Gerh.) in monte Peſſulano circa Annum 1340. medicinam docuit. Reliquit practicam Geraldinam dictam. Vid. *Reineſius in epiſt. ad Daum. pag 184. 191.*

SOLO (Pet. Fitanus) exaravit vindicias gratiæ Chriſti, An. 1658.

SOLON, Σόλων, Athenienſis, unus è ſeptem ſapientibus Græciæ, Olymp. XLVI. floruit. Hic primus ſophiſtæ nomine inſignitus eſt, teſte *Iſocrate in orat. de permutat. Lucianus in longævis*, centum annos impleviſſe tradit. *Diogenes Laertius tamen* 80. annos ipſi tribuit. Reliquit Gnomas, quas pueri Athenienſium in feſto Apaturiorum recitare ſolebant. Laudatus *Laertius* de Athenienſium rep. quinque millia verſuum ſcripſiſſe memorat. Ab hoc Solone leges Athenienſibus datæ ſunt, Draconis legibus tacito Athenienſium conſenſu obliteratis, πλὴν τῶν φονικῶν, i. e. exceptis, quæ de homicidio latæ erant. Solonis vitam & acta ex vett. *Plutarchus*: è recentioribus *Joh. Meurſius* prolixè tractarunt. Confer *Marſamum in Chronol. pag. 646.*

de SOLORZANO (Joh.) condidit duos tomos de jure Indiarum, Anno 1672. fol.

SOLSONA (Franc.) Angularienſis, JCtus, de laudemiis commentatus eſt. Vid. *Tomus X. Tract. tract.*

de SOMERE (Jac.) Gandavenſ. An. 1623. obiit. Struxit carmen de podagra & libellum Thomæ Kempenſis de Imitatione Chriſti heroicis verſibus expreſſit. Vid. *Sweertius, pag. 374.*

à SOMEREN (Corn.) tractavit de variolis, An. 1541.

à SOMEREN (Joh.) ſcripſit de jure novercarum, An. 1638.

SOMMALIUS (Henr.) Anno 1619. obiit. Emiſit faſciculum divini amoris. Vid. *Sweertius pag. 337. Alegambe, pag. 177.*

SOMMERFELDUS (Jac.) Anno 1600. commonefactionem de ſtudiis rectè inſtituen-

ſtituendis ſuo nomine edi curavit, cùm tamen ejus autor *G. Rollenbagius* fuerit. Vid. *Thomaſius de plagio*, §. 546.

SOMMERUS (Fab.) librum de thermis Carolinis exaravit, An. 1571.

SOMMERUS (Joh.) Hungarus, Anno 1569. vixit. Reges Hungaricos carmine elegiaco decantavit. Vid. *J. P. Lotichius part. 4. B. P. pag. 118.*

SOMNERUS (Guilh.) collegit antiquitates Cantuarienſes: item, notas & gloſſarium in leges Henrici I. Vid. *Mericus Caſaub. part. 1. de 4. linguis, pag. 140.*

SONCINAS (Paulus) quæſtiones metaphyſicas, Anno 1587. imprimi fecit. Vid. BARBUS.

SONCINUS (J. Bapt.) Brixianus, medicus, Patavii medicinam juvenis profeſſus eſt. *Oct. Ferrarius in proluſion. pag. 215.* refert, fuiſſe in eo ſummam in explicando facilitatem, judicium rectum, dicendi copiam atque elegantiam, ingenii dexteritatem, omnesque artes civiles usque ad invidiam in eodem floruiſſe.

SONERUS (Erneſt.) Norimbergenſis, Anno 1612. obiit. Altdorfii per integrum ferè ſeptennium philoſophiam & medicinam publicè profeſſus eſt. Eruditionem hujus viri diſputationes (quarum magna pars *in Philoſ. Altd.* occurrit) & commentarius in metaphyſicam Ariſtotelis arguunt & abunde commendant. Mortuo *G. Richterus*, Norimbergenſis, parentavit. Vid. *Henningus Witte in memor. Medd. pag. 18.*

SONIUS (Bernh.) ſcripſit de S. Scriptura, Genevæ, An. 1614.

SONLEUTNERUS (Mich.) ſcholæ Ambergenſis rector, elegans poëta, *Salmuthio part. 1. not. in Panziroll. pag. 35.* memoratur.

SONNIUS (Franc.) primus Antverpienſium epiſcopus, Anno 1576. obiit. Reliquit demonſtrationem religionis Chriſtianæ ex verbo DEI. Vid. *Sweertius pag. 256. Val. Andr. in faſt. Lovan. pag. 109.*

SONSBECIUS (Franc.) Friſius, JCtus, condidit comment. ad uſus feudorum, Anno 1554.

SOONUS (Guilh.) ſcripſit de ſitu orbis.

SOPATER, Σώπατρος, Apameenſis, ſophiſta & philoſophus Alexandrinus, ſub Conſtantino Magno claruit. Conſtruxit, teſte *Suida*, librum de providentia & iis, qui præter meritum felices ſunt aut infelices. Idem *Suidas* Conſtantini juſſu interfectum eſſe memorat. *Eunapius in Ædeſii vita, pag. 34.* facti culpam in Ablavium, prætorio præfectum, rejicit. Vid. *Reineſ. ad Hofm. pag. 411. item, ad Daum. pag. 216. Valeſius in Sozom. pag. 100.*

SOPATER, Paphius, Alexandri M. coætaneus, *Athenæo l. 2.* memoratur. *Scholiaſtes Theocriti ad Idyll. 1.* Sopatrum περὶ ἄρκτων vel de urſis allegat. Vid. *Meurſius in Cypro pag. 167.*

SOPATER, Parius, φλυακογράφος, comœdias docuit, teſte *Suida*.

SOPATER, Phacius, parodias compoſuit: item, fabulas, inter quas erant Βακχίδος γάμος, Βακχίδος Μνηστῆρες, Γαλάται, Ἐμβυλοθυσόμβροτος, Ἱππόλυτος, Κνιδία, Μύσται, Μυστακοῦ θητεῖον, Νεκυία, Ὀρέστης, Πύλαι, Σίλφαι, Φακῆ, Φυσιολόγος. Vid. *Suidas*.

SOPHÆNETUS, Σοφαίνετος, ſtruxit Κύρου ἀνάβασιν, i. e. Cyri expeditionem. Teſtis *Stephanus in* Τάοχοι & Φύσκος.

SOPHAR, chymicus, *Borrichio de Hermete, pag. 80.* memoratur.

de S. SOPHIA (Amandus) ſcripſit tractatum de veris ſecretis.

de S. SOPHIA (Galeacius) edidit librum de febribus & cura dentium. Vid. *Linden pag. 194.*

SOPHIANUS (Nicol.) Corcyræus, Anno 1548. claruit. Exaravit librum de aſtrolabio. Extant ejusdem tabulæ Græciæ, elegantiſſime depictæ, cum nominibus locorum antiquis & recentioribus. Vid. *Simlerus*.

SOPHILUS, Σώφιλος, Sicyonius vel Thebanus, Comicus, tempore Ptolemæi Lagi floruit. Ex fabulis ejus ſequentes mihi obſervatæ ſunt, Ἀνδροκλῆς, Δημία, Ἐγχειρίδιον, Κιθαρῳδὸς, Παρακαταθήκη, Λήδα, Συντρέχοντες, Τυνδάρεως γάμος, Φύλαρχος, Χειρίδιον. Γάμον ejusdem *Laertius in Stilpone* allegat.

SOPHINGIUS (Juſtus) in epiſtolam S. Pauli ad Romanos, An. 1669. commentatus eſt.

SOPHIS, Σῶφις, inter chronographos refertur à *Tzetze in Chiliad. pag. 82.*

SOPHO-

SOPHOCLES, Σοφοκλῆς, Tragicus, natus eſt An. 2. Olympiadis LXXI: obiit Anno 3. Olymp. XCII. Primus tribus hiſtrionibus uſus eſt: unde τριταγωνιστὴς, i. e. tertiarum partium actor dici cœpit. Primus etiam chorum 15. juvenum introduxit, cum antea duodecim ſolum ingrederentur. Fabulas fecit 123. & vicies quater victoriam retulit. *Cicero 2. de Divin.* divinum poetam nuncupat. *Johannes Meurſius* nomina Sophoclearum fabularum in peculiari libro diligentiſſimè collegit. Vid. *Thomaſius de plagio*, §. 547.

SOPHRON, Σώφρων, Syracuſanus, celebris μιμογράφος, Olympiadè LXXV. claruit. Meminit mimorum ejus *Ariſtoteles de poetica c. 1.* Ἄγγελον Σώφρονος laudat *Germanicus ad Arati phænomena:* Θυννοθήραν & Λογχάδας celebrat *autor Etymologici magni.* Univerſi mimi vel ἀνδρεῖοι erant vel γυναικεῖοι. Quanti eos fecerit *Plato*, arguit, quòd eos aſſiduè lectitarit: quandoque etiam ſuppoſuerit pulvino: qua de re *Valerius Max. 8, 7.*

SOPHRON, Comicus, Olymp. CXXVII. floruit. Ex ejus dramatibus erant Ἀγροιώτης, Ἀκέστριαι, Ἀλιεὺς, Νυμφοπόνος, Παῖς, Πενθερά. Vid. *Suidas.*

SOPHRONIUS, Σωφρόνιος, patriarcha Hieroſolymitanus, Anno 636. obiit. Scripſit vitam Mariæ Ægyptiacæ: item, librum de laboribus & peregrinationibus Petri & Pauli. Habentur etiam duæ ejus homiliæ, quarum una eſt de natali Domini: altera de angelis. Vid. *Bellarm. in catal. ſcr. eccl. pag. 111. Ph. Labbe Tom. 2. diſſert. pag. 365. Olearius pag. 437. Rivet. Tom. 2. Oper. pag. 1134. Voſſius in Ignat. epiſt. pag. 257. Boſius in Notit. hiſt. eccleſ. cap. 3. pag. 21.*

SOPINGIUS (Godofr.) edidit reſponſionem apologeticam ad libellum Anonymi, qui vocatur bona fides *Sibr. Luberti*, Anno 1616.

SOPOLIS, Σώπολις, inter ſophiſtas locum occupat. Vid. *Eunapius pag. 128.*

SOPRANES (J. Hier.) Genuenſis, Anno 1629. obiit. Exaravit tractatum de re veſtiaria & luctu Hebræorum: item, comment. in res Davidis geſtas, Lugd. An. 1643. fol. Vid. *Alegambe pag. 250.*

SORANUS, Σωρανὸς, Epheſius, medicus, Trajani & Hadriani temporibus claruit. Multa ſcripſit de arte ſua & *Galeno* memoratur *libro de ſectis.*

SORANUS, Epheſius, priore junior, γυναικείων libros reliquit: ex quo opere ſupereſt fragmentum περὶ μήτρας καὶ γυναικείου αἰδοίου.

SORANUS, Cilix, Iſagogen medicam condidiſſe dicitur. *Caſp. Bartholinus de tibiis l. 3. c. 3. pag. 199.* obſervat, Sorani MS. περὶ ἐπιδέσμων extare Florentiæ. Vid. *Glandorp. pag. 876.*

SORANUS (Valerius.) Vide, VALERIUS.

SORANZIUS (Laz.) ſcripſit de rebus Turcicis. Vide, SUPERANTIUS.

de SORBAIT (Paulus) inter celebres hujus temporis medicos refertur. Opera ejus medica Anno 1673. fol. prodierunt.

SORBERIUS (Sam.) Anno 1640. floruit. Vid. *Sarrav. epiſt. pag. 14.*

de SORBIERE reliquit epiſtolas varia doctrina refertas, Pariſ. Anno 1660, in 4. editas Vid. *Placcius, pag. 141.*

SORBIN (Arn.) Anno 1606. ætatis 74. obiit. Tractatum ſingularem de monſtris exaravit. Vid. *Saſſay, pag. 119.*

à SORBO (Hieron.) edidit compendium privileg. fratrum minorum, Col. Anno 1619.

de SORBONA (Rob.) Anno 1265. claruit & collegium Sorbonæ toto orbe celeberrimum Pariſiis inſtituit. Superant nonnulla ejus opuſcula de conſcientia, de confeſſione, de itinere ad paradiſum. Vid. *Phil. Labbe Tom. 2. diſſert. pag. 300. Olearius, pag. 414.*

SORELLUS (Cl.) tractavit de humana perfectione. Liber extat Germanicè verſus à *L. B. à Stubenberg.* Vid. *Borremanſius pag. 108.*

SOREXINA (Pet.) edidit chronicon.

SORGERUS (Jac.) rector Sleuſingenſis, collegit phraſeologiam Homericam, Anno 1625.

de SORIA (Didacus) Granatenſis, inſtituit certamen medicum & propugnationem antiquitatis contra novatores, Granatæ An. 1635. fol.

de SORIA (Joh.) compendium theologiæ moralis An. 1656. publicavit.

SORIANUS (Ant.) Anno 1508. obiit. Scripſit

Scripſit de ſolitudine; vita contemplativa, & informatione interiori. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 28. Olearius, pag. 44.*

SORMIUS (Franc.) adornavit demonſtrationes religionis Chriſtianæ, Pariſ. Anno 1568.

de SOSA (Ant.) Luſitanus, elaboravit tragicomœdiam de Emanuelis I. expeditione in orientem, An. 1619. Vid. *Alegambe, pag. 44.*

de SOSA (Franc.) Toletanus, An. 1617. obiit. Scripta ejus enumerat *Waddingus pag. 135.*

SOSANDER, Σώσανδρος, Indica conſignavit, teſte *Artemidoro Epheſio in epit. Geograph.*

SOSIBIUS, Σωσίβιος, Laco, grammaticus ex eorum genere, qui λυτικοὶ dicebantur, eò quòd obſcura quæque in ſcriptoribus explicarent, tempore Ptolemæi Philadelphi floruit, teſte *Suida.* Condidit χρόνων ἀναγραφὴν, quam *Clemens Alex. l. 1. Stromat.* allegat. *Athenæus* ejus librum tertium περὶ Ἀλκμᾶνος citat. Nonnulli ipſi quoque tribuunt librum de regno ad Caſſandrum. Vid. *Meurſius in miſcell. Laconicis 4, 17. Jonſius de S. H. Ph. 2, 3.*

SOSICLES, Σωσικλῆς, Atticus, in libro θεολογουμένων memoratur *Fulgentio.*

SOSICLES, Syracuſius, Tragicus, Olympiade CX. innotuit. Fecit fabulas 73. & ſepties vicit. Vid. *Suidas.*

SOSICRATES, Σωσικράτης, Cyzicenus, *Fulgentio in Mytholog.* memoratur.

SOSICRATES, Rhodius, exaravit διαδοχὰς φιλοσόφων, i. e. libros de philoſophorum ſucceſſione: item, de rebus Cretenſium. Vid. *Athenæus l. 4. & 6. Jonſius de S. H. Ph. pag. 348.*

SOSICRATES, Phanagorites, *Athenæo l. 13.* allegatur in ἔπεσι.

SOSILUS, Σώσιλος, Lacedæmonius, ſi *Cornelio Nepoti* fides, ſcripſit de rebus ab Annibale geſtis. Atque hoc Soſilo, literarum Græcarum doctore, Annibal uſus eſt.

SOSIMUS, Σώσιμος, inter chronologos refertur. Vid. *Athenæus l. 4.*

SOSIPATER, Σωσίπατρος, καταψευδόμενος exaravit. Vid. *Caſaubonus in Athenæum pag. 654.*

SOSIPHANES, Σωσιφάνης, in Μελεάγρῳ allegatur à *Scholiaſte Apollonii pag 210.*

SOSITHEUS, Σωσίθεος, Tragicus, Olymp. CLXIV. claruit. *Athenæus l. 10.* citat ejus Λιτυέρσην ſive Daphnidem: *Stobæus* Ἀέθλιον. Laudatur quoque ab *Hygino in fabulis.* Vid. *Meurſius ad Heſych. Illuſtr. pag. 164. Suidas* facit unum ex 7. Tragicis, qui vocabantur *Pleias.*

SOSSIUS (Guilh.) tractavit de numine hiſtoriæ, Pariſ. An. 1652.

SOSTHENES, Σωσθένης, Cnidius, deſcripſit res Ibericas, ex quibus librum 13. allegat *Plutarchus, lib. de fluviis.*

SOSTRATUS, Σώστρατος, grammaticus, tempore Auguſti vixit. *Strabo l. 13.* eum inter illuſtres Niſæos collocat. Soſtrati libros rerum Etruſcarum *Plutarchus in parall. minor. c. 28.* citat.

SOSTRATUS, medicus, ſcripſit περὶ φύσεως ζώων, teſte *Scholiaſte Nicandri, p. 37.* Confer *Athenæum l. 7.* item, περὶ βλητῶν ἢ δακέων, teſte *eodem Scholiaſte pag. 50. & ſeq.*

SOSTRATUS, Phanagorites, *Stephano* memoratur *in* Μυκάλῃ.

SOTACUS, Σώτακος, tractavit περὶ λίθων, i. e. de gemmis. Apud *Apollonium Dyſcolum c. 36.* corrupte Τάκος dicitur. A *Plinio* aliquoties allegatur. *Idem l. 36. c. 20.* inter vetuſtiſſimos autores numerat. Meminit ejus etiam *Solinus.* Confer *Reineſium l. 1. var. lect. c. 25. ſub finem.*

SOTADES, Σωτάδης, Athenienſis, librum περὶ Μυστηρίων reliquit, teſte *Suida.*

SOTADES, Κρὴς Μαρωνείτης, inquit *Suidas*, ἰαμβογράφος, ἔγραψε φλύακας ἤτοι κιναίδους διαλέκτῳ Ἰωνικῇ, i. e. condidit Phlyacas ſive cinædos Jonica lingua: item, carmina in Βελεστίχην. *Strabo* ἦρξε δὲ Σωτάδης μὲν πρῶτος κιναιδολογεῖν. Vid. *Paulus Leopardus, l. 13. emend. c. 10.* ubi *Juvenalis* verſum 10. *ſat. 2.* ita corrigit: *Inter Sotadicos notiſſima foſſa cinædos.*

SOTADES, comicus, Ἀμαζόνας, Ἐγκλειομένους, Καταβαίνων εἰς ᾅδου, Πέρινθον, Παραλυτρούμενον, fabulas compoſuit, quas *Athenæus* memorat.

SOTEALDUS (Joh.) Montinienſis, Anno 1567.

no 1567. obiit. Elaboravit ſummam pontificalium & ſynodalium conſtitutionum in locos communes redactam. Videatur *Sweertius pag. 472. Quenſtad. pag. 142.*

SOTELIUS (Ludov.) emiſit hiſtoricam relationem de eccleſiæ Japonicæ ſtatu ad Urbanum IIX. anno 1634. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 245.*

SOTER (Chr.) Limothomæus, Anno 1530. claruit. Galeni librum de dignotione & curatione affectuum in renibus latinè reddidit.

SOTERICHUS, Σωτήριχος, Oaſites, heroicus poëta, tempore Diocletiani Imp. claruit. Struxit encomium Diocletiani, Βασσαρικά: vitam Apollonii Tyanei: & Ἀλεξανδριακόν. Scripſit etiam περὶ πετρίδος, teſte *Stephano* in ὔασις. Confer *Tzetzem in Chil. 7. pag. 120.* Vid. *Jonſius de S. H. Ph. 3, 15.*

SOTERIDES, Σωτηρίδης, grammaticus, maritus *Pamphilæ*, fœminæ clariſſimæ, compoſuit orthographiam: comment. in Euripidem & Menandrum: quæſtiones Homericas, &c. Fuit & alius Soterides, Epidaurius, pater Pamphilæ, qui ὑπομνήματα libris tribus complexus eſt. Vid. *Suidas.*

SOTERION, Σωτηρίων, inter hiſtoricos collocatur. Vid. *Athenæus XI, 15.*

SOTERUS (Henr.) de Suecia commentatus eſt anno 1631.

SOTION, Σωτίων, qua ætate vixerit, non certò conſtat. *G. J. Voſſius* ſub Tiberio Imp. vixiſſe autumat. Reliquit διαδοχὰς: item, librum περὶ Τίμωνος σίλλων. Librum ejusdem de Ira *Stobæus* citat. Sotionis meminit quoque *Tzetzes Chiliad. 7, pag. 144.*

à SOTO (Andr.) Hiſp. An. 1625. vixit. Exaravit tract. de aquæ benedictæ principiis & origine: item, de antiquitate cereorum, quos vocant agnos Dei, & miraculis. Videatur *Wadding. in S. O. M. pag. 19.*

à SOTO MAJOR (Anton.) collegit indicem librorum prohibitorum & expurgandorum, Madriti An. 1667. fol.

à SOTO (Dominicus) Segobienſis, Anno 1560. obiit. Carolo V. Imp. à concionibus fuit & concilio Tridentino interfuit. Commentatus eſt in epiſtolam Pauli ad Romanos. Extat etiam ejus commentarius de juſtitia & jure. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 69. Quenſtad. pag. 20. Olearius pag. 140.*

à SOTO (Lazarus) edidit commentarium in Hippocratem, Madriti, An. 1594.

à SOTOMAJOR (Ludov.) Luſitanus, vixit Anno 1600. Reliquit interpretationem in Jobum: Canticum Canticorum: & in utramque ad Timotheum.

à SOTO (Pet.) emiſit inſtitutionem ſacerdotum, An. 1586.

SOTUELLUS (Nathanaël) bibliothecam ſocietatis Jeſu à *P. Ribadeneira* inchoatam & à *Ph. Alegambe* continuatam recognovit & produxit usque ad annum 1676. Romæ, fol.

SOVERUS (Barth.) Anno 1629. obiit. Condidit eruditum opus de recti & curvi proportione.

SOVIROLIUS (Guilh.) de peſte, Bonon. Anno 1571. commentatus eſt.

SOUSA (Ant.) exaravit perfectum doctorem in quacunque ſcientia, Lond. anno 1643. item, Luſitaniam liberatam, anno 1645. Vide, SOSA.

SOUSA (Franc.) varias repetitiones de actionibus publicavit Antv. Anno 1618. fol.

SOUSA (Joh. Melch.) paravit poëticam paraphraſin in Jobum, An. 1615.

SOUTERIUS (Dan.) ſcripſit tractat. de luxu & vero opum uſu, Anno 1652. Extat ejusdem Palamedes vel tabula luſoria, Lugduni Batav. Anno 1622. impreſſa.

SOUTWELUS (Rob.) Anglus, triumphum mortis oratione ſoluta adornavit. Vid. *Alegambe, pag. 415.*

SOUTH (Rob.) Oxonienſis orator publicus, Anno 1670. panegyricum habuit, cùm celſiſſimo Principi, Dn. Guilh. Hentico, axioma doctoris legum ſplendidè conferretur, teſte *Kempio pag. 31.*

SOZOMENUS (Hermias) Σωζόμενος, hiſtoricus, ſub Theodoſio Juniore Imp. floruit. Struxit novem libros hiſtoriæ eccleſiaſticæ. Incipit ab A. C. 323. & definit in Anno 423. *Gregorius M. in epiſtolis* eum mendacii arguit, ſed immeritò. Vid. *Whear in relect. hiſt. pag. 227. Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 371. Olearius pag. 437. Henr. Valeſius in notis, pag. 98.*

SOZOMENUS (Joh.) vertit Platonem de republica. Prodiit Venet. An. 1626.

SPAAR (Joh. Caſp.) medicus, tractavit de lue venerea, Argent. An 1673.

SPACHIUS (Iſraël) Argentinenſ. natus eſt Anno 1560: obiit Anno 1610. Reliquit nomenclatorem ſcriptorum medicorum: item, nomenclatorem ſcriptorum philoſophicorum: ut & libros gynæceorum. Videatur *Labbe in B. B. pag. 107.*

SPADAZZA (Carol.) JCtus, exſtruxit theatrum viduile ſeu de viduis & privilegiis viduilibus, Ferrariæ Anno 1622.

SPADIUS (J. Bapt.) inter viros eruditos collocatur à *Leone Allatio in A. U. pag. 152.*

SPAGNETUS (Joh.) creditur eſſe autor enchiridii phyſicæ reſtitutæ, per anagramma, *penes nos unda Tagi* Erat autem præſes parlamenti Burdegalenſis. Vid. *Henr. Ernſtius.*

SPAGNOLUS (Bapt.) Mantuanus. Vide, MANTUANUS.

SPAIGENART (Chriſt. Gilb.) JCtus, tractavit de imminutione monetæ.

SPALATINUS (Georg.) Electoris Saxoniæ aulicus concionator, Anno 1545. obiit. Ad hunc Spalatinum multæ epiſtolæ tum ab *Eraſmo*, tum à *Luthero* conſcriptæ ſunt. Extat ejus chronicon: item, hiſtoria Arminii, quæ legitur ap. *Slm. Schardium vol. 1. ſcr. Germ. pag. 259.*

SPAN (Laurent.) à Spanow, med. doctor, condidit librum piarum meditationum in evangelia dominicalia carmine elegiaco, Anno 1574. Idem paraphraſin aphoriſmorum Hippocr. ad Maximilianum 2. elegiaco carmine expreſſit. Vid. *Reineſ. ad Daum. pag. 174.*

SPANGENBERGIUS (Cyriacus) natus eſt Anno 1528: obiit Anno 1604. Reliquit rerum Germanicarum annales: tractatum de nobilitate: item, comment. in Pentateuchum. Vid. *Micrælius pag. 413.*

SPANGENBERGIUS (Joh.) Herdeſianus, natus eſt Anno 1484: obiit Anno 1550. Struxit margaritam theologicam: item, librum de matrimonio. Extat ejusdem paraphraſis pſalterii poëtica. Vid. *Micrælius l. cit.*

SPANHEMIUS (Ezech.) egregium tractatum elaboravit de uſu & præſtantia numiſmatum antiquorum, An. 1667. in 4. Extant ejusdem poſitiones miſcellaneæ. Vid. *Ephemerid. Hedovill. part. 1. pag. 46. 105.*

SPANHEMIUS (Franc.) An. 1649. obiit. Ejus opus de dubiis evangelicis Anno 1634. prodiit. Vid. *Hugenius in epigr. pag. 367.*

SPANHEMIUS (Frid.) Genevenſis, natus eſt Anno 1632. Heidelbergæ theologiam docet. Edidit introductionem in hiſtor. & antiquitates ſacras cum append. geogr. & Critica, An. 1675.

SPANNOCHIUS (Ang.) Senenſis, Anno 1585. claruit. Condidit librum ſingularem ad leg. Gell. ff. de lib. & poſth.

SPANORCHIUS (Horat.) ſcripſit de interregno Poloniæ, An. 1587.

SPARACINUS (Franc.) Panormitanus, An. 1620. clar. Molitus eſt vaſtum opus de Virgine Deipara, in 6. partes diſtributum. Vid. *Alegambe, pag. 135.*

SPARANUS, Barenſis, ante aliquot ſecula roſarium virtutum & vitiorum elaboravit, teſte *Barthio ad Claud. pag. 233.*

SPARAVIERIUS (Franc.) emiſit caſtigationes & vindicias ad apologiam *Thomæ Mazzæ* pro *Annio Viterbienſi*, An. 1676. in 4.

SPARGIATUS (Vincent.) Anno 1588. floruit. Adornavit compendium omnium ſcientiarum.

SPARKE (W.) compoſ. librum, cui titulus, vis naturæ, Londini, An. 1612.

SPARNAGEL (Sal.) equitem aurei velleris, An. 1605. publicari fecit.

SPARR (J. Caſp.) Vide, SPAAR.

SPARTIANUS (Hieron.) verſibus ſcribendis operam dedit. Vid. *Tomus 6. Delit. Germ. pag. 239.* Expreſſit etiam carmine militem Chriſtianum. Vixit Anno 1550.

SPARTIANUS (Ælius) hiſt. tempore Diocletiani Imp. claruit. Vitas Adriani, Ælii Veri, Didii Juliani, Severi & Peſcennii Nigri, Caracallæ & Getæ literis conſignavit. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 139.*

SPARZA (Mart.) de juſtitia commentari cœpit.

SPATA (Laur.) Anno 1526. floruit. Scripſit in Scotum.

SPATHARIUS (Octav.) collegit tres centurias concionum in quadrageſimas: it. methodum corrigendi regulares, Anno 1623.

SPAZZARINUS (Joh. Dominicus) nonagenarius, A. 1519 obiit. Conſignavit res Venetorum. Opus hoc ab elegantia & Salluſtiana brevitate commendat *Scardeonius l. 3. rerum Patavin.*

SPECKHAN (Eberh.) JCtus, exaravit exegeſin de jure Cæſareo & pontificio: item, 2. centuras quæſtionum, A. 1600.

SPEE (Joh.) compoſ. praxin vivam theologiæ myſticæ, An. 1648.

SPEEDÆUS (Joh.) ſtruxit theatrum imperii Britannici, in quo conficiendo 14. annos inſumſiſſe dicitur. Id opus in 10. libros tanquam ſcenas digeſtum eſt. Videantur *Whear. in Relect. hiſt. p. 185. Hallerv. in B.C. pag. 203.*

SPEEDE (Guilh.) emiſit epigrammata juvenilia, Lond. An. 1669.

SPEIDELIUS (Joh. Jac.) JCtus, collegit notabilia An. 1633.

SPEJUS (Rutg.) in epiſtolam ad Galatas commentatus eſt. Idem capita religionis Chriſtianæ Arabicè edidit unà cum compendio grammaticæ Arabicæ.

SPELMANNUS (Henr.) Anglus, archæologum compoſuit. Videantur *epiſtolæ ſelectæ D. Richteri, pag. 492. Ephemerid. Hedovill. part. 2. 1. pag. 105.*

SPELMANNUS (Joh.) emiſit pſalterium Davidis Saxonicum, Londini, Anno 1640.

SPELTA (Ant. Maria) natus eſt A. 1559: obiit An. 1632. De texendis epiſtolis ſcribere aggreſſus eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 21.*

SPENCERUS (Guilh.) Cantabrigienſis, edidit Origenem contra Celſum cum notis, An. 1658. Idem promiſit tract. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, qui ob ortu Chriſti uſq; ad Synodum Nicænam floruerunt.

SPENCERUS (Joh.) ſcripſit de Urim & Thummim, Cantabrig. A. 1670. Videatur *Carpzovius* ad *Jus regium Schickardi. pag. 30. & ſeq.*

SPENDON, Σπένδων, Lacedæmonius, carmina conſtruxit, quorum meminit *Plutarchus in Lycurgo.*

SPENERUS (Phil. Jac.) Rupisvilla-Roch Spoletanus, natus eſt An. 1635. Condidit ſyllogen genealogicohiſtoricam, An. 1665: item, tractatum de arte Heraldica, An. 1668. Francofurti ad Mœnum Theologi munere fungitur.

SPENGLERUS (Adam) Neukircho Variſcus, exercitationes metaphyſicas & logicas, An. 1652 imprimendas dedit.

SPENGLERUS (Lazar.) Norimb. A. 1534. deceſſit. Condidit confeſſionem Germanicam, quam præfatione ornavit & elogio auxit *B. Lutherus.* Idem Senatui Norimbergenſi autor & ſuaſor fuit, ut publicam ſcholam aperirent, ejſque viros peritos bonarum artium & literarum præficerent: id quod etiam Anno 1516. factum eſt. Ab eôdem *Oda Germanica*: Durch Adams Fall iſt ganz verderbt/ ꝛc. conſcripta eſſe dicitur.

SPENSERUS (Edmundus) Londinenſis, An. 1599. obiit. Reliquit varia poemata, quæ excuſa uno volumine extant, teſte *Wareo, pag. 137.*

SPERA (Pet. Angel.) Pomericanus, quinq; libros de nobilitate profeſſorum grammaticæ & humanitatis utriusq; linguæ adornavit, Neapoli, A. 1641. in 4.

SPERANZA (Joſeph.) compoſ. commentarium in utrumq; Teſtamentum. Claruit An 1631.

SPERATUS (Paul.) Suevus, ſtruxit odas eccleſiaſticas: item, libellum de cruce, teſte *Micrelio p. 413.*

SPERBERUS (Jul.) Iſagogen in veram Dei cognitionem publicavit, An. 1674.

à S. SPERELLO (Joh.) JCtus, Anno 1422. obiit. Vid. *Panzirolus, pag. 236.*

SPERELLUS (Alex.) collegit deciſiones fori eccleſiaſtici, An. 1664. Extat ejusdem opus ethicopoliticoſacrum tripartitum, Anno 1670. Romæ impreſſum.

SPERLINGIUS (Alb.) tractavit de majeſtate & præſentia corporis Chriſti, Anno 1564.

SPERLINGIUS (Joh.) phyſicus celeberrimus, An. 1653. claruit. Edidit inſtitutiones phyſicas: ſynopſin phyſicam: tractatum de formatione hominis in utero: Zoologiam, &c.

SPERONIUS (Speronus) Italus, An. 1588. obiit. In Patavino gymnaſio philoſophiam vernacula lingua publicè profeſſus eſt. Mortuum laudavit *Ant Riccobonus.* Scripſit inter alia de dignitate fœminarum. Reliqua ejus opuſcula *Thomaſius part. 1 elog. pag 86.* recenſet. Vid. *Thuanus l. 89. Ghilinus vol. 1. pag. 210.* item, *Nicius Erythræus part. 3. Pinacoth. pag. 202.*

SPERT (Hieron.) ſelecta ex ſanctis, Lugd. Anno 1664. collegit.

SPETH (Andr.) pſalterium Anno 1596. edi curavit. Vide, LOBWASSERUS.

SPEUSIPPUS, Σπεύσιππος, philoſophus Athenienſis, Platoni in academia ſucceſſit. Struxit ὅρους, i. e. definitiones, quas *Marſilius Ficinus* latinè tranſtulit. Speuſippi vitam *Diogenes Laërtius* concinnavit. Vid. *Hieron. 1. contra Jovinian. Jonſius in S. H. Ph. 1, 10.*

SPEYBOBARDIANUS (Rutg.) compendium grammaticæ Arabicæ An. 1583. fabricavit.

SPHÆRUS, Σφαῖρος, philoſophus, ſub Ptolemæo Evergeta claruit. Scripſit de Eretriacis philoſophis: item, de Lycurgo & Socrate libros tres: nec non de rep. Laconica. Videatur *Meurſius in Miſcell. Lacon. pag. 334. Jonſius lib. cit. 2, 6. pag. 143.*

SPIGA (Pet.) Calaritanus, natus eſt Anno 1525: obiit Anno 1594. Extant ejus puncta meditationum de vita & paſſione Domini. Videatur *Alegambe, pag. 400.*

SPIGELIUS (Adr.) Bruxellenſis, medicus, humani corporis fabricam decem libris complexus eſt Anno 1627. Extant ejusdem 4. libri de ſemitertiana.

SPIGELIUS (Jac.) Seleſtadienſis JCtus, Anno 1536 claruit. Confecit ſcholia in Guntherum poetam: item, lexicon juris civilis. Vid. *Herzog. in Chron. Alſatiæ, 7, 21.*

SPILENBERGERUS (Mart.) in Matthæum, A. 1661: in Lucam verò An. 1663. commentatus eſt.

SPILENBERGIUS (Berch. Parthen.) poëmata elaboravit. Vid. *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 185.*

SPILKERUS (Burch.) JCtus, diſputationes in 4. libros Inſtitut. Anno 1666. habuit.

SPILKERUS (Sebaſt.) compoſuit jurisprudentiam, Anno 1650: item, tractatum de pactis privatis & publicis, Anno 1643.

à SPINA (Alphonſus) Judæus converſus, Anno 1452. vixit. Paravit fortalitium fidei contra hæreticos, Saracenos & Judæos, nomine ſuppreſſo. *Waddingus pag. 14.* refert, eum tandem Orinepolitanum epiſcopum factum eſſe.

de SPINA (Barth.) JCtus, de ſtrigibus & lamiis commentatus eſt. Vid. *Thomaſius de plagio, §. 548.*

de SPINA (Pet.) medicus, natus eſt Anno 1563: obiit An. 1622.

SPINÆUS (Claud.) epitomen conſtruxit in 4. libros ſententiarum *Lombardi*, Pariſ. Anno 1551.

SPINÆUS (Fr.) ſcripſit de hominis procreatione, Maceratæ, An. 1622.

SPINÆUS (J.) librum adornavit de providentia & tranquillitate animi.

SPINEDO (Thomas) promiſit novam editionem *Stephani ethnicographi* unà rcum notis.

SPINASATUS (Alb.) politicam vulgavit Pariſ. An. 1587.

SPINATUS (Matth.) edidit politiſmum adverſus hæreticos.

SPINDLERUS (Joh.) condidit horologium Chaldaicum, An. 1672.

de SPINELLIS (Joh. Paul.) Caſtellanetenſis, elucubravit lectiones aureas in omni, quod pertinet ad artem pharmaceuticam, An 1604.

SPINELLUS (Hilar.) Anno 1653. claruit. Vid *Greg. Letus in Ital. regn pag. 332.*

SPINELLUS (Nicol.) Neapol. JCtus, Anno 1380. circiter obiit. In magnam Pandectarum partem luculenta commentaria reliquit & *magni Textualis* cognomen prometuit. Vid. *Guido Panſirolus in JCt. 2, 69.*

SPINELLUS (P. Ant.) ſcripſit de amore B. Mariæ, Anno 1620: item, de ejus laudibus An. 1663. Vid. *Placcius pag. 152.*

à SPINO (Didacus) edidit ſpeculum teſtamentorum, An. 1600.

SPINOLA (Ambr.) de vita Chriſti, Anno 1670. commentatus eſt.

de SPINOSA (Bened.) Amſterd. Anno 1677. obiit. In natura rerum perſcrutanda plurimum temporis conſumſit. Edidit, ſuppreſſo nomine, tractatum de libertate philoſophandi, teſte *Thomaſio in epiſt. quadam ad J. C. Dürrium.* Extat ejusdem tractatus de natura & conceptu Dei. Contra eum ſcripſit quidem textor Roterodamenſis, nomine *Joh. Bredenburgius*, ac demonſtratione, geometrico ordine diſpoſita, naturam non eſſe Deum oſtendit. Ita refert *Chr. Fr. Knorrius in epiſtola quadam ad Amicum.*

cum. Ajunt, eum etiam ſcripſiſſe de principiis *philoſophiæ Carteſianæ.* Opera ejus poſthuma, Anno 1677. uno volumine prodierunt: in eo continentur 1. ethica, more geometrico demonſtrata. 2. politica. 3. tract. de emendatione intellectus. 4. epiſtolæ. 5. compendium grammatices linguæ Hebrææ.

SPINTHARUS, Σπίνθαρος, Heracleota, Tragicus, Ἡρακλῆ πειναιόμενον καὶ Σεμέλην ἔγραψε, teſte *Suida.*

SPINULA (Franc.) Mediolanenſis, Anno 1562. floruit. Condidit 4. libros carminum, qui Venetiis impreſſi ſunt.

SPINULA (Fab. Ambr.) Genuenſis, ſcripſit vitam Caroli Spinulæ in Japonia combuſti, Anno 1628. Videatur *Alegambe, pag.* 107.

SPINULA (Publ.) poëmatibus ſcribendis operam navavit. Vid. *Tomus 2. Del. Ital pag.* 986.

SPINULA (Steph.) emiſit ſummulas noviſſimæ philoſophiæ, Anno 1651. fol.

SPINUS (Pet.) Bergomas, An. 1582. obiit. Vid. *Donatus Calvus pag.* 443.

SPIRA, Italus, celebris medicus, inter Naſonianos morum corruptores refertur. Extant ejus conſilia epiſtolarium reſponſorum ad omnis ordinis & utriusque ſexus mortales. Videatur *Biſſelius in appendice tertii Septennii, ad Ann.* 20. *pag.* 309.

SPIRA (Franc.) Patavinus, JCtus, Anno 1548. ex deſperatione obiit. Hiſtoriam hujus Spiræ prolixè deſcripſit *Sleidanus comment. l.* 21.

SPIRELLUS (Alex.) epiſcopus Eugubinus, paravit diſcurſus paſtorales Anno 1674.

à SPIRITU SANCTO (Ant.) directorium confeſſariorum 3. tomis, Lugd. Anno 1671. fol. edi curavit.

SPITHOLDUS (Egb.) emiſit exercitia precum, Antv. An. 1622.

SPITZELIUS (Theophilus) Auguſtanus, hoc tempore claret. Edidit ſcrutinium atheiſmi: tractatum de re literaria Sinarum: obſervationes de Iſraëlitis Americanis in relationem Montezinianam: templum honoris: tractatum de vitiis ſcriptorum, &c.

SPOELBERGIUS (Guil.) Bruxellenſis, Anno 1626. vixit. Condidit ſpeculum conſcientiæ: inſtructionem catholicam: theſaurum litaniarum, &c. Videantur *Swertius pag.* 317. *Waddingus pag.* 156.

SPONDANUS (Henr.) Mauleoſolenſis, epiſcopus Apamienſis, Anno 1643. obiit. Annales Baronii in epitomen redegit. Extat ejusdem tractatus de cœmiteriis ſacris. Vid. *Caſaub. in exercit. anti Baron. in prolegomenis.*

SPONDANUS (Joh.) in Homerum Anno 1583. commentatus eſt.

SPONIUS (Car.) medicus Lugdunenſis, Anno 1661. Sibyllam medicam edidit; in qua Hippocratis libellum prognoſticon heroico poëmate latino expreſſit. Videatur *Bartholinus de medd. poët. pag.* 135.

SPONTONUS (Cyrus) Anno 1589. floruit.

SPORERUS (Patr.) emiſit tirocinium theologiæ moralis, Herbip. Anno 1660.

SPORISCHIUS (Joh.) ab Ottenbachau, ideam medicinæ Anno 1582. imprimi curavit. Vid. *Linden, pag.* 391.

SPORMAND (Pet.) Danus, natus eſt Anno 1608: obiit Anno 1661. Struxit 40. concluſiones, partim geometricas, ſphæricas & geographicas: partim chronologicas & hiſtoricas. Videantur *Vindingius in R. H. pag.* 837. *Bartholinus in Danis pag.* 124.

SPOTSWODUS (Joh.) condidit hiſtoriam eccleſiæ Scoticæ.

SPRAT (Thomas) exaravit hiſtoriam ſocietatis regiæ Anglicanæ.

SPRECHERUS (Fortunat.) adornavit chronicon Rhætiæ, Anno 1622: item, Palladem Rhæticam, An. 1617.

SPRECKELSEN (Herm.) JCtus, de ſortitione Anno 1664. ſcribere aggreſſus eſt.

SPREEWEN (Guil.) Trudonenſis, Anno 1467. obiit. Concinnavit faſciculum myrrhæ: item, ſcholam triplicem, perfectionis, compaſſionis & jubilationis.

SPRENGERUS (Jac.) tractavit de præſtigiis dæmonum.

SPRENGERUS (J. Theod.) JCt. edidit Tacitum axiomaticum Anno 1663: item, jurisprudentiam publicam, hodierno uſui, receſſui, actis & capitulationibus Cæſareis conformem.

SPRENGERUS (Ph. Henr.) JCtus, de reſtitutione in integrum Anno 1641. tractare inſtituit.

SPRENGIUS, (Joh.) Auguſtanus, inter poëtas connumeratus eſt. Vid. *Tomus 6. Del. Germ. p. 305*. Extant ejusdem enarrationes in Ovidii metamorphoſin, An. 1570. excuſæ.

SPRINGELIUS (Hartm.) librum de hodiernis hæreſibus & hæreticis promulgavit, An. 1618.

SPRINGERUS (Juſtus) tractavit de pace religionis in imperio Romano, Anno 1607.

SPRINGINSGUT (Dan.) collegit auriſodinam Biblicam, An. 1671.

SPRINGSFELDIUS (G. H.) de apennagio Anno 1663. quædam meditatus eſt.

de SPRINTZENSTEIN (Franc. Mauric.) edidit faciem antiquam & modernam imperii Romani, An. 1640.

SPROT (Iſaac) Judæus, A. C. 1375. vixit. Compoſuit אבן בוחן. Eſt liber ſcriptus in Chriſtianos.

SPUNTONUS (J. Bapt) egit de pulvere viperino, Papiæ, Anno 1643. Vid. *Linden pag. 325*.

SPURSTOW, Anglus, de promiſſionibus ſcribere aggreſſus eſt.

SQUARCIAFICUS (Hieron.) vitam *Franc. Petrarchæ* literis mandavit. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 127*.

SQUARCIALUPUS (Ant.) Florentinus, Anno 1430. claruit. In arte muſica tantoperè excelluit, ut ex regionibus remotis advenirent ad eum conſpiciendum ſonosque illius harmonicos audiendos. Eum tanti fecit Senatus Florentinus, ut ex marmore imaginem illius curarit ponendam prope valuas eccleſiæ cathedralis. De arte muſica nonnulla reliquiſſe traditur. Vid. *Voſſius de Scient. mathem. pag. 351*.

SQUARCIALUPUS (Ignatius) Caſinenſis monachus, Anno 1520. obiit. Compoſuit hymnum de virginitate verſibus hexametris.

SQUARCIALUPUS (M.) librum de cometis exaravit, An. 1580.

SQUIREUS, Anglus, in epiſt. ad Theſſalonicenſes commentatus eſt.

STABILIS (Fr.) Potentinus, emiſit brevem defenſionem contra nonnullos aſſerentes, pudendorum inflammationem non eſſe peſtis ſignum, Venet. Anno 1576. in 4.

STABIUS (Joh.) Auſtriacus, Anno 1510. claruit. Poëta erat laureatus & Maximiliani I. Imper. coſmographus & hiſtoricus. Matheſin Viennæ Auſtriæ docuit. Fecit horoſcopion univerſale lineis helicis, atque aliud columnaribus lineis. Oſtendit etiam modum faciendi horologium lunare.

STABULARIUS (Joh.) Anno 1449. obiit. Reliquit chronicon Leodicenſe, quod poſtea *Joh. Chapeavilii* curâ in lucem prodiit. Vid. *Zeilerus part. 3. pag. 226*.

STADEN (Guilh.) erexit tropæa Verdugiana, Colon. An. 1630.

STADENSIS (Albertus) Abbas, Anno 1240. claruit. Extat ejus chronicon. Vide, ALBERTUS.

STADIUS (Joh.) Loënhoutanus, natus eſt Anno 1526: obiit Anno 1579. Edidit tabulas Bergenſes: comm. in Florum: opus ephemeridum, &c. *Hermetis Triſmegiſti* jatromathematicum latinè reddidit. Primum Lovanii: deinde etiam Lutetiæ Pariſiorum docuit. *Thuanus l. 68.* refert, Stadium curioſa ſcrutantibus nimium morigerum ſe præbuiſſe & mathematicorum nomen, ut olim Cæſarum temporibus, odioſum ſimul ac deteſtandum reddidiſſe Vid. *Swertius pag. 472. Verml. in Lovan. pag. 308. Ghilinus vol. 1. pag. 89*.

STADMAN (Joh. Burckh.) JCtus, natus eſt An. 1570: obiit An. 1638.

STÆVARTIUS (Pet.) Vide, STEVARTIUS.

STAHLIUS (Dan.) Hammelburgo Francus, natus eſt Anno 1589: obiit Anno 1654. Jenæ philoſophiam publicè & laudabiliter profeſſus eſt. Reliquit regulas philoſophicas, &c. Vid. *Adr. Beierus in Jenenſ. pag. 1021*.

STAHLIUS (Lazarus) emiſit ſceleton geographiæ, An. 1654.

STAINER (Bernh.) ſcripſit Gerocomicon ſive diæteticum regimen de conſervanda ſenum ſanitate.

STAINER (Caſ.) ſtruxit dæmonomagiam.

STALE-

STALENUS (Joh.) ſcripſit vindicias ſanctarum peregrinationum, Annó 1649. Extat ejusdem papiſtrix monſtroſa, Col. An. 1639. emiſſa.

STALHAMUS, Anglus, edidit relationem de converſione Indorum.

STAMIS, Σταμις, ἐν τῷ περὶ λέξεως allegatur à *Scholiaſte Homeri in Iliad. pag. 67.*

STAMLERUS (J. H.) tractavit de reſervatis Imperatoris Anno 1658. Vid. *Frenccius T. 1. orb. imp. pag. 86.*

STAMM (Joh. Herm.) librum paravit de ſervitute perſonali, An. 1625.

STAMPA (Pet. Ant.) ſcripſit de fuga Satanæ, An. 1605.

STAMPELIUS (Georg.) Soltquellenſis, Anno 1611. claruit. Reliquit tabulam coſmographicam: hiſtoriam ſcholaſticam: delineationem chronologicam: vaticinium Jacobi de Schilo: hypotypoſin theologiæ, &c.

STANCARUS (Franc.) Mantuanus, Anno 1574. obiit, ætatis 73. In epiſtolam S. Jacobi commentatus eſt. Extat etiam ejus inſtitutio linguæ Hebrææ, Baſileæ impreſſa An. 1547. Vid. *J. C. Dürrius ad libros normales Norimb. p. 155.*

STANDICIUS (Henr.) Anglus, A. 1520. obiit. Exaravit librum unum contra verſionem Eraſmianam Novi Teſtamenti. Vid. *Waddingus in S. O. M. p. 167.*

STANDICIUS (Joh.) Anglus, A. 1556. vivere deſiit. Scripſit de non edendis in vulgari lingua S. Bibliis. *Waddingus pag. 227.*

STANGEFOLIUS (Herm.) adornavit annales circuli Weſtphalici, Colon. An 1656.

STANIHURSTIUS (Guilh.) compoſ. tractatum de 4. hominis noviſſimis: item, teſſeram Chriſtianam, An. 1661.

STANIHURSTIUS (Nicol.) An. 1554. obiit. Struxit diætam medicorum, teſte *Wareo.*

STANIHURSTIUS (Rich.) An. 1618. deceſſit. Res geſtas in Hibernia 4. libris complexus eſt.

STANLÆUS (Thomas) edidit duo volumina de hiſtoricis & philoſophis, Lond. An. 1655. fol. Item, commentar. in Æſchyli tragœdias. Vid. *Hedovill. Ephemer part 1. pag. 86.*

STANNARIUS (Greg.) collegit faſciculum diſpp. theologicarum, An. 1665.

Extat ejusdem ſyſtema regularum philoſophicarum.

STANNIFEX (Joh.) Goſleranus, compoſuit comment. in Organum Ariſtotelicum. Vid. *Vernulæus in Acad. Lovan. pag. 307.*

STANTZL (Valent.) ob peritiam mathematicam in Chinam evocatus eſt. Condidit librum de cometis. Vid. *M. X. Volckman. in elog. Pragenſ pag. 85.*

à STAPEL (Joh. Bodæus) Theophraſtum de plantis notis illuſtravit An. 1644. fol.

STAPEL (Joh. Henr.) heptalogum Chriſti publicavit.

STAPHYLÆUS (Joh.) egit de gratiis expectativis.

STAPHYLIUS (Frideric.) Anno 1613. claruit.

STAPHYLUS, Στάφυλος, Naucratita, exaravit Attica, Theſſalica, Ætolica & Arcadica. Allegatur ab *Harpocratione, Sexto Empirico, Apollonii ſcholiaſte, Tzetze in Chil. p. 179, &c.*

STAPLETONUS (Thom.) Anglus, An. 1598. obiit. *Montacutii* judicio inter pontificios theologos tam eſt illuſtris, ut *Bellarmino* palmam præripere poſſit. Condidit promtuarium contra hæreticos: antidota in Acta & epiſtolam ad Romanos. Opera ejus 4. tomis edita ſunt Pariſ. An. 1620. Vid. *Sanderus in Flandris ſcript. p. 157.*

STARCKIUS (Joh.) promulgavit theſaurum epiſtolicum, An. 1646.

STARICIUS edidit philoſophiam Theophraſti.

STAROVOLSCIUS (Simon) Polonus, varia ſcripta elaboravit: ex quibus ſequentia hactenus in noſtram notitiam venerunt, centum elogia illuſtrium Poloniæ ſcriptorum; clari Sarmatiæ oratores: commentarius in 4. libros inſtitutionum: libri 8. inſtitutionum rei militaris: epitome omnium conciliorum: monumenta vel epitaphia illuſtrium Sarmatarum. Vid. *Naudæus in B. P. pag. 96.*

STASINUS Στασῖνος, Cyprius, *Homero* coævus fuit. Exaravit carmina Cypria dicta. Alii tamen Homerum horum autorem faciunt, à quo Staſinus ea dono acceperit. Vid. *Scholiaſtes Homeri in Iliad. p. 1. Tzetz. in Chiliad. p. 258. Salmaſ. in Solin. p. 852.*

STATHMION (Chriſt.) ſuſcepit defenſionem conſiderationis aſtrologicæ in medicatione, An. 1556.

STATILEUS (Marinus) Tragurienſis JCtus, edidit reſponſionem ad J. C. W. diſſertationem de Tragurienſi Petronii fragmento, in 8.

STATILIUS Maximus, grammaticus, ſcr. de ſingularibus apud Ciceronem poſitis. Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 814.*

STATIUS Papinius, poëta. Vide, PAPINIUS.

STATIUS Seboſus, Ciceroni coætaneus fuit. Tractavit de actis triumphorum. Citatur *Plinio 6, 31. & 9, 15.* Vid. *Glandorpius, pag. 812.*

STATIUS Surculus. Vide, SURCULUS.

STATIUS Valens, vitam Alexandri Mammææ literis conſignavit, teſte *Lampridio.*

STATIUS (Achilles) Luſitanus, natus eſt Anno 1524: obiit Anno 1581. Edidit librum obſervationum: commentarium in Catullum: item, in Ciceronis topica. Ejusdem ſilvæ una cum hymnis Pariſiis editæ ſunt An. 1549. Vid. *Thuanus l. 39. Caſp. Barthius in Claud. pag. 23. Ghilinus vol. 2. pag. 3.*

STATIUS (Mart.) ſtruxit poſtillam Patrum in evangelia dominicalia tomis 2. Anno 1661.

STATORIUS Victor, rhetor, Senecæ municeps dicitur in *ſuaſoria 2. pag. 13.*

STATYLLIUS Flaccus, Στατύλλιος, poëta, inter epigrammatographos Græcos refertur. Vid. *Anthologia Gr. epigr. l. 1. c. 23. & 65.*

STAUDACHERUS (Mich.) publicavit centum affectus amoris divini, Dillingæ, Anno 1647.

STAUDENKNECHT (Frid.) exaravit tract. de præciſione & diſtinctione objectiva tam in creaturis, quam divinis.

STAUPITIUS (Joh.) Anno 1527. obiit. Witebergæ theologiam docuit, ibidemque primus in theologica facultate Decanus factus fuit. Tandem Salisburgum venit & epiſcopi Salisburgenſis vicarius conſtitutus eſt. Reliquit libellos tres, 1. de amore DEI: 2. de fide Chriſtiana: 3. de imitanda morte Chriſti. Ab hoc Staupitio *B. Lutherus* Witebergam ad explicandas S. literas vocatus eſt. Videatur *Albinus in Chronico Miſnenſi pag. 339.*

STAURINUS (Andr.) de transſubſtantione Græce ſcribere aggreſſus eſt, Romæ, An. 1640. in 4.

STEARNE (Joh.) ſcripſit tract. de beatitudine & miſeria, An. 1662: item, alium de electione & reprobatione, Dublini Anno 1664.

STECKJUS (Joh.) obſervationes anticriticas juris, An. 1627. in lucem prodire paſſus eſt.

STECZEWITZ (Joh. Caſimirus) de diſpoſitionibus lucrativis, Ingolſt. Anno 1657. diſputavit.

STEEB (J. Chr.) edidit elixir Solis & vitæ, Anno 1674.

de STEENHUYSE (Guilh.) carmina elaboravit.

STEEWECHIUS (God.) Vide, STEWECHIUS.

STEGE (Joh. Thomæus) Danus, Cleopatram carmine deſcripſit An. 1609.

STEGHIUS (Gothofr.) condidit artem medicam, An. 1606. Vid. *Linden pag. 216.*

STEGMANNUS (Joſua) celebris theologus, paravit refutationem Photinianiſmi, iconem Chriſtognoſiæ: aſſertionem veri Chriſtianiſmi: tractatum de uſu terminorum philoſophicorum in theologia, &c.

STEGMANNUS (Joach.) Neophotinianus, ſub tegmine *anagrammatis* magnus amicus honeſti latere voluit.

STEIERUS (Silv.) ſtruxit tres libros de genealogia Chriſti, An. 1594. fol.

STEINBEIS (Mart.) condidit ſeptem libros ſtudendi in medicina. Extat ejusdem antidotale præſervationis impreſſum Viennæ, An. 1520.

STEINBERG (Joh.) Gorlicio Luſatus, natus eſt An. 1592: obiit An. 1653. Groningæ jura profeſſus eſt. Mortuum laudavit *Schoockius.* Elaboravit obſervationes ad Weſenbecii paratitla. Vid. *Autor vitt. profeſſ. Groning. pag. 126.*

STEINBERG (J. M.) emiſit ideam veram papiſmi, An. 1668.

STEINBRUCCIUS (Melch.) Paulum converſum An. 1607. imprimi curavit.

STEINBUCHIUS (Chriſt.) Hafnienſis, natus eſt Anno 1625. Scripſit aſſertiones philoſophicas. Vid. *Vindingius pag. 414. Bartholinus in Danis, pag. 30.*

STEINHAUSEN (Joh. Phil.) JCtus, confecit ſummam juris utriusque Anno 1604.

STEINMETZ (Theod.) Rhenobircenſis, collegit è Tacito flores politicos, Anno 1672: item, ſpeculum juris civilis, An. 1675.

STELLA (Ant.) Venetus, compoſuit elogia Venetorum navali pugna illuſtrium, An. 1558.

STELLA (Barth.) Iſnenſis poëta, *Bruſchio de monaſt. pag. 22. b.* memoratur.

STELLA (Didacus) Luſitanus, An. 1581. claruit. Reliquit libellum de modo concionandi: vitam S. Johannis evangeliſtæ; comm. in evangelium Lucæ. Vid. *Bibl. Hiſp. pag. 252. Waddingus in S. O. M. pag. 102.*

STELLA (Eraſmus) Miſnenſis, An. 1520. floruit. Edidit antiquitates Boruſſiæ; item, libellum de gemmis. Vid. *Quenſt. pag. 228.*

STELLA (Joh.) Venetus, An. 1500. claruit. Libellum de vita & moribus pontificum Romanor. conſcripſit, in quo, ut ipſe in *præfat.* fatetur, multa de induſtria prætermiſit, eo quòd ſine nota quorundam committi literis haud poſſent. Extat ejus libellus Auguſtalis ſive de Imperatoribus Romanis. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 266.*

STELLA (Joh. Chriſt. Calvetus) de Aphrodiſio commentatus eſt. Vide, CALVETUS.

STELLA (Joh. Mart.) ſcripſit de Turcarum in Hungaria ſucceſſu Anno 1543. & 1544. Vid. *Simon Schardius, volum. 2. Germ. Script. pag. 426.*

STELLA (Julius Cæſar) poëta, libros Columbeidos vel de navigatione Columbi condidit. Vid. *Nicius Erythræus in Orat. pag. 190.*

STELLA (Ludov.) in Geneſin & Exodum An. 1599. commentatus eſt.

STELLA (Pet.) habuit varias repetitiones in jure civili.

STELLARTIUS (Proſper) Nervius, An. 1626. obiit. Edidit Auguſtinomachiam: tres libros de tonſuris paganorum, Judæorum & Chriſtianorum: item, fundamina & regulas omnium ordinum monaſticorum & militarium. Vid. *Swertius pag. 650.*

STELLATUS (Joſeph.) concinnavit Pegaſum firmamenti, An. 1619.

STELLERUS (Joh.) ſuſcepit defenſionem Pilati An. 1674. Eum refutavit *Hartneccius.*

STELLIOLA (Nicol. Ant.) Nolanus, An. 1567. claruit. Extat ejus libellus de teleſcopio: item, hiſtoria naturalis, Vid. *Placcius, pag. 213.*

STELLUTUS (Franc.) exaravit tractat. de ligno foſſili minerali noviter detecto Romæ, An. 1645. Vid. *Hallerv. in B. C. pag. 90*

STEMPELIUS (Gerh.) Goudanus, effinxit aſtrolabii tàm univerſalis, quam particularis fabricam, An. 1619.

STEMPELIUS (Joh. Aug.) elaboravit vindicias pro faſciculo controverſiarum *Henr. Eccardi*, An. 1672.

STEMPOVIUS (Paulus) JCtus, A. 1584. obiit. Reliquit librum de rep. item, Græca poëmata. Videatur *Starovolſcius pag. 65.*

STENDERUS (Fr. Dav.) anagrammata condidit.

STENGELIUS (Carolus) emiſit monaſteriologiam, A. 1619. fol. commentarios rerum Auguſtanarum: opticam prælatorum: theſaurum Biblicum in Geneſin.

STENGELIUS (Georg.) Auguſtanus, collegio Dillingano præfuit. Scripſit de bono & malo ſyllogiſmo: ova paſchalia: tract. de judiciis divinis: Crœſum & Codrum, &c. Promiſit etiam politicam Ariſtotelis illuſtratam ſacris & profanis hiſtoriis. Videatur *Alegambe, pag. 158.*

STENEMOLA (Rumoldus) Machlinienſis, vertit è Græco Lucianum de non temere credendo calumniæ, teſte *Swertio.*

STENGLIUS (Lucas) ſtruxit apologiam adverſus ſtibii ſpongiam, à *Mich. Toxite* editam, An. 1565. in 4.

STENIDAS, Σθενίδας, Locrenſis, Pythagoricus, de regno quædam conſignavit. Allegatur à *Stobæo ſermon. 46.*

STENIUS (Barth.) Brigenſis, An. 1584. floruit. Egit de ducibus, judicibus & regibus Vet. Teſtamenti.

STENIUS (Simon.) Lomacenſis, A. 1605. claruit & Heidelbergæ Græcas literas publicè docuit. Edidit Gretſerum triumphatum, An. 1605. Carmina ejus occurrunt *T. 6. Delit. Germ. pag. 310.* Vid. *Salmuth, in 1. Panziroll. pag. 236.*

STENO (Nicol.) Danus, medicus, hoc tempore claret. Ex ejus ſcriptis hactenus prodierunt obſervationes anatomicæ,

cæ An. 1661: liber de ſolido in ſolidis, Anno 1672: ſpecimen myologiæ, &c. Vid. *Hedovill. part. 1. Ephem. pag. 121.* & *part. 6. pag. 58.* item, *Greg. Letus in It. regn. pag. 468.*

STEPHANARDUS ſeu STEPHANUS de Vico Mercato, Dominicanus monachus, condidit *Manipulum florum*, chronicon ſic dictum.

STEPHANI (Joach.) Pomeranus, JCtus, An. 1623. obiit. De conciliis ſive ſynodis commentari cœpit. Extant ejusdem demonſtrationes politicæ: item tract. de jurisdictione Græcorum, Judæorum & eccleſiaſticorum. Videatur *Witte in JCt. pag. 89.*

STEPHANI (Matth.) JCtus, ſtruxit œconomiam juris univerſi, An. 1614.

STEPHANIUS (Joh.) Danus, An. 1614. claruit. Emiſit diſputationes logicas.

STEPHANIUS (Stephanus) notas in Saxonis gramm. hiſtoriam Danicam elucubravit, An. 1650. fol. Vid. *Dietericus part. 1. Ant. Bibl. pag. 63. Bartholinus in Danis, pag. 134.*

STEPHANONIUS (Petrus) Vicentinus, declarationem gemmarum, antiquitus ſculptarum, Romæ, An. 1627. publicari juſſit.

STEPHANUS, Στέφανος, Alexandrinus, *Borrichio in Hermete, pag. 80.* memoratur.

STEPHANUS, Athenienſis philoſophus, explicationes in librum priorem θεραπευτικῶν Gal. adornavit. Eas latinè tranſtulit *Auguſtinus Gadaldinus*, Mutinenſis, An. 1555.

STEPHANUS, Byzantinus, grammaticus, reliquit Ἐθνικά. Ea in compendium redegit Hermolaus itidem grammaticus. Vid. *Suidas:* item, *Tzetzes in Chiliad. 3.*

STEPHANUS, Comicus, *Φιλολάκωνα* exhibuit.

STEPHANUS, Eduenſis, Anno 1130. obiit. Ei nonnulli tract. de ſacramento altaris tribuunt. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 438.*

STEPHANUS, Hieropolitanus epiſcopus, vitam Colauduch martyris literis conſignavit.

STEPHANUS, Sabbaita, tragœdiæ de nece Chriſti autor exiſtimatur.

STEPHANUS, Tornacenſis, 12. ſeculo floruit. Ejus epiſtolæ in *Bibliotheca Patrum T. 12.* occurrunt. Vid. *Olearius pag. 433.*

STEPHANUS (Bonif.) Raguſinus, librum exaravit de perenni cultu terræ Sanctæ & fructuoſa ejus peregrinatione, teſte *Waddingo, pag. 85.* Liber prodiit Venet. An. 1573.

STEPHANUS (Carolus) dictionarium hiſtorico-poëticum: prædium ruſticum: item, 3. libros de diſſectione corporis humani conſtruxit. Vid. *Scaliger in epiſt. numero 75.*

STEPHANUS (Franc.) JCtus, collegit deciſiones curiæ Aquenſis, An. 1618.

STEPHANUS (Henr.) Roberti filius, ſeptuagenarius ferè, An. 1598. vivere deſiit. Ad exemplum patris ſui typographicam artem non tantum exercuit, verum etiam ad juvandam rem literariam propria induſtria plurimum contulit, edito inter alia linguæ Græcæ copioſiſſimo & multorum principum gazis præferendo theſauro. De quo theſauro *Mericus Caſaubonus part. 1. de 4. linguis, pag. 182.* conſuli poterit. In verſu pangendo itidem non infeliciter verſatus eſt, ceu patet ex carminibus, quæ habentur *Tom. 3. Delit. Gall. pag. 837.* Ex *Tollio de inf. lit. pag. 87.* ſequentia tantum addere placet. Nihil laborum unquam pejus ceſſit (Henrico Stephano ſcil.) quàm ſcripta pro Herodoto apologia. Iſto quippe libro cum graviſſimè in ſacrum cucullatorum ordinem peccaſſe judicaretur, ignibus fuiſſet expiandus, niſi imminenti periculo ſe ſubduxiſſet. Stephano itaque fuga ſibi conſulente & in nivoſis Arverniæ montibus latitante, cremata à tortore effigies pro ipſo pœnas luit. Unde jocabatur ſæpè, ut erat ingenio cavillator: *nunquam ſe magis riguiſſe, quàm cùm Pariſiis uſtularetur.* Multis deinde peregrinationibus diu in Germania vagus, cum patriam oblivisci non poſſet, Lugdunum ſe contulit; ubi opibus atque ipſo etiam ingenio deſtitutus vitæ, tot exantlatis pro rep. literaria laboribus, in noſocomio finem fecit. *Hæc ille.* Plura de hoc Stephano apud *Thuanum l. 120.* invenies.

STEPHANUS (Jerem.) Oxonienſis, Gregorii M. librum de cura paſtorali: item, Cypriani libros de bono patientiæ & unitate eccleſiæ cum notis publicari cura-

curavit. Videantur *Richteri epiſtolæ ſelectæ pag. 393.*

STEPHANUS (Joh.) Vide, MENOCHIUS.

STEPHANUS (Joſeph.) tractavit de coronatione pontificis Romani, Anno 1588.

STEPHANUS (Mart.) Hiſpan. condidit epitomen locupletiſſimi apparatus & pulcerrimæ fabricæ templi Salomonæi, Compluti, A. 1615.

STEPHANUS (Paulus) ſtruxit epigrammata latina, An. 1594.

STEPHANUS (Robertus) Pariſinus, An. 1559. obiit. De re literaria optimè meruit typis mandando tam propria, quàm aliorum ſcripta: cui ideo (judice *Thuano l. 23.*) non ſolum Gallia, ſed univerſus orbis Chriſtianus plus debet, quam cuiquam fortiſſimorum belli ducum ob propagatos fines patria unquam debuit. Reliquit penum linguæ latinæ. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 22. Thomaſius de plagio, §. 549.*

STEPHETIUS (Chriſt.) Germanus, An. 1621. obiit. Habuit orationes. Vid. *Alegambe, pag. 77.*

STEPHONIUS (Bernh.) An. 1620. obiit. Mortuo parentavit *Vincentius Guiniſius.* Compoſuit Flaviam tragœdiam. Vid. *Guiniſius in Allocut. pag. 254. Alegambe, pag. 64.*

STEPNERUS (Sal.) collegit inſcriptiones Lipſienſes, Anno 1675. Ejusdem tractatus de ritibus eccleſiaſticis Anno 1675. prodiit.

STERCHENBURGER (Sufr. Rud.) hiſtoriam Friſicam exaravit.

STERNUS (M. A.) edidit ſertum cœleſtę roſarum 20. ſacri roſarii, Herbipoli Anno 1670.

STERO (Henr.) monachus Altaichenſis, An. 1274. floruit. Condidit Annales. Vid. *Zeillerus part. 1. de hiſt. pag. 135. Olearius pag. 204.*

STERPINUS (Joh.) contexuit trifolium medicum & in 3. tabulis univerſam medicinam exhibuit, An. 1671.

à STERRE (Joh. Chryſoſt.) Silvæducenſis, natus eſt Anno 1591. Panegyricos aliquot ligata oratione exaravit. Vitas S. Norberti, B. Joſephi Canonici Steinfeldienſis & Ven. Wilhelmi Rothenſis literis conſignavit. Vid. *Sweert. pag. 412. Ghilinus vol. 2. pag. 145.*

STESICHORUS, Στησίχορος, lyricus poëta, natus eſt An. 1. Olympiadis XXXVII: obiit An. primo Olympiadis LVI. Primus inſtituit, ut in choris cithara caneretur. Scripſit Helenæ encomium. Ejus Γηρυονίδη citat *Scholiaſtes Apollonii pag. 124.* Confer *Tzetzem in Chiliad. pag. 13. 96.* Vid. *Meurſius in Heſych. Illuſtr. pag. 193. Langbainius in Longinum, pag. 68.*

STESICLIDES, Στησικλείδης, Athenienſis, librum reliquit de archontibus & Olympionicis. Meminit ejus *Laertius in Xenophonte, pag. 125.*

STESIMBROTUS, Στησίμβροτος, Thaſius, tempore Artaxerxis I. claruit. *Autor Etymologici in* 'Ιδαίοις ejus librum περὶ Τελετῶν allegat. *Fulgentius* eundem citat de morte Polycratis. Vid. *Jonſius de S. H. Ph. 1, 4.*

STETTERUS (Joh. Conr.) medicus, ſcr. de motu muſculorum, An. 1665.

STETTLER (Mich.) ſtruxit chronicon Nuchtlandiæ, An. 1631.

STEVANUS (Joſeph.) Valentinus, JCtus, de oſculo pedum pontificis commentari cœpit. Videatur *Tomus 3. Tract. tract.*

STEVARTIUS (Pet.) Leodius, An. 1621. obiit. Tomum ſingularem 17. inſignium autorum tam Græcorum quam latinorum, ex MS. editorum, tanquam appendicem ad ſex tomos Antiq. lect. *Henrici Caniſii* addidit. Idem 4. libros Manuelis Calecæ adverſus Græcos excudi curavit. Extant ejusdem commentarii in epiſtolas ad Corinth. Philipp. Theſſalonicenſes & Timotheum. Vid. *Sweertius pag. 636.*

STEUBERUS (Joh.) inſignis theologus, An. 1642. obiit. Tractavit de controverſiis inter Lutheranos & Calvinianos agitari ſolitis. Extant ejusdem caſus conſcientiæ. Vid. *Henningus Witte in Theol. pag 618.*

STEUCCIUS (Joh.) Leucopetræus, edidit centuriam epigrammatum An. 1620.

STEUCHUS (Auguſt.) Eugubinus, Anno 1550. obiit. Erat bibliothecæ Vaticanæ præfectus & Chiſamenſis epiſcopus. Struxit annotationes in Pentateuchum: comment. in pſalmos: coſmopœjam: tractatum de perenni philoſophia. Ex Steuchi lectione *Pet. Rufus*, pervicax

atheus,

atheus, ad meliorem frugem rediit, teſte *Tribechovio.* Vid. *Olearius, pag. 61. Naudæus in B. P. pag. 77.*

STEVE (Pet. Jac.) medicus Valentinus, in librum 2. Hippocratis de morbis popularibus commentatus eſt. Vid. *Bibl. Hiſp. pag. 332.*

STEVINUS (Simon) Brugenſis, mathematicus, Anno 1595. claruit. Reliquit ſex libros, quibus ſtaticen ſive iſorropicen in juſtum artis corpus redegit. Hic Stevinus currus apud Batavos reperit velivolos, quorum beneficio bihorii ſpatio emetiuntur Belgæ quatuor miliaria Hollandica. Vid. *Swertius, pag. 677.*

STEWECHIUS (Godeſc.) Heuſdanus, celebris philologus, An. 1584. claruit. In Muſſipontana academia literas elegantiores docuit. Scripſit de particulis lat. linguæ: item, comm. in Vegetium de re militari, &c.

STHENELUS, Σθένελος, Tragicus, Olympiade XCIII. claruit. Mentionem ejus facit *Ariſtoteles lib. de poëtica.*

à STHUPEN (Gabr.) Euphormionem, A. 1625. continuavit.

STIATICUS (Alex.) An. 1550. floruit. Edidit praxin judiciariam: item, libr. de ſolennitatibus contractuum.

STIBARUS (Thomas) condidit hiſtoriam Joh. Friderici, Electoris Saxoniæ.

STIBLINUS (Caſp.) paravit eclogam: item, ſatiram in ſicarios, qui Melch. Zobelium, epiſc. Herbipolenſem, interfecerunt. Vid. *Simon Schardius. vol. 3. Germ. Scr. pag. 5.*

STIERIUS (Joh.) emiſit logicam, phyſicam & metaphyſicam.

STIERIUS (Matth.) de mutui natura An. 1663. commentatus eſt.

STIERNHIELMIUS, Suecus, diſſertationem de Gothis exaravit.

STIFELIUS (Mich.) Eslingenſis, A. 1567. Jenæ obiit. Docuit in variis Saxoniæ & Boruſſiæ locis. Edidit arithmeticam perfectam: Germanicè verò algebram publicavit & computum eccleſiaſticum. Laudatur à *Thuano l. 41.*

STIGELIUS (Joh.) Gothanus, natus eſt Anno 1515: obiit Anno 1562. Docuit Wittebergæ & Jenæ. Scripſit epithalamia, epitaphia, epigrammata. Vertit etiam carmine plurimos pſalmos Davidicos. Verſus ipſius leguntur *T. 6. Delit. Germ. pag. 318.* Quidam aff. eum etiam mathematum fuiſſe peritum. Johannis Stigelii vitam *Jac. Fincelius medicus* literis mandavit. Vid. *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 57.*

STIGLIANUS (Thomas) inter viros claros refertur à *Ghilino vol. 1. pag. 218.*

STIGZELIUS (Laur.) Suecus, tractavit de diſciplina eccleſiaſtica. Liber prodiit Upſaliæ, An. 1651.

STILBIDES, Στιλβίδης, inter eos refertur, qui vetera oracula expoſuerunt. Vid. *Suidas.*

STILLINGFLET (Edw.) Anglus, collegit origines ſacras.

STILPON, Στίλπων, Megarenſis, philoſophus ſub Ptolemæo primo floruit. Reliquit viginti dialogos. Tantus erat in docendo, ut non paucos ex præcipuis aliarum hæreſium ſectatoribus ad ſe traheret. Vitam ejus deſcripſit *Diogenes Laërtius.* Vid. *Suidas in μεγαρίσαι.*

STIMMELIUS (Chriſtoph.) ſtruxit homilias de S. cœna & tractatum de miraculis. *Monumentum* ei tale poſitum:

En eques, en auriga tuæ, Pomerania, gentis
Et veræ fidei miles & arma jacent.
Vir pius & conſtans & apertus in arte docendi:
Ferreus in vero dogmate murus erat.

STIMPELIUS (Jod.) JCtus, ſcripſit de appellationibus, An. 1626.

STIRN (G. Chriſt.) Norimbergenſis, natus eſt An. 1616. obiit Argentinæ. Edidit tract. de conſtitutionibus principum, A. 1665: item, pentadem titulorum juris publici, An. 1664.

STISSER (W. Melch.) Siracidem diſpoſitionibus & doctis annotationibus exornavit, An. 1676.

STITMANNUS (Joh.) ideam juris epiſcopalis An. 1657 publicavit.

STOA (J. Franc. Quintianus) Brixianus, carmina confecit. Videatur *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 500.* Quære, QUINTIANUS.

STOBÆUS (Joh.) Στοβαῖος, celebris gnomologus, anthologion ethicarum & phyſicarum ſententiarum conſcripſit. *Suidas in Ἰωάννης* refert, id inſcriptum eſſe à Stobæo Epimio vel Heptimio filio. *Bernh.*

Bernh. Dancke in notis ad Agapet. c.68. exiſtimat, progreſſu temporis multa Srobæo addita eſſe ex iis autoribus, qui diu poſt ipſum vixerunt. *Caſp. Barthius* in *Not.* ad *Claudian. pag. 166.* vocat unum omnium, ſolis Sacris demtis, 'utiliſſimum ſcriptorem'; & *pag. 91.* eundem promtuarium humanæ ſapientiæ indigitat. Vid. *Photius Cod. CLXVII.* ex quo ſatis patet, integrum Stobæum ad nos haud perveniſſe.

STOCHIUS (Nicol.) Lugd. Batavus, expreſſit hiſtoriam cujusdam Lucretii F. carmine elegiaco, An. 1591.

STOCK (C. W.) JCtus, ſtruxit practicam civilem & criminalem Anno 1615.

STOCKAMERUS (Sebaſt.) Germanus, in aliquot *Alciati* emblemata fecit commentariola familiariter admodum & ſtudio facili concinnata. Vid. *Minos in Alciat. embl. pag 12.*

à STOCKEN (Gerh.) Holſatus, JCtus, Argentinæ h. t. jura publicè profitetur. Edidit Thuanum enucleatum, A. 1656: item, Amœnitates hiſtoricas, A. 1658. Extat ejusdem diſſertatio de ſigillis, An. 1673. excuſa.

STOCKERUS (Jac.) conciones in Siracidem & proverbia Salomonis exaravit: item, analyſin Biblicam & elenchum catecheticum antipapiſticum.

STOCKERUS (Joh.) Ulmenſis, empirica An. 1601. vulgavit.

STOCKFLET (Henr.) rationem ſolvendi ſophismata ſcripto demonſtravit, Anno 1607.

STOCKIUS (Rich.) Anglus, An. 1626. obiit. In Malachiam commentari cœpit.

STOCKLE (Lucas) exegeſin pſalmorum adornavit, An 1604.

STOCKLIN (Conr.) introductionem emiſit in artem parvam Galeni de principiis univerſalibus totius medicinæ, Lugd. An. 1516. in 8.

STOCKMANN (Erneſt.) edidit hodegeticon peſtilentiale, A. 1666. item, nucleum logicum, An. 1676.

STOCKMANN (Pet.) JCtus, ſcr. tract. de jure devolutionis, An. 1667. Extant ejusdem Deciſiones curiæ Brabantiæ, An. 1670. impreſſæ.

STOEFLERUS (Joh.) natus eſt A. 1452: obiit An. 1532. Tubingæ diſciplinas mathematicas profeſſus eſt. Struxit calendarium Romanum magnum: tabulas aſtronomicas: ſphæram coſmographicam: ephemerides, &c.

STOHRIUS (Joh.) promiſit tractatum de Sirenibus, An. 1672.

STOICUS (Joh.) Raguſinus, Anno 1531. floruit. Reliquit tract. de communione ſub utraq; ſpecie. Vid. *Sigiſm. Ferrarius, pag. 440.*

STOINIUS (Pet.) Socinianus, An. 1605. obiit.

STOJUS (Matth.) Regiomontan. verſibus ſeſe poetam probavit. Vid. *T. 2. Del. Germ. pag. 574.*

STOLBERGIUS (Balth.) h. t. Witebergæ Græcas literas magna cum laude profitetur. Emiſit notas in Ajacem Sophoclis. Extat ejusdem diſſertatio de λόγῳ: item, alia de Agapis.

STOLO (Henr.) paſtor Heidelbergenſis, An. 1567. obiit.

STOMACHIUS (Jac.) Stahlii regulas philoſophicas notis exornavit, An. 1675.

STOPINUS (Mag.) Maccaronica compoſuit Venetiis, An. 1647.

STOPIUS (Nicol.) Aloſtanus, An. 1568. obiit. Carmina ejus exhibet *Tomus 4. Del. Belg. pag. 359.* Vid. *Sanderus in Gandavenſ. pag. 103.*

STORNING (Henr.) edidit doctrinam Athanaſii de Chriſto, An. 1674.

STOSERUS (Gothofr.) ſcripſit de poteſtate politica circa ſacra, A. 1659: item, de appellationibus criminalibus, Anno 1671.

STOTZ (Matth.) adornavit praxin rectè confitendi, An. 1661.

STOUGARDUS (Chriſtian.) natus eſt An. 1600: obiit An. 1645. Libellum de lingua latina confecit. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 353.*

STOUGHTONUS (Joh.) tractavit de felicitate ultimi ſeculi. Liber prodiit Londini, An. 1640.

STOWÆUS (Joh.) Londini perluſtrationem in literas redegit.

STRABERIUS (Lucius) cognomine Eros, grammaticus, *Suetonio* memoratur. Confer *Plinium lib. 35. c. 15.* Vid. *Glandorp. pag. 815.*

STRABO, Στράβων, Amaſenus, tempore Auguſti Octaviani & Tiberii claruit. *Xylander* vult, ſectâ fuiſſe Peripateticum: *Voſſius* mavult, fuiſſe Stoicum.

Scripſit

Scripſit ἱστορικὰ ὑπομνήματα: item, geographiam, opus inſigne, quod jure dixeris theſaurum geographicum & quod ab innumeris mendis repurgavit *Iſaac Caſaubonus*. Eum non Strabonem, ſed *Stratonem* dici debere, perperam in ſuis peripateticis diſcuſſionibus contendit *Franc. Patricius*. Vid. *Voſſius de Philolog. p. 56.*

STRABUS, Anglicus, Bedæ frater, paravit commentarios in Geneſin.

STRABUS (Walafridus) Augiæ divitis abbas, An. 849. obiit. Reliquit librum de rebus eccleſiaſticis: item, Gloſſam ordinariam. Extat ejusdem hortulus, carmine heroico ſtructus, quem Abbati Grimaldo dedicavit. In quibusdam codicibus *Walfridi* nomen præfertur: liber vero de herbis terræ inſcribitur. Vid. *Phil. Labbe T. 2. diſſ. pag. 382. & 492. C. Barthius in Claudian. pag. 73. 397. Olearius in Abac. pag. 469. Bartholinus in medd. poet. pag. 117.*

STRACCHA (Benevenutus) JCtus, An. 1550. floruit. Tractavit de mercatura: item, de aſſecurationibus & proxeneticis.

de STRACHINDIS (Mar.) ed. Ratichium non radicantem, A. 1619.

STRACKIUS (Joh.) homilias in *1. Corinth. c. 15.* An. 1588. vulgari curavit.

STRADA (Famianus) Romanus, Romæ per 15. annis oratoriam profeſſus eſt. Reliquit de bello Belgico decades duas. De hiſtoria illa ita *Puteanus*: Habeant ſuum Romani Saluſtium, Livium, Tacitum: nos Stradam, qui ut Belgas deſcriberet, Romanus eſſe debuit, ingenio, judicio, eloquio inſtructiſſimus. A *Gallutio* vocatur ſcriptor magni nominis, ætatis noſtræ Tacitus. In ejus ſtilo tamen *Caſp. Scioppius* quædam taxat in libello, quem *infamiam Famiani* inſcripſerat. Videatur *Oct. Ferrarius in prolus. pag. 226.*

de STRADA (Octav.) à Rosberg, Rudolfi II. Imp. antiquarius, vitas Cæſarum Imperatorumque Romanor. orientalium & occidental. à C. Julio Cæſare usq; ad Matthiam Auſtriacum in literas redegit. Extant ejusdem ſymbola pontificum, Imperatorum, regum & principum. Vid. *B. Saubertus in orat. de Bibl. Norimb. pag. 99.*

STRADLING (Joh.) de vita & morte contemnenda, An. 1597. ſcribere cœpit.

STRAHLIUS (Joh.) ſtruxit quatuor partes in epiſtolas Dominicales Anno 1642.

STRALSUND (N. M.) tractavit de relaxatione à juramento præſtito Anno 1669.

STRANCONIUS (Steph. Oductius) medicus, An. 1538. obiit. In *epitaphio* dicitur medicus celeberrimus, vates ingenioſiſſimus, & omnium diſciplinarum doctrina præditus: vitæ autem integritate & morum probitate omnibus gratiſſimus. Additur, præſcitam & prædictam ab ipſo diem & horam mortis.

STRANGIUS (Joh.) egit de interpretatione S. Scripturæ, An. 1663: item, de voluntate & actionibus DEI circa peccatum, An. 1657.

STRASBURGUS (Abel) JCtus, de pactis commentatus eſt An. 1613.

STRASBURGUS (Jac.) Aberthannenſis, carmina ſcribendo famam obtinuit. Vid. *T. 6. Delit. Germ. pag 582.*

STRASELIUS (Joh.) Flander, Lutetiæ 26. annis Græcam linguam docuit. Notas elaboravit in carmina Pythagoræ, teſte *Sandero, pag. 104.*

STRATEMANNUS (Wilh.) An. 1664. claruit. Edidit hiſtoriam eccleſiaſticam: oratorem eccleſiaſticum: item, hiſtoricum theatrum.

STRATENIUS (Pet.) carmina compoſuit, edita Hagæ An. 1641.

STRATIUS (Adr.) JCtus, poëmata modulatus eſt.

STRATIUS (Ant.) Audomarenſis, Anno 1636. obiit. Ejus epigrammata, An. 1641. in lucem prodierunt. Vid. *Aleg. pag. 44.*

STRATIUS (Jac.) Antverpienſis, natus eſt An. 1559: obiit An. 1634. Meditationes latinas liturgicas vulgavit Anno 1632. Vid. *Alegambe, pag. 213.*

STRATO, Στράτων, Comicus, dramata reliquit, Αιμνομίδαν & Φοινικίδην. Vid. *Suidas* & *Athenæus*.

STRATO, hiſtoricus, tempore Ptolemæi Philometoris claruit. Res Philippi & Perſei, qui adv. Romanos pugnarunt, literis mandavit.

STRATO, peripateticus philoſophus, teſte *Clemente Alex. l. 6. Stromat.* Alexandriæ vixit & opus hiſtoricum περὶ εὑρημάτων condidit. Vid. *Jonſius de S. H. Ph. 2, 5.*

STRATO, phyſicus, Olympiade CXXIII.

ſcholæ

ſcholæ præeſſe cœpit, eamq; 18. annis tenuit. Scripta ejus *Laërtius* enumerat. Inter ea fuit & liber de inſomniis, quem ſignat *Tertullianus lib. de Anim. c. 46.* Vid. *Tzetz. in Chiliad. pag. 153.*

STRATOCLES, Στρατοκλῆς, Rhodius, ſcripſit περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον τακτικῆς, teſte *Æliano Tacticorum c. 1.* Vid. *Meurſ. in Rhodo, pag. 108.*

STRATTIS, Στράττις, Olynthius, hiſtor. Alexandri M. tempore inclareſcere cœpit. Condidit quinque libros de rebus Alexandri. Vid. *Suidas.*

STRATTIS, Comicus, Olympiade XCII. floruit. Fabulæ ejus erant Ἀγαθοὶ, Ἀνθρωπορέστης, Ἀταλάντη, Ζώπυρος περικαιόμενος, Ἰφιγέρων, Καλλιππίδης, Κινησίας, Μακεδόνες, Μηδεία, Μυρμιδόνες, Νεκύια, Παυσανίας, Πίτυσος, Πολιτεία, Ποταμοὶ, Τρωΐλος, Φιλοκτήτης, Φοίνισσαι, Φορτικὸς, Χρύσιππος, Ψυχασαί. Vid. *Caſaubonus in animadv. ad Athenæum l. 7. cap. 23.*

STRAUB (Joh.) medicus, An. 1560. ætatis 72. obiit.

STRAUCHIUS (Ægid.) hoc tempore claret. Dantiſci Theologi munere functus eſt.

STRAUCHIUS (Joh.) JCtus, natus eſt, An. 1588: obiit An. 1639. Witebergæ jura interpretatus eſt. Extat ejus collegium ſucceſſionum ab inteſtato. Vid. *Henningus Witte in JCt. pag. 212.*

STRAUCHIUS (Joh.) medicus, h. t. claret & medicinam docet Witebergæ.

STRAUCHIUS (Mich.) matheſin Witebergæ profitetur.

STRAUERSANUS (Th.) Anglus, Anno 1346. obiit. Scripſit de excellentia nominis JESU: collectanea in Lucam: curſum moralem, &c. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 327.*

STRAUS (Gothofr.) h. t. claret & leges interpretatur Witebergæ.

STRAUSSIUS (Conr.) JCtus, tractavit de præſcriptione delictorum, An. 1667.

STRAUSSIUS (Laur.) ſtruxit theatrum ſympatheticum An. 1660.

STREBÆUS (Jac. Lud.) Rhemenſis, latina facundia tantum valuit, ut ornatiorem loquendi modum non modo induxerit, ſed etiam edito de oratoria verborum collocatione opere eximio cæteris, quò facilius ad eam perveniren, viam aperuerit. Ariſtotelis ethicam, œconomicam & politicam ſummo fidei & latinitatis candore tranſtulit. Tandem in maxima omnium rerum penuria defecit. Vid. *Follius de l. L. pag. 83.*

STREICHERUS (Laur.) in *Eſaiæ cap. 53.* commentatus eſt An. 1580.

STREINIUS (Joh.) paravit ſummam juris canonici, Colon. An. 1658.

STREINIUS (Rich.) Liber Baro, A. 1601. vivere deſiit. Scripſit de familiis Romanorum; admonitionem ad Rob. Bellarminum: & ſuppreſſo nomine defenſionem pro Belgarum libertate. Vid. *Thuan. l. 126. & Mart. Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 256.*

STREITHAGEN (Pet.) condidit portum Boni.

STREITHORST (Engelb.) collegit florilegium Patrum, An. 1625.

STREITMANNUS (Theod.) Gelder, JCtus, reliquit conciliationes legum pandectarum An. 1571.

STRELOW (Joh.) chronicon Gutlandorum An. 1633. evulgavit. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 84.*

STRESON (Caſpar.) Anhaltinus, in Acta Apoſtolorum: item, in epiſtolam ad Hebræos commentatus eſt. Extat ejusdem theologia.

STREUERSDORF (W. Henr.) tractavit de juſtitia & jure, Colon. An. 1663.

STRIGOVIUS (Matth.) Chronicon Polonicum adornavit. Vid. *Starovolſcius. pag. 52.*

STRIGELIUS (Victorinus) natus eſt Anno 1524. obiit An. 1569. A *Flacio* & aliis graviter exagitatus eſt. Unde Jena, ubi docebat, relicta, Lipſiam ſeſe contulit; verum, cum & ibi adverſarios haberet, exinde Ambergam, tandem Heidelbergam diſceſſit. Reliquit orationes: item, hypomnemata in vetus & novum Teſtamentum. Vid. *Adrianus Beier. in R. Jen. pag. 444. 962. Ruelius part. 4. Concil. pag. 610.*

STRIGENITIUS (Georg.) Miſnenſis, An. 1603. obiit. Compoſuit homilias. Vid. *Adr. Beier l. c. pag. 507.*

STRIMESIUS (Sam.) philoſophiam moralem, An. 1677. edi fecit.

STRIRO (Gothofr.) Dieſtenſis, A. 1540. obiit. Paraphraſin in pſalmos pœnitentiales elaboravit.

STROBELBERGERUS (J. Steph.) An. 1630. claruit. Tractavit de dentium podagra. Extat ejusdem thermologia nova: item, confectio Alkermes. Vid. *Linden, pag. 392.*

STROBELIUS (Seb.) poëta, *Bruſchio de monaſt. pag. 49.* memoratur.

STRODESIUS, Anglus, ſtruxit anatomiam mortalitatis.

STRODUS (Rad.) *Seldeno* acutiſſimus philoſophus dicitur.

STROHM (Joh. Frid.) emiſit ſyſtema Copernici An. 1662.

á STROMBERG (Joh. Salent. Fauſt) natus eſt An. 1593: obiit A. 1666. Reliquit tractatum de criminibus.

STROMERUS (Henr.) condidit Algorithmum lincalem, An. 1505.

STROZZA (Cyriacus) patricius Florentinus, An. 1565. obiit. Piſis Ariſtotelem interpretatus eſt, ejusdemque octo politicorum libris nonum & decimum linguâ Græca addidit. Vid. *Thuanus l. 38. Hier. Magius l. 4. miſc. c. 17. Naudæus in B. P. pag. 60.*

STROZZA (Hercules) Ferrarienſis, poëta, An. 1508. á corrivali interfectus eſt. Carmina ejus leguntur *T. 2. Delit. Ital. pag. 1071.* Vid. *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag. 38. Jovius in Elog. numero 52. Scalig. de re poët. pag. 792.*

STROZZA (Lud.) inter viros doctos hujus ævi refertur. Vid. *Gr. Letus in It. regn. pag. 376. Spanheimius in numiſm. pag. 426. 916.*

STROZZA (Petrus) Florentinus, in Piſano gymnaſio philoſophiam docuit. Habuit diſputationem de Chaldæorum ſive hodiernorum Neſtorianorum origine & dogmatibus, A. 1617. Vid. *Nicius Erythr. part. 2. Pinacoth. n. 15.*

STROZZA (Titus) Ferrarienſis, carminibus celebris factus eſt. Ea exhibet *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 994. Autor dialogi de reparat. Ling. Lat. ap. Giſan. pag. 404.* Titi Strozzæ poëmata præter famam ipſa Pontificis bibliotheca, in quam reponi meruerunt, præcipuè commendat.

STRUCKHAUSEN (Jac.) edidit ſyntagma hiſtoriæ Saraceno-Turcicæ, Anno 1664.

STRUTHIUS (Joſeph.) Poſnanienſis Polonus, Anno 1573. claruit. Docuit Patavii. Vertit libros Galeno perperàm inſcriptos de aſtrologia & urinis. De arte ſphygmica, ante 1200. annos perdita & deſiderata, quinque libros exaravit. Vid. *Quenſtadius pag. 253.*

STRUVIUS (G. A.) de vindicta privata commentatus eſt. Vid. *Adr. Beier in R. Jen. pag. 606.*

STRYCKIUS (Samuel) JCtus, librum de jure ſenſuum, An. 1672. publicavit.

STUBÆUS (Ivarus) An. 1610. obiit. Scripſit de orthographia latina: item, de doctrina Chriſtiana. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 160. Barth. in Danis pag. 94.*

STUBENDORFIUS (Joſeph.) addidit obſervationes ad librum Seu. Eugaleni de ſcorbuto An. 1604. in 4.

STUBROCKIUS (Bernh.) adornavit notas in notas *Wendrockii*, Col. An. 1659.

STUCKERUS (Adolf.) contra articulos Lutetianorum theologorum An. 1614. ſcribere incœpit.

STUCKIUS (Joh.) JCtus, collegit conſilia Anno 1666.

STUCKIUS (Joh. Guilh.) natus eſt Anno 1542: obiit Anno 1607. Tiguri theologi munere functus eſt. Reliquit magna eruditionis ſuæ monumenta tam in theologia quàm in philolologia. Inter ea maximè referre placet comm. de antiquitatibus convivalibus: tractatum de ſacrificiis: ſcholia in Arrhiani periplum.

STUMMELIUS (Chriſtoph.) inter poëtas non poſtremum locum occupat. Vid. *Tomus 6. Delit. Germ. pag. 609.* Edidit etiam Studentes comœdiam, Anno 1594.

STUMMELIUS (Frid.) con[illegible]it Nilum myſticæ doctrinæ ad mentem Scoti, anno 1673. fol. item, Uni[illegible]bium orbis ſubtiliter literati de diſtinctionibus, anno eodem.

STUMPFIUS (Joh.) Berutinus, ſtruxit poſtillam allegoricam & comment. in epiſtolam Judæ.

STUMPFIUS (Joh.) Tigurinus, chronicon Helvetiæ, An. 1606. fol. vulgavit.

STUNICA (Didacus Lopez) Caſtellanus, A. 1530. obiit. Animadverſ. exaravit in Jac. Fabr. Stapulenſem. Idem in Eraſmum ejusq; N. T. interpretationes gra-

vit er invectus eſt. Extat ejúsdem itinerariū, ab opido Complutenſi usq; ad urbem Romam, An. 1521. Romæ impreſſum. Vid. *Olearius, pag. 224.*

STUNICA (Didacus) Salmanticenſis, in Jobum & Zachariam commentatus eſt, An. 1584.

STUPANUS (Emanuel.) J. Nic. filius, Rhætus, natus eſt An. 1587: obiit An. 1664. Struxit lexicon medicum Græcolat. à *Barth. Caſtello* inchoatum, ab ipſo vero illuſtratum & continuatum.

STUPANUS (J. Nic.) Rhætus, natus eſt An. 1542: obiit An. 1621. Edidit medicinam theoricam, An. 1614.

STURCIUS (Chriſtoph.) JCtus, ſcripſit de diverſis regulis juris antiqui, Anno 1658.

STURCIUS (Georg.) medicus, *Albino in Chronico Miſnenſi, pag. 347.* memoratur.

STURIO (Joh.) Variſcus, An. 1562. obiit. Docuit Witebergæ. Vid. *Biſmarcus in vitis Theolog.*

STURLA (Snorro) circa An. 1215. vixit. Chronicon Islandicâ lingua conſtruxit. Vid. *Scheferus in Upſalia pag. 14. Hallerv. in B. C. pag. 275. Bartholinus in Danis, pag. 134.*

STURMIUS (G.) Herbipolenſis, Anno 1586. obiit. Extant ejus prælectiones in utrumq; Teſtamentum. Vid. *Alegambe, pag. 160.*

STURMIUS (Joh.) natus eſt An. 1507: obiit An. 1589. Scholæ Argentoratenſi per 51 annos magna cum laude præfuit. Cum D. *Johanne Pappo* variis ſcriptis decertavit. Condidit libellum de periodis: ſcholia in orationes Ciceronis & Hermogenem: dialogos in Ariſtotelis rhetoricam & partitiones oratorias Ciceronis: librum de ludis rectè aperiendis, &c. Vid. *Jac. Verheiden in elog. Theol. pag. 136.*

STURMIUS (Joh.) Machlinienſis, medicus, An. 1610. floruit. Reliquit theoremata phyſica verſu heroico: item, tractatum de roſa Hierichuntina. Vid. *Valer. Andr. in Faſt. Lovan.*

STURMIUS (Joh. Chriſt.) Hilpoltſteinâ Neopalatinus, natus eſt An 1635. Primò Deiningæ Rhætorum in comitatu Oetingenſi concionatoris officio per quinquennium functus eſt. Inde à Magnif. & Nobiliſſ. & præſtrenuo Senatu Norimbergenſi Altdorfium ad profeſſionem mathematum & phyſices An. 1666. vocatus fuit, cui functioni etiamnum laudabiliter præeſt. Edidit hactenus Archimedem Anno 1670. fol. item, Collegium curioſum A. 1674. in 4.

STURMIUS (Sam.) exaravit tractatum de medicis non medicis, Anno 1663: item, politicam Chriſtianam, An. 1666.

STURMIUS (Wenceslaus) Bohemus, An. 1601. obiit. Chronicon contexuit. Vid. *Alegambe, pag. 444.*

STURTZIUS (Zach.) Danus, An. 1627. obiit. Hiſtorias Roſtochii 17. annis profeſſus eſt. Paravit diſcurſum de una religione: item, transactionem Paſſavienſem. Vid. *Henning. Witte in memor. philoſ. pag. 205.*

STUZZUS (Alb.) imaginem militiæ, Anno 1614. publice exhibuit.

STYLIANUS, Στυλιανὸς, Mapa. Vide, MAPA.

STYPMANNUS (Franc.) JCtus, A. 1650. obiit. In academia Gryphiswaldenſi jura interpretatus eſt. Mortuo parentavit *Joh. Pomereſchius.* Scripſit de jure maritimo & nautico: de ſalariis clericorum: item, de referendariis. Vid. *Hemingus Witte in JCt. pag. 256.*

STYRZELIUS (Joh. Georg.) Auguſtanus, natus eſt A. 1591: obiit A. 1668. Reliquit tres centurias elogiorum inſignium viatorum: item, luſum metricum, nihil, omnia, aliquid, multa, parva, &c. Mortuum laudavit *Joh. Lud. Hartmannus.*

SUALLENBERG (Theod. Ad.) de inſula Rhodo & militarium ordinum inſtitutione ſcribere inſtituit, Pariſ. A. 1540.

SUANINGIUS (Joh.) Danus, Ann. 1650. claruit. Mortuum laudavit *Matth. Voſſius.* Edidit chronologiam Danicam: item, 3. tomos commentariorum in Danielem. Vid. *Vinding. in R. H. p. 333. Bartholinus in Danis, pag. 89.*

SUANTENIUS (Enochus) tractavit de Romanis Impp. An. 1668.

SUARDIIS (Joh.) Bergomas, floridiſſimo vir ingenio, Juſtinianeas leges ita docuit, ut unus totius Italiæ judicio JCtos etiam celebriores antecelleret. Vid. *Donat. Calvus, pag. 318.*

SUARDUS (J. Bapt.) medicus, egit de balneis Tranſcherii opidi Bergomatis, Anno 1582.

SUARDUS (Paulus) Mediolanenſis, reliquit theſaurum aromatariorum, A. 1517. Vid. *Linden, pag. 485.*

SUARDUS (Sempron.) Bergomas, condidit 3. libros poëmatum ad excitandum in Deum matremq;, An. 1598: item, dialogos. Vid. *Donatus Calvus, pag. 463.*

SUARESIUS (Joſeph. Maria) Avenionenſis, circa An. 1630. claruit. Struxit diatribam de foraminibus in ædificiis priſcis: de antiqua Præneſte: conjecturam de libris de imitatione Chriſti.

SUAREZ (Cyprian.) Hiſp. A. 1593. obiit. Scripſit tabulas rhetoricas: item, 3. libros de arte dicendi. Vid. *Alegambe, pag. 88.* Quære, SOAREZ.

SUAREZ (Franc.) Granatenſis, natus eſt An. 1548: obiit An. 1617. Conimbricæ 20. circiter annis theologiam profeſſus eſt. Quidam alterum hujus ſeculi Auguſtinum vocare non verentur. Opera ejus univerſa 24. ingentes tomos conſtituunt. Vid. *Quenſt. pag. 13.*

SUAREZ (Jac.) edidit theſaurum quadrageſimalem, An. 1610.

SUAREZ (Joh.) Vide, SOAREZ.

SUAREZ (Rodericus) JCtus, reliquit conſilia. Opera ejus Francof. An. 1594. fol. prodierunt.

SUARINUS (Abrah.) compoſuit anagrammata, An. 1611.

SUAVENIUS (Pet.) An. 1551. obiit.

SUAVIS (Pet.) hiſtoriam concilii Tridentini An. 1620. conſignavit. Vide, SARPIUS.

SUAIVUS (Leo) Theoph. Paracelſi 4. libros de longa vita ſcholiis exornavit.

SUBERTUS (Pet.) de cultu vineæ Domini ſeptem partes elaboravit. Liber Pariſiis impreſſus eſt An. 1503. in 4.

SUCCIUS, Comicus, allegatur à grammaticis.

SUCCOVIUS (Henning.) edidit Plautum philologo-criticum, An. 1643.

à SUCHTEN (Alex.) tractavit de ſecretis antimonii, An. 1575.

SUCQUETIUS (Ant.) Mechlinienſis, obiit An. 1626. Extat ejus via vitæ æternæ. Vid. *Alegambe, pag. 44.*

SUCQUETIUS (Carol.) Flander, de interdictis commentari cœpit. Vid *Swertius, pag. 171.*

SUDEK (Joh.) emiſit Dominicum converſum An. 1660. in 4.

à SUDETIS (J. M.) JCtus, collegit conſuetudines feudorum.

SUDORIUS (Nicol.) JCtus, exaravit diſputationes civiles, An. 1598.

SUEDERICUS (Jac.) emiſit collectaniolum de religioſorum origine, A. 1525.

SUENO, Agonis filius, compoſuit Daniæ gentis hiſtoriam. Eam *Steph. Stephanius* notis illuſtratam Anno 1642. publicavit.

à SUERIN (Henr.) JCtus, de uſufructu commentari inſtituit, An. 1590.

SUETONIUS (C.) Tranquillus, tempore Trajani & Hadriani floruit. Sub Hadriano epiſtolarum magiſter fuit. Texuit duodecim Cæſarum vitas ea libertate, ac ipſi vixerunt. Extat præterea ejus fragmentum de grammaticis & rhetoribus. Eidem *nonnulli* vitas Terentii, Horatii, Perſii, Lucani tribuunt. Ludicram ipſius hiſtoriam allegat *Agellius 9, 7. Suidas* etiam περὶ Ῥώμης ϗ τ̃ ἐν αὐτῇ νομίμων ſcripſiſſe affirmat. Autor eſt, *Vopiſci* judicio, emendatiſſimus & candidiſſimus & cui familiare ſit amare brevitatem. *Eraſmus in Ciceroniano, p. 145.* Suetonius (inquit) non paulo longius abeſt à Cicerone quàm Seneca, nec verbis nec ſtructura nec perſpicuitate nec figura dictionis nec urbanitate referens Marcum Tullium. Vid. *Tzetz. in Chil. pag. 116. Mart. Hanckius part. 1.* de *S. R. R. pag. 109.*

SUEVEZELIUS (Phil.) Brugenſis, Anno 1613. obiit. Anaſtaſii Sinaitæ explanationem in 6. Pſalmum latinè transtulit. Vid. *Swertius, pag. 648.* & *Alegambe, pag. 405.*

SUEVIUS, vetus poëta, ſtruxit moretum. Ex eo nonnulla allegat *Macrobius, ſat. 2, 14.*

SUEVIUS (Joh) JCtus, tractavit de jure accreſcendi, An. 1639.

SUEUR (Nicol.) Atrebas, JCtus, exaravit notas ad leges XII. Tabularum.

SUEVUS (Bernh.) Tuberanus, tractatum de inſpectione vulnerum, A. 1629. edi curavit.

SUEVUS (Godofr.) exercitationes feudales Anno 1658. in lucem prodire juſſit.

SUEVUS (Paulus) Wilenſis, An. 1504. obiit. Reliquit lecturam in 1. ſententiarum Scoti librum. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 306.*

SUEVUS (Sigiſm.) edidit ſpeculum mundi indurati, An. 1582.

SUFFIDIUS, primus Rom. de architectura ſcribere aggreſſus eſt, teſte *Vitruvio in prologo l. 7.* ubi tamen vulgò *Suſficius* legitur. Vid. *Olandorpius, pag. 817.*

SUFFRENIUS (Joh.) compoſuit circum perfectionis, Monachii, An. 1648. Vid. *Alegambe, pag. 275.*

SUGERIUS, vixit tempore Henrici V. Imp. & vitam Ludovici Craſſi literis mandavit.

SUICERUS (Joh. Caſp.) Tigurinus, natus eſt An. 1620. Obſervationes ſacras concinnavit Anno 1665. Collegit etiam theſaurum eccleſiaſtico-Græco-latinum, 7. tomis in folio conſtantem, qui lucem nondum, quod ſciam, aſpexit, dignus omninò, ut aliquando in lucem prodeat. Fertur etiam adornare lexicon Græco-latinum. Vid. *Hofm. in L. U. part. 2. pag. 396.*

SUIDAS, Σουΐδας, antiquior, genealogias compoſuit, teſte *Stephano in* Ἄμυρος. *Apollonii Scholiaſtes in 1. Argonaut.* Suidam in Θεσσαλικοῖς allegat. Et *eodem libro* legitur, Suidam de Eubœa aliquid commentatum eſſe. Vid. *Berckelius ad fragm. Stephani pag. 27.*

SUIDAS, junior, grammaticus, lexicon Græcum, ex variis ſcriptoribus collegit. De ætate ejus alii aliter ſentiunt. *Hugo Grotius in epiſt. ad Gallos, ep. 110. pag. 254.* paulo poſt Conſtantium, Leonis filium, vixiſſe autumat. Rationem addit: Nam, quantum memini, hic eſt Imperatorum poſtremus, quem in libro ſuo nominat. Conſtantinus autem ille A. C. 912. regnare cœpit. *Cluverus in epitome hiſt. pag. 448.* ſub Theophilo, qui anno 829. imperabat, collocat. *Voſſius in tract. de Philol. pag. 37.* aut temporibus Alexii Comneni (is autem Imperio præfuit Anno 1080.) aut Juſtiniani claruiſſe judicat. Ego aliquando exiſtimabam, eum tempore Baſilii II. & Conſtantini IIX. vel A. C. 976. & deinceps vixiſſe, motus hac ratione, quod in vocibus Κωνςαντινούπολις & Ἀδὰμ tempora mundi usq; ad tempora Zimiſcæ, Baſilii & Conſtantini ſupputet. Supputavit autem ſine dubio usq; ad ſua tempora. *Carolus Philippi in* *Giſtn philologico* vocat eum pecus cùm aureo vellere: *Montacutius in Exercitat. pag. 235.* grammaticum nulliùs judicii, doctrinæ autem mediocris, qui laciniis undiq; collatis & corraſis purpuræ interdum, non raro tamen panni le videntis craſſo filo & depexi farraginem illam coagmentavit. Suidam *Æmilius Portus*, Franciſci Porti Cretenſis filius, duobus tomis Græcè & latinè in folio edidit. Vid. *D. Saubertus in Tr. de Sacrif. p. 470. Reineſius in epiſt. ad Hofman. pag. 412. Thomaſius de plagio §. 550. Hofm. in L. U. part 2. pag. 396.*

SUISSET (Roger.) Scotus, cognomine *Calculator*, An. 1350. claruit & latinæ logiſtices agrum excoluit. Erat celebris mathematicus, theologus & philoſophus tantæ ſubtilitatis, ut & in iis ſcientiis vix parem habere cenſeretur. In mathematicis multa de novo invenit, quæ ante eum nemo invenerat & poſt eum perpauci jam inventa comprehendere valuerunt. Hinc nonnullorum odium ſibi contraxit. Reliquit commentar. in libros Sententiarum: libros 10. in ethic. Ariſtotelis: libros 2. de cœlo & mundo: tractatum de arte cabaliſtica: alium de inſolubilibus: introductorium ad calculationem: librum unum calculationum aſtronomicarum, &c. *Cardanus* eum inter duodecim eximiæ ſubtilitatis viros collocat. *Jul. Cæſar Scaliger in exercit. pag. 1028.* penè modum humani ingenii exceſſiſſe affirmat. Videatur *Carolus Viſch in Ciſt. Bibl. pag. 292.*

SULCARDUS, Weſtmonaſterienſis Anglus, Anno 1060. obiit. Præter ſermones & epiſtolas, etiam chronicon adornavit.

SULCERUS (Simon) theologus Helvetius, natus eſt Anno 1508.: obiit, Anno 1585. Baſileæ docuit. Vertit acta ſynodi Bernenſis latinè, & collegit theſaurum locorum communium ex ſacris & profanis, quem tanto ſtudio ac artificio diſpoſuit, ut de quacunque re ſit dicendum, materiam ampliſſimum in promtu habere queas.

SULICOVIUS (Joh. Demetrius) res Polonicas ſtilo complexus eſt. Liber prodiit Gedani An. 1647. Vid. *Funccius T. 1. Orb. imperant. pag. 1647.*

SULLIUS (Joh.) Gerardimontanus, medicus, practicam medendi generalem, A. 1606. in lucem emiſit.

SULPITIUS (Alexander) de rebus Francorum hiſtoriam conſignavit. Meminit ejus *Gregorius Turonenſis l. 2. hiſt Franc.*

SULPITIUS Apollinaris, ſub Hadriano Imp. floruit. Struxit argumenta in comœdias Terentii. Meminit ejus *Martialis.* Ab *Agellio* vir doctiſſimus prædicatur. Vid. *Glandorp. pag. 824.*

SULPITIUS Galba, avus Galbæ Imp. teſte *Svetonio*, multiplicem nec incurioſam hiſtoriam edidit.

SULPITIUS Severus, S. Hieronymo coævus fuit. Condidit 2. libros de ſacra hiſtoria: vitam B. Martini: tres epiſtolas: & tres dialogos. In dialogis ſequitur errorem Millenariorum. Dictione utitur terſa & elegante; adeò, ut eccleſiaſticorum puriſſimus ſcriptor vocetur à *Joſepho Scaligero lib. de emend. tempor.* Sanctus *Auguſtinus epiſt. 205.* vocat virum doctrina & ſapientia pollentem. *Eraſmus in Ciceron. pag. 150.* Sulpitius (inquit) mollior quidem & jucundior & dilucidior & illaboratior Hilario, ſed phraſis Gallum fuiſſe declarat. Non deeſt pietas, ſed abeſt vis & gravitas, & eſt floridum dicendi genus magis, quàm nervorum. In eum commentati ſunt *Carol. Sigonius, Giſelinus, Joh. Druſius, Vorſtius,* &c. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 343. Barthius in Claud. pag. 149. & in 4. Thebaid. Papin. pag. 1007. Olearius in Abaco, pag. 428.*

SULPITIUS (Serv.) Rufus, JCtus, 180. libros reliquit. Vid. *Guido Panzirolus 1, 14. Bertrandus pag. 225.*

de SUMMA (A.) JCtus Cathacenſis, ſtruxit compendium concilii Tridentini: item, tract. de Jurisdictione Epiſcopi. Vid. *Leo Allatius in A. U. pag. 20.*

à SUMMAJA (Joh.) orationem habuit de S. Agathæ martyrio, An. 1619.

SUMMENHART (Conr.) de Kalwe, Suevus, Academiæ Tubingenſis fundator, An. 1501. obiit. Scripſit de contractibus licitis & illicitis. Extat ejusdem tractatus bipartitus, in quo 52. & ultra ex Scriptura probatur teſtimoniis, quòd Deus homo fieri voluerit, quodq; Meſſias etiam Deus eſſe debuerit, &c.

SUMMERUS (Fabianus.) Vide, SOMMERUS.

SUMMONTIUS (Joh. Ant.) condidit hiſtoriam Italicam, An. 1601.

SUNIUS, Σύνιος, Ἀραβικὰ compoſuit. Meminit ejus *Stephanus in* Ἐδυμαῖοι.

de SUNTE (Joh. Hercules) emiſit ſteganographiam.

SUPERANTIUS (Laz.) Venetus, A. 1602. obiit. Extat ejus commentarius de rebus Turcicis, quem *Thuanus l. 127.* tanquam ſcriptum magni judicii & prudentiæ commendat. Videtur idem eſſe, qui SORANZIUS.

SUPERBUS (Aug.) Ferrarienſis, ſcr. de viris illuſtribus Venetis & Ferrarienſibus, An. 1620.

SUPERIOR (Joh.) JCtus, de ſervitutibus commentatus eſt.

SURA (Æmilius) citatur à *Vellejo Paterculo l. 1. c. 6.*

SURÆUS (Hugo) edidit arreſtum Parlamenti Tholoſani in caſu admirabili matrimoniali An. 1588.

SURCULUS (Statius) in Gallia rhetoricam docuit. Vid. *Glandorpius pag. 812.*

SURDINUS, rhetor, ſolebat dulces ſententias dicere, frequentius tamen prædulces & infractas. *Seneca Suaſor. 7. pag. 84.* vocat ingenioſum adoleſcentem, à quo Græcæ fabulæ eleganter in latinum ſermonem converſæ ſint.

SURDUS (Frid.) JCtus, An. 1581. floruit. De præeminentiis archidiaconorum, præpoſitorum, archipresbyterorum Imolenſium ſcribere aggreſſus eſt.

SURDUS (Joh. Pet.) JCtus, reliquit conſilia & reſponſa, An. 1599. fol.

SURGENS (Marc. Ant.) Neapolitanus, edidit tractat. de præfecti prætorii, reliquorumq; magiſtratuum cum vicerege aliisque magiſtratibus noſtri temporis comparatione, An. 1602.

SURHOVIUS (Joh.) Picardiam: item, Veromanduos calamo deſcripſit.

SURIANUS (Vincent.) emiſit 2. tomos de ſacramentis, Neapol. An. 1646.

SURITA (Hier.) An. 1580. vivere deſiit. Struxit 30. libros rerum Aragonenſium: item, ſcholia in Antonini Itinerarium. Videatur *Thuanus l. 71. Ghilinus, vol. 1. pag. 128.*

SURIUS, (Laur.) Carmelita, An. 1578. obiit. Vitas Sanctorum collegit. Vid. *Thuanus l. 65. Ghilinus, vol. 2. pag. 184. Quenſtad. pag. 201.*

SURSINIUS (Joh.) grammaticam Græcam An. 1595. publicavit.

SUSANNÆUS (Hubert.) adornavit connubium adverbiorum Ciceronianorum, Anno 1583.

de SUSANNIS (Marqu.) JCtus, ſcripſit de cœlibatu ſacerdotum non tollendo: item, de Judæis & aliis infidelibus, Anno 1558.

de SUSARIA (Guido) JCtus, An. 1270. floruit. Tractavit de jure emphyteutico; de guarentigia; de tortura &c. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis, 2,41.*

SUSARION, Σουσαρίων, *Stobæo* memoratur. Conf. *Seldenum in Marmoribus Arundell. pag. 89.*

SUSENBROTUS (Joh.) Germanus, Anno 1543. obiit. Edidit rudimenta grammaticæ Græcæ & latinæ: item, 2. libros epigrammatum ſcholæ Chriſtianæ.

SUSIUS (Jac.) Brugenſis, Anno 1639. deceſſit. Vid. *Alegambe, pag. 213.*

SUSIUS (Joh.) Bethunienſis, condidit poëſin moratam. Vid. *Sweertius, pag. 474. Alegambe, pag. 357.*

SUSIUS (J. Bapt.) de miſſione ſanguinis, Anno 1559. ſcribere inſtituit. Vid. *Linden, pag. 326.*

SUSIUS (Nicol.) Brugenſis, A. 1619. obiit. Exaravit limam Ciceronianam: elegias: dramata, teſte *Sandero.* Vid. *Placcius pag. 205.*

SUSLYGA (Laur.) Polonus, Anno 1640. obiit. Edidit theoremata de anno ortus & mortis Domini, deq; univerſa J. C. in carne œconomia. Videatur *Alegambe, pag. 299.*

SUSO (Henr.) Anno 1365. vivere deſiit. Fabricavit horologium ſapientiæ. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 204.*

SUTERUS (Joh.) adornavit dialogum de rebus naturalibus An. 1584.

SUTHOLT (Bernh.) JCtus, compoſuit 19. diſſertationes ad Inſtituta, An. 1633.

SUTLIVIUS (Matth.) tractatum confecit de miſſa papiſtica: item, de indulgentiis & Jubilæo, An. 1606.

SUTORIUS, Σκυτάριος. Vide, CALLINICUS.

SUTORIUS (Eman.) ſcripſit de non evocando & non appellando, An. 1661.

SUTORIUS (Pet.) Anno 1524. vixit. De translatione Bibliorum nonnulla meditatus eſt.

SUTTINGERUS (J. Bapt.) JCtus, obſervationes practicas Anno 1656. reliquit.

SWALBE (Bernh.) emiſit diſquiſitionem therapeuticam Galeni, An. 1657: item, tract. de alcali & acido, An. 1670. Vide, SCHWALBE.

SWAMMERDAM (Joh.) medicus Amſtelodam. An. 1667. claruit. Condidit tract. phyſico-anatomico-medicum de reſpiratione & uſu pulmonum: fabricam uteri muliebris: hiſtoriam generalem de inſectis, &c.

SWANENBURCH (Corn.) JCtus, Leydæ Anno 1597. jura interpretatus eſt. Tractavit de jure accreſcendi.

SWANINGIUS (Joh.) Vide, SUANINGIUS.

SWEERTIUS (Eman.) Batavus, elaboravit 4. libros de floribus bulboſis aliisq; Indicis plantis, An. 1612.

SWEERTIUS (Franc.) 3. libros analectorum publicari curavit.

SWEERTIUS (Franc.) Franciſci filius, natus eſt An. 1567. Edidit capita deorum dearumq; ex antiquis numiſmatibus: delitias orbis Chriſtiani: Athenas Belgicas: notas in *Hier. Magium* de tintinnabulis, &c. An. 1628. Carmina ejus ſervantur *T. 4. Del. Belg. pag. 368.* Vid. *Ph. Labbe in B. B. pag. 40. Ghilinus, vol. 2. pag. 94.*

SWEERTIUS, (Rob.) Antverp. natus eſt An. 1570. Scripſit de fide hæreticis ſervanda. Extat ejuſdem Carolus V. comœdia. Vid. *Sweertius pag. 660.*

à SWERIN (Henr.) Vide, SVERIN.

SYAGRUS, Σύαγρος, poëta, ante Homerum vixit. Vid. *Ælian. in V. H. 14, 21. Euſtathius in proleg. ad Hom.*

SYDENHAM (Thom.) paravit methodum curandi febres, A. 1668. item, librum de morbis acutis, An. 1676.

SYDNEUS (Phil.) An. 1586. obiit. Arcadiam, elegans ſcriptum, compoſuit.

SYENNESIS, Συέννεσις, medicus Cyprius, *Ariſtoteli in hiſtor. anim. 3, 11.* memoratur. Vid. *Meurſius in Cypro, pag. 168.*

SYLBURGIUS (Frider.) An. 1596. deceſſit. Erat in Græca literatura inſigniter verſatus. Græcos ſcriptores complures emendavit & quàm caſtigatiſſime edidit, Herodotum puta, Clementem Alexandr. Dionem Caſſium, Juſtinum Mar-

tyrem, Theodoretum, &c. Etymologicon Græcum magnum à mendis repurgavit & perpetuis notis illuſtravit. *Henr. Stephanum* in concinnando Græcæ linguæ theſauro egregiè adjuvit. Ob hanc operam & alia merita à Marpurgenſi academia annuum ei ſtipendium, de Principum Haſſiæ ſententia, conſtitutum eſt. Vid. *Thuanus l. 117.*

SYLLA (L. Cornel.) dictator Romanus, libros rerum geſtarum reliquit. *Agellius 1, 12.* locum ex 2. libro producit. Si *Athenæo l. 6.* credimus, etiam *σατυρικὰς κωμῳδίας* confecit.

SYLLANUS (Decius) Spoletanus, Romæ diu magna cum laude publicè docuit, reviviſcentemq; eloquentiam conſtanter promovit. Vid. *Anonymus in apologia pro poëtis, ap. Giſ. in Obſ. L. pag. 509.*

SYLLANUS (Junius) homo compoſitiſſimæ ſapientiæ, *Magonis* Pœni 28. volumina de agricultura, exciſà Carthagine, juſſu Senatus in lat. linguam tranſtulit. Vid. *Plinius 18, 3.*

SYLLENUS (Dionyſ.) tractavit de ſcientia militari, Venet. An. 1559.

SYLVAGIUS (Joh.) Vide, SILVAGIUS.

SYLVANUS (Laurent.) Vide, SILVANUS.

SYLVATICUS. Quære, SILVATICUS.

de SYLVEIRA (Joh.) Vide, SILVEIRA.

SYLVIUS (Æneas) Quære, ÆNEAS.

SYLVIUS (Alex.) Vide, SILVIUS.

SYMEON Metaphraſtes. Vide, SIMEON.

SYMMACHUS, Σύμμαχος, Samaritanus, Anno Chriſti 190. floruit. A Samaritanis primò ad Judæos, à Judæis ad Chriſtianos tranſiit & Ebionitarum hæreſin amplexus eſt. Huic nonnulli tertiam vet. Teſtamenti græcam verſionem tribuunt. Vid. *Rivetus T. 2. Oper. p. 896.*

SYMMACHUS, (Q. Aurelius) præfectus urbis Romæ, tempore Theodoſii Imperatoris claruit. Reliq. decem libros epiſtolarum. Ejus facundiam ipſe *Prudentius* adverſarius deprædicat. *Reineſius in Epiſt. 35. ad Hofm. pag. 244.* epiſtolas, quas habemus, non unius Symmachi, unius tamen ſeculi eſſe judicat. *Sirmondus* ſex Symmachos numerat. *Barthius in Claud. pag. 322.* Symmachum vocat penu eruditionis tàm literariæ quàm publicæ. Confer *eundem in 2. Theb. Papin pag. 350:* item, *Voſſium de natura rhet. pag. 108.*

SYMONDUS (Edoard.) Anglus, paravit vindicias S. Scripturæ.

SYMPOSIUS vel SYMPHOSIUS, carmine hexametro centum ænigmata expreſſit, quæ *Joſephus Caſtalio*, Anconitanus, JCtus, ſcholiis illuſtravit. Sunt ea, inquit *Voſſius*, non invenuſta. *Caſp. Barthius in Claud. pag. 712.* Sympoſium autorem hiſtoriæ Apollonii Tyrii eſſe autumat.

SYNCELLUS (Georg.) Σύγκελλος, Anno 780. floruit. Reliquit Chronicon. Vid. *Thomaſius de plagio. §. 552.*

SYNCLITICUS (Alex.) Cyprius, JCtus, Anno 1646. obiit. Patavii jura interpretatus eſt. Vid. *Imperialis in Muſeo, pag. 206.*

SYNEGORUS (Æg.) An. 1548. claruit. Expreſſit Proverbia Salomonis verſu elegiaco.

SYNESIUS, Συνέσιος, Cyrenæus, Ptolemaidis epiſcopus, tempore Theodoſii junioris Imp. claruit. Vid. *Evagrius in H. E. 1, 15. Niceph. Calliſt. 14, 55.* Compoſuit epiſtolas, orationes, hymnos. Opera Syneſii latinè tranſtulit *Dionyſ. Petavius.* Erat eloquentiâ, quàm rerum eccleſiaſticarum notitiâ inſtructior: quippe qui etiam, cum in epiſcopum eligeretur, de reſurrectione & creatione dubitavit, ceu notavit *Photius Cod. XXVI.* & advertere eſt ex *epiſtola 105.* Vid. *Phil. Labbe, T. 2. diſſert. pag. 375. Olearius, pag. 440.*

SYNESIUS ſcholia exaravit in Democritum. Videatur *Borrichius de Hermete, pag. 71.*

SYNGELIUS (Mich.) laudes S. Dionyſii, Pariſ. An. 1547. decantavit.

SYNGRAPHEUS (Polyon.) ſcholam Apicianam ex optimis quibusdam ſcriptoribus diligentiſſimè exſtruxit, Anno 1535.

SYNNAMA (Haringus) Friſius, vixit Anno 1494. In Codicem duodecim libris commentatus eſt. Videatur *Sweertius, pag. 321.*

SYRENUS (Joh. Carrarius) de ſubjecto primo philoſophiæ diſpp. agitavit Bononiæ, An. 1556.

SYRIANUS, Συριανὸς, Alexandrinus, philoſophus, circa A. C. 470. claruit. *Boëthius de Interpretatione pag. 287.* Philoxenum cognominat. Commentatus

eſt

eſt in totum Homerum. Scripſit præterea quatuor libros in rempublicam Platonis, teſte *Suida*. Hodie extant ejus commentarii in metaphyſicam. De Syriano ita judicabat *Iſidorus philoſophus*: Nullum eſſe ſcriptorem, ex quo non aliquid boni diſcere liceret: ſed ex tot ſcriptoribus poſt Platonem præſtare Jamblichum & Syrianum. Vid. *Mallincrot, pag. 82.*

SZEGEDINUS (Steph.) Hungarus, natus eſt An. 1505.: obiit An. 1572. A Turcis captus & miſerrime tractatus eſt. Condidit ſpeculum pontificum Romanor. locos communes theologiæ: confeſſionem de Trinitate, &c.

SZELLECZKI (Jac.) JCtus, de ceſſione bonorum, An. 1651. tractavit.

SZEMBECK (Frid.) Cracovienſis, vitas S. Dorotheæ, S. Juttæ Brunſwicenſis, Joh. Lobedavii, aliorumq; Pruſiæ patronorum literis mandavit, Thorunii, An. 1638.

SZENTKIRALI (Bened.) Hungarus, paravit vindicias locorum Vet. Teſt. contra *Eniedinum*, An. 1619.

SZIDLOVIUS, edidit vindicias aliquot quæſtionum theologicarum.

T.

TAAUTUS, Τάαυτος, primus omnium mortalium literas adinvenit & res memorabiles æternitati commendare auſus eſt, quemadmodum refert *Euſebius de Præp. Evang. 1, 6. & 7.* ex *Philone Byblio. Sanchoniathon* affirmat *l. c.* Taautum libros de origine mundi conſcripſiſſe. Vixiſſe fertur, quo tempore Thamus totius Ægypti imperium tenuit. *Hornius in hiſt. philoſoph. 2, 6.* eundem cum *Theuth* facit.

TABARELLUS (Don. Vincent.) JCtus, de judiciis commentatus eſt.

TABBERTUS (Matth.) Anno 1675. obiit. Erat theologiæ profeſſor in Academia Gryphiswaldenſi. Exaravit Conſtantinum Magnum.

TABERNÆMONTANUS (Jac. Theod.) collegit herbarium. Vide, THEODORUS.

TABIENSIUS (Joh.) condidit Summam caſuum conſcientiæ, Venetiis, Anno 1596.

TABOETIUS (Jul.) paravit topicam juris divini.

TABOR (Joh. Otto) Budiſſinus, natus eſt Anno 1604. Argentinæ jura profeſſus eſt. Tractavit de jure cereviliario: item, de confrontatione.

TACHENIUS (Otto) edidit clavem medicinæ: item, Hippocratem chymicum, Anno 1671.

TACITUS (C. Cornel.) tempore Trajani Imp. floruit. Struxit hiſtorias & annales. Annalibus extremum Neronis biennium deeſt: at ex hiſtoriarum libris pars longe maxima periit. Præterea reliquit librum de ſitu, moribus ac populis Germaniæ: item, de vita Jul. Agricolæ, ſoceri ſui. *Plinius l. 11. epiſt. 1.* eloquentiſſimum fuiſſe ait & hoc eximium habuiſſe, quod σεμνῶς diceret. M. Claudius Tacitus Imp. tanti eum fecit, ut imaginem illius in omnibus collocaret bibliothecis: libros vero ejus decies quotannis deſcribi inque archivis publicis collocari juberet, ne perirent. *Tertullianus in Apologet. c. 16.* mendaciorum loquaciſſimum appellat. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 92.*

TACKIUS (Joh.) anomalon cœli de cometis, Anno 1653: item, chryſogoniam animalem & mineralem Anno 1663. edi curavit.

TACQUET (Andr.) exaravit 8. libros aſtronomiæ: tres libros geometriæ practicæ: tres opticorum: tres catoptricorum: item, fortificatoria, annularia & cylindrica, Antv. Anno 1669. fol.

TADDELIUS (Elias) confecit ἀκολουθίαν doctrinæ Chriſti, Amſterd. Anno 1648.

TAEGIUS (Barth.) Mediolanenſis, JCtus, Anno 1550. vixit. Reliquit tractatus criminales. Vid. *Tomus XI. Tract. tract. Ghilinus vol. 2. pag. 37.*

TAELBOOMIUS (Guilh.) Brugenſ. Anno 1589. floruit. Emiſit apologeticon catholicæ religionis, teſte *Sandero*.

TAFFERNER (Paul.) legationem ad Turcam calamo expreſſit, An. 1672.

TAFFINUS (Pet.) Audomaropolitanus, de veterum Romanorum anno ſeculari An. 1640. tractare cœpit. Vid. *Alegambe pag. 401.*

TAGAUTIUS (Joh.) Ambianus, chirurgicas inſtitutiones 5. libris complexus eſt,

eſt An. 1549. Carmina Tagautii *Tom. 3. Delit. Gall. pag. 909.* ſervantur.

TAGENO, Patavinus decanus, tempore Henrici VI. (qui imperavit An. 1191.) claruit & Friderici Barbaroſſæ expeditionem in Palæſtinam deſcripſit. Eum *Marq. Freherus* primus, quod ſciam, edidit & aliis rerum Germanicarum ſcriptoribus ſocium addidit. Vid. *Zeillerus part. 1. hiſt. pag. 143.*

TAGES, Genii filius, nepos Jovis, Hetruriæ populos aruſpicinam docuiſſe traditur. *Cicero l. 2. de Divinat.* Tages (inquit) dicitur in agro Tarquinienſi, cùm terra araretur & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repente & eum affatus eſſe, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris eſt Hetruſcorum, puerili ſpecie dicitur viſus, ſed ſenili fuiſſe prudẽtia. Ejus aſpectu cùm obſtupuiſſet bubulcus clamoremq; majorem cum admiratione edidiſſet, concurſum eſſe factum, totamque brevi tempore in eum locum Hetruriam conveniſſe; tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia ejus verba exceperint literisque mandaverint: omnem autem orationem fuiſſe eam, qua aruſpicinæ doctrina continetur. Confer *Ovidium l. 15. Metam. Arnobium l. 2. Ammianum Marcell. l. 21. cap. 2. Iſidorum Hiſpalenſem l. 8. Orig. c. 9.* qui eum *Stagem* appellat, corruptè. Adde *Lindenbrog. ad Cenſorinum de natali cap. 4.*

TAGLIACOTIUS (Caſp.) Bononienſ. Anno 1599. obiit. De nova curtorum chirurgia per inſitionem commentatus eſt. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 105.*

TAILLEPIED (Joh.) Anno 1582. vixit. Exaravit comment. in Jeremiam. Vid. *Wadding. pag. 262.*

TAILORIUS (Thom.) edidit Chriſtum revelatum, vel, tractatum de typis vet. Teſt. Chriſtum adumbrantibus Anno 1664. Vide, TAYLOR.

TAISNERIUS (Joh.) Athenſis, mathematicus, tempore Caroli V. claruit. Romæ & Ferrariæ artes mathematicas cum applauſu docuit. Uno volumine, quæcunque chiromantiam attingunt, complexus eſt. Emiſit etiam tract. de magnete, quem à *Pet. Peregrino*, Gallo, quondam confectum, furto ſibi vendicaſſe, *Gabr. Naudæus in B. Pol. pag. 105.* affirmat. Fertur etiam *Barth. Coclitis* librum de phyſiognomia convaſaſſe. Vid. *Sweertius, pag. 476. Ghilinus vol. 1. pag. 91. Thomaſius de plagio, §. 553.*

TALÆUS (Audom.) in Ciceronis opuſcula quædam commentatus eſt.

TALEMANIUS (Franc.) Edamenſis, Anno 1534. floruit. Comm. Dionyſ. Rickelii in Jobum, Tobiam, Judith, Eſther, præmiſſa doctiſſima epiſtola edi curavit. Vid. *Sweertius pag. 257.*

TALENTONIUS (Joh.) theſaurum rerum reconditarum Anno 1605. publicavit.

à TALLEACOTIO (Propert. Reſta) ſcr. de falſa & vera ſapientia, Romæ Anno 1599.

TALON (Nicol.) Gallus, emiſit ſacram hiſtoriam in Pentateuchum.

TALPA (Pet.) Stellinus Friſius, medicus, Anno 1590. claruit. Empiricos carmine elegiaco, teſte *Sweertio pag. 636.* ſalſe perſtrinxit.

TAM (Rabbi.) A. C. 1170. obiit. Reliquit librum ספר הישר. Vid. *Buxtorf. in abbrev. pag. 170.*

à TAMARO (Jac.) confecit librum de curatione epilepſiæ, An. 1589.

TAMAYO (Joh.) martyrologium Hiſpanicum ſex tomis complexus eſt, Anno 1651. fol.

à TAMBACHO (Joh.) confecit 15. libros de conſolatione theologiæ.

TAMBERLANES (Ventid.) ad legem Falcidiam, Romæ An. 1582. commentatus eſt.

TAMBURELLUS (Dar.) Italus, Anno 1618. obiit. Edidit tacito ſuo nomine quæſtiones definitas ex triplici philoſophia, rationali, naturali & morali, fol. Anno 1613. Vid. *Alegambe, pag. 89.*

TAMBURINUS (Aſcanius) ſtruxit 3. tomos de jure abbatum, Anno 1640. fol.

TAMBURINUS (Joh. Bapt.) Anno 1582. floruit. Vid. *Bumaldus pag. 132.*

TAMBURINUS (Thom.) librum de miſſæ ſacrificio An 1665. vulgavit.

TAMPINUS (Matth.) Recanatenſis, vitam Hugonis Capeti ſtilo expreſſit.

TANARIUS (Vincent.) Anno 1641. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 231.*

TANCREDUS, Bononienſ. gloſſator juris, Anno 1230. vixit. Scripſit de ordine judiciario.

TANCERDUS (Lat.) Camerotanus, condidit

dīdit 3. libros de fame & ſiti An. 1607: Vid. *Linden pag. 414.*

TANCREDUS (Vincent.) de matrimonio ſcribere aggreſſus eſt, Panormi An. 1648. fol.

TANDLERUS (Tob.) reliquit diſſertationes phyſicomedicas: item, decadem quæſtionum chirurgicarum, An. 1610.

TANGMARUS, geſta Bernwardi, epiſcopi Hildeſienſis, in literas retulit.

TANIUS (Joh. Pet.) Romanus, paravit indicem in Horatium. Vid. *Alegambe, pag. 263.*

TANNERUS (Adamus) Tirolenſis, Anno 1632. obiit. Ingolſtadii theologiam ſcholaſticam profeſſus eſt. Colloquio Ratisbonenſi, An. 1601. Inſtituto, interfuit. Compoſuit aſtrologiam ſacram: diſpp. theologicas in omnes Thomæ partes, &c. Videatur *Alegambe, pag. 4.*

TANNERUS (Matth.) edidit incruentum ſacrificium: judicium grave à domo DEI: martyres ſocietatis Jeſu, Pragæ An. 1675.

TANSILLUS (Luc.) Neapolitanus, *Ghillino vol. 1. pag. 159.* celebratur.

TANSTETTERUS (Georg.) mathematicus, An. 1512. floruit Viennæ. Dicunt, eum Imperatoris Maximiliani mortem aliquot annis prævidiſſe: ac *W. Lazio* adhuc puero vaticinatum eſſe, ipſum maximum futurum philoſophum, medicum & variarum artium peritum. Utroq; fidem factis aſſecutus eſt. Hæc *Ederus.*

TANTIUS (Franc.) An. 1602. obiit. In magiſtrum Sententiarum commentari cœpit. Vid. *Waddingus, pag. 136.*

TANUSIUS Geminus, Ciceronis æqualis, hiſtoriam reliquit. Mentio ejus apud *Suetonium in Cæſ. c. 10. Plutarchum in eodem, Senecam epiſt. 93, &c.* occurrit.

TAPIA (Carol.) collegit deciſiones Neapolitanas, An. 1626. fol.

TAPPERUS (Ruard.) Enchuſa Batavus, An. 1559. obiit. Expoſitiones articulorum in religione controverſorum vulgavit. Vid. *Sweertius, pag. 668. Val. Andr. in faſt. Lovan. pag. 105.*

TAPPIUS (Jac.) de tabaco & ejus abuſu ſcribere inſtituit.

TARRAFA (Franc.) Barcinonenſis, geſta regum Hiſpaniæ brevi ſcripto expoſuit, An. 1553.

de TARANTA (Valaſc.) Regis Galliæ protomedicus, An. 1382. floruit. Compoſuit philonium pharmaceuticum & chirurgicum.

de TARANTASIA (Pet.) Vide, INNOCENTIUS V.

TARDINUS (Joh.) Turnonenſis, librum de pilis conſtruxit An. 1619.

TARDIVEL (Joh.) in prædicamenta, An. 1524. commentatus eſt.

TARDOLUS (Lucas) celebris medicus, in puteo miſerrimè periit. Vid. *Pierius Valer. de infel. lit. pag. 108.*

TARINUS (Joh.) Andegavenſis, philocaliam Origenis ex regia Bibliotheca Pariſienſi imprimi curavit. Vid. *Lambecius T. 3. Biblioth. Vindob. pag. 74.*

TARNOVIUS (Joh.) celebris theologus, natus eſt An. 1586: obiit Anno 1629. Reliquit exercitationes Biblicas: comment. in prophetas majores & minores: item, in pſalmos pœnitentiales, &c. Vid. *Henningus Witte in Theol. pag. 318.*

TRANOVIUS (Paulus) natus eſt Anno 1562: deceſſit An. 1633. Extant ejus commentarius in Johannem Evangeliſtam: tres libri de conjugio: tres alii de miniſterio: tract. de Trinitate contra Socinum, &c. Vid. *Henning. Witte in Theol. pag. 362.*

TARPHON (Rabbi) A. M. 3840. vixit. Quidam eundem eſſe exiſtimant cum Tryphone, cujus *Juſtinus martyr* meminit. Vid. *Gans, in Z. D. pag. 99.*

TARQUITIUS, librum de viris illuſtribus confecit, teſte *Lactantio l. 1. c. 10. Ammianus Marcellinus l. 25.* laudat Tarquitianos libros de rebus divinis. Vid. *Macrobius ſat. 3. 7. Glandorpius, pag. 829.*

de TARRADE (Steph. Mich.) de amplitudine beneficiaria tractavit. Liber prodiit Pariſ. An. 1646. fol.

TARRÆUS (Hebius) nobilis à Sperga, ſcripſit ſatiram & epigrammata, A. 1612. Genuinus autor eſt *Caſpar Barthius.* Vid. ipſe *Barthius in Celeſtina, pag. 376.*

TARRÆUS (Lucillus) Ταῤῥαῖος, Cretenſis, condidit hiſtoriam urbis Theſſalonicenſis, teſte *Stephano* in Θεσσαλονίκη: tres libros adagiorum, teſte *eodem in* Τάῤῥα: item, ſcholia in Argonautica Apollonii. Tarrhæi proverbia edidit *Aldus* Venetiis An 1505. Vid. *Meurſius in Creta pag. 241. Berckelius in fragment. Steph. pag. 42.*

TAR-

TARRUTENUS (Paternus) JCtus, tempore Commodi Imp. occiſus eſt. Reliquit 4. libros rerum militarium. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 1, 40. Bertrandus pag. 175.* Quære, PATERNUS.

TARRUTIUS (L.) *Solino* mathematicorum nobiliſſimus appellatur. Scripſit Græcè de aſtris, quemadmodum ex *Plinii* indiculo autorum colligere licet. Ejus etiam *Cicero 2. de Divinat.* meminit, ubi familiarem ſuum vocat & tanquam Chaldæis rationibus eruditum commendat. Alii ex L. Tarrutio *L. Aruntium* faciunt, invito *Voſſio de ſcient. mathem. pag. 447. in Addendis.*

TARSA. (R. Samuel.) Vide, SAMUEL & SARSA.

TARSIA (P. Ant.) carmine Europam celebravit Anno 1662. Extat ejusdem tract. de rebus Cuperſanenſium, Mantuæ An. 1649. impreſſus.

de TARTAGNA (Gabr.) Burdegalenſis, in caput tertiæ Fen primis canonis Avicennæ commentatus eſt Anno 1534. fol.

TARTAGNUS (Alex.) Imolenſis, Anno 1477. obiit. A quibusdam veritatis pater: item, aureus & immortalis doctor appellatus eſt. Condidit lecturas in Digeſtum vetus & novum. Vid. *Bumaldus pag. 13. Guido Panzirolus, 2, 112. Ghilinus vol. 2. pag. 11.* Quære, IMOLENSIS.

TARTALEA (Nicol.) Brixianus, Anno 1566. mortuus eſt. Reliquit inſigne opus de numeris & menſuris. Vid. *Thuanus l. 19. Ghilinus, vol. 2. pag. 200.*

TASCHERIUS (Joh.) Anno 1580. floruit. In Evangeliſtas commentatus eſt.

TASCIUS Victorianus, Apollonii Tyanei vitam è *Nicomachi* ſchedio exſcriptam edidit, teſte *Sidonio, l. 8. epiſt. 3.*

TASSARA (Ant.) JCtus, ſcripſit de notariorum exceſſibus & erroribus, Anno 1590.

TASSINUS edidit ante paucos annos principales urbes & loca præcipua Galliæ cum brevi deſcriptione.

TASSIUS (J. Bapt.) Bruxellenſis, Anno 1614. obiit. Hiſtoriam Belgicorum tumultuum octo libris complexus eſt, teſte *Swertio.* Videatur *Donatus Calv. pag. 238.*

TASSIUS (Joh. Adolf.) matheſin in gymnaſio Hamburgenſi profitetur. Emiſit geometriam empiricam Joach. Jungii una cum præfatione. Vid. *Placcius, pag. 58.*

TASSONIUS (Hildovinus) Anno 1441. obiit. Geſta abbatum Lobienſium literis conſignavit.

TASSONUS (Alexand.) Mutinenſis, ſuperioribus annis claruit. Struxit poëma egregium, quod *Situlam* appellavit, bellum ſcil. ob ſitulam inter Mutinenſes & Bononienſes exortum: in quo gravitas facetiis miſcetur: item, animadverſiones in *Petrarcham*, in quibus pleraque Petrarchæ vel tanquam vitioſa reprehendit vel tanquam abſurda & inepta irridet atque rejicit. Hiſtoriam eccleſiaſticam quoque compoſuit, in qua plurimis in rebus à *Baronio* diſſentit. Id lepidum, quod ſe cum *ficu* pingi voluerit, ut innueret, ſe plurimorum annorum laboribus defunctum, vix mercedis tantum accepiſſe, ut ad unius fici æſtimationem accederet. Vid. *Nicius Erythræus part. 1. Pinacoth. pag. 185.*

TASSUS (Bernh.) Bergomenſis, carmina & epiſtolas elaboravit. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 31. Donatus Calvus, pag. 84.*

TASSUS (Fauſtinus) Berg. Anno 1597. obiit. Erat hebraicè doctus. Edidit tract. de adventu Meſſiæ: item, explicationem orationis Jeremiæ prophetæ. Vid. *Waddingus in S.O.M. pag. 108. Donatus Calvus pag. 130.*

TASSUS (Torq.) Bernhardi filius, Anno 1595. obiit. Dialogos concinnav[illegible] item, carmina & orationes. *Thuanus l. 113.* vocat virum admirabili & portent[illegible]ſo ingenio. Vid. *Ghilinus vol. 1. pa[illegible] Imperialis in Muſeo pag. 132. Tol[illegible]us de Inf. lit. pag. 25. Borremanſ. de poët. [illegible]. 17.*

TATARETUS (Pet.) collegit reportata in 4. libros Sententiarum, Vener. Anno 1617. fol.

TATAOS (Georg. Kovaos) ſcripſit de epilepſia, An. 1670: item, Herculem verè cognitum, Lugd. anno eodem.

TATIANUS, Τατιανὸς, S. Juſtini diſcipulus, A. C. 170. floruit. *S. Hieronymus* Syrum facit. Varia exaravit. Supereſt hodiè ejus liber contra Nationes. Vid. *Euſebius in H.E. 4, 37.* Tandem in errorem lapſus ſectam *Encratitarum* inſtituit. Vid.

Vid. *Ph. Labbe Tom. 2. diſſert. de S. E. pag. 378. Valeſius in Euſebium pag. 84. Olearius in Abaco, pag. 441.*

TATINGHOFIUS fabricavit clavem philoſophiæ antiquo-novæ, An. 1655.

TATIUS (Achilles.) Vide, ACHILLES.

TATIUS (Marcus) exaravit poëmata, Anno 1573.

TAVARDUS (Joh.) JCtus, egit de interdictis & actionibus, An. 1600.

TAUBMANNUS (Chriſt.) edidit collegium juridicum, An. 1645.

TAUBMANNUS (Frid.) Wonſeſio Francus, natus eſt An. 1565: obiit An. 1613. Witebergæ poeſin & literas humaniores per 18. annos profeſſus eſt. Compoſuit comment. in Plautum & Virgilium. Præceſſit obitum ejus *ſignum* non contemnendum. Inter primos ſtatim dies morbi ſui, quo extinctus eſt, (inquit *Eraſmus Swidius in ejus parentatione*) mane expergefactus viſus eſt ſibi videre prope lectum ſuum arcam oblongam, & in ea virum ſibi ſimilem jacentem. Cumque initio deceptionem viſus aut imaginationem inanem eſſe putaret, elevato capite prodigium attentius aſpexit & rem ſeſe aliter non habere deprehendit. Vid. *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 187. Quenſtad. pag. 176. Henn. Witte in memor. philoſ. pag. 83. Barth. Adv. 16, 3.*

TAUERNERIUS (Joh.) Anno 1558. obiit. Tractavit de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia.

TAUFRERUS (Joh.) Labacenſis Carniolanus, natus eſt Anno 1584: obiit An. 1617. Argentinæ theologiam docuit. Scripſit de abſoluto decreto contra *Joh. Piſcatorem.*

TAULADANUS (Rob.) Aquitanus, animadverſiones in *Joh. Braceſchum*, Galeni interpretem, adornavit.

TAULERUS (Joh.) An. Chr. 1379. obiit. Condidit librum de novem gradibus perfectionis Chriſtianæ: tractatum de virtutibus: ſpeculum & exemplar Domini Jeſu Chriſti, &c. Quidam eum ſuſpectum habent circa fidem: contra defendit ipſum *Lud. Bloſius.* Vid. *Quenſtadius pag. 143. Olearius pag. 267.*

TAURELLUS (Andr.) Divionenſis, JCtus, exaravit orationem, cui titulus, lyra Orphei de harmonia triplicis mundi, divini, ætherei & elementaris, A. 1627.

TAURELLUS (Jac.) Fanenſis, in Peruſino gymnaſio Horatium publice interpretatus eſt. Vid. *Hieron. Magius 1. Var. lect. cap. 11. Manutius pag. 1. not. in Cic. epiſt. famil. pag. 128.* vocat virum optimum, exquiſitæ doctrinæ, præſtantis ingenii.

TAURELLUS (Lælius) ſcripſit de liberis & poſthumis An. 1627. Vid. *Scipio Gent. in Parerg. l. 1. c. 7.*

TAURELLUS (Nicol.) Montbelgardenſis, medicus & philoſophus, natus erat Anno 1547: obiit Anno 1606. Altdorfii medicinam publice docuit atque exercuit. Edidit annotationes in opera Arnoldi Villanovani: triumphum philoſophiæ: alpes cæſas contra *Ceſalpinum*: diſcurſiones phyſicas contra *Piccolominæum*: emblemata, &c.

TAURINUS (Joh.) ſcriptis pugnavit contra *Triglandium.*

TAURUS; Ταῦρος; Berytius, philoſophus Platonicus, ſub Antonino Pio Imp. claruit. Scripſit de differentia dogmatum Platonis & Ariſtotelis: de rebus corporeis & incorporeis, &c. Vid. *Suidas & Jonſius de S. H. PH. 3, 9.*

TAUSCHIUS (Caſp.) edidit fontes Salvatoris; matrem doloroſam: tractatum de humilitate, Antv. An. 1643.

TAXONUS (Alex.) Mutinenſis, ignem ex numero elementorum expungere conatus eſt. Rationes ejus lege *l. 1. variar. quæſtion. c. 1.*

TAYGETUS (Joh. Ant.) Brixianus, carminibus innotuit. Vid. *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 1119.*

TAYGETUS (Joh. Ang.) carmina reliquit, quæ ſervantur *Tomo allegato pag. 1118.*

de TAYLON (Joh.) Normannorum hiſtoriam in literas redegit.

TAYLOR (Franc.) Anglus, Targum Hieroſolymitanum in quinq; libros Moſis latine edi curavit, A. 1649. Extat ejusdem examen præfationis *Morini* in Græca Biblia.

TAYLOR (Jerem.) Anglus epiſcopus, Anno 1666. vixit. Caſus conſcientiæ fol. adornavit.

TAYLOR (Thomas) in acta Apoſt. item, in epiſtolam ad Titum commentatus eſt. Extat ejusdem Chriſtus revelatus, Lugd. Anno 1661. impreſſus.

TEATUS, Anglus, mappam S. Scripturæ publicavit.

TEBALDEUS (Ant.) Ferrarienſis, inter poetas aliquem locum occupat. Vid. *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 1142.*

de TECTORIIS (Franc. Maria) ſtruxit compendium medicinæ practicæ Anno 1601.

TECTORINUS (Pet.) verſus & epitaphia exaravit.

TEDERICUS (Jac.) Anno 1370. vixit. In epiſtolam ad Romanos ſcribere aggreſſus eſt.

TEDESCHIUS (Profp.) Florentinus, medicus Patavinus, à *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 335.* memoratur.

TEELINGIUS (Wilh.) Belga, inter theologos refertur.

TEGELIUS (Joh.) condidit hiſtoriam philoſophiæ *Carteſianæ*, An. 1674.

TEGETMEIER (Henn.) analyſin pſalterii & 12. prophetarum minorum, An. 1626. emiſit.

TEGLEATIUS (Steph.) epiſcopus Patrenſis, Cant. canticorum commentario expoſuit, Venet. An. 1510.

TEGNAGEL (Greg.) Lovanienſ. JCtus, edidit methodicam univerſi juris tractationem, teſte *Swertio.*

TEGNAGELIUS (Regner.) Arnhemius, JCtus, Anno 1585. obiit. Scripſit de origine & geſtis Principum Geldrorum: item, methodum utriusque juris. Vid. *Valer. Andr in Faſt. Lovan. pag. 188.*

TEGNAGELIUS (Sebaſt.) JCtus & Cæſ. Bibliothecæ præfectus, veterum monumenta, hactenus inedita pro Georgio VII. aliisque pontificibus vulgavit, An. 1612. Vid. *Lambecius in Bibl. Vien. l. 54.*

TEGRIMUS (Nicol.) Lucenſis, JCtus, patriam hiſtoriam & in ea præcipuè vitam Caſtrucii egregia fide perſcripſit, teſte *Jovio in elog. num 141.*

TEIXERA (Pet.) Luſitanus, de Perſarum regibus commentari aggreſſus eſt.

TELAUGES, Τηλαύγης, Pythagoræ filius, Empedoclis præceptor, ἔγραψε περὶ τετρακτύος βιβλία δ. teſte *Suida.*

TELECLIDES, Τηλεκλείδης, circa Olympiadem LXXXV. claruit. Telchiniacam hiſtoriam epico carmine expreſſit, quam tamen alii *Epimenidi* tribuere malunt. Vid. *Athenæus l. 7.* Fertur etiam ſcripſiſſe comœdias. Ex iis Ἀμφικτυόνας, Ἑταίρους, Ἡσιόδους, Πρυτάνεις, Στερρούς, &c. allegari obſervo.

TELEPHUS, Τήλεφος, grammaticus Pergamenus, Reges Pergamenos & eorum geſta quinq; libris complexus eſt. Adhæc literis mandavit vitas comicorum & tragicorum. Vid. *Suidas & Jonſius de S. H. Ph. 3, 9.*

TELERA (Cœleſt.) Sipontinus, A. 1640. floruit. Opera Cœleſtini V. pontif. è tenebris eruit.

TELES, Τέλης, περὶ αὐταρκείας allegatur à *Stobæo, ſermone 5.*

TELESARCHUS, Τελέσαρχος, ἐν Ἀργολικῷ citatur à *Sexto Empirico l. 1, c. 12. contra mathem.*

TELESIUS (Bernh.) celebris philoſophus, reliquit novem libros de rerum natura, Neapoli Anno 1588. impreſſos. Vid. *Imperialis in Muſeo, pag. 79.* Item, *Sorellus de hominis perfectione, pag. 415.*

TELESTES, Τελέστης, Comicus, Olympiade XCV. claruit. Fecit dithyrambos, item, comœdias. Ex comœdiis Ἀργὼ & Ἀσκληπιὸς allegantur. Vid. *Suidas.*

TELLERUS (Joh.) Normannus, Anno 1579. obiit. Autor archiconfraternitatis charitatis eſſe fertur. Condidit tabulas caſuum conſcientiæ. V. *Aleg. p. 275. ſ.*

TELLEZ (Balth.) Ulyſſiponenſis, ſummam philoſophiæ univerſæ An. 1640. edi curavit. Vid. *Alegambe, pag. 55. Franccius part. 1. Orb. Imp. pag. 230.*

TEMPELLUS (Guilh.) ſcripſit in dialecticam *Rami* An. 1581.

TEMPESTA (Dominic.) Romanus, vitas pontificum An. 1596. calamo expreſſit.

TEMPLE (Guilh.) Hibernus, priorum 30. pſalmorum analyſin A. 1611. adornavit.

TEMPLERUS (Joh.) theol. Doctor, edidit ideam theologiæ Leviathanis contra *Hobbes*, Lond. An. 1673.

TEMPORARIUS (Joh.) ſtruxit tres libros chronicarum demonſtrationum Anno 1596. fol.

à TEMPSECA (G.) Brugenſis, compoſuit hiſtoriam Atrebatenſem. Vid. *Swertius, pag. 276.*

TENA (Lud.) Accitanus, Anno 1611. claruit. Extat ejus Iſagoge in totam S. Scripturam, Barcinone, Anno 1620. item, commentarius in epiſt. ad Hebræos Toleti fol. Anno 1611. editus. Vid. *Rivetus T. 2. Oper. pag. 892. 906. 908.*

TENCARARIUS (Jac.) JCtus, An. 1264. floruit. Collegit quæſtiones.

TEN.

TENGLERUS (Udalr.) Suevus, emiſit ſpeculum populare.

TENNAGEL (Phil.) de decernendis proceſſibus commentatus eſt Anno 1626.

TENNEURIUS (Jac. Alex.) ſcripſit adverſus *Chifletii* vindicias Hiſpan. Pariſ. Anno 1651. fol. Vir multæ eruditionis eſſe prædicatur.

TENNINUS (Laurent.) emiſit practicam & theoricam juris, Venet. Anno 1588: item, tract. de cautelis An. 1597.

TENNULIUS (Samuel) Belga, h. t. claret. Compoſuit tractatum philologicum de Igne. Extant ejusdem notæ in *Frontinum* de ſtrategemat. *Jamblichum*, de re arithmetica latinè tranſtulit doctiſſimisque notis illuſtravit: ut & fragmentum *Stephani* Byzantini. Excellit etiam in poëſi, prout ejus carmina teſtantur.

TENTUS (Bernh.) *Greg. Leto in Ital. regn. pag. 177.* memoratur.

TENTZELIUS (Andr.) edidit medicinam diaſtaticam: item, exegeſin chymiatricam, Anno 1618.

TEPATUS (Ariſm.) JCtus, collegit ſententias juris canonici, civilis & criminalis, Turini, Anno 1620.

TERELIUS (Dominicus) Lucenſis, condidit 2. libros de generatione & partu hominis, An 1578.

TERENTIANUS, Maurus, juxta *nonnullos* tempore Domitiani Imp. claruit. De eo illud *Martialis 1, 87.* accipiunt:

Tam longe eſt mihi quam Terentianus,
Qui nunc Niliacam regit Syenen.

Voſſius Terentianum Maurum eum exiſtimat, ad quem librum ſuum περὶ ὕψους *Longinus* exaraverat. Terentiani ſuaviſſimum carmen de arte metrica hodienum ſuperat. Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 835. Barthius in Claudian. pag. 793. & in Adv. 15, 2.*

TERENTIUS (Marcus) Varro. Vide, VARRO.

TERENTIUS (Publ.) Afer, A. U. R. 615. obiit. Familiaris fuit Scipioni Æmiliano, usque adeò, ut *Valgius & Memmius* ſcripſerint, eum Scipionis fabulas edidiſſe pro ſuis. Comœdiæ ejus hodie in omnium manibus verſantur. Vitam Terentii *Suetonius Tranquillus* exaravit. In Terentium notas ſcripſere *Weizius*, *Guyettus*, *alii*. Vid. *Glandorpius in O. R. pag. 835. Voſſius de Philolog. pag. 42. Thomaſius de plagio, §. 554.*

TERENTIUS Clemens, JCtus, quando vixerit, non certò conſtat. Viginti libros ad leges elaboravit. Vid. *Guido Pancirolus in JCt. 1, 75. Bertrandus, pag. 97.*

TERENTIUS Scaurus, nobilis grammaticus, tempore Adriani Imp. innotuit. Compoſuit libr. de *Caſellii Vindicis* erroribus. Videatur *Agellius 11, 15.* Eidem tribuitur ſcriptum de orthographia.

TERENTIUS (Joh.) Italus, notas adjecit ad hiſtoriam plantarum *Franc. Hernandi*, Romæ Anno 1651. Vid. *Alegambe, pag. 276.*

TERENTIUS (Joh.) meditationes philologicas hebraicas, Anno 1674: item, notas in Jobum An. 1663. edi curavit.

à TERESIA (Elias) de purgatorio, Anno 1638. commentatus eſt.

TERILLUS (Ant.) tractavit de conſcientia probabili, Leodii, An. 1668.

TERILLUS (Dominic.) Venetus, medicus, ſcripſit de veſicantibus, Venet. An. 1607. Vid. *Linden, pag. 160.*

TERMARIUS, adornavit comm. in Hippocratis oracula, Bononiæ Anno 1667.

TERMINEUS (P.) JCtus, proceſſum juris An. 1601. publicavit.

TERPANDER, Τέρπανδρος, muſicus & poëta, juxta *quosdam* Olymp. XV. juxta *alios* verò Olymp. XXXIII. vixit. *Suida* teſte, νόμους λυρικοὺς πρῶτος ἔγραψεν, i. e. lyricos modos primus compoſuit. Vid. *Tzetzes in Chil. pag. 8. Simſonius in Chronico part. 3. pag. 76. Palmerius in emendation pag. 700. Seldenus in Not. ad Marmora Arundelliana*, &c.

de TERRA RUBEA (Joh.) JCtus, egit de ſucceſſione regia inter patruum & fratris præmortui filium, An. 1586.

TERRAFOCULUS (Palmer.) JCtus, Anno 1256 floruit.

TERSERUS (El. Joh.) compoſuit notas in Geneſin, Upſaliæ An. 1657. fol.

TERTIUS (Alex.) vel TERZIUS, Bergomas, Anno 1662. obiit. Reliquit orationes.

TERTIUS (Franc.) Bergomas, edidit Auſtriacæ gentis imagines, An. 1569. Vid. *Calvus, pag. 166.*

TERTIUS (Joh.) Bergomas, Jobum & Tobiam comm. illuſtravit. Collegit etiam deciſiones aliquot caſuum conſcientiæ. Vid. *Calvus, pag. 212.*

TERTIUS (J. Bapt.) Bergomas, A.1596. claruit. Vid. *Calvus, pag. 238.*

TERTONUS (Ang.) exaravit diſſertationem de rebus ad utramvis terræ mariſq; militiam ſpectantibus, teſte *Naudæo l. 2. de ſtud. mil pag. 523.*

du TERTRE (P.) eſt autor hiſtoriæ Antillarum.

TERTULLIANUS (Q. Septimius) Florens, Carthaginenſis, An. Chr. 200. floruit. Primo orthodoxus fuit; tandem in Montani hæreſin prolapſus eſt. Scripta ejus *Bellarm. in catal. ſcr. eccleſ. pag. 34.* enumerat. Ea noviſſimè edidit Cl. *Rigaltius* cum notis virorum doctorum. In librum de pallio *Claud. Salmaſius* ſeorſim commentatus eſt. Sanctus *Cyprianus* tanti Tertullianum feciſſe dicitur, ut nullum diem ſine ejus lectione prætermitteret. *Guido Panzirolus in JCt.1,50.* eum juris civilis quoq; peritum facit. *Eraſmus in Ciceron. pag. 152.* Tertullianus (inquit) prudens & ſciens obſcuravit malis verbis bonas ſententias, vel ipſo durior Apulejo. Vid. *Scaliger in Primis, pag. 96. Rivetus T.2. Oper. pag. 1091. Valeſius in Euſeb. pag. 24. Olearius in Abaco, pag. 441. Ph. Labbe T.2. diſſ. pag. 380.*

TERTULLIANUS, JCtus, librum unum de caſtrenſi peculio, & octo libros quæſtionum exaravit. Vid. *Bertrandus in JCt. pag 135. Guido Panzirolus* cum antecedente confundere videtur.

de TERVEL (Lud.) Granatenſis, Anno 1630. floruit. Condidit ingens & magnæ eruditionis opus de Indorum Idololatria. Extat quoq; ejus grammatica linguæ Tabololæ. Vid. *Alegambe, pag. 300.*

TERZAGIUS (Jac. Phil.) Mediolanenſis, compoſuit elogia illuſtrium Mediolanenſium, teſte *Ghilino vol. 2. pag. 112.*

TERZAGIUS (Lucil.) Mediolanenſis, A. 1636. obiit. Reliquit tria volumina de peſte: item, orationes. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 185.*

TESCHENMACHERUS (Wernh.) ſtruxit chronicon Cliviæ, Juliæ, Montium, Marchiæ, An. 1638. fol.

TESMARUS (Joh.) exercit. rhetoricas octo libris complexus eſt, Amſterd. Anno 1620.

TESTRADUS (Paulus) ſynopſin doctrinæ de natura & gratia, An. 1633. emiſit. A *Mareſio part. 2. Sylloges diſp. pag. 411.* univerſaliſmi vehemens propugnator dictus eſt.

TETHINGERUS (Joh. Pedius) Tubingenſis, confecit comm. de Wittebergiæ rebus geſtis ſub Ulrico Principe. Extat apud *Simon. Schardium vol. 2. Germ. Script. pag. 56.*

TETIUS (Hieron.) Peruſinus Comes, ſcripſit de ædibus Barbarinis, Romæ Anno 1642.

TETSI (Steph.) de virga Moſaica, A. 1646. nonnulla meditatus eſt.

TETTUS (Scipio) Neapolitanus, tractatum de Apollodoris exaravit: item, bibliothecam ſcholaſticam, A. 1618.

TETZELIUS (Joh.) Pirna Miſnicus, celebris Lutheri antagoniſta, An. 1519. obiit. Vid. *Becmann. in proleg. Bibliothec. Francof. pag. 49. Albinus in chronico Miſnenſi, pag. 342.*

TETZERUS, Anglus, ſcripſit de ſapientia Chriſtiana.

TEUBERUS (Mich.) JCtus, A. 1581. Wittebergæ deceſſit. Collegit quæſtiones juris civilis & Saxonici. Vid. *Thomaſius de plagio §. 555.*

TEUCER, Τεῦκρος, Cyzicenus, edidit volumen de terra aurifera: alterum de Byzantio: Mithridaticarum rerum libros quinq;: de Tyro totidem: totidem rerum Arabicarum: hiſtoriæ Judaicæ libros ſex. Vid. *Suidas.*

TEVENINUS (Clemens) Gallus, homo Romanæ antiquitatis ſtudioſiſſimus & ſcientiſſimus appellatur à *Dion. Lambino in Horat. part. 2. pag. 173.*

TEUPALUS, Τεύπαλος, teſte *Stephano* in Ἀδρία, Ἰλιακὰ compoſuit.

TEUPOLUS (Steph.) celebris Platonicus eſſe dicitur.

à TEUTENBURG (Chriſt.) emiſit diſquiſitionem ad *Monzambanum*, A. 1668.

TEXERA (Joſeph.) An. 1601. obiit. Edidit ſtemmata Franciæ: item, tractat. de ortu & initiis regni Portugalliæ.

TEXTOR (Bened.) Seguſianus, tractavit de ſtirpium differentiis.

TEXTOR (Bernh.) condidit Pandectas ſacrarum concionum, An. 1622.

TEXTOR (Conr.) JCtus, collegit locos communes ſive ſedes materiarum vet. juris, An. 1622.

TEXTOR (Franc. Jammetius) in quaſdam orationes Ciceronis commentatus eſt.

TEXTOR (Joh.) Hægeranus, chronicon Naſſovienſe Anno 1619. publicavit.

TEXTOR (Joh. Raviſius.) Vide, RAVISIUS.

TEXTOR (Joh. Wolfg.) celebris JCtus, h. t. claret. Altdorfii per 7. annos jura magno concurſu profeſſus eſt. Relicta Altdorfina, Anno 1673. Heidelbergam ſeſe contulit. Tractavit de ratione ſtatus Germ. hodiernæ, An. 1666.

TEXTOR (Oliver.) JCtus, de gradibus cognationis ſcribere inſtituit.

THABORITA (Henr.) Friſius, An. 1508. vixit. Conſtruxit hiſtoriam mixtam, i. e. eccleſiaſticam & politicam, teſte *Swertio.*

THABORITA (Vorperus) A. 1538. floruit. Reliquit chronicon Friſiæ

THADDÆUS, de Florentia, ſeculo 13. claruit. Hic omnium primus inter Latinos ſubtilioris philoſophiæ notitiam cum artis medicæ cognitione conjunxit & medicinam feliciſſimè exercuit.

THADDÆUS, Peruſinus, In Eſaiam duobus tomis Anno 1600. commentatus eſt.

THADDÆUS (Joh.) conciliatorium Biblicum An. 1648. adornavit.

THALASSIUS, Θαλάσσιος, monachus, circa A. C. 640. claruit. Reliquit de charitate & vera continentia, nec non de regimine mentis quatuor centurias. Extant Græcè & latinè. Vid. *Olearius in Abaco pag. 443.*

THALES, Θαλῆς, Mileſius, unus è ſeptem Græciæ ſapientibus, Olympiade XLVI. claruit. Quidam Phœnicem faciunt: id quod *Palmerius in Emendat. pag. 445.* improbat. Jonicam philoſophiæ lectam condidit. *Apulejus in Floridis*, geometriæ penes Grajos primum repertorem facit. Juxta *Lactant. 3, 14.* primus de rerum natura: juxta *Minutium* verò omnium primus de cœleſtibus diſputavit. Rerum omnium originem aquam eſſe ſtatuit. Struxit carmen de meteoris, æquinoctiis & aliis. Vid. *Tzetzes in Chil. pag. 36.*

THALETAS, Θαλήτας, Cretenſis, ante Olympiades tempore Lycurgi legislatoris floruit. *Strabo lib. 10. pag. 850.* ἄνδρα μελοποιὸν καὶ νομοθετικὸν appellat, & rythmos Creticos, Pæanas, &c. ei adſcribit. Vid. *Meurſius in Creta, pag. 243. 244.*

THALIUS (Joh.) Northuſanus, ſilvam Hercyniam botanicam elaboravit. Extat in horto medico *Joach. Camerarii.* Vid. *Linden pag. 395.*

THALLELÆUS, JCtus, tempore Juſtiniani Imp. floruit. Inter Βασιλικῶν interpretes Iſidorus, Thallelæus & Theophilus nominantur. Vid. *Guid. Panzirolus in JCtis, 1, 85.*

THALLUS, Θαλλὸς, Syriacam hiſtoriam diligenter tractavit, affirmante *Africano apud Euſebium l. 10. de præparat. Evangel. cap. 3.* Mentio ejus apud *Juſtinum Mart. Tertullianum, Lactantium & Euſebium in Chronico pag. 63.* occurrit.

THALMANN (Bened.) ſcripſit de perſona Chriſti Anno 1578: item, de cœna Domini An. 1587.

THALMANNUS (Joh.) in Canticum canticor. commentatus eſt.

THALYÆUS (Mart.) Hungarus, anatomen Samoſatenianiſmi concinnavit Anno 1634.

THAMERUS (Theob.) profeſſor Marpurgenſis An. 1568. obiit.

THAMYRAS vel THAMYRIS, Θάμυρις, Thrax, antiquus poeta, tempore Argonautarum vixit. Juxta *Clementem Alex.* Doricæ harmoniæ inventor extitit. Κοσμογένειαν ἔγραψε πεντάκις χιλίοις στίχοις, inquit *Tzetzes in Chil. pag. 121.* item, poëma de bello Titanum contra Deos.

THASCIUS Victorinus, ſtruxit epitomen hiſtoriæ Apollonii Tyanei. Vid. *Sidonius Apollinaris 8, 3.* Quære, TASCIUS.

THEAGENES, Θεαγένης, Rheginus, chronographus, tempore Cambyſis Perſarum regis claruit. Meminit ejus *Tatianus in Orat. adv. gentes*: item, *Euſebius l. 10. de præparat. Evangel.* Vid. *Jonſius de S. H. Ph. 1, 9.*

THEAGENES, alius à priori, Carica ſcripſit & Macedonica, quorum mentio apud *Stephanum.* Erat & alius *Theagenes*, grammaticus, ὃς ἔγραψεν εἰς Ὅμηρον.

ρον. Videatur *Suidas in ὑήνεια* & Θεαγένης.

THEAGES, Θεάγης, Pythagoricus, *Stobæo ſerm. 1. pag. 8. 10.* allegatur.

THEARION, Θεαρίων, ἔγραψε περὶ ὀψοποιίας. Meminit ejus *Plato in Gorgia pag. 310.* Vid. *Tzetzes in Chil. pag. 200.*

THEBALDUS (Herm.) emiſit conſultationem de lithotomia vel calculi veſicæ ſectione.

THEBITIUS, Arabs; primus in aſtrologiam introduxit motum trepidationis, quem ideò impugnat *Auguſt. Riccius.*

THEDESCUS (Annib.) conſilium de melancholia hypochondriaca elaboravit.

THEGANUS, Francus, tempore Ludovici Pii vixit & de rebus ab eodem geſtis librum confecit; quem unà cum Francorum annalibus *Pithœus* vulgavit.

THEIL (Joh.) analyſin epiſtolarum dominicalium & feſtivalium An. 1658. compoſuit: Item, carmina.

à THEMESWAR (Pelbartus) Vid. *Eraſmus Smid. in N. T. pag. 475.* Quære; PELBARTUS & OSWALDUS.

THEMISON, Θεμίσων, Laodicenus Syrus, auditor Aſclepiadis Myrleani, Olymp. CLXXXVI. claruit & ſectam methodicam inſtituit. Meminerunt ejus *Seneca epiſt. 95. Dioſcorides l. 7. c. 2. Celſus in proœmio & Plinius 13, 17.* ubi eum ſummum in medicina autorem nuncupat. *Athenæus l. 6.* Themiſonem in Pallenide allegat, qui ſine dubio à priore diverſus eſt.

THEMISTAGORAS, Θεμισταγόρας; condidit librum, quem vocavit βίβλον χρυσῆν, i.e. librum aureum. Teſtis *autor Etymologici Magni*, in Ἀτυμναλαιά.

THEMISTOCLES, Θεμιστοκλῆς, Athenienſis, reliquit epiſtolas, quæ extant.

THEMISTOGENES, Θεμιστογένης, Syracuſanus, tempore Artaxerxis memorioſi claruit. Scripſit de bello inter Cyrum juniorem & Artaxerxem dictum geſto. Meminit ejus *Xenophon initio l. 3.* Ἑλληνικῶν. *Suidas* refert, eum prætereà quædam de patria ſua literis conſignaſſe. Vid. *Tzetzes in Chil. pag. 138.*

THEMISTIUS, Θεμίστιος; philoſophus & orator, tempore Conſtantis, Joviani, Valentis & Valentiniani Impp. vixit. A facundia *Euphradas* cognominatus eſt. *Auguſtinus lib. de categoriis* præceptorem ſuum vocat. Struxit paraphraſin in libros analyticorum poſteriorum. Ejus orationes latinè tranſtulit *Dionyſius Petavius.* Vid. *Boëthius in Cic. pag. 675. Caſſiodorus, pag. 1073. Photius, Cod. 64. Voſſius de philoſoph. pag. 11. & de nat. log. pag. 73.*

de THENIS (Pet.) Lovanienſis JCtus, Anno 1523. obiit. Vid. *Valerius Andr. in Faſt. Lovan. pag. 176.*

THEO, Θέων, Alexandrinus, imperante Theodoſio ſeniore Imp. floruit & novam Euclidis editionem adornavit, in qua Euclidea & melius digeſſit & aliquot locis auxit. Hujus Theonis filia erat *Hypatia*, philoſopha celeberrima, de cujus triſtiſſimo exitu *Socrates* agit in *H. E. 7, 15.*

THEO, Smyrnæus, mathematicus, judicio *Voſſii*, Plutarcho coævus erat. Condidit geometriam, ſtereometriam, aſtrologiam, arithmeticam, muſicam. Supereſt ex iis muſica & arithmetica. Et arithmeticam quidem primus edidit *Iſmael Bullialdus* notiſque illuſtravit. In ea multa referri, quæ alibi fruſtrà quæras, laudatus *Voſſius lib. de ſcient. mathem. pag. 58.* affirmat.

THEO, ſophiſta, progymnaſmata reliquit, quæ *Daniel Heinſius* latinè vertit Anno 1626. Videatur *Voſſius de nat. rhet. pag. 64.*

THEOBALDUS (Pet.) Flander, carmina exaravit.

THEOBALDUS (Zach.) Schlaccowaldo Bohemus, tractavit de bello Huſſitico, Anno 1621.

THEOBAUDUS, monachus, An. 1126. claruit. Acta & miracula S. Prudentii martyris quatuor libris complexus eſt. Edidit *Ph. Labbe Tom. 2. Biblioth. novæ.*

THEOBOLCIUS (Albert.) Polonus, Anno 1611. ætat. 76. obiit. Vulgo Ciceronis ore loqui à viris gravibus judicatus eſt. Contra Arianos celebrem diſputationem habuit. Vid. *Alegambe, pag. 10.*

THEOCHRESTUS, Θεόχρηστος, ἐν πρώτῳ τῶν Λιβυκῶν laudatur à *Scholiaſte*

liaſte Apollonii l. 4. Meminit quoq; ejus *Photius in elencho Autorum.*

THEOCLES, Θεοκλῆς, ſcripſit vitas cæſarum & quidem Græcè, quemadmodum *Caſaubono* & *Salmaſio* videtur. *Vopiſcus in Aureliano* ſcriptorem temporum Cæſarianorum appellat.

THEOCLYTUS, Θεόκλυτος; Methymnæus, Bacchica compoſuit. Vid. *Athenæus.*

THEOCRITUS, Θεόκριτος, Chius, ſophiſta, tempore Artaxerxis Ochi & Philippi Macedonum regis floruit. Condidit, teſte *Suida*, epiſtolas admirabiles: item, hiſtoriam Libycam.

THEOCRITUS, Syracuſanus, Olymp. CXXIII. ſub Ptolemæo Lagi & Ptolemæo Philadelpho claruit. Exaravit 10. eclogas ruſticas: item, Συρίγγια. Vid. *Langbainius ad Longinum pag.* 201. *Palmerius in emendat. pag.* 801.

THEOCTISTUS, Θεόκτιστος; vixit tempore Conſtantini Copronymi & vitam abbatis Nicetæ literis mandavit.

THEOCTISTUS ſententias collegit: Eas allegat *Stobæus, ſermone* 124.

THEOCTISTUS, grammaticus, de orthographia tractavit, teſte *Caſſiodoro in divin. lect. cap.* 30. *pag.* 922.

THEODECTES, Θεοδέκτης, Phaſilites, orator, Olympiade CIII. floruit. Artemiſiæ hortatu orationem funebrem habuit in laudem *Mauſoli*, certantibus ſimul *Naucrate, Iſocrate* & *Theopompo*: in quo certamine quidam Theodecten, alii Theopompum viciſſe tradunt. Rhetoricam metro exaravit. Ab oratoria arte ad ſcribendas tragœdias ſeſe contulit. *Ariſtoteles in Rhetoricis l.* 2. *c.* 23. ejus Ajacem, Alcmæonem, Νόμον, Socratem, *l.* 2. *c.* 26. ejusdem Oreſten allegat. *Agellius* 10, 18. ex *Hygino* memorat, eum in ligata magis, quàm in proſa placuiſſe. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag.* 63. *Thomaſius de plagio* §. 556. *Scheſerus ad rhet. Anonymi, pag.* 83.

THEODECTES, junior, itidem Phaſelites, prioris filius, tempore Ptolemæi Lagi claruit. Struxit 7. libros artis oratoriæ; encomium Alexandri Epirotæ: hiſtorica item & barbarica inſtituta. Vid. *Suidas*

THEODOLUS, poëta. Vide; THEODULUS.

THEODONTIUS, aliàs Paulus Peruſinus dictus eſt. Quære, PERUSINUS.

THEODORETUS, Θεοδώρητος, Cyri epiſcopus, tempore Theodoſii junioris Imp. vixit. Elaboravit quinque libros hiſtoriæ eccleſiaſticæ. Conſcripſit etiam hiſtoriam Sanctorum, Φιλόθεον dictam. Præterea in Pentateuchum, prophetas (excepto Eſaia) & omnes S. Pauli epiſtolas commentatus eſt. Vid. *Niceph. Calliſtus in H. E.* 14, 54. *Tzetz. in Chil. pag.* 179. *Rivetus Tom.* 1. *oper. pag.* 1143. *Ph. Labbe T.* 2. *diſſert. pag.* 388. *Olearius in Abaco, pag.* 444.

THEODORICI (Joh.) Macherentinus, An. 1610. obiit. Salviani libros adverſus avaritiam in certa capp. diſtinxit & ſcholiis marginalibus illuſtravit. Vid. *Sweertius, pag.* 477. *Alegambe, pag* 276.

THEODORICI (Vincent.) Harlemenſis, An. 1526. obiit. *Eraſmum* ſcriptis oppugnavit ſub nomine *Gothofr. Taxandri.* Vid. *Valer. Andreæ in Faſt. Lovanienſ. pag.* 104.

THEODORICUS, abbas monaſterii S. Trudonis. An. 1100. floruit. Vitam S. Romuldi & aliorum ſtilo expreſſit.

THEODORICUS, abbas Benedict. Anno 1200 vixit. De S. Hildegardi duos libros elaboravit.

THEODORICUS de Apoldin Anno 1300. innotuit. Vitam S. Dominic. confecit.

THEODORICUS à Niem, ſcriba pontificius; An. 1410. claruit. Hiſtoriam 38. annorum complexus eſt 4. libris: quorum 3. priores agunt de ſchiſmate univerſali: quartus vero inſcribitur Nemus unionis. Eam primus vulgavit *Simon Schardius* Baſileæ A. 1560. Confer; NIEM.

THEODORICUS (Pet.) tractavit de regalibus, An. 1623.

THEODORICUS; Thuringus, monachus, tempore Rodolfi Habſp. Imp. vixit & octo libros de vita S. Eliſabethæ, Thuringiæ principis, reliquit. Vid. *Henr. Caniſius; Tom.* 5. *lect. antiq. part.* 2. *pag.* 143.

THEODORIDAS, Θεοδωρίδας, Syracuſanus poëta, carmen ſtruxit, quod extat apud *Athenæum lib.* 11. Quidam ejus Κενταύρους: item, τριόδους ἢ ρωπικὰ [illegible] allegant.

THEODORUS, Θεόδωρος, Anagnoſtes, unus ex lectoribus magnæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, tempore Zenonis Imp. vixit & duos libros collectaneorum hiſtoriæ eccleſ. conſarcinavit.

THEODORUS, Campidonenſis, monachus S. Galli, An. 680. claruit & præceptoris ſui S. Magni vitam in literas retulit. Vid. *Henr. Caniſius T. 5. Ant. lect. part. 2. pag. 911.*

THEODORUS, Colophonius, poëta, allegatur à *Polluce 4, 7.*

THEODORUS, Gadareus, ſub Tiberio Imp. floruit & certam rhetorum ſectam *Theodoream* dictam, teſte *Quintiliano*, inſtituit. Librum de hiſtoria: item, de Cœloſyria & alia compoſuit. Vid. *Suidas*: item, *Langbainius ad Longinum, pag. 23. Voſſius de nat. rhetor. pag. 64.*

THEODORUS, Hieropolita, edidit librum περὶ ἀγώνων, i. e. de certaminibus. Meminit *Athenæus l. 10.*

THEODORUS, Jaſius, cognomine Κρόνος, dialecticus, *Straboni l. 14. pag. 658.* memoratur.

THEODORUS, Ilienſis, res Troicas expoſuit, teſte *Suida.*

THEODORUS, JCtus, Juſtiniano imperante vixit. *Guido Panzirolus 1, 83. Corippum* ejus meminiſſe exiſtimat hoc verſu: *Hinc Theodorus adeſt patria gravitate magiſter.* In *Pandectarum proœmii inſcriptione* anteceſſor vocatur, i. e. juris interpres.

THEODORUS Metochita, philoſophus, An. 1332. obiit. Tam felicis memoriæ fuit, ut nihil unquam eorum, quæ vel legiſſet vel vidiſſet, oblivisceretur; nihilominus ſtilus ejus non omnium puncta fert, & roſas in ſcriptis ejus quærentibus non rarò ſpinæ occurrunt. Reliquit paraphraſin in phyſicam Ariſtotelis: compendium hiſt. Romanæ, &c. Mortuum laudavit *Nicephorus Gregoras.* Quære, METOCHITA.

THEODORUS, Mopſueſtanus, laudatur ab *Iſidoro Hiſpalenſi in Viris illuſtr. c. 4.*

THEODORUS Panages, ἴχνεσι περὶ γένους κηρύκων, i. e. de genere Cerycum, teſte *Etymologo* in ἡμερεκαλλές. Κήρυκες familia eſt Athenienſium dicta à Ceryce Mercurii filio.

THEODORUS Prodromus, Cotyæus, Phrygiæ epiſcopus, Anno 444. floruit. Vulgo *Cyrus Prodromus* vocatur, malè. Κῦρος apud poſteriores Græcos idem eſt quod κύριος, i. e. merus honoris titulus. Vid. *Damke in Agapet. pag. 200.* Reliquit Τετράστιχα jambica & heroica in capita veteris & novi Teſtamenti. Edita ea ſunt Baſileæ An. 1536. Extant etiam novem ejus libri de amoribus Rhodanthes & Doſiclis, quos *Gilb. Gaulminus* Pariſ. An. 1625. imprimi curavit. Dialogus de amicitia apud *Stobæum pag. 622.* occurrit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 127.*

THEODORUS, Raitenſis, An. C. 460. floruit. Struxit 15. libros de incarnatione. Vid. *Ph. Labbe, T. 2. diſſ. pag. 399. Rivetus T. 2. Operum, pag. 1148.* Quære ſuprà, RAITU.

THEODORUS, Rhodior. imperator, à *Suida in μουσικῷ δράματι, ἐν ὑπομνήμασι* allegatur.

THEODORUS, Samothrax, à *Ptolemæo* allegatur apud *Photium Cod. CXC.*

THEODORUS, Sebaſtenus, & THEODORUS, Sidetes, hiſtorici *Cedreno in proœmio* memorantur.

THEODORUS, Studita, An. Chr. 826. obiit. Exaravit epiſtolas ſupra ducentas. Extant etiam ejus catecheſes & homiliæ, partim ab *Andr. Schotto*, partim à *Job. Livineio* Antv. editæ. Vitam ipſius compoſuit *Theodorus Daphnopates*, quæ dicitur extare Auguſtæ Vindelicorum. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. p. 402. Olearius, pag. 448.*

THEODORUS (Jacob.) Tabernæmontanus, medicus, An. 1590. obiit. Acidulas Swalbacenſes inveniſſe traditur. Reliquit herbarium copioſiſſimum: item, theſaurum acidularum & hiſtoriam thermarum.

THEODORUS (Vitus) Anno 1548. deceſſit. Norimbergæ in æde S. Sebaldi concionatorem ſe geſſit. In tota Biblia Germanica annotationes breves confecit. Vide, DIETERICUS.

THEODOSIUS, Θεοδόσιος, Tripolites, tempore Pompeji Magni claruit. Condidit tres libros de ſphærica figura. Eos Græce & latinè edidit *Job. Pena.* Scripſit etiam περὶ οἰκήσεων: item, 3. libros περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν, qui Lutetiæ Pariſiorum in Bibliotheca regia adſervantur.

THE-

THEODOSIUS (Joh. Bapt.) Parmenſis, An. 1553. claruit. Concinnavit medicinales epiſtolas, numero 68.

THEODOTION, Θεοδοτίων, Ponticus, ſub Severo Imp. vixit. Primò Chriſtianus fuit: deinde à Chriſtianis ad Judæos defecit & quartam Vet. Teſt. verſionem Græcam adornavit. Vid. *Rivetus T. 2. oper. pag. 896. Wetſteinius in epiſt. Origenis ad African. pag. 183.*

THEODOTUS, Θεόδοτος, Phœnicia linguâ res Phœnicum compoſuit, quas χαῦτος (aut λαῦτος) teſte *Tatiano in orat. ad gentes*, Græcè transtulit. Meminit ejus *Joſephus l. 1. contra Apionem. Servius* in *Virg.* ejusdem res Iliacas allegat.

THEODOTUS, Athenienſis, ſophiſta, *Philoſtrato de vitis Sophiſt. pag. 553.* memoratur.

THEODULFUS, Aurelianenſis, A. 821. obiit. Condidit 6. libr. carminum: tract. de Spiritu S. librum de ordine Baptiſmi, &c. Opuſcula ejus *Jac. Sirmondus* imprimi curavit An. 1646. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 406. Olearius, pag. 448.*

THEODULUS, tempore Zenonis Auguſti claruit. Eclogam exaravit, in qua miracula Vet. Teſt. cum poetarum fabulis comparantur. Incipit: *Æthiopum terras jam fervida torruit æſtas, &c.* Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 195. Dietericus, part. 1 Ant. Bibl. pag. 127. Olearius in Abaco, pag. 449.*

THEOFRIDUS, Epternacenſis abbas, Anno 1100. claruit. Vitam S. Willebrodi literis conſignavit. Vid. *Bruſchius* de *monaſter. pag. 143. a.* Ejusdem flores epitaphii Sanctorum Anno 1619. prodierunt.

THEOGITON, Θεογείτων, peripateticus, *Stephano* in Τεγαῖα memoratur.

THEOGNETUS, Θεόγνητος, Comicus, Φάσμα ἢ Φιλάργυρον, Φιλοδέσποτον, Κένταυρον, dramata ſic dicta, reliquiſſe fertur. Vid. *Suidas.*

THEOGNIS, Θέογνις, Megarenſis, poëta elegiacus, Olympiade LVIII. claruit. Extant ejus Γνῶμαι vel ὑποθῆκαι. Vid. *Harpocration* in Θέογνις.

THEOGNOSTUS, Θεόγνωστος, monachus, hiſtor. Anno 861. vixit & Ignatii Patriarchæ cauſam hiſtorico libello expoſuit. Vid. *Hanckius in Byzant. ſcript. pag. 251.*

THEOGNOTUS, Θεόγνωτος, grammaticus, ab *Etymologo Græco* in ὕφα & alibi allegatur.

THEON, poëta latinus, *Auſonio epiſt. 4.* vocatur mala bonorum carminum laverna. Vid. *Thomaſius de plagio §. 557.*

THEOPHANES, Θεοφάνης, Byzantius, poſt Juſtinum II. floruit. Reliquit 10. libros, in quibus res geſtæ Juſtini II. Imp. continebantur. Vid. *Hanckius in Byz. ſcr. pag. 674.*

THEOPHANES, Cerameus, homilias in evangelia & feſta confecit, quæ prodierunt Pariſ. A. 1644. fol. curante *Franc. Scorſo.* Vide, CERAMEUS.

THEOPHANES, teſte *Laërtio l. 2.* de pictura tractavit.

THEOPHANES, Heracleopolita, phyſicus, *Stephano in* Ἡρακλεόπολις memoratur.

THEOPHANES, Lesbius, tempore Pompeji Magni, cui admodum familiaris erat, floruit. *Tacitus* refert, Græcos ei defuncto cœleſtes honores tribuiſſe. *Strabo l. 3.* inter illuſtres Mitylenæos reponit. Reliquit ἱστορικά. Confer *Strabonem l. 11. pag. 503.*

THEOPHANES, Confeſſor, circa An. C. 780. claruit. Extat ejus chronicon. Vid. *Hallerv. in B. C. pag. 386. Zeiller. part. 2. pag. 147. Mart. Hanckius in Byz. ſcript. pag. 200.*

THEOPHILUS, Θεόφιλος, Alexandrinus, An. 412. obiit. Tractavit de cyclo Paſchali. Vid. *Ph. Labbe Tom. 2. diſſert. pag. 409.*

THEOPHILUS, Antiochenus epiſcopus, An. 170. floruit. Struxit commentarium in quatuor Evangelia: & tres libros ad Autolycum adverſus Chriſtianæ religionis calumniatores. Vid. *Lactantius. 1, 23. Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 411. Rivetus, Tom. 2. Operum, pag. 1091.*

THEOPHILUS, Epidaurius, medicus, Olympiade XCII. vixit. Comœdias conſcripſit, ex quibus Παγκρατιαστής laudatur ab *Athenæo l. 10.* Alii addunt Βοιωτίαν, Ἐπίδαυρον, Ἰατρόν, Νεοπτόλεμον, Προιτίδας, Φίλαυλον. Vid. *Suidas.*

THEOPHILUS, hiſtoricus, *Plutarcho in parallelis* allegatur, ex quo conſtat, ipſum

ipſum Ἰταλικὰ & Πελοποννησιακὰ compoſuiſſe. Meminit Theophili hiſtorici etiam *Ptolemæus in coſmogr. 1, 9.*

THEOPHILUS, JCtus, Conſtantinopoli tempore Juſtiniani Imper. jura docuit. Cum *Triboniano* & *Dorotheo* Inſtitutiones ex vett. Juriſconſultorum inſtitutionibus & commentariis in unum volumen redegit. Pandectas etiam ex vett. JCt. ſcriptis collegit: item, codicem. Adhæc Inſtitutiones in Græcum ſermonem transtulit. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 1, 80. Tzetzes in Chiliad. p. 21.* Theophili proconſulis meminit.

THEOPHILUS, Protoſpatharius, medicus, procudit libros quinque de fabrica corporis humani, quos *Jun. Paulus Craſſus* latine reddidit.

THEOPHILUS quidam librum de agricultura condidit, teſtibus *Varrone* & *Columella, 1, 1.*

THEOPHILUS (Franc.) theologiam paſtoralem, Bruxell. Anno 1626. publicavit.

THEOPHILUS (Nicol.) Flensburgenſis, JCtus, natus eſt Anno 1541: obiit An. 1604. Tractavit de homicidio, tutela, privilegiis ſtudioſorum, &c. Fecit etiam epigrammata. Vid. *Vindingus* in *R. H. pag. 148.*

THEOPHRASTUS, Θεόφραστος, Ereſius, Ariſtotelis diſcipulus, tempore Alexandri Magni claruit. Prius *Tyrtamus* dictus erat, ſed Ariſtoteles ob divinam eloquentiam eum Θεόφραστον appellavit. *Heſychius Illuſtr.* circiter 2000. diſcipulos ludum ejus frequentaſſe aſſerit. *Cicero* eruditiſſimum & elegantisſimum philoſophorum nuncupat. *S. Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum* 107. annos vixiſſe tradit. Scripſit περὶ καιρῶν: περὶ λίθων: χαρακτῆρας ἠθικοὺς. librum περὶ πόθους, &c. Catalogum omnium ſcriptorum Theophraſti *Joh. Meurſius* Anno 1640. collegit. Plura de Theophraſto apud *Diogenem Laërtium* invenies. Junge *Boethium in Philoſoph. pag. 284. Tzetzem in Chiliad. pag. 109. 181. Palmerium in Emend. pag. 617. Voſſium de nat. rhet. pag. 79.*

THEOPHRASTUS Paracellus. Vide, PARACELSUS.

THEOPHYLACTUS, Θεοφύλακτος, Bulgarorum archiepiſcopus, tempore Diogenis Imp. circa An. Chr. 1081. claruit. In 4. Evangelia & omnes S. Pauli epiſtolas commentatus eſt. Vulgò audit S. Chryſoſtomi abbreviator. Videantur *Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 413. Olearius, pag. 451.*

THEOPHYLACTUS Simocattus. Vide, SIMOCATTUS.

THEOPOLDUS (Joh.) carminibus famam ſibi peperit. Vid. *Tom. 6. Del. Germ. pag. 674.*

THEOPOMPUS, Θεόπομπος, Chius, Iſocratis diſcipulus, tempore Artaxerxis Ochi & Philippi Regis Maced. floruit. Struxit Λόγον ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ: epiſtolas varias: librum περὶ εὐσεβείας: θαυμάσια vel admiranda: Φιλιππικά: πόλεμον πελοποννησιακὸν, &c. Philippica, teſte *Diodoro Siculo* & *Photio in Bibliotheca*, 58. libris conſtabant. *Dionyſius Halicarnaſſeus* eum Φιλαληθῆ appellat: contra *Corn. Nepos in Alcibiade* eum cum *Timæo* conjungit & ambos maledicentisſimos fuiſſe ait. Vid. *Meurſius ad Apollonium Dyſcolum pag. 110. Langbainius ad Longin. pag. 110. Voſſius de nat. rhet. pag. 78. Jonſius ad S. H. Ph. 1, 9. Thomaſius de plagio, §. 558.*

THEOPOMPUS, Colophonius, ἐποποιὸς, reliquit Ἁρμάτιον. Vid. *Athenæus l. 4. fin.*

THEOPOMPUS, Comicus, Olympiade CII. claruit. *Hephæſtion* carmen ab eo Θεοπόμπειον dictum ait. Docuit 24 fabulas. ex quibus mihi ſequentes obſervatæ ſunt, Ἄδμητος ἢ Ἡδυχάρης, Ἀλθαία, Ἀφροδίσια, Ἀφροδίτη, Βατύλη, Εἰρήνη, Θησεὺς, Κάπηλος, Καπηλίδες, Μῆδος, Μισογύνης, Νεμέα, Ὀδυσσεὺς, Παῖδες, Παντελέων, Παμφίλη, Πηνελόπη, Πόλεις, Σειρῆνες, Στρατιώτιδες, Τισαμενός, Φινεύς. Confer *Joh. Meurſium in notis ad Apoll. Dyſcolum, pag. 98.*

THEOPOMPUS, Sinopenſis, ſcripſit περὶ Σεισμῶν, i. e. de terræ motibus, teſte *Phlegonte Tralliano l. de admirab. c. 19.*

THEORIANUS, Θεωριανὸς, Anno 1170. floruit tempore Manuelis Imper. à quo ad Armenios, ut eos ab erroribus nonnullis revocaret, miſſus eſt. Extat ejus dialogus habitus cum Armeniis, à *Leunclavio* editus unà cum *Leontio*. Vid. *Phil. Labbe T. 2. diſſ. p. 417. Olearius, pag. 453.*

THEOSEBIUS, Θεοσέβιος, philoſophus, libellum

libellum compoſuit de rebus in magna politia Platonis eleganter dictis. Nullius enim opiniones tam amplectebatur & admirabatur, quàm Platonis. Ex Epicteti ſcholis etiam multa mutuatus eſt. Vid. *Suidas, in* Ἐπίκτητος.

THEOTIMUS, Θεότιμος, ἐν Ἰταλικοῖς laudatur à *Plutarcho in parallel. minor. cap. 8.*

de THERAMO (Jac.) Aprutinus canonicus, circa Annum 1385. claruit. Reliquit conſolationem peccatorum ſive dialogum de redemtione humani generis.

THERONUS (Vital.) Limoſenſis, Anno 1610. claruit & Rupellæ deditionem carmine heroico decantavit. Vid. *Alegambe, pag. 444.*

THESAURUS (Caſp.) JCtus, collegit deciſiones Pedimontanas, Anno 1626. fol. editas.

THESEUS, Θησεύς, hiſtoricus, vitas illuſtrium virorum quinque libris complexus eſt. *Suidas* eidem tres libros Corinthiacorum tribuit. Vid. *Autor Etymologici magni, in* Ἀγρη.

THESEUS (Janus) Italus, inter poëtas numeratur. Videatur *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 1153.*

THESPIS, Θέσπις, Tragicus, Olympiade XLVI. claruit Solonique coævus fuit. *Quidam* ei tragicæ artis inventionem tribuunt. Juxta *Suidam* primus facie fuco illita fabulas agere cœpit. Vid. *Horatius in arte, Seldenus ad marm. Arundellina, pag. 90.*

de THESSALONICA (Joh.) compoſuit librum Scacchorum ſive de diverſis hominum moribus, teſte *Fellero.*

THESSALUS, Θεσσαλός, medicus, Hippocratis Coi filius & diſcipulus, Archelao regi Macedoniæ medicam operam navavit. *Galenus* θαυμάσιον ἄνδρα ac placitorum patriorum obſervantiſſimum appellat.

THESSALUS, Trallianus, tempore Neronis Imp. vixit. Cùm Neroni familiaris eſſet, tanto faſtu intumuit, ut ſe ἰατρονίκην inſcribi vellet in monumento, quod Galeni adhuc tempore viâ Appia extabat. Ab hoc *Methodicorum* ſecta orta eſt. Hippocratis aphoriſmos ſcriptis impugnavit, teſte *Galeno.*

THESSAURUS (Car. Ant.) Taurinenſis, Anno 1640. claruit. Extant practicæ ejus reſolutiones de cenſuris eccleſiaſticis. Vid. *Alegambe, pag. 68.*

THESSAURUS (Emanuel) Sabaudus, Anno 1630. floruit. Edidit genealogiam Chriſti: elogia 12. Cæſarum: item, elogia Patriarcharum. Videatur *Alegambe, pag. 103.*

THESTORIDES, Θεστορίδης, carmina, ab Homero accepta, poſteà in inſula Chio pro ſuis recitavit. Vid. *Thomaſius de plagio, §. 559.*

THETINGERUS (Joh.) Würtembergiam deſcripſit. Vid. TETHINGERUS.

THEVENINUS (Paulus) poëmata elaboravit, Anno 1584.

THEVENOTUS (Nic. Melch.) hoc tempore claret. Brevi Abulfedam, geographum, Arabicè & latinè in lucem dabit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 265. Wagenſeil. in Sota pag. 1046.*

THEVETUS (Andr.) Anno 1555. obiit. *Thuanus l. 16.* literarum imperitum & impoſtorem fuiſſe affirmat. Condidit Franciam antarcticam, i. e. navigationem in Americam. Vid. *Caſaub. epiſt. 586.*

THIARDÆUS (Pontus) Biſſianus, Anno 1605. obiit, ætatis 84. Ab Henrico III. Galliarum rege, Cabilonenſi epiſcopatu donatus eſt. Paulo ante mortem de recta nominum impoſitione commentarium vulgavit & ad Philonis libellos à ſe illuſtratos adjecit. Vid. *Thuanus l. 134. Colomes. in G. O. pag. 101.* Quære etiam, TIARDÆUS.

THIELMANNUS (Cornel.) Bruxellenſis, Anno 1634. obiit. Acta martyrum Japonenſium, Gorcomienſium, Pragenſium, &c. in literas redegit. Vid. *Wadding. in S. O. M. pag. 98.*

THIERR (J. Bapt.) tractavit de dierum imminutione, An. 1668.

THIERRIUS (Joh.) Lingo, JCtus, ſtruxit repertorium aureum ordine alphabetico, Lugd. Anno 1518. Vid. *Tom. 11. Tract. tract.*

THIERRIUS (Joh.) vulgavit definitiones philoſophicas, An. 1654.

THIEULAINE (Maxim.) paravit theſaurum hiſtoriarum & factorum memorabilium, Colon. An. 1664. in 8.

THILINGIUS (Matth.) de fermentatione ſcribere aggreſſus eſt An. 1674.

THILO

THILO (Valent.) edidit panegyricos: it. Curtium oratorem.

à THIMO (Pet.) Brabantus, Anno 1473. obiit. Hiſtoriam Brabanticam tribus tomis abſolvit, teſte *Sweertio*.

THIUS (Ang.) ſcripſit de præcognit. logices, Patav. An. 1547.

THOLDIUS (Chriſt.) emiſit poſtillam logicam in evangelia Dominic. An. 1618.

THOLINGERUS (Joh.) Talmeſſingenſis, gnomas Theognidis latino carmine expreſſit, An. 1558.

THOLOSANUS (Pet. Gregor.) JCtus, ſcripſit de jure univerſo. Vid. *Sorellus de bom. perf. pag. 580.* Quære, GREGORIUS.

THOMÆ (Joh.) confecit tractatum de S. Anna, Colon. An. 1657.

THOMAIUS (Camillus) Ravennas, reliquit methodum curandorum morborum rationalem An. 1550. Videatur *Linden pag. 110.*

THOMAS, Aquinas, natus eſt An. 1224: obiit Anno 1274. Vulgò *Doctor Angelicus* vocatur. Ejus diſcipuli *Thomiſtæ* nominantur. Mortuum Johannes XXII. in numerum ſanctorum retulit. Scripſit quamplurima, inter quæ *Summa Theologiæ* eminet, tantæ æſtimationis, ut eam non modo Græci in ſuum ſermonem verterint, teſte *Chytræo*, verum etiam Arabes & Chinenſes. Opera ejus univerſa 17. tomis Romæ prodierunt. Vid. *Eraſmus ad Rom. c. 1. & 1. Tim. c. 1. Jovius in elogiis, num. 2. Kirchm. de uſu Concord. Bb. 3. Phil. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 418. Quenſtad. pag. 388. Tribechovius de ſcr. eccleſiaſt. pag. 151. Thomaſius de plagio, §. 560. Olearius, pag. 453.*

THOMAS, Cantipratenſis. Vide, CANTIPRATENSIS.

THOMAS, Ciſtertienſis, monachus eruditus, Anno 1170. claruit. Cantici cant. expoſitionem confecit. Vid. *Olearius, pag. 455.*

THOMAS, Gualenſis, Anno 1333. vixit. Metamorphoſes Ovidianas ſecundum ſenſum moralem interpretatus eſt. Liber Pariſiis Anno 1509. excuſus extat. Vid. *Olearius, pag. cit.*

THOMAS, Θωμᾶς, Magiſter, grammaticus, vitam Euripidis literis conſignavit. Prodiit ejusdem collectio Atticarum dictionum, Pariſ. Anno 1532. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 12.*

THOMAS, Ravennas, librum admirabilem de vita hominis ultra 120. annos producenda exaſciavit. Vid. *Quenſtadius, pag. 334.*

THOMAS, Spalatenſis, natus eſt Anno 1200: obiit Anno 1268. Reliquit hiſtoriam Salonitanorum & Spalatenſium. Vid. *Hallerv. in B. C. pag. 393.*

à S. THOMA (Joh.) paravit compendium doctrinæ Chriſtianæ, Brux. Anno 1658: curſum philoſophicum tribus voluminibus, Colon. Anno 1652: curſum theologicum 7. tomis, Lugd. An. 1663.

THOMAS (Hieron.) de vi compulſiva, Anno 1670 commentatus eſt.

THOMAS (Hubert.) Leodius, An. 1556. vixit & comentarium de Tu[illegible]ris & Eburonibus elaboravit Eum *Sim[illegible]n S[illegible]hardius Tomo 1. Germ. ſcript. pag. 336.* exhibet. Prætereà Friderici II. res geſtas 2. libris complexus eſt.

THOMAS (Paulus) Engoliſmenſis, Anno 1617. claruit. Scripſit Lutetiados libros quinque: Rupellaidos libros ſex. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 183.*

de THOMASETTIS (Thomas) collegit flores legum, An. 1608.

THOMASIUS (Balthaſ.) JCtus, tractavit de curatoribus & tutoribus, Patav. Anno 1642.

THOMASIUS (Car.) edidit quodlibeta theologica, Romæ An. 1657. fol.

THOMASIUS (Franc.) Hetruſcus, compoſ. tractatum de peſte, Romæ Anno 1587.

THOMASIUS (Jac.) profeſſor Lipſienſis, hoc tempore claret. Struxit phyſicam: item, ſingularem tractatum de plagio.

THOMASIUS (Mich.) Lactan[illegible]m à ſe correctum publicari curavi[illegible] *C[illegible]. Barthius in Claudian. pag. 890.* [illegible]at præſtantiſſimi ſcriptoris non l[illegible]tum correctorem.

THOMASIUS (Pet.) Ravennas, ob memoriæ præſtantiam *Petrus à mem[illegible]* appellatus eſt. Univerſum juri[illegible] c[illegible]vilis opus cum gloſſis adeò tenaciter memoriæ tradiderat, ut ſingula legum loca percunctantibus ad verbum fideliter recitaret. Confecit comment. In feuda: juris alphabetum: item, libellum de memoria, quem Phœnicem in[illegible]ſcripſerat. Vid. *Guido Panzirolus in JCtis 2, 138.*

THOMASSINUS (Pomp.) *Leoni Allatio in Apibus Urbanis, pag. 229.* memoratur.

THOMA-

THOMATIUS (Ægid.) Cunienſis, JCtus, tractavit de muneribus patrimonialibus ſive collectis Anno 1598. Extat *Tom. 12. Tract. tract.*

THOMINGIUS (Jac.) JCtus, emiſit conſilia An 1608.

THOMSON (Georg.) adornavit vindicem veritatis adverſus *Juſtum Lipſium*, Lond. An 1606.

THOMSON (Guilh.) Anglus, ſtruxit comm. in Cant. Cant. Anno 1585. Extat ejusdem antichriſtus refutatus.

THOMSON (Rich.) Anglus, de amiſſione gratiæ commentatus eſt An 1616.

THOMSON (Th.) clavigerum eccleſiæ, Londini An. 1612. publicavit.

THONERUS (Aug.) conſtruxit quatuor libros obſervationum medicinalium, Anno 1649.

THORINUS (Albanus) natus eſt A. 1489: obiit An 1549. Primus Pauli Æginetæ libros é Græco latiné tranſtulit & notis illuſtravit. Idem C. *Apicii* libros decem de re culinaria partim ſuo marte, partim ad vetuſtum exemplar caſtigavit.

THORIUS (Franc.) Flander, medicus, Anno 1562. claruit. Epigrammata & ſatiras concinnavit.

THORIUS (Raph.) edidit hymnum Tabaci Anno 1628. Vid. *Colomeſius in Cimeliis, pag. 162.*

THORNDICIUS (Herbert) condidit origines eccleſiaſticas, A. 1674: item, tractatum de ratione & jure finiendi controverſias eccleſiæ, Lond An. 1670. fol.

THORNTONIUS (Gib.) capitalis Angliæ juſtitiarius, A. C. 1292. vixit & *Brattonium* de legibus & conſuetudinibus Angliæ in compendium redegit, teſte *Seldeno.*

THORNUS (Guilh.) Tullium vel rhetorem, Oxoniæ Anno 1592. edi fecit.

THOROMACHUS, hiſtoricus, chronicon reliquit, quod *Caniſius Tomo 2. Ant. lect.* inſeruit.

THRASEAS (L.) Pætus, Stoicus, á Nerone occiſus eſt. Inter eruditos ſcriptores locum ſibi poſtulat propter librum de vita Catonis Uticenſis, quem non ſemel advocat *Plutarchus in vita Catonis minoris* Vid. *Jonſius de ſcr hiſt. ph 3, 5. pag 230.*

THRASYALCES Θρασυάλκης, antiquior ſcriptor Ariſtotele, ex quo ipſe Ariſtoteles nonnulla mutuatus eſt, teſte *Strabone l. 17. pag. 790. Conf. eundem l. 1. p. 29.*

THRASYBULUS, Θρασύβυλος, ab *Etymologo Græco in* Δωδωναῖος: item, *à Scholiaſte Hom. in Iliad. pag. 276.* allegatur.

THRASYLLUS, Θράσυλλος, celebris mathematicus, tempore Tiberii Imp. claruit. *Plutarchus* Phliaſium fuiſſe refert. Scripſit lib. de muſica & harmonia. Ex eo nonnulla *Theo Smyrnæus l. 2. math* allegat. Ex *Laërtio* diſcimus, eum reliquiſſe etiam librum περὶ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων. V. *Jonſ. in ſcr. hiſt. Ph. 3, 3.*

THRASYMACHUS, Θρασύμαχος, Chalcedonius, primus animadvertit, in ſoluta etiam oratione, dummodo carminis modulos fugiamus, numerum quendam ſervari oportere: primusque in ea cola ac periodos obſervavit. Teſtes *Cic. in oratore, Dionyſius Halicarn & Suidas.* Thraſymachus in Ἐλέοις ab *Ariſtotele in Rhet. 3, 1.* adducitur. Vid *Philoſtratus in ſopiſt pag. 534. Voſſius de nat. rhet. pag 70.*

THRIVERIUS (Jerem.) in artem Galeni commentari cœpit. Ejusdem methodus medicinæ An. 1592. prodiit.

THRUSTON (Malach.) tractavit de reſpirationis uſu, An. 1671.

THUANUS (Jac. Auguſt.) natus eſt Anno 1553: obiit Anno 1617. Condidit hiſtoriam rerum per totum orbem geſtarum ab A. C. 1545. usq; ad A. 1608. ſtilo luculento. Extant ejusdem hieracoſophion ſive de re accipitraria libri tres: item, conſtantia Jobi, Eccleſiaſtes, Threni Jeremiæ, &c. Vid. *Tom. 3. Del. Gall. pag. 922.* Vitam ſuam ipſe prolixè deſcripſit. *Conr. Rittershuſio ad Salvianum* incomparabilis noſtri temporis hiſtoricus nuncupatur. *Anonymus in Biblioth. Politica curioſa* notanter: Præcipuo loco ponendus eſt Thuanus, parlamenti Pariſienſis præſes, ſcriptor eloquentia, doctrina, libertate, prudentia & fide nemine inferior, præſertim in rebus Gallicis, quibus ipſe interfuit; in reliquarum gentium hiſtoria non parè ubiq; fidem meretur, quia alios ſequi neceſſum habuit. Unde factum, ut etiam ſtilus ejus alicubi diverſus deprehendatur. Verba namq; autorum, quibus uſus eſt, plerumque retinuit. Quæ ad religionis hiſtoriam pertinent, ſumma æquitate & moderatione quanquam religioni pontificiæ addictus tractavit, idcirco *Politicocatholicus* appellatur: à quibusdam etiam ut atheus & profanus traducitur. Vid. *Böclerus ad*

 lib. 2.

lib. 2. Tac. hiſt. 92. Cæterùm præferendæ ſunt editiones Pariſinæ, ab ipſo Thuano procuratæ, prima editio Anno 1604: & Genuenſis, in qua nonnulla autoris juſſu ab editore *G. Mich. Lingelsheimio* expuncta, ſingulisq; libris præmiſſus indiculus ſcriptorum, quibus in concinnanda quaque parte hiſtoriæ uſus erat. *Hæc ibi.* Plura *Barlæus in epiſt. pag. 961. Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 146. & part. 3. pag. 237. Funccius Tom. 1. O. I. pag. 442.* aliique dabunt.

THUARTIUS (Vict.) apologiam pro Francogallis, Pariſ. A. 1610. exaravit.

THUCYDIDES, Θουκυδίδης, Athenienſis, hiſtoricus, tempore belli Peloponneſiaci, quod ſecundo anno Olympiadis LXXXVI. cœperat, floruit. Vid. *Agell. l. 15. c. 23.* Dictum bellum Thucydides octo libris complexus eſt. Eum *Demoſthenes* tanti fecit, ut octies ſua manu deſcripſerit, teſte *Luciano T. 2. pag. 755.* Judicia *Lipſii, Caſauboni, Coleri,* &c. vide apud *Wbear in releſt. hiſtor. pag. 75. & ſeq.* Adde *Voſſium de nat. rhet. pag. 68.*

THUILIUS (Joh.) An. 1630. Patavii obiit. Fecit annotationes in *Alciati* emblemata. Vid. *Rhodius de ſcr. ſuppoſ. pag. 6.*

THULDENUS (Adolph.) continuavit *Brachelii* hiſtoriam hujus temporis.

THULEM (Henr. Gunth.) compoſuit 2. libros de variis ſiclis & talentis Hebræorum, Erfurti, An. 1676.

THUMMERMUTH (Werner.) JCtus, egit de compromiſſo feudali, Anno 1643. fol.

THUMMIUS (Theod.) celebris theologus, An. 1625. clar. Tractavit de impietate Weigeliana & Photiniana: item, de majeſtate carnis Chriſti in ſtatu exinanitionis, &c. Vid. *Micrælius, pag. 416.*

THURINUS (Andreas) Piſcienſis, ſcripſit de curatione pleuritidis per venæſectionem: item, de cœna & prandio. Opera ejus prodierunt Romæ, Anno 1545. fol. *Linden pag. 36.*

THURIUS (G.) Hungarus, carmina elaboravit. Vid. *J. P. Lotich. part. 4. B. P. p. 141.*

THURMANNUS (Caſp.) promiſit catalogum omnium Juriſconſultorum.

THURNAI (Simon) Anno 1201. vixit. *Matth. Paris in Hiſt. Anglicana pag. 198.* horrendam *Hiſtoriam* de eo memorat: Ipſis quoq; diebus quidam Magiſter Parilienſis, natione Francus, nomine *Simon*, cognomento *Thurnai*, ingenio capaciſſimus & memoria tenaciſſimus, cum per decennium ſcholas artium nobiliſſimè rexiſſet, utpote in trivio & quadrivio, i. e. in 7. liberalibus artibus periciſſimus, ſe contulit ad theologiam, in qua cum annos paucos deſudaſſet, adeò profecit, quod digniſſimè cathedram aſcendit magiſtralem. Legit igitur ſubtiliter valdè & ſubtilius diſputavit, quæſtiones difficillimas & inauditas ſolvendo & eleganter dilucidando: tot habuit auditores, quot ampliſſimum palatium potuit continere. Una igitur dierum cùm nimis profundis rationibus in medium propoſitis de Trinitate ſubtiliſſimè diſputaſſet, & dilata fuiſſet determinatio uſque in craſtinum, omnes theologi ſcholares in civitate præmuniti ad audiendum tot quæſtionum inexplicabilium ſolutiones ad ipſius ſamoſam ſcholam certatim & catervatim confluxerunt. Determinavit igitur Magiſter omnes prætactas quæſtiones, & quæ videbantur omnibus inenodabiles, tam dilucidè, tam eleganter, tam catholicè, ut omnes auditores redderet ſt[illegible]peſactos. Et poſt determinationem a[illegible]ſerunt quidam ipſius familiariores & ad diſcendum avidiores, poſtulantes [illegible] Ma[illegible]ſtro, ut eo dictante quæſtiones literis commendarent: dixerunt namq[illegible]e, indignum eſſe & jacturam irreſtau[illegible]ab[illegible]em, ſi memoria tantæ ſcientiæ d[illegible]ret. Quibus ipſe elatus & major ſibi [illegible] ait oculis ſublevatis & temerè [illegible] in cachinnum, *O JESULE, JESU[illegible] quantum in hac quæſtione confirm[illegible] tuam & exaltavi: profectò ſi mal[illegible] adverſando vellem, fortioribus ar[illegible] & rationibus ſcirem illam infirma[illegible] deprimendo improbare.* Et hoc [illegible] linguis penitus obmutuit, non tan[illegible]m mutus, ſed idiota & ridiculoſè inta[illegible]uatus nec poſteà legit vel determinavit: & [illegible]ctus eſt in ſibilum & deriſum omnibus, qui hoc audierant. Vir igitur intra bienni-um didicit literas co[illegible]noſcere. [illegible]o-ne aliquantulum mitigata, a filio ſuo quodam diligenter edocente [illegible]x potuit pater noſter & ſymbol[illegible] diſcere, retinere & bal[illegible]utiendo pronunciare. Hoc igitur mi[illegible] multorum ſcholarium ſup[illegible]t arrogantiam & jactantiam [illegible]cnavit. Hæc vidit

vidit Magiſter *Nicolaus de Fuly*, vir magnæ authoritatis, qui poſteà *epiſcopus Dunelmenſis* factus fuit, ex cujus relatu & certo teſtimonio hæc literis commendavi, ne vetuſtas tantum miraculum aboleret, eodem epiſcopo ſuadente. Hucusque *Matthæus*. Confer *Mart. Guichardi Noctes Granzovianas cap.* 24. *pag.* 421.

THURNHEUSER (Leonh.) Anno 1596. obiit. Extat ejus tract. de exorciſmis: onomaſticon: alchymia magna, &c.

THUROVIUS (Andr.) JCtus, edidit viam regiam ad jurisprudentiam, Anno 1653.

THURRIANUS (Barth.) Genuenſis, exaravit 4. libros de medica conſultatione, Anno 1606. Vid. *Linden, pag.* 96.

THUSCUS (Dominicus) JCtus, An. 1620. obiit. Vid. *Ghilinus vol.* 1. *pag.* 45.

THUSCUS (Leo) onirocritica *Achmetis* latinè tranſtulit & Hugoni Eteriano inſcripſit. Vid. C. *Barthius ad Claudian. pag.* 1324.

de THYERRY (Fr.) JCtus, clavem & œconomiam utriusq; juris publicavit, Anno 1671.

THYLESIUS (Anton.) Conſentinus, carminibus pangendis operam dedit. Vid. *Tom.* 2. *Delit. Ital. pag.* 1154. Quære, TILESIUS.

THYMUS (Urb.) condidit carmen de militis Chriſtiani hoſtibus.

THYMUS (Gothf.) egit de labro æneo, An. 1675. in 4.

THYRÆUS (Herm.) natus eſt An. 1522: obiit An. 1591. Reliquit librum de religionis libertate. Vid. *Aleg. pag.* 180.

THYRÆUS (Pet.) Novetienſis, A. 1610. mortuus eſt Scripſit tractatum de apparitionibus, quarum fit mentio in Vet. & Novo Teſtamento. Vid. *Sweertius, pag.* 632. *Alegambe, pag.* 401.

THYSIUS (Ant.) theologus reform religionis, natus eſt Anno 1565. Tractavit de prædeſtinatione. Vid. *Joh. Meurſius in Athen. Batav. pag.* 332.

TIARA (Petrejus) Waldrichemius Friſius, natus eſt Anno 1514: obiit Anno 1588. In nova Franeckerenſi univerſitate literas Græcas aliquamdiu profeſſus eſt. Pythagoræ, Phocylidis & Theognidis ſententias latino carmine expreſſit. Dialogos Platonis aliquot latina quoque civitate donavit. Carmina ejus exhibet *Tomus* 4. *Delit. Belg. pag.* 372. Vid. *Sweertius, pag.* 597.

TIARDÆUS (Pontus) A. 1605. vivere ceſſavit. Liber ejus de nominum impoſitione, Lugd. A. 1603. prodiit. Vid. *Thuanus l.* 134. Quære, THIARDÆUS: item, TYARDUS.

TIBALDÆUS (Ant.) Ferrarienſis, poëta, Anno 1537. claruit. Vid. *Jovius in elog. num.* 94.

TIBERIANUS (Junius) poëta. Vide, JUNIUS.

TIBERINUS (Joh. Matth.) An. 1475. deſcripſit martyrium Simonis pueri à Judæis interfecti.

TIBERIUS, Τιβέριος, Imperator, vitam ſuam literis conſignavit. Vid. *Suetonius in Tib. c.* 61. *& in Domitian. c.* 20. Scripſit præterea verſus Græcos & latinos, teſte eodem *Suetonio in Tib. c.* 70.

TIBERIUS, Coruncanus, A. R. C. 474. floruit. Romæ jus docuit, teſte *Pomponio*. Vid. *Guido Panzirolus in JCt.* 1, 7.

TIBERIUS, philoſophus & ſophiſta, conſtruxit 3. libros περὶ ἰδεῶν λόγου: item, librum περὶ λόγου πλέξεως: περὶ διαιρέσεως λόγου: περὶ προοιμίων, &c. Vid. *Suidas*: item, *Scheferus ad rhetor: Anonymi, pag.* 64.

TIBERIUS (J. Bapt.) edidit inſtructionem ordinandorum, Colon. An. 1626. Vid. *Alegambe, pag.* 226.

TIBERTUS (Antioch.) Vide, TYBERTUS.

TIBULLUS, poëta, anno 2. Olymp. CLXXXIV. natus eſt. Reliquit elegias. Laudatur *Ovidio & Quintiliano*.

TIBULLUS (Flaccus) in Helenæ comœdia a *Fulgentio* allegatur.

TICHBURNIUS, Anglus, ſtruxit botrum Canaanis.

TICIDA (C.) poëta, amavit Metellam, quam ficto nomine *Perillam* vocavit. Meminit illius *Ovidius* 2. *Triſt.*

Quid referant Ticidæ? quid MemmI carmen, apud quos
Nomen adeſt rebus nominibusq; pudor.

Fecit epigrammata. Vid. *Glandorp. in O. R. pag.* 839.

TIDEMAND (Pet.) Danus, Chriſtiani IV. res heroicas carmine expreſſit, A. 1608.

TIDICÆUS (Franc.) Dantiſcanus, medicus, Anno 1617. obiit. Struxit microcoſmum.

TIDSTADIUS (Chriſt.) edidit epigrammata Anno 1621. item, poëma de tranſitu Arhuſio-Hafniaco, Anno 1623. Vid. *Bartholinus in Danis*, *pag.* 30. Quære, DIDSTADIUS.

TIFERNUS (Greg.) carminibus famam ſibi conciliavit. Vid. *Tom.* 2. *Del. Ital. pag.* 1171. Quære, TIPHERNAS.

TIGEON (Thom.) Andegavenſis, paravit *anti-mæologicum*, quo demonſtrat, obſtetricibus non eſſe tantum fidendum de virginitate aut defloratione mulieris adulteræ teſtimonium ferentibus, Lugd. Anno 1574.

TIGNOSIUS (Nicol.) Fulginas, tractatum de anima An. 1551. publicavit.

TIGRES, Τίγρης, Car, Batrachomyomachiam, quæ hodie *Homero* tribuitur, juxta nonnullos exaravit. Vid. *P. Joh. Nunneſius in not. ad Phrynichum pag.* 13. item, *Barthius ad Claudian. pag.* 1110. Quære, PIGRES.

TILEMANNUS (Burch. Henr.) concinnavit breviarium juris civilis, A. 1673.

TILEMANNUS (Fr.) Anno 1598. Witebergæ obiit. Emiſit diſcurſum philologicum de hiſtoricorum delectu A. 1597. Vid *Zeillerus part.* 2. *pag.* 152.

TILEMANNUS (Goth.) allegorias vet. Teſtamenti collegit, An. 1551.

TILEMANNUS (Joh.) JCtus, tractavit de ſucceſſionibus aſcendentium, A. 1644.

TILEMANNUS (Joh.) medicus, emiſit ſynopſin, Anno 1643: item, experimenta circa auri ſolutiones veras & irreducibiles, Anno 1673.

TILENIUS (Joh.) JCtus, compoſuit paratitla inſtitutionum feudalium, A. 1618.

TILENUS (Dan.) Anno 1612. claruit. Extat ejus ſpeculum antichriſti. Vid. *Caſaubon in epiſt. pag.* 258.

TILENUS (Georg.) Aurimontanus Sileſius, JCtus, Anno 1590. obiit. Carmina ejus leguntur *T.* 6. *Del. Germ. pag.* 690.

TILESIUS (Ant.) Conſentinus, contexuit libellos de coronis & coloribus. Vid. *Jovius in elog n.* 122. Quære, THYLESIUS.

TILESIUS (Bernhard.) Conſentinus, celebris philoſophus, Anno 1588. obiit. Vid. *Thuanus l.* 89.

TILESIUS (Nathanaël) reliquit homilias dominicales, nuptiales, parentales. Anno 1605. floruit.

TILETANUS (Jod.) examen Chemnitii refutavit.

à TILIA (Iſaac) ſcripſit de legitima paſtoris eccleſiæ vocatione An. 1608.

TILIANUS, de veteribus philoſophis tractaſſe perhibetur.

TILINGIUS (Matth.) medicus, librum compoſuit de tuba uteri deque fœtu extra uteri cavitatem in tuba concepto, Anno 1670: item, de placenta uteri, Anno 1672. Ejusdem anatomia lienis Anno 1673. & tract. de febribus petechialibus Anno 1677. prodierunt.

TILIUS (Joh.) Anno 1570. obiit. Struxit comment. de rebus Gallicis. Ejus autoritati Galli plurimum tribuunt. Vid. *Thuanus l.* 47. *Barthius in Briton. pag.* 7.

TILLINGASTUS, Anglus, de generatione commentatus eſt.

TILMANNUS (Joh.) notas in epiſtolam ad Galatas evulgavit.

TIMACHIDAS, Τιμαχίδας, Rhodius, grammaticus, γλώσσας collegit. Citat eas *Athenæus*. *Idem* cœnarum ἀναγραφὰς undecim libris & quidem carmine complexus eſt, teſte *Suida*. Vid. *Meurſius in Rhodo*, *pag.* 168.

TIMÆUS, Τίμαιος, Locrus, Pythagoricus, Platonis æqualis fuit. Eum loquentem *Plato* inducit in dialogo Timæo inſcripto. Compoſuit βίον τῆ Πυθαγόρου. Extat ejusdem libellus de natura & anima mundi, Dorica ſcriptus dialecto. Vid. *Reineſius in V. L. l.* 3. *c.* 2. *pag.* 345. *Jonſius in ſcr. H. Ph.* 1, 6.

TIMÆUS, Tauromenita, ſub Ptolemæo I. & II. claruit. Condidit 68 libros, quibus argumenta rhetorica expreſſit: tres de Syria & ejus regibus: unum de Olympionicis: Ἰταλικὰ, Ἑλληνικὰ & Σικελικά: item, bellum Pyrrhi cum Romanis. Acerbitatem ejus in ſcribendo multi improbant. *Corn. Nepos in Alcib.* maledicentiſſimum, *Strabo l.* 4. βάσκανον καὶ συκοφάντην appellant. Hinc factum, ut à reprehendendi ſtudio Ἐπιτίμαιος vel Ἐπιτίμαιος vocaretur. *Cicero tamen in Oratore* eruditiſſimum & rerũ copia & ſententiarum varietate & compoſitione verborum non impolitum autorem nominat. Grandævus factus eſt, ſi *Luciano in Macrobiis* credimus, qui eum 96. annos vixiſſe memorat. Videatur *Langbain ad Longinum pag.* 25. *Palmerius in emend. pag.* 112.

pag. 112. *Jonſius de S. H. Ph.* 2, 2. *Grævius part.* 1. *not. in epiſt. Cic. famil. pag.* 255.

TIMÆUS (Balth.) á Guldenklee, collegit epiſtolas medicinales, Anno 1665. Ejus opera medicopractica Anno 1677. impreſſa ſunt.

TIMÆUS (Chr.) emiſit conſilium de peſte Anno 1663.

TIMÆUS (Jac.) Amersfortius, ſtruxit commentar. in Ariſtotelem de generatione & corruptione: item, in meteora, Colon. Anno 1497.

TIMÆUS (Joh.) ſenior, JCtus, meletemata adornavit ad jus Juſtinianeum.

TIMÆUS (Joh.) junior, de lytro Anno 1672. commentari aggreſſus eſt.

TIMAGENES, Τιμαγένης, Alexandrinus orator, ſub Pompejo M. Romam venit ibique docuit. *Suidas* eum multa ſcripſiſſe dicit, nihil tamen eorum exprimit.

TIMAGENES, Mileſius, ſcripſit de Heraclea Pontica & doctis illius urbis viris libros quinque. Vid. *Suidas*: item, *Jonſius de S. H. Ph. l.* 3, 1.

TIMAGENES, hiſtoricus, tempore Auguſti claruit. Ex captivo cocus, ex coco lecticarius, ex lecticario usque ad amicitiam Cæſaris felix, adeo utramque fortunam contemſit, & in qua erat & in qua fuerat, ut, cum illi multis de cauſis Cæſar interdixiſſet domo, combureret hiſtorias rerum ab illo geſtarum, quaſi & ipſe illi ingenio ſuo interdiceret, teſte *Seneca l.* 5. *controverſ.* 34. Conf. eundem *l.* 3. *de Ira c.* 23. ubi ita: Timagenes, hiſtoriarum ſcriptor, quædam in ipſum (Auguſtum) quædam in uxorem ejus & in totam domum ejus dixerat nec perdiderat dicta: magis enim circumfertur & in ore hominum eſt temeraria urbanitas. Sæpe illum Cæſar monuit, ut moderatius linguâ uteretur: perſeveranti domo ſua interdixit. Poſteà Timagenes in contubernio Pollionis Aſinii conſenuit & tota civitate dilectus eſt. Nullum illi lumen præcluſa Cæſaris domus abſtulit: hiſtorias poſteà, quos ſcripſerat, recitavit & combuſſit, & libros acta Cæſaris Auguſti continentes in ignem poſuit. *Hæc ille.*

TIMAGENES, Syrus, res Gallicas collegit, inque eo opere multa mutuatus eſt á *Calliſthene Sybarita.* Meminit ejus *Plutarchus in lib. de flum.* Junge *Ammian. lib.* 15.

TIMAGETUS, Τιμάγητος, ἐν πρώτῳ περὶ τῶν λιμένων allegatur á *Scholiaſte Apollonii. lib.* 4.

TIMAGORAS, Τιμαγόρας, de fluviis tractavit, teſte *Stobæo ſerm.* 98.

TIMANNUS (Joh.) collegit farraginem conſentientium in doctrina de cœna Domini, Anno 1555.

TIMARCHUS, Τίμαρχος, Rhodius, ἐν ἰῷ περὶ τῆ Ἐρατοσθένους Ἑρμῆ ab *Athenæo l.* 11. citatur. Vid. *Meurſ. in Rhodo, p.* 108.

TIMESITHEUS, Τιμησίθεος, Tragicus, tragœdias compoſuit. Ex iis ſeq. á *Suida* recenſentur, Δαναΐδες, Ἑλένης ἀπαίτησις, Ἕκτορος λύτρα, Ζηνὸς γοναὶ, Ἡρακλῆς, Ἰξίων, Καπανεὺς, Κάστωρ, Μέμνων, Μνηστῆρες, Ὀρέστης, Πολυδεύκης, Πυλάδης.

TIMOCHARES, Τιμοχάρης, ſcripſit de rebus Antiochi regis. Allegatur ab *Euſebio l.* 9. *de præparat. Evang.*

TIMOCLES, Τιμοκλῆς, Athenienſis, Comicus, comœdiis celebris factus eſt. Fabulæ ejus erant Δημοσάτυροι, Ἐπιχαιρέκακος, Ἐπιστολαὶ, Καύνιοι, Κένταυρος, Πύκτης, Φιλοδικαστής. Vid. *Suidas.*

TIMOCLES, alter & ipſe Comicus, comœdias docuit. Ex iis ſequentes erant juxta *Suidam*, Διονυσιάζουσαι, Διόνυσος, Δῆλος, Δρακόντιον, Ἥρωες, Ἰκάριοι, Κονίσαλος, Λήθη, Μαραθώνιοι, Νέαιρα, Ὀρέστης, Πολυπράγμων, Πορφύρα. Confer *Photium in epiſt.* 55.

TIMOCRATES, Τιμοκράτης, Metrodori frater, Epicuri diſcipulus, tempore regis Ptolemæi vixit. Meminit *Laërtius*, qui eum citat ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Εὐφραντοῖς. Vid. *Reineſius in V. L.* 3, 3.

TIMOCRATES, Lacedæmonius, ſcripſit περὶ σφαιριστικῆς, i. e. de ludo pilæ. Vid. *Meurſius in miſcell. Lacon.* 4, 17.

TIMOCREON, Τιμοκρέων, Rhodius, Olympiade LXXV. vixit. Compoſuit comœdiam in Simonidem & Themiſtoclem. Epitaphium ejus *Athenæus* exhibet. Vid. *Meurſ. in Rhodo, p.* 108. Conf. *Suidam.*

†TIMOLAUS, Τιμόλαος, in Φρυγιακοῖς à *Plutarcho in lib. de flumin.* allegatur.

†TIMOLAUS, Lariſſæus, orator Macedo, *Anaximenis* Lampſaceni diſcipulus, Ἰλιάδα ἐδιπλίασεν, id eſt, ſingulis Iliadis Homericæ verſibus ſingulos hexametros verſus adjecit. Inde nova

 Ilias

Ilias enata eſt. Operi nomen *Τρωϊκὸν σύνταγμα* impoſitum. Confer *Heſychium Illuſt. de viris claris* & *Suidam in Τιμόλαος*.

TIMOMACHUS, *Τιμόμαχος*, *Κυπριακὰ* compoſuit, teſte *Athenæo l. 14.*

TIMON, *Τίμων*, Phliaſius, philoſophus Pyrrhonius (non ille *μισάνθρωπος*, qui Peloponneſiaci belli temporibus vixit) ſub Ptolemæo Philadelpho claruit & Antigono Gonatæ familiaris fuit. Reliquit hexametra: tragœdias 60: comœdias 30: ſillorum libros tres: & cinædos. De hoc Timone *Laërtius* legatur: item, *Jonſius de S. H. Ph. 2, 3.*

TIMON, Nicæus, Apolloniates, vixit tempore Tiberii Cæſaris. Vid. *Laërtius l. 9.*

TIMONAX, *Τιμώναξ*, ſcripſit *περὶ Σκυθῶν*, teſte *Scholiaſte Apollonii l. 4.* Allegatur ab *eodem* etiam *ἐν Σικελικοῖς*, *lib. 3. pag. 217.*

TIMONIDES, *Τιμωνίδης*, Leucadius, *Plutarcho* memoratur in *Dione*.

TIMOSTHENES, *Τιμοσθένης*, navarchus Ptolemæi Philadelphi, librum edidit de portubus (*περὶ λιμένων*) quem *Eratoſthenes* poſteà penè totum exſcripſit & in geographiam ſuam tranſtulit, ne præfatione quidem excepta. Teſtis *Marcianus Heracleota*, qui Rhodium facit. Confer *Strabonem l. 9. Meurſium in Rhodo, pag. 109.*

TIMOTHEUS, *Τιμόθεος*, Athenienſis, vitas philoſophorum collegit. Eum aliquoties citat *Laërtius*. Vid. *Jonſius de S. H. Ph. pag. 349.*

TIMOTHEUS, Gazæus, Anaſtaſio imperante floruit. Scripſit de quadrupedibus & feris Indicis, Arabicis, Ægyptiis & Libycis: item, de avibus peregrinis & de ſerpentibus libros quatuor. Ita *Suidas*. Confer *Tzetzem in Chil. 4. pag. 61.*

TIMOTHEUS, Mileſius, Olympiade XCV. claruit. *Stephanus ἐθνογράφος* in *Μίλητος* (ubi plura) autor eſt, eum ſtruxiſſe 18. libros *νόμων κιθαρῳδικῶν*: it. *προοίμια* mille. *Suidas* addit, eum feciſſe 18. dithyrambos: 21. hymnos: 36. *προοίμια*: *διασκευὰς* octo. *Clemens Alex. 1. Strom.* refert, Timotheum primum fuiſſe, qui in choro cithara cecinerit *νόμους*. Juxta *alios* 10. & 11. chordam lyræ addidit. Si *Suida* ſtandum, 97. annos vivendo explevit.

TIMOTHEUS, Pergamenus, *Clementi Alexandr. 4. Strom.* & *Theodoreto l. 8. contra Græcos* memoratur. *Vid. Jonſius de S. H. Ph. pag. 349.*

TIMOTHEUS, Athenienſis, mediæ comœdiæ poëta, fabulas varias compoſuit. A *Suida* ſequentes enumerantur, *Κυνάριον*, *Μεταβαλλόμενος*, *Παρακαταθήκη*, *Πύκτης*: quibus addi poſſunt ex *aliis* *Κυκλῶπα*, *Ναύπλιος*, *Πέρσαι*, *Σεμέλης γοναὶ*, *Χάρων*.

TIMOTHEUS, Chronographus, *περὶ κοσμοποιΐας* ab *Euſebio in Chronico l. 1. pag. 4.* allegatur. Confer *Cedrenum pag. 47.*

TIMOTHEUS (Mich.) elaboravit tractatum de viſitandis eccleſiis, Venet. Anno 1586.

TIMOXENUS, *Τιμόξενος*, citatur à *Scholiaſte Æſchyli ἐν τῷ περὶ λιμένων*. Ubi *Voſſius* putat legendum eſſe, *περὶ λιμένων*.

TIMPLERUS (Clemens) emiſit phyſicam Anno 1613: item, metaphyſicam Anno 1608.

TIMPLERUS (Rutgerus) inter chymicos celebres refertur.

TIMPSONUS, Anglus, vindicias *Humphredi* adornavit.

TINCTOR (Joh.) Canonicus Tornacenſis, ſub Friderico III. Imp. claruit. Scripſit contra *Bonetum* & *Franc. de Maronis* aſſerentes, S. Johannem evangeliſtam fuiſſe verum & naturalem filium S. Mariæ virginis. Videatur *Sweertius*, *pag. 478.*

TINCTOR (Joh.) Nivellenſis, JCtus, Anno 1495. floruit. Reliquit librum de origine muſices: item, tres libros de arte contrapuncti. Videatur *Sweertius*, *pag. 477.*

TINCTORIUS (Matthias) hiſtoriam pontificum, judicum, ducum & regum Judæ & Iſrael juxta ſeriem genealogicam complexus eſt.

TINDALLUS (Wilh.) paravit ſemitam ad S. Scripturas ferentem, teſte *Kempio pag. 22.* Idem *Kempius pag. 542.* Tindallum N. Teſt. in Anglicanam linguam tranſtuliſſe & martyrio tandem coronatum fuiſſe memorat.

TINE-

TINELLUS (Zoroaſtres) Senenſis, Phyſicus Ilcinenſis, tomum medicarum conſultationum juxta Hippocratis doctrinam, An 1605. in lucem prodire juſſit.

TINNULUS viridarium philoſophicum elucubravit.

TINTUS (Silv.) condidit tractatum de ordinatione clericorum, qui prodiit Romæ An. 1601.

TIPHANUS (Claud.) Pariſienſis, natus eſt Anno 1571. Compoſuit declarationem ac defenſionem doctrinæ ſcholaſticæ de hypoſtaſi & perſona ad illuſtranda myſteria Trinitatis & incarnationis, Anno 1634. Videatur *Alegambe, pag. 82.*

TIPHERNAS (Greg.) medicus & philologus, Anno 1490. claruit. Is, cum Lutetiam veniſſet, Rectorem acceſſit & operam ſuam academiæ obtulit in docenda lingua Græca: ac ſtipendium ſibi tribui poſtulavit juxta decretum, quod extat in jure pontificio. Rector, etſi miratus eſt hominis peregrini audaciam, tamen ad conſilium retulit. Ibi laudata eſt voluntas Tiphernatis, & decretum ſtipendium, & Græcè docere juſſus eſt. Ita Græca lingua Lutetiam invecta fuit. Strabonis Aſiam latinè tranſtulit. *Jovius in elog. n. 158.* refert, famam fuiſſe, Herodiani hiſtorias à Gregorio translatas eique morienti à *Politiano* ſubtractas eſſe: qua de re tamen ipſe dubitat. Carmina ejus *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 517.* occurrunt. Vid. *Autor de repar. L. L. apud Giſan. pag. 400. Cruſius in Germano-Græcia pag. 234. Melchior Adamus in vita Capnionis, pag. 38.*

TIRABOSCUS (Jac.) Bergomas, tractavit de laudibus Bergomi, teſte *Don. Calvo pag. 355.*

TIRABOSCUS (Lucr.) Aſulanus, concilio Tridentino interfuit. Extant ejus expoſitio in Pſalmos, Venetiis impreſſa, Anno 1572. ethica Spiritus S. in Pſalm. 118. item, comm. in Apocalypſin. Vid. *Donatus Calvus pag. 375.*

TIRAQUELLUS (Andr.) Fontiniacenſis Picto, JCtus & ſenator Pariſienſis, Anno 1558. vivis exceſſit. Reliquit amplisſimos commentarios de nobilitate: de primogeniis: de legibus connubialibus: ſcholia in Alexandrum Neapolitanum, &c *Thuanus l. 28.* tradit, eum æquè ingenii, ut corporis numeroſa prole fœcundum fuiſſe, ſingulisque annis ſingulos libros & liberos reipubl. dediſſe. Vid. *C. Barthius in 2. Theb. Papinii pag. 1036. Ghilinus vol. 2. pag. 18. Thomaſius de plagio, § 563.*

TIRELLUS (Mauric.) hiſtoriam vini & febrium emiſit, Venet. An. 1630.

TIRESIAS, Τειρεσίας, vates, ſi Diis placet, librum de thuris ſignis compoſuit. Ita *Lutatius ad Papinium.* Librum ſuppoſititium fuiſſe, *C. Barthius ad 4. Theb. Statii pag. 1506.* haud malè judicat.

TIRINUS (Jacobus) Antverpienſis, natus eſt Anno 1580: obiit Anno 1636. In univerſam vet. & novi Teſtamenti Scripturam 3. tomis commentatus eſt. Vid. *Phil. Labbe in B. B. pag. 73. Alegambe, pag. 254.*

TIRO (Sabinus) ſcripſit κηπουρικά, i. e. de hortenſibus, quod opus dedicavit C. Mecænati. Vid. *Plinius 19, 8.*

TIRO (Tullius) Ciceronis libertus, libros de vita patroni ſui elaboravit: item, 3. libros de jocis ejusdem. Vid. *Aſconius Pedianus in orat. pro Milone, Quintilianus 6, 2. Glandorp. pag. 854. Voſſius de nat. rhetor. pag. 93.*

TISLINUS (Joh.) confecit enarrationes in aliquot orationes Ciceronis. Extant ejusdem collectanea, Anno 1565. impreſſa.

TISSIER (Bertr.) collegit opera hiſtorica ſcriptorum Ciſtercienſium Anno 1669. fol.

TITELMANNUS (Franc.) Haſſelenſis, Anno 1553. obiit. Struxit apologeticum pro editione vulgata: ut & collationem ſuper epiſtolam ad Romanos contra *Jac. Fabrum & Deſid. Eraſmum.* Condidit etiam comment. in Jobum. Vid. *Sweertius, pag. 257. Waddingus in S. O. M. pag. 136. Sauſſay pag. 85. Olearius in Abaco pag. 166.*

TITIANUS, poëta, tempore *Auſonii* claruit, à quo fandi artifex dictus eſt. Citantur ab eodem ejus apologi. Videatur *Glandorpius, pag. 843.*

TITIANUS (Julius) Commodi & Severi Imp. temporibus floruit. *Capitolinus* ſcribit, *ſimiam temporis ſui* dictum eſſe, quod cuncta imitari ſoleret. Edidit libros provinciarum: epiſtolas ſub nominibus illuſtrium fœminarum: χωρογραφίαν: controverſias ſive themata ex Virgi-

Virgilio: libros de re ruſtica, &c. *Iſidorus l. 2. Orig. c. 2.* etiam rhetoricorum librorum Titiani meminit. Vid. *Savaro in Sidon. pag. 3.*

TITINNIUS, inter comicos latinos antiquos locum occupat. *Nonius* eum citat in Gemina, Barbato, Fullonibus, Præliis, Privigno, Setina, Veliterna. Fragmenta collegit *Rob. Stephanus.* Vid. *Glandorpius, pag. 804.*

TITINNIUS Capito collegit exitus illuſtrium virorum, quemadmodum conſtat ex *Plinii l. 8. epiſt. 2.*

de TITIS (Placidus) edidit phyſiomathematicam, Anno 1649: tabulas primi mobilis, Anno 1657: epitomen aſtroſophicam de diebus decretoriis & ægrorum decubitu, An. 1660.

TITIUS (Cajus) A. U. 650. clar. Orationes ejus *Cicero in Bruto* ob argutias & urbanitatem commendat. *Addit*, easdem argutias Titium transtuliſſe in tragœdias ſatis quidem acute, ſed parum tragicè. Vid. *Glandorpius, pag. 842.*

TITIUS (Gerh.) celebris theologus, h. t. claret. Ejus tract. de phraſibus ſive locutionibus vett. eccleſiæ doctorum, quibus pro fucandis novitatibus ſuis pontificiæ eccleſiæ doctores hodie abutuntur, An. 1976. in lucem prodiit.

TITIUS (Joh. Petrus) poeta & profeſſor eloquentiæ in Athenæo Gedanenſi h. t. claret. *Quidam* eum Boruſſicum Virgilium nuncupant. Manuductionem ad e cerpendum An. 1660. exaravit.

TITIUS (Robertus) Burgenſis, conſcripſit 10. libros locorum controverſorum Florent. An. 1584. Eum oppugnavit *Ivo Villiomarus* ſeu *Joſephus Scaliger.*

TITUS, Τίτ@-, Boſtrorum in Arabia epiſcopus, ſub Valente Imp. obiit, teſte *Hieronymo.* Extant tres ipſius libri contra Manichæos, Ingolſt. Anno 1604. excuſi. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 451. Olearius in Abaco, pag. 459.*

TOB (Joſeph) An. M. 1604. vixit. Confecit librum *Olam Amuba.* Vid. *Ganz. in Z. D. pag. 132.*

TODESCHINUS (Adr.) Gandenſis, Romæ obiit. Texuit commentarium de caſtrorum metatione & machinis bellicis, teſte *Sandero.*

TOEGIUS (Bart.) JCtus, varios tractatus, ad cauſas criminales pertinentes, compoſuit.

TOGRAI, medicus Arabs, A. C. 1137. obiit. Vid. *Hottingerus in Biblioth. quadripart. pag. 265.*

TONARDUS (Nicol.) Aurelianenſis, paravit chronologiam & harmoniam: item, obſervationes phyſicas. Vid. *H. Otto. in præfat. lexici Rabbinici.*

TOLEDO (Gundiſ.) Hiſp. defenſionem aſtrologiæ ſuſcepit An. 1508.

TOLETANUS (Petrus) opus de reſtitutionẽ *Gabr. Vaſquezio* ſublegiſſe arguitur. Videatur *Thomaſius de plagio, §. 565.*

TOLETUS (Franc.) Cordubenſis, natus eſt Anno 1532: obiit Anno 1596. Primus omnium ex ſocietate JESU in collegium Cardinalium cooptatus eſt. Scripſit philoſophica & theologica. Extant ejus commentarii in logicam & phyſicam: notæ in Johannem, Lucam & epiſtolam ad Romanos: item, Summa caſuum conſcientiæ. Vid. *Caſaubonus in epiſtola ad Ducæum, pag. 38. Nicius Erythræus, part. 1. Pinacoth. pag. 136. Sauſſay pag. 151. Alegambe, pag. 138.*

TOLL (Adrian.) medicus, ſtruxit hiſtoriam lapidum & gemmarum, Lugd. Anno 1547.

TOLLENARIUS (Joh.) Belga, Anno 1642. vixit. In Eccleſiaſt. commentatus eſt.

TOLLIUS (Alex.) Appiani Alexandrini hiſtoriam notis illuſtravit Anno 1668.

TOLLIUS (Corn.) ſcripſit de literatorum infelicitate. Extat ejusdem comm. in Auſonium poëtam. Ejus induſtriâ in lucem etiam prodiit *Joh. Cinnami* hiſtoria de rebus geſtis Joh. & Manuelis Comnenorum, An. 1652. in 4.

TOLOMEUS (Claud.) verſibus ſeſe exercuit. Vid. *Tom. 2. Del. Ital. pag. 1175.*

TOLOSATE (Caſimirus) tractavit de placitis Atomiſtarum. Liber prodiit Biterris An. 1674.

TOMÆUS (Leonicus) Epirota, Patavii primus latinorum philoſophorum Ariſtotelem Græcè interpretatus eſt. Reliquit eruditos commentarios in parva naturalia: item, librum de varia hiſtoria. Vide, LEONICUS.

TOMÆUS (Bened.) elaboravit Socratem Chriſtianum, An. 1625.

TOMÆUS (Thomas) condidit hiſtoriam Ravennatenſem, An. 1580.

TOMA-

TOMAIUS (Camill.) ſtruxit methodum rationalem curandorum morborum.

TOMASINUS (Jac. Ph.) Patavinus, epiſcopus Æmonienſis, compoſuit virorum illuſtrium elogia Anno 1630. vitam Titi Livii: libellum de teſſeris hoſpitalitiis: Petrarcham redivivum An. 1650: bibliothecam *Laurentii Pignorii*, Anno 1668: libellum de donariis & tabellis votivis: inſcriptiones urbis Patavinæ ſacros & profanos, &c. teſte *Hallerv. in B.C. pag. 153.* Quære, RHODIUS.

TOMASINUS (Paulus) Jac. Phil. Tomaſini frater, natus eſt Anno 1584: obiit Annno 1643. Reliquit conſiliorum legalium ſedecim volumina: item, volumen obſervationum circa ſtatuta Patavina. Vid. *J. P. Tomaſinus in elog. part. 2 pag. 374.*

TOMASIUS (Franc.) Florentinus, Anno 1514. obiit. Scripſit in Porphyrii univerſalia: item, in libros poſteriorum Ariſtotelis. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 65.*

TOMBUS, Anglus, ſcriptis dimicavit cum *Baxtero* de peccato gloriationis in homine.

TOMICIUS (Pet.) Polonus, Anno 1535. obiit. Erat vir quadruplici lingua diſertiſſimus, ut facile ex oratione ejus ad Aug. Regem & libro legationum, quas pro rep. obierat, colligere licet. Vid. *Starovolſcius, pag. 17.*

TOMITANUS (Bernhardinus) An. 1576. vivere deſiit. Patavii logicam Ariſtotelis cum applauſu interpretatus eſt. Edidit introductionem in elenchos ſophiſticos: animadverſiones in 1. poſteriorum Ariſtotelis: paraphraſin in Matthæum, &c. Vid. *Imperialis in Muſeo pag. 48. Ghilinus vol. 1. pag. 33.*

TONAGELLUS (Carol.) collegit faſciculum ſimilitudinum S. Scripturæ, Anno 1658.

TONDUTUS (P. Fr.) JCtus, tractatum de præventione Anno 1659. fol. publi cavit.

TONELLUS (Hippol.) Florentinus, ſub nomine *Theophili Pytoilli* de ſacrificio miſſæ commentatus eſt Anno 1665. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn pag. 417.*

TONGE (Thomas) meditationes exaravit, Londini, An. 1654.

TONIOLA (Joh.) edidit Baſileam ſepultam retectam, An. 1661. in 4.

TONSTALLUS (Cutbertus) Dunelmenſis epiſcopus, ſcripſit de arte ſupputandi, Pariſ. Anno 1529. item, de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in euchariſtia Anno 1554. Vid. *Gabbema in epiſt. clarorum viror. pag. 16.*

TONSUS (Joh.) Mediolanenſis, carminibus innoteſcere cœpit. Vid. *Tom. 2. Delit. pag. 1175.*

TOPIARIUS (Dom. Ægidius) Flander, Anno 1579. obiit. Paravit conciones in evangelia & epiſtolas. Vid. *Sweertius, pag. 219.*

TOPPELTINUS (Laur.) Tranſilvanus, collegit origines & occaſus Tranſilvanorum An. 1667.

TOPUS, Anglus, in Pſalmos ſcribere aggreſſus eſt.

TORALIUS (Franc.) Hiſp. epiſcopus Jucatani ap. Indos occidentales, primus omnium advenarum didicit linguam *Popolocam*, in eaque edidit grammaticam, dictionarium, variaque opuſcula doctrinæ Chriſtianæ, teſte *Waddingo in S. O. M. pag. 137.*

de TORANO (Fr.) compendium ad regulares, Colon. A. 1659. imprimi curavit.

TORCHILLI (Chriſt.) Morſianus, Anno 1560. obiit. Tractavit de cauſis & cura peſtilentiæ. Vid. *Vindingius in Hafnienſ. Rect. pag. 62.*

TORELLA (Caſp.) epiſcopus S. Juſtæ, librum confecit de pudendagra: item, alium de portentis: ut & de Solis & Lunæ defectibus Anno 1578. Vid. *Linden, pag. 202.*

TORELLUS (Aloyſ.) Auguſtinianus, *Gregorio Leto in Ital. regn. pag. 120.* memoratur.

TOREUS (Aoyſ.) de febri puncticulari, quæ vulgò *Tavardillo* dicitur, commentatus eſt. Vid. *Linden, pag. 20.*

TORINUS (Albin.) Vitodurenſis, exaravit apologeticam epiſtolam ad *Andernacum* Anno 1539.

TORMIUS (Ericus) Anno 1607. natus eſt. Edidit ſedecim ſermones antiquitatum Danicarum: item, theatrum Coſmographicum. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 339. Barth in Danis, pag. 44.*

TORNÆSIUS (Joh.) congeſſit varias lectiones *Petronii Arbitri.*

de TORNAMIRA (Joh.) Gallus; librum 9. Almanſoris, A. 1507. commentario illuſtravit. Vid. *Linden, pag. 997.*

TORNIELLUS (Aug.) Novarienſis, Anno 1610.

no 1610. claruit. Reliquit annales ſacros, fol.

TORNIELLUS (Car.) Mediolanenſis, Anno 1630. obiit. Habuit orationem in laudem *Car. Borromæi*. Vid. *Alegambe, pag. 72.*

TORNIELLUS (H.) Novarienſis, Anno 1570. deceſſit. Extat ejus tract. de actibus. Videatur *Guido Panzirolus in JCtis, p. 176.*

TORNIOLA (Chr.) congeſſit conſilia, Anno 1604. fol.

TORNORUPÆUS (Joh.) in Perſii ſatiras commentatus eſt. Vid. *C. Barthius in 6. Theb. Stat. pag. 392.*

TORNUS (Bernh.) de motu locali tractare inſtituit.

TORPHEUS (Snæbiornus) Islandus, collegit annales præſidum Islandiæ, Anno 1656. in 4.

TORQUATUS (Ant.) condidit prognoſticon de everſione Europæ, Antv. Anno 1552.

TORQUATUS, inaugurationem academiæ Chilonienſis, fol. publicavit.

TORQUATUS (Joh.) de cœlibatu, Anno 1562. agere cœpit.

TORQUEMADUS (Andr.) Hiſp. concinnavit hortum florum hiſtoricorum.

TORRÆUS (G.) Inſulenſis, emiſit conſiderationem epilepticam, An. 1625.

de la TORRE (Raph.) egit de religione & ejus partibus, An. 1630.

TORREBLANCA (Franc.) de magia commentatus eſt, An. 1623.

TORRENSIS (Franc.) compoſ. inter alia tractatum de ſola lectione legis & prophetarum Judæis cum Moſaico ritu & cultu permittenda, Romæ Anno 1555. *Hallervordius in B. C. pag. 91.* Fr. Torrenſem & Franc. Turrianum pro uno & eodem agnoſcit.

TORRENSIS (Hieron.) Catalaunus, Anno 1611. obiit. Condidit confeſſionem Auguſtinianam Anno 1569. Extat ejusdem comm. in 1. epiſt. Pauli ad Timoth. Vid. *Alegambe, pag. 187.*

TORRENTINUS (Herm.) Swollenſis, *Weſſelo Gansfortio* familiaris fuit, cujus ſuaſu Alexandri carmina emendavit commentariisque illuſtravit. Extat ejusdem Elucidarius poëticus. Videatur *Sweertius. pag. 343.*

TORRENTIUS (Lævin.) Gandavenſis, epiſcopus Antverpienſium, An. 1595. extinctus eſt. Struxit comment. in Horatium: item, notas in Suetonium Tranquillum. Carmina ejus leguntur *Tomo 4. Delit. Belg. pag. 395.* Vid *Sweertius pag. 506. Ghilinus, vol 2 pag 175*

TORRES (Barth.) quæſtiones in Thomam Compluti An. 1567. edi curavit.

TORRES (Hieron.) Catalaunus. Vide, TORRENSIS.

TORRES (Luyſius) ſelectas diſputationes vulgare cœpit.

TORREUS (Alf.) Placentinus, lib. de febri puncticulari An. 1574. compoſuit.

TORREZ (Alf.) inſtitutionem ſacerdotalem Anno 1595. ſcribere aggreſſus eſt.

TORRICELLIUS (Evangeliſta) tractavit de ſphæra. Liber prodiit [illegible]rentiæ, Anno 1644.

TORRINIUS (Barth.) edidit Parnaſſum tricipitem ſeu Muſarum afflatus phyſiatromathematicos An. 1657.

TORSELLUS (Mar. Sanutus) Vide, SANUTUS.

TORSCHELIUS, Anglus, emiſit harmoniam Bibliorum.

TORTELIUS (Joh.) Aretinus, An. 1440. floruit. Texuit librum de orthographia. *Jovius in elog. num. 108.* nobile æternumque volumen de poteſtate lit[illegible]rum appellat. Idem Appianum hiſtoricum prope ad verbum latinè interpretatus eſt. Vid. *Hier. Magius in miſc. l. 2. [illegible] 14. pag. 1339. Voſſius de vitiis lat. ſerm. pag. 76.*

le TORT (Franc.) collegit opus ſententiarum vel polyantheam, An 1604.

TORTARIUS, ante 800. & [illegible] annos vixiſſe creditur. S. Mauri [illegible]ationem carmine hexametro co[illegible]avit. Vid. *Barthius in Adv. 52, 7.*

TORTORELLUS (Barth.) Veronenſis, orator & poëta, *Leoni Alla[illegible] in Apibus Urbanis, pag. 59.* memoratur

TORTUS (Flav.) Ticinenſis, [illegible] additiones ad ſextum volumen con[illegible]m *Baldi.* Vid. *Ghilinus vol. 2. pag 81.*

TORTUS (Hieron.) JCtus, Anno 1419. obiit. Vid. *Guid. Panzirolus, pag. 245.*

TORTUS (Jac.) Papienſis, JCtus, Anno 1479. mortuus eſt. Videatur *Idem, pag. 257.*

TOSARIUS (Joh.) Aquilovicanus, à *Socino* allegatur. Vid. *Mareſius Tom 1. contra Tirinum pag. 81.*

TOSCA-

TOSCANELLA (Horat.) paravit indicem in Catullum, Tibullum & Propertium.

TOSCANUS (Joh. Matth.) Pſalmos verſibus reddidit, Pariſ. An. 1596.

TOSIUS (Ant.) tractatum exaravit de anthrace vel carbunculo, Venet. Anno 1576.

TOSETTUS (Lud. Charenſ.) Patavinus, introductorium concinnavit in artem medicam practicam, Venet. An. 1515. fol Vid *Linden pag. 428.*

TOSSANUS (Daniel, Mompelgartenſis, natus eſt Anno 1551: obiit Anno 1602. Heidelbergæ theologiam profeſſus eſt. Varia ſcripſit. Vid. *Zeillerus part. 2. de hiſt. pag 152.*

TOSSANUS (Paulus) enchiridion locorum theologiæ Annn 1628. vulgavit: item, indicem in S. Biblia.

TOSSARIUS (Joh.) Aquilovicanus, in 4. prophetas majores, Baſil. Anno 1558. commentatus eſt. Vid. TOSARIUS.

à TOSSIGNANO (Rodericus) ſtruxit dictionarium concionat. pauperum, Anno 1599.

TOSTATUS (Alfonſ.) epiſcopus Abulenſis Anno 1454. obiit, ætatis 40. Reliquit vaſtos in Scripturas commentarios. De hoc dici ſolebat: *Hic ſtupor eſt mundi, qui ſcibile diſcutit omne.* Erat vir excellentis ingenii & admirandæ memoriæ: divinæ etiam ſapientiæ & antiquitatis peritiſſimus. Mirantur multi, quod tantum ſcribere potuerit. Tanta (inquit *nonnemo*) ejus ſunt volumina, ut, ſi vel à primo natalis die numerando terna folia attribuas, plura ſcripſiſſe comperias. Vid. *Ph. Labbe Tom. 1. diſſ. pag. 38. Quenſtad. pag. 30. Olearius in Abaco, pag. 20.*

TOSUS (Joh.) Mediolanenſ. vitam Emanuelis Philiberti, Sabaudiæ ducis, literis conſignavit. Extant ejusdem delitiæ Italorum poetarum. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 137.*

TOVAR (Hier.) Hiſp. librum de ponderibus medicamentorum exaravit, Anno 1572. in 4.

à TOVAR (Simon.) Hiſpalenſis, ſtruxit methodum de compoſitorum medicamentorum examine, An. 1586.

TOXITES (Mich.) An. 1573. floruit. Edidit duo onomaſtica. 1. philoſophicomedicum. 2. Theophraſti Paracelſi, ſive earum vocum, quarum in ſcriptis ejus uſus, explicationem. Videatur *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 137.*

TOXOTIUS, Senator, Antonini Cæſ. proneptem uxorem habuit. Scripſit poemata, quæ adhuc extabant tempore *Capitolini.* Vide, JUNIUS.

TOXOTIUS (Andr.) problemata philoſophiatrica, An. 1608. promulgavit. Ejus honorificam mentionem facit *Hildanus.* Vid. *Barthol. in Danis, pag. 8.*

TRABER (Zach.) nervum opticum, Viennæ, An. 1676. fol publicari fecit.

TRACHYENUS (Nic. Nancel.) Noviodunenſis, ſtruxit analogiam microcoſmi ad macrocoſmum, i. e. relationem & proportionem univerſi ad hominem, Pariſ. Anno 1611. fol.

TRADELIUS (Georg.) JCt. natus eſt Anno 1530: obiit An. 1589. Librum quendam *Oſtorodo* Photiniano oppoſuit. Extant ejusdem conſultationes illuſtrium cauſarum.

TRADELIUS (Pet.) JCtus, adornavit plauſum in coronam Cæſaream.

TRAFICHETTUS (Barth.) Briconarienſis, emiſit antidoſin adverſus *M. A. Capitellum* Anno 1572. Videatur *Linden, pag. 97.*

TRAGUS (Hieron.) medicus, natus eſt Anno 1498: obiit Anno 1554. Collegit herbarium: cellam penariam: diſſertationes quinquaginta de herbarum nomenclaturis.

TRAJANUS (Alex.) tractavit de morbo Gallico.

TRAJANUS (Nerva Ulpius) Auguſtus, Dacica compoſuit. Ea allegat *Priſcianus l. 6.*

TRAJANUS, Patricius, tempore Juſtiniani Rhinotmeti floruit. *χρονικὸν σιώπημον, πάνυ θαυμάσιον ἔγραψε,* teſte *Suida.*

TRAJECTANUS (Jac.) Olevitanus Monachus, ſcripſit de modo viſitandi & corrigendi ſubditos: item, de ratione inquirendi in eorum defectus, Brixiæ Anno 1500.

de TRAJECTO (Andr.) Anno 1445. obiit. Librum confecit de uſu floccorum.

TRALLIANUS (Alex.) Vide, ALEXANDER.

TRAMENUS (Lud.) Tridentinus, præſcripſit methodum medendi, Ingolſt. An. 1590. Vid. *Linden pag. 434.*

de TRA-

de TRANIS (Gothofr.) JCt. ad decretalia commentatus eſt, Patav. Anno 1667.

TRANSALGARDUS (Bernh. Gauſlinus) Feltrianenſis, orationem habuit de laude Thomæ Aquinatis An. 1604.

TRANSILVANUS (Max.) Bruxell. carmina elaboravit. Vid. *Tomus 4. Delit Belg. pag. 449.*

TRAPEZUNTIUS (Georg.) Cretenſis, natus eſt Anno 1396: obiit Anno 1486. Eugenii Pontificis temporibus Romam venit, poſteà à Nicolao V. ſcriba pontificius factus eſt. Multa è Græcis tranſtulit: nec pauca ipſe latinè compoſuit. Scripſit etiam commentariolum, in quo aſſerebat, Johannem Evangeliſtam nondum eſſe mortuum. *Platoni* iniquior fuit nec laudem ejus ferre potuit, *Ariſtoteli* unicè deditus. Platonis tamen partes Card. *Beſſarion* tuendas ſuſcepit. Ad extremum Trapezuntius literarum prorſus oblitus eſt. *Eraſmus in Ciceroniano pag. 160*: G. Trapezuntium, inquit, fateor virum egregiè doctum deque re literaria pulcrè meritum, qui ſe ad Ciceronis dictionem effingendam ſtudio compoſuiſſe videtur. Vid. *Jovius in elog. num. 26. Tollius de Inf lit. pag. 9. Olearius in Abaco pag. 176.*

TRAPOLINUS (Pet.) Patavinus, de morbo Gallico tractare inſtituit. Vid. *Lindenpag 506.*

TRAPPUS, Anglus, in Pentateuchum & Proverbia commentatus eſt.

TRATZIGER (Adam) conſilia in Jure collegit.

TRAVAGINUS (Franc.) emiſit phyſicam diſquiſitionem ſuper obſervationibus à ſe factis tempore ultimorum terræmotuum ac potiſſimum Raguſiani, Anno 1673. item, indicium gyri terræ divini.

TRAUTMANNUS (Sam.) partem nuclei evangelici feſtivalem vulgavit Anno 1664.

TRAUUS (Sebaſt.) paravit ſcholia in theoremata medica, Taurini, An. 1618.

TREBATIUS (C.) Teſta, JCtus, tempore J. Cæſaris vixit & libros plures ſcripſit. Allegatur à *Macrobio, 3, 6.* Vid. *Guid. Panzirolus in JCt. 1, 18. Bertrandus, pag 147.*

TREBELIUS (Herm.) Iſennacenſis Thuringus, JCtus, circa Annum 1514. clar. In lucem emiſit encomium [illegible] carmine heroico concinnatum [illegible] Pyram Marchi[illegible]am ſive h[illegible] de [illegible]dia Judæorum Berolini combuſt[illegible]m.

TREBELLIUS Pol[illegible]o, hiſtoric[illegible] Auguſtorum, ut Claudii & 30. [illegible]m, literis expreſſit. *Geſnerus* [illegible] *Mart. Han[illegible]k[illegible]us part. 1. de S. R R. pag. 136.*

TREBELLIUS (Theod.) promtuari[illegible]m lat. linguæ duobus voluminibus complexus eſt Anno [illegible]4[illegible] fol.

TREIBENACH (J[illegible]h) de fortuna humana & DEI providentia [illegible]nno 1634. commentatus eſt

TREIBERUS (J. Frid.) c[illegible]didit [illegible]ctat. hiſtorico-chronologicum, [illegible]

TREFLERUS (Flor.) tr[illegible] mationes Anno 1550 p[illegible] buit.

de TREIO (Gutierez) Hiſp. A[illegible] 1516. floruit. Scripſit comm. in 4. [illegible] & epiſtolas S. Pauli.

TREL ÆUS (Nic. Clem.) Lot[illegible]ringus, Anno 1573. claruit. Edidit [illegible] aliæ reges & Lotharingiæ duces. Vid. *J. P. Loticbius part. 4. B. F. pag. 90.*

TRELCATIUS (Lucas) ſenior, natus eſt eſt Anno 1542: obiit Anno 16[illegible]. Reliquit ſynopſin theologiæ. Vid. *Meurſ. in Bat. pag. 149.*

TRELCATIUS (Lucas) ju[illegible]r, na[illegible] Anno 1573: obiit Anno 1607. F[illegible] vit inſtitutiones theologiæ. V[illegible] *[illegible]ſius loco cit. pag. 230.*

TREMELLIUS (Cn.) Scrofa, libros de re ruſtica compoſuit *Plinius* [illegible] vet[illegible] ſimum poſt Catonem pe[illegible] rei ruſticæ ſcriptorem nom[illegible] *Varronem de re ruſt. 1, 2. & 2,* [illegible]

TREMELLIUS (Eman.) Fe[illegible] patre Judæo natus Anno [illegible]. obiit. Heidelbergæ & Sedani hebr[illegible]s literas interpretatus eſt. Edidit [illegible]ramm[illegible]m Chaldaicam & Syram[illegible] [illegible]m Teſt. Syriacum una cum v[illegible] blia etiam V. T. e[illegible] Heb[illegible] breviбusque ſcho[illegible]s [illegible] V[illegible]. *Thuanus l. 71. R[illegible]us [illegible] 2 [illegible] pag. 917. 91[illegible]. H[illegible]k de C[illegible] 24. Thomaſius de plagio, §. 56[illegible].*

TREMELLIUS (J. G.) emi[illegible]t Po[illegible]am deſponſatam

TREMINIUS (Joh.) Ori[illegible]lanus, Pſalmos commentario illuſtra[illegible]it, An. [illegible]

TREMONIUS (Conr.) de viris illuſtribus Carmelitanis ſcripſiſſe dicitur.

TRENTACINQUIUS (Alex.) JCtus, collegit reſolutiones practicas, A. 1610. fol.

de TRENTAQUATRIS (Thom.) Anno 1440. floruit.

TRETERUS (Jac.) JCtus, tractavit de verborum ſignificatione, An. 1625.

TRETERUS (Thomas) Poſnanienſis, edidit effigies Romanorum Impp. Romæ, Anno 1583. geſta Pontificum: vitam & miracula S. Benedicti. Videatur *Starovolſcius, pag. 70.*

TRETIUS (Pet. Albinianus) JCtus, ſcripſit de pontificia poteſtate. Extat *Tomo 13. Tract. tract.*

TREVINNIUS (Melch.) Navarrus, Anno 1628. obiit. Lud. de Ponte opera prope omnia ex Hiſpanico latinè tranſtulit. Vid. *Alegambe, pag. 342.*

à TREVIO (Joh.) Anno 1478. vixit. Viginti quinque orationes S. Chryſoſtomi latinè reddidit. Extant ejusdem duæ orationes: una de humana felicitate: altera de animarum immortalitate. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 227.*

TREVISANUS (Bernh.) librum compoſ. de chymico miraculo vel lapide philoſophico An. 1583.

TREVISANUS (Thomas) JCtus, deciſiones Venetas vulgavit An. 1611.

TREVISIUS (Andr.) Fontanetenſis, de febribus peſtilentibus An. 1588. ſcribere aggreſſus eſt. Vid. *Linden pag. 38.*

TREUTLERUS (Hieron.) Sileſius, JCtus, Anno 1607. obiit. Carmina ejus continentur *Tomo 6. Delit. Germ pag. 879.* Extant ejus conſilia: item, diſpp. ſelectæ ad Pandectas.

TREVUS (Perſ.) medicus, reliq. exercitationes ad librum *St. Roderici Caſtrenſis* de ſero lactis An. 1634.

TREW (Abdias) Onoldinus, natus eſt Anno 1597: obiit Anno 1669. Altdorfii Phyſicam & mathemata docuit. Edidit phyſicam Ariſtotelicam: item, directorium mathematicum.

TRIBARCHUS (Caſp.) Mutinenſis, ſcripſit carmina ad Galeacium Marelcottum. Vid. *Gr. Letus in It. regn. pag. 179.*

TRIBECHOVIUS (Adam) h. t. claret. Egit de doctoribus ſcholaſticis Anno 1665. Extant ejusdem exercitationes AntiBaronianæ.

TRIBESCUS (Jac.) Brixianus, collegit reſponſiones ad 1000. quæſita in omni ferè facultate, ex operibus S. Auguſtini excerptas, Venetiis An. 1583.

TRIBONIANUS, *Τριβωνιανὸς*, Sidetes, vitam Theodoti philoſophi tribus libris complexus eſt. Vid. *Suidas.*

TRIBONIANUS, JCtus, tempore Juſtiniani Imp. claruit. Ejus opera dictus Juſtinianus in conſcribendo legum theſauro uſus eſt. Ipſe *Imper. in proœmio Inſtit.* vocat virum magnum, cujus ſolertiam & legum ſcientiam, &c. jam ex multis rerum argumentis acceperit. *Heſychius Illuſtr. & Suidas* ſcribunt, fuiſſe hominem impium & alienum à religione Chriſtiana fœdumque adulatorem: ut qui Juſtiniano perſuaſerit, non moriturum ipſum, ſed unà cum corpore in cœlos raptum iri, quod ipſum quoq; tradit *Procopius.* Pergit *Suidas* & ait, pecuniæ ad miraculum fuiſſe avidum, jus pretio vendere ſolitum, quotidiè leges alias ſcripſiſſe, alias ſuſtuliſſe pro cujusque neceſſitate, precio accepto. Nec probitatem modò, ſed eruditionem quoque & *ἀκρίβειαν* in eo deſiderant *Cujacius, Hotomannus, Salmaſius, alii.* Vid. *Calixtus in epit. Theol. moral. pag. 112. & Reineſius in epiſt. ad Hofm. & Rupert. pag. 411.*

TRICASSUS, Mantuanus, ſtruxit opus chiromanticum. Vid. *Linden, pag. 570.*

TRICESIUS (Andr.) Polonus, natus eſt Anno 1520. Edidit librum epigrammatum & epitaphiorum. Vid. *Starovolſcius, pag. 82.*

TRICHETUS (Raphaël) du Freſne, Burdigalenſis, exaravit epiſtolam de Charondæ effigie in Catanenſi nummo expreſſa ad *Pet. Seguinum* Anno 1658. Catalogus inſignis ejus bibliothecæ poſt mortem prodiit Anno 1662. in 4. Vide, FRESNEUS.

TRICLINIUS (Demetrius) *Τρικλίνιος*, reliquit librum de ſphæra. Eum alii *Empedocli* Agrigentino adſcribere auſi ſunt: verum malè, judice *Voſſio.* Vid. *C. Barthius in Claud. pag. 557.*

TRIEST (Jac.) Noviomagus, Anno 1600. tres libros moralium epigrammatum concinnavit.

TRIEST (J. Bapt.) Gandenſis, elegiam in laudem Mariæ virginis adornavit.

du TRIEU (Phil.) Haureanus, Hanno, emiſit manuductionem ad logicam An. 1614. Vid. *Alegambe, pag. 405.*

TRIGAUTIUS (Nicol.) Duacenſis, Anno 1628. mortuus eſt. Bis Chinenſes adiit, quorum converſionem, quantum in ſe erat, promovit. Res Chinenſium literis mandavit. Compoſuit vocabularium Chinicum, in quo Chinarum characteres ad noſtrum elementorum ordinem ita revocabat, ut triduò totum artificium à Chinenſibus potuerit intelligi. Videatur *Sweertius, pag 583. Alegambe, pag. 357.*

TRIGGUS (Franc.) Anglus, Anno 1589. vixit. Paravit noctes ſacras in 11. priora capp. Apocalyptica.

TRIGLANDIUS (Jac.) ſcripſit de poteſtate civili & eccleſiaſtica Anno 1642: item, de trina Dei gratia An. 1636.

TRIGLANDIUS (Theod.) ſtruxit pædiam juris An. 1671.

TRIGONA (Joh. Ant.) JCtus, contexuit ſingularia.

TRIGOTIUS edidit Summam theologicam Bonaventuræ, fol.

TRIMARCHIUS tractavit de meteoris Liber prodiit Genevæ in 4.

TRINAGIUS (Bernhardin.) Vicentinus, collegit inſcriptiones veteres urbis Vicentinæ Anno 1577. Vid. *Gr. Letus in Ital. regn. pag. 179.*

TRINCAVELLIUS (Victor) Venetus, medicus, doctis ſuis ſcriptis inclaruit. Opera ejus univerſa 2. tomis, An. 1592. editis, comprehenduntur.

TRINCKHUSIUS (G.) Thuringus, confecit diſſertationem de cœcis ſapientia & eruditione claris An. 1672.

à S. TRINITATE (Dominicus) Pariſienſis, ſtruxit bibliothecam theologicam, ſeptem libris diſtinctam, quæ tamen nondum in lucem prodire potuit. Vid. *Ph. Labbe in B. B. pag. 45.*

à S. TRINITATE (Philipp.) condidit itinerarium orientale Anno 1649: opus de ſacramento pœnitentiæ An. 1670. hiſtoriam ordinis Carmelitani A. 1656.

TRIPHYLIUS, Τριφύλλιος, Cypri epiſcopus, tempore Diocletiani Imp. vixit. Vitam & miracula S. Spiridionis verſibus jambicis celebravit. Vid *Suidas.*

TRIPOLITA (Theod.) Τριπολίτης, condidit 2. libros de diebus & noctibus; it. 3. libros ſphæricorum. Illos *Joſ. Auria* Romæ Anno 1581: hos *Joh. Penia* Pariſ. Anno 1558. imprimi curaverunt.

TRIPUTIUS (Leo) ſive Leon [illegible] antiquitates urbis Aurelianenſis Anno 1572. publicavit.

TRISMOSINUS (Salomo) aureum vellus edidit Anno 1598.

TRISSINUS (Aloyſ.) emiſit problemata medicinalia An. 1547. Vid. *Imperialis in Muſeo, pag. 89.*

TRISSINUS (Galeatius) Vicentinus, Anno 1612. vixit. In Geneſin & Exodum commentatus eſt.

TRISSINUS (J. G.) Vicentinus, Anno 1550. obiit. Adornavit Sophonisbam tragœdiam. Vid. *Thuanus l. 6. Imperialis pag. 43. Ghilinus, vol. 1. pag. 108.*

TRISTANUS (Calp.) paravit diſceptationem de clerico medico, Valentiæ Anno 1606.

TRISTANUS (Joh.) Sanctamantius, condidit 3. tomos commentariorum hiſtoricorum Anno 1644. Item, tres libellos adverſus *Jac. Sirmondi* [illegible] de triplici nummo ejusque antiT[illegible]lanos, Anno 1650. *Gaſſendus l. 3. vita Peireſcii* vocat rerum antiquarum e[illegible] peritum. Vid. *Valeſius in Euſeb. pag 67. Boſius in notit ſcr. eccleſ. c. 3. pag. 29.*

TRITHEMIUS (Joh.) abbas, natus eſt Anno 1462: obiit Anno 1516. A *Carolo Bovillo, Joh. Wiero & J. Bodin*[illegible] inter magos numeratur. Reliquit 3. volumina de origine & geſtis Francorum: tract[illegible] de viris illuſtribus: chronicon [illegible]augienſe: ſteganographiam, &c. De ſteganographia *Voſſius l. 1. Gramm. Lat. cap. 41.* legi poterit. Vid. *Ph. La[illegible]be in B. B. p. 130. & Tom. 1. diſſ. de S. E pag.* [illegible] *Beeman. in Exerc. Theol. pag 39*[illegible] *part. 1. Ant. bibl. pag. 205. G*[illegible] *.1. pag. 91. Olearius, pag. 268.* [illegible] *B. P. pag. 99.*

TRIVERIUS (Jerem.) Flan[illegible], medicus, An. 1554. deceſſit. In Hippocratis aphoriſmos & Corn. Celſum comm[illegible]tatus eſt. Vid. *Sweertius, pag. 345.*

TRIVET (Nicol.) Anglus, Anno 1328. obiit. Reliquit annales Anglorum. Vid. *Olearius in Abaco pag. 33*[illegible]

TRIVISANUS (Thom.) JCtus, collegit deciſiones cauſarum civi[illegible]m, criminalium & hæreticarum An. [illegible]95.

TRIVORIUS (Gabr.) adornavit apologiam contra *Procopii ἀνέκδοτα*, Pariſ. Anno 1613.

TRI-

TRIVULTIUS (Auguſt.) Mediolanenſis, Anno 1548. obiit. Condidit hiſtoriam Romanor Pontificum.

TRIUMPHO (Franc. Statius Advortentius) Friſius, comp. tractatum de Mecœnate, teſte *Sweertio, pag. 256.*

TRIUMPHUS (Aug.) Anconitanus, Anno 1328. obiit. Extat ejus Summa de poteſtate eccleſiaſtica: item, commentarius in orationem Dominicam.

TROCHOREUS (Joh. Keuſnerus) Halenſis, An. 1543. claruit. Struxit pharmacopoliterion: item, libellum de peſte. Vid. *Linden, pag. 364*

TROGNÆSIUS (Alex. Car.) Antv. Anno 1610. vixit. Edidit comparationes vett poëtarum.

TROGUS (Pompejus) tempore Octaviani Auguſti claruit. *Vopiſcus in Probo* eum diſertiſſimis viris annumerat. Confecit 44. hiſtoriarum libros, quos in epitomen *Juſtinus* poſteà contraxit. *Chariſius* etiam ejus libros de animalibus allegat.

TROILUS, Τρώϊλος, Conſtantinopolitanus ſophiſta, ſermones politicos & ſeptem libros epiſtolarum elaboravit. Vid. *Suidas & Codinus.*

TROMBA (Georg.) diſputationem coram Eman. Palæologo inter *Demetr. Chryſoloram & Ant. Aſculanum* habitam de verbis Chriſti: *melius eſſet, ſi natus non fuiſſet*, latinè interpretatus eſt, Florent. An. 1618.

TROMBETA (Ant.) Patavinus, Anno 1518. deceſſit. Reliquit quæſtiones in metaphyſicam & tract. de futuris contingentibus. Vid. *Waddingus, pag. 38.*

TROMBETA (Sebaſt.) Cythernenſis, carmina vulgavit. Vid. *Tom. 2. Delit. Ital pag. 1186.*

TRONSON (Lud.) tractavit de forma cleri, Pariſ. An 1669.

TRONUS (Pet. Martyr) Novarienſis, de ulceribus & vulneribus capitis Anno 1584. ſcribere inſtituit.

TROPHILUS, Τρόφιλος, collegit mirabiles narrationes. Laudatur à *Stobæo, ſermon. 98.*

TROSCHELIUS (Ericus) JCtus, confecit compendium juris feudalis.

TROSTIUS (Martinus) Huxarienſis, natus eſt An. 1588: obiit An. 1636. Cothenis, Helmſtadii, Soræ & Witebergæ hebraicas literas profeſſus eſt. Grammaticam Syriacam, lexicon & Novum Teſt. Syriacum eleganter edidit & correctè. Vid. *Bartholinus in Danis pag. 32. Henn. Witte in Philoſ. pag. 381.*

TROTTA (J. Bapt.) Populenſis, Anno 1631. claruit. Emiſit praxin horologiorum. Vid. *Alegambe, pag. 226.*

TROTTERELLUS (Julian.) Andegavenſis, Anno 1500. vivos deſeruit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 4.*

TROTTUS (Alb.) ſcripſit de clerico perfecto.

TROTTUS (Bernh.) Anno 1595. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 32.*

TROTULA librum de paſſionibus mulierum concinnavit.

TROVAMALA (Bapt.) Ligur, An. 1483. floruit. Reliquit Summam caſuum conſcientiæ ſecundum ordinem alphabeti, quæ dicitur vulgò *Roſella Baptiſtiniana.* Ea prodiit Venet. An. 1499. Vid. *Quenſtad. pag. 115. Olearius pag. 64.*

TRUBERUS (Primus) doctor Slavonicus, natus eſt Anno 1508: obiit Anno 1586. Primus excogitavit artem ſcribendi lingua Vandalica. Traduxit in eam linguam Novum Teſt. catechiſmum: Auguſt. confeſſionem: examen Philippi, &c. qua ratione effecit, ut non ſolum in ducatu Carniolæ & Carinthiæ, ſed & in ipſa Turcia doctrina evangelii fuerit propagata.

à S. TRUDONE (Pet.) edidit examen teſtamenti S. Auguſtini, Lovan A. 1654

de TRUGILLO (Thomas) Hiſp. conſtruxit 4. tomos theſauri concionum Anno 1584. fol.

TRULLENCHIUS (Joh. Ægid.) in Decalogum, Valent. A. 1640. comentatus eſt.

TRULLUS (Joh.) Aragonius, ordinem canonicorum regularium 4. libris illuſtravit Anno 1571.

TRUMPHIUS (J. G.) ſcrutinium chymicum vitrioli An. 1667. elaboravit.

TRUNCONIUS (Jac.) ſcripſit de cuſtodienda puerorum ſanitate ante partum, in partu & poſt partum, Anno 1593.

TRUSTON (Malach.) Anglus, profeſſor Cantabrigienſis, paravit diatribam de uſu reſpirationis primario, Lond. A. 1670.

TRYPHIODORUS, Τρυφιόδωρος, Ægyptius, ſub Zenone & Anaſtaſio Impp. claruit. Reliquit ἅλωσιν Ἰλίου, quam *Aldus* primus publicavit: item, Odyſſeam

λειπογράμματον, ſic dictam, quod in libro primo nullam eſſet ἄλφα, in ſecundo nullum βῆτα, & ſic deinceps. Vid. *Suidas & Heſychius Illuſtr.* Conf. *Barthium in Claud. pag. 13. in 1. Theb. Papinii, pag. 38.*

TRYPHON, Τρύφων, Alexandrinus, grammaticus, tempore Auguſti & ante claruit. Scripſit de orthographia: de tropis. de dialectis, &c. Plura ejus ſcripta *Suidas* enumerat.

TRYPHON, ὁ Ἁρμονικώτατος, allegatur ab *Autore Etymologici M. in Δαίμων.*

TRYPHON, Dalmata. Vide, DALMATA.

TRYPHONINUS (Claud.) JCtus, ſub Caracalla Imp. floruit. Compoſ. 21. diſpp. libros & notas in *Cerbidium Scævolam.* Vid. *G. Panzirolus in JCt. 1, 54. Bertrandus, pag. 157.*

TSCHACHLAN (Bened.) Bernenſis, exaravit chronicon, teſte *Zeillero part. 3. pag. 242.*

TSCHERNINGIUS (Andr.) centuriam proverb. Imp. Alis edi curavit. Vid. *Funccius Tom. 1. O. J. pag. 213.*

TSCHUDIUS (Domin.) libellum vulgavit de cœnobii Murenſis fundatoribus.

TSCHUDUS (Ægid.) Claronenſis, natus eſt Anno 1505: obiit Anno 1572. Extat ejus commentarius de Rhætia & Alpibus apud *Sim. Schardium vol. 1. Germ. ſcript. pag. 269.* Inchoavit etiam hiſtoriam Helveticam, quam tandem *Joſias Simlerus* ad finem perduxit. Vid. *Thuan. l. 54.*

TUBERO (Q. Ælius) A. U. R. 649. claruit. *Cicero in orat. pro Murena* eruditiſſimum appellat. A *Pomponio* inter JCtos refertur. Scripſit orationem in Gracchum: item, hiſtoriam. Ex hiſtoria ejus *Livius l. 4. & 10.* nonnulla allegat. Ex *Agellio, l. 7. c. 9. & l. 14. c. 11.* cognoſcimus, ipſum ſcripſiſſe etiam de officio judicis. *Athenæus extremo libri 3.* Καικίλιον Τουβέρωνα, ſed perperam nominat. Conf. *Scipionem Gentilem in Parergis 1, 9.* Vid. *Bertrandus in βίοις νομικῶν, pag. 193.*

TUBERO (Lub.) Dalmata, res in Pannonia geſtas literis mandavit Anno 1603. *Boxhornius* vocat accuratiſſimum & prudentiſſimum ſcriptorem ad *l. 4. annal. Taciti.*

TUCCA (Paul.) Parthenopæus, egit de obſervantia curationis febrium, Neap. Anno 1532.

TUCCIUS (Tuccius) in C[illegible] Canticorum, Lugd. Anno 1606. commentatus eſt.

TUCCIUS (Julius Aſcan.) Cremenſis, poëta ſalutatus eſt. Vid. *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 1187.*

TUCCIUS (Steph.) Siculus, natus eſt Anno 1540: obiit An. 1597. Struxit chronicon ab O. C. uſq; ad nativitatem Chriſti: diſpp. adverſus atheiſtas: tract. de Trinitate: item, dramata & orationes. Vid. *Alegambe. pag. 427.*

TUCHERUS (Joh.) Patricius Norimb. A. 1479. profectionem Hieroſolymitanam & Ægyptiam Germanicè deſcripſit, quæ poſteà etiam latinè prodiit. Vid. *Zeillerus part. 2. pag. 237.*

TUCKNEUS, Anglus, librum exaravit, titulo: Nemo extra Chriſtum; cum *quæſtione:* quid de ethnicis & i[illegible]s quoad eorum ſalutem ſtatuendum ſit.

TUCKUS (Thomas) Anglus, in c. 1. & 2. Jacobi, An. 1618. comme[illegible]cœpit. Extat ejusdem judex fidei & religionis.

TUDENSIS (Lucas) Anno 123[illegible] floruit. Hiſtoriam de rebus Hiſpanicis adornavit, quæ Iſidori Chronico inſerta eſt. Præterea vitam Iſidori literis [illegible]ndavit.

TUDERTINUS (Alexius) [illegible] Arabicæ lector, catechiſmum pro orientalibus nationibus correxit & recudi curavit Anno 1642. in 4. Vid. *Wadding[illegible] in S. O. M. pag. 10.*

de TUDESCHIS (Nicol.) vel TU[illegible]S, Catanenſis Siculus, aliis *Abbas Panormitanus* dictus, Anno 1443. obiit. Scripta ejus *Ph. Labbe Tom. 2. d[illegible] pag. 11[illegible]* enumerat. Vid. *Panzirolus in J[illegible] 451. Ghilinus vol. 2. pag. 201. Spi[illegible] mine Bibl. univ. pag. 12 Tho[illegible] gio, §. 512 Placcius, pag. 133*

TUDITANUS (Sempronius) [illegible]ricus. Quære, SEMPRONIUS.

de TUFO (Octav.) Neapol Anno 16[illegible] obiit. In Eccleſiaſticum pro[illegible] commentatus eſt. Vid. *Aleg. pa[illegible].*

TUILLING (Severinus) [illegible], ſcripſit ſatiram, titulo, *Quid tua?* qua [illegible] generis homines perſtringuntur, A. 1634.

TULDENUS (Chr. Adol[illegible]) c[illegible]vit hiſtoriam noſtri temporis.

TULDENUS (Diod.) Silvæd[illegible]s, JCt. An. 1645. obiit. Emiſit 2. libros Socraticarum exercitati[illegible]: 8. libros de civili regimine: 4 libros de providentia:

9. libros

9. libros ſophiæ eclecticæ. Vid. *Sweertius, pag. 213. & Val. Andreæ in Faſtis Lovan. pag. 208.*

TULDENUS (Nicol.) Silvæducenſis, JCtus, Anno 1609. deceſſit. Addidit notas ad praxin rerum civil. Damhouderii, teſte *Sweertio.*

TULLENSIS (Joh.) Lotharingus, Anno 1625. obiit. Carmina ſacra modulatus eſt. *Librum de imitatione Chriſti* ita metro elegiaco reddidit, ut à ſimplici autoris phraſi non recederet, & unius tantum ſyllabæ eliſio in 4. libro intercurreret. Vid. *Alegambe, pag. 277. 553.*

TULLIUS (M.) Cicero. Vide, CICERO

TULLIUS Laurea, Ciceronis libertus, carmen ſtruxit in thermas Bajanas, teſte *Plinio 31, 2. In Anthol. Græc. l. 3. c. 25.* ejusdem Laureæ carmen Græcum legitur in obitum Sapphus.

TULLIUS Marcellus, Carthaginenſis, materiam de ſyllogiſmis categoricis & hypotheticis ſeptem libris breviter ſubtiliterque tractavit, teſte *Caſſiodoro.* Vid. *Voſſius de nat. Log. pag. 40.*

THULLY (Thom.) aulæ Edmundanæ apud Oxonienſes rector, tractavit de juſtificatione Paulina ſine operibus ex mente eccleſiæ Anglicanæ, Ox. Anno 1674. in 4. Vid. *Kempius pag. 319.*

TULPIUS (Nicol.) Amſtelrodamenſis, condidit 3. libros obſervationum medicarum, An. 1641.

TUNGERLARIUS (Joh.) Evangelicum promtuarium 3. voluminibus exaravit: item, analyſin dominicalium epiſtolarum An. 1624.

TUNINGIUS (Gerard.) JCtus, natus eſt Anno 1566: obiit Anno 1610. Lugduni Juriſconſulti partes ſuſtinuit. Edidit apophthegmata: item, commentarium abſolutiſſimum ad quatuor libros digeſtorum. Vid. *Sweertius, pag. 286.*

TUNSTEDUS (Simon) Anglus, An. 1369. extinctus eſt. In Ariſtotelis meteora 4. libros confecit. Videatur *Waddingus pag. 316.*

TURAMINUS (Alex.) de legibus commentatus eſt, Florent. An. 1592.

TURCIUS Rufus Aſterius, tempore Anaſtaſii I. Imp. claruit & collationem V. & N. T. compoſuit, quam tamen alii *Claud. Mamerto,* alii verò *Sedulio* tribuunt. Vid. *Olearius, pag. 459.*

TURCKIUS (Joh.) edidit conſenſum S. Scripturæ & S. Auguſtini in cauſis Reformatorum contra Papiſtas, Anno 1674.

TURCUS (Joh. Fr.) Anno 1515. floruit. Reliquit carmina.

TURCUS (Joh. Ant.) Veronenſis, medicus, ſcripſit de naturæ principiis: Item, de natura Angelorum. Extant ejusdem problemata. Videatur *Chioccus, pag. 107.*

TURDULUS, Gallicanus, vitam Probi Imperat. literis expoſuit. *Vopiſcus* vocat virum honeſtiſſimum & ſinceriſſimum.

TURELLUS (Andr.) Burgundus, JCtus, Anno 1642. floruit. Panegyricum Urbano IIX. habuit.

TURISANUS de Turiſanis, monachus Florentinus, medicus, ſeculo 13. vixit. Vulgò *Truſianus* & plusquam commentator audit. In arte tamen facienda usque adeò infelix erat, ut præ deſperatione cucullum induerit. Librum compoſuit de hypoſtaſi urinæ. Vid. *Quenſtad. pag. 312. Linden pag. 571.*

TURLERUS (Hieron.) ſcripſit de peregrinatione Anno 1574: item, de migrationibus populorum, An. 1601.

TURLOT (Nicol.) edidit theſaurum doctrinæ Chriſtianæ, Bruxell. An. 1668.

TURNEBULUS (Georg.) Tranentinus Scotus, Anno 1633. obiit. Reliquit commentarios in univerſam theologiam. Vid. *Alegambe, pag. 160.*

TURNEBUS (Adrian.) Normannus, Anno 1565. mortuus eſt. Initiò Græcæ & latinæ linguæ: deinde philoſophiæ in ſchola Pariſienſi profeſſor fuit. Reliquit adverſaria æternitate digna. *P. Victorius in Var. lect. 36, 11.* ita de eo judicat: Utinam vir hic ſanè doctus ac multæ lectionis non tam cupidus undique fuiſſet omnia emendandi, melius nobis, melius exiſtimationi ſuæ conſuluiſſet. Videatur *Thuanus l. 28 Thomaſius de plagio, §. 568.*

TURNEBUS (Adrianus) Adriani filius, carmina confecit. Vid. *Tomus 3 Delit. Gall. pag. 1106.*

TURNEMANNUS (Matth.) compoſ. medullam in epiſtolas S. Petri, Anno 1622.

TURNERUS (Guilh.) medicus Anno 1551. claruit. Conſtruxit hiſtoriam

plantarum: item, hiſtoriam avium. *Wbray* vocat virum ſolidæ eruditionis & judicii. Vid. *Quenſtad. pag. 98.*

TURNERUS (Robert.) Devonius, profeſſor Ingolſtadienſis, pompam tranſlati Gregorii Nazianzeni carmine celebravit. Extant ejusdem orationes & epiſtolæ, Anno 1609. impreſſæ.

à TURNHUT (Mart.) Brabantus, Anno 1540. mortuus eſt. In Eſaiam & Epiſtolas Pauli commentatus eſt. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 251.*

TURNONIUS (Fr. Juſt.) Anno 1573. obiit. Vid. *Thuanus, l. 34.*

TURNUS, Satiricus poeta, tempore Domitiani Imp. claruit. Erat *Scævæ Memoris* tragici frater, quemadmodum ex *Martiali 11, 11.* apparet. Ejus etiam *Rutilius in Itinerario* meminit.

TUROCIUS (Joh.) Pannonius, An. 1480. claruit. Condidit rerum Hungaricarum chronicon.

TURPILIUS, Comicus, A. U. R. 620. floruit. Obiit ſenex admodum Sinueſſæ, teſte S. *Hieronymo.* Ex ejus comœdiis *Nonius & alii* Thraſyleontem, Demetrium, Fugitivos, &c. allegant. Vid *Glandorpius in O. R. pag. 857.*

TURPINUS, epiſcopus Rhemenſis, tempore Caroli Magni vixit. Ei vulgò liber de geſtis Caroli M. adſcribitur. Sed rectè *Hotomannus* judicat, librum illum eſſe fœtum hominis ſtolidi atque imperiti, qui non vitam, ſed fabulas conſcripſerit. Præterea ſcriptor ille obitus Caroli M. meminit. At Turpinus ante Carolum defunctus eſt. Videatur *Zeillerus part. 2. pag. 153.*

TURQ (Juſtus) emiſit otia Hagana Anno 1668.

TURQUETUS (Theod.) medicus Regis Britanniæ, de arthritide commentatus eſt. Liber prodiit Genevæ Anno 1674.

TURRANIUS (M. Ant.) Patavii philoſophiam & medicinam docuit. *Pierius Valerianus de J. L. pag. 68.* primarium penè ætate ſua philoſophum appellat.

TURRANUS (Chr.) ſcripſit de ad ſobrietatem ſapiendo, Aven. An. 1555.

de TURRE (Hertr.) Aquitanus, *doctor famoſus* dictus, Anno 1334. vivis exceſſit. Reliquit tract. de paupertate Chriſti & apoſtolorum: comm. in libros ſententiarum. ſermones, &c. Vid. *W[illegible]us, pag. 60.*

à TURRE (Greg.) tractavit de aeris & aquæ natura. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 308.*

à TURRE (Lud.) de Verona, exaravit tract. de immaculata conceptione, Brixiæ Anno 1486.

de TURRE CREMATA (Joh.) Hiſp. Cardinalis, Anno 1468. obiit. Scripſit in Gratiani decretum: de conciliis: de conceptione Domini: de corpore Chriſti: de pœnitentia, &c. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 3, 37. Ph. Labbe T. 2. d[illegible]. pag. 615. Ghilinus, vol. 2. pag. 135. Olearius, pag. 269.*

TURRETINUS (Bened.) tractavit de ſatisfactione Chriſti. Liber prodiit Genevæ, An. 1666.

TURRETINUS (Franc.) [illegible]it de [illegible]oritate S. Scripturæ: item, de [illegible]aria ſeceſſione à Romana eccleſia & [illegible]poſſibili cum ea ſyncretiſmo A[illegible] 1663. Videatur *Mareſius Tom. 2. [illegible]iris. pag. 626.*

TURRETUS (Fab.) JCtus, d[illegible] clauſulæ effectibus & defe[illegible]mentatus eſt. Extant ej[illegible]a, Anno 1593. impreſſa.

TURRETUS (J.) libr. de re m[illegible]ari, Venet. An. 1575. compoſuit.

de TURRI (Raph.) de cambiis c[illegible]tari cœpit, An. 1645.

TURRIANUS (Alex.) Creme[illegible], Anno 1600. claruit. Struxit hie[illegible]m eccleſiaſticam, 10. libris di[illegible]am. Videatur *J. Lud. à Carolo in [illegible] pag. 246.*

TURRIANUS (Ant.) Hiſp. A[illegible]6. obiit. Tract. reliquit de [illegible] hominis Chriſtiani. Vid. *A[illegible] pag. 45.*

TURRIANUS (Coſmus) V[illegible]us, Anno 1570. in Japonia exti[illegible] eſt. Extant 7. ejus epiſtolæ de r[illegible]. Vid *Alegambe, pag. 87.*

TURRIANUS (Cyrill.) Ber[illegible]. Anno 1659. obiit. Tractavit [illegible] g[illegible]torio.

TURRIANUS (Franc.) L[illegible]onen[illegible], Anno 1584. mortuus eſt. [illegible] doctus & in antiquitate [illegible] verſatus. Multa [illegible]m, ut Nili, Maximi, Diad[illegible] T[illegible], Abucaræ ſcripta [illegible] p[illegible]xit.

[illegible]ntra

Contra *Ant. Sadaëlem* etiam ſcriptis digladiatus eſt. Vid. *Thuanus l. 80. Sauſſay, pag. 145. Alegambe, pag. 140. Quenſtad. pag. 39.*

TURRIANUS (Franc. Maria) Romanus, librum de Cardinalibus ſcriptoribus, Romæ An. 1641. publicavit. Extat ejusdem liber de cryptis Vaticanis, A. 1639. excuſus.

TURRIANUS (Hieron.) Veronenſis, medicus, An. 1506. obiit. Vid. *Chioccus, pag. 13.*

TURRIANUS (Luiſius) Complutenſis, Anno 1635. deceſſit. Emiſit ſummam theologiæ moralis, Lugd. An. 1634. fol. Vid. *Alegambe, pag. 319.*

TURRIANUS (M. Ant.) Veronenſ. Hieronymi filius, itidem medicus, 33. ætatis anno peſte interiit. *Jovius in Elog. numero 59.* vocat mirum docendo & diſputando. Elaboravit volumen, quo *Mundinum*, rudis ſeculi ſcriptorem, & *Zerbum*, in anatomico negocio delirantem, jugulavit. Confer *Chioccum, pag. 20.*

TURRIANUS (Paganus) Bergomas, A. 1630. obiit. Tractavit de febribus.

TURRISANUS á Turriſanis. Quære, TURISANUS.

TURRIUS (Joh.) Flander, JCtus, exaravit epiſtolam de *ænigmate, Ælia, Lælia, Criſpis*: quod interpretatus eſt de materia prima, An. 1618.

TURSELLINUS (Horat.) Romanus, An. 1599. obiit. Docuit Romæ juventutem viginti annos. Extat ejus hiſtoria univerſalis: item, libellus de particulis lat. ling. Vid. *Nicius Erythræus part. 2. Pinacoth. pag. 158. Alegambe, pag. 190.*

TURTURELLIUS (Franc.) egit de quarta uxori debita.

TURTURETUS (Vinc.) Siculus, Philippi IV. regis Capellanus, ſtruxit 3. libros horarum ſucciſivarum de nobilitate gentilitia, Lugd. An. 1624. item, parallela ethica & juridica An. 1630.

TURZANUS (Fr.) collegit fallentias regularum Juris.

TUSA (Pet.) in Eccleſiaſt. Lugd. A. 1624. commentatus eſt.

TUSCANUS (Seb.) Luſitanus, An. 1571. vixit. Pſalmos, Joëlem & Jonam commentario expoſuit.

TUSCHUS (Dominicus) Cardinalis, An. 1620. obiit. Vitam ad 90. usq; ætatis annum produxit. Univerſam juris civilis & canonici materiam in 8. volumina alphabetica ad modum aſſertionum congeſſit. *Tomaſinus in Elog.* refert, eum, mortuo pontifice, unanimi conſenſu ab univerſo Cardinalium cœtu pontificem conclamatum eſſe, ſolo reclamante *Baronio* & Tuſcho verborum obſcenitatem objiciente.

TUSCHUS (Paulus) compoſuit 2. libros de viſitatione & regimine eccleſiæ, Romæ, An. 1581.

TUSCIUS Tuſcianus, JCtus, tempore Hadriani Imp. claruit. Vid. *Bertrandus, pag. 321.* Quære, FUSCIANUS.

TUSCUS (Franc.) Bononienſis, A. 1633. floruit.

TUSCUS (Vivianus) JCtus, An. 1256. vixit. Reliquit caſus ſuper omnes leges.

TUSSANUS (Jac.) Remus, Græcæ linguæ profeſſor, Anno 1547. obiit. Vid. *Thuanus l. 3.*

de TUSSIGNANO (Pet.) tractavit de compoſitionibus & remediis ad omnes morbos & affectus ſanandos An. 1587. Vid. *Bumaldus, pag. 193.*

á TUSSIGNANO (Rod.) Vide, TOSSIGNANO.

TUTTUS (Guilh.) de ſervitutibus commentatus eſt, An. 1578.

TWEBONIUS (Pet.) concinnavit ideam boni concionatoris, An. 1660.

TWINUS (Brianus) Anglus, edidit apologiam antiquitatis academiæ Oxonienſis An. 1608. Vid. *Voſſius de hiſt. Lat. pag. 749.*

TWINUS (Joh.) Anglus, in lucem miſit libros 2. de rebus Albionicis, Lond. Anno 1590.

TWISSUS (Guilh.) conſtruxit tract. de ſcientia media. item, alium contra *Arminium* pro Perkinſo, An. 1648. *Dallæus* vocat ſubtiliſſimum theologum.

TYARDUS vel TYARDÆUS (Pontus) Briſſianus, librum parav. de recta nominum impoſitione An. 1603. Carmina ejus occurrunt *T. 3. Del. Gal. pag. 1112.* Vide, TIARDÆUS.

TYBERTUS (Antioch.) Cæſenas, divinatoriis artibus inclaruit. Reliquit libr. de chiromantia: & alios de phyſiognomia & pyromantia. Vid. *Jovius in Elog. numero 50.*

numero 10. Tollius de Inſ. lit. pag. 48. vocat *Tyberium*, malè, niſi fallor.

TYCHONIUS, Afer, A.C. 390. floruit. Is, licet in quibusdam Donatiſta eſſet, adverſus Donatiſtas tamen acerrimè pugnavit. Compoſuit iſagogicum volumen, in quo ſeptem regulas, tanquam ſeptem claves, ad aperiendam Scripturarum intelligentiam perutiles, exſecutus eſt. Vid. *Auguſtinus l. 3. de Doct. Chr. §. 30.* ubi de dictis regulis prolixè tractat.

TYDÆUS (Jac.) Pomeranus, natus eſt An. 1572: obiit An. 1655. Vir erat Græcè & latinè doctiſſimus. Altdorfii oratoriam & poeſin multis annis publice profeſſus eſt. Huic ob fidelem in Græcis & Latinis inſtitutionem multa debeo. Struxit carmina ex tempore mira facilitate in utraq; lingua.

TYDICHIUS (Joach.) Berolinenſis, reddidit verſu elegiaco proverbia Salomonis. *A nonnullis* literatorum ſui temporis delicium vocatus eſt.

TYLKOWSKI (Adalb.) ſcripſit de vaticinio Mariæ virginis An. 1674.

TYMPIUS (Matth.) adornavit ſpeculum principum: theatrum hiſtoricum: menſam theophiloſophicam, &c.

TYNDARUS, JCtus, de decimis: item, de teſtibus & compenſationibus commentatus eſt.

TYPOTIUS (Jac.) Brugenſis, obiit Anno 1604. De fama 2. libros. de fortuna totidem elaboravit. Extant ejusdem 3. tomi ſymbolorum humanorum & divinorum Vid. *Thuanus, l. 131.*

TYRANNIO, Τυραννίων, Emilenus, ab *Heſychio Illuſt.* inter philoſopos collocatur. Vixit tempore Pompeji Magni. Romæ clarus & dives factus ultra 30. millia librorum comparavit, teſte *Suida.*

TYRANNIO, Phœnix, tempore Julii Cæſ. floruit. Romæ docuit & 68. libros conſcripſit. *Suidas* teſtatur, eum ſcripſiſſe orthographiam: correctionem Homericam: librum de proſod[illegible] Homerica, de partibus orationis, de Romana lingua, quam ex Græca ortam contendebat.

TYRANNIO, Meſſenius, philoſophus, reliquit tres libros de auguriis, teſte *Suida.*

TYRANNUS, Τύραννος, ſophiſta, conſtruxit decem libros περὶ στάσεων καὶ διαιρέσεως λόγου. Vid. *Suidas.*

TYRIUS (Jac.) Scotus, An. 1597. obiit. Sub nomine *G. Thomſoni* ſcriptum de antiquitate eccleſiæ Scoticæ publicavit. Vid. *Alegambe, pag. 214.*

TYRTÆUS, Τυρταῖος, poeta, Olymp. XXXV. claruit. Eum Spartani in bello Meſſenaico ducem habuerunt. *Quidam* Mileſium faciunt & a Spartanis civitate donatum, ne viderentur peregrino duce uſi. Meminit ejus *Horatius lib. de arte Tyrtæusq. mares [illegible] in martia bella Verſibus exacuit.* Ju[illegible] *l. 3.* claudum fuiſſe memorat. Extat ejus luculentum fragmentum in *Lycurgi Atheniensis oratione contra Leocratem*: item, apud *Stobeum.* Ex *Ariſtotele l. [illegible] pol.* conſtat, quandam carminum [illegible] partem εὐνομίαν dictam fuiſſe. Confer *Strabonem l. 8. pag. 36[illegible]. T[illegible] pag. 14. Meurſium in Lacon. [illegible] 4. 17.*

TYSKEVICIUS (Georg.) [illegible], Anno 1625. obiit. Scripſit [illegible] de perfectione Christiana, Col[illegible] A. 1626. Vid. *Starovolſcius, pag. 9[illegible] Alegambe, pag. 160.*

TYTS (Joh.) conſtruxit lexicon [illegible]logicum, Colon. An. 1619.

TZETZES (Joh.) Τζέτζης, juxta *[illegible]lium* Anno Chr. 1176. floruit. Patrem habuit Michaëlem: matrem [illegible]. Vid. ipſe *Tzetzes Chiliad.* [illegible] Reliquit chiliades hiſtoriarum [illegible] ticis conſcriptas: item, commentarios in Hom. & Heſiodum. Fratrem habuit *Iſaacium Tzetzem*, qui commentari[illegible] paravit in *Lycophronis* Caſſandram.

V VAC

V.

VACCA (Anton.) carminibus celebris evaſit. Vid *Tomus 2. Delit. Ital. p. 1189.* Idem in Pandectas commentatus eſt Anno 1554. Confer *Hieron. Magium in Miſcellan. 4, 1.*

VACCONIUS (Claud.) JCtus, epitomen excuſationum à crimine falſi adornavit.

VACQUERIUS (Joh.) tractavit de hæreticis & inquiſitoribus, Venet. Anno 1583.

á VACUNA (Vaconius) JCtus, ſex libros declarationum juris, Venetiis An. 1564. in lucem protulit.

VADANUS (Claud.) Anno 1584. claruit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 62.*

VADIANUS (Joach.) Sangallenſis, natus eſt Anno 1484: obiit Anno 1551. Erat poëta, orator, geographus, medicus & theologus. Edidit commentarium in Pomponium Melam: libros 6. aphoriſmorum: hiſtoriam Turgaviæ, &c. Conſulatu in patria octies functus eſt, in cujus functione (inquit *Thuanus l. 8.*) conceptam de ſe ſpem non ſolum æquavit, ſed & longè ſuperavit, ut ejus exemplo confirmari poſſit, Philoſophis & literatis hominibus reipubl. adminiſtrationem minimè interdicendam eſſe. Vid. *Jovius in elog. pag. 292. Zeillerus part. 3. de biſt. pag. 244.*

de VADIS (Ægid.) compoſuit dialogum inter naturam & filium philoſophiæ. Vid. *Linden, pag. 9.*

VÆAUREUS (Joh.) Heduus, An. 1560. floruit. Philonem de 7. miraculis evulgavit. Carmina ejus lege *Tom. 3. delit. Gall. pag. 1130.* Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 254.*

VAECK (Alard.) ſtruxit compendium metaphyſices: item, comment. in ſymbolum Apoſtolicum. Prodiit ejusdem tr. de uniendis animis Chriſtianorum in fide illibata. An. 1645.

VÆNIUS (Erneſt.) edidit religioſum, Bruxell. An. 1637: item, libr. de pulcritudine An. 1662

VÆNIUS (Otto) Batavus, natus eſt An. 1556. Reliquit emblemata Horatiana: ducenta emblemata viris magnis uſurpanda: præcepta de arte pictoria & ſculptoria, &c. Videatur *Sweertius, pag. 590.*

VAEZ (Franc.) Hiſp. Anno 1619. obiit. Extant ejus literæ è Philippinis ſcriptæ. Vid. *Alegambe, pag. 142.*

VAEZIUS (Pet.) Luſitanus, Anno 1576. inclaruit. Exaravit apologiam contra praxin *Don. Ant. ab Altomari*: librum de epidemia peſtilenti: comment. medicum, in quo multa ſubobſcura rei medicæ elucidat & à plurimis neotericorum calumniis probatæ doctrinæ autores defendit.

VAGARELLUS (Jac.) Patavinus, Anno 1517. obiit. Expoſitiones ad Summam Angelicam collegit. Extat ejusdem tractatus contra Hebræos. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 186.* Confer, UNGARELLUS.

VAGETIUS (Joach.) ſcripſit de orbe habitabili: item, de ſtilo latino.

VAGNONIUS (Alf.) Sabaudus, An. 1624. claruit. Apud Chinenſes diu verſatus eſt, quorum multos ad Chriſtianam religionem adduxiſſe dicitur. Reliquit 4. tractatus, de DEO, anima immortali, peccato orig. & verbi incarnatione, lingua Chinenſi exaratos. Vid. *Alegambe, pag. 23.*

VAJERIUS (Mottæus) tractavit de legato. Vide, VAYERIUS.

VAILLANT (Joh.) emiſit numiſmata Impp. Romanorum, Pariſiis An. 1674. in 4.

VAIRUS (Leonh.) Beneventanus, compoſ. tres libros de faſcino, Venetiis Anno 1589.

du VAL (Andr.) Pontæſianus, An. 1620. floruit. Stilum ſtrinxit contra *Richerium* pro ſupremo Pontificis Romani autoritate. Extat ejusdem curſus theologicus. Vid. *Sauſſay. pag. 234.*

du VAL (Guil.) paravit compendium metaphyſices Ariſtotelicæ. Ejusdem φυλολογία, Pariſiis An. 1647. impreſſa eſt.

de la VAL (Joh.) Atrebatenſis, reddidit pſalterium carmine elegiaco. Extat ejusdem carmen heroicum An. 1576. excuſum, cui *titulus*: Anna, Maria, Jeſus.

VALADES (Didacus) Hiſp. vixit Anno 1570. Condidit rhetoricam Chriſtianam

anam, pulcris iconibus & frequentibus Indorum exemplis reſperſam. Videatur *Waddingus, pag. 103.*

VALASCUS (Alvar.) JCtus, ſcripſit quæſtiones juris emphyteutici Anno 1599: item, deciſiones curiæ Luſitanæ.

VALCKENIERIUS (Joh.) edidit Romam paganizantem, Franeckeræ An. 1656. in 4. item, refutationem Anabaptiſt. Anno 1652.

VALDAMBRINUS (Gerius) Aretinus, in literarum ſtudiis toto vitæ tempore verſatus eſt. Vid. *Pierius Valerianus, de Inf. lit. pag. 149.*

VALDANIUS (Joſ.) Veronenſis medicus, reliquit 2. dialogos de miſtione, An 1562: librum de uſu theriacæ: & ſcholia in Proclum de motu. Vid. *Chioccus, pag. 92.*

VALDAURA (Bernh.) Brugenſis, Anno 1558. vixit: Collegit marmoreas inſcriptiones. Extat ejuſdem tractatus de nummis antiquis.

de VALDAURA (Chriſt. Crepus) ſtruxit duo volumina deciſionum Anno 1662.

VALDERDIUS aſſertionem ignis purgatorii Venet. Anno 1590. promulgavit.

VALDESIUS (Joh.) Hiſp. in epiſtolam S. Pauli ad Romanos commentatus eſt Anno 1556. Vid. *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag. 85.*

VALDESSOUS, Anglus, conſiderationes theologicas elaboravit.

VALDIVIA (Lud.) Granatenſis, A. 1606. claruit et Chilenſibus religionem catholicoRomanam annunciavit. Grammaticam, vocabularium, catechiſmum, &c. Chilenſi lingua exaravit. Vid. *Alegambe, pag. 319.*

VALDORIUS (Joh.) edidit Ludovici XIII. monumenta triumphalia A. 1646. fol.

VALDUS (Auguſt.) Patavinus, Romæ multis annis bonas literas profeſſus eſt. In *Plinium* nonnulla elucubraſſe fertur, quæ tamen petulantia Hiſpanorum & Germ. militum perierunt. Vid. *Pierius Valer. de Inf. lit. pag. 44*

VALENS (Franc.) concordiam juris pontificii cum Cæſareo, Pariſ. Anno 1654. fol. imprimi curavit.

VALENS (Germ.) Aurelianenſis, carmina compoſuit. Vid. *Tomus 3. Del* [illegible] *pag. 1112.* Item *Sammarthanus*, [illegible] 152.

VALENS (Joh.) erat præceptor I claſſis in collegio *Boncour*, quod eſt [illegible]. Dicitur fuiſſe homo miri ingeni & inal[illegible] ci. Si quoſdam *Juriſperitorum* titul[illegible] gaudere cognovit, eos vocavit *juriſperi[illegible]tos*, &, qui Ciceroni præ cæteris operam dederunt, *Ciceronianos*. Multos ſe fruſtra exercere dicebat in definitione juris naturalis, quod natura omnia animalia docuit: poſſe equum creari doctorem, quemadmodum Caligula equum creavit conſulem. Vid. *D. Richteri epiſt. ſelect. pag. 26.*

VALENSIS (Joh.) egit de regi[illegible] vitæ humanæ, Venet. An. 1496.

à VALENTIA (Gregorius) Hiſpanus, Anno 1603. ætatis 54. obiit [illegible], Ingolſtadii, Romæ theol[illegible] functus eſt. Scripſit analyſin [illegible] catholicæ libris octo: de ſanctiſſima Trinitate libros quinq; tomos [illegible] in Thomam Aquinatem, &c. A Clemente IIX. *doctor doctorum* appellatus eſt. [illegible] de hoc Gregorio apud *N[illegible] Erythr. part. 2. Pinacoth. pag. 9. Aleg[illegible] pag. 165.* legere licet.

de VALENTIA (Jac.) Ajore[illegible] Anno 1491. vivere deſiit. Libe[illegible] de Chriſto reparatore contra [illegible].

de VALENTIA (Mich.) J[illegible] differentiis utriusque fori comm[illegible] eſt, Venet. An. 1645. fol.

à VALENTIA (Pet.) tractavit de judicio erga verum, An. 1506.

VALENTIANUS (Greg.) edi[illegible] diam S. Patrum, Venet. A[illegible] 1646. fol.

VALENTIANUS (Joh. Ba[illegible]) edit quatuor libros Solyme[illegible] Anno 1606.

de VALENTIIS (Vent.) J[illegible], [illegible] fuit *Parthenium* Litigioſ[illegible]m

VALENTINUS (Ba[illegible] [illegible] Benedictinus, ſub finem ſeculi XV. flor[illegible]. Reliquit triumphalem cu[illegible] nii. Liber prodiit Toloſæ An. [illegible]. Vid. *Linden. pag. 97.*

VALENTINUS (Joh.) [illegible] ob ſparſas de S. Trinitate p[illegible] nes Bernæ in Helvetiis An. [illegible]66. [illegible] capitali affectus eſt, teſt[illegible]

VALENTINUS (Stavanus) ſcripſit de oſculo pedum pontificis, Colon. Anno 1580.

VALENZUOLA (J. Bapt.) JCtus, collegit duos tomos conſiliorum An. 1671.

de VALERA (Hieron.) Anno 1610. in logicam juxta doctrinam *Scoti* commentatus eſt. *Waddingus in S. O. Min. pag. 176.* vocat virum ſubtilis ingenii.

VALEREUS (Jodocus) Cointi Paralipomena latinitate donavit. Vid. *Simlerus, pag. 113.*

VALERIANUS, Cemelienſis, An. Chr. 451. vixit. Reliquit 20. homilias. Videatur *Ph. Labbe, Tomo 2. diſſert. pag. 454.*

VALERIANUS Magnus, Mediolanenſis, celebris Capuccinus, An. 1648. floruit. Judicium de catholicorum & acatholicorum regula credendi edidit: item, philoſophiam Valerianam. Cum *Calixto, Haberkornio & aliis* diſputationes habuit. Ad extremum ipſos Jeſuitas hoſtes graviſſimos expertus eſt. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 328.* Quære, MAGNUS.

VALERIANUS (Pierius) carmina reliquit. Vid. *Tomus T. 2. delit. Ital. pag. 1193.* Extant ejusdem Hieroglyphica: item, libellus de infelicitate literatorum. Quære, PIERIUS.

de VALERIIS (Valer.) explicationem arboris & artis Lullianæ Anno 1589. publicavit.

VALERIOLA (Franc.) compoſuit locos communes medicinæ An. 1589: irem, comment. in Galenum de conſtitut. artis medicæ An. 1577. *Hieron. Magius l. 2. miſc. c. 1.* vocat phyſicum erudiſſimum & Galeni nobilem explanatorem.

VALERIUS Æditutus, poëta, epigrammata exaravit, quorum nonnulla *Agellius 19, 9.* adducit.

VALERIUS (Q.) Antias. Quære, ANTIAS.

VALERIUS Cato. Vide, CATO.

VALERIUS (Cajus) Flaccus. Vide, FLACCUS.

VALERIUS Licinianus. Vide, LICINIANUS.

VALERIUS Marcellinus inter hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores refertur à *Capitolino in Max. & Balb.*

VALERIUS Maximus tempore Tiberii Imp. claruit. Ætatem ſuam ipſe indicat *l. 2. c. 8.* ubi ſe Aſiam cum Sexto Pompejo petiiſſe ait. Erat autem is Sextus Pompejus, qui cum Sexto Apulejo conſulatum geſſit eo anno, quo Auguſtus vita exceſſit. Reliquit novem libros rerum factorumq; memorabilium. Quidam ei libellum de prænominibus quoq; tribuunt: à quibus tamen *G. J. Voſſius* diſſentit. Idem *Voſſius l. 1. de hiſt. Lat. c. 24.* nos non ipſum Valerium, ſed epitomen ejus, quam *Julius Paris* concinnaverat, habere exiſtimat. Confer *Eundem lib. 3. Gramm. pag. 68. Eraſmus in Ciceroniano pag. 245.* ita de Valerio judicat: Valerius Max. tam ſimilis eſt Ciceroni, quàm mulus homini, adeo ut vix credas vel Italum fuiſſe, qui ſcripſit, vel hoc ætatis, quod præ ſe fert, vixiſſe: tam diverſum eſt totum dictionis genus: Afrum quempiam eſſe dicas, nec ullum carmen elaboratius.

VALERIUS Meſſalla. Vide, MESSALLA.

VALERIUS (M.) Probus, grammaticus, tempore Neronis Imp. claruit. *Macrobius l. 5.* virum perfectiſſimum appellat. Extant commentaria ejus in Bucolica & Georgica Virgilii: item, opuſculum de notis antiquis. Videatur *Suetonius in Cl. Grammaticis.*

VALERIUS Severus, JCtus, tempore Antonini Pii Imp. floruit. Vid. *Bertrand. in JCt. pag. 279.*

VALERIUS Soranus tempore Julii Cæſaris vixit. Meminit ejus *Cicero in Bruto:* item *Varro* apud *Agellium, 2, 10. Boccatius in Geneal. deor. 3, 3.* vocat *Valerium Serranum.*

VALERIUS Valentinus expreſſit legem convivalem jocoſo carmine. Vid. *Glandorpius, pag. 877.*

VALERIUS (Aug.) Cardin. Anno 1606. obiit. Juxta *Nicium Erythr. part. 1. Pinacoth. pag. 170.* ſupra 120. opuſcula latino ſermone elaboravit. Extant undeviginti ejus dialogi de æſtivo canis ortu: de epiſcoporum Veronenſium antiquis monumentis: de regulis prudentiæ: de recta philoſoph. ratione, &c. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 4. Sauſſay, pag. 197.*

VALERIUS (Corn.) Aquenſis, natus eſt An. 1512: obiit An. 1578. Lovanii bonas literas profeſſus eſt. Orbem diſciplinarum caſto & eleganti ſtilo abſolvit.

Vid.

Vid. *Sweertius*, *pag*. 197. *Valer. Andreas in Faſtis Lovanienſ. pag.* 280.

VALERIUS (Hier.) Cæſarauguſtanus, tractavit de colocynthidis præparatione & trochiſcis Alhandel eorumq; uſu, An. 1611.

VALERIUS (Joh.) collegit differentias utriusq; fori, judicialis & conſcientiæ, Venet. An. 1645.

VALERIUS (Lucas) mathematicus, An. 1603. librum emiſit de centro gravitatis ſolidorum; & Anno 1606. de quadratura parabolæ per ſimplex falſum. Docuit multos annos in gymnaſio Romano. *Galileus Galil*. faſſus eſt, hunc Valerium ob admirabilem rerum mathematicarum ſcientiam eſſe adeptum, ut ſui ævi Archimedes dici meritiſſimo poſſet. Vid. *Nicius Erythr. part.* 1 *pag.* 236.

VALERON (Em. Rom.) ſcripſit de transactionibus, An. 1665.

VALESIUS (Hadr.) edidit tres tomos rerum Francicarum, fol. An 1646. notitiam Galliarum, fol. diſceptationem de Baſilicis: carmen panegyricum de laudibus Berengarii, &c. Ajunt, ipſum *Libanii* epiſtolas 900. poſſidere, utinam aliquando lucem viſuras.

VALESIUS (Henr.) elaboravit notas eruditas in excerpta Peireſciana Hiſtoricorum Græcorum An. 1634. Prodiit ejusdem Euſebius An. 1670. *Grævius T.* 2. *not. in epiſt. famil. Cicer. pag.* 407. vocat ingeniorum noſtræ memoriæ principem.

VALESTRIUS (Pet.) de Ferrariis, Inter eximios theologos hujus ævi refertur à *Caramuele*.

VALETIUS (Ant.) carminibus celebritatem ſibi peperit. Videatur *Tomus* 3. *Delit. Gall. pag.* 1123. Item, *Linden*, *pag.* 55.

VALGANERA (Marianus) reliquit Panormitanas antiquitates.

VALGIUS Rufus ſcripſit de rebus per epiſtolam quæſitis. Citatur *Agellio* 12, 3. Vid. *Glandorpius*, *pag.* 878.

VALGIUS (Titus) poeta, tempore Auguſti inclaruit. De eo ita *Tibullus*: *Æterno propior non alter Homero*. Eundem *Horatius* 1. *ſat.* 10. cum Virgilio, Vario, Mecœnate aliisq; conjungit. *Donatus in vita Terrentii* citat Valgium in Actæone.

VALGULUS (Car.) è Græco transtulit Plutarchi nuptialia præcepta, l[illegible] [illegible] virtute morali & alium de muſica. V[illegible]d. *Simlerus*.

VALIARIA (Val.) JCtus, e[illegible]r deciſiones Florentinas.

VALIGNANUS (Alex.) Italus, tractat[illegible]m de Chinæ admirandis publicavit. Vid. *Alegambe*, *pag.* 13.

VALLA (Georg.) Placentinus, ſcripſit de natura ſimplicium: de natura oculorum: de natura partium animalium, An. 1528. Vid *Jovius in elog. n.* 113. *Pierius Valerianus de Inf. lit. pag.* 50. *Sorellus de perfect. hom. pag.* 557.

VALLA (Laurent.) Patricius Rom. Anno 1457. obiit. Compoſuit ſex libros elegantiarum: tres de geſtis Fe[illegible]andi, Regis Aragoniæ. Idem Herodotum & Thucydidem latinè transtulit. I[illegible] quoque opus de falſa donatione Conſtantini tribuitur. Extant & ejus notæ in Novum Teſtamentum. *Jovius in elog. numero* 13. refert, Vallam fuiſſe i[illegible]genio maximè libero, mordaci & contentioſo, qui aliena ſatirico dente facile perſtringeret & lites in literis adverſus i[illegible]orantes acerrimas fereret. *Jovianus* teſtatur, Vallam eo temeritatis pr[illegible]greſſum, ut profiteretur, habere ſe quoq; [illegible] Chriſtum ſpicula. *Eraſmus in Ciceroniano p.* 1[illegible]7. Valla (inquit) propius acced[illegible]t ad cur[illegible]m ac ſubtilitatem Quintilian[illegible], q[illegible]am [illegible] laboratam Ciceronis facil[illegible]m, quanquam cæteris elimatior & puri[illegible]r. V[illegible]d. *Autor dialogi de reparat. L. L.* [illegible] *p.* 397. *Hier. Magius l.* 1. *c.* 1. *Voſſius d*[illegible] *rhet. pag.* 48. *Id.* 3. *Grammat. pag*[illegible] *part.* 1. *Ant. Bibl. pag.* 190. *H*[illegible] *part.* 2. *de S. R. R. pag.* 110.

VALLA (Nicol.) JCtus, An [illegible] obiit. Ejus *Epitaphium* occurrit in R[illegible] *Fabricii*, *pag.* 117. Heſiodum ca[illegible]e in latinum transtulit. Extat qu[illegible] ejus tr[illegible] de rebus dubiis & quæſtionibus in jure [illegible] traverſis. Vid. *Pierius Valerian*[illegible] *Inf. lit. pag.* 106.

VALLA (Pet.) Pariſinus, Anno 1564. vivere deſiit. Videatur *Colomeſius in* [illegible] *O. pag.* 35.

VALLADERIUS (Andr.) tracta[illegible] de oratore perfecto. Liber prod[illegible] Pariſiis Anno 1621.

VALLADES (Dida[illegible]) ſtruxit rhetoricam Chriſtianam, Peruſ. Anno 15[illegible]9. Vide, VALADES

VAL-

VALLAMBERTUS (Simon) carminibus inclareſcere cœpit. Vid. *Tomus 3. Delit. Gall.pag. 1123.*

de VALLE (Franc. Garcia) Calaguritanus, evangelicum concionatorem & novi hominis inſtitutionem ex verbo Dei duobus tomis formavit. Vid. *Alegambe, pag. 124.*

de VALLE (Lud.) Bergomas, paravit inſtrumentorum theoricam & actorum civilium practicam, teſte *Calvo pag. 362.*

de VALLE (Pet.) Patricius Romanus, Anno 1628. claruit. Confecit comment. hiſtoricum de Schach Abas, Perſarum rege. Extant ejusdem 54. epiſtolæ, quibus iter ſuum in Turciam, Perſiam, Armeniam & Indiam orientalem latiſſime exponit. Vitam ipſius *Ph. Marinus Boninus* breviter & eleganter conſignavit.

à VALLE (Roland.) Patricius Caſalenſis, JCtus, condidit quæſtiones de lucro dotis, Venet. Anno 1567. Extant ejusdem 4. tomi conſiliorum.

de VALLEBONA (Gondis.) Gallæcus, Anno 1313. deceſſit. Egit de æquipollentibus. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 147.*

VALLENSIS (Andr.) vulgò *del Vaulx*, Andanenſis, JCtus, Anno 1636. obiit. Scripſit paratitla decretalium Gregorii IX. Pontif. item, tractatum de beneficiis eccleſiaſticis. Vid. *Valer. Andr. in Faſtis Lovan. pag. 204.*

VALLENSIS (Robert.) de veritate & antiquitate artis chymicæ Anno 1592. tractare inſtituit.

VALLESIUS (Franc.) Covarruvianus, in Complutenſi academia profeſſor, Anno 1551. obiit. Tractatum de ſacra philoſophia emiſit: item, commentarium in varios Galeni libros. Vide, de COVARRUVIIS.

VALLIK (Jac.) JCtus, ſcripſit de ſortilegis.

VALLIUS (G.) in Haggæum Anno 1541. commentatus eſt.

du VALLIUS (J. Bapt.) Altiſſiodorenſis, linguarum orientalium in acad. Pariſienſi interpres, An. 1634. obiit. Compoſuit lexicon Latino-Arabicum, An. 1632. editum. Idem *Æneæ Vici* imagines Auguſtarum reſtituit, Pariſ. An. 1629. Vid. *Colomeſius in Gall. Orient. pag. 161.*

VALLIUS (Paulus) Romanus An. 1622. deceſſit. Edidit logicam in fol. Vid. *Alegambe, pag. 368.*

VALLO (Joh.) tractavit de formalitatibus Scoti, Pariſ. An. 1585.

VALMARANA (Aloyſ.) carmina modulatus eſt. Videatur *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 1381.*

VALOYS (Thomas) in *Boëthium de conſol. phil.* commentatus eſt. Commentaria iſta vulgò perperam *Thomæ Aquinati* adſcribuntur. Videatur *C. Barthius in Adv. 56, 10.*

VALTRINUS (Joh. Anton.) Senenſis, ſeptem libros de re militari elaboravit. Vid. *Alegambe, pag. 218. Mart. Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 157.*

VALTURIUS (Rob.) militaris diſciplinæ præcepta è Græcorum & lat. hiſtoriis collecta perſcripſit, ita ut explicatis veterum machinarum artificiis totius bellici apparatus inſtrumenta ſecundum picturæ imagines legentium oculis ſubjiceret, Anno 1472. Vid. *Jovius in elog. numero 131.*

VALVASON (Jac.) epiſtolam de thermis ad Timavi oſtia exaraſſe dicitur.

VALVASSOR (Firmianus Medolagus) Anno 1592. claruit. Compendium magiſtri Sententiarum adornavit. Vid. *Don. Calvus pag. 142.*

VALVASSOR (Theod.) Bergomas, Anno 1659. obiit. Collegit centum conſilia legalia. Vid. *D. Calvus pag. 478.*

VALVERDUS (Barth.) Hiſp. Anno 1589. floruit. Struxit tract. de igne purgatorio: item, commentarium cap. ult. proverbiorum Salomonis. Extat ejusdem gnomologia ex S. Patribus collecta.

VALVERDUS (Joh.) Hiſp. medicus, anatomen corporis humani An. 1589. imprimi curavit.

VANCIUS (Ang.) Ariminenſis, ſuſcepit defenſionem pro ſermonibus Auguſtini ad eremitas, An. 1646.

VANDERANUS (Pet.) JCtus, Lovanienſis, Anno 1560. vixit. Scripſit de judiciis veterum: item, de creditorum privilegiis, teſte *Swertio.*

VANDERBURCHIUS (Adr.) Ultrajectinus. Vide, BURCHIUS.

VANDERBURCHIUS (Lamb.) res Sabaudicas literis mandavit Anno 1599.

de VANDINIS (Thomas) Anno 1599. floruit. Vid. *Bumaldus, pag. 221.*

VANEGAS (Alexius) Hiſp. enucleationem adornavit in aurei Velleris locos, Toloſæ An. 1540.

VANN (Andr.) ſcripſit de rerum naturalium pondere, gravitate & impulſu lib. 12. Anno 1656.

VANNÆUS (Steph.) condidit Recanetum de muſica aurea, Romæ An. 1533.

VANNINUS (Guido) carmina in lucem protulit Anno 1611.

VANNINUS (Julius Cæſar) Neapolitanus, medicus, librum de arcanis naturæ edidit, quo non erubuit profiteri naturam omnium Deam. Italia profugus Toloſam venit, ubi cum innotuiſſet, comprehenſus & combuſtus eſt Anno 1618. De eo ita *Spitzelius in ſcrutinio Atheiſmi*, *pag.* 19. Vanninus in Amphitheatro æternæ providentiæ divinomagico, Lugduni An. 1615. edito, magno molimine novo modo providentiam divinam adv. atheos & Epicureos defendere quidem videtur, revera tamen ſæpius ità defendit, ut potius turpiter proſtituat, idque eo potiſſimum fine, ut, ſi infirmiores videant, tantum atlantem tàm raris & tàm novis machinis ex philoſophia pariter ac theologia adhibitis argumentorum atheiſticorum momenta ac pondera ſuſtinere non potuiſſe, ſibi ſtatim nihil amplius certi, nihil ſolidi promittant, ſed in ſcepticiſmum, imò atheiſmum ſponte ſua prolabantur. Confer *Gramondum in hiſt. Gall. l. 3. pag. 210. Barlæum in epiſt. 364 Biſſelium in Septennio 3. ad An. 1619. pag. 306.*

VANNIUS (Valerius) tractavit de miſſa, Anno 1563.

VANNOTIUS (Franc. Maria) dè aqua minerali, Salmacina dicta, Romæ Anno 1642. ſcribere aggreſſus eſt.

VANSLEBEN (Joh. Mich.) edidit relationem de ſtatu præſenti Ægypti, Florentiæ Anno 1670.

VANTIUS (Sebaſt.) JCtus, egit de nullitatibus proceſſuum & ſententiarum, Anno 1604.

VARANDÆUS (Joh.) emiſit pathologiam & phyſiologiam Anno 1620. Opera ejus univerſa prodierunt An. 1658.

VARANIUS (Valerandus) Gallus, Anno 1516. ſex libros de Johanne bellatrice, Lotharingica viragine, verſu heroico conſcripſit. Incipit: *Ordior auguſtæ titulos & geſta puellæ*, *&c.*

VARCHIUS (Bened.) Anno 1566. obiit. Carmina ejus leguntur *T. 2. Del. Ital. p. 1381.* Vid *Thuan. l. 38. Ghil vol. 1. p. 30.*

VARDÆUS (Hugo) Hibernus, An 1635. obiit. Hiſtoriam S. Rumaldi, Lovan. Anno 1662. typis ſubjecit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 179.*

VARENACKER (Joh) Anno 1475. obiit. Scripſit in librum Sapientiæ & 4. Evang. Vid. *Valerius Andr. in Faſt. Lovan pag. 88.*

VARENIUS (Alanus) de rerum trinitate: Item, de amicitia, præcipuè divina, commentatus eſt.

VARENIUS (Auguſtus) celebris theologus, An. 1666. claruit. Edidit indiculum Theologiæ controverſæ: item, rationarium de ſcriptoribus eccleſiaſt An. 1669.

VARENIUS (Bernh.) medicus, condidit geographiam generalem An. 1650.

VARENNIUS (Joh.) Machlinienſ. A. 1536. obiit. Struxit ſyntaxin linguæ Græcæ: item, lib. de accentibus Græcorum.

VARESIUS (Aloyſ.) collegit conſilia medica, teſte *Linden*, *pag.* 20.

VARGAS (Alfonſ.) Anno 1359. obiit. In 1. librum Sententiarum & in librum de anima commentari aggreſſus eſt. Vid. *Olearius*, *pag.* 21.

VARGOCIUS (Andr.) Premiſlienſis Roxolanus, librum de Roma vetere & nova elaboravit. Vid. *Starovolſc. pag. 121.*

de VARIGNANA (Barth.) medicus, Anno 1191. floruit. Emiſit librum praxis medicinalis.

de VARIGNANA (Dominicus) medicus, Anno 1450. vixit. *Buttius* vocat virum memorandiſſimum. Scripſit de urinis.

de VARIGNANA (Guilh.) medicus, Anno 1304. innotuit. A quibusdam *venerabilis magiſter* vocatur. Edidit opera medica de morbis univerſalibus & particularibus. *Sunt*, qui origine Judæum fuiſſe autumant.

de VARIGNANA (Pet.) medicus, Anno 1378. floruit. Reliquit varia medicinalia. Vid. *Bumaldus pag.* 194.

VARINUS Phavorinus, Camers, epiſcopus Nucerinus, lexicon Græcum collegit è *Suida, Heſychio, & Scholiis Græcorum*, & Julio de Medices, Cardinali, dedicavit. Vide, PHAVORINUS.

VARIUS (Lucius) poëta latinus, Olymp. CXC. claruit. *Horatio* vocatur Mæonii

carmi-

carminis ales. *Hieronymus in Chronico:* Varius & Tucca, Virgilii & Horatii contubernales, Æneadum libros emendarunt ſub ea lege, ut nihil adderent. Vid. *Glandorpius pag. 879.*

VARIUS Lucullus, inter JCtos locum occupat. *Bertrandus pag. 303.* non multo juniorem Labeone fuiſſe exiſtimat.

VARLENIUS (Hieron.) Silvæducenſis, Anno 1587. obiit. Edidit comment. in Pſalmos: item, in Xenoph. de ſui cognitione.

de VARNA (Baſilius) ſtruxit analyſin dialecticam colloquii Ratisbonenſis, Anno 1601.

VARNERIUS (Joh.) Vitriaco Campanus, An. 1665. claruit, teſte *Colomeſio.*

VARNEWICUS (Marcus) exaravit ſpeculum antiquitatis Belgicæ: tres libros de ethnicis illuminatis: clypeum fidei, &c. Vid. *Sweertius, pag. 523.*

VARO (Salv.) Quinquefrondenſis Calaber. An. 1631. claruit. Hiſtoriam incendii Veſuviani Anno 1631. tribus libris complexus eſt. Videatur *Alegambe, pag. 417.*

VAROLIUS (Conſt.) Bononienſ. Anno 1575 obiit. Scripſit de origine nervorum opticorum: item, 4. libros anatomiæ. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 64. Linden pag. 146.*

VARONA (Fr. Pet.) tractavit de arcano DEI verbo. Liber prodiit Madriti Anno 1595.

VAROTARIUS (Aſcan.) JCtus, *Gregorio Leto in Ital. regn. pag. 318.* memoratur.

VARRERIUS (Calp.) Hiſp. Anno 1600. claruit. Edidit comment. de Ophir regione in S. literis commemorata: item, cenſuram de Beroſo, Metaſthene, Fab. Pictore, Porcio Catone, ſuppoſititiis ſcriptoribus, à *Johanne Viterbienſi* editis.

VARRILLO (Guilh.) reliquit repertorium opinionum in Scoto nullatenus aſſignatarum. Vide, VORRILLO.

VARRO, Atacinus (*Hornio in hiſt. phil. pag. pag. 240.* malè *Atracinus* dicitur) A.U.C. 707 claruit. *Plinio* P. Terentius Varro Atacinus, ab *Atace* Galliæ Narbonenſis vico, cognomini fluvio vicino, appellatus eſt. Condidit 4. libros Argonauticorum, in quibus Apollonii Argonautica ita expreſſit, ut alieni operis non aſpernandus interpres *Quintiliano* viſus ſit. Prætereà bellum Sequanicum carmine exaravit: item, Europam. Cùm 35. annorum eſſet, juxta *Hieronymum* Græcis literis operam dare cœpit. Vid. *Glandorp. pag. 833.*

VARRO (M. Terentius) natus eſt Anno 1. Olymp. CLXVI: obiit An. 1. Olymp. CLXXXIIX. propè nonagenarius, teſte *Hieronymo in Chronico.* Compoſuit 24. libros de lingua latina, quos Ciceroni dedicaverat: ſatiras Menippeas: antiquitates rerum humanarum divinarumque: libros de vita populi Romani: opus hebdomadum, quod continebat imagines & elogia doctorum virorum; librum de poëtis & ſcenicis originibus, &c. Vitam hujus Varronis exaravit *M. Vertranius Maurus;* ſed jejunè, ut ajunt. A *Seneca* Romanorum doctiſſimus dicitur. *Vitruvius* librum Varronis de architectura: item, Tuberonem ſivè de origine Rom. allegat. *Job Sarisberienſis 2,2.* eundem in navalibus laudat. *Priſcianus* menſuralium Varronis meminit. Vid. *Glandorpius, pag. 832. Popma in Varron. pag. 497. 702. Voſſius de nat. log. pag. 48. Jonſius de S. H. Ph. 3, 1. Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 23.*

VARRO (Guilh.) Scoti præceptor, *doctor fundatus* dictus, Anno 1270. claruit. In magiſtrum Sententiarum commentatus eſt. Videatur *Wadding. in S. O. M. pag. 157.*

VARRUS (Gabr.) laudes Italiæ congeſſit.

VARSEVICIUS (Chr.) Maſovita Polonus, in ſeptem pſalmos pœnitentiales commentari cœpit. Extat ejusdem tract. de legato. Videatur *Starovolſcius pag. 121.*

VARTOMANNUS (Ludov.) (aliàs Lud. VARTHEMA) Bononienſis, temporè Maximiliani navigavit in Æthiopiam, Ægyptum, Arabiam, Perſiam, Syriam, Indiam: atque hanc peregrinationem ſuam ſex libris complexus eſt.

VARUS, tragicus, *Servio in Virg. pag. 38.* memoratur. Varus etiam panegyricum Auguſto ſcripſiſſe fertur. Vid. *Barthius in Claud pag. 1.*

VARUS, Οὔαρος, Laodicenſis, inter ſophiſtas locum habuit. Vid. *Philoſtratus in ſoph. pag. 569.*

VARUS, Pergenſis, itidem ſophiſtis annumeratur. Vid. iterum *Philoſtratus l. c. pag. 556.*

VASÆUS (Joh.) Brugenſis, A. 1550. vivere deſiit. Chronicon rerum Hiſpanicarum contexuit. Vid. *Thuanus l. 6.* item, *Sanderus in Burgenſ.*

VASARIUS (G.) Aretinus, Anno 1574. obiit. Vitas excellentiorum pictorum, ſculptorum & architectorum in literas retulit. Vid. *Thuanus l. 59. Ghilinus, vol. 2. pag. 117.*

VASCONCELLIUS (Ant.) Olyſſiponenſis, An. 1622. deceſſit. De regno & regibus Luſitaniæ ſcribere inſtituit. Vid. *Alegambe, pag. 45.*

VASCUS (Pet.) Caſtellanus, edidit exercitationes ad thoracis affectus in 10. tractatus diviſas, Toloſæ Anno 1616. in 4.

VASQUESIUS (Mich.) de myſterio Trinitatis Anno 1617. commentari cœpit.

VASQUEZ (Gabr.) Bellomontanus, Anno 1604. obiit. In Complutenſi academia theologiam profeſſus eſt. Elaboravit prolixos commentarios in Thomam Aquinatem. Quidam Solem theologiæ, magiſtrum magiſtrorum, theologorum coryphæum, naturæ monſtrum appellant. Videatur *Alegambe, pag. 146.*

VASQUIUS (Fern.) JCtus, de ſucceſſionibus & ultimis voluntatibus tractare cœpit Anno 1577.

VASSÆUS (Joh.) Meldenſis, librum compoſuit de judiciis urinarum Anno 1555.

VASSELLI (Fort.) Vaſco, Anno 1361. obiit. In omnes fermè S. Scripturæ libros commentatus eſt. Vid. *Waddingus, pag. 110.*

de VASSEUR (Joh.) Sedanenſis, Anno 1665. claruit. Typis tradidit grammaticam hebraicam. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 228.*

de VASSEUR (Lud.) Pariſinus, medicus, exaravit epiſtolam de Silviano humore triumvirali, Pariſ. Anno 1668: item, Silvium confutatum, An. 1673.

VASTOVIUS (Joh.) vitem aquiloniam emiſit, Colon. Anno 1623.

VATABLUS (Franc.) Ambianenſis, Anno 1547. obiit. Ex Ariſtotele multa in lat. linguam tranſtulit. Inde, relicto philoſophiæ ſtudio, ad S. literas totum ſe applicuit. Notæ in V. Teſt. quæ ejus nomine circumferuntur, ab auditoribus ex prælegentis ore exceptæ ſunt. Lutetiæ hebraicas literas profitentem ipſi Hebræi admirati fuerunt. Vid. *Thuanus l. 3. Sauſſay pag. 38. Colomeſius in G. O. pag. 8. Olearius in Abaco pag. 166.*

VATELLUS (Joh.) Muſæi poëmation de amore Herus & Leandri commentario illuſtravit. Vid. *Simlerus.*

VATIENUS Montanus. Vide, MONTANUS.

VATTERIUS (Pet.) Anno 1665. floruit, totumq; Avicennam ex Arabico latinè tranſtulit. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 229.*

VAVASSOR (Franc.) ſcripſit 3. libros epigrammatum: libellum de epigrammate: tractatum de ludicra dictione: lib. de forma Chriſti in diebus carnis: alium de miraculis Chriſti, &c. Vid. *Alegambe, pag. 142. Grævius part. 2. notarum in epiſtolas Cic. ad fam. pag. 61.* vocat diſertiſſimum & ſummi ingenii ac doctrinæ virum.

VAUCHOPIUS (Georg.) Scotus, texuit elegantem tract. de magiſtratibus vet. pop. Rom. An. 1595.

VAUDUS (Joh.) JCtus, edidit quæſtiones varias juris civilis An. 1585.

VAUGANUS, Anglus, condidit poëma de militante eccleſia.

VAULTIER (Mart.) vel VAUTHIER, Lotharingus, Anno 1622. obiit. Adornavit demonſtrationem, in qua aff. religionem pontificiam non eſſe idololatricam, adv. *Rixingerum.* Vid. *Aleg. pag. 331.*

de VAULX (Remaclus) ſcripſit librum, cui titulus: Harpocrates, contra non neminem, qui diem judicii Anno 1666. fore exiſtimabat.

le VAYER (Franc.) JCtus, tractavit de legatione An. 1596.

VAYERIUS (Mottæus) librum ſtruxit de virtutibus ethnicorum, teſte *Mareſio Tom. 2. Syllog. diſp. pag. 124.*

VAYLLO (Blaſ.) Aragonenſis, An. 1609. vixit. Reliquit comment. in bullam Cruciatæ. Vid. *Alegambe, pag. 66.*

de UBALDIS (Angel.) Peruſinus, Anno 1400. obiit. Pater practicæ, item, doctor judicum dictus eſt. Paravit tractatum de ſequeſtro, & alia. Vid. *Gu. Panzirolus in JCtis, 2, 71.*

de UBALDIS (Baldus) Peruſinus, JCtus. Vide, BALDUS.

de UBALDIS (Pet.) Peruſinus, JCtus, tractavit de permutatione beneficiorum: de canonica, &c. Vid. *Panzirolus l. c. 2, 72.*

UBALDUS (Franc.) collegit deciſiones, Anno 1668.

UBALDUS (Galeat.) edidit tres libros alloquiorum, Colon. An. 1634.

UBALDUS (Guido) condidit ſex libros de perſpectiva, Anno 1600. Ejusdem mechanica Anno 1615. prodierunt. Scripſit etiam de cochlea aquatica: item, reſtitutionem calend. eccleſ. An. 1588.

UBALDUS (Sinebald.) de nobilitate Anno 1598. commentatus eſt.

UBELACKER (Franc.) theſaurum Iræ & miſericordiæ DEI An. 1665. publicavit.

UBENEUS (Wilh.) Danus, decalogi explicationem typis mandavit A. 165I. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 147.*

de UBERTE (Marcell.) Thauſtanus Hiſp. emiſit medicinam ſacram de morbis, quorum fit mentio in S. literis, Cæſaraug. An. 1645. in 4. Vid. *Linden pag. 436.*

UBERTUS (Facius) geographiam adornavit, teſte *Zeillero. Reineſius in epiſt. ad Daum. pag. 167.* inter poëtas refert atque, ſcripſiſſe dicta mundi.

UCHANICIUS (Jac.) librum contra *Stancarum.* & alium de ſacrificio miſſæ edi curavit. Vid. *Starovolſcius pag. 12.*

UCHTMANNUS (Alard.) R. I. Badreſitæ examen mundi latinè tranſtulit Anno 1650.

UDALRICUS, Auguſtanus epiſcopus, circa A. C. 930. vixit. Reliquit epiſtolam ad Nicolaum I. pontif. contra cœlibatum ſacerdotum. Vid. *Rob. Barns in vitis Pont. Rom. pag. 113. Olearius in Abaco, pag. 460.*

UDALRICUS, Argentinenſis, An. 1280. floruit. In 4. libros ſententiarum Lomb. commentatus eſt.

UDALSCALCUS, verſificator non pœnitendus, ſcripſit de muſica: item, hiſtoriam multorum ſanctorum. Vid. *Bruſchius de monaſt. pag. 137. b.*

UDALUS, Anglus, in threnos Jeremiæ notas compoſuit.

UDENIUS (J. C.) edidit methodum concionandi An. 1668.

de VE (Mart.) JCtus, tractavit de proteſtationibus.

VEAUREUS (Joh.) Heduus, Anno 1560. claruit. Carmina ejus extant *Tom. 3. Gall. Del. pag. 1130.* Vide, VÆAUREUS.

VECCHIUS (Barth.) Senenſis, JCtus & profeſſor Patavinus, *Imperiali in Muſeo pag. 206.* memoratur.

VECCHUS (Joh. Paulus) Bergomas, Anno 1621. orationem habuit ad DEUM pro ſapientia acquirenda.

VECCUS (Joh.) patriarcha Conſtantinop. loca ſcripturæ, quibus Italorum dogmata comprobantur, collegiſſe dicitur. Vid. *Nicetas Choniates lib. 5. & Leo Allatius de conſenſu Orient. & Occid. eccleſ. pag 761.*

VECERIUS (Conr.) Maximiliano I. à ſecretis, res geſtas Henrici 7. Imp. in literas retulit.

VECHIETTUS (Hieron.) Florentinus, edidit inſignem librum, in charta regia Auguſtæ Vindelicorum impreſſum, in quo oſtendere conatur ex Solis Lunæq; ratione, Chriſtum pridiè, quam pro nobis mortem oppeteret, ſolenne illud paſchalis cœnæ convivium non celebraſſe. Liber prohibitus & ipſe in vincula conjectus eſt: ubi multos annos in tenebris & ſordibus jacuit, quàm vel minima ex parte de ſententia decederet. Videatur *Nicius Erythr. part. 1. Pinacoth. pag. 196.*

VECHNERUS (Dan.) Aurimontanus Sileſius, natus eſt Anno 1572. Compoſuit carmina, quæ leguntur *Tom. 6. Delit. Germ. pag. 885.* Extat ejusdem Hellenolexia, quam *Berneggerus* imprimi curavit præmiſſa præfatione. Vid. *Caſp. Barth. in 4. Theb. Papin. pag. 1164.*

VECHNERUS (Dav.) condidit breviarium Germaniæ, An. 1645.

VECHNERUS (Georg.) habuit diſſertationem de ſinu Abrahæ & palo Pauli Anno 1644.

VECTIUS (Ferrantes) JCtus, An. 1546. floruit. Collegit conſilia.

VECTIUS Titinius docuit fabulas togatas, teſte *Sereno:*

Allia præcepit Titinî ſententia Vectî,
Qui veteri claras expreſſit more togatas.

Vid. *Nic. Loenſis in epiphyll 9, 18.*

VEDELIUS (Nicol.) Palatinus, emiſit epiſtolas S. Ignatii cum notis: item, ſecreta Arminianiſmi: ut & rationale theologicum.

VEDROSIUS (Joh. Jac.) examen rationis *J. G. Rhetii* Anno 1663. in lucem miſit.

à VEGA (Andr.) Hiſp. tempore concilii Tridentini vixit & doctrinam de juſtificatione 15. libris abſolvit. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 19.*

à VEGA (Chriſt.) Complutenſis, inter medicos illuſtres numeratur. Opera ejus Lugduni An. 1576. prodierunt.

de la VEGA (Didacus) Toletanus, in pſalmos pœnitentiales Anno 1600. commentatus eſt. Extat ejusdem Paradiſus gloriæ ſanctorum 4. tomis diſtinctus. Videatur *Waddingus loc. cit, pag. 102.*

de VEGA (Emanuel) Conimbricenſis, An. 1640. nonagenario major obiit. Scripſit de euchariſtia : de cultu imaginum & invocatione ſanctorum : de principiis fidei, &c. Vid. *Alegambe, pag. 103.*

de la VEGA (Gabr.) Hiſpanus, An. 1605. deceſſit. Reliquit artem grammat. & dictionarium linguæ Chilenſis. Vid. *Alegambe, pag. 147.*

de VEGA (Lupus) Carpius, A. 1635. obiit. Vid. C. *Barthius in 1. Achill. Papinii, pag. 1583. Ghilinus vol. 2. pag. 182.*

de VEGA (Th. Rod.) Eborenſis, medicus, Anno 1564. claruit. In Galenum de locis affectis & febrium differentiis commentari cœpit. Videatur *Linden, pag. 568.*

de VEGE (Pet.) Gratianopolitanus, medicus, edidit methodum peſtis præcavendæ & curandæ : item, pacem dogmaticorum cum Spagiricis A. 1628. Vid. *Linden, pag. 507.*

VEGETIUS Prætextatus priores poſtremosque analyticos convertendo Ariſtotelem latino ſermoni tradidit. Vid. *Boëth. de interpret. pag. 281. Voſſius de nat. log. pag. 73.*

VEGETIUS (Flav.) Renatus, tempore Valentiani Imp. floruit. Condidit tractatum de re militari. *Caſp. Barthius Adv. 28, 11.* librum Vegetii, uti hodiè habetur, tantum compendium eſſe grandioris voluminis exiſtimat. In vetuſto codice epitome expreſsè vocatur. Et *Priſcianus* nonnulla ex opere Vegetiano allegat quæ hodiè non comparent. Idem Vegetius quatuor libros mulomedicinæ reliquit, quos *Sambucus* A. 1574. in lucem protulit.

VEGIUS (Maphæus) Laudenſis, natus eſt An. 1407. obiit An. 1457. Æneidem Virgilianam libro addito ſupplevit. Extant ejusdem dialogus de præſtantia terræ, Solis & auri : libellus de rebus antiquis memorabilibus Baſilicæ S. Petri : quinque libri de educatione liberorum : ſeptem libri de perſeverantia religionis : dictionarium legale : quatuor libri Antoniados & totidem Argonauticorum. *J. C. Scaliger. de re poet. l. 7. pag. 785.* vocat grandem poëtam nec indignum gratia doctiorum. Vid *Jovius in elog. n. 107. Autor dialogi de repar. L. L. pag. 394. Glandorp. pag. 102. Ghilinus vol. 2. pag. 188. Don. Calvus in Bergom. pag. 384. Olearius in Abaco pag. 209.*

de VEHE (Mich.) ord. Dominici monachus & eccleſiæ Hallenſis præpoſitus, Anno 1531. claruit. Ejus opuſcula theologica de eccleſia, legibus, conciliis, cælibatu ſacerdotum, communione ſub una, Lipſiæ An. 1535. prodierunt.

VEHENHAUSEN (Joh.) opera Statii Papinii cum notis variorum An. 1671. publicavit.

VEHUS (Hier.) conſilia matrimonialia collegit.

VEJELIUS (Elias) celebris theologus, h. t. claret. Edidit Damaſcenum de fide orthodoxa cum obſervationibus A. 1672 : item, tractatum de Græcanica eccleſia hodierna contra *Leon. Allatium* Anno 1665.

de VEIL (Caſp. Maria) Cant. canticorum commentario illuſtravit, Pariſ. Anno 1676.

VEKENSTYL (Henr.) ſcripſit de compoſitione & uſu directorii planetarum An. 1530.

VEKENUS (Joh.) de DEO uno & trino, Antv. An. 1655. tractare i[illegible].

VELARÆUS (Jodoc.) Flander, Anno 1539. floruit. Palæphatum & Phornutum (rectius Cornutum) latine *Petri* verò *Moſellani* dialogos Græce tranſtulit, teſte *Swertio & Sandero*

de VELASCO (Fr. Fernandes) Ciſtercienſ. monachus, vitam S. Bernhardi 53. iconibus æri inciſis illuſtravit, Antv. Anno 1653.

de VELASCO (Gabr. Alvar) An. 1662. claruit. Scripſit de judice perfecto : item, de privilegiis pauperum, fol.

VELASQUEZ (Joh. Ant.) compoſuit

2. tomos

2.tomos commentariorum in epiſtolam ad Philippenſes, Anno 1632: item, 5. libros de S. Maria immaculatè concepta, Anno 1653. fol. Vid. *Alegambe, pag. 218.*

VELASQUIUS (Joh.) emiſit vindicias tutelares Hiſpaniarum, Lovan. Anno 1608.

VELCURIO (Joh.) Germanus, A. 1534. obiit. Reliquit comment. in phyſicam Ariſtotelis.

VELDIUS (Guilh.) Gelder, An. 1549. floruit. Empyreale majus & minus, teſte *Sweertio*, publicavit.

VELDIUS (Jac.) Brugenſis, Anno 1580. obiit. In Danielem comm. ſtruere cœpit. Vid. *Sweertius.*

VELENUS (Ulricus) Minhonienſis, An. 1520. diſputationem ſeu libellum edidit, in quo 18. graviſſimis rationibus demonſtrare anniſus eſt, S. Petrum Romam nunquam veniſſe. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 468.*

VELIUS Longus, grammaticus, à *Macrobio & aliis* allegatur. Vid. *Caſſidorus, pag. 961. Olandorpius, pag. 887.*

VELIUS (Caſp. Urſinus) Swemnicenſis Sileſius, poëta inſignis, orator celebris, Græcè & latinè doctiſſimus, An. 1538. 5. Maji ſubito amiſſus eſt. *Quidam* in Danubium dejectum exiſtimant. Reliquit ſilvas: elegias: epigrammata: panegyricos: item, ſeptem decades de rebus Auſtriacis. *Eraſmus in Ciceroniano:* Urſinus Velius (inquit) in carmine felix: nec infelix in oratione ſoluta. Spirituum & urbanitatis habet affatim. Ubi prodierit hiſtoria, quam de rebus à Pannoniæ & Bohemiæ rege Ferdinando geſtis texere dicitur, certius pronunciabimus. Mihi certa res eſt, illum & Principis claritati & rerum magnitudini facundiæ viribus reſponſurum. *Hæc ille.* Vid. *Jovius in elog. pag. 293. Ederus in Acad. Vienn. pag. 74. I. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 47.* Quære etiam, URSINUS.

VELIUS (Jul. Cæſ.) hiſtoricus & poëta, An. 1580. claruit. Dialogos de numiſmatibus elaboravit.

VELIUS (Theod.) Hornanus, medicus, Weſtfriſiam carmine heroico decantavit An. 1617.

VELLA (G.) Brixianus, de morbo Gallico tractavit.

VELLEJUS (P.) Paterculus tempore Tiberii Imp. claruit. Exaravit 2. hiſtoriæ libros ad M. Vinicium Conſulem. Librorum Velleii bona pars deperiit. Dictione uritur planè Romana & eleganti. Fragmentum quoddam Velleii apud *Wolfg. Lazium l. 1. comm. reip. Rom. c. 8.* legitur: verùm *G. I. Voſſius* id pro genuino haud agnoſcit. Vid. *Whear in relect. hiſt. pag. 132. Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 68. C. Barthius in Claud. pag. 552.*

VELLESIUS (Ant.) Portalegrenſis, obiit Anno 1609. Eruditum comment. in *Eman. Alvari* grammaticam latinam, teſte *Alegambe pag. 45.* elaboravit.

VELLEUS (Andr. Serv.) emiſit hiſtoriam eccleſiaſticam, Hafniæ Anno 1579.

VELLOSIUS (Ferdin.) Hiſp. advertentias theologiæ ſcholaſticæ in S. Chryſoſtomum & 4. eccleſiæ doctores compoſuit. Liber prodiit Venetiis Anno 1601.

VELLOSUS (Lucas) in hiſtoriam Judith notas conſtruxit, Lugd. Anno 1649. fol.

VELLUTELLUS (Alex.) Venetus, in Virgil. commentatus eſt.

VELMATIUS (Joh. Mar.) Balneo-Caballenſis Italus, Chriſtiadem i. e. vitam Chriſti carmine hexametro expreſſit, Venet. An. 1538. Videatur *Waddingus, pag. 214.*

VELSCHIUS (Georg. Hier.) Auguſtanus, An. 1677. vivere deſiit. Inter ſcripta ejus ſunt duæ diſſertationes medicophiloſophicæ de ægagropilis: ſylloge obſervationum & curationum medicinalium cum epiſagmate proprio: hecatoſteæ duæ obſervationum phyſicomedicarum: quatuor centuriæ conſiliorum medicinal. & exoticarum curationum obſervationumque medicinal. chiliades duæ cum notis perpetuis uno volumine: ſomnium Vindiciani: mictomimetum ſeu miſcellaneorum medicinal. centuriæ tres: tractatus de vena Medinenſi: tract. alius de Ruzname Naurus: epiſtola Neſtoris ad Argonautam. Vid. *Bartholinus in med. poët. pag. 144.*

VELSERUS (Marcus) Patricius & Duumvir Auguſtanus, natus eſt A. 1558: obiit Anno 1614. Edidit inſcriptiones Auguſtanas in tres partes diſtributas

in 4. octo libros rerum Auguſtanarum fol. quinque libros rerum Boicarum, in 4. &c. Annales Boicos (inquit *Melch. Adamus*) ſcripſit tanta perſpicuitate, tanta fide, tanta prudentia, tanto nitore, ut meditanti videantur adſtitiſſe hinc Muſæ & Gratiæ. hinc Conſus, Apollo, Suada, Venûs. Luculentum comitatis Velſerianæ elogium in *præfat. Grueteriana ad opus Inſcriptionum Romanarum æternum* invenies.

VELSIUS (Joh. Wilh.) Friſius, medicus, reliquit poemata: item, biothanatorum aliquot centurias, teſte *Sweertio*.

VELSIUS (Juſtus) Hagæcomitanus, medicus, An. 1551. floruit. In Hippocratem de inſomniis commentatus eſt. Extat ejusdem commentarius in Cebetis tabulam & Ariſtotelis ethicam. Vid. *Valerius Andr. in faſtis Lovanienſ. pag. 233. Sweertius pag. 503. Naudeus in B. P. pag. 55.*

VELTHEM (Valent.) adornavit introductionem in *Hugonis Grotii libros* de I. B. & P. Anno 1676.

VELTHUSIUS (Lamb.) Ultrajectanus, edidit theologiam non vulgarem: tractat. de juſtitia divina & humana, Anno 1664. tract. moralem de naturali pudore & dignitate hominis, in quo agitur de inceſtu, voto cælibatus, conjugio, adulterio, polygamia & divortiis, Anno 1676.

VELTIUS (Sam.) obicem contra *Cutſemium* An. 1634. edi curavit.

VELVOD (Guil.) A. 1506. claruit. Extant ejus parallela juris divini Hebræor. & juris civilis Romanorum.

VELTWYCKIUS (Gerh.) Ravenſteinenſis, ſtruxit metro hebraico librum de Judæorum diſciplinis & earum vanitate, Venet. Anno 1539. teſte *Sandero*.

VENÆUS (Otto) emiſit concluſiones phyſicas & theologicas, Urſellis Anno 1621. fol.

VENAGAS (Lud.) Mariale, Friburgi, An. 1614. imprimi curavit.

VENANTIUS Fortunatus, Pictavienſis epiſcopus, imperante Juſtino juniore floruit. Ad dictum Juſtinum & uxorem ejus Sophiam hodœporicon exaravit. Idem quatuor libris, carmine epico, vitam & miracula S. Martini complexus eſt. *Hildwinus* vocat virum prudentem & ſcholaſticiſſimum: *Caſp. Barthius verò in Adverſ. 46, 3.* maximi ingenii vatem. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. p. 456. Olearius in Abaco, pag. 460.* Quære, FORTUNATUS.

VENANZIUS (J. Bapt.) de cometis An. 1580. ſcribere aggreſſus eſt.

VENATORIUS (Daniel) JCtus, fecit analyſin juris pontificii An. 1596

VENATOR (Joh.) conſtruxit enchiridion controverſ. præcipuarum noſtri temporis circa religionem, Alcm. Anno 1605.

VENATORIUS (Thomas) paſtor Norimbergenſis, An. 1529. vixit. Exaravit egregiam epiſtolam de juſtificatione ad *Robertum de Mosbau.* Vid. *Micrælius, pag. 417.*

VENDEVILLIUS (Joh.) Inſulenſis Flander, natus eſt An. 1525: obiit An. 1592. Scripſit de principiis juris: item, de paganis, idololatris & hæreticis convertendis. Vid. *Sweertius, pag. 181. Vernulæus in Acad. Lovan. p. 295. Valerius Andr. in faſtis Lovan. pag. 192.*

VENDRANENUS (Henr.) paravit aſſertionem contra reip. Venetæ detractores An. 1606.

VENENTIUS (Jac.) JCtus, Anno 1350. floruit. Tractavit de annua præſtatione.

VENERICUS, Anno 1075. claruit. Librum compoſuit de diſcordia regni & & ſacerdotii. Vid. *Zeillerus part. 3. de hiſt. pag. 247.*

VENERIUS (Franc.) patricius Venetus, Anno 1581. obiit. Videatur *Thuanus, l. 74.*

VENERIUS (Joh. Ant.) emiſit tractatum de oraculis & divinationibus antiquorum, Baſil. An. 1628. in 4.

VENEROSIUS (Hieron.) ſcripſ[illegible] urinæ ſtillicidio, pruritu & herpete e[illegible]edente, Venet. An. 1651.

VENETUS (Alfonſus) Hiſp. condidit enchiridion temporum.

VENETUS (Domin.) Brixienſis epiſcopus, elaboravit tract. de legitima cardinalium creatione, quem Calixto III. obtulit.

VENETUS (Elias) librum de agnationibus familiarum confecit.

VENETIUS (Georg.) Boruſſus, edidit explicationem in epiſt. S. Pauli ad Romanos. Vid. *Quenſtadius, pag. 258.*

VENETUS (Paulus) theologus, An. 1429. obiit.

obiit. Compoſuit librum 1. contra Judæos: ſummam philoſophiæ naturalis: librum de corruptione &c. Videantur *Ghilinus*, *vol. 2. pag. 210. Quenſtadius*, *pag. 273.*

VENETUS (Marcus Paulus) Servita, ſtruxit hiſtoriam concilii Tridentini. Ejus elogium vide ap. *Whear. in relect. hiſtor. pag. 275.*

de VENNINGEN (Florent.) JCtus, Heidelbergæ leges profeſſus eſt.

VENNINGIUS, Anglus, orthodoxa paradoxa publicavit.

VENONIUS, antiquus ſcriptor, hiſtoriam compoſuit de origine gentis Romanæ. Meminit ejus *Cicero l. 12. ad Atticum. Dionyſius Halicarnaſſ.* ἀξιόπιστον appellat.

VENOSTUS (Raph.) ſcriptis pugnavit adverſus *Bernh. Ochinum.* Extat ejus tr. de generali ſynodo.

VENTRILLA (Flav.) Neapolitanus, inter poëtas numeratur.

VENTURA (Laur.) tractavit de lapide philoſophico, An. 1581.

VENTURINUS, collegit conſilia criminalia, Bonon. fol.

VENTURUS (Franc.) habuit orationem in funere Leonis XI. An. 1605.

VENULEIUS Saturninus, JCtus, ſub Alexandro Imp. vixit. Scripta ejus in prooemio Pandectarum recenſentur. Vid. *Panzirolus, pag. 72. Bertrandus, pag. 116.*

VENUSINUS (Jonas) Danus, An. 1608. obiit. Diſſertationem conſcripſit de *quæſtione*: Sitne mundus factus an vero æternus? Vid. *Vindingius in R.H. pag. 201. Bartholinus in Danis, pag. 93.*

VENUSTUS (Ant. Maria) Tergeſtinus, collegit conſilia medica.

VENUTIUS (Phil.) obſervationes in Horatium compoſuit, quæ prodierunt Venet. An. 1599.

VEPES (Ant.) condidit chronicon S. Benedicti duobus tomis, An. 1648.

VERALLUS. (P. Æmil.) JCtus, vulgavit deciſiones Romanæ & Mantuanæ Rotæ, An. 1585.

VERANNIUS de verbis pontificalibus à *Macrobio* allegatur. Vid. *Glandorpius*, *pag. 890.*

VERANTIUS (Fauſtus) dictionarium quinque linguarum; Venet. An. 1695. edi curavit.

VERARDUS (Car.) Hiſpan. expugnationem Granatæ in literas retulit. Extat ejusdem Bætica hiſtoria.

VERATUS (Hier.) Ferrarienſis, A. 1540. obiit. Reliquit ſermones: item, repertorium prædicabiliſſum materiarum. Vid. *Waddingus, pag. 176.*

VERBERIUS (Fr.) Ultraject. edidit 52. vitas ſanctorum ſelectiores pro unaquaque anni Dominica, Antv. Anno 1588.

VERBERIUS (Pet.) Vide, AUREOLUS.

VERBEZIUS (Dav.) Carno Labeanus, egit de peſte Anno 1617. Extat ejusdem diſquiſitio jatrochymica de alcantho, An. 1633. impreſſa. Videatur *Linden, pag. 155.*

VERCELLENSIS (Joh.) compilavit Vade mecum ſeu ſermones de tempore & ſanctis.

VERCELLONUS (Marcell.) ſcripſit ad *Hieron. de Ruere* de puero novem annorum & novo naturæ ſpectaculo, jam variis in diſciplinis mirabili, Papiæ Anno 1541.

VERDÆUS (Renatus) paravit ſtateram contra myſteria Jeſuitarum Anno 1644.

VERDE (Franc.) tractavit de tempore foetus animationis & nativitatis Anno 1664.

VERDELLUS (Fauſtus) Cremenſis, octogenarius obiit. Omnia eccleſiæ tempora tam ſecunda quam adverſa inde ab ejus naſcentis initio plurimis voluminibus perſecutus eſt: quorum primum; quod annorum mille ſeriem decurrit, typis edidit: ſcripta vero reliqua exciderunt quorundam invidia vel incuria. Vid. *Sauſſay, pag. 88.*

VERDERIUS (Ant.) Dominus vallis privatæ, ſtruxit bibliothecam Gallicam, Anno 1585: ſupplementum bibliothecæ Geſnerianæ, ut & proſopographias virorum illuſtrium An. 1602.

VERDERIUS (Claud.) emiſit cenſuram in omnes veteres autores Anno 1586. De ea ita *Voſſius l. 5. rhet.* Verderiana in autores cenſione vix aliud vidi magis infícetum magisq; cenſione dignum. *Et l.* 4. Claud. Verderius (inquit) vir eruditus, ſed malus ſcriptorum cenſor. Extant ejusdem carmina. Vid. *T. 3. Delit. Gall. pag. 1128.*

VERDERIUS (Joh.) theologus in Montalba-

talbanenſi academia, ſcripſit de Chriſto Theanthropo, teſte *Mareſio part. 1. Syllog. diſp. pag. 588.*

VERDERIUS (Pet.) tractavit de occultis morborum cauſis, Venet. An. 1606.

VERDUCATINENSIS (Blaſius) in Thomam de Trinitate commentatus eſt, Anno 1602.

VERELIUS (Olaus) notas in hiſt. *Hervore* adornavit.

VEREPÆUS (Sim.) Dommelanus, Anno 1598 obiit. Struxit quinq; libros de epiſtolis latinè ſcribendis. Vid. *Swertius, pag 672. Voſſius de analog. pag. 83.*

VERGARA (Franc.) Hiſp. Anno 1545. deceſſit. Compluti 20. años Græcas literas profeſſus eſt. Condidit grammaticam Græcam 4 libris ex antiquis & recentioribus autoribus tam accuratè, ut nihil in eo genere perfectius. Baſilii quoque homilias nonnullas & Theonis progymnaſmata latinè convertit.

VERGARA (Joh.) An. 1558. obiit. Vid. *Thuanus, l 21.*

VERGERIUS (Joh.) Haurannius, abbas Sancyranus, ſub nomine *Pet. Aurelii* grande opus de jure epiſcoporum typis excudi curavit, quod tanto cum plauſu cleri Gallicani exceptum fuit, ut publica ejus autoritate recuſum fuerit. Vid. *Mareſius. part. 2 contra Tirin. pag 864*

VERGERIUS (P. Paulus) Juſtinopolitanus, Anno 1430. floruit. *Volaterranus* JCtorum ſuo tempore eloquentiſſimum & eloquentium juriſconſultiſſimum appellat. Primus Arrhianum de geſtis Alexandri M. tranſtulit. Compoſuit etiam invectivam adv. Malateſtam, quod Virgilii ſtatuam in foro Mantuano politam dejici juſſerit. Vid. *Jovius in Elog num 111.* item *Autor de repar. L. L. ap. Giſan. pag. 394.*

VERGERIUS (P Paulus) Juſtinopolitanus epiſcopus, An. 1540 claruit & pontifici Romano à legationibus fuit. In conventu Wormacienſi cum eſſet, orationem habuit de unitate & pace eccleſiæ. Revocatus ex Germania, Lutheraniſmi ſuſpectus habitus eſt. Ut autem ſe pontifici purgaret, librum ſcribere orſus eſt titulo, adverſus apoſtatas Germaniæ. Dum autem confutandi cauſa libros adverſariorum excutit & attentè conſiderat argumenta, captum ſe victumq; ſentit. Quare poſteà ad Lutheranos tranſiit. Obiit Tubingæ Anno 1565. Vid. *Thuanus l. 5. Jac. Verheiden, in elog. præſt. Theol. pag. 152. Micrælius, pag. 417.*

VERHEIDEN (Herm) Lovanienſis, medicus, reliquit 2. elegias An. 1619

VERHEIDEN (Jac.) Gravienſis, Anno 1591. obiit. Edidit aliquot theologorum, qui Pontificem Rom. præcipuè oppugnarunt, vitas & effigies. Videatur *Swertius.*

VERHEL (Arn.) adornavit ſilvam quæſtionum phyſicarum, An. 1662. in 4.

VERHEY (Pet.) Burgenſis, JCtus, reliquit epigrammata & epiſtolas.

VERICELLUS (Ang. Maria) emiſit quæſtiones morales, fol. Venetiis Anno 1656: item, tractat. de miſſionibus apoſtolicis.

VERIDICUS (Theoph.) medicus, concinnavit plicomaſtigem, An. 1668.

VERIERIUS (Franc.) Salentinus, dialogum de virtute theologica ſub Caroli titulo elaboravit. Videatur *Alegambe, pag. 142.*

VERIGNANEUS (Guil.) ſtruxit tractat. de febrium diſpoſitione, An. 1562. Vid. *Linden, pag. 230.*

VERINUS (Cn. Egnatius) ab *autore libri de orig. gentis Romanæ* allegatur.

VERINUS (Franc.) adv. *Umbroſum* Piſanum ſcriptis dimicavit, Romæ Anno 1506.

VERINUS (Hugolinus) An. 1490. claruit. Præceptor erat *Petri Criniti* & pater *Michaëlis Verini.* Fecit tres libros de illuſtratinne Florentiæ: item, opus Carlados, quod erat de Carolo Magno, & alia. Vid. *Zeillerus part. 3. de hiſt. pag. 247.*

VERINUS (Lucius) de ariſtocratia & oligarchia commentatus eſt, An 1669.

VERINUS (Michaël) *Hugolini* filius, anno ætatis ſuæ 17. obiit. Cùm continentiæ ſtudioſus eſſet, mulierum conſortio abſtinuit perpetuo. Hinc ſpermatis diu retenta copia ac tentigine putrefacta (quem morbum priapiſmum vocat *Galenus*) medicis venerem ſuadentibus, emori quàm animo contaminari maluit, raro exemplo.

Diſticha compoſuit docto miranda Parenti,
Quæ claudunt gyro grandia ſenſa brevi,

canit *Politianus.* Hæc diſticha hodiè inter

Orat

carmina apparent, omiſſo Verini nomine. Perperam ibi *monoſticha* inſcribuntur. Vid. *Scaliger de re poët. pag.791. Ghilinus vol. 1. pag. 171.*

VERIUS (Hieron.) JCtus, confecit repetitiones in jure civili.

VERIUS (J. Bapt.) edidit paſtorale miſſionarium Anno 1664: item, hiſtoriam Venetam An. 1644.

VERLANIUS (Alb.) Hornanus, A. 1606. obiit, relictis poëmatibus.

VERLENIUS (Hieron.) Silvæducenſis, Anno 1587. deceſſit. Struxit comm. in pſalmos & ſcholia in Ignatii epiſtolas. Vid *Sweertius pag.346.*

VERMADIUS (Andr.) Arnhemius, Anno 1603. obiit. Epiſtolam ad Juſtum Calvinum exaravit, qua 9. ipſius quæſtionibus de fide reſpondet. Vid. *Alegambe, pag.32.*

VERMANDERUS (Carol.) Flander, compoſ. vitas illuſtrium pictorum vet. & recentiorum An. 1616. Vide, MANDER.

VERMOSTIUS (Dan.) Areſchotanus, apologiam paravit pro *Vopiſco Fort. Plempio.* Vid. *Linden, pag.153.*

VERMIGLIOLUS (Joh. Maria) JCtus, collegit conſilia criminalia, Romæ Anno 1658. fol.

VERMILIUS (Pet. Martyr.) Vide, MARTYR.

VERNERETTUS (Joh.) An. 1575. vixit. Diſpp. contra *Marium Nizolium:* item, animadverſiones in *Mich. Poletum* edidit.

VERNIAS (Nicol.) reliquit quæſtiones de pluralitate intellectus An. 1499.

VERNIRIUS (Joh.) Gandenſis, adornavit meteorologicas ephemerides.

VERNULEUS (Nicol.) Robelmontanus, natus eſt An. 1583: obiit An. 1649. Extant ejus obſervationes politicæ in Tacitum, in 8. inſtitutiones politicæ, morales & œconomicæ, fol. Hiſtoria academiæ Lovanienſis: hiſtoria univerſalis, in 4: orationes: tragœdiæ, &c. Vid. *Sweertius, pag.583. Valerius Andr. in Faſt. Lovan. pag 247.*

VERON (Franc) Pariſienſis, paravit epiſtomion miniſtrorum tribus tomis, Pariſ. An 1644. Dicitur etiam adornaſſe verſionem Gallicam Novi Teſtamenti. Vid *Mareſius T.2.contra Tirinum, p.766. Alegambe, pag. 142.*

VERON (J.Bapt.) *Gregorio Leto in It.regn. pag. 317.* memoratur.

VERON (Carol.) concinnavit triumphum S. Joſephi & Annæ.

VERON (Sebaſt.) decem libros phyſicorum, Baſil. An. 1581. edidit: item, chronicon eccleſiaſticum An. 1599.

VERPÆUS (Carol.) inter lyricos poëtas numeratur. Vide, WERPÆUS.

VERRATUS (Joh. Maria) Ferrarienſis, Anno 1563. obiit. Scripſit de eccleſia & ejus auctoritate. Opera ejus ſex tomis conſtant. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 147.*

VERRIUS (Flaccus) grammaticus, ſub Tiberio Imperatore obiit. Condidit epiſtolas: Saturnum: lib. de obſcuris Catonis: carmina, &c. Ejus librum de verborum ſignificationibus *Feſtus Pompejus* in compendium redegit. *Agellius, 4, 5.* Verrii librum primum rerum memoria dignarum allegat. Citatur etiam frequenter à *Plinio.* Vid. *Suetonius lib. de claris gramm.* item, *Glandorpius, pag. 893.*

VERROCHIUS (Jul.) Florentinus, Anno 1413. obiit. Extant ejus annotationes in logicam Ariſtotelis. Vid. *Waddingus, pag. 232.*

VERRUCCINUS (Lud.) ſacrum poëma heroicum de S. Antonio elaboravit. *Idem, pag. 246.*

VERRUCHINUS (Chr.) de Sanctis Verruchinis ſcribere inſtituit. Vid. *idem pag.90.*

VERRUS (Joh.) Bergomas, natus eſt An. 1580. Condidit theoropracticam mentaliter orandi. Extat & ejus liber de poteſtate ſacerdotum regularium in ſeculares quoad forum conſcientiæ. Vid. *Calvus, pag. 34.*

VERRUTIUS (Hieron.) Friſius, JCtus, An. 1573. claruit. Duodecimo ætatis anno de qualibet theſi non ſine admiratione publicè declamare ſolebat. Edidit lexicon juris: item, notas ad Plinium, teſte *Sweertio, pag. 347.*

VERRYN (Paulus) ſtruxit indicem ſyſtematicum emtionis & venditionis, quo jus omne Romanum ad hanc materiam pertinens exhauritur, Amſterd. Anno 1676.

VERSMANN (Joh.) JCtus, de ſenatoribus Anno 1648. commentari aggreſſus eſt.

VERSOR (Joh.) quæſtiones conſcripſit in

in log eth.& metaphyſicam Ariſtotelis. Vid *Simlerus.*

VERSOSA (Joh.) Anno 1523. natus eſt: obiit An. 1574. Lutetiæ admodum juvenis Græcas literas docuit, auditoribus vel mille ſubſellia implentibus Inde Lovanium ſeſe contulit, ubi majori applauſu, quam Pariſiis, juventutem in eadem lingua informavit. Edidit libellum de proſodia Græcorum: epiſtolam: carmen epinicion, &c. Videatur *Thuanus, l. 59.*

VERTOVA (Emanuel) Bergomas, egit de matrimonio & ejus impedimentis. Vid. *Calvus, pag. 125.*

VERSTEGEN (Joh.) diſſertationes juridicas edi curavit. An. 1665.

VERTASCHA vel VERZASCHA (Bernh.) de calculo renum & veſicæ: item, de apoplexia & paralyſi, An. 1662. ſcribere inſtituit. Extant ejusdem centum obſervationes medicinales, Anno 1677. excuſæ.

VERTRANIUS (Marcus) Maurus, notas in Tacitum laboravit. Prodiit ejusdem tractatus de jure trium liberorum. *Caſp. Barthius in 11. Theb. Statii, pag. 1326.* vocat hominem optimi ingenii, doctrina pro ſuo loco & tempore admiranda, qui omnino ad humanitatis res pertinentia plura commentari debebat.

VERTUNIANUS (Franc.) Pictavienſis, Hippocratis librum de vulneribus capitis latine vertit commentariisq; illuſtravit Anno 1578. Videatur *Linden, pag. 190.*

VERULAMIUS (Baco) tractavit de ventis. Vitam ejus *Wilh. Rawley* literis conſignavit. Vide, BACO.

VERULANUS (J. Sulpit.) ſcripſit de moribus in menſa ſervandis. Vid. *Autor de R.L.L. ap. Giſ. pag. 413.*

VERUS (Amandus) edidit animam triumphantem: item, imperium politicum ex S. Scriptura deſcriptum An. 1661.

VERUS (J. Bapt.) JCtus, condidit quatuor libros rerum Venetarum Anno 1644.

VERWUST (Gerh.) A. 1596. obiit. Reliquit conciones de reſurrectione. Vid. *Waddingus, pag. 145.*

VERZASCHA (Bernh.) Vide, VERTASCHA.

VESALIUS (Andr.) Bruxellenſis, natus eſt An. 1514: obiit An. 1564. Baſileæ anatomen exercuit. Inde in aulam Caroli V. adſcitus eſt Aulicæ vitæ pertæſus viſendæque Palæſtinæ ſtudio ductus Hieroſolymam adiit: in redeundo orta tempeſtate in Zacynthum inſulam ejectus eſt, ubi morbo correptus in tuguriolo obiit. Struxit ſeptem libros de corporis humani fabrica & paraphraſin in 9. librum Rhaſis ad Almanſorem. Vid. *Sweertius pag. 128. Imperialis pag. 55. Thomaſius de plagio, §. 571.*

VESALIUS (Everh.) Andreæ avus, annotationes in libros Rhaſis compoſuiſſe traditur.

VESALIUS (Pet.) in Avicennam commentatus eſt.

VESELIUS (Cæſar) tractavit de veſtimentis vett. & recentiorum per totum mundum, Venet. An. 1598.

VESLINGIUS (Joh.) Mindanus Weſtphalus, An. 1649. maligna febri periit. Reliquit ſyntagma anatomicum: item, vindicias opobalſami. *Oct. Ferrarius in Proluſ. 13. pag. 222.* Joh. Veslingius, (inquit) Venetiis laureæ medicæ inſignibus decoratus ſponte in Ægyptum usq; conceſſit, ut ea peregrinatione diſcendi imprimis avidum & capax ingenium expleret. Ibi animum tot naturæ miraculis ſedulo intendit, nec tam inſanas Pyramidum ſubſtructiones, quam fœcundam Nili eluviem miratus, herbarum ac ſtirpium medicam vim diligentiſſime ſcrutatus eſt. Inde Hieroſolyma adiit, locumque Chriſti Servatoris natalibus & morte ſacrum perluſtravit, ut ad multiplicem linguarum cognitionem etiam Arabicam adderet, opobalſamiq; naturam & vires proprius inſpectaret. His bonis ſuccinctus, Patavium rediit, ſtatimq; a Veneto Senatu chirurgicæ & anatomicæ præfectus totum gymnaſium in ſe convertit, non tam ſanandi peritia nemini prædeceſſorum inferior, quam orationis cultu atque omni eruditionis amœnitate cum paucisſimis comparandus. Græcam eruditionem diſputationibus ſine oſtentatione inſpergebat, veterum poëtarum dicta veluti emblemata orationi addens. Magna diligentia minutiſſimas corporis partes, humanasq; exta ſalubri aruſpicina inſpiciebat, ipſosq; oculos fugientia fibrarum lineamenta curioſa felicitate deprehen-

prehendebat aſpectuique ſubjiciebat. Nec multò poſt in amœna vireta inductus, florum atque herbarum culturæ præpoſitus eſt,&c. Addit *Ferrarius*, eum animo ſordibus vacuo ſine ulla mercede egenos magnam urbis partem curaſſe. Vid. *Rhodius de acia, pag 79.*

VESPA, vetus poëta, *Barthio in Ableg.* 2, 4. laudatur.

VESPUTIUS (Americus) Florentinus, An. 1504. claruit. Quatuor ſuas navigationes, quarum ultima An. 1504. finem habuit, literarum monumentis ad poſteros tranſmiſit.

VESPUTIUS (Barth.) annotationes in ſphæram Joh. de Sacroboſco exaravit.

VESTINUS (Julius) Οὐεστῖνος, ſophiſta, gloſſas Pamphili in compendium redegit. Idem delectum verborum Demoſthenis, Thucydidis, Iſocratis & aliorum collegit. Vid. *Suidas.*

VESTIUS Valens, Οὐέττιος, Antiochenus mathematicus, tempore Antoninorum Impp floruit. Conſtr. libros ἀνθολογιῶν Græcè. Eos *Seldenus in tract. de Dis Syris* aliquoties laudat. Malè *C. Barthius* latinum ſcriptorem autumat. Fragmentum hujus Valentis *Joach. Camerarius* A. 1532. vulgav. Vid. *Joſ Scaliger in epiſt. pag* 276. *Reineſius in V. L.* 3, 14. *in Apolog. pag* 35. *Salm. de annis Climactericis, &c.*

VESTRICIUS Spurinna inter lyricos locum occupavit. Teſtis *Plinius in epiſt.* 3. 1. Scribit (inquit) utraque lingua lyrica doctiſſime.

VESTRINGIUS (Henr.) de poteſtate eccleſiaſtica A. 1617. tractavit.

VESTRIUS (Marcellus) carminibus famam obtinuit. Vid *T.* 2. *Del Ital. pag.* 1383.

VESTRIUS (Oct.) JCt. edidit introduct. in Rom. aulæ & judiciorū mores A. 1573.

à VETERI BUSCO (Adrianus) ſtruxit chronicon Leodicenſe ab anno 1449 usque ad an. 1483.

VETTERUS (Conr.) Egenſis Suevus, Anno 1622. obiit. Scripta ejus multa & varia *Alegambe, pag* 82. enumerat.

VETTERUS (G.) in Pſalm. 50. commentatus eſt. Liber prodiit Moguntiæ A 1618

VETULIUS (Thom.) librum elucubravit de perfecta philoſophia Parav A 1589.

VETUS (Joh.) Burgund. 21 orationes in medicinæ commendationem & 18 medicæ laureæ candidat. gratiam habuit.

VETWEIS (Bernh.) compendium controverſiarum, Col. An 1640 vulgavit: it. ſpeculum veræ eccleſiæ Chriſti fol.

VEZA (Didacus) Hiſp. An. 1515. claruit. Reliquit monoteſſaron eccleſiaſticum. Vid *Ghilinus vol.* 2. *pag.* 67.

UFFELIUS (Joh.) Bruxell. JCtus, Anno 1617. obiit. Notas in variarum reſolutionum libros, teſte *Swertio*, confecit.

UFFENBACHIUS (Pet.) Francof. edidit theſaurum chirurgiæ An. 1610 fol.

UFFELMANNUS (Burch.) JCtus, lectiones Rittershuſianas: item, tract. de gratiis expectativis Anno 1670. luci publicæ commiſit.

UFFELMANNUS (Henr.) ſcripſit de imperfecta perfectione fidelium in hac vita, Helmſt An. 1673.

UGHELLUS (Ferd.) Florentinus, Italiam ſacram novem tomis complexus eſt An. 1644. fol. Vid *Leo Allatius in Apibus Urb. pag.* 96 *Carolus Viſch in Ciſterc pag* 108.

UGODONICUS (Nicol.) JCtus, An. 1377. floruit. Reliquit conſilia.

UGOLETUS (Tadius) Parmenſis, tempore Matthiæ Ungariæ R. claruit. Vid. *Pierius Valerianus de J. L. pag.* 126.

UGOLINUS à Parma, An. 1490. claruit. Teſtamentum vetus & novum carmine contexuit. Extat ejusdem comœdia, Philogenia nomine Meminit ejus *Philelphus L.* 4. *epiſt. ult.* equitem auratum nuncupans, carpens etiam, quòd exteros Italis ſuis prætuliſſet. Vid. *Reineſius ad Daum. pag.* 167. item, *Ghilinus vol.* 2. *pag* 240. Quære, PARMA.

UGOLINUS à porta Ravennate, JCtus, A. 1168. obiit. Vid. *Guido Pancir in JCt.* 2, 17.

UGOLINUS (Barth.) elaboravit tractatum de ſacramentis novæ legis, quem Sixto V. pontifici obtulit: item, alium de cenſuris eccleſiaſticis. Vid. *Nicius Erythr. part* 1. *Pinacoth. pag.* 201.

UGOLINUS (Zanchinus) Ariminenſis, JCtus, de hæreticis tractavit. Vid. *Tomus* 11. *Tract. tract.*

UGONIUS (Alex.) calamitates Italiæ & Græciæ maximas deſcripſit. Extat ejusdem dialogus de ſolicitudine.

UGONIUS (Matth.) egit de præſtantia patriarchali.

UGONIUS (Pomponius) inter poëtas locum occupat. Vid *T* 2. *Del. Ital p.* 1386.

UGUETUS (Felix) de juſtitia Chriſti imputativa ſcribere aggreſſus eſt.

UGUTIO, celebris vocabuliſta, *Boccacio in Geneal. Deor. l. 1. c. 7. & 14.* memoratur. Vide, HUGUITIO.

à VIA (Jo.) ſuſcepit defenſionem miſſæ, Colon. An. 1570.

VIALMIUS (Hier.) Venetus, An. 1575. vixit. Scripſit de operibus ſex dierum.

VIANELLUS (Carol.) Venetus, autor fertur eſſe conſolationis Ciceronis. Vid. *Henr. Erneſtus l. 2. var. obſ. c. 36.*

VIANEN edidit ignorantiæ notitiam, Lovan. An. 1666.

de VIAS (Balth.) Maſſilienſis, compoſuit tres Charitum libros: item, ſilvas regias, Pariſ. An 1623.

VIBIUS Gallus, rhetor, fuit tam magnæ olim eloquentiæ, quàm poſteà inſaniæ. Dum inſanos imitatur, dum lenocinium ingenii furorem putat, quod ſimulabat, ad verum redegit: inquit *Seneca l. 2. controverſ. 9.*

VIBIUS Sequeſter libellum exaravit ad Virgilianum filium ſuum de nominibus fluminum, fontium, lacuum &c. ſecundum ſeriem literarum. Malè alii *Vibium Equeſtrem* appellant, ut *Vincent. Mirabella.* Primus eum Romæ edidit *Maſochius*: deinde Venetiis *Aldus*: tandem *Simlerus.*

VIBOTIUS (G.) Puteolanus, dialecticam Anno 1554. publicavit.

VICARIUS (Barth.) medicus, librum emiſit de optimo aſſiſtente ægrotantium ejusque officio, Romæ An. 1591.

VICARSIUS (Joh.) Anglus, Anno 1645. claruit. Decapla in pſalmos confecit, Lond. Anno 1655.

VICECOMES (Hier.) Inter poëtas numeratur. Vid *Tomus 2. Del. Ital. pag. 1392.*

VICECOMES (Joh. Bapt.) librum de capitatione, Mediol. An. 1611. adornavit.

VICECOMES (Joſeph) ſcripſit de miſſæ apparatu: item, de antiquis baptiſmi ritibus An. 1615.

VICECOMES (Proſper) verſiculos compoſuit. Vid *Tomus 2. Delit. pag. 1397.*

VICECOMES (Zach.) complementum artis exorciſticæ Venetiis Anno 1600. imprimi curavit.

VICEDOMINUS (Anton.) carmina pangere cœpit.

VICEDOMINUS (Franc.) Ferrarienſis, Anno 1573. obiit. Hic cum linguam hæſitantem haberet, & in privatis colloquiis ſyllabas identidem repeteret, in publicis tamen declamationibus expeditè & exactè loqui ſolebat. *Corn Muſſus* eum ſuggeſti delicias & citharam ſuæ ætatis appellabat. Reliquit multas & varias homilias. Vid. *Waddingus pag. 138.*

de VICENTINIS (Alex.) librum de calore compoſ. pro *Cremonini* ſententia, cui nomen *Menedemi Rhodienſis* præſcripſit. Vid *Rhodius in ſcr. ſuppoſit. pag. 24.*

de VICO (Thomas) Veronenſis, medicus, Anno 1400. floruit. Vid. *Chioccus pag. 121.*

de VICOMERCATO (Joh.) habuit varias repetitiones in jure civili.

VICOMERCATUS (Franc.) Mediolanenſis, An. 1556. claruit. In phyſicam Ariſtotelis: item, in 4. libros meteorologicorum ejusdem commentatus eſt. Extat ejusdem tract. de concordia Platonis & Ariſtotelis. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 96.*

VICTOR, Africanus, A. C. 530. vixit & ad Hunericum Regem librum de ratione fidei Catholicæ exaravit. Vid. *Caſſiodorus de lect. divin c. 29. Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 460. Olearius pag. 461.*

VICTOR, Capuanus, circa A. C. 545. de cyclo paſchali ſcribere aggreſſus eſt. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſert. pag. 461.*

VICTOR, Tunnunenſis, Anno 566. obiit. Struxit chronicon ab O. C. usque ad primum Juſtini junioris annum. Vid. *Ph. Labbe Tom. 2. pag. 463.*

VICTOR, Uticenſis, tempore Zenonis Imp. claruit. Reliquit tres libros de perſecutione Vandalica. Vid. *Ph. Labbe T. 2. diſſ. pag. 465. Olearius pag. 462.*

VICTOR (Aurelius) Vide, AURELIUS.

VICTOR (Claud. Marius) Maſſilienſis, Anno 440. floruit. Tres libros carminum in Geneſin elaboravit. Vid. *Stewechius in Veget. pag. 174. C. Barth. in 4. Theb. Statii pag. 1110. Id. in Briton. pag. 433. Ph. Labbe tom. 2. diſſert. pag. 462. Olearius in Abaco, pag. 462.*

VICTOR (Publ.) librum de regionibus urbis Romæ compoſuit. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. de S. R. R. pag. 305.*

VICTOR (Sulpitius) inſtitutiones oratorias ad M. Silonem generum exaravit. Vid. *Voſſius de nat. rhetor. pag. 95.*

VICTOR (Ambr.) adornavit philoſophiam Chriſtianam, Pariſ. An. 1667.

VICTOR (Bened.) tractavit de doſibus medicinarum.

de S. VI-

de S. VICTORE (Hugo) Saxo, An. 1140. obiit. A nonnullis *didaſcalus*: item, *alter Auguſtinus* dictus eſt. *Tumulo* ejus inſcriptum:

Conditur hoc tumulo doctor celeberrimus Hugo.
Quàm brevis eximium continet urna virum?
Dogmate præcipuus nulliq; ſecundus in orbe
Claruit ingenio, moribus, ore, ſtilo.

Opera ejus Moguntiæ An. 1617. impreſſa & 3. tomis comprehenſa ſunt. Vid. *Ph. Labbe, Tom. 1. diſſ. pag. 480. Olearius in Abaco, pag. 225.*

á S. VICTORE (Richardus) Hugoni memorato coævus fuit. Scripta ejus duobus tomis continentur. Vid. *Bellarm. in cat. eccleſ. ſcr. pag. 147.* Quære; RICHARDUS.

VICTORELLUS (Andr.) Baſſanenſis, Anno 1625. floruit. Condidit 2. libros de cuſtodia angelorum; it. de extrema unctione. Vid. *Leo Allatius in apibus Urb. pag. 34.*

de VICTORIA (Balth.) Salamanticenſis, Anno 1630. claruit. Theatrum deorum gentilium, duobus tomis diſtinctum, conſtruxit. Vid. *Waddingus, pag. 46.*

de VICTORIA (Franc.) An. 1546. obiit. Inter alia relectiones: item, arborem magnam juriſdictionis eccleſiaſticæ compoſuit. Vid. *Olearius pag. 168. Quenſtad. pag. 20. Funccius T. 1. Orb. Imp. pag. 369.*

de VICTORIIS (Leonellus) Faventinus, An. 1473. floruit. Reliquit tractatum de ægritudinibus infantum; alium de affectibus hyſtericis: item, practicam medicinalem.

VICTORINUS, Petabionenſis, ſub Diocletiano Imp. martyrium paſſus eſt. Extat ejus comment. in Apocalypſin. *Hieronymus* refert, eum *Chiliaſtarum* errorem ſecutum eſſe. Vid. *Rivetus Tom. 2. operum pag. 1099. Ph. Labbe 2. pag. 470.* Alii *Pictavenſem* in Aquitania epiſcopum faciunt. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 464. Thomaſius de plagio, §. 572.*

VICTORINUS (Adamus) Gallus, A. 1177. obiit. Scripſit de S. Petro.

VICTORINUS (C. Marius) Afer, An. C. 350. tempore Conſtantii Imp. claruit. Primò gentilis erat: deinde in ſenectute ad fidem Chriſtianam converſus eſt. Reliquit comm. in libros rhetoricorum Ciceronis. Extat ejusdem ſcriptum contra Arianos: it. commentarius in epiſtolas S. Pauli. Vid. *Glandorpius pag. 579. Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 467. Olearius pag. 464.* Vide, MARIUS.

VICTORINUS (Marcus) rhetor, 4. volumina in Ciceronis topica conſcripſit. Vid. *Boethius in Ciceron. topica pag. 564.*

VICTORINUS (Richardus) Scotus. Vide, RICHARDUS.

VICTORINUS, Feltrenſis, *Autori dialogi de repar. L. L. pag. 395.* laudatur.

VICTORIUS (Ang.) Balneoregienſis, medicus, Anno 1613. floruit. Extant ejus conſilia medica.

VICTORIUS (Bened.) Faventinus, An. 1503. innotuit. Reliquit tres libros medicationis empiricæ: item, tomos duos practicæ magnæ. Videatur *Quenſtadius pag. 338.*

VICTORIUS (Joh. Bonif.) Gothofredi hiſtoriam ſcribere aggreſſus eſt: verum peſte correptus eandem abſolvere non potuit. Videatur *Pierius Valer. de Inf. lit. pag. 119.*

VICTORIUS (Marianus) edidit inſtitutionem linguæ Æthiopicæ, Romæ Anno 1552: item, tractatum de regibus Æthiopum.

VICTORIUS (Pet.) Florentinus, natus eſt An. 1499: obiit An. 1585. Exaravit variarum lectionum libros 38. notas in Catonem & Varronem: it. notas in ethicam Ariſtotelis & Ciceronis epiſtolas. *Torrentius ad Sueton. Claud. c. 43.* vocat virum in emendandis veterum ſcriptis rara religione & fide. Vid. *Thuanus l. 82. Thomaſius de plagio, §. 573.*

VICUS (Æneas) Parmenſis, emiſit vitas Imperatorum Rom. Anno 1554: item, vitas Auguſtarum An. 1557. Vid. *Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 140.*

VICUS (Henr.) Flander, natus eſt Anno 1536: obiit Anno 1596. Tractavit de deſcenſu Chriſti ad inferos: item, de controverſiis hujus temporis. Vid. *Sweertius, pag. 337.*

VIDA (M. Hieron.) Cremonenſis, Anno 1566. deceſſit. Res Chriſti carmine & quidem 6. libris complexus eſt, *Sixtus Senenſis* vocat Virgiliani carminis incomparabilem imitatorem. Carmina ejus ſervantur *Tomo 2. Delit. Ital. pag. 1399.* Reliquit etiam libros de republ.

J. C. Scaliger 6. de re poët. Chriſtias (inquit) ſummam meretur laudem: *Bombyx* caſtigatior & elaboratior, propiusque accedens ad curas poëticas. Is enim liber rex eſt librorum Vidæ. Scripſit etiam Vida de ludo Scachico. Vid. *Imperialis, pag. 35. Ghilinus vol. 1. pag. 67.*

VIDAL (Marc.) condidit opus morale, quod prodiit Venet. An. 1650. fol.

VIDAVIUS (Valent.) Anno 1601. obiit. Mortuum laudavit *Joh. Clobucius.* Tractatum de indulgentiis conſtruxit. Vid *Starovolſcius, pag. 86.*

VIDIUS, Florentinus, medicus, An. 1591. floruit. Scripſit de arte anatomiæ ſeptem libros: artem verò medicinalem tribus tomis complexus eſt.

VIDUS VIDIUS, junior, edidit undecim libros de curatione membratim inſtituenda An. 1594.

VIDUA (Franc.) Anno 1608. obiit. Reliquit orationes. Vid. *Tomaſinus part. 1. elog. pag. 270.*

VIEGAS (Blaſius) Eborenſis, An. 1599. deceſſit. In Eborenſi & Conimbricenſi academia S. literas interpretatus eſt. Comp. commentarium in Apocalypſin: in epiſtolam ad Hebræos: in Ezechielem & Prophetas minores. Vid. *Alegambe, pag. 66.*

VIELMIUS (Hieron.) Venetus, An. 1582. obiit. Tractavit de epiſcopis titularibus: item, de ſex diebus creationis. Vid. *Ghilinus vol. 1. pag. 129.*

VIENNOTTUS indicem confecit in breviarium concilii Tridentini.

VIEREGGIUS (Joh.) exaravit 3. libros de bonorum diſcuſſione An. 1677. fol.

VIETA (Franc.) Anno 1603. vivere deſiit. Extant ejus continuatio algebræ proportionalis: harmonicon cœleſte: relatio calendarii Gregoriani: pſeudomeſolabum: Apollonius Gallus, &c. *Rivaltus à Flurentia* vocat mathematicorum noſtri ſeculi coryphæum. Multa de hoc Vieta habet *Thuanus l. 129. fine.*

VIETOR (Conr.) ludimagiſter Marpurgenſis, in linguis orient. verſatiſſimus, Judæorum impugnator graviſſimus & Trinitatis propugnator fervidus, adeò ut per anagramma *carus Deo Triuno* audiret, poſteà vel in tam abditis myſteriis non ſatis inſtructus, eisq; nimis temerè & intempeſtivè immerſus, vel (ut multorum eſt ſuſpicio) invidia & odio adverſus aliquos in transverſum abreptus veritatem impugnavit & ad ipſos Judæos turpiter defecit. Tandem Theſſalonicam in Græciam delatus & Moſes Patro dictus eſt, teſte *Autore vitarum proff. Groning. pag. 172. Job. Druſius part. 2. notarum in N. Teſt. ad Act. 17, 1. pag. 162.* vocat *Nicolaum Vietorem* Juris licentiatum.

VIETOR (Henr.) theologus Marpurgenſis, Anno 1580. obiit.

VIETOR (Jerem.) Gieſſenſis profeſſor, variis ſcriptis clarus, Anno 1609. vivere deſiit.

VIETOR (Zach.) Calvinianis Weſſalienſibus antitheſes oppoſuit.

VIEXMONTIUS (Claud.) Pariſienſis, ſcripſit de ſalutari pœnitentia peccatoris, Anno 1595.

VIGELIUS (Nicol.) JCtus, Anno 1600. extinctus eſt. Reliquit centurias quatuor reſponſorum.

VIGELLUS. Vide, NIGELLUS.

VIGENERIUS (Blaſius) Sanportianus, An. 1599. obiit. Tractavit de igne & ſale. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 92.*

VIGERIUS (Marcus) Savonenſis Ligur, Anno 1516. obiit. Edidit decachordum Chriſtianum. Vid. *Sauſſay, pag. 3. Wadding. pag. 248.*

VIGERUS (Franc.) Rhotomagenſis, An. 1627. claruit. Libr. de idiotiſmis Græcæ linguæ adornavit & Euſebii Pamphili præparationē evangelicam latine tranſtulit. Vid. *Alegambe, pag. 142.*

VIGIANUS (Æneas) collegit conſilia medica. Vid. *Linden, pag. 11.*

VIGIERIUS (Joh.) opera medicochirurgica, Hagæ comit. A. 1659. edi curavit.

VIGIL (Hieron.) inter poëtas numeratur. Vid. *T. 2. Delit. Ital. pag. 1430.*

VIGILIUS, Thapſitanus Afer, Anno 550. claruit. Compoſuit undecim libros de Trinitate & quinque libros contra Neſtorium & Eutychen. Vid. *Ph. Labbe, Tom. 2. diſſ. pag. 474. Olearius pag. 465. Hedovill. in Ephem. pag. 1.*

VIGILIUS, Tridentinus, martyr. Honorii, Imp. tempore vixit. Condidit libellum in laudem martyrum ad quendam Simplicianum. Huic Vigilio *nonnulli* tribuunt quinq; libros pro concilio Chalcedonenſi adv. Eutychen. Verùm diſſentit *G. J. Voſſius l. 2. de hiſt. lat. c. 10.* item, *Bellarm. in catal. ſcr. eccl. pag. 104.* Confer *Rivetum Tom. 2. Oper. pag. 1150.*

VIGLIUS (Huldericus) JCtus, egit de rebus creditis. Vid *Thuanus l. 64.* Quære, AYTA.

VIGNA (Dominicus) Piſanus, animadverſiones ad Theophraſtum de plantis compoſuit. Eas *Dietericus part. 1. Ant. Bibl. pag. 49* ferme ridiculas appellat.

VIGNACURTIUS (Maxim.) Atrebas, Anno 1620. obiit. Carmina ejus habentur *Tomo 4 Delit. Belg. pag. 456.* Vid. *Sweertius, pag. 563.*

VIGNALIUS (Pet.) Anno 1612. claruit. Emiſit annotationes ad inſtitutiones hebraicas *Quinquarborei.* Vid. *Colomeſius in O O. pag. 146.*

VIGNATUS (Ambroſ.) Taurinenſis, Anno 1460. floruit. Elaboravit librum de uſuris: de ſpe: de ludo. de hæreſi, &c. Vid. *Tomus 7. & 11. Tract. tract.* Confer *Ghilinum vol. 2 pag. 14.*

VIGNATUS (Joh. Ant.) Anno 1631. claruit. Extant ejus excurſus aſtrologici.

VIGNATUS (Lud.) Laudenſis JCtus, Anno 1629. obiit. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 180.*

VIGNERIUS (Nicol.) Barrenſis, natus eſt Anno 1530: obiit Anno 1596. In Germaniæ Principum aulis aliquamdiu medicinam fecit: tandem ab Henrico IV. Gall. Rege honorificis ſtipendiis invitatus Lutetiam venit. Struxit comment. de faſtis. Vid. *Thuanus l. 117. Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 238.*

VIGNIER (Hier.) Bleſenſis, ſupplementum operum ineditorum S. Auguſtini tomis 2. Pariſ. An. 1654. fol. edi curavit.

de VIGO (Joh.) Genuenſis, adornavit practicam artis chirurgicæ An. 1530.

VIGONZA (Alex.) *Gregorio Leto in Italia regnante pag. 543.* memoratur.

VIGOR (Simeon) Normanus, Anno 1575. obiit. *Sauſſay pag. 99.* vocat oratorem eximium & theologum inſignem. Reliquit tract. de ſtatu & regimine eccleſiæ. *Mareſius Tom. 1. contra Tirin. pag. 283.* libertatum eccleſiæ Gallicanæ acerrimum propugnatorem nuncupat.

VIGUERIUS (Joh.) Granatenſis, Anno 1560. claruit. Toloſæ Tectoſagum theologiam publicè docuit. Compendium theologiæ moralis titulo Inſtitutionum fidei Chriſtianæ item, comment. in epiſt. ad Romanos contexuit.

de la VILELA (Gaſp.) Luſitanus, A. 1572. obiit. In Japonia diu verſatus eſt & librum de quæſtionibus à doctis Meacenſium ſibi propoſitis conſcripſit. Vid. *Alegambe, pag. 153.*

VILIERIUS (Fr.) tractavit de ſtatu primitivæ eccleſiæ.

VILLIOTTUS (Franciſc.) edidit ſanitatem Europæ morboſæ, inſtruentem in pace An. 1660.

de VILLA ALBA (Marus) ord. Ciſtert. monachus, An. 1590. obiit. Extant ejus annotationes in conſtitutiones congregationis Hiſpanicæ ordinis ſui.

VILLADEUS (Alex.) Dolenſis, An. 1240. floruit. Acta S. Petri leoninis hexametris expreſſit. Vid. *Autor de repar. L. L. ap. Giſ. pag. 508 Waddingus pag. 9.* Quære, ALEXANDER.

de VILLADIEGO (Gundiſalv.) ſcripſit contra hæreticam pravitatem An. 1587; item, de card. dignitate. Vid. *Tomus 13. Tract. tract.*

VILLAFRANCUS (Blaſius) monſtravit methodum refrigerandi ex ſalnitro vinum, Romæ An. 1550.

VILLAGAGNONIUS (Nicol.) librum de Euchariſtia An. 1569: it. expeditionem Caroli V. in Africam compoſuit. Vid. *Simon Schardius vol. 2. Germ. ſcr. pag. 365.*

VILLAGUT (Alf.) tractavit de rebus eccleſiæ, non ritè alienatis, recuperandis, Colon. An. 1609.

VILLAGUDUS (Claud.) in Johannem commentatus eſt An. 1586.

de VILLALOBOS (Didacus) Hiſp. concordiam evangel. An. 1555. publicavit.

VILLALOBOS (Joh.) Hiſp. collegit opiniones communes in jure Anno 1561. Vid. *Alegambe, pag. 277.*

VILLALPANDUS (Caſp.) Segobienſis, An. 1570. vixit. Scripſit controverſias fidei: commentarium in Porphyrium: res geſtas in conciliis Toletanis.

VILLALPANDUS (Joh. Bapt.) An. 1608. obiit. *Hieronymi à Prado* labores in illuſtrando Ezechiele continuavit. *Pradus* enim ſolum tomum primum abſolverat nec ultra caput. 26. Ezech. progreſſus erat. Villalpandus igitur 2. & 3. tomum addidit. In ſecundo agit de templi fabrica & vaſorum forma: in tertio de urbe, Hebræorumq; ponderibus, numiſmatis & figuris. Vid. *Alegambe pag. 227.*

VILLALPANDUS (Lud.) circa An. 1564. floruit. Linguam Indicam in methodum redegit, certasque regulas, quibus addiſcatur, propoſuit.

VILLALUPENSIS (Franc.) Hiſp. in Plinii hiſt. naturalem anno 1524. fol. commentatus eſt. Videatur *Waddingus*, *pag. 139.*

VILLALUPENSIS (Henr.) Zamorenſis, An. 1637. obiit. Theologiam moralem duobus tomis complexus eſt. Vid. *idem*, *pag. 167.*

VILLAMATA (Joh.) in univerſam phyſicam Ariſtotelis An. 1603. commentari cœpit.

VILLAMONTIUS (Jac.) Gallus, itinerarium in terram Sanctam exaravit, Anno 1606. Videatur *Barthius in 5. Theb. Papin. pag. 9.*

de VILLANOVA (Arnoldus) Gallus, medicus, A. 1340. claruit. Condidit varios libros, qui tamen, quòd ſuperſtitioſa quædam continerent, ab inquiſitoribus reprobati ſunt. *Johannes Mariana l. 14. hiſt. Hiſp. c. 4.* memorat, ſe certum autorem habere, qui affirmârit, Arnoldum ex humano ſemine quibusdam in vaſe medicamentis hominis corpus efformaſſe. Vid. *Imperialis pag. 9. P. Colomeſius in O. O pag. 2.*

à VILLANOVA (Joh.) Navarrus, elegias & epigrammata non inſulſa compoſuiſſe fertur. Vid. *Alegambe, pag. 277.*

à VILLANOVA (Thom.) edidit duos tomos concionum, Colon. Anno 1661. fol.

VILLANOVANUS (Franc.) Marchio, Græce doctus fuiſſe dicitur. Vid. *Imhof. in pol. Græco pag. 10.*

VILLANOVANUS (Mich.) Hiſp. Anno 1537. floruit. Vid. *Simlerus.*

VILLANIUS (Joh.) Florentinus, Anno 1348. obiit juxta *Bellarminum.* Reliquit hiſtoriam univerſalem. Vid. *Zeillerus part. 2. pag. 156 Olearius in Abaco, pag. 270. Oblinus, vol. 2 pag. 138.*

VILLANUS (Matth.) An. 1471. deceſſit. Vid. *Oblinus, l. c. pag. 138.*

VILLAREALIS (Franc.) vitam Mauri martyris literis conſignavit An. 1661.

de VILLAREAL (Joh.) Ubetenſis Hiſp. tractatum de morbo ſuffocante elaboravit, Compluti An. 1611.

VILLARINUS (Fr.) Cæſarauguſtanus, canones medendi præſcripſit.

VILLAROELES (Pet.) Stylitanus Calaber, A. 1614. vixit & Echinadum naumachiam verſibus celebravit. Videatur *Waddingus, pag. 271.*

à VILLAVICENTO (Laur.) [illegible]anus, Anno 1581. claruit. Edi[illegible] q[illegible] libros de ratione ſtudii theolo[illegible] tres de interpretatione Scriptur[illegible] po[illegible]ri: item, lib. de phraſibus Scri[illegible]ræ. Vid. *Valerius Andr. in faſt. Lovan. pag. 116. Rivetus T. 2 Oper. p. 1095.* vocat H[illegible] pern[illegible] interpolatorem & expilatorem.

de le VILLE (Nicol.) co[illegible]poſ[illegible] elegias & commentar. in myſteria Chri[illegible], Lovan. An. 1647. item, hierogl[illegible]hica Mariana, An. 1660.

de VILLEGAS (Bernh.) Oropeſanus, tractavit de DEO. Liber prodi[illegible] Compluti, fol. Extat ejusdem comm[illegible]nt in 3. partem Thomæ Aq[illegible]natis. V[illegible]atur *Alegambe, pag. 64.*

VILLERIUS (Dionyſ.) Anno 1620. obiit. Scripſit de familiis & geneal[illegible]s principum & nobilium Belgii, teſte *S[illegible]rtio pag. 218.*

VILLIOMARUS (Yvo) animadver[illegible]nes in locos controverſos *Rob. Titi* ev[illegible]av. Verus autor eſt *Joſephus Sc[illegible]r* [illegible]id. *Lipſius in polit. 4, 3. G. Erbardu[illegible] in Petron. pag. 626. Rhodius de ſcr. ſupp.* [illegible] 4.

VILLIUS (Balth.) in Zachar[illegible] & [illegible]lachiam ſcribere aggreſſus eſt A. [illegible]6.

VILLOSA de fugitivis A. 167[illegible]. [illegible] commentatus eſt.

VINCARTIUS (Joh.) Inſul[illegible], conſtruxit epiſtolas carmine nom[illegible] [illegible]crarum heroidum, Anno 1640. Vid. *Ale[illegible]ambe, pag. 277.*

VINCELBURGIUS (Joh.) Anno 1601. claruit.

VINCEMALA, Hiſp. JC[illegible]s, [illegible] varia conſi[illegible]a.

de VINCENTINIS (Alexand.) [illegible]cus, ſcripſit de calore per mot[illegible] [illegible]ato & de cœli influxu in [illegible] [illegible]pora, Veronæ Anno 1634. Vi[illegible], VI[illegible]NTINIS.

à S. VINCENTIO (Gregor.) [illegible]enſis, tractavit de quadratura c[illegible] A. [illegible]47. Videantur *Alegambe* [illegible]. [illegible] *M. X, Volckman. in elog. Pr[illegible]. p.* [illegible]

VINCENTIUS, Be[illegible] 1256. obiit. Is, ſumtus [illegible]ppe[illegible] Ludovico, Francorum Re[illegible], [illegible]lex ſpeculum con[illegible]avi[illegible], quod de omnibus [illegible]s trac[illegible], quod hiſtorias compl[illegible], quod eſt de natura rer[illegible] [illegible]um & ratione temporum: *Morale,* quod agit de

de affectibus, de lege & gratia, de virtutibus ac vitiis. Vid *Bellarminus in catalog pag. 160. Ph. Labbe T. 2. diſſ. p. 478. Thomaſius de plagio §. 574. Olearius in Abaco pag. 406. Naudeus in P. B. pag 54.* Quære, BURGUNDUS.

VINCENTIUS, Lirinenſis, An Chr 440. floruit. Exaravit commonitorium adverſus hæreticos ſub nomine *Peregrini.* Videantur *Phil Labbe Tom. 2. diſſertat. pag. 486. Voſſius in hiſt. Pelag. l. 1. c. 9 Rivetus Tom. 2. Oper. pag. 1146. Olearius, pag. 467.*

VINCENTIUS (Bernh.) duos libros de *Hori* notis hieroglyphicis confecit.

VINCENTIUS (Juſt Antiſt.) in logicam commentarius eſt An. 1617.

VINCENTIUS (Lælius) Carpinianenſis, ſcripſit de anima immortalitate & ſubſtantia cœli An. 1580.

VINDANIUS Anatolius, Οὐινδάνι☉, Berytius, collegit 14. libros de agricultura. Conflarum eſt hoc opus (inquit *Photius Cod CLXIII*) é Democriti, Africani atq; Tarentini ſcriptis, Apuleii quoq;, Florentii, Valentis, Leonis, Pamphili: tum vel maxime ex Diophanis paradoxis. Vide, CONSTANTINUS.

VINDEX (Lucius Cæcilius) reliquit libr. de orthographia. Ex eo nonnulla adducit *Caſſiodorus lib. de orthogr. cap. 11.*

VINDICIANUS, medicus, tempore Valentiniani Imp. claruit. *S. Auguſtin. epiſt. 5.* magnum ſuorum temporum medicum appellat. Epiſtola ejus ad Valentinianum Imp extat in operibus *Marcelli Empirici.* Erat Vindicianus in tanta exiſtimatione, ut vulgari ſermone jactaretur, *medicinam non profuiſſe, quia Vindicianus non porrexiſſet* Vid *Reineſius in Var. lect. pag. 644. Bartbolinus in med. poët. pag. 122.*

VINDINGIUS (Eraſm.) Danus, natus eſt An. 1615. Compoſuit commentarium in Euripidis Hecubam & Medeam: Hellenem vel tractatum de Græciæ populis: lib. de literarum Græcar. origine: alium de linguæ Græcæ & Ægyptiacæ affinitate. Vid. *Vinding in R. H. pag. 389. Bartholinus in Danis, pag 40.*

VINDIUS, JCtus, tempore Antonini Pii Imp. vixit. *Bertrandus, pag. 278.* putat, eum ſcripſiſſe de prætoris edicto & de detractione Falcidiæ.

VINDO (Aubert.) progymnasmata in quædam *Job. Fernelii* Anno 1579. publicavit.

VINDO (Guilh.) ſcripſit de generibus carminum Græcorum, Paril. An. 1560.

VINDOCINENSIS (Alex.) Anno 1630. claruit. Habuit orationem Romæ Anno 1615.

de VINEGA (Joh. Guern) emiſit exceptiones juris.

de VINEIS (Petrus) Capuanus, Anno 1249. obiit. Reliquit epiſtolas Quidam à Friderico II. imperatore excæcatum affirmant. Vid. *Mattb. Pariſ. pag. 739. Olearius in abaco. pag. 377.*

VINESAUF (Gaſi) vel de Vino ſalvo, circa Annum 1200. flor. *Voſſius de nat. rhet. pag. 95.* vocat virum pro barbaro illo ſeculo comtæ & floridæ eloquentiæ. Quære, GAFREDUS.

VINESAUF (Rich.) tractavit de ſtatu Romanæ curiæ.

VINESIUS (Rich.) Anglus, condidit tractatum de S. Cœna.

VINETUS (Elias) Gallus, An. 1587. obiit. In Aquitanica ſchola erudiendæ juventuti operam navavit & doctiſſimis ſcriptis antiquorum monumenta illuſtravit Vid. *Thuanus l. 88.*

VINHEIMIUS (Erh.) ſacrarium Agrippinæ An. 1607. edi curavit.

VINHOLD (Chriſt. Andr.) Roſvinenſis, edidit elementa grammaticæ lat. methodo Euclidea conſcripta Anno 1678. in 12.

VINICIUS (Luc.) orator, tempore Auguſti Octavii claruit. Meminit ejus *Seneca L. 2. controverſ. 6.* De eo Auguſtus dicere ſolebat: *Vinicius ingenium in numerato habet.*

VINITOR (Gerl.) ſtruxit compendium ſacrorum rituum, Colon. An. 1649.

VINNIUS (Arnold.) JCtus, natus eſt An. 1588. Extat ejus comment. in 4. libros inſtitutionum.

VINTHA (Franc.) Italus, carminibus ſcribendis ſeſe exercuit.

VIOLA (Pet.) tractavit de veteri & nova Rom. temporis ratione, Venet. Anno 1646.

VIOTTUS (Barthol) quinque libros de demonſtratione elaboravit An. 1560.

VIPERA (Marc.) Beneventanus, texuit 15. libros de priſcis & ſacris inſtitutis:

item, 8 libros exemplorum, An. 1517. Vid. *Quenſtadius,pag.374.*

VIPERANUS (Joh. Ant.) in Ciceronem de optimo genere orat. An. 1571. commentatus eſt. Extat ejusdem tract. de obtenta à Philippo II. Portugallia.

VIPSTANIUS (M.) Agrippa, Octaviani Auguſti gener, vitam ſuam literis conſignavit, teſte *Philargyrio in 2. Georg* Idem orbem terrarum deſcripſit, qua deſcriptione *Plinius* aliquoties uſus eſt.

VIRDUNGUS (Joh. Haſurtus) compoſuit novam methodum curandi morbos ex mathematica ſcientia An. 1532. Vid. *Quenſtadius,pag.246.*

VIRDUNGUS (Mich.) Kittingenſis Francus, natus eſt An. 1575: obiit Anno 1637. In Norimbergenſium univerſitate, quæ Altdorſſ eſt, eloquentiam & hiſtorias una cum politica profeſſus eſt. Edidit comment. in Agricolam Taciti. Prodierunt etiam carmina ejus & orationes. Struxit præterea notas in Plutarchi πολιτικὰ παραγγέλματα: it. in Florum, Tacitum, Eutropium, &c. quæ tamen hactenus lucem non aſpexerunt. Mortuo parentavit *Chr. Ad. Rupertus*. Vid. *Henningus Witte in memor. philoſ. pag. 386.*

VIRDUNGUS (Paulus) Kittingenſis, ſcripſit de ſpiritu flatulento in microcoſmo.

VIRELLUS (Matth.) Anglus, edidit compendium religionis Chriſtianæ An. 1587. item, libellum de viſibilitate veræ eccleſiæ.

VIRETUS (Pet.) Bernenſis, Anno 1571. obiit. Eccleſiæ Lauſannenſi, Geneventi & Lugdunenſi præfuit. Reliquit dialogos Chriſtianarum diſpp. libros quinque de origine novæ & veteris idololatriæ: comm. in Acta, &c. Vid. *Jacobus Verheiden in elog. præſt. theolog. pag. 119.*

de VIRGILIO (Joh.) poëta & orator, An. 1314. floruit. Condidit chronicon regni catholici eccleſiæ Romanæ, in quo totius mundi familiæ catholicæ enumerantur, teſte *Bumaldo.*

VIRGILIUS Maro, Andinus, A. 2. Olymp. CXC. obiit. Exaravit georgica, eclogas, Æneidem, epigrammata. Vita ejus ab *Ælio Donato*, niſi fallit inſcriptio, expreſſa eſt. *Ajunt*, cùm multos verſus matutino calore effudiſſet, pomeridianis horis novo judicio ſolitum ad paucorum numerum revocare. Vulgo fabulantur, avum maternum Maronis *magum* fuiſſe, ab eoq; poëtam artes magicas didiciſſe, hisq; miracula illa feciſſe Neapoli, quæ leguntur apud *Arn[illegible]dum Lubecenſem in Chron. Slavor. l. 4. c.* [illegible]. Verùm avum Maronis non *magum*, ſed *Majum* dictum, argumento eſt, quod ab eo mater dicebatur *Maja.* Sic *G. Johan. Voſſius in Etymolog. L. L. pag. 305.* cui adde *Paſſeratium in orat. pag. 424.* Plura de Virgilio habent *Glandorpius in O. R. pag. 891. Dietericus part. 1. Ant. Biblicar. pag. 121. Thomaſius de plagio, §. 576.*

VIRGILIUS, Hibernus, Anno 785 obiit. Struxit gloſſarium & librum de antipodibus. Videatur *Waræus* in *Scr. Hibern. pag. 37.*

VIRGILIUS (Marcell.) Florentinus, Dioſcoridem latinè tranſtulit. Extat etiam nobilis oratio, habita, cum Laurentio Medici juniori militaris imperii inſignia traderentur. Vid. *Jovius in elog. n. 126. Pierius Valerianus, de Inf. lit. pag. 137.*

VIRGILIUS (Polydorus) Urbinas, ex Italia in Britanniam ſeſe contulit & ab Henrico rege fortunis adauctus flamenq; Londinenſis creatus eſt. Obiit An. 1555. Reliquit proverbia: libellum de prodigiis; octo libros de rerum inventoribus: hiſtoriam Anglicanam, &c. In hiſtoria parum fidei ipſi nonnulli tribuunt. Notum illud *Oweni.*

Virgilii duo ſunt: alter Maro. Tu Polydore,
Alter. Tu mendax, ille poeta fuit.

Savilius in præfat. ad Scr. Angl. ita de eo judicat: Polydorus, ut homo Italus & in rebus noſtris hoſpes & (quod caput eſt) neque in rep. verſatus nec magni alioqui vel judicii vel ingenii, [illegible] ex multis delibans & falſa plerumque pro veris amplexus hiſtoriam nobis reliquit cùm cætera mendoſam, tum exiliter ſanè & jejunè conſcriptam. Vid. *Jovius in elog. n. 135.*

à VIRGINE MARIA (Auguſt.) tractavit de privilegiis omnium religioſorum ordinum An. 1661. Extat ejusdem hiſtoria ordinis Carmelitani, Anno 1660. impreſſa.

VIRGINIUS Flavus vel R[illegible] tempore Neronis juventutem in eloquentiæ ſtudio exercuit, teſte *Tacito l. 15. Annal.*

De

De arte rhetorica ſcripſiſſe, auror eſt *Fabius l. 3. c. 1.* ac meminit illius etiam *Plinius* in *epiſt. l. 2. c. 1.* Vid. *Voſſius de de nat. Rhet. pag. 92. 94.*

VIRGINIUS, Romanus, comœdias & mimiambos exaravit. *Plinius l. 6. epiſt. 21.* vocat hominem probitate morum, in genii elegantia & operum varietate monſtrabilem.

VIRGINIUS (Andr.) de DEO uno & trino commentatus eſt An. 1639.

VIRINGIUS (Joh.) Lovanienſ. An. 1569. claruit. Struxit quinque libros medicotheologicos de jejunio eccleſiaſtico & abſtinentia. Vid. *Valerius Andr. in faſt. Lovan.*

VIRINGUS (Joh.) An. 1622. obiit. Egit de triplici Cœna, Chriſti agno, vulgari & euchariſtica.

VIRSEMIUS (Domin.) ſcripſit contra tragicos eccleſiaſtes, An. 1610.

VIRULUS (Carol.) Casletenſis (quaſi dicas, homuncio) An. 1493. obiit. Collegit formulas epiſtolicas, in quas tanquam barbaras & ridiculas graviter inhuntur *Eraſmus & Vives.* Vid. *Swertius pag. 172. Sanderus pag. 38.*

VIRVESIUS (Alf.) Canarienſis epiſcopus, contra Lutherum An. 1541. ſtilum ſtringere auſus eſt.

VIRUNNIUS (Pontius) Tarviſinus, An. 1490. floruit & poëtas nonnullos commentariis illuſtravit. Vid. *Quenſtadius, pag. 273.*

VISBIUS Domitiani Imp. tempore vixit & martyrium Dionyſii Areopagitæ exaraſſe fertur.

VISBROUCHIUS (Joh.) Gandavenſis, quædam Ariſtotelis opera commentariis expoſuit.

VISCARDUS (Marcellinus) Bergomas, An. 1640. vixit. Scripſit magnalia neceſſitatis.

VISCH (Carolus) bibliothecam ſcriptorum ordinis Ciſtercienſis An. 1649. publicavit. Videatur ipſe *Viſcb in dicta Biblioth. pag. 62.*

VISCHERIUS (Sebaſt.) compendium theologiæ adornavit, Conſtant. Anno 1611.

de VISCHIS (Joh.) JCtus, de immunitate eccleſiarum commentatus eſt. Extat *T. 13. Tract. tract.*

VISCONTIUS (Hieron.) Mediolanenſis, concinnavit Saturnalia. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 156.*

VISCONTIUS (Joh.) Piſtorienſis, emiſit 40. problemata utriusque juris Anno 1613.

VISITARINUS (Camill.) habuit repetitiones in Jure civili.

à VISITATIONE (Ambroſ.) novam grammaticæ methodum excogitavit.

à VISITATIONE (Chryſoſt.) ord. Ciſtert. monachus, confecit 12. libros ſuper verba, quæ locuta legitur S. Virgo Maria. Vid. *Viſcb, pag. 70.*

VISORIUS (R.) edidit deſtructionem Aaronis purgati contra *Moncæium* Anno 1609.

VISORIUS (Joh.) in topica Ciceronis commentatus eſſe dicitur.

VISSANUS, JCtus, tractavit de mandatis principum.

de VITA (Vinc.) collegit repertorium generale, Neapoli An. 1644.

de VITALINIS (Bonif.) JCtus, de maleficiis An. 1604. ſcribere inſtituit.

VITALIS (Franc.) Bononienſ. Anno 1350. floruit. Videatur *Bumaldus, pag. 232.*

VITALIS (Hieron.) Capuanus, lexicon mathematicum juxta ſeriem literarum compoſuit. Prodiit Pariſiis An. 1668. In 8. Videatur *Hedovill. tom. 6. Ephemer. pag. 57.*

VITALIS (Janus) Panormitanus, verſibus innotuit. Vid. *Tomus 2. Delit. Ital. pag. 1433.*

VITALIS (Laur.) An. 1589. floruit & deciſiones Rotæ imprimi curavit.

VITALIS (Lud.) medicus, Anno 1505. vixit. Præcepta aſtrologica pro medicina tutius facienda conſcripſit. Vid. *Bumaldus, pag. 158.*

VITALIS (Ordericus) hiſtoriam eccleſiaſticam elucubravit.

VITALIS (Salvat.) Marenſis Sardus, An. 1647. obiit. Reliquit tract. de ſtigmatibus Franciſci: item, libr. de tribus horis, quibus Chriſtus vivus pependit in cruce. Extat ejusdem pars I. & II. annalium regni Sardiniæ. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 313.*

VITELLESCUS (Mutius) de novis Chriſtianis in Japonia Anno 1624. ſcribere aggreſſus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 347.*

VITEL-

VITELLIO opticam edi curavit, Norimb An. 1535.

VITELLIUS, JCtus, tempore Auguſti vixit. Erat magni nominis autor & tantæ in jure autoritatis, ut *Sabinus* JCtus ad ejus libros quædam ſcripſerit. Vid. *Bertrandus in JCt pag. 304.*

VITELLIUS, Tiphernatum princeps, non tantùm latinè & Græcè peritus erat, ſed & morali philoſophiæ, præter hiſtoriæ & coſmographiæ ſtudium, operam dederat maximam, ut non immerito inter literatos locum inveniat. Vid. *Pierius Valerianus de J L. pag. 149.*

VITELLIUS (Cornel.) Corinthius, contra *Gr. Merulam* ſtilo & ſcriptis pugnavit. Vid. *Tom. 1. Lamp. Crit. Gruteri pag. 585.* item, *Autor anonymus de repar. Ling. Lat. ap. Giſ. pag. 414.*

VITELLIUS (Eraſmus) librum reliquit de victoria Sigismundi, Regis Poloniæ, adverſus Turcas.

VITERBIENSIS (Ægid.) Anno 1532. obiit. Condidit hiſtoriam 20. ſeculorum.

VITERBIENSIS (Godefridus) tempore Conradi III. & Friderici I. Impp. claruit. Erat Latinè, Græcè, Hebraicè & Chaldaicè doctus. Nominis ſui famam longè diffudit chronico univerſali, quod partim proſa, partim carmine condiderat. Id *Pantheon* inſcripſit, eò quòd omnium principum, qui alias in Scripturis Dii dominari ſolent, hiſtoriam contineret. A nonnullis hiſtoricus non indiligens nuncupatur. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 80.*

VITIGOZZIUS (Nicol.) in Averroem de ſubſtantia orbis ſcribere cœpit, Venet. An. 1580.

à VITRIACO (Jacobus) Gallus, Anno 1244. obiit. Compoſuit duos libros hiſtoriæ Hieroſolymitanæ & occidentalis: item, librum unum contra Saracenos. Extant ejusdem conciones. Vid. *Phil. Labbe Tom. 1. diſſert. pag. 493. Olearius, pag. 226.*

VITRIARIUS (J. Caſp.) habuit diſſertationem de cauſa efficiente An. 1666.

VITRUVIUS Pollio, tempore Auguſti Octaviani Imp. floruit. Extat ejus tractatus de architectura. *Mercurialis* Plinio recentiorem facere conatur, quem ideo refellit *Reineſius* in *Var. lect. l. 2. c. 6.* Vid. *Caſp. Barthius in Claudian. pag. 827. Quenſt pag. 281. Borrichius in Cogit. ad Voſſ. pag. 5.*

VITUS (Andr.) Londinenſis, natus eſt An. 1580. Grammaticam, dictionarium & catechiſmum lingua *Marilandica* compoſuit. Vid. *Alegambe. pag. 32.*

VITUS (Georg.) Anhuſanus abbas, edidit doctrinale Bibliorum harmonicum, Anno 1613. fol.

VITUS (Nicol.) Gozzus Italus, An. 1601. vixit. In nonnullos pſalmos commentari cœpit. Vide, VITIGOZZIUS.

VITUS (Octav.) Bergomas, natus eſt An. 1597: obiit An. 1653. Lauream in lauream Salvanei compoſuit.

VITUS (Rich.) Anglus, An. 1611. floruit. *Ænigma* vetus, *Ælia, Lelia, Criſpis,* commentario illuſtrare conatus eſt: ut & leges duodecim tabularum. Videatur *Sanderus.*

VIVALDUS (Alf.) conſtruxit aureum eccleſiæ candelabrum in tres partes diviſum, Colon. An. 1606.

VIVALDUS (Auguſt.) Genuenſis, obiit An. 1641. Reliquit 150. meditationes. Vid. *Alegambe. pag. 51.*

VIVALDUS (J Lud.) tractavit de laudibus trium Liliorum: de virtute contritionis: Item, de ſalute Salomonis. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 153.*

VIVARIUS (Franc.) in Lucium Dextrum notas paravit. Videatur *Carolus Viſch, pag. 113.*

VIVARIUS (Jac.) An. 1585. floruit. Tractavit de origine aurei Velleris carmine heroico. Extat ejusdem Pœnitens, comœdia. Vid. *Sweertius.*

VIVES (Joh. Lud.) Valentinus Hiſpanus, An. 1541. obiit. Erat philoſophus ſimul & theologus doctiſſimus. Vulgò *Budæo* ingenium, *Eraſmo* dicendi copiam: *Vivi* judicium tribuebant. Scripſit eruditos commentarios in 20 libros Auguſtini de Civitate DEI. Opera ejus univerſa Baſileæ Anno 1560. duobus tomis impreſſa ſunt. *Eraſmus in Ciceroniano, pag. 185.* Equidem nec ingenium nec eruditionem in Joh. Lud. Vive deſidero:, adeſt illi parata ſententiarum ac verborum copia, cumq; fuerit initio duriuſculus, indies magis ac magis in illo matureſcit eloquentia, quem ſi nec vita nec ſtudium deſtituerit, bona ſpes eſt, fore ut inter Ciceronianos numeretur. Sunt enim, quibus ſcribendi conatus juxta

juxta Mandrobuli morem, ut habet proverbium, ſuccedat. Hic quotidie vincit ſeipſum & habet ingenium ad quidvis verſatile, eoq; ad declamandi facultatem unicè compoſitus. Aliquot tamen M. Tullii virtutes nondum abſolvit, præcipuè jucunditatem dictionis & mollitudinem. Hæc ille. Vid. *Jovius in elog. numero 145. Sanderus in Brugenſ. ſcript. pag. 57. Ph. Carolus in Curtium, p. 5. Quenſtad. pag. 29. Dietericus part. 1. Antiq. bibl pag 35.*

VIVIANUS, JCtus, ætate Proculi JCti, vel poſt Proculum vixiſſe videtur. Vid. *Bertrandus, pag. 262.*

VIVIANUS (Ant.) Gallus, A. 1603. obiit. Tractavit de virginitate. Vid. *Alegambe, pag. 46.*

VIVIANUS (Joh.) Valentianus Hanno, An. 1598. obiit. Eccleſiaſten & canticum canticorum paraphaſi poëtica expreſſit, teſte *Swertio.*

VIVIANUS (Joh. B.) edidit rationale juris pontificii An. 1628.

VIVIANUS (Julianus) Piſanus, JCtus, ſtruxit praxin juris patronatus, fol.

VIVIANUS (Vincent.) ſcripſit de minimis & maximis. duobus tomis, Florent. Anno 1659. fol. Vid. *Gr. Letus in It. regn. pag. 410.*

VIVIENIUS (G.) Antverp. JCtus, Anno 1564. claruit. Condidit 4. libros de officio boni patrisfamilias: ſynopſin juris utriusq;: tract. de arreſtis: proverbia juriſtarum. Vid. *Swertius, pag. 276.*

de VIVIER (Claud.) paravit apologiam, quod S. Franciſcus de Paula fuerit unicus parentum ſuorum filius, Anno 1626.

VIVIUS (Franc.) collegit ſilvas communium opinionum: item, deciſiones Neapolitanas A. 1597.

VIUS vel à VIO (Thomas) Caietanus, Anno 1534. vivere deſiit. *Sixtus Senenſis* vocat ſubtiliſſimum dialecticum, admirabilem philoſophum, incomparabilem theologum. In extrema ſenectute, poſt innumeras lucubrationes in Ariſtotelis philoſophiam & Thomæ theologiam, totam vet. & novi Teſtamenti molem ex hebræa & græca veritate expoſuit, exceptis Cant. cantic. Prophetis & Apocalypſi Vid. *Ph. Labbe T. 2 diſſ. pag. 447. Ghilinus vol. 2. pag. 237.* Quære, CAJETANUS.

VIZANIUS (Æneas) Anno 1572. obiit. Collegit conſilia medica, Anno 1605. Francof. edita.

VIZANIUS (Pomponius) An. 1596. floruit. Reliquit hiſtoriam Bononienſem.

VIZZANIUS (Carolus Eman.) An. 1633. claruit. Tractavit de mandatis principum. Extant ejusdem orationes Græcæ & Latinæ: item, commentarius in Ocellum Lucanum de univerſo.

ULACCUS (Adrian.) emiſit trigonometriam artificialem, An. 1633.

ULADERACCUS (Chriſt.) Geffrenſis, An. 1601. obiit. Flores Plauti ſelectos quatuor libris complexus eſt. Vid. *Swertius, pag. 178.*

ULADERACCUS (Pet.) Silvæducenſis, Anno 1600. floruit. Struxit Tobiam, comœdiam: item, carmen heroicum in natalem Domini. Videatur *Swertius pag. 638.*

ULCURRINUS (Mich.) JCtus Papilon. egit de mundi regimine. Vid. *Tom. 16. Tract. tract.*

ULENBERGIUS (Caſp.) Anno 1591. vixit & in Pſalmos pœnitentiales commentatus eſt. Extat ejusdem tractat. de vitiis prædicantium.

ULFELDIUS (Jac.) legationem Polonicam An. 1627. literis commiſit.

ULIERDENUS (Dan.) Bruxellenſis, An. 1544. librum confecit, quo probare conatur, medicinam corpori & animæ medelam dare.

de ULINGEN (Barth.) adornavit compendium logices An 1512.

ULITIUS (Janus) Gratium, Nemeſianum & Calpurnium notis eruditis illuſtravit, A. 1645. Extat ejusdem venatio novantiqua, An. 1653. impreſſa.

ULLIMERIUS (Joh.) Lovanienſis, condidit tract. quomodo eccleſia quieta in hac vita pergere poſſit, teſte *Swertio, pag. 482.*

ULLOA (Alf.) Hiſp. de rebus in Hungaria geſtis commentatus eſt. Videatur *Ghilinus, vol 1. pag. 9.*

ULMANNUS (Dav.) concinnavit ſynopſin hiſtoriæ ſacræ & profanæ, Anno 1674.

ULMANNUS (J.) edidit ſex tractatus Talmudicos, latinè à ſe converſos Anno 1663.

ULMERUS (J. Conr.) natus eſt A. 1519: obiit

obiit A. 1600. Schaphuſii in patria concionatoris munere functus eſt. Reliquit tract de horologiis Iciatericis: ſummam enchiridii paſtoralis: ſcriptum Rablacenum, &c.

ULMUS (Fort.) Vide, OLMUS.

ULMUS (Joh. Franc.) Pictav. medicus, tractavit de liene, Lutet. A. 1578: item, de occultis proprietatibus.

ULMUS (M. Ant.) ſtruxit phyſiologiam barbæ humanæ, Bonon. Ann 1603. fol. cenſuram de Hippocratis operibus item, de genealogia & ingenuitate ejusdem.

ULNERUS (Herm.) collegit phraſes latinæ linguæ.

ULPHILAS, Οὐλφίλας, Gothus, Valentis Imp. tempore claruit. Primus Gothorum literas adinvenit, primusque S. Scripturas è Græco in Gothicum ſermonem tranſtulit. Vid. *Sozomenus l. 6. H. E. c. 36. Philoſtorgius 2, 5.* Urphilam vocat & ſub Conſtantino Magno collocat. Addit, Urphilam, cùm cæteros S. Scripturæ libros in Goth. linguam vertiſſet, non tamen vertiſſe libros Regum, hac ratione, quòd Gothica gens ad bella prona eſſet frenoque magis quam incentivo ad bellum opus haberet: cæterum libri Regũ res bellicas memorarent, quas ſi Gothi legerent, in bella quoque porrò ruerent: additâ ſententia, ea maxime ad bellum incentivo ſeu proteio eſſe ſolere, quæ & religioſa maximè haberentur. *Sic ille. Quidam* Arianum factum Arianorum religionem inter Gothos diſſeminaſſe affirmant. Vid. *Rivetus T. 2. oper. pag. 920. 911. Jac. Gothofredus ad Philoſtrog. pag. 52.*

ULPIANUS, Οὐλπιανὸς, Antiochenus ſophiſta, Conſtantini M. temporibus vixit variasq; orationes compoſuit, teſte *Suida.*

ULPIANUS, Emeſenus ſophiſta, ſcripſit de patria Emeſa: de Heliopoli: de Boſporitis: item, progymnaſmata: artem oratoriam, &c.

ULPIANUS (Domitius) JCtus, tempore Alexandri Mammææ Imp. claruit. Patriam ſuam *ipſe* laudat *L. 1. de Cenſibus*: Eſt (inquit) in Syria Phœnice, ſplendidiſſima Tyriorum colonia, unde mihi origo eſt. *Athenæus* Ulpianum Tyrium inter collocutores habet, quem ἀφιρὴν vocat & ὀνομαστικὸν, i. e. vocabulorum aucupem. Vid. *Scipio Gentilis in . orig. pag. 283.* Aliquando etiam *Damaſcenus* appellatur, *l. cum Ulp Dom. de interd & releg. Athenæus lib. 1. cap 1.* Κειτύκειτον dictum refert, eo q ... os de obviarum rerum vocabulis ſ . bi de interrogaret his verbis: Κεῖται ἢ οὐ κεῖται; ἢ πῶ κεῖται; Primùm an ... onæ præfecturam geſſit, deinde Alexandri tutor & magiſter ſcriniorum factus ... tandem prætorio præfectus eſt. *Athenæus l. 15.* ſcribit, ipſum poſt orationem habitam de coronis, repentina calamitate magno omnium luctu mortem obiiſſe fe . cem. *Modeſtinus* vocat nobiliſſimum & JCtorum coryphæum. *Diocletianus & Maximinus* juriſprudentiſſimum: *Juſtinianus* diſertiſſimum, ſapientiſſimum: item, virum ingenii acutiſſimi appellant. Conſcripſit libros 83. ad edictum: 51 ad Sabinum: 20. ad legem Juliam & Papiam: 10. diſputationum: 10. de tribunalibus: 7. regularum. ſex fideicommiſſorum: 4 ad legem Sentiam decem de off. proconſul. tres de off. conſulis: decem pandectarum, &c. Vid. *Jacobus Lectius in orat. pag. 111. Salmuth in Pancirol. T. 1. pag. 141. Pancirolus in JCtis, 1, 57. Bertrandus, pag. 116.*

ULPIANUS quidam ἐν Ἀραβικοῖς allegatur à *Stephano in* Τάϊνοι.

ULPIUS Marcellus, JCtus, ſub Antonino Pio Imp. vixit. Digeſtorum libros 31. ad leges conſcripſit: item, notas ad Silvium Julianum & Pomponium. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 1, 46.*

ULPIUS (Joh.) Franeckerenſis, A. 1540. claruit. *Heſiodi* opera & dies carmine reddidit, ita ut ſingulos Græcos ſingulis latinis exprimeret. Extant etiam ejus collectanea quædam proverbiorum, quæ in Chiliadibus *Eraſmi* non habentur. *Quenſtadius* vocat trium linguarum peritiſſimum. Vid. *Simlerus.*

ULRICIUS (Paulus) ſtruxit anatomiam Draconis fanatici An. 1628. in 4.

ULRICIUS (Reinh.) edidit ſpecimen linguæ profeſſoriæ An. 1616.

ULRICUS (Simon) reliquit poëmata.

ULSENIUS (Theod.) Friſo, medicus, Anno 1563. obiit. Exaravit duos libros de pharmacandi comprobata ratione, teſte *Swertio.*

ULSTADIUS (Phil.) cœlum philoſopho-

lophorum Anno 1557. imprimi curavit.

ULUG BEIGUS, Perſa, Tamerlanis nepos, A. 1450. obiit. Reliquit tabulas ſtellarum fixarum, quas edi curavit *Thomas Hyde*, Oxoniæ Anno 1666. in 4. Eas dem epochas celebriores *Joh. Gravius* in lucem ptotulit, Londini Anno 1650 in 4. Vid. *Hallerv. in B. C. pag. 401.*

ULUGGIUS (Jac.) Amerfortius, emiſit tres libros hymnorum V. & N. Teſtamenti Anno 1600. teſte *Sweertio.*

UMMIUS (Ilico) Friſius, JCtus, compoſuit proceſſum judiciarium, Jenæ Anno 1619.

de UNANOA (Mart. Perez.) Valentinus, Anno 1625. vixit. De Trinitatis myſterio commentatus eſt. Vid. *Alegambe*, *pag. 330.*

UNCKELIUS (Barth.) cordiale quatuor noviſſimorum, Colon. Anno 1483. vulgavit.

UNELLUS (Nic.) condidit 2. libros Franciados ad Ludov. XIV. ad imitationem Æneidos, Pariſ. An. 1649.

UNGARELLUS (Jac.) JCtus, collegit additiones ad Summam Angelicam *Angeli de Clavaſſo.* Vide, VAGARELLUS.

UNGARESIUS (Joh. Bapt.) Pedemontanus, dialecticam inſtitutionem excudi curavit An. 1626. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 139.*

de UNGARIA (Mich.) habuit ſermones breves prædicabiles per totum annum, qui prodierunt Argent. An. 1494.

UNGEBAUERUS (Eraſmus) Naumburg. celebris JCtus, natus eſt An. 1582: obiit An. 1659. Primò Altdorfii jura interpretatus eſt: inde Jenam ſeſe contulit. Reliquit exercitia: item, tract. de jure naturæ. Videatur *Adrianus Beierus in R. I. pag. 597.*

UNGNADIUS (Joh.) Sonneckius. A. 1565. mortuus eſt. Biblia & aliquot theologorum ſcripta in linguam Turcicam & Croaticam immenſis ſumtibus converti curavit, teſte *Thuano l. 38.*

UNICORNIS (Joſeph.) Bergomas, Anno 1610. deceſſit. Scripſit de utilitate artium mathematicarum: librum de ponderibus: de numeris & menſuris: de immortalitate animæ: de Trinitate: de arithmetica cœleſti, &c. Vid. *Don. Calvus pag. 289.*

UNRUHIUS (Eraſmus) JCtus, An. 1628. obiit. Witebergæ docuit.

UNTZERUS (Matth.) medicus, compoſ. phyſiologiam ſalis: tract. de ſulphure, A. 1620. lib. de hydrargyri natura: item, alium de renum calculo An. 1623.

UNVERFAEHRT (Joach. Matt.) JCtus, adornavit pædiam jurisprudentiæ An. 1675: item, annulum æternitatis Anno 1662.

de UNZOLA (Pet.) JCtus, Anno 1294. floruit. In Summam Rolandinam commentatus eſt.

VOCATUS (Joh.) Lemovicenſis, reliquit 20. epiſtolas. Vixit A. C. 1200.

VOCH (Joh.) Colonienſis, Anno 1507. claruit. Scripſit de peſtilentia. Vid. *Linden, pag. 399.*

VOCONIUS, vitricus Plinii junioris, epiſtolas ſolitus eſt ſcribere, ut Muſas ipſas latinè loqui crederes. *Plinius l. 2. epiſt. 13.* ei ingenium excellens, ſubtile, dulce, facile, eruditum in cauſis agendis tribuit.

VOCONIUS Victor, poëta, celebratur *Martiali l. 7.* Videatur *Glandorpius pag. 290.*

VOCONIUS (S.) JCtus, carmina componere haud dedignatus eſt. *Anonymus in apolog. pro poet. lat. ap. Giſanium de O. L. L. pag. 511.* vocat virum in omni politiori literatura diu verſatum.

VOELLUS (Joh.) Burgundus, Anno 1610. vivere deſiit. Compoſuit generale artificium texendæ cujuscunq; orationis facilimum An. 1589: item, indicem in breviarium concilii Tridentini. Extat ejusdem tr. de horologiis ſciothericis. Vid. *Alegambe, pag. 277.*

VOERTHUSIUS (Joh.) Zutphanienſis, res Caroli M. & Caroli V. inter ſe compoſuit An. 1592.

VOET (Joh.) tractavit de familia herciſcunda An. 1673.

VOETIUS (Daniel) elaboravit compendium pneumaticæ An. 1661.

VOETIUS (Gisb.) Heusdanus, theologus reform. relig. Anno 1676. obiit. Emiſit aliquot tomos ſelectarum diſputationum Anno 1655. Vid. *Boſius in notitia eccleſ. ſcript. pag. 18.*

VOETIUS (Paulus) tractavit de duellis licitis & illicitis. Extat ejusdem theologia naturalis reformata, Anno 1656. excuſa.

VOETS (Melch.) JCtus, ſub nomine *Julii de Monte* hiſtoriam juris civil. Juliacenſium & Montenſium nuper edidit. *Placcius pag. 227.* vocat virum indefeſſi laboris atque ſtudii, nec moribus minus, quam doctrina ſummo jure commendabilem.

VOGELIUS (Ewaldus) Brabantus, medicus, condidit librum de lapidis philoſophici conditionibus An. 1595.

VOGELIUS (Ezech.) emiſit ephemerides linguæ latinæ An. 1651.

VOGELIUS (Joh. Auguſt.) publicavit Ariſtotelem reſolutum An. 1614.

VOGELIUS (Matth.) Norimbergenſis, natus eſt An. 1519: obiit An. 1591. Norimbergæ ad D. Jacobi concionatoris munere functus eſt. Norimberga relicta, Boruſſiam abiit: inde in Wurtembergenſem Ducatum ſeſe contulit, ubi Alberſpacenſem Abbatiam adeptus eſt. Reliquit theſaurum theologicum, ſeptem tomis conſtantem. Vid. *Micrælius pag. 418.*

VOGELSANGIUS (Reinerus) exaravit theologicas exercitationes, An. 1665.

VOGETIUS (Anaſtaſ.) edidit thaumaturgum euchariſticum, Auguſtæ An. 1637.

VOGLERUS (Val. Henr.) medicus, h. t. claret & Helmſtadii artem medicam feliciſſimè docet. Scripſit comment. diæteticorum An. 1668.

VOGT (Joh. Chr.) tractavit materiam præſcriptionis, An. 1673.

VOGTER (Barth.) medicus, egit de morborum curatione per aquas deſtillatas An. 1550.

VOGTIUS (Alb.) compoſuit miſcellanea Biblica, An. 1670: item, delicias ſacras, Anno 1666.

VOIGTIUS (Gothofr.) emiſit curioſitates phyſicas, Anno 1669: diſſertationem contra nivis albedinem, A. 1668. aliam, de altaribus priorum Chriſtianorum, An. 1677.

VOISIN (Joſeph.) condidit theologiam Judæorum, Pariſ. An. 1653: item, obſervationes ad *Raymundi Martini* pugionem fidei An. 1651. fol. Vid. *Colomeſius in G. O. pag. 187.*

VOITUS (Alb.) Boruſſus, carminibus pangendis operam dedit. Vid. *Tom. 6. Del. Germ. pag. 916.*

VOITUS (Dav.) theologus, Anno 1589. deceſſit. In epiſtolam ad Romanos commentatus eſt. Vid. *Adr. Beier. in R. I. pag. 471. 969.*

VOLANUS (Andr.) reliquit 3. libros de ſacramento corporis & ſanguinis J. Chriſti contra *P. Scargam.*

VOLATERRANUS (Raphael) An. 1521. obiit. Struxit commentariorum 38. libros, quos Julio II. pontifici inſcripſit urbanosque vocavit, quod in urbe Roma conſcripti eſſent. Eos tribus tomis diſtinxit. Primus geographiam veterem continet: alter anthropologiam ſive viros illuſtres: tertius philologiam ſive artium rudimenta. In præfatione opus hoc πανδεχεῖον appellat, quaſi eo omnia comprehendantur. Præterea Procopium de bello Perſico & Vandalico ſincere potius quàm ſplendidè convertit. Vid. *Jovius in elog. numero 118.*

VOLCARDUS (Gilb.) alias *Demoſthenes* dictus, multa Græcorum epigrammata latinè tranſtulit.

VOLCARDUS (Jac.) Bergenſis, elaboravit orationem de uſu eloquentiæ in muneribus publicis An. 1526.

VOLCATIUS Sedigitus librum de poëtis condidit. Meminit ejus *A. Gellius 15, 24.* Vid. *Glandorpius, pag. 921. Jonſius de Scr. R. Ph. 2, 17.*

VOLCHERUS (Rich.) de arthritide & variolis tractavit, Venetiis Anno 1586.

VOLCKAMERUS (Joh. Georg.) Norimbergenſis, celebris medicus, natus eſt Anno 1616. Paravit tractatum de opobalſamo An. 1644. Ejus cura & induſtria etiam Directorium medicum Norimb. prodiit An. 1666. ceu patet ex præfat. Vivit etiamnum & de re medica & literaria optimè meretur.

VOLCKELIUS (Joh.) Miſnicus, emiſit diſſolutionem nodi Gordii à *Mart. Smiglecio* nexi An. 1613. Socini dogmata ſecutus eſt. Vid. *Hoornebeck tom. 1. Socin. ref. pag. 64.*

VOLCKMANN (Adam) edidit tractatum rerum criminalium, A. 1629. fol.

VOLCKMARUS (Barth.) JCtus, ſcripſit de jure principum An. 1608.

VOLCKMARUS (Henning.) dictionarium philoſophicum, Anno 1674: item, filum Ariadnes logicum Anno 1676. adornavit.

VOLCK-

VOLCKMARUS (J.G.) Variſcus, A. 1596. obiit. Witebergæ theologi munere functus eſt.

VOLCKMARUS (Rud.) Heſſus. JCtus, de teſtibus commentatus eſt, An. 1612.

VOLLANDUS (Joh.) Greuſſenas, edidit elegantias & epiſtolas Græcas: item, 4. libros de poerica Græcorum An. 1592.

VOLLANDUS (Theoph.) tractavit de libertate Chriſtiana, An. 1669.

VOLMARIUS (Melch.) Helvetius, An. 1561. obiit. Vid. *Thuanus l. 28.*

VOLRATH (W.) compoſuit jus Pandectarum illuſtratum An. 1664.

VOLSCIUS (Pet.) Plocenſis epiſcopus, ob eloquentiam plurimum commendatur. Reliquit epiſtolas & orationes. Extat ejusdem tract. de ſanct. Trinitate. Vid. *Strovolſcius, pag. 21.*

VOLSCUS (Ant.) *Pomponii* auditor, Propertium notis illuſtravit. Vid. *Autor de repar. L. L. ap. Giſan. in O. L. L. p. 415. Floridus Sabinus in lect. ſubciſ. 2, 13.* graviter eum exagitat.

VOLTA (Achill.) JCtus, Anno 1480. floruit.

VOLTA (Corn.) JCtus, An. 1514. vixit.

VOLTZIUS (Val.) JCtus, egit de inquiſitione & vicariis.

VOLUMNIUS (Publ.) philoſophus, conſignavit hiſtoriam prælii, quod Brutus & Caſſius adv. Cæſarem & Antonium geſſerunt. Vid *Plutarchus in vita Bruti.*

VOLUSANUS (Florent.) ſcripſit oden de tranquillitate animi, Lugd. Anno 1637. in 8.

VOLUSIUS Mecianus, JCtus, tempore Antonini philoſophi vixit. Ejus mentio habetur in Pandectis. Tractavit de aſſe & ejus partibus. Ad legem Rhodiam etiam commentatus eſſe dicitur. Vid. *Panzirolus in JCtis, 1, 47. Bertrandus, pag. 93.*

VOLUSIUS (Luc.) JCtus, An. C. 57. ſub Nerone deceſſit. Reliquit fideicommiſſorum 16. libros: publicorum 14. Vid. *Guido Panzirolus in JCt. 1, 56.*

VOLUSIUS (Adolf. Gothofr.) vitam & miracula S. Willigiſi Anno 1675. literis complexus eſt. Extat ejusdem aurora pacis religioſæ. Cum *Sam. Mareſio* ſcriptis decertavit.

VOMELIUS (Cyprianus) Friſius, natus eſt A. 1515: obiit A. 1578. Struxit 4. libros ſilvarum. Vid. *Sweert. pag. 202. ſ.*

VOMELIUS (Sibr.) de jurejurando, Franck. An. 1590. tractare cœpit.

VOPISCUS (Aloyſ.) philoſophus, Plutarchi opuſculum de non iraſcendo latine reddidit, teſte *Simlero.*

VOPISCUS (Flavius) Syracuſius, An. C. 291. claruit & aliquot Impp. vitas in literas retulit. Vid. *Mart. Hanckius part. 1. Scr. R. R. pag. 546.*

à VORAGINE (Jacobus) ſic dictus à caſtello in Liguria, An. 1294. obiit. Biblia ſacra primus in Italicum idioma tranſtulit. Eidem *aurea Legenda* vel *Lombardica* de ſanctis tribuitur. De hoc libro videatur *Melch. Canus l. 11. Loc. Com. c. 6. Baronius in Martyrol. ad d. 28. April. Claud. Eſpencæus ad Tim. l. 1. c. 11. G. Joh. Voſſ. de hiſtor. lat. 2, 6. Zeillerus, part. 2. pag. 156. Quenſt. pag. 309. Olear. pag. 227.*

à VORBURG (Joh. Phil.) paravit encyclopædiam juris publici & privati, Anno 1640: it. 5. tomos hiſt. Romano-Germ.

VORILONGUS (Guilh.) in 4. libros Sent. commentatus eſt. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 157.*

van der VORM (Hobius) emiſit deſcriptionem atriplicis ſalſi An. 1661.

VORRILLON (Guilh.) confecit compendium in 4. libros Sententiarum. Vide, VARRILLO.

VORSTIUS (Adolphus) Delphenſis, natus eſt An. 1597: obiit A. 1663. Mortuo parentavit *Joh. Ant. van der Linden.* Edidit catalogum plantarum horti academici Lugduno Batavi. Vid. *Henning Witte in med. pag. 222.*

VORSTIUS (Conr.) Colonienſis, natus eſt An. 1569: obiit An. 1622. Steinfurti theologi officio functus eſt. Emiſit diſpp. de natura & attributis DEI: Bellarminum contractum: anti Piſtorium: exegeſin apologeticam: paraſceven: amicam duplicationem: catalogum errorum Sibrandi: ſcholia alexicaca, &c. Mortuo parentavit *Marc. Gualterus,* Palatinus. Vid. *Hornius in hiſt. eccleſ. pag. 217. Hoornbeck. T. 1. Socin. refut. pag. 92. Kemp. p. 384.*

VORSTIUS (Ælius Everh.) medicus, natus eſt An. 1565: obiit An. 1625. Leidæ medicinam 26. annos profeſſus eſt. Compoſuit commentarium de annulorum origine in gratiam *Abrah. Gorlæi*, qui ſine nomine ejusdem dactylothecæ præfixus eſt. Struxit etiam

notas in Cornel. Celſum: deſcriptionem rerum memorabilium per magnam Græciam: opus de Bataviæ piſcibus, &c. Vid. *Sweertius, pag. 110.*

VORSTIUS (Joh.) Berolinenſis, libellum exaravit de latinitate fallò ſuſpecta, Anno 1665: alium, de latinitate meritò ſuſpecta: item, philologiam ſacram. Vid *Hedovill. T. 2. ephem. pag. 133.*

de VOS (Pet.) manipulum concionum moralium, Antv. A. 1644. typis tradidit.

VOSMER (Mich.) de principibus Hollandiæ & Zelandiæ tractare aggreſſus Anno 1578. fol.

VOSSIUS (Andr.) epiſcopus Bergenſis, condidit genealogiam Regum Daniæ & Norwegiæ, Ducumque Oldenburgenſium eorum, qui poſt ſinceram religionem floruerunt, teſte *Bartholino.*

VOSSIUS (Dionyſ.) *Gerh. Joh.* filius, librum R. Moſis Maimonidis de idololatria ex Hebræo in latinum traduxit notisque eruditis illuſtravit.

VOSSIUS (Gerhardus) Eburo, Tungrenſis præpoſitus, Anno 1609. vivere deſiit. Gregorii Thaumaturgi: item, Ephrem Syri opera latine tranſtulit ſcholiisq; exornavit. Videatur *Sweertius, pag. 287.*

VOSSIUS (Gerh. Joh.) theologus, philoſophus & philologus percelebris, Anno 1649. obiit. *Vulgò* Varro hujus ſeculi vocari ſolet. Extant ejus grammatica latina: rhetorica: liber de natura logices: liber de natura rhetorices: inſtitutiones poëticæ: etymologicon lat. linguæ: liber de philoſophia & ſectis philoſophorum: lib. de hiſtoricis Græcis & latinis: liber de ſcientiis mathematicis: tractatus de gloſſematis vitiisque lat. ſermonis: theologia gentilium: theſes theologicæ: harmonia paſſionis Chriſti: hiſtoria Pelagiana: tractatus de Baptiſmo: diſſertatio de tribus ſymbolis, &c. Aliquando *Remonſtrantium* partes ſecutus eſt: verùm *Andr. Rivetus in examine animadv. Hug. Grot. p. 68.* teſtatur, eum ab Arminianis iterum ad Calviniſtas transiiſſe. *Ott. Ferrarius in præluſ. p. 219. Joſ. Scaliger,* (inquit) cum inſtitutionum oratoriarum libros perlegiſſet, ingenuè profeſſus eſt, ſe ab ea lectione doctiorem evaſiſſe, nec e veteribus ipſis quenquam extare, qui in eo argumento *Voſſio* palmam præriperet. *Caſaub.* vero hoc de *Voſſio* erat judicium, nihil ejus rhetoricis eſſe perfectius, nihil nitidius, ſingularem eruditionem, lectionem multiplicem, rectum judicium ubique elucere. V *Meurſius in Ath. Batav. pag. 268. Thomaſius de plagio §. 578.*

VOSSIUS (Gerh.) *Gerhardi Joh.* filius, Velleium Paterculum emunctiſſimis notis exornavit Anno 1639. Scripſit etiam notas in Val. Flaccum.

VOSSIUS (Iſaac) *Gerardi Job* filius, natus eſt Anno 1618. In Pomponium Melam de ſitu orbis doctiſſimè commentatus eſt. Extat ejusdem tractatus de LXX. interpretum verſione, in quo dictorum interpretum verſionem magnoperè extollit, hebraicique textus integritatem elevare molitur. Unde varios hinc inde adverſarios nactus eſt. Edidit prætereà Scylacis periplum: notas in Juſtinum: diſſertationem de vera mundi ætate: tractatum de lucis natura: librum de Nili & fluminum origine: libellum de motu marium & ventorum, &c. Promittit vir doctiſſimus alia adhuc ſcripta, ex. gr. notas in Dionyſium Thracem: catalogum Regum Ægyptiorum: Porphyrii ſcholia in Iliadem Homeri: diſſertationem de literis & vera pronunciatione linguæ Græcæ: Dionyſii Characeni ixeutica: Apuleium de herbis: Scylacis novam editionem: meteorologica: notas in Callimachum: item, in Ariſtophanem: Batavica: notas ad periplum Hannonis, &c.

VOSSIUS (Matth.) quatuor partes annalium Hollandiæ & Zelandiæ Anno 1635. imprimi curavit.

de VOVER D' ARGENSON (Claudius) nobilis Gallus, collegit elogia illuſtrium hujus ſeculi virorum Anno 1651. in 4.

UPTONUS (Nicol.) Sarisbarienſis canonicus, inter Heraldicos ſcriptores præcipuus, ante ducentos amplius annos claruit. Reliquit 4. libros de ſtudio militari, Londini editos An. 1654. fol. *Hallervordius* vocat *Nic. Upponum.*

URANCK (Columb.) edidit malleum Calviniſtarum An. 1590.

URANIUS, Οὐράνιος, ſcripſit Ἀραβικά. Aliquoties allegatur à *Stephano* ethno-

ethnographo: Item, à *Joh. Tzetze Chiliad. 7. pag. 134.*

URANIUS (Chanocius) exaravit quatuor libros de verbo Dei ſcripto Anno 1594.

URANIUS (Henr.) Reſenſis Clivius, Anno 1570. floruit. Tractavit de literis ſervilibus & punctorum mutatione apud Hebræos. Vid. *Swertius, pag. 338.*

URANIUS (Mart.) cognomine *Prenniger*, JCtus, tres tomos conſiliorum Anno 1597 publicavit.

URANIUS (Mich.) 70. diſcipulorum Chriſti hiſtoriolas è monumentis eccleſiaſticis excerpſit.

URBANUS IIX. pontifex. Vide, BARBARINUS.

URBANUS Valerianus, Bellunenſis, An 1523. claruit & Venetiis Græcas literas docuit. Peregrinationes pro oblectamento habuit. Ægyptum, Palæſtinam, Arabiam & Sinam pedes inviſit: totam peragravit Græciam & Siciliam: Ætnam bis aſcendit: Conſtantinopolin & univerſam Thraciam perluſtravit: nullum unquam trientem in uſum proprium repoſuit, nec pro laboribus ſuis minerval unquá á diſcipulis popoſcit; quin oblatum recuſavit: honores & dignitates nunquam ambivit. Moriens vultu ridibundo verbisque jucundis, quaſi placidiſſimo ſomno ſeſe dederet, occubuit quartum circiter & octuageſimum natus annum, Clementis VII. anno primo. Ideam hominis tranquilliſſimi & ἀνυπερκοτάτου dixiſſes. Reliquit grammaticam Græcam, quæ prodiit Pariſ. Anno 1543. Vid. *Pierius Valerianus l. 2. de Inf. lit. pag. 196. Waddingus in S. O. M. pag. 331.*

URBELIUS (Janus) propoſuit methodum linguæ Italicæ, in tribus aut quatuor ſeptimanis addiſcendæ An. 1619.

URBICIUS, Οὐρβίκιος, tempore Anaſtaſii Imp. vixit ejusque juſſu Τακτικὰ in literas redegit. Tranſtulit autem ea, quæ Trajanus & Adrianus de hac arte ſcripſerant, ſed ſic, ut non pauca adderet de ſuo. Ea manuſcripta extare dicuntur Florentiæ & Mediolani. Vid. *Hallerv. in B. C. pag. 401.*

de URBINO (Barth.) Anno 1350. floruit. Milleloquium Auguſtini ab *Auguſt. Triumpho* inchoatum continuavit. Idem milleloquium Ambroſianum juſſu Clementis VI. pontif. adornavit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 69.*

URBINUS (Mauric.) Raguſæus, hiſtoriam Slavorum condidit.

URCEUS (Ant. Codrus.) Vide, CODRUS

de URCUZO (Mich.) in §. Julianus, ex L. ſi fiant F. de damno infer. commentatus eſt.

UREEDIUS (Oliv.) Brugenſis, JCtus, hiſtoriam Comitum Flandriæ quinque libris complexus eſt, Anno 1650. fol. Extat ejusdem genealogia Comitum Flandriæ, à Balduino ferreo usque ad Philippum IV. Hiſp. regem deducta.

URFÆUS (Honor.) Gallus, Aſtræam, ſcriptum mythiſtoricum, compoſuit. Vid. *C. Barthius ad 2. Theb. Papinii pag. 605 & 1. Achill. pag. 1634.*

de URIAS (Sebaſt.) Hiſp. concinnavit triumphum crucis; Juliobrigæ Anno 1597.

URIEL Juriſti, Judæus, edidit examen traditionum Phariſaicarum, cum lege ſcripta collatarum.

URIENTIUS (Maxim.) natus eſt Anno 1559: obiit Anno 1614. Carmina ejus leguntur *T. 4. Delit. Belg. pag. 476.* Vid. *Swertius, pag. 563.*

URIMARIUS (Henr.) Anno 1340. claruit. In Decalogum commentatus eſt. Extat ejusdem tractatus de paſſione Domini: item, alius de quadruplici inſtinctu, Venet. Anno 1498. impreſſus. *Molanus* facit eundem cum *Nicol. de Lyra.*

URNEUS (Chr.) Danus, tractavit de ratione ſtatus.

URPHILAS, Gothus. Vide, ULPHILAS.

de URRUTIGOYTI (Did. Ant.) ſcripſit de competentiis jurisdictionis inter curiam eccleſiaſticam & ſecularem Anno 1667.

URSATUS (Sertorius) profeſſor Patavinus, An. 1652. vulgavit. Edidit monumenta Patavina: item, tract. de notis Romanorum. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 245.*

URSEIUS Ferox, JCtus, tempore Hadriani Imp. claruit. Videatur *Bertrandus, pag 289*

URSELLIUS (Laur.) JCtus, emiſit examen apum ſive concluſionum legalium, quæ

delibatæ ſunt ex floribus deciſionum rotalium totius orbis, & præcipuè Romanæ Rotæ. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 153.*

URSINUS (Alex.) Card. An. 1626. obiit. Reliquit tract. de Chriſti cruce & paſſione. Vid. *Alegambe, pag. 18.*

URSINUS (Benjamin.) trigonometriam, Coloniæ An. 1625. edi curavit.

URSINUS (Bernh.) JCtus, de reconventionibus tractare aggreſſus eſt Anno 1613.

URSINUS (Caſp.) vitas regum & pontificum Rom. in unum volumen redegit. Idem Nonnum redivivum Anno 1667. vulgavit.

URSINUS (Caſp.) Velius, Sileſius, poëmata elaboravit. Vid. *T. 6. Delit. Germ. pag. 992.* Quære, VELIUS.

URSINUS (Fulvius) Romanus, An. 1600. ſeptuagenarius obiit. Erat vir Græce latineq; doctiſſimus ac purioris antiquitatis indagator diligentiſſimus, qui complura veterum utriusque linguæ ſcriptorum monumenta aut primus edidit aut edita dedit meliora. Scripſit de familiis Romanorum: animadverſiones in Feſtum Pompejum: Virgilium collatione Græcorum ſcriptorum illuſtratum: commentar. de triclinio: elogia illuſtrium & eruditorum virorum: leges & ſenatusconſulta, &c. Videantur *Thuanus l. 123. Nicius Erythr. part. 1. Pinacoth. pag. 9. Caſaub. epiſt. 12. Thomaſius de plagio §. 583.*

URSINUS (Joach.) hiſtoricam relationem & nullitatem concilii Tridentini, Anno 1615. publico ſcripto expoſuit.

URSINUS (Joh.) Gallus, medicus, proſopopœiam aliquot animalium carmine elegiaco texuit: in quam *Jac. Olivarius*, Avenionenſ. itidem medicus, ſcholia paravit & Viennæ Allobrogum An. 1541. edi curavit. De eo ita *Steph. Roybofius, Tulingus*: Is eſt, quocum ſi congresſus fueris, nihil ignotum homini eſſe putes. Mirus poëta, eximius & benè fortunatus medicus, philoſophus ſummus, orator facundus. Quorum documentum iocupletiſſimum præſtant, quæ de re medica carmina ſcripſit: eruditisſima commentaria in Catonis libellum: ethologus elegans, & alia plura, quæ ſub ejus nomine circumferuntur. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 118.*

URSINUS (Joh.) Jenenſis, carmina elaboravit, quæ habentur *Tom. 6. Delit. Germ. pag. 1045.*

URSINUS (Joh.) Leopolienſis, medicus, Anno 1613. obiit. Tres tractatus de oſſibus humani corporis exaravit. In *epitaphio* in omni literatura accuratiſſimus fuiſſe dicitur. Vid. *Starovolſcius, pag. 93.*

URSINUS (Joh. Henr.) Spirenſis, natus eſt An. 1608: obiit An. 1667. Ratisbonæ Superintendentis officio præclare functus eſt. Reliquit 6. libros analectorum ſacrorum: arboretum Biblicum: libellum de Zoroaſtre, Mercurio Triſmegiſto & Sanchoniathone: tract. contra Præadamitam. Videantur *Spitzelius in Templo honoris pag. 313. Thomaſius de plagio, §. 581.*

URSINUS (Otto) collegit faſciculum quæſtionum in theologia vexatarum, Gryphisw. An. 1666.

URSINUS (Pet. Jord.) JCtus, tractavit de ſucceſſione feudorum, Neapol. Anno 1639. fol.

URSINUS (Zach.) natus eſt Anno 1534: obiit Anno 1583. Heidelbergæ & Neuſtadii theologiam profeſſus eſt. Edidit adminiſtrationem Neuſtadianam: item, catechiſmum Heidelbergenſem. Opera ejus tribus tomis diſtincta continentur. Muſeo ſuo inſcripſerat: *Amice, quisquis huc venis, aut agito paucis aut abi; aut me laborantem adjuva.* Vid. *Placcius, pag. 180.*

de URSIS (Sabb.) Lupienſis, Anno 1620. obiit. Scripſit de Sinenſium faſtorum erroribus. Vid. *Alegambe, pag. 417.*

URSPERGENSIS (Conradus) An. 1215. claruit. Vid. *Thomaſius de plagio §. 585.* Quære, LIECHTENAU.

URSTISIUS (Chriſt.) Anno 1588. obiit. Vulgavit aliquot illuſtres Germaniæ autores.

URSTISIUS (Eman.) condidit volumen de cornuto quodam homine. Vid. *Linden, pag. 164.*

URSUS (Aurel.) exaravit carmen de bello Belgico.

URSUS (J. Bapt.) Ebolitanus, An. 1637. vivis exemtus eſt. Ejus inſcriptiones Neapoli Anno 1643. prodierunt. Vid. *Alegambe, pag. 227.*

URSUS (Nicol. Raymarus) de doctrina ſinuum & triangulorum An. 1588. ſcribere inſtituit.

USCHA-

USCHAJA (Rabbi) circa An. C. 210. vixit. Erat diſcipulus R. Jehudæ ſancti. Librum *Miſnajoth* publice in ſcholis cœpit legere, diſputando examinare, ac tandem commentario illuſtrare. Commentarius ille *Bereſit rabba* dictus eſt, continetq; nihil aliud, quam declarationem libri *Miſnajoth*. Vid. *Buxtorf. in Bibl. Rabb. pag. 282.*

USCITA (Joh.) tractavit de eccleſia.

USINGHEM (Barth.) A. 1575. flor. Scripſit de tribus neceſſariis ad vitam Chriſtianam, gratia, fide & operibus. Videantur *Sweertius pag. 157. Olearius in Abaco, pag. 69.*

USILLUS (Ant.) ad titul. inſtitut. de actionibus, Lugd. Anno 1568. commentari cœpit.

USLERUS (Dan.) librum elaboravit de eventu in morbis præcognoſcendo Anno 1601.

USSERIUS (Jac.) Dublinenſ. Armachanus epiſcop. natus eſt A. 1580: obiit A. 1655. Condidit annales veteris Teſtamenti: hiſtoriam Godeſcalci: corpus Theologiæ: hiſtoriam Pelagii: diſſertationē de verſione LXX. interpretum: ſyllogen veterum Hibernicarum epiſtolarum, &c. Videantur *Voſſius de ſcient. mathemat. pag. 392. Richteri epiſtolæ ſelectæ, pag. 492.*

USUARDUS, Gallus, tempore Caroli M. claruit. Extat ejus martyrologium. Vid. *Ph. Labbe T. 2. Diſſ. pag. 490. Olearius, pag. 469.*

UTENBOGARD (Joh.) Theologus, A. 1619. floruit. Cum *Feſto Hommio* ſcriptis digladiatus eſt. Extant & ejus epiſtolæ, inter *epiſt. præſtantium Theologorum* An. 1660. editas.

UTENHOVIUS (Carolus) Gandenſis, natus eſt Anno 1536: obiit Anno 1660. Calluit linguam latinam, græcam, hebraicam, aliasque complures. Nonnum & Callimachum latinè: de latino in græcum Penelopes elegiam ad Ulyſſem tranſtulit. Memorant, per triginta amplius annos eum nihil ſcripſiſſe ad amicos, niſi carmine, nunquam proſa. *Symbolo* uſus eſt: οὐδὲν ὁ βίος. Carmina ejus extant *T. 4 Delit. Belg. pag. 546.* Vid. *Sweertius, pag. 172.*

de UTINO (Leonh.) ord. prædicat. monachus, An. 1440. claruit. Sermones de ſanctis: item, ſermones quadrageſimales & dominicales exaravit. *Olearius in Abaco, pag. 271.* ſermones de ſanctis An. 1446. impreſſos Halæ in Bibliotheca templi Mariani conſervari memorat. Vide, LEONARDUS.

UVAN (Paulus) Patavienſis, de ſeptem vitiis criminalibus ſcribere inſtituit. Liber prodiit An. 1517.

à VUCHT (Theod.) condidit librum de variis piè vivendi modis, Bruxell. Anno 1672.

UVERVERO, Leodienſis monachus, ſtruxit epitomen Chronicorum. Vid. *Salmuth, part. 1. in Panciroll. pag. 11.*

VULCANIUS (Bonaventura) Brugenſis, natus eſt Anno 1538: obiit Anno 1610. Leidæ Græcam linguam per triginta duos annos magno cum fructu profeſſus eſt. Vertendo Græcos autores optimè de re literaria meruit. Inter alios Cyrillum de adoratione in Spiritu & veritate primus tranſtulit: Arrhianum de geſtis Alexandri M. nova interpretatione donavit: Agathiam græcè & latinè cum notis edidit. Carmina ejus ſervantur *Tomo 2. Delit. Belg. pag. 562:* Videantur *Sweertius, pag. 160. Ghilinus, vol. 2, pag. 48.*

VULCATIUS Gallicanus tempore Diocletiani vixit & vitam Avidii Caſſii literis conſignavit. Vid. *Mart. Hanckius, part. 1. de S. R. R. pag. 133.*

VULCATIUS Terentianus ſub Gordianis claruit ac vitas eorum conpoſuit, teſte *Jul. Capitolino.*

VULDERIUS (Meilardus.) Gandenſis, JCtus, Ann. 1592. obiit. Emiſit volumen reſponſorum, teſtante *Sandero.*

VULPA (Joh. Ant.) carmina concinnavit. Vid. *Tom. 2. Delit. Ital. pag. 1442.*

de VULPE (Flaminius.) Vide, PAPAZZONIUS.

VULPES (Ang.) à Monte piloſo Neapolitanus, Anno 1622. & deinceps claruit. Summam theologiæ Scoti decem tomis complexus eſt. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 36.*

VULPELLUS (Octav.) tractavit de fide, treuga & pace. Vid. *T. 11. Tract. tract.* Extant ejusdem reſponſa criminalia, An. 1581. impreſſa.

VULPINUS (J. Bapt.) JCtus, ſuccum collegit

legit ex opere criminali *P. Farinacii*, Lugd. An. 1663. fol.

VULPIUS (Henr.) Lingenſis, de arithmeticæ practicæ regulis ſcribere aggreſſus eſt, teſte *Sweertio*.

VULPIUS (Hieron.) Comenſis, inter poetas referri meruit. Vid. *T. 2. Delit. Ital pag 1452.*

VULTEJUS (Herman.) JCtus, natus eſt An. 1555: obiit An. 1634 In Academia Marpurgenſi jurisprudentiam magna cum laude profeſſus eſt. Tractavit de feudis eorumq; jure. Vid. *H. Witte in JCtis, pag. 160.*

VULTEJUS (Joh.) Rhemus, An. 1536. floruit. Carmina ejus *Tomo 3. Delit. Gall. pag. 1135.* comparent. Vid. *J.P. Lotichius part. 4. B.P. pag. 65.*

VULTEJUS (Juſtus) Heſſus, An. 1575. obiit. Marpurgi primò ſcholæ præfuit: inde ad profeſſionem S. linguæ admotus eſt. Ælianum, Heraclidem, Polyænum latinè vertit. Ajunt, ipſum in veſtitu eam mediocritatem obſervaſſe, ut amicis ſæpe peccare videretur. Vid. *J. P. Lotichius p. 3. B. P. pag. 66.*

UWENUS (J. Bapt.) Antv. natus eſt An. 1587. In Jonam commentatus eſt, fol.

VYFALVINUS (Emer.) egit de patrum, conciliorum & traditionum autoritate An. 1611.

VYTACHIUS (Corn.) ſcripſit de Mahomete antichriſto: item, de Gog & Magog, An. 1666.

UZANIUS (Nicol.) Florentinus, inter celebres medicos numeratur.

W.

WAAN (Paulus) Patavienſis vel Paſſavienſis profeſſor, circa An. 1516. claruit. Conſtruxit 135. ſermones contra ſeptem crimina mortalia.

WAASBERGIUS (Joh.) Vide, WAESBERGHE.

WACHERUS (Joh. Matth.) Conſtanti enſ. carmina exaravit. Vid. *T. 6. Delit. Germ. pag. 1057.*

WACHMANNUS (Joh.) JCtus, tractavit de privilégiis in genere An. 1625.

à WACHTENDONCK (Joh.) Machlinienſis, vitam, paſſionem & miracula S. Rumoldi literis mandavit Anno 1638. in 4.

WACKFELDUS (Rob.) An. 1538. obiit, relictis inſtitutionibus Hebraicis. Videatur *Valerius Andreas in Faſtis Lovan. pag. 283.*

à WACYEN (Joh.) edidit veram & genuinam Reformatorum ſententiam contra *Wolzogium*, Amſterd. An. 1669.

WADDINGUS (Lucas) Menapienſis Hibernus, Anno 1650. confecit Bibliothecam ſcriptorum ordinis minorum: item, hiſtoriam ord. minorum 7. tomis comprehenſam. Vid. ipſe *Waddingus, pag. 239.*

WADINGUS (Jac.) JCtus, tractavit de contractibus, An 1644.

WADINGUS (Pet.) Anno 1644. obiit. Tractatum condidit de incarnatione, quem Ferdinando III. Auguſto inſcripſit. Vid. *Alegambe, pag. 402.*

de WAEL (Guilh.) collegit 35. conſiderationes de vulneribus Chriſti, Bruxell. An. 1657.

de WAEL (Regnerus) An. 1509. floruit. Extat ejus carmen elegiacum de vacca Dordracenſi ſive de tribus, qui anſeris avidi in foveam ceciderunt: item, de Berta & marito per ſtudioſum Pariſienſem deceptis, teſte *Sweertio*.

WAELS (Joh.) Haesbruckanus Flander, An. 1628. obiit. Litanias de S. Joſepho publicavit. Vid. *Alegambe, pag. 278.*

à WAESBERGHE (Joh.) Gerardimontenſis, JCtus, Gerardimontium A. 1627. typis mandavit.

à WAESBERGHE (Pet.) Gandavenſis, JCtus, vitas Comitum Flandriæ literis conſignavit.

à WAFFENBURG (Chr. Kyblin) paravit tractatum de pœnitentia & voluntatis mutatione in utroque jure, in ſeptem partes diviſum, An. 1672.

WAGENAER (Pet.) vitam Herm. Joſephi, Colon. Anno 1656. metricè expreſſit.

WAGENSEIL (J. Chriſt.) Norimbergenſis, JCtus, Anno 1633. natus eſt. Hoc tempore Altdorfii jus publicum & linguas orientales publice profitetur. Librum Talmudicum, סוטה dictum, ampliſſimo commentario illuſtravit. Extat ejusdem diſſertatio de loco *Gen. 49, 10.* Promiſit etiam farraginem variorum ſcriptorum Rabbinicorum brevi in dias luminis auras ſeſe miſſurum eſſe.

WAGNE-

WAGNERECKIUS (Henr.) An. 1657. obiit. Compoſuit tractatum de origine animæ: item, commentarium exegeticum ſanctorum canonum. Vid. *Alegambe pag. 178. Borrichius de Hermet. pag. 73.*

WAGNERECKIUS (Simon.) pietatem Marianam Græcorum, Monach. A. 1648. adornavit.

WAGNERUS (Caſp.) paſtor Micropragenſis, reliquit theſaurum ſermonum theolog. An. 1621.

WAGNERUS (Sebaſt.) cognomine *Hofmeiſterus*, Anno 1526. floruit & *Eccium* ſcripto edito refutavit.

WAGNERUS (Tob.) celebris theologus, hoc tempore claret Tubingæ. Paravit inſtitutiones hiſtoricas An. 1653: item, diſſertationes de oraculis Sybillinis Anno 1664.

WAISSIUS condidit chronicon Boruſſiæ.

le WAITTE (Anton.) Anno 1654. claruit. Judæoiconomachiam quinque libris complexus eſt. Vid. *Carolus Viſch in Bibl. Ciſterc. pag. 25.*

WAITZENMEGERUS (Ferd.) de ſervitutibus perſonalibus & realibus commentatus eſt, Ingolſt. An. 1641.

WALÆUS (Anton.) natus eſt A. 1573: obiit Anno 1639. Scripſit de autoritate magiſtratus in rebus eccleſiaſticis; item, compendium ethicæ Ariſtotelicæ ad normam veritatis Chriſtianæ. Ejus opera junctim prodierunt Leidæ Anno 1647. Vid. *Meurſius in Athen. Batav. pag. 325.*

WALÆUS (Bald.) novum Teſtamentum cum notis variorum Anno 1653. edi curavit.

WALÆUS (Joh.) medicus, *Claud. Harveji* ſententiam de circulatione ſanguine peculiari ſcripto An. 1647. defendere aggreſſus eſt. Ejus opera excuſa ſunt An. 1660. Vid. *Linden, pag. 399.*

WALAFRIDUS Strabo, abbas Augienſis, An. 849. obiit. Vid. *Olearius in Abaco pag. 169.* Quære, STRABO.

WALCKERUS (Guilh.) Anglus, tractavit de creatione. Extat ejusdem tropoſchematologia.

à WALDENFELS (Chr. Phil.) emiſit 12. libros ſelectæ antiquitatis, Norimb. Anno 1677.

WALDENSIS (Thom.) An. 1430. obiit. Reliquit doctrinale fidei antiquæ tribus tomis conſtans. Vid. *Phil. Labbe T. 2. diſſ. pag. 449.*

WALDO, abbas S. Galli, A. 779. floruit. Vid. *Reineſius in epiſt. ad Daum. pag. 212.* Quære, BALDO.

WALDUNGUS (Joh. Wolf.) medicus, natus eſt An. 1554: obiit An. 1621. Altdorfii phyſicam publice profeſſus eſt. Lagographiam An. 1619. confecit. Extat ejusdem oratio de hominis perfectione.

à WALENBURG (Adrianus & Petrus) fratres, methodum Auguſtinianam Anno 1646. adornarunt.

WALFELD (Joh.) de injuriis tractare aggreſſus eſt.

de WALLEIS (Thomas) Anglus, concordantias inter S. Scripturas & fabulas poëticas ad metamorphoſin Ovidii architectatus eſt inconditas ſanè & plerumque ridiculas. Vid. *Dietericus part. 1. Antiq. Bibl. pag. 127.*

WALLENBECHIUS (Henr.) diarium polemicum metricum, Haſniæ A. 1660. publicavit.

WALLICH (Joh. Henr.) de religione Turcica nonnulla meditatus eſt Anno 1659.

WALLIS (Joh.) Cantianus, doctor thelogiæ, ſtruxit tractatum geometricum de motu An. 1660. in quarto. Extat ejusdem epiſtola de loquela muto & ſurdo reddita: item, commentarius in epiſt. ad Titum.

WALLISERIUS (Laur. Thomas) natus eſt An. 1569: obiit An. 1631. Ethicas diſputationes Argentinæ conſcripſit.

WALLIUS (Ægid.) Brugenſis, An. 1603. vivere deſiit. Parænesin antiquitatis emiſit.

WALLIUS (Jacobus) novem libros poëmatum Antv. Anno 1657. imprimi curavit.

WALLIUS (Laur.) Nericienſis Suecus, compoſuit quæſtiones ſcholaſticas in evangelia: item, carmina in obitum Guſtavi Magni. Vid. *Scheferus in Upſalia, pag. 403.*

WALMIUS (Henr.) condidit aphoriſmos de politico pragmatico An. 1673.

WALO, Britannicus, An. 1090. floruit. Fecit ſatiram, quæ incipit, *Sacrilegis mona-*

monachis: item, epicedium Wilhelmo Flandriæ comiti. Vid. *Reineſius ad Daum. pag. 195.*

WALONCAPELLA (Franc.) Anno 1592. obiit. Librum de ſtationibus Romæ edi curavit.

WALPURGERUS (Chr. Wilh.) A. 1615. vixit. Tractavit de facie Moſis ſplendente.

WALRAVIUS (Doroth.) Hornanus, JCtus, An. 1608. floruit. Edidit carmina ſacra. Vid. *Sweertius, pag. 223.*

WALSINGHAMUS (Thomas) Norfolcienſis, An. 1422. claruit. Struxit hiſtoriam, quam hypodigma Neuſtriæ vocavit: item, chronicon de rebus Angliis, &c. Vid. *Zeillerus, pag. 1. de hiſtor. pag. 156.*

WALSWEER (Matth.) analyſin logicam veteris & novi Teſtam. adornavit An. 1653.

WALTERIUS (Joh.) egit de triplici Chriſti cœna, Antv. An. 1617.

WALTHER (B.) JCtus, emiſit miſcellanea juris civilis.

WALTHER (G. Chriſt.) JCtus, ſtruxit poſtillam theologico-politico-juridicam An. 1650.

WALTHER (Henr.) Judam Maccabæum carmine heroico celebravit A. 1604.

WALTHERUS (Mich.) Norimbergenſis, celebris Theologus, natus eſt Anno 1593: obiit An. 1662. Mortuum laudavit *Joh. Erneſtus Gerhardus.* Condidit harmoniam Biblicam: quæſtiones miſcellaneas, &c. Vid. *Spitzelius in Templo honor. pag. 268.*

WALTHERUS (Mich.) hoc tempore Witebergæ mathemata docet.

WALTONUS (Brianus) epiſcopus Ceſtrenſis, An. 1661. ætatis 61. obiit. Conſtruxit apparatum Biblicum. Extat ejusdem diſſertatio de linguis orientalibus.

WAMESIUS (Joh.) Leodienſis, JCtus, natus eſt Anno 1524: obiit Anno 1590. Exaravit reſponſa Juris: 2. tomos conſiliorum de jure pontificio. Vid. *Sweertius pag. 485. Veranlaus in Acad. Lovan. p. 293.*

WAMMESIUS (Jac.) lexicon Æthiopicum publicavit, Romæ An. 1638.

WANCKELIUS (Joh.) edidit hyperaſpiſten Priſciani vapulantis contra *Joh. Rhenium* An. 1614. Vid. *Eraſmus Schmid in N. T. pag. 591.*

WANDALINUS (Joh.) W[illegible] Cimber, natus eſt Anno 1624. Scripſit de ventis: diatriben de ſe[illegible]a paſſionis & triduo mortis Chriſti: e[illegible]er[illegible]itationes in hiſtoriam ſacram antediluvianam. veſtibulum philologicum in librum Eſdræ: comentarium in Haggæum. tractatum de jure regio [illegible], &c. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 403. Bartholinus in Danis, pag. 91.*

WANDALINUS (Pet.) Danus, A. 1651. vixit. Collegit catalogum 300 vocabulorum Danicorum ex Heb[illegible] [illegible] originem ducentium. Extat e[illegible]dem commentar. in Matthæum: item, in epiſt. ad Corinthios & Hebræos. Vid. *Bartholinus l. c. pag. 118.*

WANDELBERTUS, An. Chr. [illegible]50. claruit. Martyrologium carmine complexus eſt, teſte *Sweertio.*

de WANGEN (Pet.) vulga[illegible] phyſiognomiam Jeſuiticam, Lugdu[illegible] Anno 1610.

WANN (Paulus) canonicus [illegible]vienſis, An. 1468. vixit. Com[illegible]t panarium paſtorale. Vid. *Ole[illegible] in Abaco pag. 360.* Quære, WAA[illegible]

WANNEMACHERUS (Phil.) [illegible]ga, elaboravit triumphum litera[illegible]m, Mediolani An. 1611.

WANSLEBIUS (Joh. Mich.) E[illegible]nſis Thuringus, ord. prædi[illegible], p[illegible]it varia opera Æthiopica, quæ a[illegible]ium parata habet. Typum [illegible] [illegible]dit Pariſiis Anno 1671. Co[illegible] [illegible]LEBEN.

WAPY (Leonh.) Virdunen[illegible], An. [illegible]86. natus eſt. Scripſit de ind[illegible] Vid. *Alegambe, pag. 319.*

WARÆUS (Jac.) Hibern[illegible] bus Hibernis duos libros [illegible] rum *priori* continent[illegible] in Hibernia nati *p*[illegible], qui in Hibernia munera ob eru[illegible] 1619. Extat ejusdem comm. de [illegible] ejus antiquitate.

WARDNERUS, Anglus [illegible] de a[illegible]ſſione lucri ſcribere aggreſſus eſt.

WARDUS (Se[illegible]hu[illegible]) An[illegible]s, T[illegible]l. Doctor, aſtrono[illegible]am geo[illegible] edi curavit, Londini An. 1656. Idem philoſophiam *Thomæ Hobbes* gra[illegible] gnavit.

WARENIUS (Henr.) [illegible] [illegible]

cam An. 1605. adornavit. Vid. *Linden, pag. 239.*

WARFORDUS (Guilh.) An. 1608. obiit. Reliquit inſtitutionem fidei Chriſtianæ. Vid. *Alegambe, pag. 171.*

WARLINCURIUS (Guilh.) Bethunienſis, carmina ſacra & profana confecit. Idem veteris & novi Teſtamenti cantica & Jobææ prophetiæ partem carmine expreſſit, teſte *Swertio.*

WARNEFRIDUS (Paulus) Diaconus Aquilegienſis, tempore Caroli Magni & Berengarii regis claruit. Struxit hiſtoriam de geſtis Longobardorum. Hiſtoriæ miſcellæ quinque libros addidit. Hiſtoria miſcella partim ex *Eutropii* libris, partim ex *Diaconi*, partim ex *Landulfi Sagacis* additionibus conſarcinata eſt. Idem Paulus *Feſtum Pompejum* in epitomen redegit. *Amama in oratione de barbarie:* Olim in majoribus eccleſiis ſemel quotannis univerſa Biblia à capite ad calcem prælegebantur: duravitque laudabilis illa conſuetudo ad annum usque Chriſti 808. Tunc enim Paulus Warnefridus Caroli Magni juſſu textus dominicales ex epiſtolis & evangeliis excerpſit judicio adeo nullo, ut eorum quidam nec caudam nec caput habeant. Hac ergo occaſione factum eſt, ut iſta tantum Scripturæ fragmenta populo prælecta & expoſita ſint. Ipſis miniſtris mollem pigritiæ lectum hoc compendio adornavit Satanas multosq; è populo in eam traxit ſententiam, iſtis fragmentis univerſam Scripturam contineri. Obſervatum autem eſt à viris cordatis, in eundem annum 4. eclipſes incidiſſe, ac inde non ineptè conjectatum, DEUM iſtis luminarium obſcurationibus de tenebris eccleſiæ imminentibus voluiſſe concionari. *Hæc ille. Alii* tamen *pericoparum* dominicalium uſum etiam tempore S. Auguſtini & Hieronymi obtinuiſſe ſtatuunt. Vid. *Balth. Meiſnerus in præfat. medit. ſacrarum ad evang. dominicalia.* Præterea carmina etiam dictus Paulus conſcripſiſſe dicitur. Vid. *Marus in Caſinenſibus pag. 11. & ſeq.*

WARNERUS (Lev.) collegit ea, quæ Muhammedani de Chriſto ſparſim tradiderunt An. 1643.

WARSEVICIUS parallela exaravit. Videatur *Zeillerus part. 2. de hiſtor. pag. 239.*

WARTHONUS (Thomas) medicus, adenographiam ſive tractatum de glandulis elaboravit, Lond. An. 1657.

WARZAWICIUS (Staniſl.) Polonus, Ann. 1571. rebus humanis exemtus eſt. Heliodori *αἰθιοπικὰ* latine reddidit. Vid. *Alegambe, pag. 424.*

WASERUS (Caſp.) Helvetius, An. 1600. claruit. Grammaticam Hebraicam adornavit: item Mithridatem. Extat ejusdem tractat. de antiquis menſuris Hebræorum: item, alius de quadrato geometrico.

WASEWITZIUS (Joh.) paſtor eccleſ. Magdeb. emiſit turturem Johannæum, An. 1658. in 4.

WASIUS (David) axiomata philoſophica collegit & illuſtravit.

WASMUTH (Matth.) edidit grammaticam Arabicam An. 1644: item, vindicias textus Hebraici contra *Capellum*, An. 1669.

WASSENARIUS (Nic. Joh.) Amſtelrodamenſ. obſidionem urbis Harlemenſis Græco carmine expreſſit, teſte *Swertio.*

WASSENBERGIUS (Everhardus) Florum Germanicum compoſuit. Extant ejusdem varii panegyrici.

WASTELIUS (Petrus) Aloſtanus, condidit apologeticum pro Johannis Hieroſolymitani monachiſmo in Carmelo. Vid. *Swertius.*

WATSIUS (Guil.) Anglus, Matthæum Pariſium, hiſtor. imprimi curavit.

WATSONIUS (L. W.) ſynopſin totius philoſophiæ: item, theatrum rerum variarum publicavit.

à WATERLAET (Lambertus) adornavit examen principiorum orthodoxæ philoſophicorum, Lugd. A. 1642.

à WATERLOHO (G. Bened.) Batavus, Anno 1597. obiit. Extant ejus epigrammata.

WAUDRÆUS (Joh.) Hanno, An. 1620. floruit. Scripſit tres libros epigrammatum, in quibus Ovidii facilitatem elegiacam & Martialis epigrammaticam venuſtatem lector deprehendere poterit, judice *Swertio, pag. 497.*

WEACUS, Anglus, edidit fidelem animoſum.

de WEATHAMSTED (Joh.) abbas S. Albani, Anno 1440. floruit. Reliquit granarium. *Cambdenus in Britann. pag. 8.* virum ſummi judicii appellat.

WEB. (Joh.) Anglus, novum ſpecimen hiſtoricum, quo linguam Sinenſium primitivam eſſe probare conatur, Lond. An. 1669. edi curavit. Vid. *Funccius T. 1. Orb. Imp. pag. 288.*

WEBERUS (Ananias) tractavit de Chriſto Salvatore.

WEBERUS (Chriſtianus) de jure conſiſtoriorum Anno 1647. commentari inſtituit.

WEBERUS (Joh.) concionator Gleichenſis, elaboravit diſquiſitiones philoſophicotheologicas : librum de S. Cœna : tractatum de prædeſtinatione: elenchum contra *Lampadium*, &c.

WEBERUS (Joh.) JCtus, ſcripſit de eo: non dimitti peccatum, niſi reſtituatur ablatum.

WEBERUS (Joh. Adamus) compoſuit artem diſſerendi de qualibet materia, An. 1671.

WEBERUS (Phil.) Idſteinianus, de thermis Wisbadenſibus ſcribere aggreſſus eſt, An. 1617.

WEBERUS (Tob.) hiſtoriam metricam adornavit de origine & incrementis Comitum Naſſoviæ, An. 1590.

WEBSTERUS, Anglus, deſtructionem academiarum molitus eſt.

WECCIUS (Joach.) JCtus, de pactis tractare inſtituit, An. 1638.

WECHTLERUS (J. C.) hominem orientem & morientem An. 1660. typis tradidit.

WECKERUS (Georg.) medicus, natus eſt An. 1566: obiit An. 1633. Witebergæ docuit.

WECKERUS (Joh. Jac.) Baſileenſis, edidit antidotarium generale & ſpeciale An. 1588: item, ſeptemdecim libros ſecretorum An. 1592. & alia.

WEDDERBURNIUS (Alex.) collegit annotationes in locos S. Scripturæ ex Auguſtino An. 1652.

WEDDERBURNIUS (Dav.) in Perſium ſatiricum commentatus eſt An. 1664.

WEDDERKOPF (Gabr.) egit de ſcepticiſmo, A. 1665.

WEDELIUS (G. Wolf.) edidit opiologiam Anno 1674 : tractatum de ſale volatili plantarum Anno 1672: item, tabulas ſynopticas de compoſitione medicamentorum An. 1676. fol.

de WEERD (Jod.) Antv. An. 1626. obiit. Reliquit anagrammata & chronographica, teſte *Sweertio.*

de WEESEI (Abr.) tractatum confecit de remiſſione mercedis.

WEGELINUS (Thomas) [illegible] eſt An. 1577: obiit A. 1629. Argentorati theologiam profeſſus eſt. Vid. [illegible] *T. H. pag. 109.*

WEGHORST (Henr.) ſcripſit de vero DEI cultu & adoratione tam Sabæorum quàm Judæorum An. 1672.

WEGNERUS (Dan.) tractavit de bancæruptoribus An. 1650.

WEGNERUS (Godofr.) edidit vetus calendarium Romanum An. 1673.

WEGNERUS (Henning.) egit de rerum & verborum ſignificatione Anno 1655.

WEHNERUS (Paul. Matth.) JCtus, compoſuit obſervationes juris practicas An. 1619

WEICKHARDUS (Arn.) medicus, adornavit theſaurum pharmaceut[illegible] Anno 1626. fol. Vid. *Linden, p*[illegible]

WEIDNERUS (Joh. Jac.) [illegible]s Suevus, emiſit ſalicetum poë[illegible] Anno 1620: item, triumphum pac[illegible] Anno 1652.

WEIDNERUS (Joh. Leonh.) [illegible], de arcanis Hiſpanicæ do[illegible] nulla meditatus eſt. Vid. [illegible] *not. imp. part. 1. disc. 1.* [illegible] *pag. 49.*

WEIDNERUS (Paulus) J[illegible] verſus, profeſſione medicus, [illegible]vit de locis præcipuis fidei Chri[illegible] Liber prodiit Viennæ, An. 155[illegible].

WEIGELIUS (Erh.) cel[illegible] mathematicus, h. t. claret. [illegible] Pancoſmus, An. 1671. excuſus.

WEIGELIUS (Val.) H[illegible] eſt An. 15[illegible] An. [illegible] epitaphio habe[illegible]r.

WEIGENMEIERUS (G[illegible]) grammaticam hebraicam An. 159[illegible], fol.

a WEIHE (Eberhardus) [illegible] nomine *Duri de Paſcolo* aulicum [illegible] emiſit. Interdum [illegible] de *Ehrenberg:* aliquando *M*[illegible] *Cafa.* Vid. *Limnæus de J*[illegible] *pag. 166.*

de WELLE (Frid. Ra[illegible]) [illegible] theatrum luci[illegible], An. 167[illegible]

WEINHEIMERUS (Ad.) [illegible]it [illegible]q;

quinque centurias ſelectarum quæſtionum, Anno 1647: item, ſalve chronologicum An. 1649.

WEINMANNUS (Joh.) Schweinfurtenſis, natus eſt An. 1600: obiit An. 1672. Altdorfii S. Theologiam profeſſus erat. Condidit inſtitutiones theologicas.

WEINRICHIUS (Georg.) Hirsbergenſis, natus eſt An. 1554 obiit An. 1617. Lipſiæ Theologi munere 22. annis functus eſt. Commentatus eſt in aliquot S. Pauli epiſtolas. Vid. *Henning. Witte in Theol. pag. 541.*

WEINRICHIUS (Joh. Goth.) JCtus, egit de teſtamentis ordinandis Anno 1667.

WEINRICHIUS (Mart.) Uratislavienſis, tractatum de monſtris exaravit Anno 1595.

WEINRICHUS (Melch.) conſtruxit ærarium poeticum.

WEINRICHIUS (Thom.) examen Synodi Dordracenæ de abſoluto prædeſt. decreto adornavit An. 1624.

WEIS (Matth.) lyceum Benedictinum Pariſ. Anno 1661. imprimi curavit.

WEIS (Thom.) miracula Mariæ Cellenſis in Styria literis conſignavit.

WEISCHERUS (Guilh.) tractavit de εὐθανασίᾳ. Antv. Anno 1666.

WEISENBERGERUS (Melch.) JCtus, tabulas concinnavit ad ordinationem Cameræ imperialis An. 1572.

WEISMANNUS (Sim.) ſcripſit de facultatibus & operationibus cordis Anno 1592.

WEISSEN (Chriſt.) edidit Carolum Magnum Anno 1674: item, ſchediaſma curioſum de lectione novellarum Anno 1676.

WEISSENBURGIUS (Wolfg.) paravit deſcriptionem Terræ ſanctæ Anno 1536.

WEITSEN (Quint.) diſſertationem de Aviariis habuit An. 1672. Vide, WEYTSEN.

WEITWFILERUS (G.) Brigantinus, Anno 1633. obiit. Opera ejus tribus tomis conſtant.

WEITZIUS (Hier.) Danus, carmen in natalem Chriſtiani Anno 1654. compoſuit.

WEITZIUS (Joh.) celebris philologus, Anno 1642. obiit. In Terentii comœdias commentatus eſt. Idem libros Triſtium Ovidii, Dracontium, &c. eruditis commentariis illuſtravit. Extant ejusdem notæ in Valerii Flacci argonautica, unà cum notis *Lamb. Alardi* editæ.

WEITZLEBIUS (Georg.) Danus, Anno 1660. vixit. De ſabbato Judæorum & Chriſtianorum tractare aggreſſus eſt. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 49.*

WELLEIUS (Andr.) vitas pontificum Rom. Anno 1571. edi curavit. Vid. *Bartholinus in Danis, pag. 8.*

WELLENS (Pet.) An. 1469. obiit. In epiſtolam ad Hebræos ſcribere inſtituit. Videatur *Valerius Andr. in faſt. Lovan. pag. 88.*

WELLERUS (Hieron.) Anno 1574. vivere deſiit. Reliquit poſtillam: comment. in Jobum: in epiſt. ad Ephesios: ad Philippenſes: in epiſt. S. Petri: tractatum de officio eccleſiaſtico.

WELLERUS (Jac.) Neokircho Variſcus, natus eſt Anno 1602: obiit Anno 1664. Mortuum laudavit *J. Sebaſtianus Mitternacht.* Contra *Maſſonium* Calviniſtam ſcriptis pugnavit. Extat ejus comm. in epiſt. ad Romanos. Vid. *Spitzelius in Templo Honoris, pag. 276.*

WELLUS, Anglus, anchoram ſpei adornavit.

WELMANNUS (Henr.) Groningenſis, natus eſt An. 1611: obiit An. 1642. In patria medicinam docuit. Vid. *Autor Vitarum Proff. Groningenſ. pag. 131.*

WELOCUS (Abrah.) Salopienſis, Anno 1654. deceſſit. Perſica ejus verſio quatuor evangeliorum An. 1657. prodiit.

WELPERUS (Eberh.) Lohrenſis, Anno 1630. vixit & Argentinæ matheſin docuit. Reliquit ephemerides: item, compendium geographicum.

WELSCHIUS (Georg. Hieron.) Auguſtanus, Anno 1677. vivere deſiit. Vide, VELSCHIUS.

WELSERUS (Marcus) Patricius Auguſtanus, Anno 1614. obiit. Quære, VELSERUS.

WEMESIUS collegit conſilia civilia & canonica.

WEMMER (Pet.) apparavit diſcurſus prædicabiles Anno 1647.

WENCELIUS (Andr.) homilias catecheticas & ſpeculum pœnitentiæ vulgavit.

WENCK (Caſp.) Molpurgenſis, Anno 1634. obiit. Edidit notas unguenti magnetici & actionis ejusdem, adv. *Rudolph. Goclenium.* Videatur *Alegambe*, *pag. 154.*

WEND (Pet.) ſcripſit de juribus fœminarum. Anno 1670. in 4.

WENDANUS (Dan.) Anno 746. obiit. Vitam Ceddæ epiſcopi: item, geſta Saxonum auſtralium literis conſignavit.

WENDELINUS (Godofr.) Hercenſis, JCtus & mathematicus, apoteleſma temporum exaravit. A nonnullis Ptolemæus noſtri ſeculi appellatur. Vid. *Swertius pag. 292. Voſſius de ſcient. mathem pag. 392.*

WENDELINUS (M. Frid.) paravit inſtitutiones politicas Anno 1638. Extat ejusdem tract. de prædeſtinatione. Vid. *Thomaſius de plagio. §. 592.*

WENDET (Pet.) tractavit de voluntate Dei ſalvifica An. 1650.

WENDROCK (Guilh.) notas in *Montaltii* epiſtolas An. 1664. concinnavit.

WENERUS (Val.) Saligena, emiſit poëmata An. 1610.

WENNELLIUS, Anglus, de baptiſmo Infantum vi fœderis commentatus eſt.

WEPFERUS (Joh. Jac,) reliquit obſervationes anatomicas ex cadaveribus eorum, quos apoplexia ſuſtulit, Anno 1674.

WERBEUTZI (Steph.) condidit tripartitum opus juris conſuetudinarii Hung. Anno 1581.

WERDENHAGEN (Joh. Angelius) ſcripſit de rebuspublicis Hanſeaticis Anno 1642. Vid. *Dietericus part. 1. Antiq. Bibl pag 173. ſ.*

WERDMULLERUS (Otto) enarrationes in quasdam Ciceronis orationes elaboravit.

WERENBERGIUS (Jac.) vindicias Lutheri An. 1612. vulgari curavit.

WERENFELS (Joh. Jac.) An. 1655. obiit. [illegible] homilias in Eccleſiaſten.

WERENFELSIUS (Pet.) An. 1627. natus eſt. Inter Adamum I. & II. collationem inſtituit. Baſileæ docet.

WERLINUS (Balth.) Anno 1546. floruit. Fecit additionem ad *Trithemium* de Script. eccleſiaſticis.

WERLINUS (Simon) *Rosweidum* redivivum adornavit An. 1649.

WERMERUS (Jac.) Antv. edidit lexicon Æthiopicum cum ejusdem [illegible] inſtitutionibus, Romæ An. 1638. in 4.

WERNER (Ad. Frid) Danus, emiſit 2. partes poëmatum Anno 1647. & 1657. Vid. *Barthol in Danis, pag 2.*

WERNERUS Rolevinck An 1502 obiit. Reliquit librum de origine Friſiorum: item, calendarium & martyrologium: ut & faſciculum temporum ab initio mundi ad ſua usque tempora Videatur *Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag 496. Oldoinus pag 470.*

WERNERUS (Abr.) tractavit de confectione cereviſiæ An. 1567.

WERNERUS (Georg.) ſcripſit de admirandis Hungariæ aquis, Col[illegible] Anno 1505. fol.

WERNERUS (Georg.) Bo[illegible]nſis, JCtus, natus eſt Anno 1608: obiit Anno 1671. Helmſtadii jura per 26. annos feliciter profeſſus eſt. De nobi[illegible] juris materiis plerumque diſputavit, c[illegible] videre ap. *Henning Witte, in mem[illegible]. JCt. pag. 517.*

WERNERUS (Joh.) Hannoveran[illegible] ſtruxit duos libros therapeutices Anno 1596.

WERPÆUS (Car.) Condruſius [illegible], exaravit poëmata ſacra. item, [illegible] elegiarum An 1640. Vid. *Aleg pag.* [illegible]

WERSTEMIUS (Joh.) Dal[illegible] elucidationem in Pſ. 1. An [illegible]6.

à WESEL (Abrah.) JCtus, [illegible] tar. ad nonnullas conſt[illegible] Ultrajectinas Anno 1666 item, tractatum de connubiali bonorum [illegible] etate Anno 1674. publicavit.

WESFLOVIUS (Chriſt.) co[illegible] tractatum de quinque pedum [illegible]one An. 1672.

WESENBECIUS (Joh.) Th[illegible] epiſtolam ad Romanos er[illegible] commentariis illuſtravit.

WESENBECIUS (Matth. Antv[illegible], natus eſt An. 1531: obiit An. 1[illegible] (Pater ejus XIII. liberos hab[illegible], quibus 12. Apoſtolorum nomina or[illegible] voluit.) Primò Jenæ [illegible]nd[illegible] jura interpretatus eſt. Doc[illegible] tan[illegible] aſſiduitate, ut e[illegible]am in c[illegible] marum occupationum n[illegible]m fo[illegible]tus fuerit niſi extrema ur[illegible]e neceſſitate doce[illegible]i opera[illegible] re. Compo[illegible] œcon[illegible] lia in 5. libros inſtitutionum, [illegible]

de

de Papiniano, &c. Videantur *Sweertius, pag. 555. Adrian. Beier in Rect. Jenenſ. pag. 545.*

WESENBECIUS (Petrus) Antv. natus eſt An. 1546: obiit An. 1603. Aliquando in academia Altdorfina jura profeſſus eſt: inde Coburgum ſeſe contulit. Vid. *Adr. Beier l. c pag. 565.*

WESMANNUS (Joh. Columbus) Suecus, vitas tegum Sueciæ verſibus complexus eſt. Vid. *Scheferus in Upſalia pag. 403.*

WESNERUS (Caſp. Tilman.) JCtus, tractavit de fide inſtrumentorum Anno 1661.

WESSELINGIUS (Herm.) edidit nomognoſticon vel auriſodinam juris, Colon. Anno 1661. Extat ejusdem tractatus de jure ſuperioritatis Rom. pontificis, Anno 1662. excuſus.

WESSELIUS (Joh.) Gansfortius, Anno 1489. obiit. Docuit Coloniæ, Heidelbergæ & Pariſiis. Vide, GANSFORTIUS.

WESSELIUS (Mart.) egit de dignitate & poteſtate eccleſiaſtica.

WESTHEMERUS (Barth.) Phorcenſis, Anno 1540 claruit. Librum de tropis S. Scripturæ publicavit.

WESTHOVIUS (Willichius) Danus, exaravit emblemata Anno 1640: ſex libros epigrammatum Anno 1646. Iſocratis orationem de legitimo Regis officio heroico carmine expreſſit. Vid. *Bartholinus in Danu, pag. 148.*

WESTHUSIUS (P.) elaboravit notas in Plutarchum de puerorum educatione, Anno 1665.

WESTMONASTERIENSIS (Matth.) Anno 1376. vixit. Chronicon ejus cum reliquis Anglicanis chronologis in folio prodiit. Vid. *Zeillerus part. 1. de hiſt. pag. 157.*

WESTONUS (Eduard.) Londinenſis, Anno 1611. claruit. Reliquit tres libros de triplici hominis officio. *Rivetus in Iſagoge ad S. Script. cap. 20. §. 41.* appellat Duacenum profeſſorem.

WESTPHALUS (Joach.) Anno 1574. obiit. Conſtruxit ſyllogen juris feudalis. Vid. *Thuanus, l. 88.*

WETHMANNUS (Joach.) viros illuſtres vet. Teſtam. verſibus celebravit Anno 1595.

WETSTEINIUS (J. Rud.) A. 1647. natus eſt. Edidit catenam Græcorum Patrum An. 1670: It. Origenis dialogum contra Marcionitas unà cum ejusdem reſponſo ad Africani epiſtolam de hiſtoria Suſannæ, Baſileæ, in 4. Vid. *Hofmannus in Lex. Univerſ. part. 2. pag. 575.*

WETZELIUS (G. Wolf.) exercitationes pathologicas Anno 1674. conſcripſit.

WETZELIUS (Henricus) Haſſus, collegium theologicum Anno 1619. evulgavit.

WEWODUS (Guilh.) parallela juris divini Jud. & civilis Romanor. An. 1665. edi curavit.

WEXIONIUS (Joh.) Suecus, exaravit ſynopſin hiſtoriæ univerſalis: apologiam pro ethica Ariſtotelis contra *Laurent. Paulinum*: item, tubam angelicam de antichriſto. Vid. *Scheferus in Upſalia, pag. 403.*

WEYER (Joh.) profeſſor Pragenſis, compoſuit fontem vitæ: viam charitatis excellentiorem: filium DEI adoptivum: affectus pios pro bona morte, Ingolſt. Anno 1670.

WEYERUS (Matth.) tres libros effatorum An. 1658. emiſit.

WEYMSIUS (Steph.) Ultramoſanus, JCtus, Anno 1633. vivere deſiit. Paravit analyſin ad conſuetudines 24. ex antiquo jure deſumtas & per concilium Tridentinum Innovatas. Vid. *Valerius Andr. in faſtis Lovan. pag. 200. Vernulæus in Acad. Lovan. pag. 299.*

WEYRACHIUS (Georg.) Sileſius, A. 1614. claruit. *J. P. Lotichius part. 4. B. P. pag. 166.* Weyrachii epigrammata omni thure Arabico Sabæoq; fragrantiora appellat.

WEYTSEN (Quintinus) Batavus, Anno 1565. obiit. Extat ejus tractatus de *Avariis*, i. e. contributionibus, quæ fiunt iis, quorum bona ad evitandum periculum ſubmerſionis è navi ejecta ſunt.

WHARTONUS (Thomas) tractavit de glandulis totius corporis Anno 1656. Vide, WARTHONUS.

WHATLEIUS (Guilh.) Oxonienſis, Anno 1639. obiit. In Geneſin commentatus eſt.

WHEAR (Degoreus) adornavit relectiones hiſtoricas An. 1637.

WHETFIELDUS, Anglus, Antinomianos ſcripto impugnavit.

WHITFORDUS (Dav.) Anglus, Theocriti poëmata amatoria unà cum Muſæo Moſcho & Bione Græcè & latinè Londini edidit An. 1659. in 4.

WHITE (Alex.) emiſit redargutionem ſchiſmatis Anglicani, Lovan. Anno 1661.

WHITEUS (Franc.) Anglus, S. Matthæum notis illuſtrare Inſtituit.

WHITEUS (Joh.) de orthodoxa eccleſia ſcribere aggreſſus eſt.

WIBELIUS (Joach.) ſcripſit de contractibus mulierum An. 1656. in 4.

WIBERTUS tempore Henrici III. & IV. Impp. claruit & vitam Leonis IX. calamo expoſuit.

WIBURGIUS (Joh.) Anno 1643. floruit. Edidit brevem & perſpicuam metaphyſicam, exemplis theologicis & philoſophicis illuſtratam. Extant ejusdem diſſertationes de notitia DEI. Vid. *Barthol. in Danis pag. 92.*

WICCIUS (Thomas) hiſtoriam S. Mariæ de Meritona literis conſignavit.

WICELIUS (Georg.) Fuldenſis, natus eſt Anno 1501: obiit Anno 1573. Erat Græcè & latinè callentiſſimus. Collegit idiomata linguæ vet. & novi Teſtamenti. Extant ejusdem notæ in Pſalmos pœnitentiales: via regia, &c.

WICHGRAVIUS (Alb.) Hamb. A. 1601. claruit. Struxit Cornelium relegatum, comœdiam.

WICHMAND (Nicol.) medicus Hafnienſis, tractavit de morbo regio Anno 1642.

WICHMANNUS (Joh.) Antv. chronologiam ſacram An. 1625. typis tradidit. Vid. *Sweertius, pag. 149.*

WICHMANNUS (Mich.) edidit bibliothecam ſpiritualem, Antv. Anno 1632. in 4.

WICLEFUS (Joh.) Anglus, Anno 1387. obiit. In Oxonienſi academia pontificiorum errores profeſſione & ſcriptis refutare auſus fuit. Quare hæreſeos damnatus & in exilium pulſus eſt. Adhæc mortuus anathemate percuſſus, tandemque Anno 1428. juſſu Martini pontificis refoſſus & unà cum libris concrematus eſt. Doctrina ejus poſtmodum in Bohemia propagari cœpit. Vid. *Joh. Verheiden in elog. præſt. theol pag. 1. Olearius in Abaco pag. 271.*

WIDEBRAMUS (Frid.) Voitlandus, natus eſt Anno 1531: obiit Anno 1584. Reliquit carmen de uſu ſtraminis. Extat *Tomo 6. Delit. Germ. pag. 1065.* ubi vitioſè editum *Palamœdia* pro *Calamœdia.* Adhæc Eccleſiaſticum Græcis & latinis verſibus expreſſit. Vid. *J. P. Lotichius part. 3. B. P. pag. 90.*

WIDEFORTIUS (Wilh.) articulos *Joh. Wicleſi* ſcripto refutare conatus eſt.

WIDEMANNUS (Bernh.) egit de proprietate & differentiis lat. ſermonis, Genev. Anno 1602.

WIDMANN (Georg.) de contractibus commentatus eſt An. 1670.

WIDL (Adam) edidit lyrica Ingolſt. Anno 1674.

WIDMANSTADIUS (Joh. Albertus) Hungarus, JCtus & philologus, Anno 1560. floruit. Primus Syriacam linguam in Germania propagavit & novum Teſtamentum Syriacis characteribus impreſſum Ferdinando Imp. dedicavit præmiſſa præfatione nervoſa & prolixa.

WIDMARIUS (Abdias) Andreæ filius, Lemgovia Weſtphalus, natus eſt Anno 1591. Verſioni Bibliorum Belgicæ unà cum aliis inſudavit ultimamque manum impoſuit. Extat e[illegible]atus de Urim & Thummim: item, d[illegible]tatio de vero Meſſia. Vid. *Autor vitarum Proff. Groning. pag. 197.*

WIDMARIUS (Andr.) H[illegible]deſ[illegible] Saxo, natus eſt Anno 1552: obiit Anno 1621. Erat eximius philoſophus, mathematicus & aſtronomus peritiſſimus, orator valdè diſertus. Viri erud[illegible]m ſcripta ejus loquuntur, quæ in m[illegible]torum nibus verſantur.

WIDRINGTON (Roger.) tra[illegible]t de jure Principum Anno 1611. item, de poteſtate papæ contra *Bellarminum* Anno 1616.

WIECKUS (Jac.) Vagrovecenſis Polonus, Anno 1597. vivere de[illegible]it. De divinitate Chriſti & Spiritus Sancti librum compoſuit. Extat ejusdem tract. de miſſa, & alius de purgatorio. Videantur *Starovolſcius pag. 89.* & *Alegambe pag. 214.*

WIECKUS (Joh.) itidem Polonus, de morbo iræ & curatione ejus tractare aggreſſus eſt.
WIEL (R. Jacob.) Judæus, A. M. 5220. vixit. Reliquit *Teſchuvot*. Vid. *Ganz in Z. D. pag.* 148.
WIELANDUS (Phil.) JCtus, An. 1519. mortuus eſt. Compoſuit practicam civilem: item, hiſtoriam Flandriæ & Brabantiæ. Vid. *Sanderus in ſcript. Gandav.*
WIELIUS (Lud.) de ludo ſcaccorum commentatus eſt.
WIELMIUS (Hieron.) Venetus, epiſcopus Æmonienſis, Anno 1565. floruit. Exaravit 30. lectiones de ſex diebus orbis conditi: item, 2. libros de doctrina & ſcriptis Thomæ Aquinatis. Vide, VIELMIUS.
WIERT (Joh.) collegit centuriam colloquiorum DEI & animæ Anno 1676. in 4.
WIERTBIER (Pet.) paraphraſin adornavit in cap. 53. Eſaiæ An. 1607.
WIERUS (Joh.) cognomine *Piſcinarius*, natus eſt A. 1515: obiit A. 1588. In aula Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolfi II. Impp. medici munere functus eſt. In pueritia *Henr. Cornelium Agrippam* præceptorem habuit. Reliquit commentarios de præſtigiis dæmonum: obſervationes medicas: epiſtolas medicinales, &c. Vid. *Sweertius, pag.* 468.
WIGANDUS (Joh.) Mansfeldianus, natus eſt Anno 1523: obiit Anno 1587. Jenæ theologiam profeſſus eſt. Tandem in Boruſſiam conceſſit. Emiſit colloquium Altenburgicum: refutationem catechiſmi Caniſii: tractat. de Servetianiſmo: hiſtoriam de Manichæiſmo, &c. Videatur *Thuanus l.* 88. *Micrælius, pag.* 470.
WIGANDUS (Mich.) paravit diſſertationem adverſus *Wendelinum* An. 1668.
WIGBOLDUS (Bernh.) JCtus, Anno 1556. obiit.
WIGGERUS (Joh.) Dieſtemienſis, Anno 1639. vivere deſiit. In primam ſecundæ Thomæ Aquinatis tribus tomis commentatus eſt Anno 1629. Opera ejus omnia ſimul prodierunt. Vid. *Valerius Andr. in Faſt. Lovan. pag.* 136.
WIGTHON (Thomas) in antiquitate Judaica verſatiſſimus eſſe prædicatur.
WILCKIUS (Andr.) ſcripſit ἑορτολογίας ſive tractatum de feſtis Chriſt. œcumenicis Anno 1610. Extant ejusdem orationes.
WILDE (Jerem.) tractavit de formicis Anno 1615.
de WILDE (Joh.) Gandenſis, Anno 1393. floruit. Carmina lyrica confecit, quæ Pariſiis edita ſunt apud Badium. Vid. *Sweertius.*
WILDENBERGIUS (Hieron.) natus eſt Anno 1465: obiit Anno 1558. ætatis 93. Thorunii medici munere cum laude functus eſt. Condidit epitomen philoſophiæ: ſcholia in lib. 8. phyſicorum Ariſtotelis: item, in libros de cœlo, de meteoris & de anima.
WILDERSIN (Bernh.) pro traduce pugnavit contra *Henr. Wagnereckium* Anno 1660.
WILDIUS (Joh. Ulr.) de eccleſia Æthiopica tractare inſtituit, An. 1664.
WILHELMUS (Laur.) paravit deſcriptionem urbis Zwiccavienſis, Anno 1633.
WILLEBRANDUS (Nicol.) exercitationes politicas edi curavit Anno 1616.
WILLERAMUS, abbas Merspurgenſis, Anno 1070. vixit. Reliquit geminam paraphraſin in Canticum canticorum. Vid. *Olearius pag.* 471.
WILLETUS (Andr.) Anglus, An. 1621. obiit. Exaravit tractatum de nuptiis Salomonis: item, commentarium in Geneſin, Exodum, Leviticum, libros Samuelis, Danielem, epiſt. ad Romanos. Exegetica ejus ſcripta à viris doctis plurimum commendantur. Vid. *Kempius, pag.* 129.
WILLIBALDUS, Devonius, primus præſul eccleſiæ Eyſtettenſis, A. C. 781. obiit. Corpus ejus Furnam, Flandriæ opidum, translatum eſt. Vitam S. Bonifacii in literas retulit. Extat ejusdem hodœporicum. Vid. *Voſſius de hiſt. Lat. pag.* 271. *Olearius pag.* 470.
WILLIBRORDUS, primus Ultrajectenſium epiſcopus, An. 737. deceſſit. Condidit librum de ſua peregrinatione.
WILLICHIUS (Joh.) Reſellianus Prutenus, natus eſt Anno 1501. obiit Anno 1552. Francofordiæ ad Oderam Græcas literas, tandemque medicinam profeſſus eſt. Conſtruxit annotationes in Virgilii Georgica: artem magiricam ſive

ſive culinarem: commentar. in artem poeticam Horatii: notas in epiſtolas Paulinas, &c. Vid. *Becmann. in proleg. Bibl. Francof. pag. 52. & Juſtus in Chronico pag. 29.*

WILLISIUS (Thomas) Oxonienſis, tractavit de fermentatione & febribus Anno 1659: item, de anima brutorum. Vid. *Hedovill. in ephe*[illegible] *pag. 13.*

WILLIUS (Æl. Franc.) Hagienſis, Anno 1562. floruit. Reliquit erotica.

WILLIUS (Balth.) in Haggæum, Malachiam & Zachariam commentatus eſt, Lugd. An. 1638.

WILLIUS (Joh.) vulgavit lexicon Germanicolatinum, Dresdæ Anno 1677. fol.

WILLIUS (Joh. Valent.) ſcr. de morbis caſtrenſibus internis, Hafniæ Anno 1676. in 4.

WILLOTUS (Henr.) Leodienſis, obiit Anno 1599. Compoſuit librum de ſcriptoribus ordinis S. Franciſci. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 160. Sweertius, pag. 338.*

WILLUGBEJUS (Franc.) ſtruxit ornithologiam fol. An. 1676.

WILMERUS, Anglus, de ſacramentis commentari inſtituit.

WILSONIUS (Joh.) Anglus, epiſtolam S. Pauli ad Romanos commentario illuſtrare aggreſſus eſt An. 1639.

WILSONIUS (Matth.) aliter *Edw. Knottus* dictus, An. 1631. vixit. Cum *D. Kelliſonio* & *D. Pottero* ſcriptis decertavit. Vid. *Alegambe pag. 99.*

WILTHEIMIUS (Alex.) Luxemburgenſis, elaboravit commentarium in diptychon Leodienſe Anno 1659. fol. item, diſſertationem de phiala reliquiarum S. Agathæ.

WILTHEIMIUS (Joh. Wilh.) Luxemburgenſis, An. 1630. claruit. Reliquit 10. libros de rebus S. Maximini Trevirenſis archiepiſcopi: item, tres libros antiquariarum diſquiſitionum, in quibus vett. Romanorum monumenta toto ducatu Luxemburgenſi ſparſa collegit. Vid. *Alegambe, pag. 279.*

WILWESHEMIUS (Joh.) natus eſt Anno 1529. obiit Anno 1593. Argentinæ græcas literas docuit.

WIMES[illegible] (Joh.) edidit ſynagogam Chriſtianam, Lugd. An. 1660.

WIMPHELINGUS (Jac.) Seleſtadienſis, natus eſt An. 1449: obiit An. 15[illegible]. Epitomen rerum per Germaniam geſtarum adornavit, quam *Simon Schardius volumini 1. ſcriptorum Germ. pag.* [illegible] inſeruit: item, Philippicam, Ag[illegible]chiam & adoleſcentiam. Vid. *Ph*[illegible] *T. 1. diſſ. de S. E. pag. 495. Olearius in Abaco, pag. 227.*

WIMPINA (Conr.) de Fagis, An. 1529. obiit. Univerſitatis Francofurtanæ primus rector extitiſſe dicitur. Scripſit tres libros bellorum & illuſtrium [illegible]orum Alberti ducis Saxoniæ carmine: duos de univerſitate & urbe [illegible]ſienſi: ſex de nobilitate corpo[illegible]leſtium: tres, de ſignis & inſom[illegible] tres de ſex ſophorum erramen[illegible]que confutatione: tres de S. Annæ [illegible]hio, Extat ejusdem confutatio ſc[illegible]matum & hæreticorum omnium. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 116. Becmannus in proleg. Bibl. Francoſ. pag. 49.*

WINCKELIUS (Gisb.) Gande[illegible] fabulas græcanicas adornaſſe ſcri[illegible]. Vid. *Alegambe, pag. 162.*

WINCKELMANNUS (Joh.) [illegible]nis theologus, An. 1626. obiit. In Apocalypſin S. Johannis commenta[illegible]. Vid. *Spitzelius in Templo honor. p*[illegible]*6. Henningus Witte, in theol. pag.* [illegible]

WINCKELMANNUS (Joh. Juſt.) condidit arboretum genealogi[illegible]um Europæorum An. 1665.

WINCKLERUS (Bened.) co[illegible]nque libros principiorum [illegible] Anno 1603.

WINCKLERUS (Dan.) Ura[illegible], compoſuit animadverſion[illegible]um quendam de vita fœtus in [illegible]: item, tract. de opio. Vid. *Linden*[illegible] *153.*

WINDECK (J. Paulus) Anno [illegible]6[illegible]mentarium de Electori[illegible]m emiſit: item, prognoſticon [illegible]atus eccleſiaſtici, Colon. An. 1603.

WINDEFONTANUS (Joh.) D[illegible], paravit anatomen paradoxarum quæſtionum *Cl. Nic. Leilei* de [illegible], anima hominis à ſola matre, & [illegible]ore Jesu die Jovis paſſo, Ha[illegible] An. 1662. Vid. *Bartholinus in Da*[illegible]*is,* [illegible]

WINDETUS (Jac.) me[illegible], [illegible] de vita functorum ſtatu, Lond. Ann. 1663. Idem *Olympio*[illegible] libel[illegible] de [illegible]onis latine vertit noti[illegible]ſtra[illegible]. Vid. *Menagius ad Laert. pag. 10.*

WINDICHINUS, monachus Corbejenſis, tempore Ottonis II. Imp. claruit. Reliquit tres libros de geſtis Saxonum. Vid. *Zeillerus, part. 1. de hiſt. p. 168.* Quære, WITEKINDUS.

WINDINGIUS (Eraſm.) tractavit de academia Hafnienſi A. 1666. Vide, VINDINGIUS.

WINDINGIUS (Zach.) Danus, compoſuit Jolam eclogam recens nato Chriſtiano, Friderici II. filio, An. 1577.

WINDORFER (Adam) Styrus, conſtruxit genealogiam Turrianam, Jenæ Anno 1614.

WINECKERUS (Frid.) paravit hypotypoſin orthodoxiæ Lutherano-catholicæ, An. 1663.

WINELLIUS (Pet.) Harderwicenſis, philoſophus, de doctrina demonſtrandi commentatus eſt, An. 1554.

WINERUS (Chriſt.) Tyrigeta, A. 1597. obiit. Gymnaſio Gothano ultra decennium præfuit: inde Sunthuſinæ parochiæ admotus eſt. Struxit panegyres ſacras carmine. Vid. *Wilckius in ἱερολογ. pag. 415.*

WING (Vinc.) aſtronomiam Britannicam, Lond. An. 1669. fol. publicavit.

WINGENDORPIUS (Herm.) confecit compendium temporum An. 1664.

WINGFELDIUS (Rob.) eques auratus, Henrici IIX. Anglorum R. orator, habuit diſceptationem de dignitate & magnitudine regni Britannici in concilio Conſtantienſi.

WINHEIMIUS (Erhard.) ſacrarium Coloniæ Agrippinæ comportavit.

WINNISTADIUS (Joh.) chronicon Halberſtadenſe edi curavit.

WINSEMIUS (Pierius) JCtus, emiſit ſeptem libros rerum Friſicarum A. 1646: fol. Extant ejusdem amores: item, Sirius carmine expreſſus.

WINSHEIMIUS (Vitus) idyllia Theocriti latino carmine expreſſit Anno 1558.

WINSTRUPIUS (Pet.) Danus, ſenior, natus eſt An. 1549: obiit An. 1614. Reliquit Synodalia. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 174.*

WINSTRUPIUS (Pet.) *Petri* filius, Danus, natus eſt An. 1605. Extant ejus epigrammata, An. 1630. impreſſa: tract. de uſu linguarum & diſciplinarum philoſophicarum in theologia An. 1633. Vid. *Vindingius l. c. pag. 330. Bartholinus in Danis, pag. 130.*

WINTER (Anton.) JCtus, formavit aſſeſſorem ſive conſiliarium An. 1615.

WINTER (Joh.) tractavit de converſione hominis coram DEO An. 1628.

WINTERFELD (Joh.) concinnavit ſpeculum kipperorum.

WINTERMONAT (Gregor.) chronicon Rom. pontificum publicavit.

WINTERHOVEN (Joh.) Ultrajectenſis, natus eſt An. 1571: obiit Ann. 1615. Edidit ſibellum de montibus pietatis. Vid. *Alegambe pag. 279.*

WINTHER (G. Valent.) Parthenium litigioſum ſub nomine *Venturæ de Valentiis* Anno 1613. imprimi curavit. Vid. *Lanſius in conſult. pag. 785.*

WINTON (Steph.) tractavit de pſeudologia *Buceri*, Lovan. An. 1544.

WINTPERGER (Wolfg.) de balneis ſcripſiſſe traditur. Videatur *Linden pag. 584.*

WINTZERUS (Thomas) Dresdenſis, hiſtoriam pugnæ inter Mauricium Sax. & Albertum Brandenb. in literas redegit. Vid. *Simon Schardius vol. 2. Germ. ſcr. pag. 559.*

WINTZLERUS (Chriſt.) JCtus, emiſit obſervationes de collectis An. 1612.

WION (Arn.) Duacenſis, natus eſt Anno 1554. Condidit tractatum de familia Romana *Anicia*, ex qua principes Auſtriacos contendit originem ducere: item, lignum vitæ in quinque libros diviſum An. 1595. Videatur *Sweertius pag. 145.*

WIPPO vixit tempore Henrici III. Imperatoris. Vitam Conradi Salici Imp. literis conſignavit. Vid. *Zeillerus part. 1. de hiſt. pag. 158. C. Barthius in Claudian. pag. 317.* vocat barbarum verbis, non animo.

WIRDIG (Sebaſt.) ſtruxit medicinam ſpirituum curioſam, Hamburg. A. 1673.

WIRECKERUS (Nigellus.) Vide, NIGELLUS.

WIRINGUS (Joh.) Campenſis, JCtus, An. 1607. obiit. In 6. libros Decretalium commentatus eſt.

WIRSUNGUS (J. G.) Auguſt. invenit ductum cholidochum, per medium pancreas in inteſtinum duodenum decurrentem.

WIRSTELINUS (Leonh.) alias *Hamaxurgus* di-

gus dictus, tractavit de literatum latinarum varietate, cujus varietatis centum ſpecies & nomina exhibet. *Bruſchius de monaſteriis pag.* 140. Tunc vixit *Leonbardus Wirſtelinus*, alias *Hamaxurgus* dictus, ex Suevorum Menchinga natus, incomparabilis ſcriba, qui librum centum diverſarum ſcripturarum latinarum (quarum quamque peculiari, proprio & erudito nomine appellavit) anno DOMINI 1ſ22. divo Maximiliano Imp. dedicavit, quem Abbas hujus loci (S. Udalrici, Auguſt.) hodie adhuc habet, & mihi inſpiciendum dedit. Ego nomina ſaltem ſcripturarum huic operi inſerenda cenſui in eorum gratiam, qui pingendarum literarum varietate & elegantia quapiam delectantur. 1. Rotunda. 2. Rotundalis alta media. 3. Poëtica vera. 4. Antiqua major. ſ. Imperatoricalis. 6. Antiqua craſſana. 7. Textus Italicus. 8. Everſalicana. 9. Antiqua priſca. 10. Rotalis minor. 11. Globata rotalis. 12. Compoſtericalis major. 13. Papalicana. 14. Alta poëticalis. 1ſ. Media rotalis. 16. Notula formata. 17. Curſiva rotundalis. 18. Tenuiſſana. 19. Poëticalis mediana. 20. Clipalicana major. 21. Regia bullicalis. 22. Gippolicana. 23. Literalis ſimplex. 24. Altana ſemis minor. 2ſ. Clipalicana galeata. 26. Averſalicana media. 27. Italicana formata. 28. Fractura Germanica. 29. Priſca caudalis lata. 30 Notula curtana. 31. Neutralicana. 32. Antiqua curtana brevis. 33. Saltana poſtericalis. 34 Abſciſſa. 3ſ. Bullicalis minor. 36. Notula formata ſimplex. 37. Antiqua durana. 38. Ceſpalicana. 39. Notula ſemifracta. 40. Dilatana media. 41 Rotalis curſiva. 42. Mediana ſerrata. 43. Notula poëticalis media. 44. Altana. 4ſ. Rotalis globata. 46. Palliata tenſa. 47. Notula ſemis formata. 48. Literalis curſalica. 49. Antiqua formata media. ſ0. Antiqua ſimpliciana. ſ1. Antiqua polita. ſ2. Cardinalicana. ſ3. Textus Italicalis altus. ſ4 Vagalicana extenſiva. ſſ. Everſalica minor. ſ6. Antiqua ſerrata. ſ7. Extenſiva inæquata. ſ8. Mediana utralis. ſ9. Antiqua curvalis. 60. Notula codicalis. 61. Abſciſſa poſtericalis. 62. Compoſtericalis minor. 63. Flacana antiqua. 64. Neutralicalis. 6ſ. Priſca pilicalis. 66. Poeticana ſerrata. 67. Semifractura. 68. Curvalica ſimplex. 69. Notula ſubmiſſa. 70. Curtana præ[illegible]ca. 71. Polita media. 72. Poë[illegible]lis cur[illegible]a. 73. Italicana rotalis. 74. Curvana inæqualis. 7ſ. Curſiva Italicana. 79. Antiqua formolalicana. 77. Rotalis gl[illegible]ta 78. Inæqualicalis variana media. 79. Macrana alia. 80. Biſaricalis. 81. Gro[illegible]ana. 82. literalis Italicana. 83. Rotulana curſalica. 84. Antiqua formata media. 8ſ. Codicalis ſimpla. 86. Inæqualicana. 87. Pictoricalis major. 88. Pillicana 89. Altana minor. 90. Spiſſalica poſterical[illegible] 91. Pictoricalis minor. 92. Poſtericalis ſerrata. 93. Textus Italicalis bitractus. 94. Extenſiva inæqualis. 6ſ. Notula c[illegible]dicalis polita. 96. Antiqua realicana. 97. [illegible]urſiva literalis. 98. Curtana flac[illegible]a. 99. Notula poëticalis preſſa. 100. Rotundalis inæquata. *Hæc ille.*

WIRTH (Georg.) Lemburgenſis, medicus, A. 1ſ2ſ. obiit. Collegit vitam Chriſti ex quatuor Evangeliſtis.

WIRTH (G.) Laubanus, medicus, natus eſt An. 1ſ24: obiit An. 1613. Lectionibus librorum Biblicorum, eorumque interpretum orthodoxorum [illegible]ra 46. annos plane immerſus conſen[illegible]. Compoſuit memoriale Apoſtolicu[illegible], quod prodiit Francof. An. 1611. fol.

WIRTHENBERGIUS (Pet.) emi[illegible]t expoſitionem in pſalmos An. 1ſ81.

WIRTZIUS (Joh.) egit de communione Sanctorum An. 16ſ4.

WISARTUS (Donatus) ſcr[illegible] [illegible]brum *titulo*, Fides JESU & Jeſuitarum, Anno 1ſ78.

WISSENBACHIUS (Joh. J[illegible]c.) ſtr[illegible]it comment. in pandectas An. 1661. Extat ejusdem tractatus de mutuo, A. 1660. excuſus.

WITAKERUS (Guilh.) An[illegible], na[illegible]s eſt An. 1ſ48. obiit An. 1ſ9ſ. [illegible] Ca[illegible]tabrigenſi academia annos ci[illegible]ter ſedecim Regii profeſſoris munere functus eſt. Pugnavit contra Bella[illegible]ta-pletonum, & alios. Vid. *Thuanus* l. 113. qui eum magni nominis inter ſu[illegible] theologum appellat.

WITAKERUS (Thom.) tracta[illegible]t de ſanguine uvæ, Hagæ Comit. An. 16ſſ.

WITEKINDUS, monachus Corbe[illegible]ſis, geſta Saxonum 3. libris comp[illegible]ex[illegible]s eſt. Vid. C. *Barthius ad Claudian.* [illegible] 4[illegible]4. 49ſ. *Olearius in A[illegible]aco, p.* 471. Quære, WINDICHINUS.

WITEKINDUS (Herm.) natus eſt Anno 1524: obiit An. 1603. Heidelbergæ Græcas literas & mathemata docuit, idque per annos 42. Reliquit libellum de ſphæra mundi & temporis ratione apud Chriſtianos. Latinitate donavit vitas Cæſarum, prout apud *Suidam* reperiuntur. Vixit ſemper cælebs, veritus, ne in caniculam incideret, quæ latratu ſuo perpetuas ei crearet moleſtias.

WITFLIET (Corn.) Secretarius regius in ſenatu Brabantiæ, adornavit augmentum deſcriptionis Ptolemaicæ vel occidentis notitiam. Vid. *Salmuth part. 2. in Panciroll. pag. 15.*

WITING (Guilh.) paravit capſulam auream de cœlo, An. 1653.

WITLINGIUS (Joh.) in pſalmum 93. & 130. commentatus eſt. Verus autor eſt *Job. Brentius*, teſte *Geſnero.*

WITMANNUS (Joh.) viros è S. literis illuſtres evulgavit.

WITSIUS (Ægid.) Brugenſis, JCtus, An. 1561. floruit & tractatum de magiſtratibus Romanis, *Feneſtellæ* falſo adſcriptum, ſuo autori *Andr. Dominico Flocco* vindicavit. Vid. *Swertius pag. 109.*

WITSIUS (Herm.) exaravit 4. libros de œconomia fœderum DEI cum hominibus Leoward. A. 1676. item, Judæum Chriſtianizantem circa principia fidei Anno 1661.

de WITTE (Adrianus) alias *Candidus*, Antv. An. 1558. obiit. Edidit trajectum in cœlum.

de WITTE (Auguſt.) Bruxellenſis, Anno 1637. mortuus eſt. Condidit genealogiam Franciſci ampliſſimam, in qua viros omnes ſanctitate, virtute vel doctrina illuſtres per ſuos annos recenſuit Anno 1627. Videatur *Waddingus in S. O. M. pag. 44.*

de WITTE (Gerh.) diarium rerum in Belgio geſtarum Anno 1580. edi curavit.

WITTE (Henningus) Rigenſis, Theologus, h. t. claret. Memorias Theologorum, JCtorum, Medicorum, Philoſophorum & Philologorum ſtudioſè collegit ab Anno 1600. usque ad Annum 1677.

WITTEMIUS (Henr.) carmen elaboravit gratulatorium de pace facta inter Antverpienſes & Farneſium An. 1585.

WITTESTEIN (Carol.) tractatum apparavit de quinta chymicorum eſſentia. Extat ejusdem idea medicinæ, An. 1588. impreſſa. Vid. *Linden, pag. 113.*

WITTICHIUS (Chriſt.) Clivenſis, profeſſor Dyſburgenſis, theologiam pacificam emiſit Lugd. Batav. Anno 1672. in 4. item, conſenſum veritatis Anno 1659.

WITTICHIUS (Joh.) Vinarienſis, adornavit conſilium apoplecticum, A. 1602: item, Halilogiam & rhodographiam An. 1604.

WITTUM (Sigiſm.) JCtus, tractavit de rebus eccleſiæ alienandis vel non.

WITWEILER (Georg.) Brigantinus, An. 1633. obiit. Extat ejus commentarius in pſalterium Davidis: Item, vita S. Auguſtini. Videatur *Alegambe, pag. 160.*

WODFORDUS (Guilh.) Anglus, Anno 1397. vivis exceſſit. *Wiclefi* dogmata & doctrinam omnibus viribus impugnare conatus eſt. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 157.*

WOERGERUS (Franc.) compoſuit librum ſingularem obſervationum Anno 1673: item, duos libros relaxationum hiſtoricopoliticarum.

de WOESTINE (Ambros.) verſibus jus canonicum complexus eſt, teſte *Swertio.*

WOKIDIEWICK (Sev. Carv.) Polonus, An. 1633. claruit. Concinnavit 12. elogia Cæſarum. Vid. *Alegambe, p. 421. Placcius pag. 179.*

WOLBERON (Abbas) A. 1167. obiit. In Eccleſiaſten & canticum Canticor. commentari cœpit. Vid. *Olearius in Abaco, pag. 471.*

WOLDENBERG (Chriſt.) Crempâ Holſatus, JCtus, natus eſt Ann. 1621. obiit An. 1674. Edidit axiomata juris univerſi tam civilis quam canonici: item, principia juris Romani An. 1663. Vid. *Henningus Witte in JCtis, pag. 526.*

WOLDERUS (Joh.) ſtruxit analyſin Joëlis, Jonæ, evangeliorum & epiſtolarum An. 1611: item, ſynopſin hæreſiologiæ & compendium theologiæ.

WOLDERUS (Mart.) conciones ſacras An. 1676. edi curavit.

WOLDERUS (Theod.) JCtus, natus eſt Anno 1628: obiit Anno 1672. Diſputationes de verborum & rerum ſignificatione

ficatione varias in Regiomontana academia habuit. Vid. *Henning. Witte in JCt. pag. 518.*

WOLFERAM (Joh.) 5. centurias de ſola fide adornavit, Erfurt. An. 1587.

WOLFERDUS (Mich.) confecit aſſertiones theologicas rei trapeziticæ Anno 1660: item, tract. de neceſſitate meritorum Chriſti ad ſalutem electorum, Franeck An. 1654.

WOLFF (Isaac) ben Meir, Judæus, ſcripſit *Sepher Pirke Schira* ſive commentarium in varia Scripturæ loca An. 1664 in 4. in quo cœlo, aquis, plantis, animalibus, avibus, &c. Scripturæ dicta quaſi per proſopopœiam aſſignantur & explicantur.

WOLFHARDUS, monachus cœnobii Haſenrietani, tempore Arnulphi Imp claruit. Vitam S. Walpurgæ quatuor libris expoſuit.

WOLFIUS (Ambr.) de ubiquitate Anno 1579. ſcribere aggreſſus eſt.

WOLFIUS (Caſp.) Tigurinus, alphabetum empiricum confecit.

WOLFIUS (Hieron.) Oetingenſis, natus eſt An. 1516: obiit An. 1590. Auguſtæ Vindelicorum ſcholæ Annææ usq; ad finem vitæ præfuit. Græcè doctiſſimus erat. Unde Iſocratem, Demoſthenem, Zonaram, Nicetam Choniaten, Chalcondylam Romana civitate donavit. Ciceronis tres libros Offic. & quinque libros Tuſcul. quæſtion. commentariis & annotationibus illuſtravit. In *epitaphio* Auguſtæ poſito Socrates Suevus, Chriſtianæ philoſophiæ & eloquentiæ princeps, vir ad ſcribendum, dicendum, docendum natus, antiquæ virtutis & fidei Germanicæ exemplum appellatur. Vid. *Thuanus l. 71.*

WOLFIUS (Joh.) Tabernæmontanus, natus eſt An. 1537: obiit An. 1600. Reliquit clavem hiſtoriarum: item, 16. centurias lectionum memorabilium tomis duobus comprehenſas.

WOLFIUS (Joh.) Tigurinus, mortuus eſt An. 1582. Scripſit in Deuteronomium, Joſuam, Judices, Eſdram & Nehemiam.

WOLFIUS (Joh. Ulricus) JCtus, tractavit de fœminarum privilegiis. Extat ejuſdem faſciculus anagrammatum & epigrammatum, An. 1628. editus.

WOLFIUS (Thomas) in pſalm. 14. An. 1568. commentatus eſt.

WOLFLINUS (Chriſt.) celebris Theologus, h. t. claret. Extat ejus exercitatio de lapſu Adæ.

WOLFRUM (Vitus) egit de Imaginibus & earum uſu ac abuſu An. 1607.

WOLLEBIUS (Joh.) condidit compendium theologiæ Chriſtianæ, Anno 1633.

WOLZOGENIUS (Joh. Lud.) Baro Auſtriacus, compoſuit oratorem ſacrum: item, notas in quatuor Evangeliſtas: Acta, &c. Inter *Socinianos* numeratur.

WOODWARDUS (Humfredus) Anglus, An. 1585. deceſſit. Commentarios valdè eruditos in pſalmos reliquiſſe fertur. Vid. *Alegambe, pag. 191.*

WORDENHOF (Ericus) enchiridion S. Scripturæ adornavit An. 1664.

WORMIUS (Olaus) natus eſt An. 1588: obiit An. 1654. Scripſit de cornu aureo contra *F. Licetum* An. 1647. Vid. *Zeillerus part. 3. de hiſt. pag. 257. Vindingius in R. H. pag. 260. Henningus Witte in med. pag. 163.*

WORMIUS (Wilh.) Hafnienſis, natus eſt An. 1633. Fecit elegiam in nativitatem Chriſti An. 1651. Vid. *Vindingius l. c. pag. 440.*

WORMSERUS (Bernh.) JCtus, obſervationes practicas imprimendas dedit.

WORTHINGTONUS (Thomas) Lancaſtrenſis, Ann. 1626. obiit. Reliquit 2. tomos annotationum in vet. Teſtam. Duaci editos An. 1609. Vid. *Alegambe, pag. 438.*

WOTTONUS (Anton.) exaravit quatuor libros de reconciliatione peccatoris, Baſil. An. 1624.

WOTTONUS (Edoardus) Anno 1555. vivere deſiit. Apparavit 10. libros de animalium differentiis. Vid. *Thuanus, l. 16.*

WOTTONUS (Henr.) AngloCantianus, ſtruxit elementa architecturæ libris duobus. Edidit ea *Joh. de Laët* & *Vitruvio* præmiſit.

WOWERIUS (Joh.) Hamburgenſis, natus eſt An. 1574. obiit Anno 1612. Primò Comiti Embdano, tandem Duci Holſatiæ à conſiliis fuit, à quo induſtria ſua præfecturam arcis Gottorpianæ meruit. Edidit polymathiam: *ſyntagma de*

Græca

Græca Bibliorum verſione: libellum de umbra: notas in Petronium: epiſtolas, &c. Vid. *Sweertius pag. 487. Scaliger in Excerpt. pag. 363. Merula in Enn. p. 632. Baudius cent. 1. epiſt. 69 Thomaſius de plagio §. 593. Henningus Witte in philoſoph. pag. 79.*

WRATISLAW (Chriſt.) paravit ſtimulos virtutum: item, matrem agonizantium.

WRAY, Anglus, collegit catalogum plantarum circa Cantabrigiam naſcentium An. 1660.

WREN (Matth) adornavit refutationem catechiſmi Racovienſis A. 1668. Extat in opere Crit. Anglicano.

WRIGHTUS (Abrah.) Anglus, commentarium practicum in pſalmos confecit.

WRIGHTUS (Guilh.) Eboracenſis, Anno 1639. vivere deſiit. Libellum emiſit de Chriſtianorum perſecutione in Japonia. Vid. *Alegambe, pag. 171.*

WRITIUS (Pet.) conſtruxit tractatum de morte.

WULFFERUS (Daniel) Norimbergenſis, celebris Theologus & philoſophus, natus eſt An. 1617. Norimbergæ Theologi & profeſſoris munere fungitur. Condidit phyſicam Chriſtianam: item, diſſertationem de cauſa ſine qua non.

WUNSTIUS (Andr.) Simſonem tragœdiam An. 1604. publice exhibuit.

WURFBAIN (Leonh.) Norimbergenſis, JCtus, natus eſt An. 1581: obiit A. 1654. Reliquit libellum de numero ſeptenario: item, relationes hiſtoricas. Plura ejus ſcripta *Mart. Zeillerus part. 2. de hiſt. pag. 159. & part. 3. pag. 257.* enumerat.

WURMSERUS (Joh.) JCtus, exercitationes juris publici in *Brautlacht* A. 1654. compoſuit.

WYNGARTUS (Lucas) Brugenſis, varia poëmata Græce & latinè exaravit, teſte *Sandero.*

à WYNIGHEM (Joh.) Anno 1433. claruit. Lecturam in epiſt. ad Romanos confecit. Vid. *Valerius Andr. in Faſt. Lovan. pag. 82.*

WYSOCKI (Simon) Rhutenus, natus eſt An. 1542. obiit An. 1622. Vid. *Alegambe, pag. 422.*

WYSSIUS (Caſp.) edidit dialectologiam ſacram An. 1650.

WYUKKOJALO (Caſimirus) oſtendit ſexaginta modos orationis variè formandæ An. 1669.

WYUKKOJALOWITZ (Albertus) condidit novem libros de rebus Lithuanorum ante ſuſceptam religionem Chriſtianam.

X.

XACA, Japonum philoſophus, circa An. Chr. 65. vixit. Ejus dogmata erant, quatuor eſſe elementa, multiplices mundos, animas in alia corpora migrare, &c.

XANTHUS, Ξανθὸς, Candaulæ Lydi filius, Sardianus, antiquiſſimus hiſtoricus, eo tempore, quo Sardes captæ ſunt, claruit. Reliquit quatuor libros Lydiacorum. Meminit ejus *Diogenes Laërtius in proœmio.* Λυδιακὰ allegantur à *Parthenio c. 33. Strabone, Athenæo, Stephano, Heſychio Illuſtri in vit. Philoſoph.* Scripſit etiam Μαγικά. Teſtis *Clemens Alexandrinus 3. Stromatum.* Vid. *Meurſius in notis ad Heſych. pag. 174.*

XANTHUS, Athenienſis, muſicus, Theophraſti æqualis, hiſtoriam eruditorum conſtruxit. Videatur *Jonſius de ſcr. H. Ph. 1, 15.*

XANTHUS (Sigiſm.) Carpenſis, diſertiſſimus philoſophiæ profeſſor *Pierio Valeriano de J. L. pag. 156.* dicitur.

XAVIER (Franc.) Navarrus, Anno 1552. obiit. A Paulo III. pontifice in Indiam orientalem ablegatus eſt. In Comorini regno 140. eccleſias conſtituiſſe dicitur. Idem in Japoniam primus religionem Chriſtianam intulit. Extant quatuor ejus epiſtolarum libri. A Gregorió XV. An. 1622. Sanctorum catalogo inſertus eſt. Vitam ejus *Horatius Turſellinus* ſex libris expoſuit. Vid. *Alegambe, pag. 143. Sauſſay pag. 43.*

XAVIER (Hieron.) itidem Navarrus, An. 1617. obiit, cum à Mogore Goam rediiſſet. Hic in vaſtum Mogoris imperium An. 1594. penetravit & aſſiduo labore catechiſando quatuor Regis magni nepotes Chriſto lucratus eſt. Compoſuit hiſtoriam Chriſti & Petri Perſicè, quam *Lud. à Dieu* latinè reddidit, additisque

animad-

animadverſionibus una cum Perſico te xtu in lucem emiſit An. 1639. Vid. *Alegambe, pag. 188.*

XELDRE (J. Fr.) Hiſp. conſiderationes ad lucrandas indulgentias publicavit. Vid. *Alegambe, pag. 243.*

XENAGORAS, Ξεναγόρας, Chronicon confecit. Ex eo *Apollonii Scholiaſtes l. 4.* memorat, non Phrygas, ſed Ægyptios eſſe omnium antiquiſſimos, primasque fuiſſe conditas Thebas in Ægypto. Ejusdem librum tertium hiſtoriarum *Macrobius Saturnal. 5, 19.* allegat. Idem ἐν τῷ περὶ νήσων ab *Etymologici magni autore* citatur. Sane in Vaticana bibliotheca liber Xenagoræ de inſulis adhuc extare dicitur.

XENARCHUS, Ξέναρχος, Comicus, *Ariſtoteli in libro de poetica* memoratur. Fabulæ ejus *Athenæo & Suidæ* ſequentes, Βουκολίων, Δίδυμοι, Πένταθλος, Πορφύρα, Πρίαπος, Σκύθαι, Στρατιώτης, Ὕπνος recenſentur.

XENARCHUS, Peripateticus, à *Strabone l. 14 pag. 670.* celebratur.

XENION, Ξενίων, Cretica conſcripſit. Laudat eum *Etymologici autor in* Ἀρκτοῦροι: item, *Stephanus in* Ἀγκαῖδες, Δρηρὸς & Ἐλυρος. Eundem Ἰταλικὰ condidiſſe *G. Joh. Voſſius* exiſtimat: unde *Macrobium Sat. 6, 9.* corrigit, apud quem *Xenon* hodiè perperam legitur.

XENOCLES, Ξενοκλῆς, Adramyttenus, orator, *Straboni l. 13. pag. 614.* memoratur.

XENOCLES poeta, Olympiade XCI. vixit. Cum Euripide certavit & primam palmam conſecutus eſt. *Ælianus in var. hiſt. 2, 8.* Οἰδίπουν, Λυκάονα, Βάκχας & Ἀθάμαντα σατυρικὸν ei tribuit. Confer *Suidam in* Ἄγνις.

XENOCRATES, Ξενοκράτης, Aphrodiſienſis, de animalibus commentatus eſt. Teſtis *Artemidorus in Onirocrit. 4, 24.*

XENOCRATES, Chalcedonius, Platonis diſcipulus, Olymp. CX. & deinceps claruit & Speuſippo in ſchola ſucceſſit. Moribus tam candidis extitiſſe fertur, ut *Plato* nec jurantibus, Xenocratem de eo male dixiſſe, credere ſuſtinuerit. Supereſt Xenocratis libellus de morte, quem tranſtulit *Ficinus & Pet. Coſmo* dedicavit. *Lucianus* 84. a[illegible]. Plura de eo *L[illegible]tius.*

XENOCRATES, Epheſ[illegible]s, Ner[illegible]s & Veſpaſiani temporibus [illegible], ceu colligere eſt ex *Plinii l. 37. c.* [illegible] tractaſſe de lapidibus.

XENOCRATES, medicus, G[illegible] antiquior fuit q[illegible] meminit [illegible]el. Xenocratis hujus libellus de a[illegible]nto ex aquati[illegible]ibus animantium e[illegible]t apud *Oribaſium l. 3. Collect.* [illegible] G[illegible] cum verſione *Bapt. Raſarii* & ſchol[illegible] primus edidit *Conr. Geſnerus.*

XENOCRATES, Tiſicratis d[illegible]us, pictor, tempore Ptolemæi [illegible]elphi regis claruit & de arte p[illegible] volumina compoſuit. Vid. *Plinius l. 36. cap. 8. l. 35. c. 10.*

XENOMEDES, Ξενομήδης, Chi[illegible], a *Dionyſio Halicarnaſſeo* inter eos [illegible], qui paulò ante Peloponneſiaca [illegible] vixerunt, refertur.

XENOPHANES, Ξενοφάνης, C[illegible]honius, circa LX. Olympiadem [illegible]. Erat phyſicus atque poeta. De eo [illegible] *Lucianus in Macrobiis*: Xenophan[illegible] filius, Archelai phyſici aud[illegible] [illegible]num & nonaginta annos vixit. [illegible] *Heſychio Illuſt.* diſcimus, eum [illegible] mundos innumeros: animum [illegible]ualis naturæ Deum eſſe formæ [illegible] nec quicquam cum hominibus [illegible]une habere, ſed totum videre [illegible] audire, eſſeq; pariter me[illegible]m, æternitatem. Ob p[illegible] ones à *nonnullis* Ξενοφάνης d[illegible] plura hujus Xenophanis [illegible] e[illegible]d *Sextum philoſophum* S[illegible] adverſus Homerum & He[illegible]od fabuloſa de diis prodid[illegible] o-rigine Colophonis: de m[illegible] coloniam Eleam, quæ eſt [illegible] & Sillos. *Ferunt* eum totos [illegible] peregrinatum eſſe.

XENOPHILUS, Ξενόφιλος, muſicus, Pythagoricæ ſectæ, t[illegible] ap. *Lucianum pag. 828.* [illegible]tra cen[illegible]que annos vitam Athenis tra[illegible].

XENOPHON, Ξενοφῶν, Athe[illegible] Grylli filius, tempore Artax[illegible] mani Perſarum [illegible]is cl[illegible]. [illegible] ait, eum ob[illegible]e[illegible]no I. Ol[illegible] [illegible] rat philoſop[illegible], hiſt[illegible] b[illegible]tegus. Sub Cyro Artaxerxis [illegible]e imperium

rium in decem hominum millia obtinuit. Ab Athenienſibus pulſus ad Lacedæmonios ſeſe contulit, qui exuli agrum dedere & alia. Scripſit commentariolum de republ. Lacedæm. Κύρου ἀνάβασιν, Ἑλληνικὰ, Κύρου παιδείαν, &c. Ubi benè notandum, quod *Cicero* monet, Cyri pædiam non ad hiſtoriæ fidem, ſed ad effigiem juſti imperii ſcriptam eſſe. Errant igitur, quotquot inde hiſtoriæ veritatem petunt. Extat etiam Xenophontis nomine *libellus de æquivocis*: verùm ille ab *Annio Viterbienſi* confictus eſt. Scriptor hic adeò eſt dulcis, ut Gratiæ ejus ſermonem finxiſſe videantur, quemadmodum *Fabius lib.* 10. loquitur. *Cicero in orat.* ait, ſermonem eſſe ei melle dulciorem Muſasque ore ejus locutas videri. Et propter hanc ſuavitatem *Muſa Attica & Apis Attica* dictus eſt. Juxta *Lucianum in Macrob.* Xenophon ultra IXC. annos vixerat. Vid. *Tzetzes in Chil. pag.* 138. *Voſſius de nat. rhet. pag.* 79. *Barthius in Claudianum pag.* 38. *Jonſius de S. H. Ph.* 1, 7.

XENOPHON περὶ γήρως *Valerio Maximo l.* 8. *c.* 13. allegatur. In vulgatis tamen editionibus περίπλους vitioſè, niſi fallor, legitur.

XENOPHON, Athenienſis, à priore diverſus, Epaminondæ & Pelopidæ vitam literis conſignavit, teſte *Laërtio.*

XENOPHON, Antiochenus, teſte *Suida*, Βαβυλωνικὰ (erant autem amatoria) condidit.

XENOPHON, Cyprius, reliquit Κυπριακὰ, itidem amatoria.

XENOPHON, Epheſius, Ἐφεσιακὰ compoſuit de Abrocoma & Panthea: item, opus de urbe Epheſi. Vid. *Suidas.*

XENOPHON, Lampſacenus, geographus, *Plinio l.* 4. *c.* 13. *l.* 6. *c.* 31. memoratur. Confer *Solinum.*

XIMENES (Roder.) Navarrus, epiſcopus Toletanus, Anno 1245. obiit. Paravit novem libros de rebus Hiſpaniæ. *Juſtus Lipſius not. in Polit.* 1, 9. ait, eſſe bonum ſcriptorem, quantum potuit in tali ævo. Vid. *Quenſtadius, pag.* 24. *Mart. Hanckius part.* 1. *de S. R. R. pag.* 191.

XIMENEZ (Chriſt.) Salmanticenſis, Anno 1629. vivos deſeruit. Lingua *Biſayâ*, cujus in Philippinis inſulis uſus eſt, ſeptem tomos de myſteriis fidei Chriſtianæ exaraſſe dicitur. Vid. *Alegambe*, *pag.* 77.

XIMENEZ (Pet.) Toletanus, An. 1633. vita exceſſit. Extat ejus diſputatio, quam cum *Balth. Fiſchero* habuit de fide juſtificante. Videatur *Alegambe*, *pag.* 402.

XIMENIUS (Franc.) Cardinalis & epiſcopus Toletanus, Anno 1510. floruit. Hic univerſum vetus & novum Teſtamentum variis linguis in urbe Complutenſi edidit & Leoni X. pontifici dedicavit. Id opus *Biblia Complutenſia* vulgò appellant. Expreſſum eſſe dicitur ex caſtigatiſſimis & vetuſtiſſimis exemplaribus, ex Vaticana & Medicea Bibliotheca deſumtis, vel à Venetorum Senatu transmiſſis, aut aliunde nulla impenſarum aut laborum habita ratione conquiſitis. Ab hoc *Ximenio* Complutenſis etiam Univerſitas fundata eſt. Videatur *Waddingus in S. O. M. pag.* 139. *Sauſſay*, *pag.* 4.

XIMENIUS (Franc.) II. Gerundenſis, epiſcopus Elnenſis, circa annum 1400. floruit & inſignem librum de vita angelica exaravit, qui Compluti in lucem prodiit Anno 1527. Videatur *Waddingus pag.* 140.

XIMENIUS (Franc.) III. unus è duodecim Patribus, qui Indis evangelii lucem primi intulerunt, tempore Caroli V. Imp. vixit. Compoſuit dictionarium linguæ Mexicanæ: item, quatuor libros de natura arborum, plantarum & animalium, quę medicinæ apud Americanos inſerviunt, & de eorum medendi methodo. Liber prodiit Mexici Anno 1615. Vid. *Wadding. l. c. pag.* 141.

XIPHILINUS (Joh.) Ξιφιλῖνος, Conſtantinopolitanus, tempore Conſtantini Ducæ Imperatoris claruit & Dionis Caſſii hiſtoriam in compendium redegit. Malè *nonnulli* eum Patriarcham faciunt. Sic enim *Guilb. Cave in Tabb. Chronolog. ad ſecul.* 11. Qui *Dionis* hiſtoriam in epitomen redegit, non fuit hic patriarcha Conſtantinopolitanus (quod ad unum ferè omnes ſcriptores volunt) ſed ejusdem nepos. En ipſius verba à nemine, quod ſciam, hactenus animadverſa, in vita Auguſti: Λέγω γὰρ τοῦτο οὐκέτι ὡς ὁ Δίων, ἀλλ᾽ ὡς Ἰωάννης

ὁ Ξιφιλῖνος, ἀδελφόπαις ὢν Ἰωάννου τοῦ Πατριάρχου, τὴν ἐπιτομὴν ταύτην συνταξάμενος.

XYLANDER (Wilh.) Auguſtanus, natus eſt Anno 1530: obiit Anno 1575. Heidelbergæ Græcas literas profeſſus erat. Plutarchi parallela & libros moralium latinitate donavit. Cedreni hiſtoriam itidem latinè convertit, ut & Diophanti arithmeticâ: Stephanum de urbibus recognovit: Polybium verò in German. linguam transtulit. Scripſit & commentar. in Homerum: libros variarum lectionum: notas in Horatium. Rarò opus ullum ſolitus abſolvere prius, quam typographis traderet: tantumque lucubrando ſemper promovit, quantum illi imprimendo abſolverent. *Thuanus l. 61.* ita de eo ſcribit: Dum vixit, cum ſumma egeſtate colluctatus eſt, atque ob id fami, non famæ ſcribere exiſtimatus eſt. Gemina habet *Joſephus Scaliger*, *epiſt. 247.* Qui eum (inquit) familiariter noverunt, ajunt, mercede à mercatoribus invitatum ſcripſiſſe, ut familiam aleret. Neminem latet, eum ſummam vigiliarum ſuarum in celeritate poſuiſſe: quæ, ſi intra modum, diligentia eſt: ſi fines migret, eſt præcipitatio. Carmen ejus de philoſophia & ejus partibus legitur *Tom. 6. Delit. Germ. pag. 1139.* Vid. *Mart. Cruſius in Germanogræc. pag. 325.*

XYSTUS, Pythagoricus, juxta nonnullos ſententias compoſuit. Vide, SEXTUS & SIXTUS.

Y.

YANGAS (Didac. de) paravit promtuarium concionum de præcipuis Chriſti & ſanctorum feſtis, Colon. An. 1605.

YANNEZ (Chriſt. Garcias) Methymnenſis, encyclopœdiam totius juris duobus tomis complexus eſt. Vid. *Alegambe, pag. 75.*

YATESIUS, Anglus, confecit methodum theologiæ.

YETSWERTIUS (Jac.) Flander, compoſuit carmen heroicum Aldenardiados Anno 1572: item, elegias, teſte *Sweertio.* Vide, EYTZWERTIUS.

YOUNG (Robertus) tractavit de ſabbato.

de YPES (Antonius) ſtruxit chronicon ordinis S. Benedicti tomis duobus Anno 1613.

YRIBARNE, in Sententias Lombardi duobus voluminibus, fol. commentatus eſt.

YSAMBERTUS. Vide, ISAMBERTUS.

YSTELLA (Ludov.) Valentinus, Anno 1602. vixit. In Geneſin & Exodum duos tomos commentariorum exaravit.

YVERUS (Dav.) Rupiſulcaldienſis, Anno 1640. floruit. Vid. *Colomeſius in Gall. orient. pag. 181.*

YVO, Carnotenſis epiſcopus, A[illegible] 1115. obiit. Compilavit decre[illegible]a eccleſiaſtica & in 16. partes diſtribuit. E[illegible]tant ejusdem epiſtolæ. Opera ejus [illegible] Pariſiis Anno 1647. cura *J. B Souc*[illegible] in lucem prodierunt. Vulgo pauperu[illegible] ad[illegible]ocatus & patronus appellatur. V[illegible]e, IVO.

YVON (Pet.) de fœderum [illegible] vinorum doctrina Anno 1673. [illegible]re aggreſſus eſt.

Z.

ZABANIUS (Iſaac) de exiſtentia atomorum An. 1667. tractare inſtituit.

ZABARELLA (Franc.) Paduanus, JCtus & Cardinalis, An. 1417. Conſtantiæ obiit. Paravit commentarios in Decretales & Clementinas tomis ſex: de felicitate tres libros. Mortuo *Poggius* parentavit. Vulgò *Cardinalis* nomine laudari ſolet. Videantur *Guido Panzirolus in JCt. 3, 28. Tomaſinus lib 1. elog. pag. 3. Olearius p. 168.*

ZABARELLA (Jacobus) ſen[illegible]r, natus eſt An. 1533: obiit An. 1588. Pat[illegible]vii philoſophiam & logicam pr[illegible]ſſus eſt. Compoſuit tab[illegible]as logicæ. 4. l[illegible]ros de methodo: [illegible]o. libros de reb[illegible] nat[illegible]ralibus: commentarios in l[illegible]b[illegible]s phyſicorum; & alios in libros de anima. Mortuum laudavit *Ant. Riccobonus.* [illegible]id. *Thuanus l. 96. Tomaſinus part. 1. elog. pa[illegible]. 536. Imperialis, pag. 114.*

ZABARELLA (Jac.) junior, eques S. Georgii, An. 1646. claruit. Edidit aulam heroum ſive faſtos Romanorum ab U. C. usque ad A. D. 1674. libris quatuor, in quibus omnes hiſtoriæ Romanæ continentur. Extant ejusdem centum ſtemmata originum Polonicarum: item, elogia illuſtrium Patavinorum. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 265.*

ZABELIUS (Joh.) impugnavit *Bodinum* in lib. de rep. An. 1616.

ZABOROWSKI (Jac.) ſcripſit de miſſione ſacerdotum in eccleſia Rom. contra *Smigleclum* An. 1615.

ZACCAGNINUS (Lælius) Romanus, medicus, emiſit 2. libros notabilium medicinæ, Romæ Anno 1644. in 4. Vid. *Linden pag. 414.*

ZACCHIAS (Lanfranc.) JCtus, tractavit de ſalario ſive operariorum mercede, Romæ An. 1659. fol.

ZACCHIAS (Paulus) Romanus, medicus, edidit quæſtiones medicolegales Anno 1651. Vid. *Leo Allatius in Apibus urbanis, pag. 213.*

ZACHALIAS, Babylonius, *Plinio l. 31. c. 10.* memoratur.

ZACHARIAS, Ζαχαρίας, Chryſopolitanus, Anno 1106. claruit. Reliquit quatuor libros commentariorum in evangelicam concordiam. Vid. *Ph. Labbe Tom. 2. diſſ. pag. 504. Olearius in Abaco, pag. 472.*

ZACHARIAS, Lexovienſis, monachus Capucinus, ſub nomine *Petri Firmiani* Gygem Gallum An. 1660. vulgavit. Vid. *Placcius, pag. 195.*

ZACHARIAS, rhetor, *Mallincrotio pag. 55.* obſervatus eſt.

ZACHARIUS (Don.) Gallus, de metallis ſcribere aggreſſus eſt. Videatur *Linden, pag. 159.*

ZACHIUS (Zach.) Volaterranus, tempore Maximiliani I. Imp. claruit. Hic in patria urbe memorabilia literis ſignavit, puta ſtatuas, numiſmata, aquas medicatas, & alia.

ZACUTH (Abrah.) Salmanticenſis, ſcripſit chronicon, יוחסין dictum. Videatur *Ganz in Z. D. pag. 150.*

ZACUTUS, Luſitanus, Judæus, Amſterdami A. C. 1642. octogenarius obiit. Extat ejus opus hiſtoriarum medicarum. Vid. *Lindenpag. 585.*

ZAFFIRUS (Phil.) Novarienſis, in libros analyticorum poſteriorum Ariſtotelis, An. 1561. fol. commentatus eſt.

ZAAN (Balth. Corn.) JCtus, edidit tract. de mendaciis An. 1662: item, ἰχνογραφίαν municipalem An. 1650.

ZALEUCUS, Ζάλευκος, Locrenſis, Locrenſibus leges tradidit, teſte *Theophraſto. Timæus* hiſtoricus Zaleucum unquam extitiſſe negare auſus eſt. Vid. *Cicero l. 2. de legibus.*

ZALUZANIUS (Adam) à Zaluzaniis, Bohemus, medicus, exaravit animadverſiones in Galenum & Avicennam: item, tres libros methodi herbariæ, Pragæ Anno 1592.

ZAMBECCARIUS (Carol.) Bononienſis JCtus, Anno 1372. floruit, teſte *Bumaldo.*

ZAMBECCARIUS (Nicol.) Bononienſis itidem JCtus, Anno 1422. vixit. Scripſit ſuper ff. novum.

ZAMBERTUS (Car.) Placentinus, Anno 1634. claruit. Emiſit deciſiones caſuum conſcientiæ.

ZAMBRANUS (Melch.) collegit aureas deciſiones caſuum conſcientiæ Anno 1644.

ZAMELIUS (Frid.) Anno 1646. floruit. Edidit manipulos epigrammatum.

ZAMELIUS (Goth.) Frid. filius, ſtudioſum apodemicum formavit Anno 1651.

à ZAMORA (Caſp.) concordantias Bibliorum Romæ Anno 1631. publicavit. Vid. *Alegambe pag. 154.*

de ZAMORA (Laurent.) ord. Ciſterc. monachus, Anno 1614. obiit. Paravit apologiam pro literis humanioribus: it. librum de bello Saguntino carmine. Vid. *Carol. Viſch pag. 227.*

ZAMORIUS (Joh. Mar.) Utinenſis, Anno 1629. claruit. Reliquit 3. libros de perfectione B. Virginis Mariæ: Item, comment. de Deo Trino & uno. Vid. *Waddingus in S. O. M. pag. 214.*

ZAMOSCIUS (Joh. Sarius) Anno 1605. obiit. Vid. *Thuanus l. 57.* Quære, SARIUS.

ZAMOSCIUS (Steph.) collegit analecta lapidum vetuſtorum & aliarum in Dacia antiquitatum, Patav. Anno 1593.

ZAMPINUS (Matth.) tractavit de origine Hugonis Capeti An. 1581.

ZAMTRANUS egit in ſcripto quodam de extrema unctione.

ZANARDUS (Mich.) Bergomas, natus eſt Anno 1570: obiit Anno 1642. In Ariſtotelem de phyſico auditu commentatus eſt. Extat ejusdem tr. de triplici univerſo. Alia ejus ſcripta *Ghilinus vol. 2. pag. 197.* enumerat. Confer *D. Calvum pag 400.*

ZANBACCHARIS (Bernhard.) ſpectabibilis & egregius JCtus, Anno 1424. deceſſit.

ZANCARIUS (Alb.) medicus, An. 1326. claruit.

ZANCHINUS (Florianus) medicus, Anno 1510. innotuit, teſte *Bumaldo pag. 70.*

ZANCHIUS (Baſil.) Anno 1560. obiit. Compoſuit poëmata, quæ habentur *T. 2. Delit. Ital. pag. 1453.* comm. in 4. libros Sententiarum: duos libros de horto Sophiæ: quæſtiones in 4 libros Regum & in 2. Paralipom. *Epitaphium* ejus ſic habebat:

Cum docti fuſum ſit Zanchi nomen in orbem,
Pulvere tam pauco quis putet oſſa tegi?

Vid. *Donatus Calvus in Berg. pag. 71. Ghilinus vol. 1. pag. 26.*

ZANCHIUS (Dionyſ.) Bergomas, edidit expoſitionem primæ partis Thomæ Aquinatis. Adhæc vitam S. Marthæ, hoſpitæ Dn. Jesu Chriſti, carmine 5. libris complexus eſt. Videatur *Calvus, pag. 119.*

ZANCHIUS (Hieron.) Alzanenſis Italus, natus eſt Anno 1516: obiit Anno 1590. Primo Argentorati, deinde Heidelbergæ, tandem Neuſtadii theologiam profeſſus eſt. Struxit miſcellanea theologica: item, tractatum de tribus Elohim. *Thuanus l. 99.* profundam in theologicis ſtudiis eruditionem ſummamq; in ſcribendo moderationem ipſi tribuit. Vid. *Jac. Verheiden in elog. theol. pag. 171.*

ZANCHIUS (Hier.) JCtus, in 2. Infortiati commentatus eſt, teſte *Don. Calvo pag. 284.*

ZANCHIUS (Joh. Chryſoſt.) Bergomas, condidit tres libros de Cenomanorum origine Anno 1531. compendium de 7. ſacramentis: item, dictionarium S. Scripturæ, in quo triplici lingua, Hebraica, Græca & latina S. Scripturæ dictiones, phraſes & vocabulorum vires explicantur. Vid. *Calvus pag. 251.*

ZANCHUS (Alex.) Veronenſis, mathematicus & poëta inſignis, defunctus laurea corona exornatus eſt. Vid. *Ciocchus in Veron. pag. 128.*

ZANDEMARIA (Lud.) confecit annotationes ad ſtatuta civitatis Parmæ.

ZANDUS (Lud.) de teſtamentis Anno 1577. ſcribere inſtituit.

ZANETTINUS (Hieron.) Bonon. JCtus, Anno 1451. floruit. Tractavit de conſcientiæ foro & contentiolo: *de differentiis juris civilis & canonici: item,* de indulgentiis. Vid. *Tomus 3. Tract. tract.*

ZANETTUS (Auguſt.) Bonon. JCtus, Anno 1541. obiit. Collegit conſtitutiones ſynodales Bononienſes.

ZANFORTIUS (Raim.) Veronenſis, Anno 1669. claruit. Scripſit de morbis mulierum. Extant ejusdem 4. centuriæ conſultorum medicorum An. 1669. impreſſæ. Vid. *Greg. Letus in It. regn. pag. 285.*

ZANGERUS (Joh.) de quæſtionibus & torturis reorum Anno 1649 commentatus eſt.

ZANGERUS (Melch.) reliquit collationem orthodoxiæ cum idolomania.

ZANNACHIUS (Jac.) Lubecenſis, compoſuit bibliothecam theologicam Anno 1606.

ZANNONIUS (Jac.) celebris Botanicus, *Gregorio Leto in Ital. regn. pag. 123.* memoratur.

ZANTANUS (Ant.) primorum XII. Cæſarum imagines & vitas Romæ Anno 1614. promulgavit. Vid. *M. Hanckius part. 2. de S. R. R. pag. 137.*

de ZANTULIETE (Joh.) Brabantinus, tractavit de diætis totius anni. Vid. *Linden, pag. 401.*

ZANUS (Celſus) Florentinus, egit de rhetorica & poëtica eccleſiaſtica & civili, Romæ An. 1643. Vid. *Waddingus pag. 88.*

ZANUS (Joh.) JCtus, Anno 1436. floruit. Collegit conſilia.

ZANUS (Val.) Bononienſis, bibliothecam Bononienſem adornavit. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 84.*

ZANUS (Vulp.) JCtus, An. 1488. floruit. In titulum de juſtitia & jure commentatus eſt.

ZAPATA (Ant.) novum indicem librorum prohibitorum & expurgatorum Anno 1631. fol. publicari curavit.

ZAPFIUS (Nicol.) philoſophus & theologus, An. 1639. claruit. Scripſit diſtinctiones ethicas: Item, dubia phyſica.

ZARA (Ant.) Aquilegienſis, anatomiam ingeniorum emiſit, Venet. An. 1615.

ZARABBINUS (Onufr.) An. 1535. natus eſt. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 204.*

ZARACH, bar Nathan, Jud. compoſuit *Sepher Elim* ſive 12. fontes de quæſtionibus phyſ. cabal. & mathem. Anno 1629.

ZARLINUS (Joſeph.) Clodienſis, Italus, inſtitutiones muſices, Venet. An. 1580. fol. elaboravit.

ZAROTTUS (Cæſ.) Juſtinopolitanus, medicus, quantum ingenio valeat, elegiacis verſibus teſtatus eſt. Vid. *Bartholinus de med. poet. pag. 132.*

ZAROTTUS (Domitius) in Ovidium commentatus eſt.

ZASIUS (Udalricus) JCtus, natus eſt Anno 1461: obiit An. 1535. Friburgi jura interpretatus eſt. Edidit commentar. in leg. 2. digeſt. de orig. juris: tract. ſubſtitutionum: librum de Judæorum infantibus baptizandis: apologiam contra Eccium. *Eraſmus in Ciceron. pag. 182.* Ulrico Zaſio (inquit) plurimum laudis tribuit univerſa Germania; minus tamen, quàm vir ille promeritus eſt. Prætet exactam juris, quod profitetur, ſcientiam feliciſſima quædam adeſt vel ex tempore ſcribendi dicendiq́; facultas. Diceres, orationem bonis electiſque verbis ſimul ac ſententiis ex uberrimo quodam manare fonte, adeò nec reſiſtit unquã, nec hæret, nec intermiſcit. Tum etiam adeſt in ſcriptis alacritas juvenilis, & ut ita dicam vita: negaris ſenis eſſe quæ legis. Attamen Politianum potius exprimit quàm Ciceronem. Vid. *Jovius in elog. pag. 293. Guid. Panſirolus in JCt. 2, 141. Ghilinus vol. 1. pag. 223.*

ZASIUS (Joh. Ulr.) Ulrici filius, Brigantinus, collegit catalogum legum antiquarum.

ZASTRISELIUS (Wenceſl.) Baro Moravus, carminibus ſcribendis operam dare non gravatus eſt. Vid. *Tom. 6. Del. Germ. pag. 1192.*

ZAVA (Fr.) orationes, epiſtolas & carmina, Cremonæ An. 1569. vulgavit.

ZAUNSCHLIFERUS (Otto) tractatum emiſit titulo, Regnum Iſraëlis in terrâ Canaan, Groningæ An. 1650. fol.

de ZAVORZIZ (Henr. Screta) ſcripſit de febribus malignis caſtrenſibus Anno 1675.

ZAZUS (Joh.) ord. Ciſtert. monachus, Anno 1673. obiit. Compoſuit hiſtoriam de vitis & geſtis Sanctorum omnium, quorum ſolemnitates in congregatione Hiſpanica per totum anni circulum celebrantur.

ZAZZARA egit de familiis Italiæ. Vid. *Naudæus in B. P. pag. 113.*

ZEÆMANNUS (Georg.) celebris Theol. natus eſt Anno 1580: obiit Anno 1630. Condidit tractatum de imagine Dei carnificinam Eſauiticam: papiſmum: papatum acatholicum: Greſcrum triumphatum, &c. Vid. *Henning. Witte in Theol. pag. 448.*

ZECCHIUS (Herc.) medicus, An. 1614. claruit & opera *Joh. Zecchii* avi ſui publicavit.

ZECCHIUS (Joh.) medicus, Anno 1558. floruit. Scripſit de puerorum valetudine tuenda: de urinis: de laterali dolore: de ratione curandi febres. Vid. *Bumaldus pag. 120.*

ZECCHIUS (Lælius) Brixienſis canonicus, tractavit de indulgentiis & Jubilæo An. 1601. de rep. eccleſiaſtica Anno 1599: de civili & Chriſtiana inſtitutione An. 1598: de ſacramentis Anno 1596: de privilegiis & caſibus reſervatis An. 1587. Vid. *Ghilinus vol. 2. pag. 173. Hallerv. in B. C. pag. 228.*

ZECHENDORFIUS (Joh.) Leſnicenſis Miſnicus, celebris philologus, Anno 1662. obiit. In linguis orientalibus apprimè erat verſatus.

ZECHNERUS (G.) Theologus, Anno 1619. claruit. Analyſin Pſalmi 20. adornavit.

ZEGERUS (Jac.) edidit querimoniam, Lovan. An. 1641.

ZEGERUS (Nicol.) Dieſtenſis, An. 1559. obiit. Exaravit ſcholia in quatuor Evangelia, epiſtolas Pauli & Apocalypſin. Vid. *Voſſius l. 4. rhet. pag. 215. Waddingus in S. O. M. pag. 269.*

ZEHENTNERUS (Paulus) vermem malæ conſcientiæ Anno 1633: item, promontorium malæ ſpei impiis propoſitum Anno 1643. edi curavit. Vid. *Alegambe*, *pag. 368.*

ZEHNERUS (Joach.) collegit adagia ſacra: item, ſacras ſimilitudines Anno 1601.

ZEIDLERUS (Melch.) ſtruxit rhetoricam eccleſiaſticam Anno 1672: item, analytica de variis ſcribendi generibus, An. 1675. Prodiit ejusdem tractatus de definitione hæretici An. 1673.

ZEILLERUS (Mart.) condidit ſex centurias epiſtolarum: itineraria varia: hiſtorias tragicas: tres partes de ſcriptoribus hiſtoricis, &c. Vid. ipſe *Zeillerus part. 3. de hiſt. pag. 258.*

ZEISOLDUS (Joh.) Altenburgenſis, celebris philoſophus, Anno 1599. natus eſt: obiit A. 1667. Jenæ philoſophiam multa cum laude profeſſus eſt. Reliquit diſſertationem de animæ humanæ propagatione Anno 1654: item, duos libros phyſicarum meditationum Anno 1657. Videatur *Adrianus Beier in Jenenſ R. pag. 1029.*

ZEISOLD (Phil.) inſtituit collegium de ſophiſmatibus ſolvendis, A. 1657: item, logicam ſacram in N. Teſtamento comprehenſam An. 1677.

ZEITHOPFIUS (Joh.) tractavit de jure occidendi deprehenſum in adulterio Anno 1666.

ZELATUS (Car.) Bononienſis, An. 1602. claruit. In Moretum *Virgilii* commentatus eſt.

ZELLIUS (Matth.) An. 1547. obiit. Vide, KAISERSBERGIUS.

ZELSTIUS (Adrianus) egit de utriusque aſtrolabii fabrica & uſu. An. 1602.

de ZENELLIS (Franc.) Bonon. medicus, Anno 1347. floruit. Reliquit conſilia medica. Vid. *Linden pag. 190.*

ZENEUS, Ζηνεὺς, Chius, volumen confecit de inſula Chio. Vid. *Athenæus l. 14.*

ZENNERUS (Albert.) conſtruxit armamentarium Evangelico-Thomiſticum contra J G D. An. 1665: item, methodum im- & propugnandi philoſophiam Thomiſticam Auguſtæ An. 1664.

ZENO, Ζήνων, Citieus, natus eſt Anno 3. Olymp. CIV: obiit Anno 1. Olymp. CXXIX. Vid. *Lucianus in Longævis pag. 828.* Vitam ejus prolixè deſcripſit *Laërtius*. Hunc Stoicæ ſectæ autorem faciunt. Vid. *Meurſius in Cypro pag. 168. Jonſius de S. H. Ph. 2, 1. pag. 113.*

ZENO, Cyprius, medicus, Proæreſii æqualis, tempore Conſtantii & Juliani Impp. vixit. Videatur *Eunapius pag. 137.*

ZENO, Eleates, philoſophus, Olympiade LXX. floruit. A Nearcho (alii Demylum vocant) Eleæ tyranno excarnificatus in tormentis obiit, omnia perpeſſus potius, quàm ut conſcios delendæ tyrannidis indicaret. Vid. *Cicero 2. Tuſcul. quæſtion.* Huic nonnulli dialectices *inventionem* tribuunt. *Galenus ſive Aëtius l.* περὶ φιλοσόφου ἱστορίας: Ζήνων ὁ Ἐλεάτης τῆς ἐριστικῆς ἀρχηγὸς μνημονεύεται: ubi Ἐριστικὴ eſt διαλεκτική. Vid. *Voſſius de nat. rhet. pag. 27. & 33.*

ZENO, ὁ Ἡροφίλειος, medicus, laudatur ab *Erotiano in lexico.* Vid. *Meurſius ad Chalcidium, pag. 30.*

ZENO, Myndius, grammaticus, *Clementi Alexandrino in protreptico c. 29. Arnobio l. 6. Zenobio in prov. cent. 2. Etymologici magni Autori in* μυρίαν *& Stephano in* Μύνδος memoratur.

ZENO, Rhodius, ſcripſit, teſte *Laertio*, ἱστορίαν ἐντόπιον ἰδίαν.

ZENO, Sidonius, philoſophus, tempore Alexandri Magni floruit. Diſcipulus fuit Diodori Croni & præceptor Zenonis Citei. Compoſuit præter Socratis apologiam Sidoniaca. Videatur *Suidas.*

ZENO, Veronenſis, tempore Galieni Imp. claruit. Ferunt, eum ſub dicto Imperatore martyrio decoratum eſſe. Reliquit ſermones vel homilias, quas primus *Guarinus Veronenſis* adinveniſſe dicitur. *Caſp. Barthius in not. ad Claudian. pag. 1231.* vocat ſcriptorem doctum & acutum. Item, *ad l. 5. ſilv. Papin. pag. 446.* Zeno (inquit) Chriſtianus quidam in loquendo *Apulejus*, *ſerm. 25.* operis collectitii. Non enim ſunt ſermones illi paris ſtili, judicii, ſeculi, neque adeò unius theologi. Vid *Ph. Labbe Tom 2. diſ. pag. 500. Rivetus Tom. 2. oper. pag. 1099. Olearius in Abaco pag. 472.*

ZENOBIUS, Ζηνόβιος, ſophiſta, ſub Hadriano Imp. Romæ docuit. Hodiè ejus prover-

proverbia extant, edita ab *Andr. Schotto* unà cum aliis Græcis parœmiographis. Scripſit aliàs etiam genethliacum ſermonem Hadriano. Idem Criſp. Salluſtium è latino in græcum tranſtulit, teſte *Suida*. *Ariſtophanis Scholiaſtes* Zenodotum vocat; eumque interdum ſequitur *Eraſmus*.

ZENOCARUS (Guilh.) JCtus, exaravit ſeptem libros de vita & geſtis Caroli V. Imp. An. 1559. fol. teſte *Sandero in Burg. Script. pag. 36.*

ZENODOTUS, Ζηνόδοτος, Ætolus, *Cæſari Germanico* memoratur principio *commentarii in Arati phænomena.*

ZENODOTUS, Alexandrinus, ſcripſit, teſte *Suida*, adverſus Platonem de diis: de Homerica conſuetudine: ſolutiones Homericarum dubitationum: item, in Heſiodi theogoniam & alia.

ZENODOTUS, Epheſius, Philetæ diſcipulus, tempore Ptolemæi I. vixit ejusque Bibliothecæ præfuit. Verſificator erat & grammaticus, primusq; Homerum emendare aggreſſus eſt.

ZENODOTUS, Theophilus, citatur à *Nicandri Scholiaſte in Theriacis, pag. 2.*

ZENODOTUS, Trœzenius, Umbricam hiſtoriam condidit. Teſtis *Dionyſius Halicarn. l. 2.*

ZENOPHILUS, Ζηνόφιλος, allegatur ab *Antigono Caryſtio c. 166.*

ZENOTELES (Didymus) Fertinus, homo multæ lectionis, dicitur à *Hermolao Barbaro ad Plinii l. 7. c. 41.*

ZENOTHEMIS, Ζηνόθεμις, adornavit Periplum. Meminit ejus *Plinius l. 37. c. 2.* item *Ælianus in hiſt. anim. 17, 30.* Confer *Tzetzem in Chil. 7. hiſt. pag. 132. 133. 134.*

ZENTGRAVIUS (Joh. Joach.) h. t. claret. Paravit vindicias pro refutatione ſyncretiſmi, An. 1671.

ZENUS (Anton.) Venetus, tractavit de natura humana & embryone, Venetiis An. 1491.

ZENUS (Jac.) Patricius Venetus, A. 1476. obiit. Vitas ſummorum pontificum calamo ſubjecit.

de ZEPEDA (Ildefonſ.) confecit defenſionem terminorum *Lulli* circa Trinitatis myſterium, An. 1666.

ZEPHYRIUS (Ern.) edidit ſpeculum Jeſuiticum.

ZEPHYRIUS (Franc.) Florentinus, Moſen enucleatum edi curavit An. 1572.

ZEPKEN (Dan.) A. 2626. librum de gynæceo Sileſiaco vulgavit.

ZEPPERUS (Guilh.) ſcripſit de legibus Moſaicis forenſibus: item, de politia eccleſiaſtica.

ZERACHIAS (R.) An. M. 4910. claruit. Obſervationes fecit in *Raf Alphes*. Eidem liber *Meor Enaim* tribuitur. Vid. *Ganz in Zemach pag. 137.*

de ZERBIS (Gabr.) Veronenſis, ſtruxit anatomen corporis humani: anatomen infantis: comm. in metaphyſicam Ariſtotelis: artem venandi: diſtinctiones: cautelas medicorum: geratocomium, &c. Vid. *Jovius in Elog. num. 59. pag. 137. Pierius Valerianus de I. L. pag. 74. Chioccus, pag. 8.*

de ZERDA (Joſeph.) condidit 2. tomos commentar. in Judith, Lugd. An. 1653.

ZERGOLI (Andr.) Italus, Anno 1625. theoremata chronologica edidit de anno ortus & mortis Domini Jesu Chriſti. Vid. *Alegambe, pag. 32.*

ZERMEGH (Joh.) de geſtis regum Hungariæ An. 1662. commentari cœpit.

ZERNEMANNUS (Conr.) labores C. Julii Cæſaris Anno 1606. in literas redegit.

ZEROLA (Thomas) praxin epiſcopalem, Colon. Anno 1918: item, praxin pœnitentialem Romæ Anno 1617. edi curavit.

ZESCHIUS (Wilh.) diſſertationes de polygamia An. 1663. elaboravit.

ZETZNERUS (Laz.) ſtruxit ſex libros ſpeculi aulicarum & politicarum obſervationum An. 1600.

ZEVECOTIUS (Jac.) Gandenſis, JCtus, reliquit notas politicas in Suetonium & Florum: item, tragœdias Roſimundam & Mariam Græcam: ut & tragicomœdiam Eſther. Poëmata ejusdem A. 1615. in lucem prodierunt. Vid. *Swertius, pag. 379.*

ZEULNERUS (Joh.) JCtus, examen creandorum notariorum An. 1620. publicavit.

ZICHEMIUS (Franc.) Brabantus, Anno 1559. floruit & enarrationem in Jeremiam confecit, teſte *Swertio*.

à ZICHENIS (Euſtath.) An. 1538. obiit. Tractavit de 7. ſacramentis contra Lu-

 therum

therum. Vid. *Val. Andr. in Faſt. Lovan.*

ZIDRON (Franc.) commentarium paravit in Matthæum, Lugd. An. 1671.

ZIEGENHORN (Mich.) conſtruxit apothecam ſpiritualem An. 1613.

ZIEGRA (Conſt.) h. t. claret & Witebergæ phyſicam docet.

ZIEGLERUS (Bernh.) Theologus Lipſienſis, Anno 1552. obiit. Tractavit de ſacramento altaris. *Lutherus* eum bonum Hebraiſtam vocare ſolebat. Vid. *Albinus in chr. Miſniæ pag. 342.*

ZIEGLERUS (Caſp.) celebris JCtus, h. t. Witebergæ docet. Edidit notas in Hug. Grotium de jure belli & pacis, An 1666. Extat ejusdem tractatus de dote eccleſiæ, An. 1676. excuſus.

ZIEGLERUS (Jac.) Lindavus, A. 1549. obiit. *Thuanus l. 6.* vocat virum exquiſitæ doctrinæ, qui diu Viennæ Auſtriacæ docuerit. Commentatus eſt in ſelectos S. Scripturæ locos. *Scheferus in Upſalia, pag. 401.* memorat, eum deſcriptionem Sueciæ & excidium Holmenſe reliquiſſe. *Jovius in elog. num. 138.* in terra Gothica natum & educatum affirmat. *Verba ejus ſic habent:* Jacobus Zieglerus, In terra Gothica natus & educatus, exacte, puriter & facunde Chriſtierni Daniæ & Norwegiæ R. Immanitatem perſcripſit, ut eruditis gentibus pudori eſſe poſſit, quod latinæ facundiæ fruges ſub Cimmerio cœlo pene felicius ac uberius quam in Italia proveniant. Confer *Simonem Schardium vol. 2. Germ. Scr. pag. 83.* & *Zeillerum part. 2. de hiſt. pag. 160.* Plura ejus ſcripta *Joſ. Simlerus pag. 86.* enumerat.

ZIEGLERUS (Joh. Reinh.) Spirenſis, natus eſt An. 1569: obiit An. 1636. Opera *Chr. Clavii*, ab ipſo authore recognita & 5. tomis comprehenſa, typis excudi curavit. Vid. *Alegambe, p. 237.*

ZIEMECKI (Nic.) archidiaconus Pezevenſis, edidit reſponſionem adverſus anonymi cujusdam libellum contra patres Societ. Jeſu in Polonia.

ZIERITIUS (Bernh.) conſtitutiones criminales Caroli notis illuſtravit.

ZILETUS (Joh.) Venetus, JCtus, condidit 2. tomos conſiliorum criminalium, An 1582. item, indicem omnium librorum juris An. 1566. fol.

ZILIUS (Otto) Ultrajectinus, natus eſt An. 1588. Vitam & miracula S. Cyri & Johannis martyrum è Græco latine tranſtulit. Adornavit etiam Mardochæum triplicem, in quo agebat de fortuna ejus media, infima, ſumma tribus libris. Vid. *Alegambe, pag. 362.*

ZIMALIA (Lud.) Bergomas, fecit indicem balneorum S. Pancratii vallis Tranſcherianæ An. 1553.

ZIMARA (Marc. Ant.) reliquit antrum magicomedicum: item, librum problematum An. 1580.

ZIMARA (Theoph.) in librum de anima commentatus eſt, Venet. An. 1584.

à ZIMBERN (Conr.) Baro, eximius verſificator, *Bruſchio de monaſt. pag. 13. 2.* memoratur.

ZIMMERMANNUS (Joh. Jac.) edidit amphitheatrum orbis ſtellati An. 1669.

ZIMMERMANNUS (Matth.) natus eſt An. 1625. Vulgavit analecta menſtrua Ann. 1674. in 4: item, ſuburbanum medicum.

ZINANUS (Gabr.) ſtruxit Heracleidem carmine Italico erudito & ad uſum civilem pertinente. Prodiit ejusdem tractatus de optimo ſtatu reip. anno 1646. impreſſus.

ZINCK (Joh.) medicus, tractavit de dyſenteria: item, de criſibus Anno 1646. Vid. *Linden, pag. 401.*

ZINDELINUS (Wolfg.) exaravit epiſtolas ad *Joach. Camerarium*, quæ prodierunt An. 1673.

ZINDELIUS (J. H.) paravit tabulam conciliorum univerſalium & particularium An. 1671.

ZINDLERUS (Joh.) Sileſius, edidit elegias, odas & epigrammata An. 1619: item, hiſtoriam paſſionis Chriſti, ut & paraphraſin Michææ prophetæ.

ZINGRAFIUS (J. Wilh.) An. 1610. deceſſit. Collegit apophthegmata. Extant ejusdem emblemata.

ZINTZERLINGUS (Juſtus) Thuringus, JCtus, ſcripſit de fœnore nautico Anno 1614: item, criticam promulſidem. Carmina ejus extant *Tomo 6. Delit. Germ. pag. 1201.*

ZINUS (Flavius) An. 1665. claruit. Struxit opus metaphyſicum de ad aliquid. Vid. *Greg. Letus in Ital. regn. pag. 136.*

ZINUS (Pet. Franc.) emiſit tria inſignia exempla naturæ, legis & gratiæ. Vid. *Simlerus.*

ZITINUS (Nicol.) *Socinum* refutare volens, ipſe Socinianus factus eſt.

ZITTARDUS (Conr.) chronicon generalium magiſtrorum ord. Dominicani publicavit An. 1596.

ZITTARDUS (Herm.) An. 1408. claruit & metricè manuale confeſſorum exaravit, teſte *Sweertio*.

ZOANETTUS (Franc.) Bonon. JCtus, An. 1539. floruit. Ingolſtadii olim primarius profeſſor fuiſſe dicitur. Tractatum de materia defenſionis: de juſtitia & jure : de moribus majorum & longa conſuetudine: de retrovenditione part. in emt. & vend. confecit. Extat ejusdem repertorium legale. Vid. *Bumaldus pag. 74.*

ZOBELIUS (Chr.) JCtus, differentias juris civili & Saxonici collegit An. 1598.

ZOBELIUS (Frid.) medicus, tartarologiam An. 1675. promulgavit.

ZOBOLUS (Alf.) in lib. Magini de directionibus, Venet. An. 1620. commentari aggreſſus eſt.

ZOCGHIUS (Joh.) habuit varias repetitiones in jure canonico.

ZOCCHUS (Jac.) Ferrarienſ. JCtus, tractavit de jejunio. Vid. *Tomus 14. Tract. tract.*

ZOEGA (Joh.) Hafnienſis, natus eſt An. 1608. Scripſit de purgatorio & cauſa peccati. Vid. *Vindingius in R. H. pag. 363.*

ZOESIUS (Henr.) Amsfortius, Lovanii jura docuit & An. 1627. obiit. Struxit commentar. in codicem: in jus canonicum & inſtitutiones. Vid. *Valerius Andr. in faſt. Lovan. pag. 205.*

ZOESIUS (Nic.) An. 1625. obiit. Vitam *Joh. Vendevillii* JCti in literas retulit. Vid. *Sweertius, pag. 585.*

ZOESIUS (Thomas) Amersfortius, JCt. An. 1598. vivere deſiit. Vid. *Val. Andr. in faſt. Lov. pag 198.*

ZOILUS, Ζωΐλος, Amphipolita, juxta *Vitruvium præfat. lib. 7. de architectura*, tempore Ptolemæi Philadelphi vixit. *Reineſius in Var. lect. 3, 2. pag. 328.* centum annis antiquiorem facit, ac Iſocrati & Platoni coævum fuiſſe aſt Adverſus Homerum novem libros conſtruxit: contra Platonem & Iſocratem ſimiliter calamum ſtrinxit: Ἱστορίαν ἀπὸ τῆς θεογονίας ἕως τελευτῆς τοῦ Φιλίππου literis conſignavit. Edidit præterea tres libros de Amphipoli & alia. Vid. *Suidas. Vitruvius* à Philadelpho in crucem actum vel Smyrnæ vivum exuſtum memorat. Teſte *Æliano in Var. hiſt. 11, 10.* vulgò *canis rhetoricus* dictus eſt. *Dionyſius Halicarnaſſeus* tamen honeſte de Zoilo ſentit. Putat enim ſolo veritatis amore ipſum alios perſtrinxiſſe, eoque non dubitat jungere Ariſtoteli & aliis viris magnis. Vid. *Jonſius de S. H. Ph. 1, 9. Langbainius in Longin. pag. 54. Tollius in Auſon. pag. 322.*

ZOILUS, Cedraſenſis, *autori Etymologici Magni* in ἀῶος memoratur.

ZOMERIUS (Joh.) medicus, tractavit de arthritide.

ZONARAS (Joh.) Ζωναρᾶς, tempore Alexii Comneni & Joh. Comneni Impp. claruit. Primò drungarius & protoſecretarius erat : poſtea monachus factus eſt. Condidit hiſtoriam καθολικὴν ab initio mundi usque ad Alexii Comneni obitum, qui incidit in An. C. 1118. In ipſo *quidam* majorem diligentiam deſiderant. Extat ejusdem comm. in canones Apoſtolorum & conciliorum. Vid. *Phil. Labbe T. 1. diſſ. de S. E. pag. 616. Zeiller. part. 1. de hiſt. pag. 160. Olearius in Abaco pag. 272.*

ZONCA (Ant.) Bergomas, Anno 1588. claruit & carmina fecit. Vid. *Donatus Calvus, pag. 61.*

ZONELLUS (Dominic.) adornavit conſilium de exſpuitione purulenta cum tuſſi & febricula. Vid. *Linden, pag. 160.*

ZOPPIUS (Hieron.) Bononienſis, A. 1591. mortuus eſt. Reliquit orationes. Vid. *Ghilinus, vol 2. pag. 156.*

ZOPPIUS (Melch.) Hieronymi filius, An. 1634. obiit. Scripſit de ſermonibus analyticis: de ſenſu & ſenſili: de diſſidio logico, eſt & non eſt. Vid. *Ghilinus, vol. 2. pag. 156.*

ZOPYRION, Ζωπυρίων, grammaticus, ποικίλας λέξεις à litera A. usque ad literam E. collegit : quibus *Pamphilus* reliquas κατὰ στοιχεῖον adjecit tanto incremento, ut opus 95. librorum factum fuerit. Meminit ejus *Joſephus l. 2. contra Apionem.* Vid. *Reineſius in Var. lect. 2, 1. pag. 128.*

ZOPYRUS, Ζώπυρος, Byzantius, hiſtorias confecit, quarum librum 3. citat *Plutarchus in parallelis c. 36.*

ZOPY-

ZOPYRUS, Heracleota, craterem, Orpheo inſcriptum, compoſuiſſe fertur, teſte *Clemente Alexandrino*. Fuit & alius *Zopyrus*, qui περὶ πυρμῶν ſcripſit, juxta *Harpocrationem in* Ἑρμαῖ.

ZORILLA (Alf.) Hiſp. tractatum confecit de formandis ſacris concionibus, Romæ An. 1543.

ZOROASTRES, Ζωροάστρης, Oromazi filius, Bactrianorum Rex, magiæ inventor communiter ſtatuitur. Perſis Zarduſt dictus eſt. *G. Horn. in hiſt. Ph. 2, 4.* Bileamū & Zoroaſtrem pro uno & eodem habet. Meminit ejus *Plato in Alcibiade priore.* Artem tam ſcriptis, quàm voce propagavit, *Plinio & Ariſtotele* teſtibus. De ea enim CM. verſuum exaravit, quos *Hermippus* commentariis illuſtraſſe dicitur. Hodiè nonnulla extant, quæ Zoroaſtris Λόγια χαλδαϊκὰ vocantur, à *Michaële Pſello* notis illuſtrata. Verum ea falsò Zoroaſtri tribui viri eruditi judicant. Certè *Porphyrius in vita Plotini*, ea ſuppoſititia eſſe dudum olfecit. Ejus oracula, hinc inde ſparſa, è *Damaſcio*, *Proclo*, *Hermia*, *Pſello*, *Syneſio aliisq;* *Franciſcus Patricius* collegit. *Clemens Alex. 5. Stromatum* Zoroaſtrem de ſeipſo ita ſcribere refert: Hæc conſcripſi Zoroaſtres Armenii filius, genere Pamphylus, in bello mortuus, in inferno moratus & à diis inſtitutus. Vid. *Lambecius in prodr. hiſt. literar. pag. 33. 71. 79.*

ZOSIMUS, Ζώσιμος, Comes & exadvocatus fiſci, tempore Theodoſii junioris Imp. claruit. Paganus erat & Chriſtianos principes crebro ſugillabat. Dictionem ejus commendat *Photius*. Reliquit ſex libros hiſtoriarum. Incipit ab Auguſto & definit in Honorio. Latine eum tranſtulit *Leunclavius*. Vid. *Niceph. Calliſtus H. E. 16, 41. Mart. Hanckius part. 1. de Scr. R. R. pag. 179. Barthius in Claud. pag. 553.* Fuit & alius ZOSIMUS, Alexandrinus, qui vitam Platonis literis expreſſit, teſte *Suida*.

ZOSIMUS, Panopolita, compoſuit 12. libros Ἰμοὺθ πρὸς Θεοσέβειαν ἀδελφήν, teſte *Suida*. Ex his nobile fragmentum adducit *Joſ. Scaliger ad Euſebium, fol. pag. 243.* Eorum meminit quoque *Photius Codice C L X X.* nomine χημευτικῶν Ζωσίμου λόγων. Vid. *Borrichius in Hermet. pag. 73.* Alia ejus ſcripta *Reineſius in var. lect. 3, 3. pag. 380* enumerat.

ZOSTRIANUS, Ζωστριανὸς, librum ſcripſit contra Platonem: cui Amelius 40. libros oppoſuit, teſte *Porphyrio in vita Plotini.*

ZOTICUS, Ζωτικὸς, criticus & poëta, Plotini diſcipulus, Atlanticam hiſtoriam in carmen tranſtulit. Vid. *Porphyrius in vita Plotini, pag. 5.*

ZOTTUS (Alf.) in regulas cancellariæ apoſtolicæ, Paris. Anno 1546. commentatus eſt.

ZOVELLIUS (Pet. Jac.) Carmignolenſis, paravit tractatum de ſtatu peſtilentii, Venetiis An. 1557. in quo, quicquid ad peſtem curandam attinet, clariſſimè continetur.

ZOUCHEUS (Rich.) JCtus, Oxonienſis, An. 1659. claruit. Edidit centuriam quæſtionum juris civilis: tract. de jure gentium: item, de legati delinquentis competente judice.

ZOVITIUS (Cyprianus) emiſit tabulas poſitionum An. 1551.

ZOVITIUS (Jacob.) Bredanus, A. 1536. claruit. Adornavit Ruth comœdiam: ovem perditam: didaſcalum, &c.

ZOUTERIUS (Paſchaſ.) Cynopagita Flander, An. 1524. floruit. Struxit miſcellanea: item, adoleſcentiam carmine elegiaco, teſte *Sweertio*.

ZTETZI (Steph.) Hungarus, virgam Moſis, Lugd. An. 1646. edi curavit. Vide, TETSI.

ZUARIUS (Rud.) egit de mercatura.

ZUBERUS (Matth.) Neoburgo Palatinus, poëta, Anno 1623. Norimbergæ obiit. Carmina ejus duobus voluminibus continentur. Vid. *J. P. Lotichius part. 4. B. P. pag. 177.*

ZUBLERUS (Leonh.) inſtrumentum geometricum An. 1607. vulgavit.

ZUBROD (Joh. Laur.) tractavit de comparatione literarum ſecundum jus civile An. 1674. in 4.

ZUCCARUS (Marius) Neapol. compoſ. obſervationes in Hippocr. epidem. Ven. An. 1621. Vid. *Linden, pag. 440.*

ZUCCHUS (Nicol.) propoſuit novam de machinis philoſophiam, Romæ Anno 1649.

ZUC-

ZUCCHUS (Barthol.) An. 1631. obiit. Vid. *Ghilinus, vol. 1. pag. 25.*

ZUCCOLUS (Greg.) Faventinus, edidit explanationem in libros poſteriores analytieorum.

ZUCCOLUS (Greg.) tractavit de ratione ſtatus An. 1663.

ZUCHARTUS (Hubertus) JCtus, de miſſione in poſſeſſionem commentari aggreſſus eſt. Extant ejusdem conſilia, An. 1595. impreſſa.

ZUCKWOLFIUS (Jac.) 5. libros chronographiæ An. 1594. typis commiſit.

ZUERIUS (Philipp.) Antverp. JCtus, Anno 1606. obiit. Superſunt ejus conſilia.

ZUICHEMUS (Viglius) JCtus, Anno 1576. claruit. Inſtitutiones juris, à Theophilo Græcè converſas, in lucem protulit. Videatur *Guido Panzirolus in JCtis, lib. 2. cap. 174.* Quære, AYTA.

ZULETA (Ignatius) in epiſtolam S. Jacobi, Antv. Anno 1672. fol. commentatus eſt.

ZUNTUS (Lud.) Parmenſis JCtus, egit de materia teſtamentorum. Extant ejusdem reſponſa pro uxore, Anno 1576. excuſa.

ZURITA (Ferd.) emiſit quæſtiones de Indis, Madriti An. 1586.

ZUTPENIUS (Pet.) Casletenſis, *Eraſmi* amicus, epiſtolas exaravit.

ZWALLARDUS (Joh.) iter Hieroſolymitanum An. 1608. publicavit.

ZWELFERUS (J.) Palatinus, condidit pharmacopœiam cum diſpenſatorio. In *epitaphio* vocatur vir omnibus numeris abſolutus, ſapientum optimus, optimorum ſapientiſſimus, profeſſione medicus, arte chymicus, natura philoſophus, facundus ore, fœcundus calamo, magnus conſilio, &c.

ZWICKERUS (Dan.) medicus, elaboravit Joſiam novi fœderis Anno 1670.

ZWINGERUS (Jac.) Theodori filius, natus eſt Anno 1569: obiit Anno 1610. Baſileæ publicè linguam Græcam: domi medicinam profeſſus eſt. Scripſit de dialectis Græcorum: commentarium in librum Galeni de definitionibus medicis, &c.

ZWINGERUS (Joh.) Theodori junioris filius, natus eſt An. 1634. Baſileæ theologiam h. t. profitetur. Extat elegans ejus oratio de barbarie ſuperiorum ſeculorum.

ZWINGERUS (Theodor.) ſenior, Baſileenſis, natus eſt A. 1533: obiit A. 1588. Baſileæ primò philoſophiam, deinde medicinam docuit. Multa ſcripſit in Hippocratem, Ariſtotelem & Galenum. Idem Theatrum vitæ humanæ, à *Conr. Lycoſthene* inchoatum, in volumina, libros & titulos digeſſit & luci publicæ expoſuit. *Epitaphium* ejus ita habet: Trinuno ſacrum. Theodorus Zwingerus, Baſileenſis, cum ex philoſophia tenebras, ex arte medica humanas miſerias deprehendiſſet, ſummi boni cognoſcendi potiundique deſiderio accenſus Chriſtiano philoſopho dignâ mortis commendationem inſtituit, vivensque mortuus eſt, ut mortuus viveret. ob. annos LIV. M. VII. D. IIX. V. An. cIↃ IↃ XIIC. VI. Eid. Mart.

Alma fides abiit, ſpes indubitata receſſit:
Perfruor: intueor: ſolus amor remanet.

Vid. *Thuanus l. 89.* ubi hominis doctrinam, raram animi elegantiam & candorem vehementer deprædicat. *Simonius contra Squarcialupum* Zwingerum ob tabulas & ſchematiſmos *tabularium* vocat ejusque inſtitutum plurimum improbat.

ZWINGERUS (Theod.) junior, natus eſt An. 1597: obiit An. 1654. In epiſtolam S. Pauli ad Romanos commentatus eſt.

ZWINGLIUS (Udalr.) natus eſt Anno 1487: obiit Anno 1531. Mortuus eſt in prælio, cui intereſſe neceſſe habuit. Tigurinorum enim *mos* eſt, ut, cum in hoſtem exitur, eccleſiæ miniſter primarius unà procedat. Cadaver inventum in 4. partes diſſectum & combuſtum eſt. Poſt triduum cor illæſum repertum. Docuit Glaronæ primum, deinde Tiguri. In verbis S. Cœnæ metonymiam eſſe affirmare auſus eſt. Opera ejus in 4. tomos digeſta ſunt. Vid. *Jac. Verheiden in Elog. theolog. pag. 51. Rüelius part. 4. Concil. pag. 494. 531.*

ZYGOMALAS, Ζυγομαλᾶς, exaravit epiſtolam de periculis & cladibus Conſtantinopolitanorum.

ZYLIUS (Otto) miracula B. Virginis Silvæducenſis literis propagavit, Antv. An. 1632.

ZYNTHUS (Hieron.) Parmenſis, ſtruxit tractatum de balneo thermali nec non de luto Barboliorum medicato in Ducatu Parmenſi, Venetiis Anno 1615. in 4. Vid. *Linden pag. 258.*

ZYPÆUS (Franc.) Machlinienſis, natus eſt A. 1580. Scripſit inter alia de jurisdictione eccleſiaſtica. Opera ejus omnia Antv. A. 1675. fol. prodierunt. Vid. *Swertius, pag. 259.*

ZYPÆUS (Henr.) Mechlinienſis, natus eſt A. 1573. Reliquit librum titulo, S. Gregorius Magnus, contra *Cæſarem Baronium* Cardinalem, An. 1610. Vid. *Swertius, pag. 339.*

Errata ſic corrigenda.

Pag. 4. pro ABUDANUS lege, ABUDACNUS. Pag. 13. pro ÆSCHYLTUS, ÆSCHYLUS. Pag. 23. col. 2. lin. 11. pro Laciati, Alciati. Pag. 35. col. 1. in AMYRALDUS ſcribe, 1641. Pag. 58. col. 1. lin. 4. ethnographo. Pag. 76. col. 1. lin. 11. Struxit. Pag. 78. in BADELLUS, editam. Pag. 79. in BAIL, Bibliothecam. Pag. 81. col. 2. lin. ult. in Ariſtotelis. Pag. 85. col. 1. lin. lege, BARGALIUS (Celius) Pag. 86. col. [illegible] lin. ult. Wheat in relectione, luit. Pag. 88. col. 2. lin. 9. Vindungius. col. 2. lin. 25. de luce primalium. Pag. 95. in BECHET, theoriam planetarum. Pag. 96. pro BEDFORDUS ſcribe, BEDEFORDUS. Pag. 97. col. 2 lin. 7. videatur. Pag. 102. col. 2 in BERGIUS, vitam qui ſibi reſtituet. Pag. 106. col. 2. lin. 7. Franckenthalenſes. Pag. 112. in BISMARCUS, vitas & geſta. Pag. 144. in BURLÆUS lege, Gualt. Pag. 151. pro CANAGNESIUS ſcribe, CAHAGNESIUS. Pag. 153. pro CALEPPIHS legendum, CALEPPIUS. Pag. 154. col. 1. lege, CALIXTUS (Fried. Ulricus) Pag. 155. col. 2. CALLISTRATUS. Pag. 156. pro CAVETUS reſcribe, CALVETUS. Pag. 175. col. 1. lin. 8. emphyteuſin. Pag. 178. in CAUCIUS lege, Ultrajectino. Pag. 190. col. [illegible] lin. [illegible] Philelphus. Pag. 194. col. 2. in CLAVA reſtitue, Eraſmo. Ibid. lectionum. Pag. 199. col. 2. COCCIUS (Joh. emendæ: COCCEIUS (Joh.) Pag. 204. col. 1. in COLUMBA ſcrib. procedenda. Pag. 224. col. 2. l. 18. Novenſium. Pag. 232. pro DABERCUFIUS lege, DABERCUSIUS. Pag. 245. lege, DIAGORAS, Διαγόρας, Melius. Pag. 254. col. 1. med. lege, ſervantur maximam partem. Pag. 272. col. 2. lin. 7. in gr[illegible] politica. Pag. 277. col. 2. lin. 12. calumniæ huic. Pag. 281. col. 2. fin. EUANTHES Pag. 285. col. 1. EUMENIUS, rhetor. Pag. 288. col. 1. lin. 8. Cappadoci. Pag. 294. col. 2. l. 6. lege, FAES (Joh.) Pag. 309. in FLORETTUS lege, apologiam. Ibid. col. 2. in FLORUS lege, Caſp. Barthius. Pag. 310. col. 2. lin. in FOLLINUS reſtitue, Tirocinium. Pag. 337. col. 2. lin. 5. epitaphium. Pag. 348. in GLACIANUS iterum, epitaphium. Pag. 383. col. 2. f. pro Jonſonium ſcribe, Jonſium. Pag. 384. col. 2. med. Langbainius. Pag. 385. col. 2. med. à Stephano Polonia R. Pag. 429. col. 2. med. Videatur Voſſius. Pag. 452. fine, pro JUVENTIVS pone, JUVENTIVS. Pag. 467. in LEO Judæ corrige: natus eſt An. 1482. Pag. 472. in LICINIVS, legum Moſaicarum. Pag. 535. pro MASSALINVS ſcribe, MESSALINVS. Pag. 550. col. 2. med. Nam & Ovidius. Pag. 558. col. 1. f. fecit lecturas in Decretales. Pag. 577. col. 1. med. profeſſorum Marpurgenſium. Pag. 581. col. 1. fin. unde quisque doctum. Pag. 596. col. 1. lin. 12. Cæſaris ira. Pag. 637. in PHYLARCHVS ſcrib. tempore Ptolemæi Energ. Pag. 659. col. 2. lin. 1. lege, [illegible] ibid. med. antiquior eſt Pindaro. Pag. 65[illegible] PONNVS, deleatur. Pag. 670. col. 2. ſcribe, PYRRHO. Pag. 676. col. 2. f. RAMPINVS. Pag. 687. col. 2. fin. de conſtituendis ex omnium conſenſu. Pag. 688. col. 1. lin. 6. lege, RVTHERFORD. Pag. 691. col. 2. in RICHINVS & RICHIVS quædam negligentia operarum tranſpoſita ſunt. Verba enim, *Sepulcro ejus hæc Germanicè*, cum ſeqq. *Hans [illegible]*, jungi debent. Pag. 698. in ROGERVS verba ita diſtingue: quem [illegible] ad arcana gentiliſmi vocavit, propalavit. Pag. 7[illegible]. col. 1. f. Paravit fortalitium. ibid. SPINEDO, &c. deleatur. Vide, PINEDVS. Pag. 784. col. 1. lege, SVAVIUS (Leo) Ibidem f. ſcribe, à SVCHTEN. Pag. 7[illegible] col. 1. med. lege, magis quam nervoſum. Pag. 792. col. 1. med. Fen primi Canonis. Ibidem, col. 1. in TASSVS, concinnavit. Pag. 812. col. 1. med. Anno 167[illegible]. in lucem prodiit. Pag. 813. col. [illegible] lin. 11. corrige, ſacras & profanas. Ibid. col. 2. fin. TORFVS (Aloyſ.) Pag. [illegible] col. [illegible] lin. 5. [illegible] eorundem epochas. Pag. 864. col. 2. fine ſcribe, de WEILE. Pag. 868. col. 2. fin. in multorum manibus verſantur. Pag. 883. col. 2. lin. 13. Ζωνᾶδος. ibidem, col. 2. in ZEROLA ſcribe, Coloniæ Anno 1618. Reliqua benevolus lector pro humanitate ſua ipſe haud gravatim emendabit.

IMMORTALI ET ÆTERNO DEO LAUS, HONOR ET GLORIA.

ed by Google